Fridericus Casimirus, *Joannes Philippus*, & *Joannes Reinhardus*, fratres ad quos successio Lineæ Müntzenbergicæ delata est, Majorum suorum statuta hereditaria, illud imprimis, quod Ulricus V. anno 1375. sancivit, quoque jus primogenituræ instituit, restaurarunt; Præterea novum pactum de non alienando anno 1652. inierunt, idque anno 1659. iterata conventione corroborarunt, & in vim transactionis illustris & juratæ, fidem sibi mutuo dederunt, id sedulo se operam daturos, ut Comitatus sartus tectus conservetur: nec passuros, ut quidquam sive donationis, sive pignoris, sive venditionis titulo, aut alia quacunque via, ab eo divellatur, & in alienas manus transeat. Neque tamen hac transactione via præcludi potuit dissidio, quod postea in familia, ob contubernium à Comite Friderico Casimiro, qui tanquam major natu regimen tenebat, cum Georgio Christophoro Landgraphio Hassiæ Hanoviæ institutum, nec non oppignoratum pro sedecim mille imperialibus vicum *Rodheimb*, cum aliis locis, exarsit: Indè enim ansam arripuit *Joannes Philippus*, qui Bobenhausæ in Wetteravia, prope Aschaffenburgum, domicilium habebat, ut tam proprio, quam nepotum ex fratre, Joanne Reinhardo, quorum tutelam gerebat, nomine, Comitatum Superiorem, & ditiones Liechtenbergicas, cum castro hujus nominis occuparet: Ipso autem non ita multo post, anno nempe 1669. 28. Decemb. mortuo, nulla à Conjuge Susanna Margaritha Anhaltina suscepta prole, Joannis Reinhardi, qui anno 1666. 25. April. rebus humanis exemptus fuit, Vidua Anna Magdalena Palatina, opes fratris & contutoris sui Christiani, Com. Palat. Birckenfeldensis, prædictas ditiones denuò sibi asseruit, & Ministros subditosq; in fidem suam jurejurando adegit, potestate tamen, se illas leviro restituturam, quamprimum ille damna resarserit, & cautionem realem de non alienando, & melius administrando præstiterit; quemadmodum è scripto Germanico, quo facti sui causas publicæ luci subjecit, uberius videre est.

Ob illam ipsam verò Liechtenbergicam Dynastiam, in qua oppidum Busweiler, ubi regia est, eminet, coacti fuerunt ante annos aliquot tutores Hanovienses se Regi Galliæ submittere, castrumque Liechtenbergicum, natura & arte munitissimum, ejus potestati concedere. *Fridericus Casimirus*, Philippi Wolffgangi filius natu maximus agnati Munzenbergici Joannis Ernesti hæreditatem cœpit, & *Hanoviam* domicilium transtulit, deinde *anno* 1647. 13. *Maji* alterius ex eadem linea agnati *Philippi Mauritii* viduam Sibyllam Christinam, Joannis Georgii Pr. Anhaltini in Dessau gnatam, nuptiis sibi adjunxit, sed improlis *anno* 1685. 30. *Mart.* ex hac vita discessit, postquam eodem anno ineunte Nepotem ex fratre solenni adoptasset ceremonia.

Regens Comes modo est *Philippus Reinhardus*, & residet, Hanoviæ, quæ urbs est 3 Modernus regens.
eximia, Francofurto ad Mœnum vicina. Comprehenduntur de cætero Comites Hannoviæ sub *Circulo Rhenano* superiore, & Augustanam confessionem profitentur, licet in Urbe Hanoviensi *Reformatorum etiam* cultus vigeat, quippe quem Philippus Ludovicus Comes Hanovio-Munzenbergicus, cum ducta uxore Arausionensi ei accessisset, introduxit. Hi Comites possident communiter cum Electore Moguntino, Rieneck. De controversia mit den Groß-Schlägen *vid. Meischn. tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 10. Prætensionem Hasso-Cassellani, wegen des Städtleins Rotheim / *vid. in Diar. Europ. cont.* 19. *in append. in fin.* Saxones habent expectativam in feuda Hanovica. De restitutione horum Comitum *vid. Instrum. Pac. art.* 4. den endlichen Haubt-Recess, so zwischen Friderich Casimiren Graffen zu Hanau / und dessen der Reformirten Religion zugethanen Unterthanen / in der Graffschafft Hanau Müntzenberg / beydes in Ecclesiasticis & politicis den 16. August. 1670. auffgerichtet worden / verbotenus recenset *Gastel. de Stat. publ. Europ. cap.* 31. *pag.* 866.

Hand=

Handwerck.

SUMMARIA.

1. *Origo opificiorum.*
2. *Eorum utilitas & necessitas.*
3. *Collegia* und Zünfften.
4. *Communio Collegiorum.*
5. *Eorum leges & statuta.*
6. *Quid circa Collegia opificum præcavendum?*
7. *Distributio tabernarum pro diversitate opificum.*
8. *Confusio inter opificia tollenda.*
9. *Privilegia Collegiorum à Superiore.*
10. *Eorum jurisdictio aliqualis.*
11. *Statuta collegii.*
12. *Quænam illicita.*
13. *Quid de filiis expositis sentiendum.*
14. *De filiis textorum, tonsorum, opilionum &c.*
15. *De Opificibus advenis.*
16. *Citantur Autores, accuratè de Opificiis tractantes.*
17. *Discutitur quæstio de Collegiis Opificum, utrum in eorum præjudicium Cives alii proprios domi famulos alere possint?*

QUid circa Opifices in Recessibus Imperii hic & nunc constitutum sit, vide *in Tom. I. har. Constitut. h. verb.* Opifices *in genere* vocantur, qui manuaria opera in certa arte elocata vitam sustentant, *in specie* qui in Civitatem collegiumque recepti sunt: eos ab operando sic dictos notum est, Handwercks-Leut / Handwercker etc. Dividuntur Opificia vulgo in geschenckte und nicht geschenckte Handwercker / quorum Opificiorum *illa* sunt, quæ advenientes Socios certo tempore hospitio gratis accipiunt: *hæc*, quorum socii suis ubique expensis vivere solent; dum illa se his præferre vel cavillari sese solent. Alibi Opificum Collegia dividuntur in Sodalitia Zünfften / compagnien ꝛc. & artificia in specie dicta, *Mev. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. p. 109.* Quam necessaria autem opificia & artes cæteræ sint, colligi exinde satis potest, quod primi homines vitam plane simplicem agerent, latebras inhabitantes, pecorum lacte, congestis herbis, & agrorum sponte natis fructibus vescerentur, corpus tegerent non vestimento, sed corticibus arborum, & pellibus ferarum: at postquam mundo adolescente, ductu rationis viderent, quæ natura reliquit, pleraque in se quidem esse absoluta & perfecta, maximis tamen velamentis involuta, quæ per industriam humanam evolvenda, & in lucem edenda, quodque nullus esset frugum usus, sine quibus homo vivere nequit, nisi terantur, à furfuribus purgentur, atque coquantur, lapidum & metallorum, nisi elaborentur, uvarum nisi exprimantur & defæcentur, quotidie artes novas excogitabant, & exquisitiore electo genere vitæ vivendi, herbas ad cibos, vellera ad vestes, ligna ad domos applicantes, glandes spernebant, arbuta repudiabant, pellibus & corticibus contegi desinebant, atque sic una ars alteram concomitari cœpit, cùm quædam artes ita sint comparatæ, ut una absque alterius auxilio exerceri vix possit, prout exemplo id patet agriculturæ, quam comitatur ars fabrorum ferrariensium, ad vomerem, ligonem & falcem præparandam, & lignariorum ad aratrum & jugum conficiendum, *Greg. de Repub. lib. 4. c. 9.*

1 Origo opificiorum.

Hinc non immerito ab *Aristot. 7. Pol. 8.* opificia partes vocantur Civitatis, sine quibus Respublica consistere nequit. Expetas enim Rempublicam florentem & cives virtuosos, adjunge artes & opificia, & exulabit omne otium, quod est mater omnium vitiorum; Vis nummosam? fac ut floreant in ea artes & opificia, & habebis opulentam & locupletem; arcent enim opifices paupertatem, & tantæ divitiæ insunt artibus, ut nec argenti, nec auri fodinæ in nova Hispania aut Peru comparari iis queant, inquit *Lather. lib. 3. cap. 19. de cens.* ut proinde rectè de iis abierit in proverbium, ein Handwerck hat einen gülden Boden / opem illa ferunt civitati ex lucro & quæstu inde redundante, & ob media varia lucri non modo optime se sustentant, sed etiam exteros invitant ad merces emendas, per quod magnum Reipublicæ accedit incrementum. Etsi quidem jure naturæ quilibet possit artem exercere, quamcunque callet, quoniam verò sæpius plus artis sibi homines adscribunt, quam tenent, interest Reipublicæ, non omnibus promiscue artem se tenere jactantibus id concedere, nisi in ea fuerint probati, ne etiam unus alterius utatur opificio, & ita confusio inducatur in Rempublicam; Ejusdem artis personæ in certa dividuntur collegia, Germ. in gewisse Zünfft / Gildt oder Innungen / quibus cum à Principe etiam vigilantissimo omnia expediri, parique cura observari nequeant, & tamen plurimum conducat Reipublicæ, ut singulorum desideriis & cæptis frœnum injiciatur, Seniores præferuntur, qui ea, quæ ad usum ejus artis pertinent, rite constituant & ordinent.

2 Eorum utilitas & necessitas.

3 Collegia und Zünfften.

Collegium autem est trium pluriumve personarum ejusdem conditionis, professionis & ordinis legitima consociatio, *Besold. l. 1. c. 12. th. 28. Bodin. 3. de Repub. c. 7. à princ.* Et habent collegia communionem vel rerum vel operarum, vel juris, *Schönborn lib. 1. Pol. c. 11. n. 3.* rerum quidem communicatio fit in mutua à singulis facta contributione, & secundum leges adquisitione, si forte donatione collegio, vel testamento quid fuerit relictum, *l. 26. ff. ad S. C. Treb.* in ædibus collegii, reditibus, pecunia, arca atque sigillo, juxta *l. 1. §. 1. quod cujusque univers. Decian. 6. vol. 2.*

4 Communio collegiorum & communicatio.

Operarum communicatio consistit in collegis convocandis, suffragiis rogandis, colligendis, arca & privilegiis custodiendis, & magis quidem in his conducunt operæ reciprocæ & ambulatoriæ, ita enim ab omni suspicione & æmulatione liberabitur officiũ, & evitabuntur damna maxima, quæ ex unius morte emergere possunt, sic æteri harum sunt ignari, *Besold. C.* 12. *thes.* 28. *n.* 3.

5 Eorum leges & Statuta. Juris autem communicatio est, per quam ad leges, & jus certum, communi consensu receptum & introductum, omnes qui vivunt in illo collegio, obligantur: & varium solet esse, plerumque tamen tale est, 1. ut nullus conditionis improbatæ, vel ab inhonestis parentibus natus recipiatur; Tales tamen non sunt Molitorum, Textorum, Chirurgorum, Balneatorum &c. liberi, Policey-Ord. *de anno* 1577. *tit.* 30. §. 1. 2. necesse est, certo temporis spatio pro artis difficultate quis sit informatus, biß er seine Kunst recht außgelernet / und seine Lehrjahre außgestanden / quod si autem juvenis intra illud tempus aufugerit, & deinde reversus fuerit, non tenebitur ad integrum tempus, sed tantum ad tot dies, quot abfuit; ut sufficiat, si tot dies ultra tempus substiterit juvenis, quot abfuerit, *L.* 14. §. 1. *de Statutib. lib.* 38. *in fin. d. lib. caus.* Ita enim videtur moram purgasse *Besold. d. l. n.* 4. *Wehner. verb.* Zünfften. 3. Hoc testimonio, mit einem Lehrbrieff / probare & peregrinatione confirmare debet. 4. Nullus recipitur, nisi à Magistris expertis quatuor vel tribus, iisque minus suspectis, in illa arte fuerit examinatus, suæque artis specimen, vulgò das Meisterstück / ediderit, *Matth. Steph. de pœn. l.* 2. *p.* 2. *C. ult. n.* 54. 5. Nisi Magistri opus factum approbaverint, & dignum magistri titulo judicaverint. Atque ita in collegium receptus, aliam artem, cum quodlibet opificium certo objecto determinetur, exercere nequit, nisi illam, in cujus collegium est assumptus, neq; enim conducit Reipublicæ, ut pluribus se quis implicet Opificiis, suo enim tantummodo artifex uti potest artificio, *arg. L.* 23. *C. de testam.*

6 Quid circa collegia opificum præcavendum? Quamquam ad meliorem ordinem & distinctionem eorum, qui eadem tractant, collegia instituantur, ne tamen hoc prætextu noxia irrepant conciliabula, speciali Superioris, qui jus habet dandi collegii, opus est concessione. *L.* 1. 3. *de Colleg.* ubi Magistratibus & Superioribus diligenter attendendum erit, ne prætextu societatum aut Collegiorum artificii fiant monopolia, factiones aut conjurationes noxiæ Reip. neve noctu fiant concursationes, aut conspirationes, proditiones, ac nefariæ in Reipubl. exitium molitiones suscipiantur. *Verulæ. lib.* 2. *Inst. Polit. tit.* 8. *fol.* 28. Videndum quoque, ut opera & artificia sint sine dolo, sine fuco, sine fraude, perfecta & solida, juxta artis cujusque leges. Ideoque curabit & esse præfectos singulis artificibus, quibus injungatur onus visitandi & inquirendi, ut secundum bonam fidem fiant opera: ut sunt Tuch-Goldtschauer / Weinschätzer / Fleisch- und Brodtschauer / *Klock in tr. de ærar. lib.* 2. *Cap.* 35. *n.* 42. *& seqq.* Insuper à loci Domino constituendum, ne ulla rudis materia exportetur, & ut nihil quod fieri mediocri Civium diligentia potest, importare liceat: nam hoc modo & plura Opificiorum genera, adductis etiamsi opus esset, externis Opificibus, in Provincia essent. Homines item egeni, unde vitam alerent, facile haberent, & nulli esse otio liceret, ac si vellet esse, jure item puniri posset &c. Si tanta rerum quandoque copia sit, ut omnem operarum manum vincant, pars aliò mandari poterit; sed ita, ut sua Regi & Regno emolumenta constent, ne dum alii beantur, frustrentur ipsi. Miserum enim & fatuitatis quoddam genus est, te nudare, ut alterum vestias.

Distribui per Regiones & collocari simul possunt, quæ ejusdem rationis sunt, tabernæ. 7 Distributio tabernarum pro diversitate opificum. Unde Opifices illi, quibus aqua præterfluente opus est, regionatim ad fluvium aut rivum conjungi debent. Illi verò, quorum artificia & opera exerceri sine strepitu non possunt, remotiores esse debent à Curiis & Scholis, ne aut Consilia Reipublicæ aut literatorum hominum studia interturbent. Illos enim studiorum favor pellere è vicinia potest.

Averruncanda denique est opificiorum *confusio* & officiorum personarumque distinctio in vita communi ordinanda & conservanda: quoniam absurdum est, promiscuis actibus turbari officia, & aliis creditum & concessum alios subtrahere, *text. in L. consulta.* 23. *C. de testam.* Et confusio illa, quæ Opificiorum & Collegiorum licitorum, quibus Respublica carere nequit, substantialem differentiam tollit, & vere justitiam distributivam, & unam generis humani partem evertit, 8 Confusio inter opificia tollenda. *Dauth. tract. de testam. n.* 300. *in fin. Berlich. decis.* 26. *n.* 1. & 2. *per tot.* ubi elegantem casum de Ephippiariis & Frænariis, von Sattlern und Riemern / tractat. Frænariis certas quasdam species sibi solis conficiendi jus esse asserentibus, Ephippiariis contra hoc negantibus, & sibi idem licere dicentibus, quod & in aliis opificiis disputari videmus, dum unus hoc vel illud proprie ad suum artificium pertinere asserit, alter vero negat.

Requiruntur autem ad Collegium constituendum literæ fundationis, Ampts-Brieffe / & Privilegia à Magistratu data, 9 Privilegia collegiorum à Superiore. *L.* 8. *C. de hered. instit.* alias erit illicitum, *L.* 1. *l.* 3. *ff. de collect.* dicit tamen *Decian. tr. crim. lib.* 7. *C.* 10. *n.* 3. Quod aliquando concessio præsumatur ex diuturno tempore, si quidam, qui eandem exercent artem, tanquam collegæ fuerint conventi, & arcam habuerint communem. Illicitorum collegiorum olim pœna erat eadem, atque eorum, qui loca publica, vel templa armata manu occuparunt. *L.* 2. *d. colleg. l.* 7. §. 1. *ad L. Jul. Maj.* quæ deinde teste Wesenb.

senb. parat. ff. tit. de colleg. facta est arbitraria.

10 *Eorum jurisdictio aliqualis.* Habent singula Collegia jurisdictionem in illis, quæ ad ar m & professionem illam pertinent, quam exercent Seniores electi, qui jurant, quod summa fidelitate velint collegio præesse, ipsiusque utilitatem promovere, & coram his collegiati sistere se tenentur, & sententiam exspectare. Concessa autem est illa jurisdictio cumulative, non privative, ita ut concurrat jurisdictio *Magistratus Ordinarii*, cui præjudicium nullo modo fieri potest, *L. f. C. de jurisd. ibique Salic. n.* 3. Obligantur tamen hic tantum collegiati, qui si agere volunt contra alios, extra Collegium, eorum forum sequi debent, si conveniuntur ex alio contractu, coram judice ordinario sunt conveniendi, *Sichard. ad L. fin.* atque hoc etiam obtinet in causis criminalibus, nisi aliquando pœna imponatur exinde, quod contra statuta collegii quis deliquerit. Notandum hic, quod *clancularios*, V. G. Sartores & Sutores, die Störer / oder Bühnhasen / irrequisito judice collegia ejicere non possint, sed necesse sit clancularium talem in domo latere resciscentes, id Judici significent, qui, adjuncto apparitore, concedit extrahendi potestatem, *vid. Borchold. consil.* 17. *quæst.* 2.

11 *Statuta Collegii.* Ad effectum jurisdictionis pertinet, quod possint Statuta concedere in iis rebus, quæ collegium concernunt, & non sunt remota ab eorum professione, *L. f. C. de colleg. l.* 2. *C. de const. pec.* Unde de tutelis, hereditatibus & dotibus decernere nequeunt, *arg. l. f C. de jurisd.* & non opus est, ut à Superiore semper confirmentur, eo ipso enim collegium potest facere Statutum, quando est approbatum. *L.* 2. *§. fin. C. de constit. pecun. L. f. C. de jurisd. omn. jud. Knichen. de territ. original. n.* 269. *Bervic. cons.* 7. *n.* 10. *consil.* 158. *n.* 1. *& seqq. vol.* 3. Secus tamen hoc est *de consuetudine*, *Carpzov. lib.* 1. *respons. tit.* 5. *respons.* 49. *Matth. Stephan. l.* 2. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 28. Ac statuta hujusmodi ligant collegiatos, id est, eos qui sunt ex numero Collegii, Zunfftbruder / etiam in alio foro, quam in foro Collegii, quoad scilicet decisiones causarum, non autem quoad modum procedendi in judicio, nam quilibet stylus judicii observari debet, *Schneid. ad §. Jus autem Civile n.* 15. *Inst. de I. N. G. & C.* ubi tamen hanc limitat doctrinam, quod nimirum ea procedat inter ipsos Collegiatos tantum, in præjudicium namque tertii nihil statuere possunt. Estque ratio, quia hujusmodi Statuta Collegiorum dicuntur conventiones, sed conventio inter certas personas aliis non præjudicat, *L. si unus* 27. *§. pacta ff. de pact.* Itaque si quis conveniatur, qui non est de collegio, der nicht aus gleicher Zunfft des Handwercks ist / à Collegiato allegante Statutum Collegii, tale Statutum non ligat non collegiatum. Unde Opificum Statuta

12 *Quænam illicita.* illicita sunt, quando conveniunt inter se, ut quod *unus inchoavit, alter non perficiat. L. un. C. de Monop. Perez. Com. ad d. L. un.* Ne quis in arte alium, nisi filium & nepotem instruat, *Azo in Sum. ad d. l. un.* Ne quis carius operas suas locet, aut minori pretio perficiat, quam inter eos est conventum. Ne quis eorum operas Civi in urbe habitanti præstet, item quando laniones certam tantum quantitatem ad macellum deferunt, ut tanto carius vendere possint. &c.

Cum Sartores, Sutores, nonnullique alii opifices statuta habeant, ut neminem in suum collegium recipiant, nisi qui sit legitime natus, wann er nicht ehrlich gebohren / oder seinen ehrlichen Geburtsbrieff fürweisen kan / quæritur, num stante tali statuto, filius expositus, ein Findelkindt / in collegium sit recipiendus? 13 *Findelkinder.* quod negandum: quamvis enim alias receptum sit, in dubio honestos cujuscunque natales existimandos esse. *Palæot. de Spur. c.* 20. Legis tamen hæc præsumptio est, at proprie præsumtio legis non est probatio, sed improprie, eamque ob causam in Statutis, quæ probationem requirunt, locum non habet. Posito itaque, quod de jure infans expositus, legitimus præsumatur; non tamen satisfieri videtur Statuto, requirenti probationem legitimæ nativitatis ab eo, qui in ordinem se recipi postulat, & ita multis in locis pronunciatum attestatur *Cluten. in diatrib. Justin.* 5. *q.* 27. Imo præsumptio potius est, ejusmodi infantes, quod plerumque liberi ex illegitimo coitu procreati exponantur, rarò verò de liberis legitime natis exempla expositionis proferri queant, und geschicht die expositio eben darum / weil Vatter und Mutter sich dardurch der begangenen Schandt zu entledigen / oder nicht offenbahr zu werden vermeinen.

14 *De filiis textorum, tonsorum, opilionum, &c.* Sane insulsi hujus instituti ratio difficulter reddi potest, quod *Textorum, Tonsorum, Opilionum, Molitorum, Publicanorum, Tibicinum* & *Balneatorum* liberi, si alias honestorum natalium, vitaque probi sunt, à cæterorum Opificum consortiis & tribubus excludi debeant: Quanquam enim in Tibicinibus, Tubicinibus & Balneatoribus exclusis, ex *Cic. l.* 2. *de offic. & Arnis. lib.* 1. *Pol. c.* 12. hæc ratio forsan afferri posset, quod horum artes Ministræ sint voluptatum, minime in Civitate bene constituta ferendæ, quas etiam Respublica Romana plerasque ab initio non admiserit, & specialiter publicanos, tum Hebræorum institutis quasi infames, tum jure Civili, ob iniquitates suas, male audire constet, *t. t. D. de publ. & vect.* Per istam tamen rationem nihil obstat, quo minus admittantur reliqui hic nominati Opifices (maxime verò Balneatores, qui speciali Imp. Wenceslai privilegio nituntur, quod refert *Goldast. t.* 2. **der Reichssatzungen** *p.* 82. de cujus ratione videndus *Lehm. diss. ad tit.* 5. *A. B. concl.* 6. *l. m.*) ut adeò non videantur, ob sordidas operas, circa quas versantur, vel versari ab aliis accusantur, juste ab hone-

storum consortio moveri posse; Etsi omnino ipsimet excludendi essent, nulla tamen ratio foret, cur *liberi innocentes* exinde, ob prætensam negotiationem parentum, puniri debeant, vel honesta promotione privari, *Mev. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. add. n. 39.* facit pro hac conclusione *auctoritas Majorum*, quæ sic instituit, *æquitas rerum*, quæ sic postulat, *libertas naturæ*, quæ sic requirit, *paucitas Civium*, si id non fieret, *Calamitas Civitatis*, si lex non prohibeat *Caf. in Sphær. civil. lib. 2. C. 5. p. 101. Mev. art. 37.* verb. und aber

15 De advenis. je unbillig. Opifices *advenæ* in Oppidis nomina sua, apud sui artificii tribusve Viatorem, Sociosve, junioremve tribulem, cuive id negotium datum fuerit, profiteri, & hi de conditione idonea prospici debent, quæ constitutionis ratio *ex pr. Ord. Pol.* §. Dieweil in dem 2c. colligi potest.

16 Citantur autores accuratè de opificiis tractantes. De opificibus novissimè tractat *Germanus Philoparchus* in libro seu tractatu inscripto der kluge Beambte/ *tit.* 24. ubi omnes sequentes quæstiones resolvit: Was Collegia und Handwercker seyn/ und wie vielerley?

Wer die Macht habe Handwercks-Ordnung zu concediren?

Von den geschenckt- und ungeschenckten Handwercken.

Von den Fundation-Brieffen/Innungen/Ambts-Lade/gemeinen Cassa, Ambts-Sigill/ Zunfft-Hauß und Syndico der Zünfften.

Von der/denen Handwercks-Collegien zukommenden Jurisdiction.

Ob die Aelter-Meister die Lade können verbieten; Es werden solche Meister vom gantzen Collegio erwählt/ und bißweilen von der Obrigkeit confirmiret/ wie weit sich ihre Macht erstrecke?

Von Handwercks-Statuten/ ob sie von der Obrigkeit confirmiret werden müssen?

Von denen unzuläßigen Statutis der Handwercker/ welche theils das Monopolium, theils die Geburt/ Ehren und Leben betreffen.

Von denen zuläßigen Statuten/ so viel gleichfals die Geburt/Lehrjahre und andere Præstationes betrifft.

Ob nach geendetem Collegio der Letzte die bona Collegii alieniren/ oder darüber testamentiren könne?

Wem das Vermächtnuß gehöre/ welches einem Collegio geschicht? ad quam deductionem lector remittitur, ne fusior deductio notarum nomen excedat, *Christian. Leiser. in jur. Georg. lib. 3. cap. 5. n. 57. de Opific. tradit*: quibusdam pagis opificia exercere, linteones aliosque artifices habere permittitur: nimirum in hac re cujusque loci consuetudines, quæ pro diversa conditione variant, respiciendæ sunt. *Fritsch. in tract. de jur. Universit. agror. cap. 19.*

De œconomia opificiaria specialem tractatum publicavit *Adrian. Beyer*, præcipuè *de domesticis opificum, & ipsorum filiis*, von Meisters-Söhnen/ in quo *c. 1.* tractat de domo & ejus partibus, & quod *matrimonialis societas* non libidinem, sed Deum autorem habeat, cujus effectus maritus, uxor & liberi, nunquam nisi per matrimonium quærendi, *c. 2.* de matrimonii necessitate, etiam in statu integritatis, & ejus libertate non facile constringendâ, *Math. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 7. n. 39.* ad filiam vel viduam ejusdem opificii, *c. 3.* de matrimonii puritate, *c. 4.* de potestate maritali, *c. 5.* de viduis, statu durante, *c. 6.* de secundis nuptiis, *c. 7.* de patria potestate, adoptione, unione prolium, *c. 8.* de agnoscendis magistrorum liberis, von Meisters-Söhnen/ *c. 9.* de filiorum præcipuis, *c. 10.* de filiis magistri bœthis, *c. 11.* de filiorum levaminibus in magisterio consequendo, *c. 12.* de filiorum solaminibus in statu obtento, *c. 13.* de societate herili & operis libertorum, *c. 14.* de insidiis bœthorum, von Abspannung des Gesindes/ *c. 15.* de hereditatibus opificum: quæ obiter notasse sufficiat.

Quæritur, *utrum contra Collegii alicujus publicâ autoritate confirmati statuta, liceat civibus proprios Domi famulos illius opificii alere in præjudicium Magistrorum?* Quo fine præmitto, Collegia quævis sive scholarium, sive artificum de jure prohibitorum censeri, donec ea jure instituta, vel institui posse probetur, *l. 1. ff. de Collegiis. & corpor. c. 1. X. de Religios. domib. in 6. Cothm. resp. 64. n. 4.* Et tùm demùm licita efficiuntur, cum eorum possessio vel quasi probatur ex literis fundationis vel privilegiis à Magistratu concessis, vel aliis ex signis, de quibus *Besold. in Thesaur. pract. verb.* Zunfft. Hodiè enim institutio Collegiorum ad jura superioritatis videtur referri, ut cuilibet Magistratui jurisdictionem habenti potestas sit erigendi collegium, & eidem leges præscribendi, *Mev. ad. jur. Lüb. lib. 4. t. 13. art. 3. num. 5. Hahn. in obs. ad Wesenb. parat. tit. de leg. num. 3. Wehner. in obs. verb.* Zunfft/ Richter/ *decis. 3. n. 4.* Et quia usus Collegiorum Reipubl. semper visus est necessarius, hinc omnia artificia licita Collegii jure donata sunt, in quibus Rector & Regentes quidam constituuntur, quia ea quæ ad officium & usum ejus artis spectant, ritè ordinent, atque disponant, *l. un C. de privileg. corp. Besold. de jure Colleg. c. 1. n. 2.* Et quia Collegii confirmatio publicæ autoritati relicta, nulla superest dubitatio, quin hoc Collegium quæstionis, Vietorum H. à Magistratu ibidem, & post à Sac. Cæsar. Majest. sine requisito civium consensu, ritè & validè institutum & confirmatum sit, cum opificium der Faß-Binder in toto Imperio pro licito & necessario habeatur, & ideo passim collegii jure donatum sit. Ut obstare nequeant recessus & statuta H. quæ in contrarium rei allegant.

17 Discutitur quæstio de collegiis Opificum, utrum in eorum præjudicium Cives alii proprios domi famulos alere possint?

Sicut enim Magistratus ex juribus deductis, & communi observantia fundatam intentionem pro se habet, ita calumniosè disputare rei videntur, ceu Magistratus hoc privilegium confirmando potestate sua

sua abusus esset: quasi verò ejus Autoritas à 7. mercatorum contradictione posset labefactari, cum ex civibus reliquis nec unicus se opponat, sed gratam habeant hanc Majestatis Cæsar. & Magistratus confirmationem. Et si verba allegati Recessus examinentur, cuivis patere existimo, iis non ademptam, aut limitatam, sed traditam & corroboratam esse Magistratui potestatem erigendi, & confirmandi tales sodalitates, per formalia, biß ein anders von einem Ehrbaren Rath verordnet / oder durch die gemeinen Burger und Inwohner ein anders vorgetragen wird ꝛc. Ut non nisi per calumniam disputatio de Magistratus circa hæc potestate suscipi videatur, cum & ipsi rei tandem rotundè fateantur, quod institutio & confirmatio talium privilegiorum à Magistratu cujusvis loci dependeat, & saltem eam clausulam addant, si fiat sine præjudicio tertii. Quinimò etiamsi Civitates Imperiales particularia possint erigere statuta, iis tamen universalibus Imperii Constitutionibus & Ordinationibus Politicis præjudicare nequeunt, *Klock. tom.* 1. *cons.* 20. *n.* 132. Ubi præjudicium allegat. Sicut enim se habent statuta Civitatum Municipalium ad superiorum suorum ordinationes, quibus se subjicere tenentur, *c.*2. *de majorit. & obed.* Ita se habent statuta Principum, Comitumvè, & Civitatum ad Constitutiones Imperatoris. idem *Klock. d. l. n.* 130. *& seqq.* qualia ideò particularia statuta in Recess. Imperii expressè cassantur, ut ex infrà dicendis apparebit.

Altera reorum exceptio est, impetrantium petita esse contra communem civitatis utilitatem: Impetrantes intendere Monopolium, wollen den Wein-Handel allein zu sich ziehen / taxiren ihre Arbeit zu hoch / der Wein werde dadurch vertheuert ꝛc. Quod si autem privilegia civitati, civibusque noxia & onerosa sint, ea omninò tollenda esse, quia major Reipubl. habenda ratio, quàm singulorum. At verò Taxam illi habent in ordinatione seu Rollâ *Art.* 8. à Magistratu præscriptam; ultrà quam aliquid ab ipsis exigi nec ipsi rei asserunt. Nec intentioni eorum prodest, quod ajunt, minoribus expensis operas istas à suis famulis habere posse. Contradicunt enim 1. Sibi ipsis in duplicâ suâ *fol.* 8. ubi cum ipsis ab Imperantibus objectum esset; daß die Wein-Händler sich der Meistere / und ihrer Knechte bedienet: his formalibus respondent: Sie hätten damahls den Handel nicht so starck geführt / und dahero die Arbeit durch die Meister gegen Bezahlung Taglohns wohl verrichten lassen können / weilen sie nicht eben darauff eigene Knecht gehalten / und so grosse Kosten thun wollen. Hanc confessionem posteà rursum evertere conantur, quasi majores impensas opificibus quam servis propriis facere tenerentur. 2. Offerunt se opifices ordinis, quod eâdem pro mercede ipsis laborare velint, qua possunt à servis istis habere. Itaque habent rei intentum, nec amplius ratione impensarum, aut læsione boni publici querimonia superesse potest. Quin potiùs regulam æquitatis observare deberent, & illud Actoribus concedere, quod reis non nocet, impetrantibus maximè prodest, & utriusque utilitati servit; Frustrà allegant, quasi impetrantes promissa non sint observaturi. Etenim Imperator est Magistratus, qui ipsos in ordinem redigere, qui ad Rollæ observantiam cogere, qui privilegiis omnibus exuere potest, si iis ambutantur: Cum non deceat Privilegia Collegii eousque valere, ut ea in detrimentum Reipubl. convertat; vim admittunt, quatenùs nocent, eveniente noxâ exspirant, & superior ea tollere, aut limitare potest, *l. ex facto. ff. de cond. & demonstr. Cabedo decis.* 19. *n.* 7. & abusus justa privationis causa est, *§. fin. instit. de his qui sui vel sui vel al. jur. l.* 1. *&* 2. *ff. eod. Mev. d. loco.* Hoc supposito, nulla est, nisi vel Calumniæ vel invidiæ causa, quod rei commoda lucrandi opificibus eripere, & suis servis attribuere malint, cum tamen his omni jure debeantur, & omnibus Rollis seu Ordinationibus illud perpetuò cautum, ut nemo opificium exerceat, nisi solenniter in Collegium receptus sit, undè etiam vocatur ein beschlossen Ambt / & qui non recepti ibidem clam artes exercent, vocantur Böhnhaasen und Stöhrer / *Mev. d. loc.* adeoque etiam in hac Rollâ ab Imperatore & Magistratu H. confirmata *art.* 13. dispositum, daß kein Gesell oder Taglöhner bey einem Meister soll arbeiten / der nicht das Faßbinden ebener massen an einem zünfftigen Platz / bey einem ehrlichen Meister redlich gelernet / bey Straff 10. Rthlr.

Nam cum opifices isti publica & necessaria omnibus officia præstent, cives sint, steuras & collectas persolvant, & onera personalia quoque in excubiis & vigiliis subeant, cur peregrinis potiùs famulis concederemus ista commoda, qui pecunias civium exhauriunt, & in aliena transferunt loca, nullo minimo ærarii civitatis commodo; ut tradit *Tholosan. de Republ. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 4. Quid quòd si famuli isti liberè concedantur, frustrà est omnis collegii ratio, utilitas vel disciplina. Ratio omnis Collegii est: Ut nemo opificium exerceat, nisi in id legitimè receptus, utilitas, ut illis lucrandi commoda obveniant, disciplina, ut benè discantur, & exerceantur artes Mechanicæ, & personæ in officio contineantur: quæ omnia cessant, si liberum cuivis est famulos domi suæ alere.

Nec Monopolii speciem habet hæc societas, quasi pauci ista compendia ad se solos derivare vellent, quia certus Collegarum numerus hic non determinatus, sed omnes admittendi, quicunque capaces, & de facto 80. Magistri in ea reperiuntur, quibus quæstum quotidianum, jure debitum, ordinatione concessum, propter paucorum mercatorum invidiam subtrahere difficilè fuerit. Istam quidem commoditatem depredi-

prædicant rei, quod famulos istos perpetuò domi suæ habeant, quorum operâ in occurrentiis, si fortè damnum immineat, statim uti possint, nec necessè habeant, opifices accersere; & illorum adventum expectando, perditionem vinorum interim sustinere. Suave quidem argumentum, sed quod si attenderetur, omnia simul Collegia everteret. Omnes in reliquis civitatibus Imperii mercatores vinarii, vel qui vina ex propriis vineis colligunt, eadem ratione uti possunt, novi ego homines, qui centena vini plaustra in cellis possident, nec tamen de propriis famulis alendis cogitant, tanquam re illicitâ, & Constitutionibus Imperii improbata. Nec meliorem hos Mercatores desiderare puto posse conditionem, quàm quali omnes reliquæ Imperii civitates, imò & extrà Imperium utantur. Quod si arbitrantur hos opifices vina Francica & Hispanica tractandi modū nescire, quod tamen ipsi pro cavillatione & injuria accipiunt, utpotè qui in illis partibus peregrinati artem quoque suam ibi exercuerunt: sufficientes peritosque famulos ex illis partibus substituent. Punienda arrogantia reorum est, quod se potiùs vel excessuros civitate seu jactitant seu minantur, quam ministerio vel operâ impetrantium uti velint, nec flecti justitia illis minis debet, cum & in aliis civitatibus, ubi majus vini commercium est, nulli tamen famuli domestici à Mercatoribus sustententur. Majus puto lucrum illos sentire, quam ut tam citò id relinquant, quod nec fieri potest, & si facerent, confestim adessent alii vel ex impetrantibus, qui locum illorum subintrarent, & Civitati majora commoda, copiamque vinorum afferrent & si aliò migrent, meliorem tamen conditionem alendi famulos proprios non reperient. Ex quibus omnibus manifestum est, nullam hic rationem boni publici obstare, quò minùs Impetrantes apud Ord. seu Rollam suam manuteneri, famuli reorum domestici tolli, & paritio injungi debeat.

Tertium suæ exceptionis fundamentum ponunt rei in longæva & antiquissimâ possessione alendi famulos proprios in suis ædibus. Id à tempore hominum memoriam excedente ita usitatum esse, hoc libertatem Commerciorum exposcere, quæ sine ea stare non possit. Et si tantùm probarent rei, quantum deprædicant, jam indubia Victoriæ spes penes ipsos esset. Sed nec unum testem producunt, nec unicum locum nominant, in quo similis libertas exerceatur, vel in usu sit, quòd verò Collegia ubivis vigeant, quod nulli liceat opificium exercere, aut famulos alere, qui albo Collegii non est inscriptus, id in omnibus civitatibus & terris, ubi vel vina crescunt, vel Commercium vinorum floret, receptum est & notorium, & vix credibile, nec ulla ratione probatum, quòd hæc sola civitas, hoc solum Collegium, non possit aliorum jure & conditione censeri. 2. Fatentur ipsimet rei, quod Mercatores Vinarii antiquitus opificum, non famulorum domesticorum operâ sint usi, id tamen tribuentes liberæ facultati, quod in arbitrio ipsorum fuerit, aut horum aut illorum opera uti. Ex quo tamen infertur, quod ex actibus difformibus & dissimilibus nulla legitima consuetudo vel possessio introduci possit, *Mynſ. cent. 6. obſ. 42. num. 2.* Et novissimi juris est id, quod non ratione introductum, sed errore primùm, deindè consuetudine obtentum, in aliis similibus casibus non obtineat, *l. quod non ratione 29. ff. d. ll.* 3. Impetrantes specificè nominant primos Mercatores & opifices, Commercium vinarium exercentes, qui non propriorum famulorum, sed opificum ministerio usi, quod rei non contradicunt; 4. Posita etiam consuetudine seu possessione, qualem rei sibi asserere conantur, tamen in ordinationibus politicis de *anno* 1548. *tit.* von Handwercks-Söhnen/ Gesellen und Knechten. 37. *anno* 1577. *tit. eod.* §. Wo aber jemands. 3. *Anno* 1530. *tit. eod.* 39. R. A. *anno* 1551. §. weiters haben wir ꝛc. clarè dispositum, daß die ankommende Gesellen sich bey denen Meistern des Handwercks anmelden / welche ihnen mit Fleiß nach Dienst/ und um einen Meister umsehen sollen. Et eodem Recessu *de an.* 1551. §. Und nachdem etwan hin und wieder cautum, daß alle den Ordnungen zuwider lauffende Gebräuch / Gewonheiten und Herkommen hiemit cassirt und auffgehoben werden; quod etiam repetitur in *R. J. de anno* 59. §. wo aber jemand von solchen 77. Ex quibus iterum patet, quod deprædicata reorum possessio, sicut ne in minimo quidem probata, ita etiamsi demonstrari posset, per Recessus Imp. & Politicas Ordin. iterum cassata & proscripta esset, tanquam irrationalis, evertens omnes Collegiorum societates, & commerciis damnosa. Quando enim consuetudo non tantum legibus publicis adversatur, sed etiam invidiam & læsionem proximi continet, nequaquam obtinere debet, secundum *Gail. 2. obſ. 31. n. 12.* præjudicare intendunt isti rei omnibus in Imperio, & extra illud artificum sodalitiis, quorum omnium prima cura & fundamentum est, ut nullus opificium exerceat, vel clam laboret, qui in Collegium receptus non est, id enim tanquam proprium semper omnibus Rollis inesse ait *Mæv. d. loc.* Hoc si tollitur jam subducto fundamentali fulcro, quod quasi per omnium gentium consensum Collegia sustinet, Societates omnes sua sponte collabentur. Non me quidem latet, post bellum Schmalcaldicum, multas societates seu tribus, ut Reipubl. perniciosas, ex politica ratione abolitas fuisse, sed illæ differunt à Collegiis, de quibus hic sermo, quæ saltem opificii exercendi causa, non ad suffragia ferenda instituuntur. Propriam turpitudinem allegat M. H. dum ait: Non se putasse impetrantes tam latè istam ordinationem contra Mercatores istos, & eorum

eorum famulos esse extensuros? Quomodo enim ignorantiam prætexere possunt, quam jus gentium, consensus omnium civitatum, observantia omnium Collegiorum confutat, quam Recessus & Ord. Imperii confirmant, conqueri nequeunt rei, quasi per erectionem hujus collegii sublatum sit istorum jus acquisitum, tanquam tertiorum, & nunquam auditorum, & quod in possessione immemoriali turbentur. Nullum jus sub prætextu falso jactatæ utilitatis publicæ, nullam possessionem unquam acquisivere, ut suprà demonstratum, nec acquirere potuerunt, legibus Imperii obstantibus, & omnia talia Collegiis contraria cessantibus, & irrita reddentibus.

Nulla ergò adest cassationis aut limitationis causa, quæ licet reservata, sine ratione tamen fieri nec debet, nec potest. Quocircà etiam in ultimo Imperii Recessu de anno 54. §. wie nun solches. 106. tum demum istæ causæ Politiam concernentes ad Magistratum loci remitti jubentur, & eidem statuta revocandi, vel mutandi potestas conceditur, si circumstantiis benè consideratis, causa opificiorum legibus, rationi & Imperiali Constitutioni conformibus adversetur, ut Magistrorum & famulorum diffamationes injuriæque evitentur: So fern dieselbe Sach wider selbigen Orts hergebrachte vernünfftige/ und den Reichs-Constitutionen nicht ungemässe Handwercks/ und andere hergebrachte rechtmässige Ordnung läuffet: quo casu si appellantes nullum justum gravamen ostendunt, si appellatio præscriptis Collegii regulis, rationi & legibus Imperii repugnat, si à judice vel Magistratu loci prius informatio petita, omnibus discussis ratio boni publici id efflagitare videtur, causa ad judicem loci remittenda est. Nostri Impetrantes nil, quod rationi, Articulis Collegii aut Constitutionibus Imperii repugnet, desiderant, petunt manutentionem Rollæ à Magistratu, & Imperatore confirmatæ. Rogant ut ipsis non subtrahatur quæstus quotidianus, ut non evertatur Articulus Rollæ fundamentalis, ut reliquantur beneficia, quæ Rolla ipsis tribuit, quæ Constitutiones Imperii confirmant, quibus alia Collegia omnia in omnibus Imperii civitatibus perfruuntur.

Hassia, Hessen.

SUMMARIA.

1. *De origine Landgraviorum Hassiæ.*
2. *De controversia successionis Marpurgensis.*
3. *Cæsaris judicium & sententia.*
4. *Hassiæ ditiones sunt individuæ, quamvis administratio inter agnatos sit divisa.*
5. *De titulo Landgravii Hassiæ & Principis Hirsfeldiæ, ejusque acquisitione.*
6. *Quomodo Comitatus Cattimeliboci Hassiæ acquisitus.*
7. *De Comitatu Diezæ.*
8. *Sententia Imp. Caroli V.*
9. *De Comitatu Ziegenhainæ & Niddæ.*
10. *Schaumburgi.*
11. *Isenburgi & Budingæ.*
12. *Fœdus mutui auxilii inter Landgravios Hassiæ & Saxoniæ Duces, & Marchiones Brandenburgenses.*
13. *Pactum confraternitatis.*
14. *Privilegium administrandi Principatus 18. anno expleto.*
15. *Habent præfecturam in Civitate Imp. Wetzlariensi.*
16. *Habent jus conducendi per Wetteraviam.*
17. *De Domo Hasso-Cassellana in specie.*
18. Rheinfelß/ Katz/ Cassel/ Marpurg.
19. *Fritzlaria.*
20. *Fortalitia Hasso-Cassellana.*
21. *Aulæ modus & conditio.*
22. *De Domo Hasso-Darmstadina in specie.*
23. *De Principibus appennagiatis.*
24. *De Judiciis.*
25. *De præcedentia utriusque Domus.*
26. *Landgraviorum insignia.*
27. *Titulus.*
28. *Sub quo comprehendantur Circulo, & eorum onus imperiale.*
29. *Exemplum de Landgravio Ludovico ex Ænea Sylvio.*

1 De origine Landgraviorum Hassiæ. Hassiæ Landgraviorum familia à connubio *Henrici Magnanimi*, Ducis Brabantiæ & Sophiæ Landgraviæ Thuringiæ defluxit: Ille enim, postquam priorem conjugem Mariam, *Philippi Suevi Imperatoris* ex Irene Angela Constantinopolitana, filiam, cum qua filium, & in Ducatu Brabantiæ successorem *Henricum Mansuetum* cognominatum, genuerat, amisisset, ad secunda vota transiit, atq; anno 1242. in thalamum adscivit Sophiam, Ludovici Landgravii ex *Elisabetha Hungarica*, postea in Sanctorum numerum relata, gnatam unicam. Hæc, cum gentis suæ vetustissimæ mares in *Henrico Raspone*, patruo ejus defecissent, jus in successionem Thuringicam sibi vindicavit, sed competitorem reperit *Henricum*, illustrem Misniæ Marchionem, qui Jutha Henrici Rasponis sorore prognatus erat. Hinc exorta controversia, illa patris, cujus locum subiisset, hic Matris jura, tum oblatam firmatamque sibi à Friderico II. Imperatore successionis spem, *Exspectanz*, & plerorumque Provinciæ Ordinum assensum allegantes, quæ, post novem annorum bellum, iis legibus sublata, ut *Brabantinis Hassia*, *Thuringia Misnensibus* obveniret, easque ambas aliquando haberent, qui deficienti alterius stirpe superstites mansissent, adjectis de mutua successione pactis. Et recepti in successionis fœderisque communionem Brandenburgici, *Naumburgi anno* 1614. nova conventione firmati. Atque huic *Henrico Magnanimo*, Brabantiæ Duci, Landgravii, qui nunc Hassiæ rerum potiuntur, per filium *Henricum* puerum,

puerum, das Kind von Hessen/ originem debent, cujus alter filius, ex alio tamen conjugio susceptus, adeoque frater Henrici Pueri consanguineus, cui *Henrici Mansueti* nomen, Brabantiæ Ducatum, mortuo patre sortitus est. Adeoque Serenissima hæc Domus, ex Regia Pipinorum & Caroli Magni propagine, à quâ Duces Brabantini derivantur, originem trahunt. *Vid. Wilhelm. Dillich. in Chron. Hass. part. 2. sub anno* 1247. *& seqq. sicut & acta Hassiaca*, von dem *Primogenitur*-Streit.

2 De controversia Successionis Marpurgensis.

Cum familia hæc Celsissima primario in *Cassellanam* & *Darmstadianam* dividatur, placuit ex *Tobia Pfannero de Princip. Germ. cap.* 8. *pag.* 250. hic breviter attingere litigium illud, quod duæ hæ Domus adinvicem habuerunt, atque qua contentione id ab utraque parte continuatum, quibus legibus & quorum opera id sopitum sit: *Philippus* Hassiæ Landgravius, Schmalkaldici fœderis, aliarumque rerum gestarum memoria notus, morti jam propinquus, provincias (quarum ex instituto Ottonis & more majorum non nisi unicus heres esse debuerat) in duodecim uncias partitas, Guilielmo Cassellano semissem, inferiorem nempe Hassiæ, & meliorem Ziegenhainensis Comitatus partem, Ludovico Marpurgio tres uncias, ditionem scilicet ad Lanum, cum Niddæ Comitatu adscripserat: Philippus Reinfelsius atque Georgius Darmstattinus, uterque in dimidiam quadrantis, iste nempe ad inferiorem, hic ad Superiorem Cattimeliboci Comitatum vocatus. Addita extremis tabulis verba, quibus cuicunq; heredum, sine mascula prole obituro, cæteri æquis partib⁹ sufficiebantur. Et vita functus Philippus Reinfelsius locum substitutioni facit, nullo heredum certamine temeratæ. Non eadem concordia Ludovici hæreditatem partientibus constitit, qui Mauritio Cassellani, & Ludovico Friderico atque Philippo, Georgii Darmstattini filiis, utrisque ex semisse in stirpes dividundâ, hæredibus institutis, pœnam adjecerat, ut parte sua excideret, si quis aut supremo huic judicio obniteretur, aut in religione quid mutare ausurus esset. Commisit pœnam Mauritius, quem A. C. neglecta Reformatorum sacra amplexum testamenti beneficio, in cujus leges deliquerit, arcendum Darmstattini contendebant, quas tamen nec ipsos quidem satis reveritos Cassellani regerebant, tres partes hæreditatis, in capita scilicet distribuendæ, sibi vindicantes, utcunque ejus robur non omnino se inficiari isti præferrent.

Et tractata coram arbitris, more Hassiacæ Domus, ex utriusque familiæ Ministris Ordinibusque, pari numero delectis, de vi testamenti quæstio, quorum tamen sententiæ Darmstattini stare recusantes, rem ad

3 Cæsaris judicium & sententia.

Cæsarem detulere, qui hisce æquior, atque acuendæ Georgii industriæ, in persuadendo Socero Saxoniæ Electore, curatius adhibendæ, ut is translatam tum â Palatinis in Bavarum Electoralem dignitatem ratam haberet, Comitiis Ratisbonensibus, contra Cassellanos pronunciavit, non terras tantum, sed & perceptos ex ea hactenus reditus, Darmstattinis restituere jussos, *Adolph. Brachel. Histor. lib.* 2. *p.* 68. & 69. *Edit. Colon. ann.* 1652. At hi Ferdinandum Imp. potentia, non ex vero statuisse causati, sententiæ parere detrectabant, & quamvis Mauritius anno 1627. cum Darmstattinis certas in leges convenisset, consensu Procerum Provinciæ atque Sacramento firmatas, Guilielmus tamen, Mauritii filius, neglectis pactis, tanquam vi atque metu, ut caussabatur, extortis, quo firmiori munimento adversus agnatos, Cæsaris gratia fultos, insisteret, Gallorum Suecorumq; partes amplexus est, quorum opibus nixi Cassellani, cum durante Germanico bello Darmstattinos multis modis afflixissent, opera tandem Ernesti Saxoniæ Ducis, ita cum illis transegere anno 1648, ut ex Ludovici hereditate dimidia semissis, Marpurgica portio vocaretur, atque ex altera dimidia, quarum quævis viginti quinque aureorum millia annuos reditus conficeret, 5000. sibi servarent Cassellani, reliquam ejus dimidiæ, cum Giessensi portione, Darmstattini haberent, quæ tractata conventaque, cum Osnabrugæ de pace ageretur, secutâ Westphalicâ pactione *art.* 15. §. *quoad Controversias &c.* ratihabita, finem tam acerbæ diuturnæque liti fecere: Ipsam autem transactionem de anno 1648. 16. April. verbotenus recenset *Gastel. de Stat. publ. Europ. cap.* 22. *n.* 12.

Constat de cœtero, Ditionem Hassiæ, cum omnibus Comitatibus & bonis immobilibus, esse universitatem majorem militaris dignitatis individuam §. *præterea* 2. *feud.* 55. quamvis administratio & emolumenta, ut olim sæpe, ita & hodie, inter agnatos sint divisa, ipsum tamen jus beneficiarium mansit, & jam nunc est individuum; *Oldendorp. inter cons. Marpurg. vol.* 2. *Cons.* 5. *in ipsa facti specie & n.* 97. Ideoq; tam possessio Civilis, quam dominium ipsum totius Ditionis Hassiacæ, cum pertinentibus Comitatibus, ditionibus, & Præfecturis, ad omnes Landgravios æqualiter, & pro indiviso pertinet, & divisio facta tantum administrationem, emolumenta & naturalem possessionem respicit, *vid. acta* in Sachen Hessen *contra* Hessen/ die Fürstl. Marpurgisch. *Succession* betreffend/ *in deductione causæ Principalis, n.* 88. Sunt tamen quædam, ipsam etiam administrationem respicientia, adhuc indivisa in Hassia, inter Principes regentes, ex jurata, perpetua & hereditaria conventione, ut sunt, das Hessische Hoff- und Revision-Gericht/ die Land-Täge/ Synodi und Zölle *Limn. l. P. Lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 2. *citans Reinking. de regim. secul. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 17. *n.* 22. 4

4 Hassiæ Ditiones sunt individuæ, quamvis administratio inter Agnatos sit divisa.

Landgravii titulum primùm à Lothario Cæsare accepit Ludovicus Comes, cujus familia in Henrico Raspone finiente, cum una cum Hassiæ terra Henricus Puer, Henrici Magnanimi Brabantiæ Ducis filius obtinuisset, ut supra jam dictum. 5

5 De titulo Landgravii Hassiæ & Principis Hirsfeldiæ.

Abba-

ejusque acquisitione. *Abbatiæ Hirsfeldiæ* Ditio, nomine Principatus sacri dignatione pridem illustris, ea tamen virium imbecillitate ab aliquot jam seculis laboravit, ut incolumitatem suam suorumque, nisi aliena ope tutari nequiverit, etiam depellendis Nobilium Vicinorum injuriis impar, quas à Buchenaviis, Gœrziis, aliisque varias multasque mulctas plerumque toleravit, unde diffisi sibi Abbates, pro temporum istorum genio, varios adire, quorum potentia protegerentur. Sic Friderico Misniæ Marchioni, à Ludovico IV. Imp. anno 1327. postea anno 1398. Gunthero Trevirorum Archi-Episcopo, atque Falckensteiniis Comitibus, tuendæ ejus cura mandata. Tandem *Albertus Abbas*, perpetuo patrocinio Ecclesiæ suæ consulturus, à Ludovico Hassiæ Landgravio, iis legibus illud obtinuit anno 1432. Ne nunquam à Landgraviis Abbatia avelleretur, quorum fidei spontanea clientela sese commiserit, ut arcibus atque urbib⁹, Præsidiis Hassiacis, quando Landgraviis lubeat, firmandis, virisque contra quoscunque, qui hos læderant, juvare obstricta esset; translata in eosdem facultate redimendi bona, aliis ab Abbatibus obligata, & injuncta his necessitate, ut Landgraviis primùm offerrent, si quas imposterum arces urbesve pignori tradi oporteret. In eamque formulam à Landgraviis, Ludovico, Henrico & Guilielmo, atque Hirsfeldiæ Præsulibus repetitis pactionibus anno 1458. & 1490. consensum.

At Philippus, metu amittendorum jurium, magnifico protectionis vocabulo ex Abbatia ista, à Majoribus paratorum, quem Volperti Antistitis tentata in Abbatiam Fuldensem cessio, *incorporatio*, intenderat, ad novas conditiones Cratonem Abbatem anno 1517. adegit; Ne scilicet Hirsfeldia unquam alienæ Ecclesiæ accessio fieret, *incorporaretur*, ne id ad Præsulatum ejus alia quam Electionis aut Postulationis via, neque iis pateret, qui sacri Principatus dignitate jam ornati, aut Hassiæ Landgraviis exosi essent. Verum ut plerumque *in dominationem desinunt pacta, ab imbecillioribus cum potentioribus contracta*, ita Abbates, tot juribus imminuti, quot in Cattos, inconsulta timiditate transtulerant, libertatis periculum ab istis subiere, quos avertendis multò minoribus malis ipsi acciverant. Philippus quippe, auxilium rogatus ab Abbate, subditorum seditione agitato, quos fatalis ista Agrestium rabies in societatem sceleris traxerat, sibi magis, quam afflicto subjectorum flagitio Præsuli provisurus, coactis copiis & fugatis profligatisque rusticis, Hirsfeldiam, tanquam belli jure ingressus, cunctaque ex libitu disponens, non urbem tantum immunitatibus, sed & Abbates atque Capitulares, quibus propugnandis advenerat, libertate adeo exuit, ut mutato per totam Hirsfeldiæ ditionem publicæ Religionis cultu, ne privatis quidem ædibus sacra Romano ritu celebrandi facultas illis superesset: ita juxta cum Subditis suis in ordinem redacti Hirsfeldiæ Principes, propius servitio quam imperio adfuere, donec Hassi melius rati, si Abbatum jure nomineque ipsi regnarent, non multo labore, quod voluere, indepti sunt, Ottone Mauritii filio, primum Joachimo Abbati, & isti fratre Guilielmo, qui morituris succederent, subrogatis nulla fere eligendi parte, vix imagine, Collegio, *Capitulo*, reliqua, cujus totam vim in se Catti jamdiu pertraxerant. At *Rudolphus*, & post hunc *Matthias* Impp. proposito 1617. edicto, quanquam nullum nomine compellarent, Abbatia abscendere jusserunt, qui contra instituta moremque majorum indebitos honores usurpassent. Neque tamen cessere Catti, post varias, quæ secutis bellis evenere, vicissitudines, id tandem *Westphalica pace art.* 15. §. 2. *adepti*, ut Satisfactionis loco, ob accepta à Pontificio milite damna terram istam secularis Principatus nomine sibi retinerent.

6 Quomodo Comitatus Cattimeliboci Hassiæ acquisitus. *Comitatum Cattimelibocensem*, Uxoris, Annæ nomine, defuncto Profratre Philippo juniore, ultimo Cattimeliboci Comite, Henricus II. Landgravius Hassiæ obtinuit, cujus filius Guilielmus junior, absque filiis anno 1500. mortuus, liti inter Successorem Guilielmum medium agnatum, Sororesque Mechtildem & Elisabetham, istam Joannis Clivensis, hanc Joannis Nassovio-Dillenburgii matrimonio collocatas, causam occasionemq; dedit, cum istæ Comitatum istum maternæ hereditatis jure sibi vindicarent, Guilielmo, eo maxime argumento ex adverso nixo, quod Guilielmus junior anno 1487. Sororibus non nisi dotem 100000. aureorum pactus, integram terrarum successionem patrueli seposuerit. *Münster. lib.* 3. *C.* 419. *sub princ. p.* 847. *Georg. Fabric. Orig. Saxon. lib.* 6. *p.* 574. *& lib.* 7. *p.* 750. *Dillich. Hess. Chron. part.* 1. *p.* 55. *Bert. de Germ. lib.* 2. *c.* 22. *Limn. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 8. *Spener. in famil. Hass. pag.* 662. Et protracta multos in annos cum Nassoviis controversia, Clivensium quoque juribus postea emptionis titulo, pro 50000. flor. *Chytr. Saxon. lib.* 3. *p.* 84. auctis, tandem anno 1548. pro his sententia dicta, *Thuan. lib.* 10. *p.* 291. *Sleidan. lib.* 24. *p.* 784. *Jac. Masen. lib.* 7. *n.* 84. *Spener. pag.* 671. *adde Apol.* **Landtgrafen Philipps zu Hessen wider Hertzog Henrich zu Braunschweig** *apud Hortled. de B. G. Tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 7. *n.* 88. Tamen Passaviensi Transactione robur ademptum, & ut in illius justitiam alio judicio inquireretur, permissum. Inde anno 1557. ab iis, quibus cognoscendi vices delegatæ, pronunciatum, ut tituli honore non Nassovii minus atque Catti gauderent, *Thuan. lib.* 19. *p.* 381. *Bert. lib.* 2. *cap.* 24. *Dillich. d. Chr. part.* 2. *p.* 330. *Spener. p.* 672. atque hi retento Comitatu, Nassoviis, una cum quarta Diezensis Comitatus parte, 450000. aureo-

rum exsolverent, Catimeliboci quoque portionem sive inferiorem sive superiorem, aut loco ejus 300000. aureorum habituris, quando Hassi nulla relicta mascula prole decederent, *Tob. Pfanner. d. l. pag.* 262.

7 De Comitatu Dieza. Et *Comitatui Dieza* sui quondam proprii Comites fuere, quorum ultimo Gerlaco sive Gebhardo, anno 1388. mortuo, ad Cattimelibocenses Comites, ut videtur, transiit, quem his quoque extinctis, cum Cattimelibocensi Guilielmus junior Hassus avitis terris adjecit, *Dillich. part.* 1. *pag.* 48. *& part* 2. *p.* 218. Atque hinc quoque

8 Sententia Imp. Caroli V. cum Nassoviis lis, *Thuan. sub princ. lib.* 8. in qua *Carolus V.* Imperator anno 1551. contra Philippum Cattum *sententiam tulit*, excusante eo, quod sibi non integrum esset respondere, adempto, dum à Cæsare captivus detineretur, libero cum suis loquendi consulendique commercio. Tandem quarta ejus parte Nassoviis postea, ut modo, permissa, reliquas sibi Hassi stabiliverunt.

9 De Comitatu Ziegenhainæ & Niddæ. *Ziegenhainæ* Comitum primus numeratur *Fridericus* Ludovici II. Landgravii Thuringiæ & Hassiæ filius, *Limn. Bert. Fabric. dd. ll. Dillich. part.* 1. *p.* 91. *& part.* 2. *p.* 145. 239. *& seq. Spener. p.* 661. cujus prosapia in Joanne Comite sublata, *anno* 1453. Ludovicus Mitis, Hassiæ Landgravius, emptionis, ut perhibetur, cum Joanne, multis debitis beneficiisque Landgravio obstricto, contractæ titulo, occupavit: Unde illi cum Hohenloicis, nescio quo jure hereditatem sibi vendicantibus, controversia, Wormatiæ tandem *anno* 1495. ita composita, ut Comitatus penes Hassos maneret. *Niddani* quoque proprios Comites habuere, quorum ultimus Engelhardus *anno* 1329. vita functus, cognato Joanni Ziegenhainensi locum fecit; Hujus progenie deficiente, Ludovicus, quem modo nominavimus, utrumque sibi asseruit.

10 Schaumburgi. De *Comitatu Schaumburgi* sequentia refert *Cyriacus Spangenberg*, in der Holsteinischen *Chronick lib.* 1. *C.* 4. Adolphus de Salingsleven, Equestris in Westphalia Ordinis, Franconica cæteroquin præclaræ nobilitatis familia, ortus, à *Sigefrido*, Brunonis fratris Adolphi in Pontificatu Mindensium successore, ob egregia in istum officia, prædia quædam nactus, etiam villam exstruxit, venationibus tantum, ut præferebat, destinatam, atque, ut haberet, ubi istis fessus quietem capesseret. At, Sigefridus molem ultra ac speraverat surrexisse conspicatus & periculosum sibi ac successoribus existimans, sistare pateretur, *Cæsarem, Conradus* is erat Salicus, adiit, qui Adolphum cœptis desistere, & exstructa demoliri juberet. Verum Imperator in rem præsentem ipse veniens, inspecto laudatoque ædificio, quod dirui indignum ipsi videbatur, Episcopo, ut feudi loco id Adolpho permitteret, persuasit. Hoc Comitatus initium, quo adjectis patriis Salingslevii aliisque prædiis, solennibus anno 1130. Mindæ celebratis, Conradus Adolphum ornavit, in virtutis præmium, quam in Cæsaris Patriæque emolumentum, Hungaricis, Italicis, & Burgundicis bellis testatam fecerat, *Crantz. Saxon. lib.* 8. *cap.* 26. *Spangeberg d. l. & Chytr. Saxon. lib.* 2. *p.* 66. Arci à Cæsaris verbis pulchritudinem ejus commendantis. Schau die Burg / Comitatui ab arce appellatio indita. Post hæc collata in Schaumburgios Holsatia Wagriaque, successu temporum, seculo nempe decimo tertio, inter fratres Henricum I. & Gerhardum II. Gerhardi I. filios, *Stormariensis* lineæ, conventum, ut Gerhardus *Stormariam*, Henricus *Schauenburgiam ditionem*, morte tum agnati Conradi vacuam acciperet, *vid. Spangenb. d. Chron. lib.* 3. *C.* 5. *lib.* 5. *C.* 1. Atque ex hoc continua Schauenburgensium Comitum ad *Ernestum* usque series, qui *Principis* dignatione auctus, familiam, Comitum dignitatem hactenus non egressam, *anno Seculi* prioris *quadragesimo*, morte sua conclusit. Præfecturas ad istum Comitatum quondam pertinentes, *Schauenburg* nempe, *Bickenburg*, *Saxenhagen* & *Stathagen*, Episcopatui Mindano antehac assertas adjudicatasque, Westphalicæ pacis constitutione, cum Hirsfeldia Catti acceperunt, unde titulum quoque sibi sumsere.

Isenburgi Comitatus, atque *Budingæ* Dynastia, quæ diversis quondam Dominis paruerant, Ludovici Isenburgii, cum Helwige Budingensi nuptiis, coaluere. Et quidem primus Isenburgi Comes Henricus, *anno* 1230. perhibetur; Budingæ Dietherus, qui, ut Dynastia ista Comitatus honore augeretur, impetravit. Utraque priori seculo *Wolffgango Henrico*, *Isenburgi & Budingæ Comiti*, tanquam læsæ Majestatis reo, adempta, *Georgio Hassiæ Landgravio*, qui, constanti in Imperatorem, & Domum Austriacam obsequio affectuque, *fidelis* cognomen meruit, Ferdinandus II. Imp. anno 1635, largitus est. Secuta *anno* 1642. transactio inter Hassos atque Isenburgios, quâ, inter alios certa Comitatuum istorum portio, 20000. florenos annuos ferens, septem feuda, ut appellantur, nobilia, & cum titulo, quo Hassi etiam superstitibus Isenburgiis potirentur, successionis jura, si quando istorum progenies deficeret, Cattis manere, reliqua Comitibus restitui deberent. Cautum quoque, ne generalis, quæ tum sperabatur, Amnestiæ beneficio se tuerentur Comites, qui tamen aliquot post annis, cum de pace Germaniæ reddenda Osnabrugæ ageretur, pacta illa, nimio Domus suæ damno, vi metuque, & quidem ab aliis inita, causantes, ætatis quoque miserationem meritæ jura invocando, restitui in integrum petivere: Et indulta illis, dicta pactione generalis Amnestiæ gratia, salvis tamen juribus, quæ Hassi sibi competere obtenderent. At præter hos etiam Saxones Cattorum cupiditati refragabantur, datam sibi à *Rudolpho II. Imp.* anno

11 Isenburgi & Budingæ.

anno 1569. succedendi Comitibus, quocunque modo terræ ipsorum ad Cæsares reverterentur, auff allen Fall / wodurch Käyserlicher Majestät solche Graffschafften apert werden möchten / spem, *exspectantz* / à Matthia, Ferdinando II. atque Leopoldo Aug. Imperatoribus confirmatam, memorantes. Quin & Hassi, potiora Saxonum jura ipsi forsan agnoscentes, illis se non adversaturos, aliquando præ se ferebant, si casus successionis daretur. Mansit tamen hactenus inter hos lis, neque Saxones Hassiæ Landgravios Isenburgi atque Budingæ Comitum nomine salutant. *Tob. Pfanner. d. l.*

12 Fœdus mutui auxilii inter Landgravios Hassiæ & Saxoniæ Duces & Marchiones Brandenburgenses. Fœderi inter Saxoniæ Duces & Marchiones Brandenburgenses adinvicem facto, & in literas Norinbergæ anno Christi 1451. relato, accessit postea Ludovicus Landgravius Hassiæ; cum heredibus suis anno 1457. Naumburgi ad Salam, & eo morte peremto, ejusdem filii, Ludovicus & Henricus, Landgravii Hassiæ, ad observationem fœderis, literis Mülhusii datis, *anno* 1461. se obligarunt. Renovatum hoc fœdus per temporum intervalla fuit quinquies, diversis in locis. 1. Norinbergæ *anno* 1487. in Vigilia Ascensionis Domini. 2. In Civitate Ziticensi, *anno* 1537. die lunæ post Dominicam Judica. 3. Naumburgi *anno* 1555. die 9. Martii, & iterum 4. ibidem, *anno* 1587. die 5. Julii; denique

13 Pactum confraternitatis. 5. ibidem, *anno* 1614. 29. Martii. Est præterea Hassiæ Landgraviis *pactum confraternitatis*, seu mutuæ successionis, cum familia Saxonica, à Rudolpho I. instituta, & à subsequentibus Imperatoribus confirmata. Ad quod etiam familia Marchionum Brandenburgensium accessit, sed citra confirmationem Imperatoriam, *Limn. I. P. lib. 5. cap. 8.*

14 Privilegium administrandi Principatus 18. anno expleto. Ferdinandus II. Imp. ad petitionem Ludovici Hassiæ Landgravii, filio ejus primogenito Georgio, ejusque liberis, & deinceps omnibus ex corpore impetrantis descendentibus heredibus masculis, ad quos juxta familiæ statum regimen Principatus perventurum est, hoc privilegium concessit, ut quilibet ex illis, quem ordo successionis ad regimen admittit, quam primum 18. *ætatis annum* adimpleverit, adinstar Electorum, administrationem Principatus, ac si legitimam ætatem complevisset, suscipere possit, sublatis, *ex plenitudine potestatis*, omnibus in contrarium disponentibus juribus & statutis, idque privilegium ita concessum, & Aurea Bulla appensa roboratum fuit 18. *Nov.* 1625. *Reinking. d. lib.* 1. *class.* 3. *cap.* 12. *n.* 57.

15 Habent præfecturam in Civitate Imperiali Wetzlariensi. Civitatis *Wetzlariensis* Præfectura, die Reichs-Vogtey / hucusque, vi collationis & investituræ Cæsareæ, competit Hassiæ Landgraviis, cujusque administrationem hodie Darmstadini exercent, ibique Vicarium, einen Vogt / constituendo, qui judiciis præsidet & executionum negotia procurat, tradit *Limn. d. supra loc. allegans Reincking. d. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 20. *n.* 19.

Per *Wetteraviam* Hassiæ Landgravii *jus conducendi* quoque habent, non attento, quod ad Electorem Moguntinum, Comites Solmenses, Hannovienses, Isenburgicos, aut alios, districtus & superioritas territorialis pertineat, ac per ipsam Civitatem Imperialem *Fridbergensem*, nec non in Civitate Imperiali Wezlariensi. Elector autem *Moguntinus* per quendam districtum Darmstadinum, sive superiorem Comitatum Cattimelibocensem, die Bergstrasse herab auff Franckfurt / in Hassiæ Principum territorio jure conducendi utitur, *Reinking. d. lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 4. *n.* 254. Unde patet Regulam, qua jus conducendi in via publica, das Gleit auff offener freyer Land-Strassen / ad dominum territorii pertinere dicitur, exceptionem admittere, quando per præscriptionem, vel jus speciale jus conducendi acquisitum est. 16 Habent jus conducendi per Wetteraviam.

Cum Domus hæc Serenissima in filiis Philippi Magnanimi, *Wilhelmo* & *Georgio*, divisa fuerit in *Cassellanam* & *Darmstadinam*, pauca de quâque in specie hic notare placuit. Hodiernus Landgravius Hasso-Cassellanus est Serenissimus Princeps *Carolus*, anno 1654. 3. *Augusti* in lucem datus, inter potentissimos Imperii Principes numerandus: possidet enim totam Hassiam inferiorem, Ditionem Marpurgensem, Comitatum Ziegenhain inferiorem, Cattimeliboci Comitatus partem, Comitatum Plessensem, & dimidiam Comitatus Schaumburgici partem. Abbatia Hirsfeldensis cum omnibus juribus & pertinentiis, sub titulo Principatus, huic lineæ cessit, *Instrum. Pacis Westph. art.* 15. ratione cujus sessionem & votum in Comitiis peculiare obtinet. Competit & Eidem jus directi & utilis dominii, in præfecturas *Schaumburg, Buckeburg, Stadhagen.* 17 De Domo Hassiaca Cassellana in specie.

In ea Comitatus Cattimeliboci parte, quæ ad hanc lineam spectat, sita est urbs *Goar* & castrum *Reinfels*, ubi appennagiatus familiæ hujus Princeps sedem habet, & controversiam satis acrem. Arx *Reinfelsa*, inter validissima castra Rheni numerari meretur, quam antè annos, non ita multos, in ultimo bello Gallico, frustra & non sine jactura copiarum obsidione tentarunt Galli: Ex adverso, ad alteram Rheni ripam, situm est Castellum Cattorum, die Katz dictum, unde ab una parte defendi potest Reinfelsa. Caput rerum & Sedes est *Cassellis*, urbs elegantissima & munitissima, quam excipit *Marpurgum*, amœnissimo loco situm, & *Rintelium*, Academiis celebres urbes. *Ziegenhain* castrum est munitissimum. *Amœneburgum*, *Hirschfelda*, *Eschwvega*, *Stadhaga*, *Wanfrida*, loca sunt non contemnenda. 18 Reinfels, Katz / Cassel / Marpurg etc.

Fritzlariam urbem vix tertio lapide ab urbe Cassellana sitam, & Electori Moguntino subjectam, cum subjectis oppidis & pagis, cum transactio Osnabrugæ iniretur, postularunt quidem in satisfactionem Landgravii Hasso-Cassellani, sed voti petiti non facti sunt compotes, postquam 19 Fritzlaria.

Moguntinus cum aliis Episcopis, Paderbornensi, Monasteriensi & Abbate Fuldensi, Sexcenta millia florenorum pro postulatis solvit. Præfecturam *Eschvvegensem* jure belli acquisiverunt. Fortalitia præcipua Hasso-Cassellani sunt *Ziegenhain*, loco uliginoso situm, atque operibus

20 Fortalitia Hasso-Cassellana. validissimum, *Cassella, Amæneburgum, Rintelium & arx Marpurgensis.* Feuda quædam recognoscit hæc Domus præter Imperatorem ab Electoribus Moguntino, Treverensi, Palatino, Herbipolensi & Abbate Fuldensi, non quatenus Landgravii Hassiæ, sed quatenus separato jure illa possident. E contrario constat Electorem Moguntinum, & Abbatem Fuldensem, in territorio Landgravii, varia loca possidere.

21 Aulæ modus & conditio. Quod attinet ad Aulam Sereniss. hujus Landgravii, ea splendidissima quidem est, at laude frugalitatis omnes ferè Germaniæ aulas præcellit, videntur ibi in mensa Principis delicatissimi cibi, sed quantum sufficit numero, non plures constituti, potum nullus, quam qui expedit, postulet necesse est, quod exemplum, ut imitentur reliqui Principes, optandum esset. Inter Unitos Europæ Principes singularem ultimo bello Gallico gloriam reportasse videtur Landgravius hic Hasso-Cassellanus *Carolus*, qui non solum Confluentiam, cum castro validissimo, & Germaniæ hactenus residuo propugnaculo, *Ehrenbreitsteiniano*, sed etiam *Reinfelsam*, cum oppido Goar à Gallorum obsidione liberavit, eosque aliquando feliciter repressit.

22 De Domo Hasso-Darmstadina in specie. Lineæ Darmstadinæ modernum caput est Sereniss. Princeps *Ernestus Ludovicus* 15. *Decemb.* 1667. mundo datus. Hujus Landgravii Ditiones absolvunt Principatus *Darmstadinus*, *Comitatus Catimeliboci* potior pars, Comitatus *Battenbergensis*, & illi, quorum titulus ipsi est proprius. Battenbergensis Comitatus, jure pignoris, *anno* 1464. ad Landgravios Hassiæ pervenit. Sereniss. hujus Principis Aula est Darmstadium, quæ urbs est haud inelegans: *Giessæ* Academiâ clarent, & munimentis *Homburg*, *Bingenheim & Ittera*, loca ad *appennagiatos Principes* hujus lineæ spectant, *Risselheim* ad Mœnum fluv. sita, **Catzenelenbogen/ Nastede/ Braubach.** Munimenta Landgrav. Darmstad. præcipua sunt *Giessen*, & arx firmissima Risselheim. Notari meretur, quod *Sprengerus in Elychn. Jur. Publ. p.* 189. scribit: Abbatem Fuldensem teneri sustinere quadrigalem currum, cum equis, in aula Darmstadina ad

23 De Principibus appennagiatis. vecturam lignorum. *Jus primogenituræ* in utraque Domo obtinet locum, & quilibet lineæ Darmstadinæ appennagiatus Princeps, singulis annis 5000. usque ad 6000. Joachim. ad sustentationem sui accipit. Regimina sunt alterum *Darmstadii*, alterum *Giessæ*: *Judicium aulicum commune* habent Landgrav. Hasso Cassellani & Darmstadini, Præside & 6. Assessoribus con-

24 De judiciis. stans. Competit & illis privilegium de non appellando, si summa 1000. flor. non attingat, item jus austregarum, si cum Vasallis & ordine Equestri lis sit, & *jus Conductus* per totam Wetteraviam, etiam in alienis territoriis. Dies Provinciales, Synodos, vectigalia indivisim peragunt, atque possident. Linea hæc *singulari affectu propendet in Imperatorem* & Domum Austriacam, quod & in Scriptoribus juris publici, qui istic locorum vixere, observare licet. Ratione *Sessionis* & præcedentiæ alternant Darmstadini cum Cassellanis Landgraviis. *Genealogiam* utriusque lineæ *vid. apud Limn. I. P. lib.* 5. *cap.* 8. *& Mercur. German. pag.* 688. *&* 697. De controversia ratione primogenituræ, inter Ludovicum Darmstadium, & Friderici Homburgici filios, *vid. Spreng. Ellychin. p.* 1813 *Francisc. Iren. ad Burgold. part.* 3. *p.* 223. ubi plura de appennagio Hassiaco. Variæ hic possent transactiones afferri, ut inter Georgium & Joannem Landgravios, über die Herrschafft Epstein/ anno 1642. item inter Wilhelmum & Georgium Landgravios, sed ne nimium in hisce notis prolixus sim, eas præterire volui. Transactiones inter Georgium II. & Wilhelmum de anno 1638. & 1643. initas verbotenus recenset *Gastel. de Stat. publ. Europ. cap.* 22. *num.* 21.

De præcedentia & aliis huic annexis inter Landgravios ita dispositum legitur in transactione *anno* 1627. 24. *Septemb.* facta, 25 De præcedentia utriusque Domus.
daß unter denen regierenden Fürsten des gesamten Hauses Hessen/ allezeit demjenigen/ der von Jahren der Aelteste ist/ die Præcedentz/ und was derselben auf Reichs-Deputation- Crayß- Müntz- Probation- und andern Tägen/ wie auch sonsten anhangt/ so lang er der Aeltist ist/ zuständig und gehörig seyn solle/ und daß hierinn lediglich auff das Alter der Personen/ und nicht auff die Anzahl der Regierungs-Jahr gesehen werde/ und also am Vorgang keine Hinderung bringe/ daß unter denselben regierenden Fürsten der Aelteste von Jahren/ etwas langsamer oder später dann der Jüngere in die Fürstl. Land-Regierung getretten wäre. Item, weil alle Jahr das Hof-Gericht zu Marpurg visitiret/ auch Appellation- oder Revision- Gericht gehalten werden soll/ so ist sich vereiniget/ daß/ ohnangesehen des Alters der Regenten/ von Zeit des Vertrags an/ ein Jahr præcediren solle die Casselische- Linie in Visitation des Hof- Gerichts/ und die Darmstädtische in Haltung des Revision-Gerichts/ und also fortan/ je ein gantzes Jahr um ander Wechselweiß/ zu Erhaltung guter Gleichheit. Item, wann sonst in eines regierenden Fürsten Land eine Zusammenkunfft gehalten/ oder etwas angestellet würde/ auff solchen Fall solle derjenige Fürst die Præcedentz und Direction haben/ in dessen Landen dergleichen vorgehet. Item, die regierende Fürsten zu Hessen/ sollen vor allen andern nicht regierenden Fürsten zu Hessen/ aller Enden den Vorgang haben; unter den Fürsten zu Hessen

sen aber / die ipso facto keine regierende Herren seynd/ solle derjenige/ der von Jahren der Aelteste ist/ allenthalben vorgehen/ ob schon andere von älterer Linie / oder zu Ererbung einer Fürstl. Regierung näher wären ꝛc.

26 Landgraviorum insignia. Insignia Landgraviorũ Hassiæ sunt, 1. Leo coloribus variegatus, de quo videri potest *Höpping. de insign. sive armor. jur. c. 6. p. 5. §. 10. memb. 1. & 2. pag. 357. & seq.* Galea coronata est argenteis cornibus, utrinque dependentibus tribus foliis ornata. *Idem d. c. membr. 3. p. 359. & seq.* 2. Crux duplex rubea, Principatum Hirsfeldensem designat. 3. Respectu Comitatus Cattimelibocensis Leo. *Idem memb. 4. pag. 361.* 4. Ratione Ziegenhainensis Comitatus Clypeus stellas exhibet, galea autem simplex, non coronata, capram nigram alatam. *Idem. d. l. memb. 4. pag. 361. n. 826.*

27 Titulus. Linea Cassellana hoc utitur titulo. Von GOttes Gnaden/ N. Land-Graff zu Hessen/ Fürst zu Hirsfeldt / Graff zu Catzen-Elenbogen / Dietz / Ziegenhein / Nidda und Schaumburg/ Herr in Epstein / Pleß/ Itter nnd Franckenstein ꝛc. Darmstadiana verò von GOttes Gnaden N. Land-Graff zu Hessen / Graff zu Catzen-Elenbogen/ Dietz / Ziegenhein / Nidda / Ysenburg und Büdingen ꝛc.

28 Sub quo circulo comprehendantur, & eorum onus Imperiale. Comprehenduntur de cætero Landgravii Hassiæ sub circulo Rhenano Superiore, atque in Comitiis in Senatu Principum suffragia tria obtinent, quorum duo Cassellenses ferunt, alterum quidem ob ipsum Principatum Cassellensem, alterum autem ob Hirsfeldiam, tertium ad Darmstadienses pertinet: proëdriam per pacta alternatim exercent: neque verò minus ob Comitatum Schaumburgicum in Collegio Comitum Saxoniæ & Westphaliæ, in Comitiis Imperii, nec non Diætis Circuli Westphalici, Domus hæc locum suum servat. *Imhoff. in Notit. Procer. Germ. lib. 4. c. 7.* Ad expeditionem Romanam conferunt 50. equites & 260. pedites, vel in pecunia 1640. florenos. Ad Cameræ autem Imperialis Judicium annuatim pendunt florenos 300.

Æneas Sylvius in Histor. de Europ. cap. 38. 29 Exemplum Landgravii Ludovici ex Ænea Sylvio. de Hassia sequentia refert: jacet inter Westphalos ac Francones Hassia, montana Regio, quæ à Rheno in septentrionem porrecta, Thuringiæ jungitur. Princeps gentis *Ludovicus* Landgravius ætate nostra ad imperium vocatus, imparem se esse dixit, qui tantæ rei molem sustinere posset. Maluitque parvo imperio à parentibus sibi relicto utiliter præesse, quam magnum accipiens dissipare. Id quoque sibi obstare ad rem Christianam gerendam dixit, quod literas ignoraret: fuit tamen Legum cultor, quas sibi patrio sermone exponi jussit, quoties coram eo causa ventilata est, nec unquam compertus est tulisse iniquam sententiam. Hic dum reformaturus monasterium quoddam suæ ditionis ingreditur, & invitatus cum Monachis edit, venenum pro cibo inter edendum sumpsisse creditus est; nam ille & ipse Abbas, qui reformationem petierat, paulo post extincti fuerunt.

Hetruria, seu Florentia.

SUMMARIA.

1. *Florentinus Princeps est Imperii.*
2. *Origo Ducum Hetruriæ.*
3. *Hodiernus quis?*
4. *Titulus Magni Ducis ab Imperatore datus.*
5. *Ejusdem Residentia & territorium.*
6. *Libertas Florentina.*
7. *Fortalitia M. Ducis.*
8. *De Situatione Provinciarum M. Ducatus.*
9. *De divitiis ejusdem.*
10. *In quas partes potissimum inclinet?*
11. *De viribus ejusdem militaribus terra marique.*
12. *Equites S. Stephani.*
13. *De moribus horum incolarum.*
14. *De fertilitate hujus terræ.*
15. *Ulteriora de titulo M. Ducis & observantia erga Imperium.*
16. *Tradita Gregor. Leti.*
17. *Feuda M. Ducis & alia controversiæ.*
18. *Descriptio Civitatis Florentiæ & videndis in ea admirandis.*

1 Florentinus Princeps est Imperii. INter Principes Imperium Romanum quidem recognoscentes, voto tamen & sessione in Imperii Comitiis carentes annumeratur *Magnus Hetruriæ seu Florentiæ Dux*, cujus ditiones ad veterem proprieque sic dictam Italiam referuntur, atque à Patrimonio Petrino & Statu Ecclesiastico Papæ, *Stato della Chiesa*, nec non locis Hispanorum maritimis ferè cinguntur, præterquam quod ex parte Reipublicæ Lucensis, & Ducis Modenæ atque Regii

2 Origo M. Ducum Hetruriæ. territoria contingat; Originem ducunt è *Familia Medicea* à longis inde temporibus florentissima, inter quos primus maxime, qui potentia & opibus crevit, *Joannes de Medicis*, per negotiationes felicissimo successu institutas: quæ res, ut & singularis prudentia, effecère, ut executor testamenti *Joannis XXIII.* Florentiæ anno 1419. mortui, cum aliis peteretur: Exemplum secutus *Cosmus* filius, qui maxima incrementa addidit, cujus nepos *Laurentius*, cognomine Magnificus, Princeps Reipubl. Florentiæ creari meruit; Primogenitus huic erat Petrus, degener, patriæ hostis & regiminis cum tota Mediceorum familia incapax declaratus: huic ex filio Laurentio III. Duce Urbinensi, nepos erat Alexan-

Alexander, hunc *Imp. Carolus* V. ob initum cum filia naturali *Margaretha*, quam juvenis è nobili virgine Flandrica susceperat, matrimonium, perpetuum Imperii Vicarium, & abolita Dictatura *Florentiæ Ducem creavit*, cumque legitima prole destitutus trucidaretur, proavi agnati proximi Joannis Nepos, *Cosmus* I. dictus, successit, à quo quarta generatione distat regens Sereniss. *Cosmus III*. die 14. *Aug. anno* 1642.

3 Hodiernus quis. lucem editus, cujus titulus brevibus multa complectitur & talis est: *D. G. Cosmus III. de Medicis, Magnus Hetruriæ Dux* &c.

Matrimonio junctam ab *anno* 1661. 19. *Aprilis* habet, *Ludovicam Margaretham*, *Joannis Baptistæ Gastonis* Ducis Aurelianensis filiam, ex qua natus *Ferdinandus III.* futurus Successor, qui *anno* 1689. sibi sociavit *Violandam Beatricem*, *Ferdinandi Mariæ*, Electoris Bavariæ, gnatam, & moderni Electoris Bavariæ Sororem. Regimen *Cosmus III*. ab excessu Parentis Ferdinandi II. anno 1670. mortui, tenuit felicissimis auspiciis, postquam præcipuis Germaniæ aulis, atque Academiis perlustratis, insignem rerum sibi Civilium notitiam comparaverat, ut non immerito inter prudentissimos Europæ Principes locum tueatur.

Quod ad titulum hujus *Magni Ducis* attinet, breviter ex *Limn. I. P. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 48. sequentia notare placuit, ubi dicit, Italiam non habere Regem, nisi Cæsarem, allegando *Pacian. de probat. lib.* 2. *c.* 35. *n.* 69. *Arnis. lib.* 1. *de jur. Majest. cap.* 4. *num.* 5. Quod & Pius IV. Pontifex, cum Cosmum Medicem Florentinorum Principem *Regem* creare vellet, à Maximiliano II. Imp. audire coactus est; Hancque in Italiam potestatem, cum Pius V. eundem Cosmum Magnum Hetruriæ Ducem creasset, Cæsar vindicavit, protestando per Oratores suos, additis minis, si Pontifex ulterius in Imperii jura invaderet: *Thuan. lib.* 46. *histor. p.* 873. Ideoque cum de dignitatis prærogativa, inter Ferrariensem & Florentinum diu ante causa agitata esset, Cæsar non solum mortuo *Pio*, à novo Pontifice *Gregorio XIII*. contendit, ut Prædecessoris sui decretum reduceret, & negotium ipsi, in cujus fide Hetruria, liberum relinqueret: Verum etiam, instante Ferrariensi, *Cosmum* tanquam *Imperii beneficiarum* citavit: Qui prolatis instrumentis, & rationibus in medium propositis, se defendere coactus est. *Thuan. lib.* 44. & 54. Tandem quoque *Francisco*, Cosmi Filio, *Magni Ducis titulus*, tanquam *beneficiario Imperii*, amplissimo ea de re diplomate dato, fuit confirmatus, *anno* 1575. *Thuan. lib.* 60. *hist. p.* 50. *Lans. de princ. prov. Europ. p.* 871. & *seqq. El Emperador determinava de darle el titulo de Gran Duque de Toscana, de todas las ciudades, villas, y lugares, que immediatamente en aquella provincia posseya, y que no obedecen à ningun otro Principe ni Sennor: con condicion, que esta concession no pudiesse perjudicar à la Magestad del Sacro Romano Imperio: Herrera lib.* 5. *de la hist. gener. part.* 2. *pag.* 303.

4 Titulus Magni Ducis datus ab Imperatore.

Caput rerum & Sedes Magni Ducis est *Florentia*, inter elegantissimas Orbis urbes referenda; antea Respublica libera, ad Arnum fluvium sita. Qui ab Apennini dextro latere modicis initiis oriens, inter horridas præcipitesque convalles, in occasum tendit: deinde collectis fontibus, torrentibus, plurimisque omnibus intumescit, Aretioque ad lævam relicto, Florentinum agrum ingreditur, & Florentiam ipsam intersecat: hinc *Pisam* quoque dividens, tandem mari illabitur: In *urbe* autem Florentina quatuor eximiis pontibus sternitur. Urbs ab Oriente ac Septentrione amœnissimis collibus, & undique fructiferis arboribus, theatri instar cincta, ab occidente pulchra planitie: Apennini aliquot brachiis, contra vim externam & incursiones munita: videturque pene Italiæ umbilicum tenere. Nitet nobilissimis ædificiis, tam publicis quàm privatis. Urbis viæ latissimæ, maximisque spatiis directæ, magnis stratæ lapidibus. Munitissimum habet Castellum, ab *Alexandro Medice*, Clementis VII. Pontif. nepote conditum, 6. millia ambitu complectitur. & supra 90. millia incolarum numerare dicitur. Geminos habuisse muros tradit *Christophorus Landinus*. Locis, quæ divino cultui sacrata, nitet quamplurimis. Templum *D. Mariæ Floridæ* magnificentissimum est, totum ex marmore, albi, nigri, rufique coloris constat, hæmisphærio stupendi operis; juxta stat turris eximia, tota marmorea. Modico post intervallo vetustissimum Martis templum, nunc *D. Joanni sacrum*, forma singulari constructum. Nobilia item sunt *D. Mariæ Novellæ*, *S. Spiritus*, *Fratrum Minorum*, *D. Laurentii*, & *Annunciatæ*. Inter *Xenodochia*, quæ 37. numerantur, primum facile locum obtinet *D. Mariæ novæ*: Parochiæ censentur 44. Prioratus 12. Sacri Conventus virorum fœminarumq; 76. collegia puerorũ, quas fraternitates vocant, 9. virorum sodalitates magno numero. Palatia sunt infinita, interque ea *Curia Senatus*, amplissima domus Medicea, *Cosmi* opus; Strozzorum & Pirorum ædes. Suburbia quondam habuit nobilia, sed anno 1629. dejecta. Villas suburbicas habet plures, magnificas structura, & amœnissimas. *Incolæ* acuti, graves, facundi, bonarum artium studiosi: pecuniæ studiosiores, cujus conquirendæ desiderio in ultimis etiam negotiantur. *Mulieres* forma pudicitiaque præstantes, utrique humanitate & Sermonis elegantia omnes Etruscos superant. *Archiepiscopatus* fulget dignitate, cui subsunt Nepesinus, Castellanus, Volaterranus, Fesulanus, Zarzanensis, vel Lunensis, Sutri Ortanensis, Cornetanensis, Tuscanensis, Aretinus, Bientinensis, Pistoriensis, Binensis, Cottonensis, Balneorigensis, Urbeventanus, Castrensis, Perusinus, Lucanus. *Academiam* habet Celeberrimam, *Bibliothecas* 6. S. Laurentii sive Medi-

5 Ejusdem residentia & territorium.

Mediceam, S. Marci, S. Benedicti, S. Crucis, in Domo Episcopi, Denique Mariæ novellæ. Huic civitati adjacet.

Pisa. *Pisa*, libera olim Respublica, Urbs haud dubio antiquissima, jacet inter amnes Auserem & Arnum. Arnus, *inquit Leander*, ab Aretio magna cum mole accedit, nec tamen integer, quoniam in 3. flumina dividitur. Auser, aut, ut nunc vocant, Serchius, ex Apennino profluit. Urbs quondam potens & Sardiniæ Domina; Sed Pisani à Genuensibus ad Lamellum victi, 49. longis navibus & 12. hominum millibus amissis, nunquam postea vires recuperare potuerunt; sed ab aliquot Tyrannis vexati, tandem in Florentinorum potestatem venerunt; à quibus, cum anno 1494. defecissent, & à Carolo VIII. Gallorum Rege libertatem recuperassent, eandem ad ann. 1519. retinuerunt, quo Ludovico XII. à Venetis profligato, obsessi à Florentinis, ac omni auxiliorum spe destituti, tandem se dediderunt, maximaque civium pars aliò in exilium sponte concessit. Ita urbs tum pene deserta, nedum admodum frequens. Cœterum vasta est Urbs & flumine divisa, cujus ripæ duobus pontibus junguntur. Muris altis & marmoreis: Cosmus Hetruriæ Dux illam frequentiorem facere conatus fuit, Academia illic instaurata, & Palatio Equitum S. Stephani condito: Sed ne sic quidem pristinum splendorem recuperavit. Archiepiscopatus titulo gaudet, cui suffragantur Massanensis & Civitatensis: etiam Corsicæ Insulæ Primas est. Primarium templum quod *Domnum* vocant, ambitum habet 540. passuum, columnis subnixum 70. Turris huic vicina, tota marmorea, à fundamentis ad 153. gradus assurgens. Ager suburbanus copiosam fert segetem, & vina, sed non adeò laudata.

Civitates Hetruria complectitur porrò *Pistoiam, Empolim, Filaterium, Aretium, Montem Politianum, Cortonam, Fiesolam,* Siena. *Burgum S. Sepulchri* aliasque. *Siena*, quondam Respublica libera, post Florentiam palmam reliquis præripit, Academiâ & Linguæ Toscanæ elegantia commendatissima: hujus territorio subsunt Urbes: *Mons Alcinoi, Poggium Pratum, Grossetta, Soana, Pienza, Rapolanum, Radicofanum, Pianum Ischia, Portus Liburni* cum Insula *Ilva, Cosmopoli & Portu Ferrario*. Inter quæ, *Florentia & Filateria*, cum pertinentiis, nec non Marchionatus *Lunensis (Lunigi;)* item portus Liburni Imperio immediate, *Siena* vero, cum *Insula Ilva*, & *Portu Ferrariensi*, mediate Hispano, *Radicofanum* denique cum *Burgo S. Sepulchri*, mediante Pontifice subsunt. Libertatem Florentinam sex

6 Libertas Florentina. millibus Ducatorum à *Rudolpho I.* acquisitam urget *Natta conf.* 637. *n.* 13. Sed alii censent Rudolphum sibi reservasse superioritatem & recognitionem Imperii, *Gerhard. de Roo lib.* 1. *Histor. Aust. ad anno* 1284.

7 Fortalitia M. Ducatus. Inter hujus M. Ducis Fortalitia eminent *Portus Liburni*, & *Cosmopolis* cum *Porto Ferraio*, & circumvicinis munimentis, *Stella Falione* & Linguella dictis, atque hæc duo loca antemuralia totius Magni Ducatus existimantur: *Pratum, Petra Sancta, Mons Caroli, Filateria, Pistoia;* quibus accensentur *Salto della Cerva*, *Rocca Sibyllina & Scarperia* cum aliis.

Provincias Magni Ducis Mare & montes undique vicini natura munitas reddunt, 8 De Situatione provinciarum M. Ducatus. cui accedit *Vicinia Papæ*, cujus Ditiones maxime easdem cingunt, ut & fortalitia atque Portus Hispanorum ad mare mediterraneum sitorum: *Piombino, Porto Hercule, Orbitello, Telamone, & Porto Longone*, quæ ab ea parte ditiones quasi obsident, ut hinc longe commodius acturum Magnum judicent Ducem nonulli, si loca illa ad nullius exteri dominium spectarent: Verum enim verò, sicut nullum malum sine aliquo bono, ita necessarium quasi inde habet amicum Hispanum, si hostis irruptionem machinari velit, uti & varia lege feudali ab eo tenet, quibus addendus Principatus *Capistrano*, Regni Neapolitani provincia.

Cœterum inter ditissimos Europæ Principes Magnum Florentiæ Ducem nume- 9 De divitiis ejusdem. randum, omni vacat dubio, quippe cujus reditus ordinarii ad 4. milliones annuatim se extendunt, extraordinariis & incertis non computatis, & constat M. Ducem *Ferdinandum* ultra *decem milliones* pecuniæ, & aliquot milliones pretiosorum reliquisse, his minime annumeratis *vasis aureis & argenteis*, aliisque maximi pretii rebus: insuper integras Cameras (*Cabineter*) & argentaria pecuniâ aureâ & argenteâ, nec non aliis pretiosissimis rebus repleta possidet, ut hinc sœpius, si non aperte, seu milite, clam tamen, nervo rerum gerendarum parti, cui cupit, suppetias sub titulo mutui ferre possit.

Quantum ad inclinationes, de his cer- 10 In quas potissimum partes inclinet M. Dux. tum quid asserere meritò quis dubitet, postquam paci hactenus Magni Duces, & negotiationibus, atque neutri parti addicti visi sunt: Equidem comiter Imperatorem & Hispanum hactenus ut Dominos beneficiarios habent, quibus & affinitate juncti sunt, verum nec semel classi Gallorum receptaculum fuit portus Liburni Sumo Pontifici Ducatũ Urbinatis & Cameræ Apostol. addixit: bellum desuper antea gestum esse constat, quod sopitum quidem ex ratione temporum politica, notum est; an verò, occasione ita ferente, prætensiones repetiturus sit Florentinus, vix dubitandum. Benè convenit cum Republ. Veneta, bilancem quasi ambæ potentiæ in Italia constituentes. Ut ut per superius dicta Vasallus Imperii sit M. Dux, hactenus tamen ad ærarium Cæsaris militare aliquid contulisse certo non constat.

Ad vires militares hujus M. Ducis quod 11 De viribus ejusdem militaribus terra marique. attinet, habet Dux perpetuò descriptam militiam triginta sex aut octo millia peditum, & armorum exercitio & disciplina præstantium. Has copias præstant non modo regiones, sed & urbes omnes, excepta Florentia (nam oppidanos hosce

 arma-

armatos esse, forte minus tutum esset, nondum plene oblitos pristinæ libertatis) nec quisquam ab hac militia excluditur præter Clericos & Scholares; neque cuiquam præter hosce conscriptos, aut extra aut intra urbem, arma ferre licet, aut stipendium accipere, domi forisve sub gravibus pœnis. Gaudent autem milites plurimis privilegiis & immunitatibus, imprimis eo, quod debitorum causa incarcerari non possint; quare multi, qui foris militiæ operam dederunt, huic militiæ adscribi unice appetunt. Singuli autem & arma à Principe pretio accipiunt, atque nitida suis sumptibus conservare tenentur. Potest autem Dux intra 6. aut 8. dierum spatium, omnes hasce copias Florentiam cogere, utpote quæ pene in meditullio sita. Habet præterea magnum numerum fossorum seu vastatorum descriptũ, quibus & pacis tempore utitur, in arcibus restaurandis, aliisque operis nauticis & agrestibus. Cataphractorum equitum 100. ordinarie alit; quibus pacis tempore in singulos menses numerat 7. coronatos, belli ordinarium stipendium. Velitum autem 400. quibus pacis tempore 3. coronatos solvit, belli ordinarium stipendium. Hi quoque equites in territorio Ducis describuntur, & præter stipendium multis immunitatibus donati sunt. Atque hæ quidem ordinariæ illius copiæ tam pedestres quam equestres. Non est autem dubium, quin tempore necessitatis longe majores cogere possit, tum è terris suis satis populosis, tum aliunde, ob pecuniæ paratæ abundantiam. Ut autem Maris quoque potens esset, Cosmo debetur, qui Ilvam insulam à Carolo V. obtinuit, Apianis veris Dominis cedentibus: Ilva autem, hodie *Elbe*, à continentis Promontorio, ubi hodie Plombinum, olim paulo supra ad occidentem Populonia erat, quæ nunc portus Faratus dicitur, 10. circiter milliarium spatio abest, interjacente Pandataria, deserta ferè & nullis operibus munita Insula. In Ilva, inquit *Thuan. lib.* 5. portus est navium maxime capax, cui duo colles imminent, quos, ex consilio Joannis Baptistæ Camerini, muniendarum artium peritissimi architecti, Cosmus erectis Castellis firmavit: atque humiliori quidem à propugnaculorum forma, quibus tanquam radiis undique se porrigentibus cingitur, *Stellæ* nomen, editiori, quod alteri tanquam prædæ accipiter incumbit, Falconis datum est. Tertium propugnaculum in portus faucibus ædificatum est, quia linguæ specimen referat, *Lingula* appellatum. Ea, quod à se invicem longius distarent, muro conjungere instituit, ut eo magis & portum & urbem securam redderet, tecto milite, & inde tutius, cum opus esset, ultro citroque ad arces commeante. *Hactenus Thuanus.*

In arcibus hisce multa sunt tormenta bellica, & varius belli apparatus; præterea habet magnus Dux Pisis *navale armamentarium*, in eoque magnam copiam lignorum, stuppæ, cannabis, aliorumque ad ædificandas naves necessariorum. Simile armamentarium habet in Insula Ilva, ubi Ducis triremes sunt, & magnus operarum numerus. Habuit hic olim 12. triremes, & aliquot galeassas, ut vocant, item galeones duos, quibus merces devehuntur, magno Ducis emolumento. Ut autem militiæ suæ maritimæ nomen & robur conciliaret, Dux Cosmus anno 1561. *Ordinem Equestrem S. Stephani* instituit, obtinuitque à Pontifice Pio V. multa Privilegia, & illius Magister ipse esse voluit. Reditus illius annui sunt 24. millia ducatorum; quorum 15. aut 16. quotannis expenduntur. Equites oportet esse circiter 60. ex diversis nationibus. Habet præterea circiter 100. Commendas, quæ annuatim reddunt 30000. ducatos. Instrumentis insuper bellicis probe instructus est Magnus Dux. Nam in arce Florentina plus minus 150. sunt tormenta campestria, & ita in aliis arcibus. 12 Equites S. Stephani.

Mores horum populorum è Fœmianis quæstionibus tales censendi. Florentini sunt callidi, atque ne vel minimam jacturam faciant, quosvis labores & quævis incommoda libenter perferunt: In præliis tamen hoc tantum spectant, ut victoria potiantur, ad prædam minime avidi, suntque optimi exploratores. Parci sunt non tam avaritia aut inopia, quam natura, mira sunt mundicie: habent in deliciis parvos quosdam caseos, qui à mense martio nomen traxerunt, dicti sunt martiolini. Senenses minus attenti ad rem minusque callidi, in victu splendidi, erga peregrinos liberales & dapsiles, nulla gens obstinatius pro libertate certavit, aut adhuc jugum impatientius fert. Inter Italiæ populos sermonis nitore excellunt Florentini; denique ægre injurias condonant. 13 De moribus horum incolarum.

Decætero Ager Florentinus fertilissimus est, & frumenti atque leguminum, olei quoque ferax, imprimis autem vini, quod hic præstantissimum gignitur, excellit autem *Trebianum*, *Apianum*, *Senense*, quodque in Agro *Vulsinio*, aut ad oppidum Montis Falconis premitur: Pisanus ager frumenti ita fœcundus, ut omnem Hetruriam nutrire posset, sed operarum defectu, agri pene squalent, & regio insalubrior præsertim advenis censetur. Vina quoque fert, sed non admodum laudanda. Cæteri fructus non insuaves, melones autem & pepones longe optimi. 14 De fertilitate hujus terræ.

Dictum est suprà de titulo Magni Ducis ab Imperatore attributo: sed *Francisc. Carriere in Histor. Chronolog. Pontif. Roman. fol.* 371. ait: quod Pius V. anno 1567. Cosmum Mediceum, Ducem Florentiæ, Senarum & Pisarum, *Magni Ducis Hetruriæ* titulo honestaverit, non sine aliqua aliorum Principum obtrectatione. *Addatur R. P. Brietius in annal. mundi ad annum* 1500. *fol.* 845. *Burgoldens. ad Instr. Pacis part.* 1. *pag.* 52. scribit: Imp. Maximilianum Pontifici, Cosmum 15 Ulteriora de titulo Magni Ducis, & observantia ergà Imperium.

smum

ſmum Mediceum, Magnum Hetruriæ Ducem creanti, vehementer restitiſſe, poſt tamen, *Franciſco* Coſmi filio, dignitatem illam confirmaſſe, ea tamen lege, ut ex Imperatoris beneficio ſe illam habere debitè agnoſceret. *Franciſc. Iren. in Colleg. ad Burgoldenſ. part.* 3. *pag.* 93. dicit: *Magnus Dux Hetruriæ* quin membrum Regni Italiæ, atque ita ſub Imperio ſit, ne quidem in Italia dubium eſt. Conſtat, quomodo Coſmus Magni Ducis titulum ab Imperatore acceperit. Hinc etiam, cum de dignitatis prærogativa interFerrarienſem & Florentinum diu cauſa agitata eſſet, Cæſar non ſolùm mortuo Pio V. Papa, à novo Pontifice Gregorio XIII. contendit, ut deceſſoris ſui decretum induceret, & negotium ipſi, in cujus fide Hetruria, relinqueret; Verùm etiam inſtante Ferrarienſe, Coſmum, tanquàm Imperii beneficiarium, citavit, qui prolatis inſtrumentis, & rationibus in medium propoſitis, ſe defendere coactus eſt. *Thuan. hiſt. lib.* 44. & 54. Tandem quoque Franciſco Coſmi filio, Magni Ducis titulus, tanquàm beneficiario Imperii, ampliſſimo ea de re Diplomate dato, fuit confirmatus, *anno* 1575. *Thuan. hiſt. lib.* 70. Porrò, verò idem citatus *Iren. fol.* 98. inquit: *Florentiam* libertatem ſuam à Rudolpho I. pro 6000. ducatis emiſſe tradunt Natta, Choppinus, *Sigonius lib.* 20. *de Regno Italiæ, Leonhard. Aretinus lib.* 3. *Hiſt. Florentin.* & alii, qui ſcribunt Florentinos obſequii juramentum Cæſari dicere contumaciter recuſaſſe, atque ita Cæſarem pro dicta ſumma omne obſequium illis remiſiſſe, quam tamen traditionem refutavit *Conring. in tr. de finib. Imp.* & cenſent alii Rudolphum ſibi reſervaſſe Superioritatem & recognitionem Imperii, *Gerhard. de Roo Lib.* 1. *Hiſtor. Auſtr. ad ann.* 1284. prout jam ſupra dictum.

Luca. Similiter *Lucam* pro eadem ſumma, qua Florentini, libertatem emiſſe tradit *Sigon. lib.* 4. *de Regn. Ital.* Eam tamen nihilominus Civitatem Imperialem eſſe aſſerit Carolus V. Imp. in reſcripto de anno 1526. ad Clementem VII. Papam §. 15. *ap. Goldaſt. Conſt. Imp. tom.* 1. *pag.* 483. Et *Merula* de noſtro tempore ſcribit quod Luca ſit tributaria Imperatori, & propter prætenſiones Florentini Imperio firmiter

Siena. adhæreat. De *Senenſi* Republ. ſcribit *Bodinus lib.* 1. *de Republ. cap.* 9. Quod 10. millibus coronatorum ab Henrico V. Imp. libertatem comparaverit, quod tamen de omnimoda exemptione non ſit accipiendum, cum Senenſes Oratori Caroli VIII. Regis Franciæ anno 1495. reſponderint: *ſe ſacro ſubeſſe Imperio & Cæſareæ Majeſtati*, & licet hodie M. Duci Hetruriæ pareant,

Piſa. ipſum propterea ſine dubio Imperio manere obligatum; quod etiam de *Piſa* eodem

Plombinum. modo dicitur, & *Plombinum* ad Cæſaream Juriſdictionem pertinere ſcribit *Thuan. lib.* 5. *Hiſtor.* Quæ & alia refert *Irenicus in colleg. in Burgold. part.* 3. *pag.* 98. & 99.

16 Tradita Adjungitur ſuprà dictis non incommodè, quæ *Gregor. Lethi* in ſua *Italia Regnante* part. 1. lib. 5. pag. 274. ſcribit, prout ſequitur: Paſſerò hora alla Caſa Medici ri- Gregor. Lethi. ſervata in queſto Luogo, per poterne dar qualche più ampia notitia, perche coſi lo ricerca la neceſſità dell' Hiſtoria, già che quei tali che non ſon bene informati delle glorie Antiche, e moderne, e del merito, e qualità del titolo, Grado, è Prencipato che poſſedono i Medici, ſi laſciano cadere in errori notabili, giudicando le Coſe ben differenti dalla ragione; Meſi ſono che trovandomi jo in un' Hoſteria con occaſione di viſita ad un Cavaliere Viandate, ſi riuſci à parlare d' alcuni Prencipi Italiani, in una Ruota di differenti foraſtieri, uno de' quali ſi laſciò dire, che *la caſa Medici era la più moderna d' Italia, mentre gli Antenati di queſta da piccioli Mercanti erano aſceſi al grado del Prencipato.* Signore (gli riſpoſi io:) *ſe ciò foſſe vero, ſarebbe anche gloria immortale, per queſta Seneniſſima Caſa, non podentoſi far tali ſalti ſenza un' incomparabile virtù, ò un' eſtra ordinaria fortuna, che vuol dire, d' un ſomno effetto della diſpoſitione del Cielo. Tutti i Prencipi del Mondo, prima d' eſſer qualche coſa, ſono ſtati un nulla e quelli che dal niente ſi ſon ſollevati ad un tutto, ſono ſtati ſempre in maggiore ſtima nella mente de' Savii.* Qui non fermai io il mio diſcorſo, ma con quel dovuto riſpetto, non ſenza però un poco d' ardore, reſi informato della verità del fatto, intorno all' eſſer della Caſa Medici quella Nobil Compagnia hauendo tutti monſtrato guſto particolare d' una tal' informatione, e particolarmente il Signor Galloni, di Caſa conſiderabile in Caſale, e negotiante di gran credito in Lione, il quale m' abbracciò con gran tenerezza d' affetto, è mi diſſe parole, che la mia modeſtia non mi permette d' inſerir quà, ancorche haveſſero gran rapporto all' Hiſtoria.

In ſomma li Prencipi ſi rendono riguardeuoli appreſſo l' univerſo, ò per la qualità degli Stati che poſſedono; è per la maeſtà dell' attioni, e del vivere; ò pure per la pianta della propria Famiglia, ch' è finalmente una coſa particolare: ma ſia come ſi vuole, chi vuol conſiderare tutte queſte coſe con un giuditio diſſintereſſato, troverà che la *Sereniſſima Caſa Medici*, non mancò mai di prerogative, è di virtù, uguali al merito d' un gran Prencipato, coſi conforme non manca hora d' un gran Prencipato corriſpondente al merito delle proprie virtù, è prerogative; e che ciò ſia vero le prove ne ſon chiare.

Non mi ſtendo nell' antichità di queſta Famiglia, perche ne trouo poche in Europa che la pareggino, dirò ſolo che allignata in Toſcana, dopo che ne' templi antichiſſimi ſi parti d' Athene, corſe in breve in concetto venerabile in tuta l' Europa ſtimata da' Prencipi, riverita dagli Eſteri, & adorata da tutti. L' Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signor Giouanni di Baltaſarro, già Luogotenente Generale del Chriſtianiſſimo in Catalogna, Capitano di gran grido, al preſente vivente, mentre fa-

tre faceva riparare il suo Castello antichissimo di Prangino, trovò tentro la fabrica d'un vecchio muro una Cascettina, con una Cronica scritta à mano, in molti luoghi della quale si conosce essere stata gia scritta sin dal tempo di Arnolfo Imperadore, successore di Carlo il Grasso, circa gli anni del Signore 890. tra le altre cose di Notabil memoria, vi è una lettera, con la datta di Roma, e con la sotto scrittione *Gazzolus ab Eccaudia*, piena di molte cosette curiose, e verso il fine conchiude, *Veni nudius tertius salutatum Nobilem virum Bernotinum de Medicis, qui hic est in magno honore erga omnes, non solum ob eximias dotes, sed etiam quia ducit originem ex stirpe, ratione antiquitatis æquali Salvatoris nativitati, & qui perdiu Athenis in maximis dignitatibus regnavit.* Molte altre prove potrei addurre, quando scrivessi le Historie di questa sola Casa, basta che per non parlar delle sue glorie d'Athene, certo è che in Fiorenza fu stimata sempre la prima, e la più auttore vole, riuscita, in ogni tempo prodiga, e feconda Madre d'Maggiori huomini d'Athene, è d'Europa, à dispetto di molti colpi d'iniqua fortuna, contra la quale virilmente combattendo si vide dalla virtù risarcita, è rimessa à Maggiori, è più sublimi grandezze.

La Casa Medici non era altramente in ordinario concetto, prima che passasse al Prencipato di Fiorenza, haveva goduto il dominio di Roma elettino si, ma assoluto nella persona di due Pontefici i più celebri del Vaticano. Della Maestà, e decoro, con che Regnano i Principi di questa Casa, me ne riservo à parlarne più sotto, facendo risplendere con somma gloria dell' Italia, il *Titolo di Grande*, che li rende, uguali alle Corone più grandi. Ma s' è vero che i Prencipati fanno i Prencipi, ben pochi Prencipi si trovano nell' Europa (toltone le Teste Coronate) che possano uguagliarsi à Prencipi della Casa Medici, perche de' Prencipati che bilancino la Toscana, non se ne trouano molti. L' Historie di *Fiorenza*, di *Pisa*, e di *Siena* son note ad ogni uno queste Cittrà si resero per più secoli in vicibili al mondo, col mezo del proprio valore esercitato per mare, e per Terra, onde con ragione Pio V. nell' oratione che fece al Consistoro, sopra la Coronatione di gran Duca, nella persona di Cosmo di Medici, tra le altre cose disse, che, *il Principato della Toscana non haveva simili al mondo, è però bisognava che il suo Prencipe fosse ò grande tra Re, ò Rè tra Prencipi.*

Alesandro di Medici fu il primo, che venne riconosciuto Prencipe per opera di Clemente VII. il quale dopo hauer coronato Carlo V. in Bologna, racomandò à questo gli interessi della sua Casa, proponendo la persona d'Alesandro per Prencipe di Fiorenza; L'Imperadore desideroso di sodisfare il Pontefice, e di obligarsi alla sua divotione la Casa Medici, spedì con grossa armata in Fiorenza il Prencipe d' Oranges, Capitano di gran nome; e dopo un' ostinata resistenza di più Mesi, de gli oppugnati, e degli oppugnanti, con la morte del general Prencipe d'Oranges, cederono i Fiorentini, le loro ragioni, riconoscendo Alesandro per Prencipe, nel 1535. la città di Siena fu vinta e presa dal gran valore di Cosmo di Medici, che combatteva con l'armata Spagnola contro i Francesi, alla protetione de' quali si eran gettati i Francesi, ma vinti questi restò sogetta Siena in mano di Carlo, che la donò à Philippo II. suo Figliuolo, e da Filippo per merito di spesa, e di partito rimessa in Feudo nel 1556. a Cosmo con tutte le altre Città d'appartenenza. Questo medesimo Cosmo venne coronato solennemente in Rom. Gran. Duca, dalle mani di Pio V. nel 1568. con Bulla amplissima, confirmata poi in Germania dall' Imperador Massimiliano. Gli altri stati come Pontremoli, Pitigliano, & altri più piccioli sono stati comprati in varii tempi. *Hucusque Gregor. Leti.*

Modiernus Sereniss. Dux feuda, de quibus multis abhinc annis nunquam fuerat investitus, postquam ab Imperatore impetrasset condonationem, remissionem & abolitionem omnium omissionum & caducitatum, de novo acquisivit, atque anno 1701. investitus est de *Terra Rossa*, *Lusulo*, *Ricco* & *Filateria*, quamvis anno 1604. Commissarius Imperialis Gratzweiler plura ejusmodi feuda in sua relatione specificaverit. 17 Feuda Magni Ducis & aliæ controversiæ.

Prærogativæ, quam Dux Sabaudiæ prætendit, M. Dux Hetruriæ semper contradixit; de controversia præcedentiæ inter Florentinum & Ferrariensem scribit *Franciscus Lenicus ad Burgold. p. 3. pag.* 93. ubi pro Florentino decretum Imperiale allegat. *Crusius* verò *de præcedentia l. 3. c.* 11. fundamenta utriusque partis allegat. Cum Genuensibus controversiam habet M. Dux finium regundorum causa: cum Duce Parmensi ob varias superioris temporis offensiones, ut tradit *Gastel. de stat. publ. Europ. cap.* 29.

Ut de nobilissima & ubivis deprædicata Civitate Florentiæ, omnibusque in ea admirandis plenior habeatur notitia, placet hic adjungere, quæ *R. P. Boussingaut in nov. Theat. Mund. part.* 1. *tit.* de la *Ville de Florence*, accuratè describit, prout sequitur: Florence peut vanter la gloire de son antiquité, d'autant qu'il se lit, qu'elle fleurissoit déja avant le Triumvirat. Son circuit est de plus de cinq milles, & sa forme est plus longue que ronde. Le Fleuve *Arne* passe par icelle, sur lequel sont construits quatre beaux Ponts. Ce Fleuve est fort navigable, & aporte à Florence toute sorte de commoditez & Marchandises, & cette Ville passe aussi pour estre tres-riche, opulente, & fort peuplée. Ses Ruëes sont si droites & nettes, & les Bâtimens faits avec tant de Messure, que ce n'est pas sans 18 Descriptio Civitatis Florentinæ, & videndis in ea admirandis.

raison

raison qu'on l'appelle en Italie *Florence la belle*. Et pource, qu'apres Rome il n'y a Ville en l'Europe, qui soit plus celebre, pour l'excellence & artifice admirable de ses grands Ouvriers, statuaires, & Peintres, qui s'en voyent, & se tirent de Florence pour les autres Villes, c'est pourquoy il ne faut pas s'étonner, si cette Ville est magnifique & florissante, tant pour l'excellence & beauté de ses Temples Sacrez, que de ses Palais, peintures, statuës, & autres ouvrages de bronze & de cuivre.

Il y a dans Florence un superbe Lieu pour le fait du Commerce, où en tout tems les Florentins traitent de leurs affaires & negoces; mais sur tout, ce Lieu est de grande admiration, & magnifique, pour le *Palais de Medicis*, & des *Strosses*, Palais digne sejour des Roys & des Princes, où on voit une infinité d'Ouvrages de peintures d'or, de marbre, de porphyre, & de bronze, entre lesquels sont representées les Guerres, les Batailles, les Combats de Cosme de Medicis Grand Duc de Toscane. Dans le Palais ancien du Duc, on considere une longue Gallerie pleine de statuës, & de Portraits de plusieurs Hommes, & Dames Illustres, & dans diverses Chambres & Cabinets, plusieurs raretez, dont les plus remarquables sont *un Chandelier d'ambre*, un Dôme, de nacre de perle, & d'or émaillé de rouge; Une Table avec la representation d'une Ville, toute de diverses pierres precieuses, au lieu de couleurs; Un Cabinet de pierres de jaspe, marbre, lapis, & autres, avec diverses grosses topazes, émeraudes, & autres pierres enchassées par dessus, outre quantité de pierreries, qui sont dedans; un Cabinet où l'on voit un Globe terrestre, dont le diametre est d'environ quatre pieds; Et de méme une grande sphere, peinte de rouge, & d'orée, avec ses Cercles, les Poles du monde, & du Zodiaque, & les mouvemens des Planettes, faits selon l'acienne theorique de Purbach; puis contre la muraille de la Chambre est peint tout l'Etat du Grand Duc fort particulierement. En suite deux Salles d'armes où l'on voit les armes de plusieurs grands Princes tant anciens que modernes, & entre lesquelles, où montre celles de *Charle Magne*, & de *Roland* & quelques *Epées d'Henry IV.* Roy de France & de Navarre, un persan à cheval, armé de toutes pieces à ecailles, avec son cheval bardé; des Armes de plusieurs Nations, & particulierement des Turcs, où on adimere des Cime terres, avec leurs Foureaux coaverts d'émeraudes & rubis, ou de quelqu' autre sorte de pierreries, & de leurs conteaux, dont la guaine de quelques uns est méme couverte de diamans. De plus, en d'autres Cabinets on voit une Table d'environ six pieds de long, & trois ou quatre de large, soûtenuë par huit pilliers d'argent doré. Avec le fond de Calcedoine, tout émaillé de fleurs, revétuë d'Agathes, de lapis, & d'emeraudes. On y remarque aussi un Cabinet de geiz, enrichy de plusieurs lames d'or, avec sept portes, qui sont autant de jeux d'Orgues, & la Passion de N. Seigneur figurée en ambre au dedans.

On y voit encor une Pierre d'aymant qui soûtient environ soixante livres de fer. On estime un Clou qui passe pour une Merveille, étant moitié d'or, & moitié de fer.

L'image du Grand Duc, y est sur une Table d'Agathe, toute en pierres precieuses.

Une statuë de Louis XIII. Roy de France & de Navarre à Cheval, y est toute d'or Massif.

Dans les grandes Salles d'Armes, qui sont dans le fort, il y en a pour armer environ quatre-vingts mille Hommes, & ce qui surpasse tout le Réste & Richesses, c'est la Vaisselle d'or, & d'argent du Grand Duc, qui est d'un prix comme inestimable.

Au devant de ce Pallais Ducal, on considere sur la place un tres-belle Fontaine, qui donne & jette ses eaux plus claires qu'un crystal: elle est enrichie de grandes Figures de marbre, de Neptune, & des Dieux faunes &c.

Ce Palais tient la place de cinquante Logis qui y étoient.

L'autre Palais qui sert de sejour au Prince est celuy des Pitti, plein de divers Marbres des plus rares, enrichy de peintures, & de plus accompagné de tres-beaux Jardins, avec des Fontaines & perits Bocages, qui satisfont la veüe, en étonnant l'ame. On va d'un de ces Palais à l'autre par une fort longue Gallerie couverte.

Pres de S. Marc, on voit l'Ecurie du Duc, où il fait nourrir des Lyons, Tygres, Leopards, Ours, & autres animaux étranges & farouches, ses Ecuries étant pleines de divers Chevaux de prix; Et les Carrosses de ce Prince garnis d'or, avec divers entichissemens, & sur tout ayant au milieu du Ciel, ou de l'Imperiale ses Armes, dont les Boulles sont toutes de grosses pierres précieuses de grande valeur, se font admirer à ceux qui les voyent.

La Principale Gallerie du Grand Duc, a deux cens trente pas de longueur, & douze de largeur. On y Remarque jusqu' au nombre de soixante-dix Statuës, toutes mises en bel ordre, au haut desquelles sont d'un côté les Portraits des Papes, & de plusieurs Cardinaux, & de l'autre sont ceux de divers Monarques, Roys & Princes de la terre. On y voit l'ancienne Statüe de Bronze de *Scipion l'Africain*. De plus une Sallé, où il y a huit Armoires pleines de pieces rares, & les ornemens du Grand Duc, quand il fait les Chevaliers de S. Etieme. C'est Merveille d'y voir les Vases d'or massif, d'argent, & les Pierreries.

Ce grand Duc à plusieurs autres Palais & Maisons de delices, hors de cette Ville, en grand nombre, entr'autres de Pratolin si renommé, dont le Bâtiment est quarré avec plu-

plusieurs Chambres tapissées de Drap. d' *or & d'* argent, & bon nombre de rares tableaux & belles statuës. On y considere aussi des Grottes, d' où sortent des eaux qui donnent du plaisir, & du refraichissement à ceux qui les regardent, y ayant dix mille inventions & artifices pour jetter de l'eau loin & pres, que j' obmets. Le Parc, la Pescherie, & la voliere, sont à voir aussi, avec le Pogge Imperial, qui est une belle Maison de plaisance de la grande Duchesse. On y admire sur tout, quantité de rares & excellens Tableaux.

Il y a dans Florence vingt-sept Hôbitaux bien rentez, quarante-quatre Paroisses, en y comptant douze Prieurez, & Soixante-seize Monasteres de l' un, & de l' autre Sexe, outre plusieurs confreries. La Tour de l' *Eglise della sancta Maria del Fiore* est quarrée, faite d' un marbre précieux, que l' on estime l' un des plus beaux ouvrages d' Italie, pour ce qu'elle contient. Cette tour est enrichie de plusieurs ordres de Fenêtrages qui sont soûtenus par des Colomnes de marbre, Cannelées à la Corinthienne, & est d' une hauteur fort grande: Elle à des partes de bronze, toutes à personnages de relief, qui n'ont leur, semblable en l' Europe. On voit aussi en cette Eglise, les statuëes & images des Douze Apôtres, que divers & Excellens Ouvriers ont faites pour ouvrages d' admiration. Toute la Voûte de ce Lieu, dessignée par le fameux Brunelesque, à été enrichie de Peintures & Figures excellentes. Son Baptistaire est baty en forme tonde, & c' étoit autrefois le temple de Mars, où se voyent les fonts Baptismaux, tous faits de pieces de marbre de grand prix, avec les couvercles d' airain, faits par le fameux Ouvrier Laurent Ghibert, qui est l' une des plus belles pieces pour le Travail, qui se voye guere en l' Europe.

L' Eglise du S. Esprit a un autel qui coûte plus de cent mille écus. On remarque en l' Eglise de Sainte Croix, le Tombeau de *Michel Ange*, sur lequel il y a trois belles statuëes: la premiere y represente la peinture, la seconde, la sculpture, & la troisiéme, l' Architecture, grandes comme le naturel.

L' Eglise de Sainte Croix, ou des Cordeliers, est de une longueur, & d' une hauteur merveilleuse, & a plusieurs Autels qui sont enrichis de diverses belles Colomnes & Tableaux. La Chaise du Predicateur est admirabile; elle est de marbre blanc, où toutes les actions de S. Francois sont tallées en bas Reliefs. On y admire ses Orgues.

L' Eglise de S. Michel est de figure quartée, & les dehors sont ornez de quantité de statuées, faites par les meilleurs Maîtres de l' Europe.

Dans l' Eglise de S. Marc, qui est aux Dominicains, on y voit le Tombeau de S. Anton in Archevéque de Florence, & un Tableau admirable de S. Marc, avec un autre Tableau où deux petits Anges sont representez: On dit que c'est le dernier effort de la Peinture.

Dans l' Eglise de l' Annoncia de il y a un magnifique autel d' Argent, avec deux rares Tableaux, & d' autres Peintures des plus Excellens Peintres d' Italie. En cette Eglise, on montre *le vray portrait de la Vierge* peint en huile contre muraille, au devant de laquelle il y a cinq rideaux que l' on tire, lors qu' on la veut montrer au peuple, qui pour lors fait de grandes acclamations de joye.

On voit aussi plusieurs rares Tableaux dans Sainte Marie la Neuve, avec divers Tombeaux de Saints, & de Saintes, & où le concile de Florence se tint.

Et ceux qui voudront contenter leur desir pour de rares pieces de peintures, & Figures, pouront voir les Eglises de Florence. Cette Ville a une Citadelle, & deux Forteresses pleines de Bastions, Elle est toute pavée de pierres quartées & à de fort belles Places, & contient bien cent mille Habitans. Le Grand Duc a quinze Villes en ses Etats. On tient que le Clergé de Florence possede cinq cens mille écus de rente. C'est la Ville Capitale de tout l' état, le sejour ordinaire du Duc, & de ces Principaux Ministres & Magistrats, & le siege d' un Archevéque.

Idem R. P. Boussingault porrò describit sepulchra & monumenta M. Ducum, Toscanam, Urbem Senensem, Pisam, Livornum, Volterram & alias urbes, quo Lectorem curiosum remitto, nec non ad *Dictionarium Historicorum Ludovici Morery verbo Florence*, & Historiam *Æneæ Sylvii de Europa cap.* 55.

Heurath.

SUMMARIA.

1. *Matrimonii Autor & Institutor est ipse Deus.*
2. *Matrimonii à DEO instituti præcipuus finis.*
3. *Matrimonii variæ Considerationes.*
4. *Consideratio Matrimonii Serenissimæ Virginis cum S. Josepho.*
5. *Conjuges possunt manere cœlibes mutuo consensu.*
6. *Primus hominis in mundo status fuit conjugalis.*
7. *Quare Eva non ex terra, sicut Adam, sed ex Adamo fuerit formata.*
8. *Causæ Amoris inter Conjuges & liberos.*
9. *Matrimonium est Sacramentum denotans conjunctionem Christi cum Ecclesia.*
10. *Quatuor productionis modi.*
11. *Quatenus conjugium sit de præcepto divino.*
12. *De potestate & Imperio Mariti in Uxorem, & in quo consistat.*
13. *Moderata debet esse correctio Mariti, &* potius

potius in amore quam sævitia consistere.
14. *Quid Maritus uxori debeat indulgere & concedere.*
15. *Vinculum conjugii est indissolubile.*
16. *Jura Uxoris in maritum.*
17. *Imperium maritale oriri ex mutuo consensu.*
18. *Potestatem quoque maritalem fuisse in Statu innocentiæ.*
19. *Uxor & liberi sequuntur Conditionem Mariti & Uxoris.*
20. *De fœminis regnantibus, & vid. supra verbo Amazones fol. 258.*
21. *Quid Reipubl. hic sit utilius.*
22. *De dote & ejus fructibus.*

1 Matrimonii autor & institutor est ipse Deus.

MAtrimonii autor & institutor est Deus, qui post creationem Adami dixit: *Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi.* & quidem non alium masculum, sed mulierem, sociam & adjutricem sibi congruentem, cum ad alia permulta, tùm maximè ad generandam prolem, & ea ratione propagandam conservandamque speciem humanam. Non itaque solum consortium hominum hic spectandum est, quod homo sit animal sociale, & vita hominis sine consortio injucunda & acerba: Sed quod Adam sine consortio mulieris esse non debuerit, quia erat caput & seminarium humani generis, ex quo propagandum & multiplicandum erat, quod sine generatione, & generatio sinè mulieris societate & conjunctione fieri non potuit. Et cum perfectum opus viventium sit, generare sibi simile, *secundùm Aristotelem*, vel imperfectus fuisset Adam, si ea facultate generandi caruisset, vel ea irrita fuisset atque inanis, si eam exequi non potuisset: non potuisset autem ea uti sine mulieris adjumento. Denique sublata muliere necesse est tolli generationem hominum: hac sublata species humana perpetuari non potest, ea verò extincta, necesse est valde mutilum atque imperfectum remanere universum: quippe cum omnium rerum corporatarum præstantissimus sit homo, & quasi universitatis rerum pulcherrimum quoddam vinculum & decentissimus nexus. Nec bonum erat hominem esse solum propter Angelos: nimirum diminutio eorum, ob ruinam malorum spirituum, supplemento hominum resarcienda erat: nec id fuisset bonum, etiam propter Dominum nostrum *JEsum CHristum*, qui ex Adamo progenerandus primus erat prædestinatorum, & primogenitus omnis Creaturæ. Nec profectò id bonum esse poterat, cum æterni DEI consilio & proposito constitutum esset, multos ex posteris Adæ ad æternæ Vitæ ac fælicitatis participationem assumere. Nec decebat DEI bonitatem & munificentiam, quæ per se communicabilis erat cum infinitis hominibus, ad unum duntaxat hominem restringi & coarctari.

2 Matrimonii à Deo instituti præcipuus finis.

3 Matrimonii variæ considerationes.

Maritus verbo Græco, ἀκοίτης, à Cubili, Uxor verò, ἄλοχος, à pariendo vocatur, licet *matrimonii essentia* & natura consistat in *mutuo consensu*, per verba de præsenti, vel per æquipollentia. Cujus primus actus primaque perfectio est, animorum indivisa unio, id est, vis ad cohabitandum petendumque debitum conjugale: non quod actu semper sit individua animorum conjunctio, cum interdum sit discordia, sed quod per mutuum consensum efficiatur quoddam indissolubile, quo devincti Conjuges manent ad unitatem animorum, in his, quæ ad actum spectant matrimonii, nempe in consortio conjugali commanendi, ac jus sibi invicem conjugale debitum petendi & reddendi. Ut enim *S. Paulus* 1. *ad Corinth.* 7. *ait: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Secundus verò actus Matrimonii seu perfectio secunda, quæ manat à prima, nihil aliud est, quam communis mansio, & studium prolis gignendæ per Corporum commixtionem, sine qua non habetur. Ea verò, quæ matrimonium consequuntur effecta, tria sunt, nempe *Proles*, *fides*, hoc est, mutua fidelitas inter ipsos, & *Sacramentum*, scilicet inseparabilis unio, ex qua *matrimonium* in novo Testamento habet propriè, quod sit *res sacra*, & *unum* è *septem Sacramentis.* Nam significat *indissolubilem unionem Verbi cum humana natura*, & *Christi cum Ecclesia*, ut *Paulus ad Ephesios* docet.

Hinc si etiam consideremus perfectionem matrimonii primam, *inter B. Virginem & S. Josephum* perfectum fuit matrimonium, eo quod legitimum habuerint consensum, unde indissolubilis nexus fuit consecutus. Si autem sermo sit de secunda perfectione, omne nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi, nimirum *Proles, fides & Sacramentum.* Simul cohabitarunt, mutuaque fuerunt colloquia & obsequia, solus coitus abfuit, quia non erat necessarius ex vi actus matrimonii. Nam quamvis conjugium instituatur ad procreandam sobolem, si tamen illa sine coitu possit haberi, honestius multò fit, & *verum est matrimonium, etiam ante copulam carnis:* nam alias fornicationem tantummodò committeret, qui ante consummatum matrimonium sui corporis alteri quam Conjugi faceret potestatem, quod falsum esse constat. Ideo *Ambros. lib. de institut. Virg. cap.* 6. *tom.* 1. ait: *cum initiatur conjugium, tum conjugii nomen adsciscitur. Non enim defloratio Virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugalis. Denique cum jungitur puella conjugium est, non cum*

4 Consideratio matrimonii Sanctissimæ Virginis cum S. Josepho.

cum virili admixtione cognoscitur. In S. Scripturis *Sponsi viri*, & *Sponsæ uxores* de more vocantur.

5 Conjuges possunt manere cælibes mutuo consensu.

Conjugibus tamen integrum est, cælibes manere, quia licet, postquam verum matrimonium contractum est, & facultas adest Conjugibus petendi, reddendique invicem sibi conjugii debitum, illis tamen mutuo ex consensu, cum voto vel sine voto, licet perpetuam castitatem servare, & permanere in Cœlibatu. Quod si in consensu reciproco, dum contrahunt, implicite saltem incidat carnis copula, vel jus illam exigendi & reddendi: ejusmodi tamen jus Virginitati non repugnat ex se, cui verus tantum in copulam adversari potest consensus, qui tamen in Virgine nunquam fuit. Hinc aliqui Theologi docent *B. Virginem & S. Josephum* emisisse votum sub conditione, nisi DEO aliter videretur, vel, ut alii melius, ambos Conjuges votum Virginitatis concepisse, antequam in matrimonium consensum præstarent: Postmodum autem certo oraculo cœlitus cognovisse, ut consentirent in copula, de qua fierent certi, nunquam futuram, atque ita contraxisse, & postmodum rediisse ad prima vota. *R. P. Salmeron in Sac. Script. tom. 3. tract. 29. fol. 224. & seqq.*

6 Primus hominis in mundo status fuit conjugalis.

Hoc certum est, primum hominis in mundo statum à DEO intentatum fuisse conjugalem, cui DEUS ipse benedixit, *Genes. 1. v. 27. & 28.* ubi: *Et creavit DEUS hominem ad imaginem suam, ad imaginem DEI creavit illum, masculum & fœminam creavit eos. Benedixitque illis DEUS, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terram*; & *Genes. cap. 5. v. 2. Masculum & fœminam creavit eos, & benedixit illis, & vocavit nomen eorum Adam in die, quo creati sunt.* Et *Genes. cap. 9. vers. 1. benedixitque DEUS Noe & filiis ejus, & dixit ad eos, crescite & multiplicamini & replete terram.* In honorem matrimonii primum fecit miraculum Christus in nuptiis in Canâ Galileæ. In proverbiis *Salomonis cap. 19. vers. 14.* dicitur: *Domus & Divitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè uxor prudens*; & *cap. 12. vers. 22. & 23. Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, qui autem tenet adulteram, stultus est & impius. Cap. 14. vers. 1. Sapiens mulier ædificat Domum suam, insipiens extructam quoque manibus destruet. Eccles. cap. 26. vers. 1. & seqq. Mulieris bonæ beatus vir: Numerus enim annorum illius duplex. Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum, dabitur viro pro factis bonis. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sicut Sol oriens mundo in altissimis DEI, sic Mulieris bonæ species in ornamentum Domus ejus.* Delectatur ipse DEUS in amore & convenientia Mariti & Uxoris, & *Benedictio Patris firmat domos filiorum. Eccles. cap. 3.* Et *Matrimonium confert gratiam & Sanctificationem 1. ad Thessalon. cap. 4. n. 4.*

7 Quare Eva non ex terrâ, sicut Adam, sed ex Adamo fuerit formata.

Idcirco DEUS Evam non ex terra, sicut Adamum, formavit, ut vehementius commendaretur homini societatis unitas vinculumque concordiæ, si non tantum inter se naturæ similitudine, sed etiam cognationis affectu homines necterentur, idcirco fœminam non ut virum ex terra, sed ex ipso Adamo creare DEO placuit, ut omne ex uno homine diffunderetur genus humanum, sicut *S. Paulus* dicit *Actor. 17. qui fecit ex uno omne genus hominum.* Ut arctiori constringeret amore virum & fœminam, eò quod ex illo esset facta: id autem propterea valde necessarium erat, quia matrimonium viri & mulieris futurum erat indissolubile, perpetuam continens vitæ societatem & consuetudinem, quod non itidem cæteris in animantibus reperire licet. Adam igitur *quatuor* rebus vehementer incitabatur ad diligendam Evam, propter *similitudinem* ejusdem naturæ: propter *copulam carnalem*: propter *generationem prolis*: super omnia vero quod *Eva* esset aliquid ipsius, id est è *substantia ejus* procreata: namque ob hanc potissimum causam parentes tantopere liberos suos diligunt. Quod si animus Adami tanto mulieris amore non fuisset occupatus: cum postea ejus suasu atque impulsu lapsus esset in peccatum, ob idque tot ac tantis DEI muneribus ac donis spoliatus, ingens & implacabile adversus eam odium concepisset, semperque animum ab ea alienum & adversum gessisset.

8 Causæ amoris inter conjuges & liberos.

Deindè, facta est mulier ex viro, ut eâ ratione commendaretur dignitas viri, qui in eo quandam referebat Dei similitudinem, quod sicut DEus principium omnium rerum, ita principum omnium hominũ unus fuit Adam: Idq; pertinebat ad indicandam naturæ humanæ, cujus unicum esset principium, excellentiam. Semper enim, ut est apud *Aristot. lib. 8. physic. & lib. 12. Metaph.* melius est unum esse principium, quàm multa; Postea, ut appareret eundem fuisse conditorem Adami atque Evæ, & utrumque ejusdem esse naturæ, Virum tamen caput esse debere mulieris. Adhæc, propter figuram, & mysterium: Etenim conjunctio Adam & Evæ continebat magnum illud *Sacramentum conjunctionis Ecclesiæ* cum Christo, de quo Paulus scribens ad *Ephes. cap. 5.* cum de conjunctione viri & Uxoris commemoratis Adami verbis, quæ sunt hoc loco, dixisset, subjungit: *Sacramentum*, inquit: *hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & in Ecclesiâ.* At verò Ecclesia formanda erat ex Christo, sicut Eva formata ex Adamo. Ad extremum Homo media quædam natura est inter Angelos, & animalia, quocirca mediam

9 Matrimonium est Sacramentum, denotans conjunctionem Christi cum Ecclesia.

diam quoque conveniebat esse rationem originis humani generis, Et Angeli quidem omnes & singuli proximè à Deo creati sunt. Nec in tanto Angelorum numero aliquem reperire licet ex alio Angelo procreatum. Animalia verò ex aliis orta sunt: sed non omnia, etiam quæ ejusdem sunt Speciei, ex uno generata sunt. Siquidem in exordio mundi, DEUS cujusque Speciei animalium multos mares, multasque fœminas fecit, è quibus cætera facilè ac numerosè procreari possent. In homine verò, medio quodam modo sese res habuit: Primus enim homo proximè à DEO factus est: Ex hoc fabricata est fœmina; Ex utroque autem cuncta hominum Soboles extitit: *Quatuor* igitur hoc

10 Quatuor productionis modi. loco productionis hominum modos annotare possumus: Unum *sine viro & fœmina*, ut Adami: Alterum *ex viro sine fœminâ*, ut Evæ; tertium ex *fœmina sine viro*, ut Christi Domini ex virgine Maria: quartum ex *viro & fœminâ* ut cæterorum hominum, qui generalis est & communis generationis modus.

Ex *costâ Adami* formata est tota muliebris corporis machina Evæ, non per rarefactionem, nec per additionem externæ materiæ, sed per solam multiplicationem sui ipsius, infinita Dei virtute factam, in tantum etiam auctam, ut efficiendi corpori mulieris sufficeret. Eva porrò fuit adducta ad Adamum, quæ deductio significavit quasi desponsationem & contractum matrimonii. Et hinc videntur causam & originem habere deductiones Uxorum ad Regnum, Ducatum, Principatum, & alia Maritorum domicilia, die Heimführung König- Fürst- Gräffl. und anderer neu vermählten Personen / quæ hodierno adhuc tempore maximo cum apparatu, pompa, & expensis celebrantur, prout quotidiana exempla in Regnis, Provinciis aliisque locis sufficienter demonstrant. Quamvis autem

11 Quatenus conjugium sit de præcepto Divino? DEUS benedixerit Matrimonio, & præceptum addiderit, *crescite & multiplicamini*, ex quibus verbis colligunt A. C. addicti & alii, à conjugio abstinentes Divinæ voluntati repugnare, & agere contra manifestam DEI legem & sententiam, dum tantis laudibus cælibatum & virginitatem affecerunt, atque legitimo matrimonio dignitatis & meriti præstantiâ anteponunt. Verùm responderi illis potest, vel concedendo illud Domini dictum continere præceptum, sed negando ejusmodi præcepto teneri, aut omnes homines, aut omni tempore, vel inficiando in illis DEI verbis ullum præceptum contineri, aut impositam esse homini necessitatem colendi matrimonium & vacandi prolis generationi. Qui priori responso insistunt, variis id modis tractant. *B. Cyprianus Tractatu secundo de habitu Virginum* (eademque fuit quorundam aliorum Patrum sententia) censet, præceptum illud Domini vim habuisse, quoad multiplicatum est genus humanum, posteà verò continentiam in laude & honore fuisse. *Prima inquit DEI sententia crescere & generare præcepit: secunda continentiam suasit; Cum adhuc rudis mundus & inanis est, copia fœcunditatis generante propagamur, & crescimus, ad humani generis augmentum: Cum jam refertus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, Spadonum more viventes castrantur ad regnum.* Hæc Cyprianus: cujus vestigiis insistens Magister sententiarum *lib. 4. distinct. 26.* similia scribit his verbis: *Potest sanè intelligi illud sub præcepto dictum hominibus primis ante peccatum*: Crescite & multiplicamini; *quo etiam post peccatum tenebantur, usquequo est facta multiplicatio; posteà, contractus matrimonii fuit non secundum præceptum, sed secundùm indulgentiam. Ita etiam post diluvium quo universum penè humanum genus deletum est, secundum præceptum dictum est filiis Noe*, crescite & multiplicamini, *multiplicatio verò homini secundum indulgentiam contracta est, non secundum Imperium. R. P. Parerius in Genes. lib. 4. fol.* 230. plura refert ex B. Thoma, Scoto, Chrysostomo, Augustino, quibus tandem ipse suam adjungit sententiam, quod citati Doctores non putarint omnes homines, omnique tempore eo Dei præcepto obstringi, quia non obliget singulos quosque, sed in universum tantummodo ipsam hominum societatem; vel obligasse quidem omnes homines, non tamen semper, sed quousq; multiplicaretur genus humanum. Vel illud *præceptum habuisse vim obligandi usque ad tempus Legis Evangelicæ*, quo tempore, dato à Christo Domino colendi virginitatem & cœlibatus consilio, obligatio antiqui testamenti sit soluta & sublata. Vide suprà verb. *Claustrum. fol.* 505. Imò nullum conjugii præceptum putat fuisse *P. Perer. d. loc.* sed solum sermonem efficacem & operatorium Dei. Relinquamus istas disputationes, ex omnibus suprà dictis patet & sanctitas & dignitas matrimonii, nec non jussus Divinus saltem in Veteri Testamento; cui licet in Novo cœlibatus & Virginitas meritò anteferatur, hæc tamen non ex præcepto, sed consilio tantum, & libera voluntate cujuscunque provenit, ejusque beneplacito & electioni relinquitur, causam semper habens ex generatione, sine quâ nec cœlibatus nec virginitas possent existere. Non spernendum est consilium S. Pauli ex eo, quasi juxta illud *Sapient.* 8. *Non possum esse continens, nisi DEUS det*, quia multis datum est donum continentiæ, qui tamen illud negligunt, neque Christus Dominus impossibilia nobis consulit, sed sicut juvenem invitavit ad paupertatem, quam ille amplecti noluit, & proinde ostendit, multos non capere consilia, qui tamen possent, si vellent: ita multi cedunt carni, qui donum continentiæ rejiciunt, quod ipsis in culpam imputatur, quamvis aliàs non sit peccatum, consilium non amplecti, *R. P. Salmeron in S. Script. tom. 5. fol.* 51. Maneat utrique statui sua laus & gloria,

& quidem major virginitati, ex doctrinâ S. Pauli, dirigantur tamen ambo status in sanctitate & justitia, ad gloriam Divinam & æternam salutem. Vide etiam *supra verb. Adamus fol.* 192.

12 De potestate & imperio mariti in uxorem, & in quo consistat.

Cum verò post transgressionem Divini præcepti, ut *non comederent de arbore scientiæ boni & mali*, Evæ dictata sit pœna, *quod sub potestate viri esse debeat, & ipse illi dominari*, notandum hic occurrit, in quo potestas illa viri consistat, & quid vicissim mulieri in matrimoniali societate conveniat. Sicut enim quivis ordo importat imperium quoddam, ita etiam ille, quem Maritus & uxor inter se tuentur, naturâ suâ arguit imperium, Marito competens in uxorem, ad finem matrimonii naturæ convenienter dirigendam, involvitque præcipuè *potestatem*, uxori in *rebus conjugii & familiæ* præscribendi: Et maritale hoc imperium certorum negotiorum expediendorum gratia, nempe propter sobolis procreationem, & propter curationem domesticam, nec non propter educandos liberos & administrandam rem familiarem locum obtinet. Non est tamen imperium illud absolutum, ac sine omni temperamento, sed certis quibusdam limitibus circumseptum, *vide suprà verb. Abusus, fol.* 161. *n.* 1. & 2. involvitque facultatem præscribendi conjugi in rebus matrimonii & familiæ, cujus potestatis vi maritus ab uxore exigere potest, ut ipsi soli corporis sui copiam faciat: In pacto enim matrimoniali uxor potestate in corpus suum se abdicavit, eamque in maritum transtulit. Si ergo uxor cum alio congreditur, affectaret jus, quod non habet, & marito suum eriperet, adeoq; corrigi potest. Hinc imperium maritale involvit in corpus conjugis aliquod jus, quod & in naturali statu, ut *Grot. l.* 2. *de I. B. & P. c.* 5. §. 9. loquitur, procedit, & bene *Artemidorus*, dum inquit: *qui connubii lege fœminæ conjungitur, is in corpus ejus dominium habet*: Et jus Mariti in corpus uxoris fortius est, quam jus utendi alieno horto, aut aliena vacca ad certum finem, ut *R. P. Layman. Theol. Mor. l.* 5. *Tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. innuit.

Vi potestatis in rebus conjugii & familiæ injungere potest Maritus uxori, ut domicilium & familiam maritalem sequatur, si domicilium mutare vel alio migrare velit, aut si ipsa sit alibi, quam in domo maritali, quod & docet *Grot. d. l. c.* 5. §. 8. cum ait: *Maritus uxoris caput est in rebus conjugii & in rebus familiæ; nam uxor pars fit familiæ maritalis. Ideo de domicilio constituere jus est marito.* Potest præterea Maritus uxori dictare, quid ipsi sit agendum, quando vel filiæ dandus est vir, vel uxor filio: ducere enim filio uxorem, & elocare filiam pertinet ad res conjugii & familiæ, in quibus maritus uxoris caput est. Potest Maritus quoque rescindere vota aut juramenta uxoris contra aut præter suum consensum, in his, quæ maritalis sunt juris, in rebus sc. conjugii & familiæ facta, adeoque antequam votum vel juramentum fiat, irritum reddere juramentum vel votum, aut postquam juramentum vel votum factum est, vetare ne impleatur.

Non autem durum ac servis aptum castigandi modum marito permittit naturæ rationalis dictatum, & Barbaris illam tractandi uxores rationem attribuit, *Philosoph. l.* 1. *Pol. cap.* 2. qui fœminas pariter & servos, quos tamen natura distinxit, eodem modo habebant. Hinc bene *Aristot. l.* 1. *Polit. c.* 12. dum ait: *Etenim vir in uxorem, & in filios imperium habet: atque in utrosque sane, ut in personas liberas: verum non eodem genere imperii, sed in uxorem quidem civiliter, in filios verò regiè.* 13 Moderata debet esse correctio mariti, & potius in amore quàm sævitia consistere.

Prudenter porrò agit Maritus, si uxori etiam imperium in quibusdam, ut in educatione sobolis, quoad corporis curam, & in regendo famulitio quoad directionem ancillarum concedat; imperat enim Maritus secundum naturam, *quatenus est melior*: si verò in omnibus imperare velit, id non facit, quatenus est melior, cum uxor secundum naturam in quibusdam rei familiaris negotiis majori prudentia valeat. Eleganter *Aristot. lib.* 8. *Ethic. cap.* 12. scribit: *viri verò & uxoris societas ad Aristocratiam proxime accedere videtur. Pro dignitate enim vir imperat, in iisque rebus imperat, in quibus virum oportet imperare: & quæ mulieri conveniunt, ei permittit; Quod si vir in omnibus dominetur, in oligarchiam fit commutatio. Id enim facit præter dignitatem, non quatenus melior est.* Nimirum quia in Aristocratia imperant virtute prædití, seu prudentia instructi, qua tales, in oligarchia autem potentes ac divites, nulla virtutis seu prudentiæ civilis habita ratione, ut docet *Philosoph. l.* 3. *Pol. cap.* 8. atque hinc est, quod uxor, in qualemcunque cum Marito participationem veniat imperii domestici, quam proxime distet à perfectione patrisfamilias, reliquisq; personis domesticis sit perfectior, adeoque marito cum uxore plus juris, quam cum servo aut filio intercedat; nam quo perfectior est persona in societate, eo plus juris participat. *Duriorem* autem *modum tractandi* uxorem Marito non concedit ratio recta, eò, quod uxor naturaliter sit Mariti pars charior, nemini verò pro lubitu in partes sui corporis sævire liceat. Neque ipsum jus vitæ & necis in Imperio maritali includitur. Nam in unaquaque societate tantum vigere debet imperium, quantum sufficit ad expedienda illa negotia, quorum gratia personæ quædam in societatem coalescunt. At peragi possunt negotia, quorum gratia societas nuptialis inita est, etiamsi in illa imperium ipsam potestatem in caput uxoris complectens non habeat locum. 14 Quid maritus uxori debeat indulgere & concedere.

Nec porrò Imperium maritale importat potestatem uxorem repudiandi aut dimittendi; repudium enim seu dimissio pugnat cum lege Divina, quæ conjugium vult esse perpetuum & indissolubile vitæ consortium, & vi primævæ institutionis, 15 Vinculum conjugii est indissolubile.

vin-

vinculum conjugale arctius & fortius est vinculo inter parentes & liberos: Sicut verò hoc est indissolubile, manens quippe, quamdiu parentes & liberi vivunt, ita ipsum quoque non minus quam hoc indissolubile censendum est. Neque ultra imperium maritale se extendit ad potestatem, suspendendi uxorem ad tempus quoddam à *thoro*, aliâ, quam nuptiis novis maritus sibi adjunxit, superinducta, quia *polygamia* simultanea, qua plures uxores uni viro simul junguntur, dissuadetur à natura, seu naturali ratione: quo pertinent, quæ *Pufendorff. de J. N. & G. lib.* 6. *cap.* 1. §. 19. *tradit: Id sane patet, optimum & maxime decorum, simulque ad quietem domesticam accommodatissimum esse, unum una vivere contentum, adeoque hoc matrimonii genus sine dubio perfectissimum habendum, cujus leges non minus Marito, quam uxori sanctissime observandæ.* Neque imperium illud à natura importat facultatem rescindendi contractum uxoris in sua causa absque consensu Mariti celebratum, qui mulieri est utilis, quove ea suis commodis, absque damno mariti, aut contra pacta dotalia, consuluit, nam secundum naturam maritus uxoris caput est tantum in rebus conjugii, & in rebus maritalis familiæ. Similiter maritale illud imperium, secundum naturam & leges Civiles non importat potestatem *bona uxoris absque consensu ipsius alienandi:* Non certe ex natura, seclusis pactis ac positivis legibus, tanta mariti potestas probari potest, cum secundum naturam imperium maritale ultra res conjugii & familiæ Maritalis se non extendat, nec eam facultatem jura Civilia Marito adjudicent.

Quemadmodum autem cuivis personæ subditæ, in quacunque Societate, adversus personam regentem certa quæsita sunt jura, quæ vocantur alias jura rectoria passiva, ita in Societate matrimoniali deprehenduntur jura quæsita personæ subditæ, videlicet uxori in personam regentem maritum, nempe si matrimonium intra terminos naturalis rationis ac æquitatis subsistat, jus exigendi debitum conjugale, & quidem potestatem postulandi à Marito,

16 *Jura uxoris in maritum.* ut *ipsi soli* corporis sui copiam faciat, jus deposcendi hujus *vitæ necessaria*, jus *medicamenta*, defensionem, informationem, consilia postulandi &c. Septem scilicet in decretis Hebræorum constituuntur jura, quæ ratione matrimonii uxori à Marito debentur, nempe 1. ut Maritus uxorem ægrotam curet, 2. ut captam redimat ac liberet, 3. ut mortuam sepeliendam curet, 4. ut viduæ ex bonis Mariti tantum erogetur, unde se sustentare possit, 5. ut in ejus domo maneat, tantisper, dum alteri non nupserit, 6. ut filiæ de facultatibus mariti nutriantur, quoad viris nupserint, 4. ut filii sint heredes. Sed illa jura, quæ Uxori quæsita sunt in virum, non arguunt aliquod uxoris imperium in Maritum, cum importet imperium jus coercendi, inferiori autem, qualis est uxor, non competat facultas moralis coercendi superiorem.

Acquiritur autem imperium hoc connubiale Marito, ex *mutuo* utriusque *consensu*, natura sic volente, sic jubente. Ex consensu enim, quô mas & fœmina in conjugium consentiunt, quove fœmina marito volenti sponte se subjicit, imperium maritale proxime oritur, certe enim citra interveniens pactum conjugale mas in fœmellam imperium non acquirit, quia alias quilibet mas imperio maritali, ob naturalem corporis, animique præstantiam, in quamlibet fœmellam polleret: ac *pacti conjugalis essentiale requisitum est mutuus paciscentium consensus*, nihilque refragatur dictum illud, quo Deus lapsam Evam alloquebatur *Genes.* 3. *voluntas tua obnoxia est marito, & ille dominabitur tibi.* Non enim illud primo mulierem imperio mariti subjicit, sed significat, eam posthac, etiam nolentem, & cum aliqua voluntatis lucta ac repugnantia, imperio maritali obnoxiam fore, virumque jus coercendi actu exerciturum, cum citra lapsum nulla opus fuisset coercitione, ipsaque prompte & absque ulla molestia mariti imperio paruisset. Quam in rem bene scribit *R. P. Pererius in Comment. ad Cap. I. ex Gen.* 3. *Fuisset etiam in statu innocentiæ mulier sub viri potestate, verum non coacte, nec moleste, nullaque voluntatis repugnantia: cum enim mulier esset integro animo, rectaque mente, non nisi quod erat honestum & rectum expetens, libens gaudensque sub Imperio viri fuisset, quia id Voluntati Divinæ, rationique consentaneum esse intelligebat. Imperium quoque viri fuisset plenum æquitatis ac securitatis, nec uxor habita esset, ut serva & ancilla, sed ut Charissima Vitæ Socia, consiliorum atque officiorum mariti particeps, & ad generationem prolis atque educationem adjutrix. Post peccatum autem gravis pœna est mulieri subesse viro, tum ob ingenii muliebris levitatem atque vanitatem, animique superbiam, iniquo animo maritum sibi præesse ferentis, tum etiam quia plerumque viri uxores suas superbè, iracunde & aspere tractantes, imperium iis suum onerosum, acerbum & odiosum faciunt.*

17 *Imperium maritale oriri ex mutuo consensu.*

Cæterùm quod & in statu integritatis Marito imperium in uxorem quæsitum fuerit, propter naturalem hujus ab ipso dependentiam, adeoque illud primum à naturæ instituto, non autem demum à divina concessione post lapsum facta, & *Genes.* 3. consignata promanaverit, probat ex 1. *Cor. II.* 8. ubi Apostolus eam Maritalis imperii causam adfert, *quod uxor ex viro sit*, & ex 1. *Tim. I.* 13. ubi *Paulus*; obsequii imperantis mariti ab uxore præstandi eam inculcat rationem, *quod Adam prior sit formatus, deinde Eva.* 18 *Potestatem quoque maritalem fuisse in statu innocentiæ.*

Porro sicut liberi Portio corporis Parentum sunt, ex quo dignitatem Patriciatus olim in Rep. R. à Patribus conscriptis, hodie alios honores, à Baronibus & Comitibus ac Ducibus, ad filios redundare indicat *Becman. Medit. Pol. Diss.* 8. *thes.* 8.

19 Uxor & liberi sequuntur conditionem mariti & patris.

thes. 8. ita *Uxor* ordinarie Mariti, æque ac *Liberi Parentum* conditionem, sequitur, & in uxorem cum capacitate receptiva, Mariti honor & auctoritas derivatur, quia una cum eo caro est, & ut membrum suum caput sequitur: A parte Mariti jus imperandi ac dirigendi Uxorem consistit, cui gloria parendi, secundum ordinarium Dei Præceptum convenit, commendatur enim eidem iterum iterumque in scripturis subjectio, 1. *Tim.* 2. *v.* 2. *Gen.* 3. 16. *Vir caput mulieris audit:* Quod si ergo Uxor in virum sibi arroget Dominium, turbatur Conjugii natura, & sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita & mulieres viris suis, in omnibus, inquit Apostolus *Ephes.* 5. 24. 25. scilicet quæ cum Reverentia Deo debita non pugnant. Transeo hic exempla Sanctarum Mulierum, ad quæ Spiritus Sanctus provocat, 1. *Pet.* 3. *v.* 6. 7. His similibus tamen non obstantibus, *Pet. Gregor. Tholosan. lib.* 7. *de Rep. c.* 2. *Besold. Boxhorn. Selden.* aliique defendunt, fæminas seu Majestatis seu Imperii simpliciter incapaces non esse, prout exempla habemus in Regno Angliæ in *Maria*, *Elisabetha*, & hodierna Angliæ Regina *Anna*, quæ Daniæ Principi ad quem tamen ex legibus Regni, nulla ejusdem cura spectat, Scotiæ Mariâ, Castiliæ Isabellâ, Sueciæ Christinâ, Hungariæ Mariâ, non sine multarum nationum admira-

20 De fœminis regnantibus, & vid. suprà verb. Amazones fol. 258.

tione imperantibus; Præterea etiam eò deventum est hodie, ut vel absoluto Regum potentiorum arbitrio, Imperia bello parta, Hereditatis Regiæ pars facta sint, vel populus molestiis Electioni nunquam non adhærentibus felicius se liberaturus collatô in Imperantem ejusque heredes omni suo jure, neutrum sexum neglexerit; Fœminas æque ac Infantes, quibus Pædocratici Imperii defensores jus Superioritatis adscribunt, ad gubernacula admittendas esse, nemo ambiget.

Mariam Scotiæ Reginam, licet à Subditis tum temporis captivitati inclusa fuerit, nullius judicio præterquam cælestis judicis subjacere, pro nullius Tribunali in terris posse sisti, omnem Magistratus auctoritatem ab ejus auctoritate esse delegatam, & ab ipsa unice revocabilem, sunt qui tradunt, *vid. Cambd. Elisab. p.* 120. *ad ann.* 1567. tantum abest, ut nubendo simpliciter id contingat. Hinc Elisabetha, jure hereditario in regnum Sororis succedere se ad Ferdinandum Imperatorem perscripsit, & Comitia Parlamentaria suffragiis omnium sanciunt, eam esse jure divino, civili Anglorum, & Regni statutis legitimam, indubitatam, & certissimam Angliæ Reginam. Ipseque Philippus, morte Mariæ Uxoris comperta, haud aliter Regni Angliæ vires ac nomen, quæ sibi imprimis tunc usui erant, retinere se posse contendebat, quam si cum Elisabetha, Uxoris sorore de nuptiis contrahendis de novo ageret, *vid. Cambd. c. l. eod. ann.* 1554. & 1559. *p.* 10. §. 4. Hinc præcedaneis pactis, majoris certitudinis & securitatis causa, jura in sceptrum Uxoris, maritis etiam dignitate æqualibus, tanto magis inferioribus, ante nuptias evelli solent atque extingui. Sic V. G. cum Elisabetham sponsam ambiret Carolus Archidux, ac titulum non solum Regium, sed etiam successionem peteret, Sussexius Augustæ Vindelicorum, cum Imperatore de Caroli nuptiis acturus, de titulo quidem ac nomine Regis Angliæ convenit, de successione verò ex jure Regni aliter respondit; eam concedi non posse, cum id liberis fraudi futurum sit, quorum tamen tutelam habere possit. Nec ampliora, quod adjecit Philippo Hispano, cum Mariam duceret, concessa fuisse, vid. de pactis illis connubialibus *Thuan. lib.* 13. *ad ann.* 1553. Similiter *Maria*, *Scotiæ* Regina, *Darlium* in Maritum electum, non passa est sibi imperare, sed in negotiis publicis Ministri loco eum adhibuit, *Becm. diss.* 6. §. 3. *pag.* 68. *Medit. Pol. Thuan. L.* 20. *ad ann.* 1558. *item L.* 37. *ab init.* Quamvis enim hic Regis nomen prius obtineret, quo eum aliquoties salutat *Cambdenus*, postea tamen partim ex odiis, à Reginæ Fratre notho Jacobo, qui spe tituli, quem tecte ambiebat, Regii, his nuptiis exciderat, excitatis; partim etiam ex aliis domesticis simultatibus, tumentem, ut *Cambdenus* vocat, Juvenem cohibitura Regina, jura suæ Majestatis integra servare studuit, nomine Mariti in Actis publicis postposito, & in signandis nummis omnino omisso. Sic aliæ etiam fœminæ Imperantes, Majestatem suam proditeræ, non tam Reginæ vocari voluerunt, quam Reges, ne vel levissimo signo auctoritatem suam Maritis cessisse viderentur, qualem nominant Mariam in Hungaria, Isabellam in Castilia.

Quo ipso nihil decedit divinæ legi, quæ positiva tantum est, circa quam dispensare, pro arbitrio absoluto, potest. Præceptum enim superius tollit hoc loco inferius: Quale est *Magistratui obtemperare*, ergo ipsi non convenit ullius hominis imperio se subjicere. Nec fit injuria Reipublicæ, quæ semel in Imperium hereditarium vel consensit, vel jure belli in istam Imperii formam prolapsa est, si ergo *jus gentis*, sceptrum tribuerit Fœminæ, quid prohibebit, quo minus eo uti possit? Neque est, cur bilem moveat Marito, qui nempe condescendit in ejusmodi connubium, quod liberum ipsi fuit; præprimis verò si subditus mere talis fuit, adeoque etiam conscientiam non onerat opinione absurdi consensus. Quid quod hoc ipso in meliorem adhuc transferatur Statum: Subjectio enim ejus longe mitior evadet, quam ante, propter familiaritatem non illicitam, ex consuetudine conjugali ortam. Quemadmodum Filia subditi, si Rex eam thoro dignetur suo, non parvam pristinæ subjectionis partem deponet.

Num autem Reipublicæ usui sit Viri potentis fœminæ gubernatio *Bodinus*, & *Arni-* 21

21 Quid Reipubl. hic sit utilius.

Arnisæus potissimum vocant in dubium, quorum argumenta in forma dilemmatis proposita in compendium proposuit cum solutione convenienti *Thomasius dissert. de Gynæcocratia subsidiaria*, quod eo recidit, 1. Mulier Regni heres, aut nubet aut non; si illud, certabit Regina vel cum populo, utrius è sententia virum eligat, vel cum procis; si hoc, non attingitur finis Gynæcocratiæ, nempe familiæ continuatio 2. Dum vir Imperio muliebri servit, invertitur jus naturæ, &c. cui ex sacris & illud adjiciendum; *Væ populis*, dictum, *quibus infans imperat & fœmina:* Verùm populi fervorem hic parum obesse posse Principi, quem pacta præcedanea non obstringunt, quod Elisabetha in hereditario suo regno prudenter observabat, responsi loco Oratori tertii Ordinis, nuptias suadenti, reddens: *Laudo vos, quod maritum mihi non præstitueritis; hoc enim Principe absolutæ Majestatis & vestrâ prudentia, qui subditi nati, indignissimum fuisset. Nihilominus si divino numini ita visum fuerit, promitto nihil me facturam, quod Reipubl. sit fraudi. Cambd. P. 1. p. 22.* Neque, quod vir Imperio muliebri serviat, adversari juri naturæ, *Horn. de Civit. l. 1. c. 1.* contendit, nullum Imperium seu publicum seu privatum homini in hominem competere, absque expressa DEI constitutione, ejusdemque præsentissimo interventu, qui hic loci illi personæ patrocinatur, quæ absolutam potestatem imperandi â DEO nacta est, præ lege Maritali, quæ in relatione ad publicam Magistratu longe est inferior. Simile ferme conspicere licet in filio, Imperii gubernaculo admoto, qui parentibus, casu vel alia ratione sibi subjectis, civiliter imperat, quibus alias naturaliter amorem & honorem præstat. Neque *ratione dicti ex Sacris literis*, Mulieribus denegavit natura, ejusdemque Parens & Auctor, vires ingenii ad Imperium aliaque pulcherrima aptissimi. Ipse enim populus Judaicus, quem singulari in pretio habebat DEUS, Pædocratia non caruit, quæ tamen cum Gynæcocratia, pari passu ambulat. Hinc istæ comminationes divinæ non proprie sunt accipiendæ, sed effæminati, id est, voluptuosi, inermes, timidi, judicio carentes, stulti, intelliguntur.

22 De dote & ejus fructibus.

De cætero brevibus adhuc notandum hic, quod Uxor bona sua referre possit, ad utram maluerit speciem, eaque vel in dotem dare, vel Marito tantum administranda committere, vel sibi soli retinere, quia Uxor de re sua pro lubitu disponere potest, *L. 21. C. mandati*, dotisque constitutio conventio est, ad quam nemo invitus cogendus *L. 5. C. de O. & A. l. 17. ff. commod.* præsertim cum matrimonium etiam sine dote consistere possit, *L. fin. C. de repud. L. Quodsi nulla 28. ff. d. relig. & sumpt. fun.* Exinde multi sentiunt, quod Maritus non possit cogere uxorem ad dotem sibi constituendam, si eam duxerit, non facta mentione, Dotis, *Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 17. tit. 17. n. 4. & seqq. Barbos. in L. 1. p. 3. n. 49. ff. solut. matrim.* Sed si uxores divites, Maritique bona tanta supposueris, quæ minus sufficiunt alimentis commode parandis, Maritus pro ferendis matrimonii oneribus Uxorem accipiens sine dote, etiam non facta mentione, cogere potest eam, ad dotem sibi constituendam, *Bald. in L. f. n. 8. C. de sent. quæ sine cert. quant. & in cap. juravit n. 3. de prob.* quia matrimonium regulariter sine dote non contrahitur. *Bich. decis. 131. n. 4.* Hinc bene faciunt fæminæ, si bona sua à Marito *Paraphernorum nomine* possideri non patiantur, hæc enim in concursu creditorum, à Marito forte relicto, tantum hypothecam tacitam ex die illationis computandam tribuit, *L. fin. C. de pact. convent. Carpzov. p. 1. C. 28. D. 9.* Dos verò non solum tacitam hypothecam, sed & jus prælationis, quoad omnes creditores Mariti hypothecarios anteriores tribuit, *L. assiduis 12. C. qui potior. in pign.* à die contracti matrimonii, non autem illatæ dotis. *L. 1. qui pot. in pign. Mev. p. 4. decis. 321.* Itaque potior videtur, & pro uxore utilior Constitutio dotis, quam Paraphernalium. Dotis tamen constitutio, per bona à muliere translata in Maritum, non præsumitur, nisi tractatus Dotis præcesserit. *Franc. Marci in decis. q. 507. n. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 6. n. 54. Klock. vol. 4. cons. 95. n. 53. Gail. lib. 7. obs. 82. Carpz. P. 2. C. 16. D. 11.* quia dos donationem requirit, & dotis constitutio contractus quoddam genus est, §§. *de dot. promiss.* Quidquid verò Uxor, stante thoro conjugali, cura sua acquirit, id marito acquirit, *L. 48. pr. ff. de oper. libert. L. 31. pr. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. L. 91. §. 1. ff. de pecul.* quia operas marito debet mulier, *Heig. p. 1. q. 30. n. 11.* facit & æquitas pro illo, nam cum soli marito onera matrimonii incumbant, proinde & commoda eidem sunt relinquenda. *L. 10. ff. de R. I.* Inde colligunt, quod omnia quæ in domo Mariti aut habitatione ejus inveniuntur, mariti esse præsumantur, ob eminentiam ejus, *p. L. 51. ff. & L. 6. C. de donat. inter vir. & uxor.*

Cum per traditionem dotis Maritus Dominus ejusdem efficiatur, competit exinde illi quoque facultas percipiendi fructus, vigore cujus prædium dotale alteri locare potest, cum locare non sit alienare, *L. 39. ff. locat. cond. L. 8. §. 13. ff. de Legat. 3.* & dum fructus percipit Maritus ex prædio dotali, illius erit onera ratione fructuum debitorum ferre ut collectas *L. 13. ff. de Imp. in res dot.* Ex dominio Maritali fluit penes administratio rerum dotalium, quam Maritus ita obit, ut illo invito uxor nihil gerere, atque circa illa disponere possit, sed omnia nutui Mariti relinquantur. Hic autem, ut bonum Patremfamilias decet, administrare debet, & dotis conditionem deteriorem Maritus reddere nequit, *ex L. 6. ff. de fund. Dotal.* & exinde rerum dota-

dotalium alienatio *per Leg. Jul. L. quib. alien. lic. vel non. L. un.* §. 15. *C. de rei uxor act.* Marito interdicta est, quod tamen non est extendendum ad res mobiles in dotem datas, præsertim si Maritus alienans sit solvendo, hoc enim casu demum valida est alienatio, ut uxor ne quidem soluto matrimonio rem illam mobilem alienatam revocare valeat. *Zas. ad ff. h. l. n.* 3. Si tamen alienatio fundi dotalis uxori fuerit utilis, jus Civile alienationem non prohibet. *Sande de prohib. rer. alienat. p.* 1.*n.*9. tummodo illa utilitas non sit speciosa atque putativa, sed realis atque approbata judicis forte arbitrio, quod & locum habet in dote æstimato data, transit enim ita dotis datio in emptionem & venditionem, *L.* 5. *C. de jur. dot.* Lucratur Maritus dotem, si id pactis nuptialibus expressum, item ex adulterio uxoris etiam præsumpto. per *cap. literis. x. de præsumpt. Zas. ad L. Jul. de adult. n.*41. sed tamen ita, ut, liberis extantibus, ex communi thoro ususfructus marito maneat, proprietate liberis salva, secus verò liberis non extantibus, ubi *per Nov.* 117. *cap.* 8. §. 2. maritus innocens lucratur & proprietatem dotis. Quod hic de dote dictum, fere & intelligendum de paraphernis, cum in his plus juris habet Maritus quam in dote, & hinc bonorum paraphernalium Maritus administrator est generalis. Plura de hac materia videri possunt apud *Samuel Strick, in disput. de jur. Mar. in bon. uxor. per tot. & supra verbo Dos.*

Hispania.

SUMMARIA.

1. *Regnum Castiliæ.*
2. *Navarra.*
3. *Provincia Biscaya.*
4. *Astupia.*
5. *Gallæcia.*
6. *Regnum Legionis.*
7. *Estramaduræ.*
8. *Andalusia.*
9. *Granada.*
10. *Murcia.*
11. *Castilia nova.*
12. *Madritum.*
13. *Escurial.*
14. *Castilia vetus.*
15. *Regnum Arragoniæ & Valentiæ.*
16. *Catalonia.*
17. *Mons Serratus.*
18. *Regnum Balearicum.*
19. *Boetica.*
20. *Lusitania.*
21. *Terraconensis.*
22. *Insulæ Hispanicæ.*
23. *Hyspalis.*
24. *Archi-Episcopatus in Hispania.*
25. *Academia.*
26. *Regis Galliæ occupatio injusta & prærepera.*
27. *Diffidentia Regis Galliæ in succussione ab intestato.*
28. *Ejus refugium ad testamentum extortum.*
29. *Ultimum Regem testari non potuisse.*
30. *Substitutio Augustæ Domus Austriacæ in testamento Regis Philippi IV.*
31. *In eodem testamento expressa voluntas Regis Philippi III.*
32. *Ordinationes testamentarias Regum Philippi III. & IV. non posse everti.*
33. *Ducem Andegavensem non esse vocatum in testamento Regis Caroli II.*
34. *Fundamenta successionis ab intestato pro Domo Austriaca.*
35. *De jure repræsentationis.*
36. *Confirmatur præjudiciis.*
37. *Filias Hispanicas in matrimonia Austriaca collocatas nunquam renuntiasse, secus verò in Gallia.*
38. *Adferuntur renuntiationes Reginarum Franciæ.*
39. *Pacta Matrimonialia Annæ Galliarum Reginæ.*
40. *Eorum robur & virtus.*
41. *Renuntiatio Infantis Mariæ Theresiæ.*
42. *Instrumentum exclusionis Mariæ Theresiæ.*
43. *Pax Pyrrhenæa.*
44. *Approbatio Ordinum Hispaniæ.*
45. *Ratihabitio Regis Galliæ.*
46. *Geminatio & repetitio actuum.*
47. *Eliduntur rationes Gallicæ.*
48. *De Regno Neapolitano.*
49. *De feudis Imperialibus. &c.*

DE Regno & Regibus Hispaniarum notata quædam sunt *supra fol.* 10. *n.* 11. quæ huc merito repetenda. Volui tamen adjungere de variis Regnis & Provinciis Hispanicis, quarum descriptio sequitur.

1 Regnum Castiliæ. *Regnum Castiliæ*, seu Castellæ; ita dictum à Castello aureo, quod in scuto rubro tanquam insigne habet atque præfert. Regno Castiliæ adnumerantur

2 Navarræ. *Regnum Navarræ*; quod nomen accepit *à Navarr.* quæ vox notat incolam planæ Regionis, vocatur discriminis gratia *Navarra Superior*: Nam *inferior*, quæ trans montes *Pyrenæos* jacet agnoscit Dominum Regem Francorum, qui propter jus, quod in Superiorem prætendit, *Rex Navarræ* dici vult. Metropolis est Pompejopolis, *Pampelona*, in cujus obsidione *Ignatius Lojola*, gente Nobilis, Sclopeto ictus, & inde claudus, Novum ordinem *Societatis JESU* meditari cœpit. Sequuntur, Stella, *Est'alla*, Olita, *Olite*: Sangosa, *Sanguesa*: Tutela, *Tudela*:

Biscaya, Provincia, divisa in *Quipuscoam*: & *Biscayam*, propriè sic dictam: Urbes hic sunt, præter portus suprà recensitos: Tolosa, Pacentia, Messana: Victoria: Ordunæum, ubi Biscayæ est Camera judiciorum. 3 Provincia Biscaya.

ASTURIA, provincia, undè Regni Hispanici hæres *Princeps Asturiarum* vocatur, quod hæc Regio, Duce *Pelagio*, mascu- 4 Astupia.

masculè se Mauris opposuerit, eosque indè excluserit. Dividitur per montem Vindium in *Transmontanam, & Augustanam* : quarum hæc ad *Regnum Legionis* pertinet. Transmontana subdividitur in Austriam *Santillanam, & de Oviedo* ; à duabus Urbibus, quæ hic præ cæteris inclaruerunt: *Cantabrorum* olim hic erat patria; Ex quâ terrâ quoque *Asturcones*, Equi præstantissimi, nomen traxerunt.

5 Gallæcia. Regnum Gallæciæ, quod à *Gallaicis*, populo olim hic clarissimo, nomen retinuit; Præter Urbes, portubus insignes, hic sunt: Compostella; *S. Jago*: quod Apostolum *Jacobum majorem* ibi sepultum credula antiquitas sibi persuaserat: clara habetur peregrinationibus Sacris (Jacobs-Brüder) Academia & Archi-Episcopatu. Sunt præterea *ad mare* Monsia, *Mongia*: Ubi vina generosissima proveniunt: *Pondevedra*: *Bayona*: portu satis bono instructa. Ad *Minium* fl. urbes sunt: Luchs, *Lugo*, Urbs Episcopalis: Aquæ Celine, *orense*, ubi sunt thermæ calidissimæ; Tude, *Tuy*; quæ est Patria Lucæ Tudensis, rerum Hispanicarum scriptoris Hispanici.

6 Regnum Legionis. *Regnum Legionis*, Leon. Urbes ejus præcipuæ sunt, Legio, *Leon*: quam milites septimæ Legionis, imperante Nerva, condidisse dicuntur, sepultura xxx. (Cal. xxxvi.) Regum, & unius Imperatoris, & summo templo nobilis. *Asturica*, Aurica, Augusta, *Astorga*, caput olim Asturum Augustanorum: Samora; *Zamora*: Pallantia, *Palencia*: divite Episcopatu & Academia celebris: *Salamantica*, Salmanca, ubi Academia est omnium clarissima: Alba, *Alva*; unde Duces *de Alba* genus ducunt: Civitas Roderici, *Ciudad Rodrigo*.

7 Estramadura. *Extremadura*, ita dicta, quod inter Mauros & Christianos extremus esset limes atque terminus. Sunt ibi in solo sterili, *Placentia*, Urbs mediocris: Norba Cæsariana, *Alcantara*: ad Tagum fluvium, unde Equites de Alcantara nomen acceperunt: Albuquercum, *Albuquerque*, sedes Ducum hujus nominis: Augusta emerita, *Merida*, quam Augustus condidit, & militibus emeritis habitandam concessit: Pax Augusta, *Badojoz*, locus contra Portugallos utcunque munitus:

8 Andalusia. Regnum Andalusiæ, sive Vandalitiæ; à *Vandalis*, Germaniæ populis, qui sæculo V. hunc Tractum occupaverant, donec à Gothis inde pulsi in Africam navigarunt, appellationem accepit: olim *Boetica* dicebatur, à *Boeti* fluvio. Terra tam fertilis est, & ager tam benignus, ut Elysios Campos hic aliqui ponant. Ab aliis vocatur *Granarium*, *Cella*, *Equile*, & *Ovile* totius Hispaniæ. Olim ducentæ hic numerabantur urbes: nunc cis & ultra Boetim præstantiores sunt: *Ubeda*: *Baeza*: ubi Academia Baezana: *Jaen*, titulo Regni superba; *Andauxar*: Corduba, *Cordova*, patria utriusque *Senecæ*, *Lucani* Poetæ; *Hosis* Episcopi, ubi corium præstantissimum (*Corduan*) paratur. Cujus templum Cathedrale XXIV. habet portas, CCC LXV. columnas ex nigro marmore, Maurorum opus, Astigi, *Ecya*, lana & cannabi fœcunda: *Hispalis*, *Sevilla*, Urbs opulentissima, regioque titulo splendida; de quâ proverbium: *qui non vidit Sevillia, non vidit mirabilia*; itemque; *felix est, cui Deus domum dedit in Sevilla*; Fanum Luciferi. *S. Lucar Barrameda*; portu celebris, qui clavis vocatur Seviliæ: Methimna, *Medina Sidonia*, unde Duces hujus nominis prodeunt: Asta Regia, *Xeres de la Frontera*, Bacchi Cæterisque certamen: Tartessus, *Tariffa*, Urbs olim potens: Carteja: *Algezira*, ad radices montis, quem Calpen appellant, sita; quam in titulis gerit Rex Hispaniæ; Gibraltar, sive *Gibel Tarif*, ubi portus munitus; quæ & ipsa comparet in Titulo Regis: *Ossuna*, caput Ducatûs Ossunensis.

Regnum Granadense, Granada, ad mare 9 Granada.
Ibericum, cujus urbes sunt ad mare: *Marbella*: ubi est statio navibus recipiendis sat commoda: Malacca; *Malaga*, armamentario contra Maurorum irruptiones instructissima; duobusque Castellis munita; *Almerid*, olim portus magnus, Intus est *Granada*, Regni metropolis, Hispanicarum maxima, Episcopatu, Academia, & Curia nobilis; Mauris eam ademit Ferdinandus Catholicus, eosque capta hac Urbe ex omni Hispania ejecit. Sunt etiam non ignobiles in solo fertilissimo, Munda: quæ nonnullis hodie putatur *Ronda*, ubi duo Pompeji magni Filii à Julio Cæsare sunt profligati: *Antiquera*, ubi Castellum in loco edito situm: *Alhama*, *Loja*: Civitas Accitana, *Guadix*: *Virgi*, *Vera*, unde sinus Virgitanus nomen traxit.

Regnum Murciæ, Murcia; ubi sunt: Car- 10
thago nova, *Cartagena* à Carthaginiensibus Murcia.
exstructa, quam in ruinis jacentem Philippus II. restauravit, & contra Mauros operibus munivit: Murgis, *Murcia*, unde Regno nomen, Urbs satis opulenta, quæ ex serico bombycum magnum quæstum facit: Caravaca; *Cruz de Caravaca*, quæ crucem asservat, quam cœlo delapsam credunt, & ad cujus similitudinem Hispani amuleta sibi faciunt.

Castilia Nova, in Meditullio Hispaniæ 11
sita, montibus undique clausa; Metropo- Castilia
lis olim erat Toletum, *Toledo*, ubi Gotho- nova.
rum Reges regni sedem habebant, atque inde *Toletani Reges* dici volebant. Archi-Episcopus Toletanus *primas* Hispaniæ dici solet. Tria hic laudantur, Templum Cathedrale, aquæ ductus, & Caroli V. palatium: Civitas Regia, *Ciudad Real*, splendido nomine paupertatem suam tegit: Norba Cæsariana, *Calatrava*, ad eundem fl. Anam, clara est propter Equites hujus nominis: Concha, *Cuenza*, Urbs Episcopalis: *Hita*, quæ possidetur à Duce de *Infantado*, qui palatium habet in urbe *Quadalaxara*: Madritum, *Madrid*, quibus- 12
dam creditur Mantua Carpetanorum, Re- Madri-
gum sedes inde à temporibus Caroli V. qui tum.

ob

ob aëris benignitatem à febri hic convaluit. Haut procul indè absunt secessus Regii,
13 Escurial. *Monasterium S. Laurentii, Escurial*, in quod Philippus II. auri Milliones xx. insumpsit; quod tamen igne fortuito ante paucos annos correptum in cineres solutum est: *Aranjuez*, ubi fontium salientium mira delectatio: *Buenretiro*; locus Amœnissimus: *Complutum*, Alcala de Henares, ubi Biblia Complutensia liberalitate *Francisci Ximenes*, Archi-Episcopi Toletani excusa; Et Professores Academici in Aristotelem scripserunt Commentarios: Saguntia, *Siquenza*; undè non longè distat *Medina Cœli*; Sedes Ducum.

14 Castilia Vetus. *Castilia Vetus*, cujus Metropolis est *Burgos*, ita dicta, ut Fournierio videtur, quod ex multis *Burgis*, id est, Castellis, in civitatem coaluerit, ubi celebrantur Castellum, palatium Regium, & templum Cathedrale: Vallisoletum, olim Pintia, *Valladolid*, Urbs ornatissima, & Regum quondam Sedes, *Lerma*, Ducum Sedes: *Soria*, non longè à Numantiæ ruinis: Uxama, *Osma*; ad Durium, Urbs Episcopatu, & Academiâ insignis; Segobia, *Segovia*; cujus aquæ ductus 177. fornices habet, nullique tolerantur mendici, sed omnes laboribus destinantur: Albula, *Avila*. Ad Iberum fl. sunt: Calaguris, Calahorra, ob fidem olim ita celebris, ut indè Augustus sibi custodes Corporis legeret. Ibi natus est Quintilianus, & fames Calagurritana in proverbium abiit; Juliobriga sive potius Lucronium, *Logronno*, ad eundem Iberum.

15 Regnum Arragoniæ. Valentiæ. *Regnum Arragoniæ:* quo pertinent *Regnum Valentiæ*, amœnissima Hispaniæ provincia: Urbes ejus sunt, Lucentum, Alone, Alicante, undè Vinum generosissimum effertur: *Denia* oppidum est Marchionatus hujus nominis: *Gandia*, Borgiarum Ducum, ex quibus prodiit *Franciscus Xavier*, Societatis Jesu Presbyter, & generalis, sedes *Valentia*: Caput Regni, Urbs admodum formosa, cujus templum Sedes Apostolica nominari solet: Sogorbia, *Sogorbe*, Urbs Episcopalis, marmore olim dives, Saguntus, *Morviedro*, rudera magnæ olim Urbis ostendens. Nota est *fames Saguntina*, testis fidei erga Romanos, cum à Pœnis obsideretur. *Peniscola*, Benedicti XIII. Antipapæ latibulo inclaruit.

Regnum Arragoniæ nomen accepisse putatur vel à Tarraconensi provinciâ atque Urbe *Tarracone*, vel ab *Arragone* fluvio, qui in Iberum se immittit. Urbes trans Iberum sunt: Cæsaraugusta, *Saragosa*, Regni Metropolis, Academiâ, Archi-Episcopatu, Regiisque palatiis superba: *Calatajud*, enata ex ruinis Bilbilis, quæ *Martialis* erat patria; *Albarazin*: Tervelum, *Tervel* Cis Iberum sunt: *Jacca*, & *Sanguesa* ad Arragonem fl. à quo haud procul absunt *montes Roncevallici* Gallorum clade temporibus Caroli M. nobilitati. Osca, *Huesca*, & Balbastrum, Balbastro, Urbes sunt Episcopales: *Moncon*; ubi Regni Comitia habebantur; *Anisa*, caput Regni Soprarbia, & *Ribacorsa*, quod ibi post irruptionem Saracenorum enatum est.

Regnum, aliis, *Principatus Cataloniæ*, nomen accepisse putatur à *Gothis*, & *Alanis*, 16 Catalonia. qui Seculo V. huc migrasse leguntur: Urbes littorales sunt; Dertosa, *Tortosa*, non longè ab ostiis Iberi fl. Tarracco, *Tarragona*, Urbs olim nobilissima, & nunc Archi-Episcopatu, & Academiâ Illustris; Barcino, *Barcellona*, Urbus splendida & munita, magno molimine à Gallis 1697. capta, & eodem anno post factam pacem reddita; *Palamos*, oppidum munitum: Emporias, *Ampurias*; Rhoda, seu Rhodopolis, *Roses*, ubi portus est peramplus, satisque munitus; Intus sunt: Ilerda, *Lerida*: excellens Academia: Urgella; *Urgel*: non longè à montibus Pyrenæis: *Puigcerda*, & *Campredon* munimenta sunt Gallis opposita, qui ex Comitatu Russilionensi Hispanis hic locorum imminent: Gerunda, *Girona*, opificibus abundans; Vicus, *Vich*, Urbs Episcopalis: Celsona, *Salsona*: *Cordona*: undè inclaruerunt Duces de Cordona. Est hic *Mons Serratus*, *Mont Serrat*, D. Virgini 17 Mons Serratus. sacer, qui propter altitudinem nautis loco phari inservit.

Regnum Balearicum, quod vicinas Insu- 18 Regnum Balearicum. las complectitur; de quibus mox dicemus.

In veteri Geographia Hispania dividitur in *Bæticam*, *Lusitaniam*, & *Tarraconensem*.

Bœtica; quæ nomen habet à *Bæti* fl. in- 19 Bœtica. cluditur *mari*, *Ana* fluvio, & *linea* à Civitate Regia ad Almeriam ducta; Populi olim celebres erant *Turduli*, ad Anam fluvium & *Turdetam*, cis & ultra Bœtim, non longè ab Hispali, Urbe; itemque *Celtici*.

Lusitania; quæ appellationem traxisse 20 Lusitania. *creditur* à *Luso*, fabuloso Bacchi Comite, Terminos habet, *Oceanum*, *Durium*, atque *Anam* fluvios, & *lineam* à Simora ad Civitatem regiam perductam. Hic erant populi, *Lusitani* & *Vettones*.

Tarraconensis; Ab Urbe *Tarracone*, quæ 21 Tarraconensis. Romanis erat percommoda, cum in Hispaniam navigarent. Incolebant hanc partem *Vascones*, sub montibus Pyrenæis: *Cantabri*, ad oceanum Cantabricum; *Gallæci*, in Regno Gallæciæ: *Vaccæi*, in regno Legionis: *Celtiberi*, trans Iberum in Regno Arragoniæ: *Carpetani*, inter Madritum & Toletum: *Oretani*: ad fontes Anæ fluvii. Romani partiebantur in *Citeriorem*, id est, Tarraconensem, & *Ulteriorem*, quæ complectebatur Lusitaniam, atque Bœticam.

Insulæ, quæ Hispaniæ adhærent sitæ sunt 22 Insulæ Hispanicæ. vel, in Oceano, uti sunt Gades, *Cadiz*, portu & thynnorum captura incluta, *Clavis Hispaniæ* his in oris à Carolo V. constituta. In *Mari Mediterraneo*. Ubi sunt: I. *Insulæ Baleares*, quæ à Græcis *Gymnesiæ* dicebantur, quod incolæ nudis corporibus incedebant. Duæ sunt, quorum altera vocatur *major*, *hodie Majorca*: altara *minor*, nunc *Minorca*, ambæ habent urbes cognomines II. Insulæ Pitgusæ, è quibus præcipuè sunt,

sunt: 1. Ebusa, *Tvia*, quæ serpentes omniaque animalia venenata necat: 2. *Ophiusa* contra, sive Formantera, serpentibus abundat.

In *Majorca* natus est *Raymundus Lullus*, novæ Philosophiæ Author, quam Incolæ adhùc hodiè excolere dicuntur.

23 Hispalis. Elogia Urbium; Hispalis *opulenta*, quod Classes auro, argentoque onustæ divitias Americæ nuper hic exponerent; Lisbona, *Illustris*, propter Urbis amplitudinem, incolarem frequentiam, rerumque omnium abundantiam; Granata, *magna*: quæ ob numerum ædium cum malo Punico granoso comparatur: Toletum *clarum*; propter XVII. Concilia, quæ hic celebrata sunt, & quia Gothicorum Regum sedes fuit: Vallisoletum, *nobile*: propter situs amœnitatem, & fori capacitatem: Legio, *præstans*: ob Sepulturam Regum: Segovia, *laboriosa*; propter lanificium, & panni Hispanici copiam: Madritum, *gratum*; propter aëris clementiam: Valentia, *formosa*: quia ibi tam hyeme, quam æstate perpetua est viriditas: Bilbao, *negotiosa*, quod naves circiter quinquaginta lana onustæ quotannis hinc efferantur: *Cæsar Augusta*, verè *augusta*: propter ædium nitorem; Barlona, *munda*; quod Sordes nullæ intrà Urbem reperiantur: Compostella, *Religiosa*, ob peregrinationes sacras, quæ olim ad visendum *D. Jacobi* sepulchrum huc instituebantur. Vid. *Lansius in Consultat. pro Hispaniâ.*

24 Archi-Episcopatus. Archi-Episcoparus, per Hispaniam & Portugalliam sunt XI. In quibus sunt I. *Toletanus*, in Castilia nova. II. *Burgensis*, in Castilia veteri. III. *Compostellanus*, in Gallæcia: IV. *Braccarensis*, in Portugallia: V. *Ulyssiponensis*, in eadem Portugallia: VI. *Evorensis*, ibidem VII. *Hispalensis*, in Andalusia: VIII. *Granatensis*, in Regno Granagonia. Ex *Episcopatibus* exempti sunt, & soli Pontifici imediatè subsunt, Legionensis & Ovetensis, in Austria.

25 Academiæ. Academiæ sunt: *Compostellana*, in Gallæcia; *Conimbricensis*, in Portugallia, *Evorensis*, ibidem: *Olyssipponensis* in eadem Portugallia, *Hispalensis* in Andalusia; Ossunensis in eadem terra; *Granatensis* in Regno Gran. *Valentina* in Urbe Valentia: *Gandiana* in Regno Murciæ: *Dertosana*, & *Tarraconensis*, & *Barcinonensis*, & *Gerundensis*, & Ilerdensis, in Principatu Cataloniæ: *Vallisoletana*, & *Complutensis*, in Castilia veteri: *Salamanticensis*, in Regno Legionis; *Toletana*, in Castilia veteri. &c.

Hæc omnia Regna, Provinciæ, Regiones, Civitates, aliaque supra enumerata, post mortem ultimi Potentissimi Hispaniarum Regis *Caroli II.* P. M. ad Augustissimam Domum Austriacam ex jure justitiaque devoluta, injustè, & præproperè occupavit Rex Galliæ: super quibus, quia armis literisque nunc decertatur, nec tamen hactenus justitia à Gallis agnosci voluit, non potuimus non hic inserere scriptum, quod nuper publicis typis in lucem prodiit, atque inscriptum est, *Justitia Augustæ Domus Austriacæ in Regna & Provincias Hispanicas veris rerum argumentis illustrata*; cujus tenor sequens est:

Nondum post gravem & diuturnam imbecillitatem Potentissimus Hispaniarum Rex Carolus II. naturæ debitum persolverat; Nondum Spes omnis recuperandæ salutis evanuerat: Nondum Luctuosissimus ejus ex hac vita discessus Europam impleverat, cum jam diu ante Rex Galliarum, ultimum exhalantis spiritum occultè exspectans, avidèque hujus Nuntium indagans, apprehensionem possessionis Regnorum præparavit, ut heredes Legitimos, quos Ordo successionis contigit, callida præventione possessionis anteverteret, & per fas nefasque occuparet. Suscitavit longa & durans Regis Catholici ægritudo varios in animis curiosorum discursus, & ratiocinationes, exspectantibus cunctis cognoscere, & videre novum Regnorum & Provinciarum Regem, Possessorem ac Dominum, præsertim iis, qui apertissima successionis jura Augustissimi Imperatoris Leopoldi, & totius Serenissimæ Domus Austriacæ, aut non penetrârunt, aut penetrare noluerunt, Gallicis forte principiis in contrarium persuasi. Ut igitur clara veritas & justitia purissima in lucem prodeat, argumentis sequentibus demonstratio stabilietur. 26 Occupatio Regis injusta & præpropera.

Quamvis duo sint proditi Successionis modi, vel ex testamento vel ab intestato, & ad hunc inter partes privatas, superiorem agnoscentes judicem ordinariè pervenire non possit, quamdiu ex testamento heres se ostendit, vel testamentum invalidum nullumque evincitur: Tamen in hac facti contingentia, ubi non ex jure privato, de hereditate personæ privatæ, sed de Regnis, Provinciis, & Feudis Imperialibus, ex Legibus Regnorum fundamentalibus, ex jure publico & feudali, & testamenti factione, testatori, in materia primogenituræ & majoratûs, cum præjudicio tertiorum proximorum Agnatorum, non competente, tractatur; prout ipsimet Galli Legitimam tantùm, & non testamentariam in Regnis successionem esse, jam pridem in scriptis pro jure Reginæ Christianissimæ editis publicârunt, atque ideò testamento Regis Caroli II. nunc eò minus uti possunt: Statim ex ostensa Vocatorum justitia, testamenti invaliditas, nullitasque elucescit, ut ejus prætextus ex parte Galliæ jam formatus, per se concidat. Tamen causa testamenti prius elucidabitur.

Nimirum Rex Galliæ, successioni ab intestato diffidens, primò pactum omni jure improbatum & illicitum, super hereditate viventis Regis Caroli II. amplexus est: Postquam Pacificationem Riswicensem iniisset, divisisset Caput â membris, fœdera- 27 Diffidentia Regis Galliæ in successione ab intestato.

deratos â fœderatis, sub religioso publicæ quietis prætextu, verbis speciosis, rebus inanibus, sistendo aliorum arma, sua retinendo, ut sub imagine pacifici tantò validius intentiones suas prosequi posset. Cum verò pactum repudiaretur, atque ipsum met ejus puderet: cùm etiam agnosceret, jam pridem rationes successionis ab intestato, ex persona renunciantis Matris Annæ Mauritiæ & Conjugis Mariæ Theresiæ esse refutatas, elisas, & explosas: Tandem ab agonizante Rege Carolo II. testamentum, in quo Nepos ejus Dux Andegavensis, filius Delphini, heres Regnorum, Provinciarum, Feudorum, universalis institueretur, variis artibus obtinuit. Ecce fundamentum Successionis! quo demum ambabus manibus arrepto, â turpi de hereditate viventis pacto, & prætensione Successionis ab intestato omnimodò recessit.

28 Ejus refugium ad testamentum extortum. Nullum tamen est argumentum, nullum jus, nulla ratio, quæ Galliæ vel ex testamento, vel ab intestato, vel ex pacto sit proficua, & evertere possit clarissima Augustæ Domus Austriacæ jura. Non agitur hîc de hereditate privata, sed de successione Regnorum, in quibus contra leges Regni fundamentales, contra jus proximioribus agnatis vel cognatis quæsitum, dispositio testamentaria nullum sibi vindicat locum, sed â tali nulliter scripto herede possessio non nisi injustè & violenter apprehendi potest. Præcipuè in successione Regni, cujus Dominium & possessio statim in successorem legitimum transit, cui titulus Regis Hispaniarum, Regnorum, & Provinciarum omni jure debetur; dum falsissimum est, Reges posse successorem eligere quem velint, omisso successore legitimo, quod est contra omnia jura, & consuetudinem omnium Nationum inviolabiliter observatam, *Palacz. in tr. de major. Hisp. part. 2. q. 1. n. 57. & 58.*

29 Ultimum Regem testari non potuisse. Jam verò nimis certum & incontrovertibile est, Regnum Hispaniarum esse majoratum seu primogenituram, in cujus successione verus & præcisus ordo primogenituræ servatur. Hoc omnes Scriptores de his Regnis unanimiter asserunt: Hoc perpetua Successio, & observantia in his Regnis, secundum ordinem primogenituræ, â Ferdinando Catholico, Philippo I. Carolo V. & omnibus Successoribus, usque ad Regem ultimò defunctum declarant. Hoc testamenta quædam â Regibus condita Caroli V. & Philippi II. & IV. corroborant, qui quidem testamenta condiderunt, sed in iis nihil, quod Legibus Regni & primogenituræ adversaretur, disposuerunt.

30 Substitutio Augustæ Domus Austriacæ in Testamento Regis Philippi IV. Imò Philippus IV. in suo testamento ordinavit substitutionem Augustæ Domus Austriacæ, si filius ipsius Carolus II. prout contigit, sine prole decederet, verbis ex testamento extractis sequentibus:

Y en falta de los dichos mis Hijos Barones y Embras que llma deste o de otro Matrimonio, que yo contrayere; declaro que la successíon de todos los dichos mis Reynos, Senorios, y Estados, ha de pertenezer y apertenze à los Hijos descendientes legitimos Barones y Embras de la *Infante Emperatrix Maria* mi muy chara y amada hermana, ya difunta en la forma, y como declaro, en los llama mientes de mis Hijos y Hijas. Latinè:

Deficientibus verò dictis meis liberis, maribus & Fœminis, quos voco, ex hoc vel alio matrimonio, quod contraxero, declaro, quod successio omnium dictorum meorum Regnorum, Dominiorum & statuum pertinere debeat & pertineat ad liberos & descendentes legitimos, mares & fœminas Infantis Imperatricis Mariæ, meæ Charissimæ & amatæ Sororis jam defunctæ, eâ ratione, sicut in institutione meorum filiorum & filiarum declaro.

Sed amplius etiam fit mentio Emphatica in isto testamento de voluntate Regis Philippi III. prout verbotenus sequitur:

En todos tiempos y edades passadas, se ha hecho muy espezial reparo en los Cassamientos de las Infantes de Espanna con los Reyes de Francia por los inconvinientes quæ resultarian de Juntarse y Unirse estas doz Coronas, porque siendo ambas y cada una de por su tan grandes, quæ han conservado su grandeza con tanta gloria de sus Reyes Catholicos y Christianissimos, con la junta dellas menguariá y descaezeria su exaltacion, y se signirian otros gravissimos inconvinientes à sus Subditos y Vasallos y hauien y Estado publico de ambos Reynos y à todos los de la Christiandad. Y para prevenirlos y facilitar estos matrimonios entre una y otra Corona, en beneficio de los Vasallos de ambas, y del estado Universal, se sa prohiuido la junta dellos, à sentandolo por pacto convencional que tenga fuerza de Ley establecida en fauor de los Reynos, y de la causa publica della, y en particular en la Capitulation Matrimonial otorgada en esta Corte en veinte y dos de Agosto de Mil y Seicientos y doze entre el Rey mi Sennor mi Padre, y el Rey Christianissimo de Francia Luis Decimo Terzio, para el matrimonio que yo contraxe con la Reyna Donna Isauel de Borbon mi muy chara y muy amada Muger y el que el mismo Rey contraxò con la Christianissima Reyna Donna Anna mi muy chara y amada hermana, se pactò y capitulò, que nò se juntassen ni pudiessen jnntar las dos Coronas, y que la dicha Infante mi hermana *por si y por sus descendientes de aquel Matrimonio huviesse de renunciar, y renunciasse todo* y qualqui er derecho que le pertenecìesse ò en qualquier tiempo le pudiesse pertenezer para suceder en mis Reynos sinq; en ningun caso pensado ò no pensado sucediessen en ellos y passasse la sucession al siguiente en grado porq; della y de la esperanza de poder suceder, se declaro quedar des de luego exclusa la dicha Infante mi hermana 31 In eodem Test. expressa voluntas Regis Philippi III.

mana

mana *Donna Anna y ſus deſcendientes Barones y Embras derogando ambas Mageſtades Catholica y Chriſtianiſſima las Leyes, derechos, Coſtumbres, Diſpoſitiones, y titulos de las dichas doz Coronas*, por donde ſe ſucede ò pudieſſe pretender ſuceder en los dichos Reynos Eſtados, y Sennorios aſſi en lo preſente como en los tiempos y caſos de deferirſe la ſuceſſion en todo lo que fueſſen contrarias o impidieſſen la dicha renunciazion y excluſion de la dicha *Infante Donna Anna*, y declararon, que ſe entendieſſe, que por la aprouazion del dicho Tratado Matrimonial, *las derogauan y hauian por derogadas, y en execucion* de ella dicha Chriſtianiſſima Reyna mi hermana antes de caſſarſe por palabras de preſente hizo la renunciazion en toda forma y *con juramento*, en la Ciudad de Burgos à diez y ſiete de Octubre de Mil y Seſcientos y quinze annos, en preſencia del Rey mi Sennor mi Padre, que la aprouo antes Antonio de Areſigni ſu Secretario y Notario publico de los Reynos y mediante la dicha renunciacion tuvò efecto el dicho matrimonio y el Rey mi Sennor mi padre la mando guardar, complir y executar *por Ley general* que apedimento y ſuplicazion deſtos Reynos hizo y publico à tres de Junio de mil y ſeſcientos y dizincence annos y por *la clauſula* treinta y ocho de ſui Teſtamento en declaro eſta la dicha Reyna mi Hermana y ſus Hijos y deſcendientes de aquel Matrimonio Barones y Embras excluſos de la ſuceſſion de todos los dichos Reynos, Eſtados y Sennorios, y ſiguiendo eſte exemplar, y otros en los Tratados que ſe ajuſtaron por mi el Rey Chriſtianiſſimo Luis dezimo quarto mi muy charo y amado Sobrino para la Paz y el Matrimonio que mediante la gracia de Dios y para mayor honnra *ſe aya bien Vniverſal de cada Corona* Pax y ſoſiego dellas ſe contraxò entre la Infante Donna Maria Thereſa mi mui chara y amada Hija y el miſmo Rey endre otros ſe puſieron doz Capitulos el quinto y el ſexto, quæ ſon del tenor ſiguiente. Que por *quanto P'las Mageſtades Catholica y Chriſtianiſſima ſe ha venido y viene en eſte caſſamiento para con el vinculo del perpetuar y aſſegurar mas la Paz publeca de la Chriſtiandad*, y en conſideration de las juſtas cauſas que mueſtran y perſuaden las convenientias del dicho caſſamiento mediante el qual y con el favor y gracia de Dios ſe pueden eſperar felizes ſuceſſos en gran bien y aumento de la fee y religion Chriſtiana y beneficio commun de los Reynos ſubditos y Vaſallos de ambas Coronas y por lo que importa al Eſtado publico y conſervacion dellas *que ſiendo tan grandes no ſen junten y quenden preuendias las ocaſiones que podria hauer de juntarſe y en razon de la igualdad y otras juſtas razones, la aſſienta por pacto conventional*, que ſus Mageſtades quieren tenga fuerza y vigor de Ley eſtablezida en fauor de ſus Reynos y della cauſa publica dellos, que la Sereniſſima Infante *Donna Maria Thereſa y los Hijos que truuiere Barones, y Embras y los deſcendientes de ellos y de ellas aſſi Primogenitos como ſegundo terzero y quartogenitos y de alli adelante en qualquier grado que ſe hallen per ſiempre jamas no pudean ſucedér* ni ſucedan en los Reynos, Eſtados y Sennorios de S. M. Catholica comprehendidos debaxo de los titulos ya referidos en eſta capitulacion ni en *ninguno de todos los de mas Reynos, Eſtados y Sennorios, Provincias, Islas adjacentes, feudos, Guardianias y fronteras*, que S. M. Catholica tiene al preſente, poſſee y le pertenezen, ò puedan pertenezer aſſi dentro *de Eſpanna como fuera della y adelante; S. M.* Catholica y ſus ſucceſſores tuuieren poſſeieren y les perteneziere, ni en todos los comprehendidos, incluſos y aggregados à ellos, ni en todo lo que en qualquier tiempo ſe adquiere y acrecentare à los dichos Reynos, Eſtados y Sennorios, y ſe recobrare, y ſe holuiere por qualquier Titulo ò cauſa que ſea ò ſer pueda aunque en *Vide de la Sennora Infante Donna Maria Thereſa ò deſpues* en las de qualquier ſus deſcendientes Primogenitos, Segundogenitos ò ulteriores llque y ſuceda el caſo y caſos en que por derecho de Leyes ò Coſtumbres de los dichos Reynos, Eſtados y Sennorios, y de las Diſpoſiciones y titulos por dode ſucede y pretendiere ſuceder en ellos les hauia de pertenezer la ſuceſſion, porque della y del derecho y la eſperanza de poder ſuceder en eſtos Reynos, Eſtados, y Sennorios y de cada uno dellos deſde luego ſe *declara, queda excluſa la dicha Sereniſſima Infante Donna Maria Thereſa, y todos ſus hijos y deſcendientes, Barones y Embras, aunque digan* ò puedan dezir ò pretender que en ſus perſonas nò corren ni ſe pueden conſiderar las razones de la cauſa publica ni otras enque ſe puede fundar eſta excluſion, y que quieren alegar que ha faltado, lo que Dios nò quiera ni permita, la ſuceſſion de S. M. Catholica y de los Sereniſſimos Principes, Infantes, y de los demas Hijos que tiene y truuiere, y de todos los Legitimos Suceſſores porque toda via como dicho es, en ningun caſo ni tiempo, ni ſuceſo ni acaezimiento han de ſuceder ni pretender ſuceder, ella ni ſus Hijos ni deſcendientes, ſin embrago de las dichas Leyes, Coſtumbres, ordenanzas, y diſpoſiciones en cuya virtud ſe ha ſucedido y ſucede en todos los dichos Reynos, Eſtados y Sennorios, y de qualeſquier Leyes y Coſtumbres de la Corona de Francia, que en prejudicio de los ſuceſſores en ella impidan eſta excluſion aſſi de preſente como en los tiempos y caſos de deferirſe la ſuceſſion, todas las quales y cada una dellas ſus Mageſtades han de derogar y abrogar en todo lo que fueren contrarias ò impidan lo contenido en eſte Capitulo y ſu cumplimiento, y execucion, y ſe entienda, que por la aprouacion deſta Capitulation las dero-

gan y han por derogatas y que aſſi miſmo ſea y ſe entienda quedar excluſa y excluſos la Sereniſſima Infante y ſus deſcendientes para nò poder ſuceder en ningun tiempo, ni caſo en los Eſtados y Payſes baxos de Flandres y Contado de Borgonna y Charolois con todo lo adjazente y perteneziente à ellos: però juntamente ſe declara, que (ſi lo, que Dios nò quiera ni permita) acaeziere enuicidar la Sereniſſima Infante ſin Hijos deſte Matrimonio que en tal caſo quede libre de la excluſion que queda dicha, y capaz de los derechos de poder ſuceder, en todo lo que pueda pertenezer en todos caſos el Uno, ſi quedando Viuda deſte Matrimonio, y ſin hijos ſe vinieſſe à Eſpanna, el otro, ſi por convenienzias del bien publico y juſtas conſideraciones ſe caſaſſe con voluntad del Sex Catholico ſu Padre y del Principe de las Eſpannas ſu hermano, en los quales ha de quedar capaz y auil para poder heredar y ſuceder.

Que la Sereniſſima Infante Donna Maria Thereſa antes de celebrar y contraer el matrimonio por palabras de preſente aya de otorgar eſcriptura ò obligantoſe por ſi y ſus ſuceſſores al complimiento y obſervancia de lo juſto dicho, y dela excluſion ſuya y de ſus deſcendientes à prouandolo todo ſegun y como ſe contiene en eſta Capitulation con las clauſulas neceſſarias y juramento y àque incertando eſta Capitulacion y la eſcritura de obligacion y aprouacion, que ſu Alteza huuiere otorgado harà otro tal juntamente con el Rey Chriſtianiſſimo luego que con S. Mageſtad ſe aya caſſado, la qual ſe aya de regiſtrar y pagar por el Parlamento de Paris en la forma, y con las fuerzas acoſtumbradas, y S. M. Catholica aya de aprouar la dicha renunziacion, y ratificacion en la forma y con las fuerzas acoſtumbradas y demas clauſulas neceſſarias paſſando y regiſtrandola tambien por el conſejo de Eſtado y hechas las dichas renunziaciones, ratificaciones, y aprouaciones ò dexadas de hazer deſde ahora en virtud deſta Capitulacion y del matrimonio que ſe ſigniere en razon della ſe dan por hechas, y otorgadas, y por paſſadas y regiſtradas por el Parlamento de Paris por la publicacion de las pazes en aquel Reyno como conſta del dicho Tratado Matrimonial otorgad por mi y en mi nombre por Don Luis Mendez de Haro Conde Ducque de Olivares y mi Cavallerizo mayor de la una parte y de la otra el Rey Chriſtianiſſimo y el Cardinal Julio Mazarini en virtud de ſu poder en ſiete de Nouembre de mil y Seſcientos y cinquenta y nueve annos.

Quæ ex Hiſpanico idiomate in Latinum verſa ſic legenda erunt: præmiſſis præmittendis:

Omnibus temporibus & ætatibus præteritis valde ſingularis adhibita fuit circumſpectio in matrimoniis Infantum Hiſpaniæ cum Regibus Franciæ, ob incommoda, quæ ex conjunctione & unione iſtarum duarum Coronarum orirentur: nam cùm ambæ & earum ſingulæ per ſe tam magnæ ſint, ut conſervârint magnitudinem ſuam tantâ cum gloriâ Regum ſuorum Catholicorum & Chriſtianiſſimorum, illis junctis minueretur & labaſceret ipſarum exaltatio, aliæque graviſſimæ inconvenientiæ redundarent ad earum ſubditos & vaſallos & ad bonum publicum ſtatumque amborum Regnorum & totius Chriſtianitatis. Et ad hæc præcavenda & faciliora reddenda matrimonia inter ambas Coronas, in utilitatem Vaſallorum utriuſque & Status univerſalis, prohibita fuit illarum conjunctio, inito pacto convento, quod vim habeat legis ſtabilis, in favorem regnorum & cauſæ publicæ illorum; & præſertim in capitulatione matrimoniali confecta in hac Regiâ 22. die Auguſti Anno milleſimo ſexcenteſimo & duodecimo inter Regem Dominum meum & patrem meum, atque Regem Chriſtianiſſimum Franciæ Ludovicum XIII. propter Matrimonium, quod ego contraxi cum Reginâ Domna Iſabella Burbonia, chariſſima & dilectiſſima meâ conjuge, quodque ille ipſe Rex contraxit cum Chriſtianiſſimâ Regina, Domna Anna mea chariſſima & amatâ ſorore, pactum fuit & convenit, ne conjungerentur & conjungi poſſent ambæ Coronæ, & quod dicta Infans ſoror mea pro ſe ſuiſque deſcentibus ex illo matrimonio renuntiare deberet & renuntiaret omni & cuilibet, quod ad illam pertineret aut aliquo tempore pertinere poſſet, juri ſuccedendi in meis Regnis, adeò ut in nullo caſu, cogitato aut non cogitato, in illis ſuccederet, ſucceſſioque ad ſequentem gradum tranſiret, quoniam à ſucceſſione iſta & à ſpe ſucceſſionis protinus excluſa declarata fuit dicta Infans mea ſoror Domna Anna, illiuſque deſcendentes mares & fœminæ, abolitis per utramque Majeſtatem Catholicam & Chriſtianiſſimam legibus, juribus, conſuetudinibus, diſpoſitionibus & titulis dictarum duarum Coronarum, ex quibus ſucceditur aut ſucceſſio prætendi poſſet in dictis regnis, Statibus & Dominiis tam nunc quàm olim futuris temporibus & caſibus ſucceſſionis deferendæ, in quantum ulla ratione obſtarent aut impedimento eſſent dictæ renuntiationi & excluſioni dictæ Infantis Domnæ Annæ; addita declaratione, quòd illis ſuæ Majeſtates, per approbationem dicti tractatus matrimonialis, derogare eaque pro derogatis habuiſſe intelligi debeant. Et in executionem hujus tractatus dicta Regina Chriſtianiſſima mea ſoror, ante ſponſalia per verba de præſenti renuntiationem fecit, omni ſolenniori forma, & cum juramento in civitate Burgenſi 17. Octobris Anno Milleſimo, ſexcenteſimo decimo quinto, præſente Rege meo Domino meoque Patre, qui illam approbavit coram Antonio de Areſigny ipſius Secretario & Notario publico horum Regnorum; & mediante dicta iſta renuntiatione effectum ſortitum eſt dictum matrimonium, Rexque meus Dominus & meus Pater illam juſſit ſervari, impleri & executioni mandari per legem generalem, quam ad petitionem & ſupplicationem iſtorum regnorum ſtatuit & publicavit tertia Junii Anno Milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, & per clauſulam 38. teſtamenti ſui, qua declaravit, eſſe dictam Reginam

ginam meam sororem ipsiusque liberos & descendentes ex illo matrimonio mares & fæminas exclusos à successione omnium dictorum Regnorum, Statuum & Dominiorum. Atque juxta hoc exemplum aliaque, tractatibus conventis à me & Rege Christianissimo Ludovico XIV. meo charissimo & amato ex sorore nepote de pace & matrimonio, quod Divina conciliante gratia, inque illius majorem honorem, bonum universale singularum Coronarum, illarum quietem & tranquillitatem contractum est inter Infantem Domnam Mariam Theresam meam charissimam & amatam filiam, eundemque Regem, præter alia posita fuerunt duo capitula 5. & 6. sequentis tenoris.

Cùm ambæ Majestates Catholica & Christianissima in hoc matrimonium consenserint & consentiant, ut illius vinculo perpetuetur & magis secura reddatur pax publica Christianitatis expetitaque inter Majestates suas mutua dilectio ac fraternitas, & contemplatione justarum causarum, quæ commonstrant & persuadent commoda dicti connubii, per quod Divinâ favente gratiâ sperari possunt felices successus in eximiam utilitatem & augmentum fidei & religionis Christianæ, communeque beneficium Regnorum, subditorum & vasallorum ambarum Coronarum: Cùmque intersit status publici & conservationis illarum, ut quæ tam magnæ sint, non conjungantur occasionesque præcaveantur, quæ evenire possent illas jungendi, & ob æqualitatem & alias justas rationes, statuitur pacto convento, quod Majestates suæ obtinere volunt robur & vigorem legis stabilitæ in favorem regnorum suorum & publicæ causæ illorum, ut Serenissima Infans Domna Maria Theresia liberique quos habuerit, mares & fœminæ, illorumque & illarum descendentes tam primogeniti, quam secundo, tertio aut quarto geniti, ulterioresq; in quocunq; gradu consistant, non possint ullo unquam tempore succedere, nec succedant in Regnis, Statibus & Dominiis suæ Majestatis Catholicæ comprehensis in titulis relatis in ista capitulatione, nec in quolibet alio omnium reliquorum Regnorum, Statuum & Dominiorum, Provinciarum, Insularum adjacentium, feudorum, Custodiarum seu Tuitionum & Castellorum seu locorum limitaneorum, quæ sua Majestas Catholica nunc tenet ac possidet, quæque ad illam pertinent vel pertinere possint, cùm intra Hispaniam tum extra illam, & quæ sua Majestas Catholica & illius successores imposterum tenuerint, possederint & ad illos pertinuerint, nec in ullo quod comprehensum, inclusum & aggregatum fuerit, nec quod ullo tempore adquiri & adcrescere dictis Regnis, Statibus & Dominiis, recuperarique & reddi possit, sub quocunque titulo & causa id sit, aut esse possit, quamvis vivâ Dominâ Infante Domnâ Mariâ Theresiâ, aut deinceps superstite quocunque illius descendentium primogenitorum, secundogenitorum & ulteriorum eveniat & contingat casus, unus vel plures, quibus ex jure legum & consuetudinum dictorum Regnorum, Statuum & Dominiorum, dispositionumque ac titulorum, quorum vi illic succeditur prætendique successio possit, ad illos pertinere successio deberet, namque ab ista jureque & spe succedendi in hisce Regnis, Statibus & Dominiis, & illorum unoquoque jam nunc declaratur penitus exclusa dicta Serenissima Infans Domna Maria Theresa & omnes illius liberi & descendentes mares & fœminæ, licet dicant aut dicere vel prætendere queant, quod in illorum personis locum non inveniant, nec considerari possint rationes causæ publicæ aliæve, super quibus fundari possit hæc exclusio, quamvis etiam allegare velint, quod defecerit, quod DEUS non permittat, sed avertat, successio suæ Majestatis Catholicæ & Serenissimorum Principum & Infantum reliquorumque liberorum, quos habet & habuerit, omnium denique legitimorum successorum; namque nihilominus prout dictum est, in nullo casu aut succedente eventu, nulloque tempore succedere habent aut successionem prætendere ipsa ipsiusve filii aut descendentes, non obstantibus nec illis legibus, consuetudinibus, ordinationibus & dispositionibus, quarum virtute successum est & succeditur in omnibus dictis Regnis, Statibus & Dominiis, nec quibusvis legibus & consuetudinibus Coronæ Franciæ, quæ existente præjudicio illius successorum exclusionem hanc impedire queant, tam nunc, quàm in temporibus & casibus deferendæ successionis; quibus omnibus & earum cuilibet Majestates suæ derogare debent, easque abrogare, quatenus quocunque modo contrariæ fuerint tenori hujus capituli, illudque vel ejus adimpletionem & executionem impedierint, atque approbando capitulationem istam derogâsse easque pro derogatis habere censentur. Eademque ratione pariter erunt & intelligentur manere exclusa & exclusi Serenissima Infans & illius Descendentes, ne possint ullo tempore ullove eveniente casu succedere in statibus & provinciis Belgii, Comitatu Burgundiæ & Carolesiæ cum omnibus adjacentibus & pertinentibus. Simul tamen declaratur, quod si acciderit, quod DEUS prohibeat, ut viduetur Serenissima Infans absque liberis ex hoc matrimonio, hoc casu libera maneat à dicta exclusione capaxque jurium succedendi in omnia quæ competunt, duobus casibus, uno nimirum, si vidua permanens & absque liberis ex hoc matrimonio in Hispaniam rediret, altero, si in commodum boni publici & ob justas considerationes denuò matrimonium iniret ex voluntate Regis Catholici Patris, & Principis Hispaniarum illius fratris, in quibus casibus capax & habilis esse seu manere debet hæreditatem capessendi & succedendi.

Quod Serenissima Infans Domna Maria Theresa ante celebrationem & contractum matrimonii per verba præsentia, scripto solenni Instrumento obligare se teneatur pro se suisque successoribus ad implementum & observantiam supradictorum exclusionisque suæ & suorum descendentium, approbando ea omnia, prout ista capitulatione continentur, cum clausulis necessariis & juramento, quodque insertâ capitulatione scripturâque obligatoriâ & approbatoriâ à Serenitate sua confectâ aliud simile confectura sit unà cum Rege Christianissimo, statim atque cum sua Majestate matrimonium contraxerit, quod regeri & acceptari debeat à Parla-

Parlamento Parisiensi formâ & cum vigore solitis, sicut & sua Majestas Catholica dictam renuntiationem & ratificationem approbare teneatur atque curare, ut per consilium Status pariter acceptetur & registratur formâ & cum virtute solitis reliquisque clausulis necessariis. Factis vero dictis renuntiationibus ratificationibus & approbationibus vel omissis, illæ nunc jam virtute istius Capitulationis & matrimonii, quod illius intuitu secutum fuerit, habentur & declarantur pro factis & conscriptis ac à Parlamento Parisiensi acceptatis atque regestis per publicationem pacis in illo regno faciendam.

Uti constat ex dicto tractatu matrimoniali convento per me & meo nomine per Domnum Ludovicum Mendez de Haro, Comitem Ducem de Olivarez meique stabuli supremum præfectum ab unâ: & ab alterâ parte per Regem Christianissimum & Cardinalem Julium Mazarinum vi mandati exarati 7. Novembris Anno supra millesimum & sexcentesimum quinquagesimo nono.

Hæ supra positæ tabulæ testamenti tam Regis Philippi III. quàm IV. rem claram demonstrant pro successione Serenissimæ Domus Austriacæ, causasque continent pacis publicæ, nec non quietis utriusque Regni. Mirum ergo est Gallos agnoscere testamentarium arbitrium, quod sibi arrogavit Rex Carolus II. ultimo defunctus, cujus ipsi Suasores extiterunt, & velle evertere *postrema elogia Regum Philippi III. & IV. in Legibus Hispaniæ fundamentalibus*, nec non pace & quiete totius Europæ *fundata*: concedere filio & Nepoti, quod negant Patri & Avo: etiamsi enim Carolus II. ultimus fuerit Regni possessor, tamen contra leges fundamentales & jus agnatis quæsitum disponere non potuit, cum apertissimum sit, quod Hispani perpetuò Galliarum Stirpem à Regnis Dominiisque Hispanicis submovere semper voluerint, quod vel exindè patet, quia dispositum, ut si Austriaca Domus deficeret, posteritas Catharinæ Sabaudæ, jam anno 1597. defunctæ pro iis obtinendis sit designata, quô manifestius exclusionis Gallicæ & evidentis juris Austriaco Sanguini competentis documentum excogitari non potest.

32 Ordinationes testamentarias Regis Philippi III. & IV. non posse everti.

Neque verò Rex Carolus II. testamento ab ipso à Gallis extorto, præjudicium facere potuit eis, qui habent ex sanguine, & aliis ordinationibus, jus successionis, circà quod ultimus possessor Regni, solus cum aliquot suis Consiliariis, quæstionem ad totum Regnum, & omnes illius Ordines pertinentem, decidere non potest, cùm jus successionis ab his inductum ab iisdem quoque interpretationem, si ulla locum invenire potest, capere debeat. Tabulæ solennes aliæ Regum indigitant ubivis amorem Austriacæ Domûs, & aptantur ad Leges fundamentales, pacemque & quietem publicam: Posteriores Regis Caroli II. privant Domum Austriacam Regnis, jam ultra Abavorum tempora per Augustum eorum nomen famosis, ad eaque vocant Gallos, tanquam si uniri possent in uno capite duæ Coronæ Hispanica & Gallica, sine quietis publicæ inversione, & summa Augustæ Domus Austriacæ injuria. An verò nondum cognita est Hispanis Francica fides, toties data, & toties elusa?

Nec vanus prætextus, quasi Dux Andegavensis, tanquam à Gallia penitùs separatus & divisus, Regnum Hispaniarum, extra omnem cum Avo, cum fratribus, cum Patriâ unionem & arctissimum naturæ vinculum, indifferenter planè & independenter regere posset, glaucoma oculis consequentias perspicaciter providentibus objicere potest. Quid denotat Substitutio Ducis de Berry, si Dux d'Anjou vel fatis concederet, vel Regni Galliarum sceptrum casu contingente capesseret? Nunquid unionem Regnorum perpetuam Hispaniæ & Galliæ ista omnia non inferunt? Et quidem cum exclusione Augustissimi Imperatoris Leopoldi, Regis Romanorum, cum Serenissima Progenie, Substitutione Ducis de Berry, eique demum substituto Serenissimo Archi-Duce Carolo. Quem reperire se posse existimat Rex Christianissimus, qui tam facile credat, quod non ipse clavum utriusque Regni teneat, & pro arbitrio moderetur, & dirigat, cum actus quotidiani id toti Europæ patefaciant? Si Dux Andegavensis suis qui nunc vivunt fratribus superstes maneret, anne sperari posset, quod Hispaniam dimissurus sit, tot jam sibi vinculis innexam? Aut si pro Serenissimo Archi-Duce Carolo casus daretur, aut pro Duce Sabaudiæ, an uno patrio diademate contentus, ab Hispanico hactenus possesso sit abscessurus? Prostituere se videntur Hispani, dum per testamentum Carolinum se Gallis viliores faciunt, Ducem Andegavensem, si Gallicum vacaret sceptrum, ex Hispania dimittunt, & præeminentiam Hispanicam, huc usque scriptis & gestis tutatam derelinquunt, & Sceptrum Galliæ Hispanico præferunt.

Potius Vincula ex testamento & ordinatione Avi & Patris Regum Philippi III. & IV. obligabant Carolum II. Regem ultimò defunctum, ut ab iis recedere nullatenus posset, ex infallibili doctrina, obligante filium ad observantiam ultimæ voluntatis paternæ, & quia, si ultimus de majoratu testetur, tanquam si successio Agnatorum finita esset, institutus possessionem petens, per agnatos, de jure suo docentes, impediri & repelli potest, cum ex juris naturalis regula nemini jus suum sine facto suo possit aufferri: ut testamentum Regis Caroli agonizantis quibusvis artibus aut persuasionibus ab ipso velut extortum, & contra paternam voluntatem, contra Leges Regni fundamentales, contra præscriptum & observantiam primogenituræ, contra jus cognatis quæsitum ipso facto concidat.

Pactum profectò renuntiatorium Annæ & Mariæ Theresiæ Carolus II. in suo prætenso testamento tollere neque voluit neque potuit; erroneè solùm persuasus, quasi defici-

deficiente cauſâ unionis Regnorum, Hiſpanici & Gallici, ſublatâ inſtitutionem Ducis Andegavenſis hoc periculum ceſſaret, cum tamen vaniſſimus, ut modò dictum, ſit ille prætextus. Nam cauſæ renuntiandi plures fuerunt, gratitudo & pietas in Patrem, ſtudium optimè providendi tranquillitati totius Europæ, amor in Domum Auſtriacam. Et periculum unionis Regnorum in Duce Andegavenſi non ceſſat, ut videt totus Orbis, ſi oculatus eſt. Quinimò in ipſo teſtamento putativo Caroli II. datur illi optio, ad Galliæ Regnum, deſerto Hiſpanico, redeundi. Cùm vero ipſamet Maria Thereſia, etiamſi adhuc viveret, revocare non poſſet quod Patri renuntiando promiſit, cùm quaſi ipſis manibus & oſſibus Patris, olim promiſſionem acceptantis, & irrevocabilem facientis adhæreat; inſuper Maria Thereſia ſicuti etiam Anna, renuntiaverunt ambæ pro ſe ſuiſque Prolibus, filiis, nepotibus, & deſcendentibus omnibus, primo- ſecundo- tertio- quarto- & quintogenitis, quæ renuntiatio utique ſe extendit etiam ad caſum præſentem, ubi ex dicta Maria Thereſia tres Nepotes extant, & conſequenter Sereniſſimus Delphinus, atque ejus Filii nihil habent, quod prætendant. Nullum porrò dubium eſt, quod Rex Philippus IV. mentem renuntiantis Mariæ Thereſiæ melius ſciverit quam Carolus II. qui proinde poſt Carolum II. Margaritham filiam natu minorem & poſt hanc Auguſtiſſimum Imperatorem Leopoldum in teſtamento ſuo vocavit, nullâ factâ de Maria Thereſia & ejus deſcendentibus, uti nec deſcendentibus Annæ Reginæ mentione, tanquam per renuntiationem perpetuò excluſis. Ex quibus omnibus nullitas teſtamenti facti à Carolo II. & falſa in eo ſuppoſita clarè eluceſcunt, quod ſatis tumultuariè & præproperè conflatum, ex ſuppoſitionibus falſis, ſine omni cohærentia, imò cum aperta contradictione eſt erectum. Nec enim ullatenus cohæret, quod Duci Andegavenſi Frater ſubſtitutus, Auſtriaco verò Archi-Duci Carolo nec Frater, nec Fratris filii, etiamſi plures naſcerentur. Quod Rex Romanorum excludatur ex cauſa, ne Regna conjungantur; Dux Andegavenſis cum ſubſtitutione Fratris in illo vocatur, non attento, quod eadem ibi cauſa obſiſtat.

33 *Ducem Andegavenſem non eſſe vocatum in teſtamento Regis Caroli II.*

Imò ſi res accuratè conſideretur, non vocatus eſt in teſtamento Caroli II. ad Succeſſionem Regni Dux Andegavenſis, quia teſtator vocavit, ſibi maximè propinquum, verba enim teſtamenti *Art.* 13. ſunt ſequentia: *Y reconociendo ſubſiſte el Derecho de la ſucceſſion el pariente mas immediato coforme a las leyes de eſtos Reynos y que oy ſe verifica eſte caſo en el Ayo ſegondo del Delphin per tanto arrelogando me a dichas leyes declaro ſer mi ſucceſſor el Duque de Aniou*: quæ verba latinè ſonant: *cum ſciam jus ſuccedendi in Regno juxta Regni leges eſſe penes maximè propinquum mihi conſanguineum, quod in præſenti caſu verificatur in filio Delphini Duce Andegavenſi, ideò conformandò me dictis Regni legibus meum ſucceſſorem (ſi abſque liberis deceſſero) declaro Ducem Andegavenſem.* Ex quibus verbis clarè oſtenditur Ducem Andegavenſem non eſſe per has teſtamenti tabulas declaratum Caroli II. in Regno ſucceſſorem. Etiamſi enim paradoxa videatur hæc aſſertio, & contra expreſſa teſtamenti verba concepta, veram tamen eſſe, vel ex ipſis adverſæ partis Principiis & facti evidentia demonſtratur. Certum enim eſt Bourboniæ Domus principium, Regem Hiſpaniarum non poſſe voluntate, aut Conſtitutione aut teſtamento ordinem in Regno ſuccedendi immutare, quem Majoratûs Regni inſtitutores, qui fuerunt proceres & populus, in ipſa Majoratus Regni erectione conſtituerunt: *Molina Theologus diſp.* 327. *n.* 4. ita loquitur: *Princeps autem Conſiliariique ipſius nihil de novo poſſunt ſtatuere circa ſucceſſionem in Regno, à Republica Statutam, aliquid augendo aut minuendo, vel etiam declarando, quo jus uni tribuatur, aut ab alio auferatur, etiam impoſterum, ſed ad Rempublicam totam ſpectat, antequam alicui jus acquiratur, & neque Reſpublica ipſa id poteſt, poſtquam jam fuerit jus alicui quaſitum, vi primæ Regni inſtitutionis. Et diſp.* 617. *per tot. maxime n.* 5. *& Molina Juris Conſultus lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 21. ulterius infert; non poſſe ultimum Majoratûs poſſeſſorem ejuſdem Majoratûs antiquas conditiones ſeu vocationes immutare, nec alias novas apponere. Regnum verò Hiſpaniæ Majoratum eſſe, in ejuſque ſucceſſione ſervari ordinem primogenituræ evidentiſſimè patet *ex L.* 2. *tit.* 15. *Part.* 2. Cùm itaque certum ſit, Reges ſuis teſtamentis legem ſuccedendi à Republica ſtatutam immutare non poſſe: Ex eo pariter manifeſtum eſt, ipſâ facti evidentiâ Sereniſſimum Hiſpaniarum Regem Carolum II. teſtamenti ſui tabulis declaràſſe jus ſuccedendi in regno, juxta leges Regni, eſſe penes maximè propinquum ſibi conſanguineum, in verbis: *cum ſciam jus ſuccedendi in regno juxta Regni leges eſſe penes maximè propinquum mihi conſanguineum.* Quibus poſitis evidenter eluceſcit, Andegavenſem Ducem nec potuiſſe vocari aut declarari validè ſucceſſorem Caroli, nec etiam ab ipſo fuiſſe ad ſucceſſionem vocatum, ſed potius Auguſtiſſimum Leopoldum, quia remotior Conſanguineus contra Regni leges vocari aut declarari ad ſucceſſionem Regni validè non potuit. Quod verò Imperator propinquior ſit Duce Andegavenſi, jam ſupra demonſtratum eſt. Ac exinde planâ conſequentiâ oſtenditur, Andegavenſem ſucceſſorem Regni in tabulis teſtamenti non eſſe declaratum, quia teſtator voluit ſe conformare Legibus Regni, quæ non niſi maximè propinquum ad ſucceſſionem admittunt, & verba teſtamenti illum vocant, qui magis propinquus eſt, & cui de jure competit, qualis eſt Auguſtiſſimus Imp. Leopol-

Leopoldus. Neque huic assertioni officit illud vulgatum: Quod quælibet dispositio facta ex errore aut ignorantia sit ipso jure invalida, & consequenter testamentum non solum in persona Ducis Andegavensis, sed etiam respectu Imperatoris Leopoldi non subsistat: Quia testator hic sufficienter expressit, quem velit esse hæredem, & consequenter voluntas ipsius claris verbis significata, & legibus Regni fundamentalibus conformata, plenè subsistit, quamvis Imperator Leopoldus, non sub nomine Leopoldi, attamen sub nomine omnium maximè propinqui consanguinei sit vocatus, cui de jure successio ex ipsis verbis testamenti debetur, & quidem non solum in conscientia, sed etiam exteriori foro, cùm ex facti evidentia constet, Serenissimum Carolum testatorem voluisse maximè propinquum Consanguineum, & cui de jure debetur, pro suo Successore declarare, idque in testamenti tabulis clarissimis verbis expresserit, & solùm per errorem judicaverit Ducem Andegavensem esse proximum Consanguineum, quæ tamen qualitas ipsi neutiquam competit, & si testator id scivisset, illum neutiquam nominâsset, & proinde dispositio, rejecto sepositoque errore valet respectu illius, qui reverà proximus est, & cui ex Legibus Regni fundamentalibus successio debetur. Quamvis enim Dispositio Caroli II. Regis Hispaniæ duas partes contrarias videatur complecti, nempe successionem proximi consanguinei, qui est Leopoldus Augustus, & successionem non proximi, qui est Dux Andegavensis, valet pro illa parte, quam deposito errore Rex Carolus voluisset subsistere, nempe ut is, cui per Regni leges successio debetur, sibi in regno succedat, qui est Sacratissimus Imperator Leopoldus.

Principaliter etiam, quia simul conditum est testamentum super feudis Imperialibus, nempe super Belgio, Ducatu Mediolani, Portu & Marchionatu Finaliensi, Vicariatu Senensi, Principatu Plumbini, Feudis Novelli, Monfortis, Monschieri & Sinei: de quibus Vasallo, in præjudicium Domini Directi, & Agnatorum, nulla unquam competit dispositio. Juxta hæc consideranda ponitur Regni Galliæ Lex Salica, quæ fœminas omnes Regno exesse voluit, in verbis: *dans la terre Salicque aucune portion de l'heritage ne vienne à les femelles*: quod ideo apud ipsos dispositum, ne summa Regni ad externum aliquem Principem deveniret. Nam jam tempore Fredegundis Gallicæ nigrum T præfixum fuerit Sceptris fœmineis in Gallia, & si illam Legem fundamentalem violare fas fuisset, violâssent illam pridem filiarum gratiâ, Philippus Longus, Carolus pulcher, Ludovicus XII. iisque Regnum dotale reliquissent: Sed hoc prohibuit, extra Legem Salicam, adhuc alia Constitutio, ne Regi jus sit, ullam Dominii sui partem, ullo modo, sive per testamentum, sive ullâ aliâ ratione alienare; Regula ergò divinæ justitiæ hic observari debet, ut quod Galli sibi fieri non volunt, id nec aliis faciant, sed jus talionis agnoscant, præsertim cum conjunctionem Regnorum Hispaniæ & Galliarum, non solum Status contrarius utriusque nationis, indoles, genius, gestus, vestitus, mores, innata antipathia: sed totius Europæ & omnium vicinorum commodum non admittat. Omnia ista produnt, & in apertam lucem deducunt, Machinationes Gallicas ad Monarchiam Universalem dudum intentatas: Hæc omnia velari non possunt sub umbra testamenti ultimò defuncti Regis Caroli II. elucescentibus ex eo etiam undique Gallicis technis ad eludendas renunciationes non solùm solennes, sed juratas, repetitas in publicis pacificationum tabulis, sæpiusque confirmatas, de quibus mox plura infra dicentur.

Accedendum propius ad Austriaca ad Hispanicam successionem indubia jura, quæ quod suscipiat Augustissimus Imperator, nemini dubium esse potest, qui considerare voluerit, quid Pater Filiis & Familiæ; quid Legitimus Princeps Subditis debeat, quæ omnia cunctorum oculis satis illucent. Hinc non opus est longam satis seriem texere Austriacæ gentis, quæ eadem est Augustissimo Imperatori & toti Austriacæ Domui cum defuncto Rege, & præcipuè Proceres Hispaniarum minimè latet. Satis hîc fuerit dixisse, Carolum II. Hispaniarum Regem ultimò defunctum, duxisse originem ex Carolo V. Primogenito Regis Hispaniarum Philippi I. pariter Augustissimum Imperatorem Leopoldum ex Imperatore Ferdinando I. illius fratre Germano, Hispaniarum Infante & Germine, ambobus ex Ferdinandi Catholici conjugio ortis, ac inde utrimque ex Philippo, cui corporis decor pulchri, & formosi nomen conciliavit, Maximiliani I. Imperatoris atque Mariæ Burgundiæ heredis filio, & Johanna Ferdinandi ac Isabellæ Catholicorum Regum Filia, continuato utrinque communis Stemmatis ordine. Ferdinandus I. itaque progeniem suam per filium, Carolum quoque dictum, & ex hoc ad Nepotem, Pronepotemque, Ferdinandum nempe secundum & tertium, & rectâ lineâ ad Gloriosissimum Cæsarem Leopoldum perduxit. Imperatori Carolo V. post Philippum II. III. & IV. successit Carolus II. nuper defunctus. Hic Matre Mariâ Annâ gavisus est, jam dicti Imperatoris Ferdinandi III. filiâ & Imperatoris Leopoldi Sorore duplicato consanguinitatis vinculo, si & proximum maternum genus & paternam quoque Stirpem Austriacam intueamur, cum Leopoldo Cæsare conjunctus. 34 Fundamenta successionis ab intestato pro Domo Austriaca.

Consideranda porrò præcipuè Pientissima Augustissimi Imperatoris Leopoldi Mater Maria, Regis Hispaniarum Philippi III. filia, Soror verò Philippi IV. nupta Ferdinando III. Imperatori, Augustissimi Imperatoris Leopoldi Augustissimo Parenti. Revocanda in memoriam Philip-

Philippi IV. & Mariæ Auſtriacæ filia lectiſſima ſecundogenita Margarita, & Auguſtiſſimo Imperatori Leopoldo in matrimonium collocata. Ex qua delineatione cujuſvis patet, neminem ex progenie Regum Hiſpaniarum ſupereſſe, qui propinquiore gradu defunctum Carolum Regem contingat, ſive Agnationis ſive Cognationis vincula intueamur.

Eſto, quod Sereniſſimus Rex Franciæ quoque Matrem ciére poſſit Annam Auſtriacam, Filiam Philippi III. vel Conjugem habuerit Mariam Thereſiam primogenitam Philippi IV. & ex ea filium progeneraverit Sereniſſimum Delphinum; id tamen ad ſucceſſionis Jus iis non ſuffragatur: Longè fortiora pro Auguſtâ Domo Auſtriacâ pugnant argumenta. Procedit Auguſtiſſimus Imperator Leopoldus ex Linea maſculina Regis Philippi I. & ejus ſecundogeniti Ferdinandi I. ſicque omnibus fœminis, licet ex linea primogeniti procreatis, dignitate Sexûs, longiſſimè jura omnia Ipſum præferunt, atque in eum tanquam legitimum Succeſſorem, ſtatim jus & poſſeſſio Regni tranſit, quo nulla vel teſtamenti ordinatione, vel alio excogitabili modo & prætextu impediri, vel auferri poteſt.

Qui enim de facto Sereniſſimi Caroli Regis ultimò defuncti Conſanguinei vivunt, ſunt Auguſtiſſimus Imperator Leopoldus & hujus Soboles, Galliarum Rex, Dux Aurelianenſis ejus frater, cum prole ſua, Sereniſſimus Delphinus & hujus tres filii, Burgundiæ, Andegavi, & Biturini Duces. Porrò Sereniſſimus Rex Galliæ, quarto gradu à defuncto Rege Carolo ultimo Regni poſſeſſore diſtat, ut patet ex ſequenti Schemate:

Schema Primum.

Quô oſtenditur, quod Sereniſſimus Galliarum Rex Ludovicus XIV. ejuſque Frater Philippus Dux Aurelianenſis, quarto gradu, hujus vero proles quinto gradu ſint conjunctæ cum Sereniſſimo Hiſpaniarum Rege Carolo II. ultimo Regni poſſeſſore.

REX HISPANIÆ.
Philippus III. natus 1578. 14. Aprilis mortuus 1621. 30. Martii. Uxor Margaritha Caroli Archi-Ducis filia 1599. 18. Aprilis. nata Græcii 25. Decemb. 1584. ✝ 3. Octob. 1611.

Anna Maria, nata 1601. 21. Sept. ✝ 19. Jan. 1666. Uxor Ludovici XIII. Regis Galliæ 1615. Hic natus 1601. 27. Septemb. ✝ 4. Maji, 1643.	Philipus IV. Hiſpaniarum Rex natus 1605. 8. April. ✝ 17. Sept. 1665. Uxor ſecunda, Maria Anna Ferdinandi III. Imp. & Mariæ Philippi IV. Sororis filia 8. Nov. 1649.
Ludovicus XIV. nat. 5. Septembr. 1638. — Philippus Dux Aurelianenſis nat⁹ 1640. 21. Sept.	Carolus II. Hiſpaniarum Rex natus 1661. 6. Novemb. ✝ abſque prole 1700. 1. Novemb.
Philippus Dux de Chartres.	

Habuit enim cum defuncto Sereniſſimo Carolo communem Avum, Philippum III. Hiſpaniarum Regem, Ille ex Anna Philippi III. filio genitus. Auguſtiſſimus vero Imperator, ut ſchema ſecundum docet, tertio tantum gradu à Sereniſſimo Carolo defuncto ultimo poſſeſſore Regni Caſtellæ diſtat;

Schema Secundum.

Quô oſtenditur, Leopoldum Imperatorem Auguſtiſſ. cum Sereniſſ. Hiſpaniarum Rege Carolo II. ultimo Regni poſſeſſore in tertio conſanguinitatis gradu conjunctum eſſe.

Maria Imperatrix Philippi III. Hiſpaniarum Regis Filia, nata 1606. 18. Aug. ✝ 13. Maji 1646. Uxor prima Ferdinandi III. Imperatoris anno 1631. Iſte natus 12. Julii 1608. ✝ 1657. 2. Aprilis.

Maria Anna nata 1634. 22. Decemb. Uxor Philippi IV. A. 1649. 1. Novembris.	Leopoldus Primus Imperator Auguſtus, natus 1640. 9. Junii.
Carolus II. Hiſpaniarum Rex natus 1661. 6. Nov. ✝ anno 1700. 1. Novemb. abſque Prole.	

Maria enim Imperatrix, Avia Serenissimi Caroli, à qua ipse duobus gradibus lineâ rectâ distat, Mater fuit Leopoldi Augusti, ab eodem unicô gradu sejunctus: quare Imperator Leopoldus, à Serenissimo Carolo, ultimo Regni possessore, tertiô tantùm gradu distat. Quô positô evidenter demonstratur, Augustum Cæsarem Galliarum Regi Ludovico XIV. & Aurelianensium Duci, hujusque Soboli, in successione ad Regna Hispaniæ, juxta *Leg. 2. Partit. lib. 2 tit. 15.* esse anteponendum. Qui enim deficientibus omnibus descendentibus ultimi possessoris, est huic propinquiore gradu consanguinitatis conjunctus, & ex eadem ultimi possessoris stirpe legitimè procreatus, succedit ei in Regno, exclusis illis, qui remotiore gradu eidem sunt conjuncti, per *d. Leg. 2. Partit. 4. tit. 15.* Clarum namque & evidens est, Imperatorem Leopoldum, Carolo Hispaniarum Regi, ultimo Regni possessori, absque descendentibus defuncto, propinquiore consanguinitatis gradu conjunctum esse, quàm Serenissimus Galliæ Rex & Dux Aurelianensis cum sua Sobole, estque Augustissimus Leopoldus ex eadem Stirpe Pelagii, pro qua successio ad Regnum fuit constituta, legitimè procreatus: Hinc quoque ille succedit in Regnis Serenissimo Carolo, ultimo Regni possessori, absque descendentibus mortuo, exclusis illis, qui eidem remotiore gradu, uti Rex Galliæ & ejus Frater, cum sua sobole, conjuncti sunt.

Simili modo ostenditur, Augustiss. Leopoldum defuncto absque Liberis Carolo II. ult. Regni possessore, Sereniss. Delphinum cum sua Sobole à successione Hispaniarum excludere. Est quidem Delphinus tertio tantùm gradu ab ultimo possessore Carolo Rege Hispaniarum sejunctus, ut Schema tertium demonstrat.

Schema Tertium.

Quô ostenditur Serenissimum Delphinum Ludovici XIV. filium tertio gradu, ejus verò proles quarto gradu cum Serenissimo Carolo II. Hispaniarum Rege ultimo Regni possessore esse conjunctas.

Philippus IV. Hispaniarum Rex natus 1605. 29. Maji. ✝ 17. Septemb. anno 1665. Uxor prima Isabella Henrici IV. filia anno 1621. 25. Novemb. ✝ 1644. 16. Octob. secunda Uxor Maria Anna Ferdinandi III. Imp. & Mariæ Philippi IV. Sororis filia nata 1634. 22. Decemb. ducta à Philippo IV. 1649. 1. Novembris.

Ex prima Conjuge.	*Ex secunda Conjuge.*
Maria Theresia nata 20. Septemb. 1638. Uxor Ludovici XIV. anno 1660. ✝ 30. Julii 1683.	Carolus II. natus 1661. 6. Novemb. ✝ absque Prole 1700. 1. Novemb.

Ludovicus Delphinus Franciæ natus 1. Novemb. 1661. Uxor Maria Ducis Bavar. filia 1680. ✝ 1690.

Ludovicus Dux Burgundiæ natus 6. Aug. 1682.	Philippus Dux Andegavens. natus 19. Nov. 1683.	Carolus Dux Bituricens. nat. 31. Aug. 1686.

Fuit enim illi Philippus IV. avus maternus; qui Carolo II. erat Pater, atque adeò Delphinus à Philippo IV. duobus, Carolus verò defunctus à Philippo IV. unô gradu, & per consequens, à Delphino tribus gradibus distabat: Quia verò Augustissimus Imperator Serenissimo Delphino est senior, illi in successione Regni Hispaniæ anteferendus: nam Major natu ex duabus personis ejusdem Sexûs, & eodem gradu ultimo Regni possessori, absque descendentibus mortuo, conjunctis, excludit natu minorem à successione in Regno, per *Leg. 2. Partit. lib. 2. tit. 15.* Et quod Imperator Leopoldus sit natu major, & Delphinus natu minor duarum personarum, quæ cum ultimo Regni possessore Carolo, absque liberis mortuo, æquali gradu, nempe tertio, conjunctæ sunt, notorium & evidens est. Hinc etiam Imperator excludit Delphinum natu minorem cum suâ Sobole à successione Regnorum Hispaniæ. Idem est, si admittatur Molinæ Juris Consulti opinio, quamvis non approbanda, quod deficientibus omnibus descendentibus ultimi possessoris, in Collaterali successione ad Regnum detur jus repræsentandi personas Parentum, in *lege* 40. *Tauri* descriptum, ita, ut (quemadmodum in linea recta) descendentes repræsentant personas suorum parentum, intrantque in jus ipsorum, quod haberent parentes, si tunc cùm à descendentibus repræsentantur, superstites essent, licet dum viverent, ob alios tunc Regni possessori propinquiores, nullum pro eo tempore succedendi jus haberent; Hinc etsi repræsentans habeat alios propinquiores se ultimo possessori Regni, ubi tamen repræsentatus à repræsentante, si tum viveret, omnibus aliis consanguineis 35 De jure repræsentationis.

ultimi

ultimi poſſeſſoris exiſtentibus eſſet præferendus, vel quia eſſet propinquiore gradu ultimo poſſeſſori conjunctus, vel quia ejuſdem ſexûs & æquali gradu quidem conjunctus, ſed natu major, aut quia æquali gradu conjunctus, ſed mas & ſexu præſtantior; in omnibus iſtis caſibus repræſentatus, ſi viveret, anteferendus eſſet, conſequenter etiam repræſentans talem, in ſucceſſione Regni præferri debet, & non quidem reipſa, ſed ſolùm fictione juris (quæ tantum operatur in caſu ficto, quantum veritas in vero caſu) cæteris conſanguineis ultimi Regni poſſeſſoris propinquior eſſet, *Molin. diſp.* 627. *n.* 8. In exemplo, ſi ultimus poſſeſſor Regni habeat tres fratres, & tertiogenitus frater relinquat ex filia Neptem, moriaturque cum filia ſua ante ſecundogenitum fratrem, qui etiam poſtea ante fratrem Regem moriatur, decedat deinde poſſeſſor Regni abſque liberis, relicto fratre quartogenito, & Nepte ex tertiogenito fratre: in hoc caſu Neptis ex tertiogenito fratre, licet duobus gradibus remotior ab ultimo poſſeſſore quàm quartogenitus ultimi poſſeſſoris frater, nihilominus Neptis ex tertiogenito fratre excludet quartogenitum poſſeſſoris fratrem à Regno, quia repræſentat avum ſuum tertiogenitum fratrem, intratque in jus ipſius, qui ſi in præſenti caſu ſuperſtes eſſet, excluderet quartogenitum fratrem à ſucceſſione ad Regnum, (quamvis, quamdiu vixit ſuperſtite etiam ſecundogenito, nullum illi ad regnum jus fuerit) ita & ejus Neptis, eodem jure gaudens, eundem quartogenitum ultimi poſſeſſoris fratrem à regno excludet.

Oſtendendum igitur eſt, quod ſuppoſitâ etiam iſta Molinæ Juris Conſulti vanâ opinione, uti ad mentem ejus explicata eſt, adhuc jus ad Regna Hiſpaniæ Auguſto Imperatori Leopoldo competeret, etiamſi nulla Sereniſſimæ Mariæ Thereſiæ renuntiatio, de ſucceſſione paternorum Regnorum, interceſſiſſet. Concurrentes enim ad ſucceſſionem in Regno Caſtellæ, per repræſentationem ſuorum parentum ſunt Sereniſſimi fratres, Rex Galliarum & Dux Aurelianenſis, cum ſuis liberis: Item Auguſtus Cæſar, cum quo de ſucceſſione diſceptatur. Rex & Aurelianenſis, cum ſua Sobolæ, repræſentant matrem ſuam Annam, filiam Philippi III. Philippi IV. Sororem, amitam defuncti Caroli Hiſpaniarum Monarchæ, tertio gradu cum illo conjunctam. Auguſtiſſimus Cæſar verò repræſentat Auguſtam Matrem, Aviam Regis Caroli ultimi Regni poſſeſſoris, ſecundo gradu illi conjunctam.

Qui enim repræſentat perſonam propinquiori gradu ultimo poſſeſſori Regni conjunctam, ſubintrans in jura perſonæ repræſentatæ, excludit à ſucceſſione Regni repræſentantem perſonam magis remotam, juxta *Legem* 40. *Tauri.* Et Auguſtus Cæſar repræſentat perſonam defuncto Regi propinquiori gradu conjunctam, quàm Rex Galliæ & ejus frater Dux Aurelianenſis: Hinc etiam ille excludet Regem Galliæ & ejus fratrem, cum ſua ſobole, à ſucceſſione in Regnis Hiſpaniarum, etiamſi Infans Anna, horum mater non renuntiâſſet paternæ ſucceſſioni. Pari modo oſtenditur, quod Auguſtiſſimus Imperator jure repræſentationis, juxta *Legem Tauri* 40. (ſi in ſucceſſione ad Regnum dicta lex locum haberet) excludat à Succeſſione Sereniſſimum Delphinum cum ſuis deſcendentibus, etiamſi Maria Thereſia paternæ ſucceſſioni non renunciâſſet.

Sereniſſimus Delphinus cum ſua Sobole repræſentat ſuam Dominam Matrem, Infantem Mariam Thereſiam, Sororem ultimi Regni poſſeſſoris, eidemque ſecundo gradu conjunctam. Auguſtiſſimus verò Imperator repræſentat Mariam, Auguſtam Dominam Matrem ſuam, Aviam ultimi Regni poſſeſſoris, eidemque ſecundo gradu conjunctam & ætate majorem, quam Sereniſſima Maria Thereſia. His ita poſitis oſtenditur propoſita veritas: Qui enim ex duabus perſonis, ejuſdem ſexûs, & eôdem gradu ultimo Regni poſſeſſori conjunctis, repræſentat perſonam natu majorem: excludit à ſucceſſione Regni eum, qui ex illis duabus perſonis repræſentat natu minorem: Auguſtus Imperator ex duabus perſonis, nempe Matiâ Thereſiâ, & Mariâ Imperatrice, ejuſdem Sexûs & eôdem gradu ultimo Regni poſſeſſori conjunctis, repræſentat perſonam natu majorem, nempe Mariam Imperatricem, & Delphinus natu minorem, nempe Infantem Mariam Thereſiam, ut ex dictis patet; Hinc Imperator excludit à ſucceſſione Regni Delphinum cum ſua Sobole. Ex quibus omnibus manifeſtè apparet, Auguſtum Cæſarem (etiamſi renuntiatio ſucceſſionis in Regnis paternis Sereniſſimæ Infantis Mariæ Thereſiæ non interceſſiſſet) debere, juxta Hiſpaniæ leges, tanquam propinquiori gradu & re ipsâ, abſque fictione juris, & jure etiam repræſentationis, ultimo regni poſſeſſori conjunctum, excluſis & re & repræſentatione omnibus remotioribus, ex Borbonia Domo deſcendentibus, in Regno Caſtellæ ſuccedere. Cui non refragatur, ſi dicatur, Philippus IV. teſtamentô ſuô filiam Infantem Margaritham cum ſuis deſcendentibus, Leopoldo Cæſari, in ſucceſſione ad Regnum Hiſpaniæ præpoſuit; hinc multò magis Infans Maria Thereſia natu major Philippi IV. filia (ſi non renuntiâſſet ſucceſſioni ad paterna regna) unà cum deſcendentibus ſuis Leopoldo Cæſari fuiſſet præferenda: Cui opponendum, ex Molinæ Theologi ſententia vera de ſucceſſione Collateralium, quod ſi Margaritha hodie viveret, tanquam propinquior defuncto Regi Carolo quàm Cæſar, hunc à ſucceſſione ad Regnum excluderet; falſum tamen, quod ejus deſcendentes illum in ſucceſſione ad Regnum antecederent: non enim filia Margarithæ, quia hæc eôdem quô Cæſar gradu defuncto Regi conjuncta, &

& Cæsare natu minor, adeoque à Cæsare excluderetur; non Nepotes Margarithæ, quia uno gradu remotiores quàm Cæsar à defuncto ultimo possessore Regni, per *Leg.* 2. *lib.* 2. *Partit. tit.* 15. excluderentur.

Eòdem modò si Maria Theresia hodie viveret, verum est (juxta veram Molinæ Theologi opinionem de lateralium successione ad Regnum) quod ipsa fratri Carolo succederet, tanquam omnibus maximè viventibus consanguineis propinquior: falsum verò, quod eâ mortuâ ejus descendentibus jus succedendi competat: non enim Nepotibus ex Delphino genitis: quia uno gradu remotiores sunt ab ultimo possessore Regni, quàm Cæsar Leopoldus: non Delphino, licet eòdem gradu, quo Cæsar, defuncto Regi conjunctus sit; quia tamen ætate minor, à Cæsare excluditur; Si verò Serenissima Maria Theresia post Patrem Philippum IV. & Fratrem Regem Carolum defunctos, cum Maria Regis avia aut Matre Regis Maria Anna superstes hodie viveret, ab his haud dubiè juxta veram Molinæ Theologi sententiam à successione Regni excluderetur; à Maria Anna quidem Regis Matre, cùm ex eadem Regis Stirpe orta, unóque gradu illi, quàm Maria Theresia propinquior esset, juxta *Leg.* 2. *Partit. lib.* 2. *tit.* 15. Avia verò, eidem Regi, eodem gradu, quo Maria Theresia conjuncta, sed natu major, atque ex stirpe Pelagii per Austriacos propagatâ, pro qua successio in Regno instituta, legitimè procreata, juxta citatam sæpius legem 2. *Partit.* Mariam Theresiam in successione ad Regnum præcederet. Nec mirum hoc videri debet; cùm aliunde per Hispaniarum leges, ascendentes in defectu descendentium, fratres Collaterales, etiam ex utroque Parente conjunctos in successione excludant, *Molina citat. loc.* Si verò sententiam Molinæ Juris Consulti sequamur, dicamusque juxta ordinem repræsentationis ex *Lege Tauri* 40. desumptum, Collaterales in Regno succedere, tunc verum quidem est, Margaritham Philippi IV. secundogenitam cum omnibus descendentibus (nisi ista juri suo renuntiâsset) fuisse præferendam Leopoldo Cæsari; Quia Margaritha ejusque descendentes repræsentabant Mariam Annam, Matrem defuncti Regis, uno gradu ipsi propinquiorem, quàm erat Avia Regis Maria Imperatrix, repræsentata ab Imperatore, tanquam mater; Ergo sicuti Mater Regis Aviam à successione Regni, si ambæ superstites essent Regi Carolo, exclusisset, ita Margaritha cum suis descendentibus repræsentans Matrem Regis excludit Leopoldum repræsentantem Aviam. Ob eandem rationem Margaritha cum omnibus suis descendentibus fuisset Mariæ Theresiæ natu majori Sorori & omnibus ex hac descendentibus in successione Regni præferenda; quia Margaritha & omnes ex ea descendentes, repræsentâssent Mariam Annam Matrem defuncti Regis Caroli, ex eadem stirpe, ex qua Rex oriundus, legitime genitam, in cujus jura Margaritha, cum suis descendentibus, fictione juris per repræsentationem subintrans, Mariam Theresiam sicuti ipsi Maria Anna repræsentata exclusisset.

Ex his tamen nullo modo sequitur, quòd etiam Maria Theresia cum omnibus suis descendentibus esset Leopoldo Cæsari præferenda, sicut Margaritha præferenda fuisset; ratio enim patet ex dictis manifesta, quia Margaritha repræsentavit personam propinquiori gradu defuncto Regi conjunctam, nempe Matrem suam & Regis, quàm Imperator, qui tantùm Aviam Regis repræsentavit. Hinc illi Margarita jure repræsentationis præferenda erat. Serenissima Maria Theresia verò nullam repræsentabat personam, quæ si modo viveret, propinquior esset ultimò defuncto Regni possessori, quàm Maria Imperatrix, repræsentata ab Imperatore Leopoldo: nec etiam ipsa, ut ostensum fuit, Mariam Imperatricem, si ambæ modò superstites essent, à successione, utpote eodem gradu cum defuncto Rege conjunctam, & natu majorem excluderet. Stante igitur jure repræsentationis, Maria Theresia non erat Imperatori in successione ad Regnum præferenda, non obstante quod Margaritha ejusque descendentes jure repræsentationis (si id valeret) Imperatorem à successione Regni exclusissent. Ergo saltem ex Philippi IV. testamento colligitur, quod in successione Collateralium ad Regnum, non detur repræsentatio personæ Parentum; quia Philippus IV. non solùm Margaritham, sed etiam ejus descendentes Augusto Cæsari Leopoldo in successione ad Regnum prætulit: juxta sententiam autem Molinæ Theologi (quam nos veram dicimus) sola Margaritha, non ejus descendentes, si hodie viverent, Imperatori in successione ad Regnum præferenda esset. Hinc vel vana est Molinæ Theologi de Collateralium successione sententia, vel invalida est dispositio Philippi IV. vocans Margarithæ descendentes ante Imperatorem ad successionem in Regno post defunctum Regem. Huic tamen argumento occurri facilè potest, dicendo; utramque, & dispositionem Philippi IV. validam, & opinionem Molinæ, non admittentis jus repræsentationis veram esse. Dispositio quippe Philippi IV. vocans Margaritham & ejus descendentes ante Imperatorem, post mortem Caroli, ad successionem in Regno, intelligenda est in terminis habilibus, nempe si Rex Carolus cum omnibus suis descendentibus ante Philippum IV. mortuus fuisset, tunc Margaritha Philippo IV. in linea recta succedens, & ipsa & ejus descendentes omnes collaterales, & consequenter Imperatorem à successione ad regnum exclusissent; non verò, quando Margaritha fratri Carolo post mortem Philippi IV. successisset, quia in hoc casu tantùm

tantùm collateraliter succederet Margaritha ultimo Regni Possessori: hinc si ejus descendentes non sint propinquiores ultimo possessori Regi Carolo, quàm alii Regis consanguinei, Margarithæ descendentes alios propinquiores Regis Consanguineos (qualis est Imperator) à successione ad Regnum juxta veram sententiam non excludunt. Et si Philippus IV. dispofuisset, ut etiam, quando collateraliter Margaritha succederet fratri post Philippum IV. mortuo, Margarithæ descendentes, omnibus consanguineis, etiam propinquioribus ultimo Regi, quàm essent Margarithæ descendentes, nihilominùs præferantur, dispositio talis haud dubiè esset (supposità *Molinæ Theologi* verâ opinione) invalida, quia Reges suo testamento (sicuti uterque *Molina* testatur) non valent contra Instituti Majoratùs Leges novum succedendi ordinem præscribere, sed quo ordine descendentes ex Pelagio Rege à populo & Proceribus institutoribus Majoratus in Regno vocati sunt, eò ordine debent descendentes ex Pelagio succedere, nec ullus Rex potest hunc ordinem suo testamento immutare, cùm non succedatur in regnô jure hereditatis, sed jure sanguinis, ut *uterque Molina* demonstrat. Quæ hactenus dicta sunt de successione in *Regno Castellæ &c.* intelligenda sunt de successione in aliis etiam Regnis & Provinciis, uti *Regno Arragoniæ*, *Regno Neapolitano*, *Statu Mediolanensi & Belgio*; ubi juxta singulorum leges pronuntiandum erit, cui successio competeret, si nulla renuntiatio Serenissimarum Infantum Annæ & Mariæ Theresiæ intercessisset.

36 Confirmatur præjudiciis. De Regno *Neapolitano* habemus maximum præjudicium, ab ipso Pontifice Bonifacio, Domino Directo decisum (*Spondanus ad annum* 1309. *n.* 4. decisum dicit à Clemente V. potuit ab utroque decisum fuisse) quòd Consanguineus propinquior ultimi possessoris, nullo jure repræsentationis admisso, remotiorem in successione Regni Neapolitani excludat. *Barthol. in auth. post fratres. C. de legit. hered. Bald. in l. 3. & l. ab intestato. C. de suis & legit. hered.* Mortuo enim Rege Apuliæ Carolo Claudo hujus nominis II. anno 1309. cùm Nepos illius Carobertus Rex Hungariæ, ex Carolo Martello primogenito prædefuncto, Regnum sibi deberi contenderet, è contra Robertus filius secundogenitus Caroli II. ejusdem Regis Apuliæ, sibi deberi tanquam proximiori in gradu Patri ultimo possessori affirmaret, Bonifacius VIII. & Clemens V. Roberto Regnum adjudicârunt, nullâ habitâ ratione, quod Carobertus Patrem suum Carolum Martellum primogenitum defuncti Regis Caroli II. repræsentaret, & in repræsentatione Patris sui Martelli Avo suo propinquior esset, quàm Patruus Robertus. Hinc propinquior ultimo Regni possessori, excluso remotiore, in Regno Neapolitano nullâ habitâ ratione juris repræsentandi, ex decisione Pontificia succedit. Cùm ergò Imperator sit omnium hodie viventium Consanguineorum ultimo Regni Neapolitani possessori propinquior, ideoq;, exclusis omnibus aliis remotioribus, in illo succedet.

In *Arragoniæ* Regno bis de successione disceptatum, & dum Martinus post fratris Joannis mortem, exclusis ejus filiabus, sub annum 1396. Regnum adiit, & quando anno 1410. decessit: utrâque vice à Regni Comitiis, post examinata Candidatorum jura, primò Comitiorum communi suffragio, alterâ vero vice deputatis à Comitiis Novem viris, successor ad Coronam vocatus. Quamcunque tamen horum Comitiorum legem justam dixeris, ex eâ Arragoniæ Regnum Leopoldo Augusto deberi demonstratur. Primum de Regni successione certamen & sententiam describit *Mariana, lib.* 19. *cap.* 5. Joannes Rex Arragoniæ ad 15. Calendas Junii 1396. decessit, nullâque præterquam ignaviâ, otiique studio nobilis, prole virili caruit: Joannam, Violantamque ex duabus conjugibus susceptas, illam Matthæo Foxensi Comiti collocârat; Violantam Ludovico Andegavensi desponderat; Martinus Monblani Dux ejus frater ad Regni successionem, lege, Testamento, & voluntate gentis vocatur.

Foxensis Comes de Regno litem intendit, paratus, nisi causæ æquitate impetraret, armis disceptare: adversus defuncti Regis testamentum, Petri ejus fratris voluntas proferebatur, supremis suis sanxisse, Joannis filias ad Regni successionem vocari, si masculâ prole destitueretur; id mutari nefas fuisse: novum proinde decretum inducendum rescindendumque videri. Hæc Foxensis causæ munimenta erant. Cæsar-Augustæ tamen, Julio Mense, Regni Conventus habiti omninò frequentes: in iis communi omnium voluntate Martino quamvis absenti, Regium insigne, nomen potestasque decreta sunt. Ita *Mariana*.

Ex his colligitur, Lege Arragoniæ Regni, Martinum defuncti Joannis fratrem Regiis filiabus in successione Regni prælatum, idque communi Comitiorum Regni suffragio justum, legibusque eâ tempestate conforme decretum fuisse, adeóque per Agnatum etiam remotiorem, quàm proximè conjunctas ultimo possessori fœminas filias excludi, quia à fortiori per Agnatum Masculum remotiores ex fœminis descendentes cognati à successione Regni eâ tempestate excludebantur. Certè à Ramiro, primo Arragonum Rege, usque ad Carolum secundum, nullus ultimo Regni possessori agnatus à fœminâ, nec à cognato remotiore, vel pari gradu conjuncto, sed juniore à successione Regni exclusus fuit. Quæ cùm ita sint, juxta hanc Arragoniæ Comitiorum sententiam, Leopoldus Imperator, æquè ac ullus hodie de Regno Arragoniæ decertantium, ultimo possessori Arragoniæ Carolo II, propinquus, & Duce Philippo Andegavensi propinquior, atque Carolo Agnatus, Andegavensem, omnesque Borbo-

Borbonios, ſolùm defuncto Regi Carolo per fœminas cognatos, ab Arragoniæ ſceptris excludet. Idem jus ad Arragoniæ Coronam Auguſto Leopoldo competere demonſtratur, ſi deſertâ Comitiorum ſententiâ, quâ Martinus ad Regnum vocatus, Novemvirorum judicium, quo ſucceſſionem accepit, ſequamur. Audiatur *Mariana ad annum* 1409. *lib.* 19. *cap.* 19. Exceſſerat VIII. Calendas Sextiles 1409. è vivis Calari in Sardinia Martinus, Martini Regis Arragonum filius: Illicò de Regno certamen. Conſeranus Epiſcopus ex Gallia, continuò à Ludovico Andegavenſi legatus eſt, poſtulante, uti filium eodem nomine ex Violante Joannis Arragonii filiâ ſuſceptum, jure propinquitatis ſucceſſorem renuntiaret, Matremque concederet in Arragoniam venire, filiumque Arragoniis moribus educali: potiori jure Comes Urgelitanus niti, videbatur Provincialibus, eratque Alphonſi Regis, cognomento pii, ex filio Jacobo atq; Petro nepote pronepos, præterea Iſabellam Regis ſororem connubio junctam habebat. Similes ſpes, ſed longo proximus intervallo, Alphonſus Dianii Comes Villenæque Marchio nectebat. *Cap.* deinde 20. *Mariana* Regis Martini ſententiam refert, quo Ferdinando Juſto Caſtellæ Infanti Regnum tanquam maximè ſibi propinquo defert. Ita *Mariana* Regem pro Ferdinando perorantem & decidentem induxit: Eſt quartus causâ potior Ferdinandus Caſtellæ Regis Patruus, Eleonorâ natus ſorore noſtrâ Germanâ, in quo Sibyllæ filia propinquior. Villenæ Marchio Urgelitanuſque procul à nobis remoti ſunt; Idem de Ludovico judicium eſto. Sororis filius fratris nepote propinquior eſt, arctiorique conjunctus gradu unus omnibus præferatur oportet: Nam cùm res ſint in jure atque mancipio ultimo poſſeſſoris, non autem Superiorum, quorum jus eſt in alios transfuſum; ut quiſque ei maximè conjunctus erit, ita optimo jure nitetur, ſibique jus ſuccedendi vindicabit; Erratis ergo, cùm priores Reges Petrum, Alphonſum, Joannem conſideratis, indeque quaſi è latere ſucceſſionis jura deducitis, me prætermiſſo, cui nemo Eleonorâ Sorore propinquior ſanguine eſt: ipſa omnibus, & ſecundum eam ejus proles Ferdinandus, cui in dubia cauſa favere æquum tamen eſt. Hæc eſt noſtra ſententia, hoc judicium; de fœminis diſputare non eſt neceſſe, *inter mares lis omnis eſt, neque unde ſint geniti, ſed quo gradu nos ipſi attingant, conſiderandum.* Hanc Regis ſententiam, poſt ejus abſque liberis obitum, quomodo nniverſum Regnum probaverit, & ſecutum fuerit, *Mariana lib.* 20. *cap.* 2. 3. 4. deſcribit, ut ſequitur:

Catalauni, Arragonii, Valentini, quæ nationes Arragoniis Regibus parent, ſuos quique conventus habuêre. Miſſis inter Provincias Legationibus, reque diu multumque agitatâ convenit, ut controverſiæ finiendæ ea forma eſſet, novem judices darentur, ex ſingulis nationibus terni; Ii in arce Caſpe, quæ in Arragoniis finibus eſt, convenientes, auditis partium rationibus, in cauſa pronuntiarent; quod ſex ſaltem eorum decrevſſent, id jus faſque eſſet, modò in eo numero ex ſingulis Gentibus ſinguli. Quos inter præcipuus Judicum *S. Vincentius Ferrerius*, è Dominicanorum familia, cum fratre ſuo Carthuſiano, Bonifacio Ferrerio, pro Regno Valentiæ. Tandem à S. Vincentio ſolenitate à *Mariana* deſcripta *cap.* 4. ſententia ex ſcripto pro Ferdinando, defuncti Regis ex Eleonora Sorore Nepote, promulgata, & ingenti totius gratulatione excepta fuit. Rationes decidendi referuntur à *Mariana*, quia Epiſcopus Placentinus, Vincentius Aria pro Ferdinando adduxit: Regnum jure ſanguinis dari, deſcendentibuſque & NB. aſcendentibus rectâ ſerie ſublatis, *agnatos è latere ſuccedere propinquitatis gradu*, neque in ſtirpem vocandos: ſed jure communi rectum eſſe, NB. proprio obſervatum. Sic Alphonſum, Ramiri Regis Nepotem, avitum regnum ſuſcepiſſe: ſic Alphonſi voluntatem, filiam ad regnum vocantis (ſi alia ipſius proles deſſet) à magnis juriſperitis irritam fuiſſe judicatam. Quid enim: an in Regni ſucceſſione, ubi tam graves curæ ſunt, non is potior judicabitur, NB. *qui ex Regia familia ortus, propinquiorique gradu nixus, ſexum, ætatem regiaſque virtutes afferat*, quàm qui minori propinquitate Regias attingunt, quamvis per viros ductâ proſapiâ? Hactenus *Mariana.*

Quare ſi Martini Regis ſententiam à Comitiis univerſi Regni per Novemviros (quos inter ſanctitate Vincentius Fererius celeberrimus) probatam ſequamur, fas juſque in Arragoniæ Regno ſuccedendi hiſce Comitiis ſtatutum fatemur, ut is potior judicetur ad Regni ſucceſſionem, qui ex Regia familia ortus, propinquiorique gradu nixus ætatem, regiaſque virtutes affert: Evidenter concluditur *Auguſtiſſ. Leopoldum Imperatorem* ad Regna Arragoniæ, præ Delphini liberis, uno gradu ab ultimo Regni poſſeſſore remotioribus, præ Delphino, æquali gradu quidem conjuncto, ſed ætate minore, eſſe vocandum.

Et cum duo vincula fortius ligent, Auguſtiſſimus Imperator tam à Maſculina Ferdinandea, quàm fœminina Carolina Linea prærogativam, & prælationem obtinet: Apud Hiſpanos enim, cum Primogenituræ nomen cum Majoratu paſſim confunditur, & aliis longè regulis judicetur, neceſſe eſt, *Partitarum*, ut vocant, *Leges* inſpicere, quas anno 1252. ſub Ferdinando Rege cœptas, & ſub Alphonſo Succeſſore perfectas eſſe, *Mariana* teſtis eſt *lib.* 13. *cap.* 8. *in fin.* Ex his *Legem* 2. *tit.* 15. *partit.* 2. cumprimis bene notari convenit, utpote quæ præcipuè ſtatuit, & declarat ea, quæ antea circa Regni ſucceſſionem, vel placito Primatûm Regni totiuſque Reipublicæ, tunc cùm ex electivo ſucceſſivum facerent, expreſsè ſtatuta, vel poſtea inveteratâ conſuetudine intoducta, & obſervata

vata fuerunt. Verba itaque dictæ Legis ſic ſonant:

Mayoria en naſcer primero, es muy grand Sennal de amor, que mueſtra Dios a los fijos de los Reyes, aquellos que el la da entre los otros ſus hermanos, que naſcen deſpues del. Ca aquel a quier eſta honrra quiere fazer, bien da a entender, que lo adelanta, e lo pone ſobre los otros, porque le deuen obedeſcer, e guardar, aſſi como a Padre, e a Sennor. *Et infra:* Pero los omes ſabios, & entendidos catando el por comunal de todos, e conoſciendo, que eſta particion, non ſe podria facer en los Reynos, que deſtruydos non fueſſen ſegun nueſtro Sennor JESU CHRISTO dixo, quæ todo Reyno partido ſeria eſtragado, tovieron por derecho que el Sennorio del Reyno, non lo ovieſſe ſi non el fijo mayor, deſpues de la muerte de ſu padre. E eſto uſaron ſiempre, en todas las tierras del mundo do quier que el Sennorio ovieron por linaje: e mayormente en Eſpanna. E por eſcuſar muchos males que acaeſcieron, e podrian aun ſer fechos, puſieron que el Sennorio del Reyno heredaſſen ſiempre aquellos, que vinieſſen por la linna derecha. E porende eſtableſcieron, que ſi fijo varon, y non ouieſſe la fija mayor heredaſſe el Reyno. Eaun mandaron, que ſi el fijo mayor murieſſe, ante que heredaſſe, ſi dexaſſe fijo o fija, que ovieſſe de ſu muger legitima, que aquel o aquella lo ovieſſe, e non otro ninguno. Pero ſi todos eſtos falleſcieſſen, deue heredar el Reyno el mas propinco pariente, que ouieſſe, ſeyendo ome para ello, non aviendo fecho coſa porque lo devieſſe perder. Quæ Latinè ſic interpretantur:

Majoria, ſive Major ætas, quando quis primogenitus in lucem prodit, maximum eſt amoris ſignum à DEO tributi filiis Regum inter cæteros fratres Germanos, qui poſt ipſum naſcuntur. Nam illi, quem iſthuc vult honore afficere, præprimis oſtendit, qualiter illum exaltet ponatque ſuper cæteros, eò quod tenentur ipſi obedire ipſumque reſpicere tanquam Patrem atque Dominum. Et infra. *Unde Viri ſapientes rerumque intelligentes, dum communi omnium bono animum attendunt atque agnoſcunt, quòd iſtiuſmodi diviſio non procedat in Regnis, quin deſtruantur, ſecundum dictum Salvatoris noſtri JESU Chriſti,* quòd omne Regnum diviſum deſolabitur; *fas eſſe exiſtimaverunt, ne Principatum in Regno habeat, niſi filius natû major poſt mortem ſui Parentis. Et hoc ipſum obſervârunt ſemper in omnibus mundi terris, ut Principatus habeatur ex ſanguine; idque maximè in Hiſpania. Et ut evitentur multa mala, quæ contigerunt, quæque adhuc poſſent evenire, ſtatuerunt, ut Principatus Regni ſemper devolvatur ad illos, qui ex linea recta deſcenderint. Proindéque ſtabiliverunt, ut ſi filius maſculus non exiſteret, filia natû major in Regno ſuccedat. Et inſuper ordinârunt, ut, ſi filius natû major moreretur, antequam adiret hereditatem, filium tamen aut filiam ex legitimo thoro relinqueret, ille vel illa ſuccedat & nemo alius. Sin verò iſti omnes decederent, hereditas Regni deferatur proximiori Conſanguineo, dummodo ad illam aptus ſit, neque factum perpetraverit, propter quod eandem perdere debeat.*

Ubi in linea collaterali non alii quàm provimi vocantur. Repræſentatio enim, cùm ſit privilegium, non eſt extendenda, niſi in aliquo Regno conſuetudine aut diſpoſitione particulari ſit ulterior extenſio introducta, præſertim ubi non ſucceditur jure hereditario, ſed jure ſanguinis; neque Succeſſores in Regno accipiunt illud tam ab immediato anteceſſore, vel ex diſpoſitione & voluntate illius, quàm à Republica, quæ Regnum inſtituit, & conditiones graduſque ordinavit, circa quas ſucceſſor nihil variare, vel mutare poteſt; ſicut apertè vult *d. l.* 2. *tit.* 15. *Partit.* 2. dum ait: *E eſto uſaron ſiempre, en todas las tierras del mundo, do quier que el Sennorio ovieron por linaje: emayormente en Eſpanna. E por eſcuſar muchos males que acaeſcieron; e podrian aun ſer fechos, puſieron* (iſti videlicet Sapientes, qui Regem & Regnum ſibi inſtituerunt, nempe Reſpublica ipſa, quoad Proceres & procuratores populorum) *que el Sennorio del Reyno heredaſſen* (id eſt, ſuccederent in eo poſt aliorum mortem) *ſiempre aquellos que vimieſſen por la linea derecha. E porende eſtableſcieron, que ſi fijo varon y non ovieſſe la fija mayor heredaſſe el Reyno. E aun mandaron, que ſi el fijo mayor murieſſe, ante que heredaſſe ſi dexaſſe fijo, o fija, que ouieſſe de ſu muger legitima, que aquel o aquella lo ouieſſe, e non otro ninguno, &c.*

Juxta quas Leges controverſia decidenda eſt à genere & jure ſanguinis, non hereditatis, ut probatur ex *d. Leg.* 2. *tit.* 15. *Partit.* 2. ibi: *E eſto uſaron ſiempre, en todas las tierras del mundo, do quier que el Sennorio ovieron por linaje: e mayormente en Eſpanna.* Et deficiente Lineâ rectâ defertur Succeſſio ad lineam tranſverſalem, & quidem ad proximiorem in ea, quæ proximitas non à primo Rege, ſed ab ultimo poſſeſſore conſideratur, & in linea collaterali; ſicut etiam paſſim in feudis & primogenituris, nec non in ipſo Galliarum Regno, jus repræſentationis non habet locum. Regnum Hiſpaniarum individuum eſt, nec in eo ſuccedere poteſt, niſi unus, per verba *L.* 2. *Partit. tit.* 15. *Conoſciendo que eſta particion, non ſe podria fazer en los Reynos, que deſtruydos non fueſſen ſegun nueſtro Sennor JEſu Chriſto dixo, que todo Reyno partido ſeria eſtragado.*

In Regno Hiſpaniarum ſemper ſuccedit Linea recta, ita ut nec ſucceſſio retrocedat, nec à linea una ad alteram tranſitus fiat, per *d. Leg.* 2. *Partit.* in tantùm, ut in Regni ſucceſſione Maſculo ejuſdem Lineæ fœmina cæteris maſculis remotioribus præferatur, nec fiat tranſitus de una linea ad aliam propter Maſculos, *Molin.* 3. *cap.* 4. *&* 6. Conſiderandum porrò, quod Succeſſio Hiſpanici Regni ſit perpetua, in eoq; ſemper ſuccedat proximior, etiamſi ſit in milleſimo gradu, &

& proximitas consideratur non à primo Rege nec Regni Institutore, sed ab ultimo ejusdem Regni possessore accipitur, sicut patet ex dict. text. in *L.* 9. *tit.* 1. *Partit.* 7. ibi: *Que son mas propinquos parientes à los Reyes al tiempo de su finiamento.* Ubi *Gregor. Lopez in Gloss. de su finiamento* id ipsum notat, quod *lib.* 1. *n.* 6. *n.* 47. *& lib.* 3. clariùs prosequitur. Imò jus repræsentationis prætendi non potest à Gallia propter jus talionis, cum ipsi ex Lege Salica *tit.* 67. illud non admittant.

Notissima sunt, quæ *Grot. de jur. Bel. & Pac. lib.* 2. *cap.* 7. §. 22. sequentibus verbis tradit: *Frequens in Regnis est alia quædam Successio, non hereditaria, sed quæ Linealis dicitur, in qua observari solet non jam illud jus subitionis in locum, quæ repræsentatio dicitur, sed jus transmittendi futuram successionem quasi delatam, Lege scilicet ex spe, quæ nihil ex se & naturaliter operatur, jus quoddam verum excitante, quale scilicet jus est in his, quæ ex Stipulatione conditionata debentur; Ita ut hoc ipsum jus in posteros ex primo Rege venientes necessariò transeat, sed ordine certo, ut primùm vocentur liberi ultimi possessoris, primi gradus, tam qui vivunt, quàm qui mortui sunt. Tum verò inter vivos & mortuos ratio habeatur Sexûs primum, deinde ætatis: Mortuorum autem jus si prævaleat, transeat ad eos, qui ab ipsis descendunt, pari rursum inter partes prærogativâ sexûs, ac deinceps ætatis, salvâque semper transmissione mortuorum in Vivos, Vivorum in mortuos. Si liberi ejus desint, venitur ad alios, qui proximi sunt, aut si viverent, essent simili transmissione, & inter pares in eadem linea, observato discrimine sexûs & ætatis, ita ut ob sexum & ætatem nunquam transeatur de linea in lineam. Cui consequens est, ut filia ex filio præferatur filio ex filia, & filia ex fratre filio ex sorore, item filius majoris fratris fratri minori, atque ita in cæteris. Hæc est Successio Regni Castellæ, ad cujus exemplum etiam Majoratûs jura in eo Regno constituta sunt. Hæc enim est successio linealis cognatica, in qua fœmina & fœminis nati non excluduntur, sed postponuntur in eadem linea, ita ut etiam regressus ad eas sit, si propiores aut pares cætera mares aut ex Maribus defecerint.*

Quòd si Rex Galliæ exinde formare vellet argumentum, quòd Successio Regni non prius devolvatur ad aliam Lineam, v. g. Secundogeniti, quàm omnes ex priore linea fuerint extincti, Ipse autem Rex ex linea primogeniti Caroli V. Imperatoris per filiam Regis Philippi III. & quidem natu majorem descendat, consequenter proximiora successionis jura ad ipsum pertineant: Hæc ratiocinatio ex eo facilè eliditur, quod etiam Augustissimus Imperator Leopoldus ex filia Regis Philippi III. licet secundogenita prognatus, sit in pari gradu cum Galliarum Rege, cui major ætas defunctæ Matris prodesse non potest, cùm illa non in defunctis, sed in successoribus sit consideranda, ac proinde in ea qualitate Imperator Ludovici Regis proles longissimè antecedat: Insuper verò filiæ licet natu majores, quæ successioni pro se & suis descendentibus renunciârunt, neutiquam natu Minoribus & eorum descendentibus præferri possint; ubi vel maximè considerandum, quod stante in linea collaterali paritate gradûs & sexûs, is præferatur, qui major est natu, qualis est Imperator, & qui simul est Agnatus, cùm Regis Franciæ filii & nepotes tantum sint Cognati. Cùm enim Majoratus ad familiæ conservationem tendant, æquum est, ut in eodem gradu agnatus præferatur cognato, tanquam Regiæ familiæ propagator, ne per cognatum ad aliam Domum & exteram nationem devolvatur. Quibus rationibus addenda est pro Imperatore militans duplicitas vinculi, qui per Germanam Sororem avunculus est, cùm Rex per sororem tantùm consanguineam, Regi Carolo conjunctus sit: duplex verò vinculum fortius ligat per vulgata.

37 Filias Hispanicas in matrimonia Austriaca collocatas nunquàm renuntiasse, secùs verò in Gallica.

Amplius attendi debet, quod filiæ in Matrimonia Austriaca collocatæ, nunquam renuntiaverint, sed successio potius ipsis, & jus suum circa illam salvum remanserit semper: Econtra verò elocatæ in Galliam omni successioni ex legibus Regni Hispaniæ fundamentalibus, pro se & suis Prolibus in perpetuum semper renuntiaverint, ne contra dictas leges fundamentales, duo ista Regna Hispaniæ & Galliæ, cum clade & confusione totius Europæ, unquam conjungerentur. Ex quo enervatur tota vis superioris argumenti, ut successio Gallica in Regno Hispaniarum nunquam possit admitti, sicut nec Regnum Galliæ peregrinum Principem suscipit.

Ad fugiendum hunc insuperabilem scopulum Legis Hispanicæ fundamentalis, non scriptus est in testamento heres Serenissimus Delphinus, tanquam proximus & certus in Regno Galliæ successor, sed filius ipsius Dux Andegavensis, & post eum illius frater Dux Bituricensis: sed omnes tres in Scyllam incidunt, dum volunt vitare Charybdin, cùm semper per eosdem Regnum Galliæ cum Regno Hispaniæ perpetuâ successione conjungatur, nisi Amor Avi in Nepotes, Patris in filios, fratrum in fratres, penitùs è medio tollatur, & toti Europæ præcludantur oculi, ut Monarchiæ Universalis intentionem, per coadunationem tantæ potentiæ, non advertant: cùm tamen evidentissimis quotidie demonstrationibus & apparatu bellico illa patefiat.

Cur igitur non vigilaret Augustissimus Imperator ad reprimendas injustissimas Galliæ invasiones, & improbissimas occupationes Regnorum, Ducatuum & Provinciarum, ad illos nequaquam spectantium. Cur non vigiles intenderent oculos alia Regna & Potentiæ, quibus ausus & progressus Gallorum meritò sunt suspectissimi, & quibus propterea ocius occurrendum esse non dubitant, antequam nimia capi-

capiant incrementa Gallorum superbi & intolerabiles conatus. Existimant enim illi, evanuisse jam & elapsa esse tempora, in quibus ipsorum machinas repressit Gloriosissimæ Domûs Austriacæ Germanicæ & Hispanicæ concors potentia. Hinc artificioso prætextu testamentariæ successionis dividere molitur Rex Franciæ Hispanicam ab Austriaca Germanica Domo, ut fortitudinem sibi obstantem frangat: sed DEUS semper assistit causæ justiori & consilia mala dispergit. Jamdudum Avus moderni Christianissimi Regis Henricus IV. tam vasta agitavit consilia, ut Orbem Europæum, factâ prius divisione sibi obstringeret, & jam Nepos majorem ex circumstantiis hodiernis spem concipit, prout Galli jam olim *teste Livio lib.* 5. Romanis Legatis, belli causam rogantibus responderunt: *se jus in armis ferre, & omnia virorum fortium esse.* Qui tamen barbarus modus non nisi vastitatem terrarum, bella & cædes adfert. Nec sibi nimiùm blandiri Gallia potest de Catalonia subjecta, de Flandria concussa & distracta, de Anglis dubitantibus, de Italia sibi metuente, Lotharingia devicta, Alsatia occupata, Comitatu Burgundico pene toto superato. Non enim deficit vigor & virtus Augustæ Domus Austriacæ, non desunt plurimi Europæ Status, qui ipsi facilè prævalere possunt. Nec putandum est cæteros otiosè spectaturos esse bellum, & occupationes Gallorum injustas, dum separatim vincere unum & post alterum pertendunt. Falluntur qui ex victoriis belli nuper gesti potentiam Gallicam in immensum crevisse colligunt. Nec tam fatalis sopor occupaturus est omnes Europæ Principes ac Status, ut unius Principis immoderatæ cupiditati ultro cessuri sint, nec communi periculo avertendo, conjunctis viribus arma oppositura, etiamsi is diu factas rerum & Imperiorum divisiones atque terminos movere aggrediatur. *Nihil enim tam firmum est*, ut scribit *Curt. lib.* 7. *C.* 8. *cui periculum non sit, etiam ab invalido.* Nec pacem immotam sperare potest Gallus in Hispania, cùm à seculis semper fuerint inter eos naturales simultates, quæ eradicari ab intrinseco difficulter possunt.

38 Adferuntur renunciationes Reginarum Francicarum.

Istis omnibus argumentis accedit fortissima corroboratio, quòd etiamsi matrimonia Gallica adhuc subsisterent, & *Anna*, nec non *Maria Theresia*, cum omni Sobole, cujuscunque ordinis & gradus adhuc in vivis existerent, ab omni tamen successionis gradu, in quamcunque Hispanicæ ditionis partem, per leges & consuetudines, Regumq; dispositiones, & proprias conventiones, volentibus, assentientibus & confirmantibus Maritis initas, perpetuò essent exclusæ. Neque insolens hoc videri potest illi, qui ex antiquiore Historia repetere voluerit; ne unquam Hispaniæ Regna Galliæ aliquando conjungerentur, juxta formalia testamenti Philippi IV. supra verbotenus allegati, ab Antecessoribus jam olim, atque universis ordinibus, adhibitis etiam solennissimis Judicum, sanctitate vitæ, eruditione ac rerum usu celeberrimorum sententiis, totiusque gentis consensu, majori filiæ in Galliam elocatæ, ejusque Soboli, minorem natu prælatam, & exclusis lege, testamento, renuntiatione, Regiis filiabus; Gallico Sanguini immixtis, earumque Proli, Fratris Sororumque filios, Hispanicâ familiâ cretos, antehabitos fuisse. Tantopere jam dudum Regum Antecessorum, Regni libertati & honori consulentium animis insederat, Gallicum Principem non minus Hispanis imperare debere, aut jure posse, quàm Galli apud se Hispanico imperio locum tribuant, quocunque tandem id nomine, aut titulo affectari voluerit, nullumque contrariarum, si quæ extitissent, molitionum avertendarum gratiâ, laborem & periculum recusandum esse.

His ergò vestigiis insistens, pluribus novis rationibus permota Regis Philippi III. Avi materni Augustissimi Imperatoris Leopoldi cura effecit, ut pactis matrimonialibus, Annam Austriacam inter & Ludovicum XIII. Franciæ Regem ab Hispanicis Ministris & Legato Gallico, ambobus instructis specialibus mandatis, præsente Legato Pontificio & Archi-Episcopo Capuano, ex Nobilissima Cajetana familia oriundo, plurimorumque Hispanicorum Procerum, Consiliariorum Regiorum & Nobilium catervâ, Madriti Anno Christi 1612. initis verba sequentia inserta fuerint.

Que la Serenissime Infante Dame Anne, se tiendra pour contente, & se contentera du susdit dot, sans que par cy-aprés elle puisse alleguer aucun sien autre droit, ny intenter aucune autre action ou demande, pretendant qu'il lui appartienne ou puisse appartenir autres plus grands biens, droits, raisons & actions, pour cause des heritages & plus grandes successions de leurs Majestez Catholiques ses peres & meres, ny pour contemplation de leurs personnes considerables, en quelque autre maniére ou pour quelque cause & titre que ce soit, soit qu'elle le sçeust, ou soit qu'elle l'ignorast; attendu que de quelque qualité & condition que les dites actions & choses cy-dessus soient, elle pourtant ne laissera d'en faire la renonciation en bonne & deüe forme, & auec toutes les asseurances, formes & solemnitez qui y seront requises & necessaires: laquelle dite renonciation elle sera avant que d'estre mariée par parole de present. Qu'elle aussitost aprés la celebration du Mariage, approuvera & ratifiera conjointement avec le Roy Tres Chrestiē, avec les mesmes formes & solemnitez qu'elle aura faire à la susdite premiere renonciation; voire avec les clauses qu'ils verront estre les plus convenables & necessaires à l'effet, & accomplissement: de laquelle renonciation leurs Majestez demeureront & demeurent dés à present comme pour lors obligez. Et au cas qu'elles ne fassēt la dite renonciation & ratification en vertu 39 Pacta matrimonialia Annæ Galliarum Reginæ.

du present Contrat per capitulation, icelles susdites Traitez, Renonciation, & Ratification, sont tenuës & censées dés à præsent, comme pour lors pour bien & deuëment faites, passées & octroyées. Ce qui se fera en la forme la plus authentique & efficacieuse que faire se pourra, pour estre bonnes & valides, en semble avec toutes les clauses derogatoires de quelconques Loix, Jurisdictions, Coustumes, Droits & Constitutions à ce contraires, ou qui empeschassent du tout ou en partie les dites renonciation & ratification, auxquelles à l'effet & validité que dessus, leurs Majestez Catholiques & Tres-Chrestiennes derogeront, & dés à present elles y derogent entiérement: & pour l'approbation & ratification qu'elles feront de ce present Contract & Capitulation, dés à present come dés lors, elles entendront & entendent auoir derogé à toutes exceptions cy dessus.

Quæ d'autant que leurs Majestez Catholiques & Trés-Chrêtiennes sont venus & viennent à faire les Mariages, afin de tant plus perpetuer & asseurer par ce fort nœud & lien la paix publique de la Chrestienté, & entre leurs Majestez l'amour & la fraternité que chacun esperent entre elles, & en contemplation aussi des justes & legitimes causes, qui montrent & persuadent l'égalité & convenance desdits Mariages par le moyen desquels & moyennant la faveur & grace de Dieu, chacun en peut esperer de tres-heureux succez, au grand bien & augmentation de la Foy & Religion Chrestienne: au bien & benefice commun des Royaumes, suiets & vassaux de deux Couronnes, comme aussi par ce qui touche & importe au bien de la chose publique, & conservation d'icelle. Consideration de telle importance, qu'il seroit à craindre que les occasions qui se presentent de tels Mariages ne fussent prevenus ou tollez: Donques attendu la qualité des susdites & autres justes raisons qui se pourroient dire ou alleger; Leurs Majestez accordent & arrestent par contrat & pacte conventionel entre-elles, qui sortira & aura lieu, force & vigueur de loy ferme & stable à tout jamais, en faveur de leurs Royaumes & de toute la chose publique d'iceux. Que la Serenissime Infante d'Espagne, Dame Anne, & les enfans procréez d'elle, soit mâles ou femelles, & leurs descendans, premiers ou seconds, troisiéme ou quatriéme naiz y-aprés en quelque degré qu'ils se puissent trouver, voire à tout jamais ny puissēt venir ny succeder és Royaumes, Estats, Seigneuries & Dominations qui appartiennent & appartendront à Sa Majesté Catholique, & qui sont compris au-dessous des titres & qualitez mentionnez en cette presente Capitulation, ny en aucuns de ses plus grands Royaumes, Estats, Seigneuries, Provinces, Isles adiacentes, Fiefs, Capitaineries, ny és Frontiéres que Sa Majesté Catholique possede de présent, ou qui lui appartiennent ou pourront appartenir dedans & dehors le Royaume d'Espagne, que par cy-devant leurs Majestez Catholiques & leurs ascendans predecesseurs eurent, possederent & leur appartiendrent, ny en tous ceux qui sont compris en iceux ou dépendans d'iceux ny mêmes en tous ceux que par cy-aprés en quelque temps que ce soit, elle pourroit acquerir ou accroistre & ajoûter aux susdits siens Royaumes, Estats & Dominations, ou qu'elle pourroit retirer, ou qui leur pourroit échoir par dévolus, ou par quelques autres titres, droit ou raison que ce soit ou puisse estre, encore que ce fust durant la vie de la Serenissime Infante Dame Anne, ou aprés sa mort, en celle de qui que ce soit de ses descendans premiers, seconds ou troisieme nez, ou en quelque maniére qui puisse avenir, ou que le cas ou les cas par lesquels ou par droit, ou par les Loix & Coustumes desdits Royaumes, Estats & Dominations, soit par dispositions du titre par lesquels ils puissent succeder ou pretendre pouvoir succeder ésdits Royaumes, Estats, ou Dominations, en tous lesquels susdits cas dés à present ladite Dame Anne Infante, dit & declare estre & demeurer bien & deuëment excluse, ensemble tous ses enfans & descendans, mâles & femelles, encore qu'ils se voulussent, ou pussent dire & prétendre qu'en leurs personnes ne courent ny ne se peuvent & doivent considerer icelles raisons comme de nulle valeur de la chose publique, ny autres esquelles ladite exclusion se pourroit fonder, ou qu'ils voulussent alleguer (ce qu'à DIEU ne plaise) que la succession du Roy Catholique ou de ses Serenissimes Princes & Infantes, & d'abondant des mâles qu'il a & pourra avoir pour ses legitimes successeurs eust manqué & défailly: parce que, comme dit est, en aucun cas ny aucun temps, ny en quelq; maniére qu'il pust avenir, elle ni eux, ses hoirs & descendans n'ont à succeder ny pretendre pouvoir succeder, sans prejudicier ausdites Loix, Coustumes, Ordonnances & dispositions, en vertu desquelles il a succedé en tous ses Royaumes, Estats & Seigneuries, que ce ne soit prejudicier aussi à toutes les Loix des Lieux & Coustumes de la Couronne de France, lesquelles au préjudice des successeurs en icelle, n'empeschent cette susdite execution, aussi bien à present comme en temps & és cas qui different lesdites successions.

A toutes lesquelles considerations ensemble, & à chacune en particulier d'icelles, leurs Majestez dérogent en ce qu'elles contrarient ou empeschent le contenu en ce Contrat ou l'accomplissement & execution d'icelui. Et que pour l'approbation & ratification de cette présente Capitulation, elles y dérogeront & dérogent, veulent & entendent, que la Serenissime Infante & les descendans d'icelle, demeurent à l'avenir & pour jamais exclus de pouvoir succeder en aucun temps, ny en aucun cas és Estats du païs de Flandres, Comté de Bourgogne & de Charrolois, leurs appartenances & depen-

dependances : Leſquels pays & Eſtats furent donnez par ſa Majeſté Catholique à la Sereniſſime Infante, Dame Iſabelle, & qui doivent retourner à ſa Majeſte Catholique & à ſes ſucceſſeurs.

Pareillement auſſi ils declarent tres expreſſement, qu'en cas que la Sereniſſime Infante demeuraſt veuve (ce qu'à DIEU ne plaiſe) ſans enfans de Mariage, qu'elle demeurera libre & franchie de la ſuſdite excluſion, & partant, declarée perſonee capable de ſes droits, & de pouvoir ſucceder en tout ce qui lui pourra appartenir ou échoir en deux cas ſeulement: l'un, ſi elle demeurant veuve de ce Mariage & ſans enfans, venoit en Eſpagne; l'autre ſi par raiſon d'Eſtat pour le bien public, & pour juſtes conſiderations elle ſe remarioit par la volonté du Roi Catholique ſon pere, ou du Prince des Eſpagnes ſon frere, éſquels deux cas elle demeurera capable & habile à pouvoir ſucceder & heriter.

Que ſi-toſt que la Sereniſſime Infante, Dame Anne, aura accompli l'âge de douze ans, & avant que celebrer le Mariage par paroles de preſent, elle donnera, promettra & octroyera ſon eſcrit, par lequel elle s'obligera, tant pour elle que pour ſes ſucceſſeurs, à l'accompliſſement & obſervation de tout ce que deſſus, & de ſon excluſion & de celle de ſes deſcendans, approuvant le tout ſelon comme il eſt contenu en ce préſent contrat & capitulation, avec les clauſes & juremens neceſſaires & requis: & en jurant cette preſente capitulation & la ſuſdite obligation & ratification que ſon Alteſſe aura faite & donnée, elle en fera une autre pareille & ſemblable avec le Roy Tres Chreſtien, ſitoſt qu'elle ſera mariée & épouſée, laquelle ſera enregiſtrée au Parlament de Paris ſelon ſa forme & teneur, comme auſſi dés à preſent Sa Majeſté Catholique ſera approuver & ratifier la dite renonciation & ratification en la forme accouſtumée, la fera auſſi enregiſtrer en ſon Conſeil d'Eſtat, & ſoit que les dites renonciations, ratifications & approbations ſoient faites ou non faites, dés à preſent en vertu de cette capitulation & preſent contrat, & du Mariage qui s'en enſuivra, & en contemplation de toutes les choſes ſuſdites, elles ſeront tenuës & censées pour bien faites & dеüement & octroyées & paſſées.

Quæ in Latino ſonant ut ſequitur:

Sereniſſima Infans, Domina Anna acquieſcet, & ſatis habebit eâ dote, adeo ut in poſterum nullum aliud jus poſſit allegare, aut ullam aliam actionem petitionemve intentare, quaſi prætendat, ſibi competere, aut poſſe competere alia majora bona, jura, rationes, actiones, propter hæreditates & ampliores ſucceſſiones Majeſtatum Catholicarum, Parentum nempe: nec propter reverentiam perſonarum illarum ullo modo, aut quamcunque cauſam, & titulum quemcunque, ſive rem norit ipſa, ſive ignoret: Cùm actiones iſtæ & res ſuperiores, cujuſcunq; ſint ſpeciei & conditionis, illam non abſtineant, quin abdicatio fiat in forma bona & debita, & cum omnibus omninò fiduciis, formis & ſolennitatibus, quæcunque requiri poſſent; & neceſſariæ fuerint; facietque abdicationem illam per verba de præſenti, antequam Matrimonium conſummet: eandem etiam poſt celebrationem Matrimonii continuò approbabit, & ratam habebit conjunctim cum Rege Chriſtianiſſimo, per eaſdem formas & ſolennitates, quas ad priorem adhibuerit abdicationem, imò per eas clauſulas, quas ad effectum & perfectionem videbunt commodiſſimas & neceſſarias.

Ad iſtam abdicationem Majeſtates illæ ex hoc momento, uti tum temporis, obligabuntur, & obligantur ex hoc momento, ſicut tum. Quod ſi fortè abdicatio & ratihabitio minus fiat ſecundùm virtutem præſentis per tranſactionem contractus, æſtimabuntur & cenſebuntur nihilominùs eadem pacta, abdicatio & ratihabitio, ſicuti nunc ita & tum benè & debitè facta, tranſacta & indulta. Fiet autem ille actus in forma maximè authentica & efficaci; quantùm poteſt, ut probus & validus evadat, unà cum omnibus clauſulis derogatoriis, quæ derogant quibuſcunque legibus, juriſdictionibus, conſuetudinibus, juribus & conſtitutionibus contrariis, aut quæ penitùs aliquatenus impediant illas abdicationes, & ratihabitiones, quarum effectui, & validitati, uti dictum, Majeſtates Chriſtianiſſima & Catholica derogabunt, quemadmodum ex hoc ipſo momento penitiſſimè derogant, & ad approbationem & ratihabitionem, quam de præſentibus pactis, & conventis præſtabunt, jam nunc, ſicuti tum, intelligent, & intelligunt, derogâſſe omnibus ſuperioribus exceptionibus.

Quoniam verò Majeſtates Chriſtianiſſima & Catholica conſtituerunt & conſtituunt facere hoc Matrimonium, ut eò magis perpetuetur, & nodô vinculoque arctiore conſtringatur pax publica orbis Chriſtiani, & inter Majeſtates illas benevolentia fraternitaſque, quàm nemo non ſperat mutuam, conſtet, expenſis etiam juſtis & legitimis cauſis, quæ demonſtrant & perſuadent æqualitatem & aptitudinem iſtorum Matrimoniorum, ex quibus, annuente divinâ gratia, & favore, univerſi & ſinguli queant ſibi ſpondere ſucceſſus quoſvis proſperrimos in ſummum bonum & incrementum fidei & Religionis Chriſtianæ, ad emolumentum, & commune Regnorum, Provincialium & Vaſallorum, quos utraque Corona fovet, beneficium, quemadmodum etiam, quantum Reipublicæ intereſt, & conſervationem illius ſpectat: quæ conſideratio profectò tanti eſt momenti, ut metuendum ſit, ne occaſiones, quæ ſeſe præbent in ejuſmodi Matrimoniis, præcipiantur & tollantur.

Itaque propter merita ſuperiorum, & aliarum rationum juſtarum, quæ proferri & adduci poſſent, Majeſtates illæ, conſentiunt & concludunt per contractum & pactum conventionale mutuum, quod præſtabitur & obtinebit vim & vigorem legis, in perpetuum ſummæ & ſtabilis, ad emolumentum ſuorum Regnorum, & univerſæ Reipublicæ eorundem, ut

Serenissima Infans Hispaniæ Domina Anna Austriaca, & liberi ex illa nati, sive mares sive fœminæ, adeoque descendentes primi, secundi, tertii, aut quarti ordinis deinceps, quocunque in gradu queant inveniri, imò in sempiternum, non possint venire, nec succedere in Regnis, Statibus, Dynastiis & Dominiis, quæ competunt & competent Majestati Catholicæ, & quæ continentur sub titulis & nominibus in hac capitulatione memoratis, nec etiam in ullo vastorum Regnorum, Statuum, Dynastiarum, Provinciarum, Insularum adjacentium, feudorum, Capitaneatuum, neque in limitibus, quos Majestas Catholica hoc tempore possidet, aut ipsi competunt, vel competere possunt, intra & extra Regnum Hispaniæ, & antehac Majestates Catholicæ, & ascendentes Majores habuêre, possedêre, & obtinuêre, neque in omnibus illis, quæ comprehenduntur in iisdem, aut dependent ab iisdem, neque etiam in omnibus illis, quæ imposterum quocunque tempore ipsa posset acquirere, augere, & adjicere ad sua Regna, Status & Dominia, aut posset recuperare, vel possent accidere per devolutionem, aut quoscunque alios titulos, jura, aut rationem quamcunque, tametsi superstes fuerit Serenissima Infans Domina Anna, aut, cùm vitam mortalem exuerit, quicunque ipsius descendentes, primi, secundi, aut tertii ordinis nascendi; aut quacunq; ratione id possit evenire, aut casus unus pluresve, per quos aut per jus, aut per leges & consuetudines eorundem Regnorum, Statuum & dominiorum, sive per dispositiones alicujus tituli, quo possent succedere, aut successionis facultatem prætendere in eadem Regna, Status aut Dominia.

In quibus omnibus casibus ab hoc ipso momento eadem Domina Anna Infans dicit & declarat, sese esse & in perpetuum fore benè ac debitè exclusam, unà cum omnibus suis liberis & descendentibus, masculis ac fœmellis, tametsi vellent, aut possent dicere & prodere, in ipsorum personis non currere, nec posse aut debere considerari easdem rationes veluti nullius valoris in republicâ, aut aliis causis, in quibus illa exclusio posset fundari, aut ubi vellent allegare (quod DEUS avertat) successionem Regis Catholici, aut Serenissimorum ipsius filiorum Principum aut Infantum, prætereà etiam masculorum, quos habet & habere poterit pro legitimis successoribus, defecisse atque desiisse: quia ut dictum, nullo casu, nec ullo modo, aut ullâ ratione, quam sors tulerit, ipsa nec illi ipsius hæredes, & descendentes nequeunt succedere, nec prætendere facultatem succedendi, sine præjudicio illarum legum, consuetudinum, statutorum, & Dispositionum, quarum virtute Ipse successit in omnia sua Regna, Status, & Dynastias; sine præjudicio etiam omnium legum quæ alicubi vigent, & consuetudinum, quas corona Galliæ tenet, & non impediunt in præjudicium successorum in eâ Superiorem istam executionem, non minùs hoc præsenti tempore, ac per tempestatem, & casus, qui illas successiones adferunt.

Quibus omnibus considerationibus simul, & singulis particulatim earum Majestates illæ derogant, in quantum adversantur, aut impedimento sunt pactis istis, aut perfectioni & executioni eorundem: prætereà quoque intuitu approbationis & ratihabitionis hujus præsentis Capitulationis derogabunt illis & derogant, volunt & intelligunt, ut Serenissima Infans & descendentes ipsius sint imposterum, & in perpetuum exclusi â facultate succedendi, ullo unquam tempore, & qualicunque casu, in Statibus Flandriæ, Comitatu Burgundiæ, & Carolosii, illorumque annexis & appendicibus: quæ Provinciæ & Status dati fuere à Majestate Catholica Serenissimæ Infanti, Dominæ Isabellæ, debentque redire ad Majestatem Catholicam & ipsius successores.

Declarant etiam similiter expressissimè, ut, si fortè Serenissima Infans destituatur Vidua, (quod DEUS avertat) sine liberis ex hoc Matrimonio susceptis, libera & immunis maneat ab ista exclusione, & perinde declaretur capax suorum jurium & facultatis succedendi in omnia, quæcunque ipsi possent competere aut accidere, in duobus duntaxat casibus: si vidua ex hoc matrimonio & sine Liberis redeat in Hispaniam, deinde si in Emolumentum Reipublicæ, ob commune Commodum, & per justas Considerationes ipsa ad secundas nuptias transeat per voluntatem Regis Catholici, Parentis, aut Principis Fratris: juxta quem geminum casum manserit capax & habilis successionis & hæreditatis.

Quamprimùm igitur Serenissima Domina Anna absolverit annum ætatis duodecimum, & antequam matrimonium celebretur per verba de præsenti, dabit, promittet, & indulgebit scriptum aliquod; quò sese adstringet, tum suo tum successorum nomine, ad perfectionem & observationem omnium eorum, quæ hactenus dicta sunt, utique exclusionis propriæ & descendentium, approbabitque omnia, quemadmodum in his pactis & capitulatione continentur, cum clausulis & juramentis necessariis ac requisitis: jurabitque hanc ipsam Capitulationem, & illam obligationem ratihabitionemque, quam Celsitudo ipsius fecerit & dederit: dabit etiam geminam & similem cum Rege Christianissimo, quamprimùm matrimonium & sponsalia perficientur, ut ad Parlamenti Parisiensis acta referatur juxta formam suam & tenorem: quemadmodum etiam ex hoc ipso momento & Majestas Catholica approbabit & ratihabebit in forma consueta eandem abdicationem ac ratihabitionem, ut inseratur actis Consilii sacri. Sive autem eædem abdicationes, ratihabitiones & approbationes fiant, aut non fiant, æstimabuntur tamen & censebuntur ex hoc ipso momento, virtute istius Capitulationis & Pacti, adeoque matrimonii secuturi, & ob Considerationem omnium illorum quæ memorata sunt, ritè facta, & debitè indultæ atque transactæ.

Non poterant vel plura vel efficaciora verba reperiri, quibus & suam Regalis Sponsa renunciationem, & suum Rex Sponsus assensum exprimeret. Prolixè omnibus & singulis renunciatum est juribus, titulis, consuetudinibus, dispositionibus, remediis & prætextibus, pro renunciante & liberis ex Gallicano thoro generatis, 40

Eorum robur & virtus.

ratis, ut clarius nihil excogitari, nec inhærens obligatio arctiùs stringi potuisset; Ita etiam ab Infante *Anna*, ante & post consummatum matrimonium, *ipsoque Rege* Christianissimo *sanctissimis juramentis* confirmata, & inter leges Hispaniæ & Galliæ sempiternas, in utriusque Regni Dicasteriis annotari solitas, relata, neque ab ullo mortalium in dubium vocata fuit isthæc Renunciatio. Quæ omnia Rex ipse Catholicus Philippus IV. qui sensum pacti præcipuè noverat, in ultimo suo elogio repetiit, verbis tam dilucidis tamque disertis, ut nemo refragari possit, nisi apud quem pactum, non pactum, & non pactum, pactum est, quoties ipsi lubet; cùm tamen ad ejusmodi tam publicas & solennes pactiones permitti non debeat, ut penetrent argutiæ Causidicorum, quæ in privatorum conventionibus intervenire solent, veluti de minorennitate filiæ renunciantis, de enormi ejusdem læsione, de non numerata tempestivè dotali pecunia, & alia id genus, quæ hodie in vulgus jactata sunt. Quos omnes Cavillos nulla magis quàm Gallica Jurisprudentia explodere solet, ut videre est apud *Annaum*, *Robertum*, *Chopinum*, *Charondam*, *Meinhardum*, *Fabrum*, aliosq; plurimos primæ notæ Autores; inter quos celeberrimus Arrestorum collector *Louet* & subnotator ejusdem *Brodeau* inter res constanter à Supremis Tribunalibus judicatas refert; ejusmodi renunciationes filiarum, non attentâ minorennitate, aut læsione, semper pro firmis habitas fuisse, præsertim quæ tendunt ad illustrium familiarum conservationem. Verba præd. *Brodeau lit. R. n.* 17. sunt: *c'est chose certaine & reglée par les arrests, que telles renuntiations aux successions futures, directes & collaterales, par un contract de Mariage, duquel les clauses, contenantes les renuntiations, sont accessoires & coherentes, prennent la meme nature, soit entre Nobles ou Roturiers, & que les Filles n'en peuvent estre relevées pour quelque cause & pretexte que ce soit, de minorité, Crainte ou lesion enorme, &c.* Neque vis ponenda est in verbis pactis nuptialibus insertis: *Qu'à moyennant le payement effectif fait à sa Majesté tres-Christienne des dits cinq cent mille Escus aux termes qu'il a esté cy devant dit, la dite Serenissime Infante se tiendra pour contente &c.* quia æquitas moræ purgationem semper admittit, nec unquam moræ effectus est, ut contractus propterea rescindatur, sed solummodo damnum sarciatur, quia, ut *Molinæus* Pragmaticorum Galliæ Coryphæus ait: Filia non per numerationem dotis, sed per conventionem excluditur.

Igitur de quo supra facta est mentio, jus repræsentationis, si aliunde locum posset habere, nihil tamen prodesset Serenissimo Delphino, cujus Mater cum omni posteritate sua in infinitum à Successione Regia est exclusa, (1.) per renuntiationem juratam, (2.) per mortem, (3.) utriusque Regis authoritate, (4.) in conventu & cum applausu totius orbis Christiani, assistentibus ipsis Regibus, cum familiis Regii Sanguinis, ac primis Proceribus utriusque Regni, (5.) per insertionem utriusque Regni tabulis, (6.) confirmatione utriusque Regis corporali juramento coram sanctissimo, (7.) per Instrumenta Pacis Pyrenecæ, ob publicam utriusque Regni utilitatem inita, (8.) post primam Galliæ oppositionem per subsecutos trinos tractat⁹ denuò reiteratos & repetitos Aquisgrani, Neomagi & Riswici: Ex quibus omnibus patet, quòd jus S. C. Majestati acquisitum, testamento Regis neutiquam potuerit adimi.

Perpensâ potius utilitate & necessitate renuntiationis factæ, Status seu Ordines Generales Regni Castelli Madriti *anno* 1618. congregati, suggesserunt Regi Philippo, ac supplicârunt, ut lege perpetuâ renuntiationem confirmaret, & virtute illius liberi ex matrimonio hoc prognati ab omni successione Hispanica æternum excluderentur: Rex Philippus examinatâ denuò & maturè discussâ re, legem tulit, & promulgavit, quæ in novo Legum Hispanicarum Codice Madriti anno 1640. impresso verbis luculentis continetur: Quam frustra *Georg. d'Aubusson* in Tract. nominato, *La defense du Droit de Maria Therese d'Austriche Reine de France à la succession des Couronnes d'Espagne, cap.* 10. *& seqq.* impugnat; quia si Constitutio de Anno 1618. excludens à Successione filias maritatas in Franciam esset nulla, tanquam lata contra utilitatem publicam, cùm omnia ferè Regna per matrimonia creverint & acquisita sint: Cur ipse Legem Salicam, excludentem omnes exteros ex filiabus Gallicis natos, tantis laudibus extollit, Hispanos verò eandem in suis Regnis legem ferentes reprehendit? Immemor præcepti Divini, ut idem concedat aliis, quod ipse suæ Nationi justum & æquum esse arbitratur. Neque defuit authoritas Hispanicæ Constitutioni, quasi Reges suâ authoritate non potuerint successionem filiarum in Regno Hispaniarum, à Rege Pelagio à Seculis observatam, juri Divino, naturali & gentium consentaneam tollere, sine confusione coronarum, & certa insequentis belli ruina: damnat hoc ipsô argumentô Author Legem Salicam, nec unquam hinc evincit, filias Hispanicas in Regnum Franciæ maritatas, à successione in Regno, pro salute & pace totius Europæ non posse excludi, si præsertim & Sponsi & Sponsæ liberrimus consensus, solennis, juratus, multoties approbatus & ratificatus accedat, ut contraria propositio sit scandalosa, à DEO, totaque Religione Christiana damnata & rejecta.

Concordant planè omnia, & ejusdem cum superioribus sunt efficaciæ, quæ tabulis Connubii inter Philippi IV. filiam Infantem Mariam Theresiam & Ludovicum XIV. modernum Franciæ Regem Anno 1659. contracti exprimuntur, ut penè descripta tantum superior formula videri potuisset, nisi enixioris contrahentium voluntatis declarandæ, & si fieri potuisset,

arctandæ magis obligationis ergò, novæ quædam clausulæ additæ fuissent, sequentibus omnino verbis, ex articulis 5. & 6. dictarum Tabularum matrimonialium depromptis:

41 Renontiatio Infantis Mariæ Theresiæ.

Que la Serenissime Infante d'Espagne Dame Marie Therese, & les enfans procréez d'elle, soit mâles ou femelles & leurs descendans, premiers ou seconds, trois ou quatre nez cy-aprés, en quelque degré qu'ils se puissent trouver, voire à tout jamais, ne puissent succeder, ny succedent és Royaumes, Estats, Seigneuries & Dominations, qui appartiennent, & appartiendront à sa Majesté Catholique, & qui sont compris au dessous des titres & qualitez mentionnées en cette présente Capitulatiõ, ny en aucun de ses autres Royaumes, Estats, Seigneuries, Provinces, Isles adjacentes, Fiefs, Capitaineries, ny és Frontieres que sa Majesté Catholique posséde de present, ou qui lui appartiennent, on pourront appartenir, tant dedans que dehors le Royaume d'Espagne; & qu'à l'avenir, sa dite Majesté Catholique ou ses Successeurs, auront, posséderont, & leur appartiendront, ny en tous ceux qui sont compris en iceux ou dependans d'iceux, ny mesme en tous ceux que par cy-aprés, en quelque temps que ce soit, elle pourroit acquerir, ou accroistre, & ajouster aux susdits siens Royaumes, Estats, & Dominations ou qu'elle pourroit retirer, ou qui luy pourroient échoir par devolus, ou par quelques autres Titres, Droits ou raison que ce puisse estre, encore que ce fust durant la vie de la dite Serenissime Infante Dame Marie Therese, ou aprés sa mort, en celle de qui que ce soit de ses descendans, premiers, seconds, troisiémes nez ou ulterieurs, que le cas, ou les cas, par lesquels, ou de droit, ou par les Loix & Coustumes des dits Royaumes, Estats, & Dominations, soit par dispositions des Titres, per lesquels ils puissent succeder, ou pretendre que la succession ésdits Royaumes, Estats, ou Dominations leur deust appartenir. En tous lesquels susdits cas dés-à-present la dite Dame Marie Therese Infante dit & declare estre & demeurer bien & deüement excluse, ensemble tous ses enfans & descendans mâles & femelles, encore qu'ils se voulussent, ou pussent dire & pretendre, qu'en leurs personnes ne courent, ny ne se peuvent, & doivent considerer les dites raisons de la chose publique ny autres esquelles la dite exclusion se pourroit fonder, ou qu'ils voulussent alleguer (ce qu'à DIEU ne plaise,) que la succession du Roy Catholique ou de ses Serenissimes Princes & Infantes & d'abondant des mâles qu'il y & pourra avoir pour ses legitimes successeurs, eust manqué & defailli; parceque comme il a esté dit, en aucun cas, ny en aucun temps ny en quelque maniére qui peut advenir, ny elle, ny eux, ses hoirs & ses descendans n ont à succeder ny pretendre pouvoir succede,r; non obstant toutes Lox, Coustumes, Ordonnances & dispositions, en vertu desquelles on a succedé en touts les dits Royaumes, Estats & Seigneuries: Et non obstant aussi toutes les Loix & Coustumes de la Couronne de France, qui au prejudice des successeurs en icelle, s'opposent à cette susdite exclusion, aussi bien à present comme aux temps à venir, & au cas qui auroient long temps differé les dites successions: A toutes lesquelles considerations ensemble, & àchacune en particulier d'icelles leurs-dites Majestez dérogent, en ce qu'elles contrarient ou empeschent le contenu en ce Contrat, ou l'accomplissement, & execution d'iceluy: & que pour l'approbation & ratification de cette presente Capitulation, elles y derogent, & les tiennent pour derogées; veulent & entendent, que la Serenissime Infante & les descendans d'icelle demeurent à l'avenir, & pour jamais exclus de pouvoir succeder en aucun temps, ny en aucuns cas, és Estats du païs de Flandres, Comté de Bourgogne, & de Charollois, leurs appartenances & dependances. Pareillement aussi ils declarent tres-expressement, qu'en cas que la Serenissime Infante demeurast veuve (ce qu'à DIEU ne plaise) sans Enfans de ce Mariage, qu'elle demeurera libre & franche de la dite exclusion, & partant declarée personne capable de ses droits, & pouvoir succeder en tout ce qui lui pourra appartenir, ou echoir en deux cas seulement: l'un, si elle demeurant veuve de ce Mariage, sans enfans, venoit en Espagne; l'autre si par raison d'Estat pour le bien public, & pour justes considerations elle se remariast, par la volonté du Roy Catholiqué son Pere ou Prince son frere, esquels deux cas elle demeurera capable & habile à pouvoir succeder & heriter. Que la Serenissime Infante Dame Marie Therese, avant que de celebrer le Mariage, par paroles de present, donnera, promettra, & octroyera son écrit, par lequel elle s'obligera, tant pour elle, que pour ses successeurs heritiers, à l'accomplissement & observation de tout ce que dessus, & de son exclusion & de celle de ses descendans, approuvera le tout selon comme il est contenu en cette presente Capitulation, avec les clauses & juremens necessaires & requis. Et en inserant la susdite obligation & ratification, que son Altesse aura donnée & faite à la présente Capitulation, elle en fera une autre pareille & semblable, conjointement avec le Roy Tres-Chrestien, si tost qu'elle sera epousée & mariée, laquelle sera en registrée au Parlement de Paris selon la forme accoustumée, avec les autres clauses necessaires. Comẽ aussi de la part de Sa Majesté Catholiq; Elle fera approuver & ratifier la renonciation & ratification en la forme & force accoustumée, avec les autres clauses necessaires; la fera aussi enregistrer en son Conseil d'Estat. Et soit que les dites renonciations, ratifications & approbations soient faites, ou non faites; dés-à-present, en vertu de cette presente Capitulation & du Mariage qui s'en ensuivra, & en contempla-

plation de toutes les susdites choses, elles seront tenües & censées pour bien & deüement faites & octroyées, & pour passées & registrées dans la Parlement, de Paris par la publication de la Paix dans le Royaume de France.

Qui renunciationis Articuli, cùm & insuper à Rege Philippo IV. non absque singulari religionis sensu in Testamento suo superiùs Hispanico Idiomate expresso cooptati fuerint, ibi ex adjuncta interpretatione latina uberius poterunt intelligi. Quantum autem obligationem æternam & inviolabilem in Personis Regis & Reginæ hæc Renunciatio secum ferat, explicat celebris Politicus *Hugo Grot. de jur. Pac. & Bell. lib.* 3. *c.* 25. *n.* 1. his verbis: *Et justitia quidem in cæteris suis partibus, sæpè habet aliquid obscuri: at fidei vinculum per se manifestum est, imò ideò quoque usurpatur, ut de negotiis omnis dematur obscuritas. Quò magis Regum est, religiose hanc colere, primùm conscientiæ, deinde & famæ causâ, quâ stat Regni auctoritas. Ne dubitent igitur, eos, qui ipsis fallendi artes instillant, id ipsum facere quod docent. Non potest diu prodesse doctrina, quæ hominem hominibus insociabilem facit; adde, & DEO invisum.* De communi consuetudine; quod mulieres facere soleant amplissimas renunciationes, & mariti ex iis particulariter obligentur, passim in Europa constat, & sufficit, si Consensus Mariti etiam ex post facto, & per ratificationem subsequatur, *Gomes. ad L.* 55. *Tauri, n.*6. De Alphonso Rege scribit *Roderic. Tolet. lib.* 9. *c.* 15. & 16. inter alia convenisse, ut Regis Sorores Regi restituerent omnia bona quæ tenebant, & ipsæ essent provisione contentæ, quam eis Rex & Regina assignârunt, & si quid juris in Regno habebant, simpliciter resignarent. *Mariana lib.* 12. *cap.* 15. memorat, Sanctiam & Dulcem, ex priore Conjugio natas, heredes Regni scriptas esse à Patre Alphonso, exhæredatô filiô Ferdinando, ambas tamen Sorores pactas triginta aureorum millia annua, fratri Regni jura cessisse.

Conventioni suprapositæ Infans Maria Theresia, antequam in Gallicam potestatem concederet, exactissimè, quemadmodum Hispanici Sanguinis Principem decet, satisfecit, duobusque à se subscriptis, & deinde unà cum ipsa conventione Matrimoniali in acta publica Consiliorum Hispanicorum regestis Instrumentis, alterô omnium hereditatum, aliorumve jurium seu petitionum: alterô ratihabitæ exclusionis à Provinciis & Regnis, eorumque cessionis, utrumque corporali juramento corroboravit. Renuntiationis Instrumentum jam supra est positum, alterum exclusionis sequitur sequentibus verbis conceptum:

42 Instr. Exclusionis Infantis Mariæ Theresiæ.

Quoy qu'en vertu & accomplissement du dit Article je me declare, & tiens pour excluse & esloignée, & les enfans & Descendans de ce Mariage pour exclus & inhabilités absolument & sans limitation, difference ou distinction des personnes, degrés, sexes & temps, de l'action & Droit de succeder aux Royaumes, Estats, Provinces, Terres & Seigneuries, de cette Couronne d'Espagne, exprimez & declarez par iceluy, & que je veux, & consens pour moy, & pours les dits miens Descendans, que dés maintenant, comme pour lors, on les tienne comme cedez & transferez à celuy qui se trouvera le plus proche en degré (à cause que moy, & eux sommes exclus, inhabiles & incapables) & immediat au Roy, par la mort duquel il vaquera & se devra regler, & deserer la succession des dits Royaumes, & afin qu'il les tienne & poslede comme legitime, & vray successeur, de mesme façon que si moy, & mes descendants ne fussions pas nez, ny étions au monde, per ce que nous devons estre tenus, & reputez pour tels, afin qu'en ma personne, & en la leur l'on ne puisse considerer, ny faire fondement de representation active ou passive, principe ou continuation de lignée effective ou contentive de substance, de sang ou de qualité; ny tirer la descendance & computation des degrez de celle du Roy mon Seigneur, ny de celle des glorieux Roys ses Predecesseurs, ny pour aucun autre effet, afin d'entrer en la succession, ou préoccuper le degré de proximité & d'en exclurre la personne qui se trouvera (comme dit est) proche en degré: & je promets & m'oblige en foy & parole Royale, qu'en tout ce qui dependra de moy, & de mesdits Enfans & Descendants, l'on procurera tousjours & en tout temps, que l'observance & accomplissement du dit article, & de ce mien Acte, que je fais pour son approbation, & confirmation, soit inviolable, sans permettre, ny consentir que l'on aille ou agisse au contraire, directement, ou indirectement, en tout, ou en partie; & je desiste & cede tous, & quelconques remedes sçeus ou ignorez, ordinaires ou extraordinaires, & qui nous pourroient appartenir par Droit, comun, ou Privilege special à moy ou à mes dits Enfants & Descendants, pour reclamer, dire & alleguer contre ce que dessus; & je renonce à tous, & specialement à celuy de la restitution *in integrum* fondée sur l'ignorance, ou inadvertence de minorité ou sur lesion evidente, enorme & tres-enorme, que l'on pourroit considerer estre intervenüe dans la desistance, & renonciation, du Droit de pouvoir succeder en aucun temps à tant, & à de si grands Royaumes, Estats, & Seigneuries; & je veux que nul des dits remedes ny aucuns autres de quelconq; nom, caractere, importance & qualité qu'ils soyent, nous servent, ou nos puissent servir judiciellement, ou extrajudiciellement, & que si nous les intentions ou taschons de les deduire en voye de justice & contestation, l'on nous dénie, & ferme toute sorte d'audience, & si de fait ou sous quelconque couleur mal pretendüe, nous defiant de la Justice (parceque nous devons tousjours reconnoistre, & confesser, que nous n'en

n'en avons aucune pour succeder aux dits Royaumes) nous les voulussions occuper par force d'armes, faisant, ou mouuant guerre offensive, que dés maintenant comme pour lors, l'on la tienne, juge & declare pour illicite, injuste & mal attentée, & pour violence, invasion, & usurpation tyrannique & faite contre raison, & conscience; & qu'au contraire on juge, & qualifie pour juste, licite, & permise celle qui se viendroit à faire, ou mouuoir par celui qni y deuroit succeder, à mon exclusion & & de mes dits Enfans, & Descendants; lequel ses sujets & habitans deuront recevoir, & obeir, lui faire & prester serment, & hommage de fidelité, & le servir comme à leur Roy & Seigneur legitime; & j'affirme & certifie, que pour octroyer cet acte, je n'ay été induite, attirée, ny persuadée par le respect, & veneration que je dois, & ay pour le Roy mon Seigneur, comme à Prince si puissant, & comme à Pere qui m'aime tant, & que j'aime & qui me tient, & m'a tenüe sous la puissance Paternelle; parceque veritablement en tout ce qui se passe & s'est passé au regard de la conclusion & effet de Mariage, touchant le dit accord, & Article de mon exclusion, & de celle de mes Descendants, j'ai eu toute la liberté, que j'ai pû souhaiter pour dire & declarer ma volonté, sans que de sa part ou d'aucune autre personne l'on m'ait fait aucune peur ny menace, pour m'y induire, ou attirer à faire aucune chose contre elle. Et pour plus grande validité & asseurance de ce qui est dit, & promis de ma part, je jure solemnellement par les Evangiles contenus en ce Missel (sur lequel je mets la main droite,) que je le garderay maintiendray & accompliray en tout, & par tout, & que je ne demanderay point de dispence de ce serment à nostre tres saint Pere, ny au Saint Siege Apostolique, ny à son Legat, ou à aucune dignité qui auroit faculté de me la puovoir octroyer; & que si l'on me l'octroyeroit à mon instance, ou de quelconque Université, ou personne particuliére, ou *motu proprio*, encore que ce seroit seulement afin de pouvoir entrer en jugement sans toucher à la substance des dits remedes, & de la force de cet acte, & du Traité, que l'approuve par icelui, je ne me prevaudray point, ny m'en serviray; au contraire, en cas que l'on me l'octroyeroit, je fais un autre semblable serment, afin qu'il en aye, & demeure tousjours un sur toutes les dispenses, qui me seront octroyées; & sous le mesme je dis & promets, que je ne fais, ny ferai aucune potestation, ou reclamation en public, ou en secret, qui puisse empescher, ou diminuer la force du contenu en cet Acte, & que si je la fais (encore qu'elle soit sous serment) elle ne sera d'aucune valeur, & ne pourra avoir aucune force ny effect; & je supplie sa Sainteté, que puisque ce Mariage, & son Traité a été conclu, & accordé avec sa sainte & Apostolique approbation, & se doit effectuer & celebrer avec sa benediction, il lui plaise d'accroistre la force du lien, & religion de ce mien serment, par l'autorité de sa confirmation Apostolique; & je promets & m'oblige, qu'en conformité, & accomplissement de l'Article 6. susmentionné, aussitost que j'arriverai au lieu, où le Roy tres-Chrestien me doit recevoir, je ferai & ferai faire, avec son interventiõ & autorité, & conjointement avec sa Majesté tres-Chrestienne, & avec toutes les clauses, serments & conditions necessaires, & convenables, un autre semblable Acte de confirmation & ratification de celui qui a esté fait, & depesché dans cette Cité de Fontarabie, où se trouve à present le Roy Catholique mon Seigneur avec sa Cour & Palais, le second jour de Juin de cette Année mille sixcent & Soixante, en presence du Roy nostre Maistre. Et pour plus grande solemnité, autorité & validité de cet Acte, sa Majesté, Catholique a dit pour l'accomplissement des Articles 5, & 6. y inserez, que pour ce qui regarde la cause publique, & le bien commun de ses Royaumes, Suiets & Vassaux d'iceux, elle confirmoit, & à confirmé cet Acte selon & en la forme que l'a fait, & fait depescher la Serenissime Infante Madame Marie Therese, Reyne promise & future de France, sa tres-chere & tres-aimée Fille, & que de son propre mouvement, certaine science, pleine & absoluë Puissance & comme Roy & Seigneur, qui ne reconnoit point de Superieur dans le temporel, elle suppleoit, & vouloit que l'on tint pour suppléez par sa Royale autorité quelconques defauts, ou omissions de fait ou de droit, de substance, ou de qualité, de Stile ou de Coustume, qu'il y pourroit avoir en cet Acte, & qu'elle confirmoit, & approuvoit specialement & particulierement ledit Article 5. & ce qui est resolu, & arresté par iceluy entre sa Majesté Catholique & Tres-Chrestienne de France, & qu'elle vouloit, & commandoit qu'il auroit force, & vigueur de Loy & de Sanction pragmatique, & que comme tel il seroit receu & se garderoit, observeroit & executeroit dans tous ses Roaumes, Etats, & Seigneuries, sans prendre esgard aux Loix, Ordonnances, Usages, & Coustumes qu'il y auroit, ou pourroit avoir au contraire, auxquelles elle derogeoit, & veut que pour cette fois elles soyent tenuës pour abrogées & derogées, encore qu'elles seroient telles, & de telle qualité, que pour leur derogation seroit requise, & necessaire une autre plus expresse, & speciale mention; & commanda que l'on le scelleroit avec son scel Royal & qu'il seroit enregistré & publicé en son Conseil d'Etat, & dans les autres, auxquels il appartiendra, &c.

Quæ latino sermone sic inseri placuit:

Virtute etiam & in implementum dicti articuli me declaro & teneo exclusam & semotam, meosque liberos & descendentes ex hoc matrimonio inhabiles & exclusos absolutè & illimitatè, absque differentiâ aut distinctione perso-

personarum, graduum, sexûs & temporis, ab omni successione juréque & spe succedendi in regna, status, provincias, Dominia, & loca hujus Coronæ Hispanicæ dicto Articulo enunciata & declarata, volens & consentiens pro me & dictis meis descendentibus, ut jamnunc sicut tunc cessa & translata reputentur in illum, qui gradu proximus reperietur (quandoquidem ego & illi exclusi, inhabiles & incapaces sumus) & immediatus Regi, per & propter cujus mortem vacabit, constituique & deferri debeat successio dictorum Regnorum, ut ea obtineat & possideat, ceu legitimus & verus possessor, perinde ac si ego & descendentes mei nati non fuissemus aut luce non frueremur, nam pro talibus haberi & censeri debemus, adeò ut nec in mea nec in illorum persona considerari aut attendi possit repræsentatio activa aut passiva, principium aut continuatio lineæ effectivæ autem contentivæ, substantiæ, sanguinis aut qualitatis, nec supputari gradus juxta descendendi rationem, sive à Rege Domino meo, sive à gloriosis Regibus illius decessoribus, nec ullâ aliâ ratione subintrari in successionis ordinem aut occupari gradus proximitatis & excludi persona, quæ reperietur, uti dictum est, gradu propinqua. Promitto quoque fideque & verbô Regiô recipio in omnibus, quæ à me meisque liberis & descendentibus dependent, semper & omni tempore curatum iri, ut observatio & impletio dicti Articuli & hujus mei actûs, quo illum approbo & confirmo inviolata permaneat, nec permittatur aut assensus præbeatur, ut illi contraveniatur, directè aut indirectè, in toto aut parte, me abdicans & cedens omnibus & singulis remediis, notis aut incognitis, ordinariis & extraordinariis, quæ competere possent jure communi aut privilegio speciali, mihi aut dictis meis liberis & descendentibus, eò fine ut aliquid proferre, dicere aut allegare possimus, contra id, quod superius constitutum est; omnibus siquidem renuntio, speciatim Restitutioni in integrum ob ignorantiam seu inconsiderantiam minoris meæ ætatis, aut læsionem evidentem, enormem vel enormissimam, quæ prætendi posset intervenisse in abdicatione & renuntiatione juris succedendi ullo tempore tot & tam vastis regnis, statibus & dominiis, voloque ut nullum dictorum remediorum, nec aliud ullum cujuscunque nominis, caracteris, ponderis & qualitatis nobis proficiat aut prodesse possit in judicio aut extra illud, sique ea in judicium deducamus, aut deducere satagamus, ut nobis omnis audientia negetur & præcludatur: sin factô & sub colore aliquo malè prætenso, justitiæ diffisi (quandoquidem semper agnoscere & fateri debemus, quod nulla nobis in successione dictorum Regnorum suffragetur) vi armorum ea occupare velimus bellum gerendo aut movendo offensivum, ut illud jam nunc uti tunc habeatur, judicetur & declaretur illicitum, injustum & malè cœptum, simulque adeo violentia, invasio & usurpatio tyrannica, suscitata contra rationem & conscientiam, & in contrarium, ut judicetur & nominetur vis justa, licita & permissa illa, quam inferri aut moveri contigerit per illum, qui succedere habet, me meisque liberis & descendentibus exclusis, quem omnes subditi & incolæ recipere debebunt, eique uti Regi illorum & Domino legitimo obedire atque Sacramentum & fidelitatem jurare réque ipsâ servire. Ad actum hunc edendum affirmo & profiteor, me non inductam aut persuasam respectu reverentiali, quem debeo & exhibeo Regi Domino meo, uti Principi tam potenti & tanquam patri, qui me tantoperè diligit, quemque vicissim diligo, quique me habet & habuit sub patriâ potestate, quoniam reverà in omnibus, quæ peraguntur & peracta sunt in concludendo & ad effectum deducendo matrimonio hoc, inque stabiliendo Articulo exclusionis meæ meorúmque descendentium, omni libertate gavisa sum, quam desiderare aut optare potuerim, dicendi & declarandi meam voluntatem, absque ullo ab ipso aut quâcunque aliâ personâ mihi injecto metu, aut ingestis minis, ut ad aliquid faciendum invita permoverer aut cogerer. Ad majorem validitatem & securitatem dictorum & à me promissorum, juro solenniter per & super sancta Evangelia contenta in Missali hoc quod impositâ manu dextrâ tango, quod illa observabo, custodiam, & implebo in omnibus & per omnia, quódque nullam dispensationem hujus juramenti petam à nostro Sanctissimo Patre, nec à sancta sede Apostolicâ, aut ab ipsius Legato, ulláve dignitate, quæ illam concedendi potestatem haberet, & si mihi, concederetur, me ulláve Universitate aut personâ particulari petente, aut motu proprio, licèt ad eum finem solùm, ut judicium adire possem illæsâ substantiâ dictorum remediorum, & integrâ validitate hujus actûs & tractatûs, quem per hunc approbo, illam non recipiam, nec ullâ utar, quin contra, quoties talis dispensatio juramenti mihi concederetur, aliud nunc facio juramentum post dispensationem rursus valiturum, ita ut semper sit & maneat juramentum post & super omnes dispensationes, quæ mihi concedi valeant aut poterunt. Sub eodem juramento dico & promitto, me non fecisse aut facturam esse ullam protestationem aut contradictionem palam aut clam, quæ impedire aut imminuere valeat vim contentorum in hoc actu, & si fecero, etiam jurata, illam non valituram nec ullum robur habituram aut effectum sortituram esse. Supplico pariter Sanctitati suæ, cùm matrimonium hoc initum illiusque tractatus conventus & conclusus fuerit sanctâ & Apostolicâ ipsius approbatione accedente, effectui mandari & celebrari Sanctitate suâ benedicente debeat, ut authoritate Apostolicæ suæ confirmationis vim quoque seu robur augere dignetur vinculi & religionis hujus mei Sacramenti. Promitto porrò & memet obligo secundum tenorem & implementum supradicti Articuli 6. statim atque pervenenero in locum, ubi Rex Christianissimus me recepturus est, facturam me & fieri curaturam, auctore ac interventore Rege Christianissimo & unà cum illo, aliud simile instrumentum, omnibus clausulis, juramentis & conditionibus necessariis seu utilibus munitum, quô confirmetur & ratum habeatur istud ipsum quod factum & expeditum est in urbe hâc Fontis Rapidi, ubi nunc agit Rex Catholicus

Bbb bbb *Domi-*

Dominus meus cum illius aulâ & palatio, secundâ die Mensis Junii Anno supra Millesimum Sexcentesimum Sexagesimo, præsente Rege Domino nostro.

Ad majorem solennitatem, auctoritatem & validitatem actûs hujus Majestas sua Catholica in implementum Articulorum 5. & 6. supra insertorum dixit, quòd quatenus concernant causam publicam & commune bonum suorum Regnorum, subditorum & vasallorum, confirmet & confirmaverit actum hunc, juxta continentiam & formam, quâ fecit & expediri jussit Serenissima Infans Domna Maria Theresa Regina desponsa & futura Franciæ, charissima illius & amatissima filia: quodque proprio motu, certâ scientiâ, plenâ & absolutâ potestate, ceu Rex & Dominus, qui in temporalibus superiorem non habet, suppleat authoritate suâ Regiâ & velit pro suppletis haberi omnes defectus seu omissiones facti aut juris, substantiæ aut qualitatis, styli aut consuetudinis, quæ in hoc actu contingere potuerint: quod inprimis & speciatim confirmet & approbet dictum Articulum 5. Regiarúmque suarum Majestatum Catholicæ & Christianissimæ contentam illô conventionem, quódq; velit & jubeat, ut robur & vigorem habeat legis & sanctionis pragmaticæ & ut talis recipiatur, custodiatur, observetur & executioni mandetur in omnibus suis Regnis, Statibus & Dominiis, non attentis legibus, ordinationibus, & consuetudinibus, quæ fuerint aut esse possint contrariæ, quibus deroget & hâc vice pro abrogatis haberi velit, quamvis ejusmodi sint & talis qualitatis, ut ad illarum derogationem expressa magis & specialior mentio requireretur aut necessaria esset: jussit denique Sigillô suô Regiô hæc muniri inq; Consilio suo Cameræ aliisque juxta morem consuetum regeri atque publicari.

43 Pax Pyrenæa. Accessit Superioribus pactis ulterius vinculum ex Pace Pyrenæa, cujus *art*, 33. teste, non solùm præcipua & nobilissima pars facta, sed etiam durationis validissimum fundamentum habita fuit tota quanta est Conventio Matrimonialis, non aliter, ac si nullô omissô verbô, in ipsis Pacis tabulis expressa fuisset. Ut adeò cuncta, quæ ad firmandam pacem ab utróque Rege, & in utriusque Regnis adhibita fuerunt fulcra & fundamenta, Conventioni quoque matrimoniali novum addidisse robur, eamque maximè sustentâsse & confirmâsse censeri debeant. Proinde *Art. Pac.* 33. unà cum clausula finali hûc meritò transcribitur in sequentibus verbis:

Et quo Pax ista atque unio, Confœderatio atque bona correspondentia ex animi voto, eò firmior, durabilior atque indissolubilior sit, dicti duo Ministri Principes, Cardinalis Dux, & Marchio Comes Dux vi specialium suarum plenipotentiarum, quibus à duobus Dominis Regibus in hunc finem muniti fuerunt, eorum nomine promiserunt, & concluserunt matrimonium Regis Christianissimi cum Serenissima Infante Domina Maria Theresia Regis Catholici natu majori filia: Et eôdem die, de dato præsentis, iniverunt & subsignârunt specialem tractatum, quò se refertur, comprehendentem conditiones mutuas dicti Connubii, & tempus, circa quod illud celebretur; quia Tractatus Partialis, & tractatus de Matrimonio, earundem virium & vigoris, ac præsens Tractatus Pacis sit, tanquam illius pars præcipua & dignissima, nec non maximum & pretiosissimum tutissimæ ejusdem perpetuitatis pignus.

Istis omnibus adjungenda Ordinum Hispaniæ approbatio, secuta anno 1662. 1663. & 1665. nec non ipsius Regis Christianissimi consensus & ratihabitio, tametsi ad solidandos immunis adhuc ab ejus nexu Infantis Theresiæ Actus non fuerit necessarius. Potuit namque, ante Connubium initum, ea solo communi naturæ & Gentium jure, ad id se adstringere, idque liberè agere, quod succedente Connubio in Domûs Paternæ commodum, Patriæque securitatem & decus cessurum esset, quodque jam ante se filias Hispanicas, familiæ Gallicæ innectendas, probantibus & laudantibus utriusque Regni Dicasteriis, & populo universo, exteris etiam Principibus congratulantibus, fecisse, olim quoque à Majoribus suis desideratum fuisse, & alibi passim frequentari cognoverat.

Regis Christianissimi assensum itaque quod attinet, mirari satis non licet incogitantiam vel potius impudentiam Scriptorum Gallicorum, qui credere sustinuerunt, absque mandato adstipulatum Cardinalem Mazarinum renuntiationi atque exclusioni: Neque enim ad res tanti momenti, quæ mandatum speciale requirunt, generale quod habuerat mandatum, utut facultate illimitatâ, & suppletoriâ clausulâ, si quid minus expressum esset, aliisque instructissimum suffecisse. Namque ipsa Conventio Matrimonialis ostendit, quicquid in ea continetur, vi mandatorum utriusque Legati actum esse: & Rex Christianissimus eandem Conventionem adeóque etiam ipsissima, quæ id ajunt verba, Ratihabitioni suæ solenni inseruit, sequentibus verbis: 44 Approbatio Ordinum Hispaniæ.

Nous de l'avis de la Reyne, nostre tres-honorée Dame & Mere, de nostre tres-cher & tres-aimé Frere unique, le Duc d'Anjou plusieurs Princes, Ducs, Pairs & Officiers de nostre Couronne, & autres Grands & Notables Personnages de nostre Conseil: Aprés nous estre fait lire de mot à autre ledit Traitté, avons iceluy, en tous & chacuns ses points & articles agreé, approuvé & ratifié, aggréons, approuvons & ratifions par ces presentes, signées de nostre main: Promettant en bonne foy & parole de Roy, de l'accomplir, faire garder & entretenir inviolablement, sans jamais aller ny venir au contraire, directement ny indirectement, en quelq; sorte & maniére que ce soit, dérogeant à cette fin, comme nous dérogeons à toutes Loix, Coustumes & Dispositions au contraire: Car tel est nostre plaisir. En temoin de quoy nous avons fait mettre nostre Seel à ces dites presentes. Donné à Thoulouze le Vingt quatrieme jour de Novem- 45 Ratihabitio Regis Franciæ.

Novembre, l'an de grace 1659. & de nostre Regne le dixseptiéme. Signé, Louis. Et plus bas, par le Roy, de Lomenie.

In Latinum verba versa sic sonant:

Nos consilio Reginæ honoratissimæ Dominæ & Matris nostræ, nostri Christissimi & amatissimi fratris unici Ducis Andegavensis, plurimorumque Principum, Ducum, Parium & Officialium Coronæ nostræ, aliorum etiam Magnatum & notabilium personarum Senatûs nostri, post auditam recitationem omnium verborum hujus tractatûs, illum in omnibus & singulis punctis & Articulis gratum & ratum habuimus atque approbavimus, gratum & ratum habemus ac approbamus per præsentes manu nostrâ subscriptas, promittentes bonâ fide & verbô Regiô, nos illum impleturos, custodirique & inviolabiliter servari curaturos esse, absque ullâ cujuscunque generis infractione aut contraventione, directâ aut indirectâ, abrogatis eum in finem, uti abrogamus, omnibus legibus, consuetudinibus & dispositionibus contrariis. Nam ita nobis placet. In quorum testimonium Sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus, quæ datæ sunt Tholosæ vigesimâ die Novembris, Annô gratiæ Millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Regnique nostri Decimo septimo. Ludovicus. Et inferius, per Regem, de Lomenie.

Et cum supra citatus fuerit *art.* 33. Pacis Pyrenææ, illa quoque à Rege Christianissimo est ratificata 7. Novembr. 1659. sequentibus verbis:

Nous ayans le Traitté susdit agréable, en tous & chacuns les points & articles qui y sont contenus & declarez, avons iceux, tant pour Nous que pour nos Heritiers, Successeurs, Royaumes, Pays, Terres, Seigneuries & Sujets, accepté, approuvé, ratifié & confirmé, acceptons, approuvons, ratifions, & confirmons, & le tout promettons, en foy & parole de Roy, & sous l' obligation & hypotheque de tous & chacuns nos biens presens & à venir, garder, observer & entretenir inviolablement, sans jamais aller ny venir au contraire directement ou indirectement, en quelque sorte & maniere que ce soit: En tesmoin de quoy Nous avons signé ces presentes de nostre main, & à icelles fait mettre & apposer nostre Seel. Donné à Thoulouze, le vingt quatrieme Novembre l'an de grace 1659. & de nostre Regne le dixsept. signé, Louis. Et plus bas, Par le Roy, de Lomenie. Et scellé du grand sceau de cire jaune.

Latinè verba sic interpretantur:

Nos gratum habentes tractatum supradictum in omnibus & singulis capitulis & articulis eo contentis, eosdem tam pro nobis quàm pro nostris hæredibus, successoribus, Regnis, provinciis, terris, dominiis & subditis acceptavimus, approbavimus, ratos habuimus & confirmavimus, acceptamus, approbamus, ratos habemus & confirmamus, promittentes fide verbóque Regio & sub obligatione atque hypotheca omnium & singulorum nostrorum bonorum, præsentium & futurorum, nos omnia custodituros, observaturos & completuros esse absque ullâ infractione aut contraventione directâ aut indirectâ, cujuscunque generis aut conditionis ea esse possit. In cujus rei testimonium præsentibus nomen nostrum subscripsimus ac sigillum nostrum apponi fecimus. Datum Tholosæ 24. Novembris Anno gratiæ 1659. Regnique nostri decimo septimo. Ludovicus. Et inferius, per Regem, de Lomenie.

Isti omnes actus sunt geminati, toties repetiti & reiterati, quorum tanta vis est, ut eò fortius ad observantiam obligent, & Regum pacifcentium conscientias, coram DEO & Mundo ad servandum validissimè constringant. Explicationes vanas & versatiles non admittit Scrutator cordium DEUS, execratur Christianæ Religionis Sanctitas, Decusque Regium. 46 Geminatio & repetitio actum.

Atque his omnibus ante Matrimonii consummationem perfectis, post ejus consummationem solenni jurejurando utrique Regi injuncto, à Rege Christianissimo non minùs ac à Rege Catholico est satisfactum. Et quamvis per *art.* 4. & 6. pactorum connubialium superiùs recitatorum, conventum insuper fuerit, ut ista etiam post matrimonium consummatum, tum à Rege Christianissimo tùm ab Infante Maria Theresia speciatim denuo rata haberentur, juramentoque confirmarentur, & inferentur actis Senatûs Parisiensis; istud verò propter ægritudinem Regis Philippi IV. jam penè moribundi omissum, nec à Rege Christianissimo vel ejus Conjuge postea præstitum fuit. Tamen considerandum est, non idcirco quicquam vigori pactionis, renuntiationis vel exclusionis decedere, non tantum, quia ex negligentia vel perfidia nemo ab obligatione exsolvitur, sed etiam quia in prima à Rege Christianissimo ratihabita conventione expresè provisum fuit, ne talis omissio, si contigisset, detrimenti aliquid pactis afferret, sed illâ non obstante, omnia perinde valerent, ac subsisterent, & ad istum finem per ipsam publicationem pacis præstita esse, reputari deberent.

Nihil ergo firmius, nihil coram DEO in conscientia, in jure Divino, naturali, Gentium, Canonico, Civili stabilius excogitari potest, quod non observantiam omnium supra dictorum Regem Christianissimum firmissimè astringat, nisi cum Tiridate Armeniæ Rege, dicere velit; *Id in summa fortuna æquius esse, quod validius; sua retinere, privatæ domûs, de alienis certare, regiam laudem; & si violandum est jus, imperii gratiâ violandum, aliis rebus pietatem colendam esse.* Sed profectò similis aliena habendi & occupandi cupiditas & libido haud rarò tam avidè inhianti in extremam perniciem & exterminium cessit. Itaque Divina Bonitas nunquam deerit justissimæ Successionis causæ Augustissimæ Domui Austriacæ competenti, & si denique, seposita ex parte Galliæ omni justitiâ & æquitatis normâ armis successio vindicanda & obtinenda est, illa gloriosissimo eventu benedicet & coronabit.

Varios quidem prætextus adhibuerunt Scriptores Gallici, circa tempus invasi à Morte Regis Philippi IV. Belgii Catholici, ad colorandam facti impietatem, ut persuaderent, quod ipsimet illi non crediderunt: deberi nimirum Jure Naturæ, Divino & Humano, potissimùm verò Jure Civili Romano, Parentum hereditatem liberis, nec citra gravissimam injuriam filias iis privari posse. Contra bonos mores esse Pacta de hereditate viventis (quæ tamen in hoc ipso casu Galli non spreverunt) & quia cum illis non minus ac justitia pugnent renuntiationes filiarum, ut dote contentæ alia ex bonis paternis sperare aut petere non debeant: ideo illas jure Romano admissas non fuisse. Confirmasse demum eas Pontificem Bonifacium VIII. si juratæ, non fraudatæ aut violentæ fuissent, prætextu juramenti servandi, reverà tamen proprii commodi & extendendæ in rem alieni fori Pontificiæ authoritatis causâ, sicque non sine novo famæ, undiquaque non optimæ, dispendio: Effrenem tamen decretalem istam esse, exorbitantem & absurdam, nec vim suam ad Reges & Principes, seu Principatus & Imperia, quæ nullô pretiô æstimari possint, porrigere.

47 Eliduntur rationes Gallicæ.

Verùm quàm hæc omnia in DEUM, in juramentorum religionem, in Pontificem, in Jura Canonica & Civilia, injuriosa & abominanda sint, atque omne inter homines, præsertim verò summos Principes, commercium, fidem, pacta, promissiones, Pacificationes, fœdera è medio tollant, omnemque ordinem, pietatem, conscientiæ curam, improbâ quâdam levitate & confusione evertant, jam pridem solidissimis scriptis evidentissimè demonstratum est. Controversiæ summorum Principum non subjacent privati juris disceptationibus. Fides, authoritas, honestas, fama & gloria justi Principis, pacta & fœdera sustinent. Absurdè trahuntur ad evertendam contrahentium dispositionem, quæ ad eam firmandam allata sunt, præsertim inter Reges, ad quos res pertinet, pro mutua Regnorum & populorum utilitate, communique quiete.

Fœminas dote contentas esse, & à reliqua hereditate secludi, Regnorum & populorum facultas & consuetudo semper fuit. Utitur hoc jure ipsa Gallia adversus Hispaniam aliosque Principes: Quidni adversùs Galliam idem jus esset Hispaniæ? Tanto magis, si id ex supra deductis rationibus, quies, & tranquillitas Regnorum, salus populorum, pax publica totius Europæ exposcat. Tantum abest, ut exclusio Prolium à paterna hereditate adversetur naturæ, ut potiùs illo jure, nec ab ipsis Parentibus, præter educationem & alimenta, liberis quicquam debeatur. Hinc jus Divinum, Israelitis promulgatum, non solùm à Regno & patrimonio filias semovit, sed & in privata quoque successione Marium potiorem causam constituit. Romani antiqui adhuc rigidiores, fœminas ab hereditatibus penitùs prohibuerunt, ut nec testamento ipsis aliquid relinqui potuerit, donec sero tandem ista severitas mitigata est. In jure Feudali angustis planè finibus fœminarum successio est coarctata, nullô ipsis relictô locô, quamdiu masculus superesset.

Et quâ fronte Galli renuntiationes filiarum iniquas, & juri naturæ contrarias esse proclamant? Revocent in memoriam Tractatus Matrimoniales Principissæ *Renée de France*, filiæ Ludovici XII. & affinis Francisci I. cui unà cum Sorore Claudia Successio Ducatûs *Bretaigne* debebatur, cùm Imperatori Carolo V. ambobus tunc adhuc in Infantia existentibus, pro Conjuge destinaretur. Ubi in pactis Dotalibus hoc præcipuum erat punctum, ut dicta Successioni renunciaret. Licet verò matrimonium illud non successerit, sufficit tamen validitatem renuntiationis à Gallis in actu tam solenni agnitam esse: neque dubium, quin dicta Principissa *Renée*, postea Herculi Duci Mutinensi in matrimonium collocata, renuntiationem similem facere debuerit, & non minus ipsius Neptis, filia Francisci I. *Marguerite de France*, cum anno 1558. Philiberto Emanueli Duci Sabaudiæ nuberet; quia aliàs extinctâ Claudiæ posteritate ad Ducem Sabaudicum Ducatus pertinuisset, nec unquam Galliæ potuisset incorporari. Et quia Serenissimus Delphinus, nec non Dux Burgundiæ, testamentum Caroli II. agnoverunt, delusi maximopere essent Hispani, si non ambo Mariæ Theresiæ hereditati renuntiassent.

Diffusa extant volumina primi nominis Juris-Consultorum Gallicorum, quibus renuntiationes filiarum vigere, & per eas Nobilium familiarum integritatem conservari defendunt. Quod si enim ab ista consuetudine & jure vellent recedere, nullâ ratione Legem Salicam tantopere ab ipsis decantatam sustinere possent. Nullam Gallia ex prætextu non solutæ dotis patitur injuriam, cùm eam semper petere potuerit, & immensa ex matrimonio senserit commoda, si ante data, & ingentia ex Pace Pyrenæa æstimare velit emolumenta. Insuper Infans Maria Theresia ab indulgentissimo & amantissimo Patre ad renuntiationem non est persuasa, sed illa utrinque ex parte Sponsæ & Sponsi fuit liberrima, prout sine dubio Rex Christianissimus omnem à se metum & coactionem abfuisse liberè confitebitur, nisi ad eludendas mutuas conventiones, hoc vano prætextu uti, & cum retentione tot, tantarumque ex pace Pyrenæa utilitatum, mutuam præstationem injustissimè velit evitare, quod tamen nec jus Divinum nec Regia authoritas permittit, ut inanibus effugiis Regia pacta & publicæ Pacificationes eludantur. Pacta observari omnia jura clamant, nisi illa frangenti nullus amplius conscientiæ timor supersit. Itaque Pacificationes & Renun-

Renuntiationes sanctè & inviolabiliter sunt observandæ, ne DEUS quoque fidem frangenti promissam deneget misericordiam. Jura igitur Augustissimo Imperatori Leopoldo & Serenissimis ejus filiis competentia, tot pactionibus stabilita, renovata & reiterata, salva & intemerata permanent, prout & ad illa conservanda Augustissimus Imperator tanquam solus & legitimus Hispanicorum Regnorum, Provinciarum & Ditionum Successor, Rex & Dominus, coram DEO & universo Christiano orbe se declarat.

48 De Regno Neapolitano. Eædem plane rationes militant pro Augustissimo Imperatore in successione Regnorum Neapolis & Siciliæ à Sede Apostolica feudali jure dependentium. Palàm id faciunt literæ investiturarum, à felicis recordationis Pontifice Julio II. Anno 1510. Imperatoris Caroli V. Avo Ferdinando Regi Catholico, & postmodum ipsi Imperatori Carolo V. à Papa Leone X. anno 1521. collatarum, eò quod Regnum Siciliæ hereditario jure ad ipsum pervenerit, pro se & suis Successoribus in Regno Arragoniæ hæredibus, & Successoribus tam masculis quàm fœminis, ita ut Masculi fœminis, & natu majores minoribus in eodem feudo præferantur; posteàque ab omnibus subsequentibus S. Sedis Pontificibus, hæredibus & successoribus Ferdinandi Catholici, usque ad Regem ultimò defunctum Carolum II. confirmatarum, nempe anno 1503. Ferdinando Catholico, anno 1516. Carolo V. Imperatori, 1558. Philippo I. 1598. Philippo III. 1621. Philippo IV. anno 1666. Carolo II. Post cujus è vivis decessum Regni Neapolitani successio unà cum aliis defuncti Regis Regnis, Provinciis, Ditionibus & Feudis ad Augustissimum Imperatorem Leopoldum, ejusque Domum Austriacam, sine ullo vel minimo dubio devoluta est, utpote legitimum hæredem & Successorem Philippi I. & Joannæ Hispaniarum Regum, ad quos cùm Regni Neapolitani, variis antea turbis, bellis & mutationibus à diversis illud occupantibus agitati, regimen pervenisset, tranquillam ejus possessionem, legitimò successionis titulò subsequentibus Hispaniæ Regibus usque ad ultimò defunctum reliquerunt, quæ jam ad Augustissimum Imperatorem à Vasallis antehàc investitis, rectà serie descendentem ex omni jure pervenit, ex plus quàm 200. annorum in Augusta Domo Austriaca quietissima possessione.

49 De Feudis Imperialibus. Compar evidentissima justitia pro Domo Austriaca apertissimè relucet, quoad Feuda Imperialia, nimirum Belgium Hispanicum, Ducatum Mediolanensem, Marchionatum & Portum Finariensem, Principatum Plumbini, Vicariatum Senensem, Feuda Novelli, Monfortis, Monschieri & Sinei, quæ omnia ex iisdem supra positis fundamentis ad Domum Austriacam citra omne dubium devoluta sunt, & de iis testari ultimus possessor nulla ratione potuit. Etiamsi enim horum investituræ in fœminas quoque conceptæ sint, tamen natura perpetua feudorum Imperialium est, ut fœmina, vel ex illis nati nunquam in feudis succedant, nisi Masculis omnibus descendentib⁹ extinctis. Et licet in his feudis, tanquam ab Imperatore Carolo V. acquisitis, Augustissim⁹ Imperator non tam ut Vasallus Successor, quàm Domin⁹ feudi Directus possit considerari: tamen etiam hoc respectu Franciæ Delphinus cum filiis ad successionem admitti non potest, tanquam ab eâ exclusi per renuntiationem respectivè Matris & Aviæ, cujus verba superius relata evidentissima hoc luce clariùs demonstrant, ut contradictio nulla locum invenire possit. Quæ renuntiatio tanto fortior est, quia non solùm in personam Serenissimæ Infantis, Mariæ Theresiæ, sed etiam expressè in ipsius filios & Nepotes, Masculos & fœminas, omnesq; ejus descendentes concepta est, quales renuntiationes in præjudicium filiorum, fieri posse, validasque esse, communis omnium Feudistarum doctrina confirmat.

Atque hanc renuntiationem non solùm Regna Hispaniarum, sed etiam Feuda Imperialia comprehendere, ipsa ejus litera & textus clarè docet, qui non solùm de Regnis, sed Statibus quoque, & Dominiis, Provinciis, Feudis, quæ Rex Catholicus eò tempore intra & extra Regnum Hispaniarum, cum quocunque titulo, jure aut ratione possedit, expresse loquitur. Non sunt ista Feuda, quæ à sola Augustissimi Imperatoris Persona, sed simul ab Imperio Romano dependent, ejusque salutem Pacemq; publicam & quietem totius Europæ concernunt. Clarissimè hoc ostendunt Instrumenta Investiturarum, & principaliter primi investientis & Domini Directi Imperatoris Caroli V. qui postquam Ducatum Mediolani victricibus armis accepisset, illum post mortem Francisci Sfortiæ, pro Ducatûs ad se devoluti securitate, Regi Philippo II. filio suo in feudum contulit, ad defensionem præfati Statûs, qui tali Principi committi debebat, qui jus Imperii & suum, viribus & potentiâ tueri posset, salvâ Imperiali & Imperii Sacri superioritate & feudali obsequio. Quis verò debitum obsequium à Rege Galliarum unquam sperare posset, qui semper & Dominos Directos & Vasallos hujus Ducatûs injustissimis armis oppugnavit, & propterea jus omne ad hunc Ducatum non semel, sed multoties amisit, & à cujus meditata potentia, ruptisque multoties pactis & pacificationibus nihil minùs quàm debitum à Vasallo obsequium erga Imperatorem & Imperium credi potest, dum armis hostilibus noctu diuque omnia injustissimè invadit, & infestat. Officium Imperatoris, quod consistit in pace publica & quiete Imperii conservanda, non admittit, ut tali Vasallo feudum conferatur, qui toties non solùm Imperii, sed Europæ quietem turbare, & omnia per fas nefasque ad se trahere assuetus est; ut Imperatori adeò nunquam

conveniat contra officii sui debitum & rationem talem Vasallum admittere, sed potius sequi exemplum Imperatoris Caroli V. qui feuda hæc ideò filio suo Regi Hispaniarum Philippo II. contulit, ut ea contrà violentiam & ambitionem Regis Galliarum gloriosè & fortiter defenderet: cujus proindè animus & mens nunquam fuit per vocationem generalem masculorum & filiarum comprehendere fœminas in Galliam elocatas, & per hoc suam declarationem tam clarè contestatam evertere, Successoribusque suis Vasallum ingratum & multò minus hostem infensum obtrudere velle, contra essentiam & finem feudorum, fidelitatem, assistentiam & obsequium Vasallorum ergà Directum Dominum requirentium. Vivat ergò *Augustissimus, Potentissimus & Invictissimus Princeps ac Dominus, Dominus LEOPOLDUS I. Electus Romanorum Imperator, Rex Germaniæ, Castiliæ, Arragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Jerusalem, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Navarræ, Granadæ, Toleti, Valenciæ, Galliciæ, Majorcæ, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algericæ, Gibraltar, Insularum Canariæ, Indiarum, & Provinciarum Oceani &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ Carniolæ, Luxenburgi, Würtenbergæ, superioris & inferioris Silesiæ, Limpurgi, Geldriæ, Calabriæ; Princeps Sueviæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio S.R.I. Burgoviæ, Moraviæ, inferioris & superioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Barcellonæ, Dominus Biscajæ, Mechliniæ, Portûs Maônis & Salinarum, &c. &c. Vivat, & cum tota Augusta Domo Austriacâ floreat triumphet!*

De Hispania prodiere tres tomi in folio, qui inscribuntur: *Hispaniæ Illustratæ sivè rerum Urbiumque Hispaniæ, Lusitaniæ, Æthiopiæ & Indiæ Scriptores varii*, ubi *tom.* 1. *lib.* 7. *Lucius Marineus Siculus* de adventu Maurorum in Hispaniam sequentia refert: Rhodericus Theodeberto successit, qui cum triennio totius Hispaniæ principatum tenuisset, ejus subinde perniciosa libido, Gothorum non tam generi, quam nomini regnoque pacifico fidem attulit. Nàm cum Virginem cujusdam, Juliani filiam qui tunc temporis Tingitanæ Provinciæ præerat, vitiasset, dolor ingens & opportunitas loci, puellæ patrem ad ultionem stimularunt. Qui propter filiæ suæ dedecus & injuriam sibi illatam Rhodericum Regem perdere cupiens, ex Africa numerosos evocavit exercitus. Qui anno salutis Septingentesimo decimo quarto, vel ut alii, Sexcentesimo decimo Septimo, Duce Muza, missò à Miramamolino, tunc eorum Rege per Alpium angustias ingressi, triginta mensium spatio Hispaniam pene totam occuparunt, præter quosdam Asturiæ populos, Vascones & Cantabros, locorum natura munitos, & nonnullos Arragoniæ nobiles, & Cæsaraugustæ civitatis equites, qui suæ salutis causa & Christiani nominis atque conservandæ Catholicæ fidei gratia, res Sacras, & Sanctorum reliquias, deferentes ad *Pyrenæos montes* confugerunt; In præliis autem, quæ biennio per Hispaniam gesta fuerunt, ad Septingenta hominum millia utrinque cæsa fuisse dicuntur. Rex autem Rhodericus, cum Sanctius, ejus fratris filius, quem cum parte copiarum hostibus obviam præmiserat, occubuisset, ipse quoque, cum reliquis copiis, ad oppidum Xericium hostibus occurrens extinctus est, & ejus exercitus profligatus ac pene deletus. Mauri autem tanto breviter imperio potiti, cum late ferro igneque omnia vastassent, Hispaniæ regna inter se plura, Sedesque sibi constituêre. Primum enim Cordubæ, quò Abenaliberti regnum duxerunt, alterum apud Hispalim, tertium apud Carthaginem novam, quæ usque ad Ferdinandi III. Regis tempora tenuerunt. Hic enim anno 1216. Toleto, Corduba multisque aliis recuperatis locis, Mauros regnis ex magna parte dejectos expulit, qui Granatam ac Malacham, Civitates, quæ prius sub Cordubæ regno fuerant, sese receperunt, unde eandem, Dei benignitate ac Ferdinandi Regis & Isabellæ Reginæ virtute exclusi fuêre. Et pergit Author *fol.* 376. de Raymundo Berengario narrare, qui militari sua virtute præclarus non solum partem Barcinonæ principatus, à Mauris propter ignaviam patris occupatam, recuperavit, sed etiam Maurorum Reges 12. campestri prælio victos sibi tributarios fecit, qui demum multas & magnas de Mauris victorias consecutus, multis equitibus, quorum viribus & auxiliis usus fuerat, magna munera, multaque oppida, dum viverent, obsignavit. Adsunt in dictis tribus Tomis libri *Johannis, Episcopi Gerundinensis*, ubi tractat de terminatione & divisione Hispaniæ, de primis Hispaniæ incolis, scilicet Tubale, filio Japhet, & illius filiis, de *Pyreneis montibus*, & profluentibus ex illis rivulis argenti puri, Urbibus, fluminibus, de adventu Herculis, Galatis, Sigoniis, Carthaginensibus, Hasdrubale, de acris salubritate & fertilitate Hispaniæ, auro argentoque & aliis metallis, fide, religione, humilitate; Tum sequitur liber Sanctii Episcopi Palentini & aliorum, nec non Marianæ Historia de Rebus Hispanicis, Christophori Columbi de legatione Imperatoris Æthiopiæ ad Clementem VII. Pontificem, de regno Æthiopiæ & moribus populi, quæ obiter hic notasse ex illis tomis sufficiat. Plura de Hispaniæ Regnis tradit etiam *Nicol. Bellus in dissert. polit. tom.* 1. discurs. 12. ubi omnia latissime prosequitur.

Hollan-

Historia.

SUMMARIA.

1. *Historiæ commendatio.*
2. *Qualis debeat esse Historia & Historica dictio.*
3. *Quam difficile historiam verè scribere & pro dignitate.*
4. *Partium Duces quam inconvenienter eam scribant.*
5. *Multi nostri temporis historici coarguuntur.*
6. *Horum mendacium & adulatio.*
7. *Qui & ubi eam scribere debeant?*
8. *Historiarum cognitio cur in Legato requiratur?*
9. *Historiarum lectio Principibus necessaria.*
10. *Quænam hinc ad eos emanet utilitas.*

1 Historiæ commendatio. DE Historia dicendum hic, an silendum? Paucissimi in hanc nati, quia pauci in prudentiam, & quia rara prudentiæ & elegantis dictionis mistio, perdifficilis Historiæ Scriptio est, quæ prudentiæ plurimum deposcit, cum prima Historici virtus prudentia veritati sit innixa; altera constantia, tertia animus in neutram partem degenerans. Eliminanda verò adulatio, indulgentior gentis suæ amor, odia, æmulationes, beneficiorum & injuriarum memoria. Nescit calamus vera scribere, cujus animus mendaciis obvolvitur, & non mentiuntur amor & odia. Fuge, quisquis Historiam cogitas, has omnes veri inimicas. Neque hic simplex nudaque instituenda narratio; sed vestienda prudentibus sententiis, consilia, & consiliorum causæ, prudenter etiam justa, ac imprudenter temereque ac providè dicta factaque aperienda. Quæ dein imitanda, fugienda: quæ laudanda & damnanda, pericula etiam, fortuiti, fortunati, infelicesque eventus; remediaque in minus prosperis consiliis & successibus aperienda. Dictio autem sit gravis, seria, matura, sententiis variegata prudentibus, quæ sequenda & fugienda doceant. Imitari verò, qui in historicam scriptionem propendet, illud genus debebit, in quod magis natura fertur. Universim tamen Livium sibi proponat, Curtium, Tacitum, Sallustium: Et in his ferè unum: aut ex omnibus novam sibi dictionem naturæ suæ amicam fingat: decerpatque placitum maximè à singulis, gravitatem à Livio, Elegantiam à Curtio, prudentiam à Tacito, robur à Salustio: Nullam verò vim naturæ adhibeat, nec calamum cogat, nec refugientem aliorsum impetu, ac tanquam injectâ manu trahat. Carent genio & decore suo coacta. Et ubicunque vis est, venustas exulat. Et quidquid lectorem delectat, animumque illius allicit in amorem & sequelam. Sit denique dictio, quæ lectorem suspensum teneat, quæ cum placeat, non expleat, semperque novæ aliquid expectationis ostentet: Ut nusquam deposuisse calamum sentiat, nusquam finiisse, nisi opere universo expleto, quod in mensis assolet magnorum, proritamenta ubique interspargat novæ famis & sitis, ut, quo altius Lector fertur, hoc avidius ad reliqua suspiret.

(Margin, beside "instituenda narratio": 2 Qualis debeat esse Historia & Historica dictio.)

O quis mihi Historiam pro dignitate & ex vero scribat! Audita referret? quàm dubia ferè ex his narratio? quàm referta partium affectu visa? quàm multi cæcutiunt videntes, & vera putant, quæ amant: nam quam pauci principum norunt abditos Recessus servatos centum clavibus! à quibus tamen non ultima Historiæ pars pendet, pauciores etiam utrarumque partium consilia. Jam ipsi partium duces si scribant, quis credat illaudanda, damnanda scripturos? quis improbos animorum suorùm affectus altùm reconditos? quis fastum, odia, reliqua vitia? quis verò imprudentiam suam aperiat, consilia damnet? quis errores vanâ suspicione natos & nimiùm credulos animos? Dices, fors eos, qui ab arcanis Principum sunt, multum hic posse. Fateor: Sed neque hi Principum suorum omnia norunt; Ab adversarum verò partium consiliis, molitionibus, studiis absunt longissimè. Jam si gentis suæ facta scribant, quis credat non lusisse in his affectum, pessimum veri venenum? in gentis verò alienæ, quis non mille sæpè erroribus implexos arbitrabitur;

(Right margin: 3 Quam difficile historiam verè scribere & pro dignitate. — 4 Partium Duces quam inconvenienter eam scribant. — 5 Multi nostri temporis Historici coarguuntur.)

pauciſſimi ſua norunt: aliena velle noſſe ſtoliditatis quoddam genus videtur; O qui temporis noſtri legat Hiſtoricos, non rideat, & ſimul indignetur? ubi nunc veteres Satyri? ubi meriti calamorum dentes? & illorum quisquam Hiſtorici mereatur nomen? quantæ mixtæ veris fabulæ! nec ſua ſcivere, nec aliena. Quid? quod tam denſè in ſuis, quam mentiantur in alienis: quos non Hiſtoricos, ſed perpetuos rerum ſuarum laudatores reperies, tam plenos adulationum quam verborum, tam confertos mendaciis quam ſententiis: & cum aliena damnant omnia, ſua probant omnia, & quocunque capillo trahunt in id quod volunt, non quod fuit. Alii tam minutis dictis, factis, amoribus, odiis, adeoque & cogitatis, Hiſtoriam implent, ut nec Hiſtoricos, nec morum ſcriptores, nec laudatores, nec accuſatores, ſed miſtum quoddam genus. Æſopi graculum enaſci videas, & dici tamen & haberi volunt Hiſtorici. Quid agas cum hac impudenti ſæculi noſtri ſcabie? in omnium oculis tam aperte mentiri quemquam? Ego ſane veriora mihi à Plauti Terentii, Senecæ Tragici, quam ab illorum calamis ſpondere poſſum, ut non ſemel ab illis Apuleji Aſinũ legere me arbitrarer. Et neſcio, qui propiores vero ſint: ubi ætatis noſtræ verecundia? iviſſe cœnatum credo

6 Horum mendacium & adulatio.

ad Æthiopes, & non ſemel cœpi dubitare, an non aſſidua mentiendi licentia eò veniſſent, ut nec ſi vellent, vera dicere poſſent, & fortuitò vera dicerent, ſi quando dicerent, præmeditatò falſa: eoq; mentiendi conſuetudine veniſſe, ut falſa pro veris haberent, & haberi ab omnibus vellent. Et omnium propè linguis lubuit ſcribere, ut omnium linguis liceret mentiri. O quis mihi Deus Scriptores hos omnes, cum trabalibus voluminibus ſuis immergat mari rubro, Ægyptiaco ſepulchro? Scio quædam in veteribus deſiderata. Nimis Orbi noti Hiſtorici Latini, Græci. Verum ſi hos cum noſtris componas, etiam dum mentiuntur, laudes illos, damnes noſtros. Ita verecundior illos affectus, & neſcio quæ ſpes aut metus, quaſi reluctantes alioſum traxit: noſtri prono calamo, cœlo terriſque reluctantibus, in aperta, continuo prope orationis filo, procurrunt mendacia, ut laudem ex his videantur venari. Sed & extra omnes omnino Hiſtoriæ leges vagantur, omnium aut ignari, aut inſita animis improbitate, ſpontanei prævaricatores; bis ſceleſti, mente & calamo, bis naufragi veritatis & probitatis; bis impii, in Deum & Patriam; bis impudentes, ore & manu, idque tam coævis quam poſteris. Verum quid mireris nullis Hiſtoriæ legibus teneri, cum nullo pudore teneantur? Sed difficilis omnino Hiſtorica ſcriptio eſt: non nego: neque enim ullam puto majoribus undique difficultatibus, tanquam perpetuis ſpinis, aut peracutis rupium cruſtis implexam, & tamen ad hanc etiam proxenetæ, viliſſimum hominum genus, illoto decurrunt ore, calamo, manibus. Quid facient viri magni? ſcribent? & res ſui temporis ſcribent, viventibus undique etiamnum Regibus, aut Regum filiis? At cujus calamo hoc robur, ſi vera ſcribenda ſint, & exulare adulatio debeat? Scribent in ipſo regno, aut extra illud? in ipſo? Stephani expectent exitum, aut Pauli, extra illud? miſerum, ut vera ſcribas, exilium deligendum eſſe. Hoc nimirum ſudorum & prudentiæ in magno viro præmium. Media incedis via? utrimque damnaberis. Amplecteris alteram? gravius incumbet, adverſa, & vulnera ſua ſanguine medebitur tuo. Vera narrabis in neutram partem pronior? O quis hunc virum dabit? quanquam & vera dixiſſe auctori non ſemel exitio fuerit, falſa dixiſſe, præmio.

7 Qui & ubi eam ſcribere debeant?

Nobilitatis Ducumque errores deteges? ante Hiſtoriam moriendum tibi erit, ne quater cogaris mori, opibus, calumniis, ferro, calamo. Nemo ergo ſcribet? ſcribet. Sed quem ætas & longa rerum experientia, & pertractæ res manibus & oculis luſtratæ docuerunt; qui nec damna timeat, nec honores, opes, gratiam à calamo ſperet; & quem nullus affectus in transverſum rapiat, nullæque ſecures à vero deducant, cum omnibus ſit minis & ferro major: ut cui cum Socrate, Thraſea aliiſque pro vero mori etiam jucundum. Da mihi hunc virum, ſupra ſpem metumque poſitum, prudentem, fortem, doctum, & audebo in ſcriptionem inhortari, etiam in ſcripto-

rum

rum vulgationem, cum capulo jam propior quam vitæ, non veritus fuerit in herede damnari, ut veritati sua stet integritas, sua laus, sua fortibus, piis, prudentibus in posteris præmia, sua imbellibus, impiis, imprudentibus damnatio.

8 *Historiarum cognitio cur in Legato requiratur?*

Historiarum cognitio gentium omnium vovenda Legato: ex hac enim id assequitur, ut plurimas ipse obivisse videri possit Legationes, dum in varia orbe toto gente facta, dicta, fortunatos infortunatosque eventus leget, ad quæ mores suos componet, prudentiam colliget, fugienda amplectendaque discet, labore suo non magno. Felix qui aliorum damno periculisque, damno suo nullo, vitam moresque componit. Nulli Historicis certius docent, nulli tutius, nulli minori fuco, nulli audacius præeunt, nulli fortius. Hos ergo Legatus familiares sibi faciat, ab his profutura mutuetur: noxia in fugam, bona in sequelam.

9. *Historiarum lectio Principibus necessaria.*

Princeps item Historiarum lectionibus cujuscunque ævi, è quibus gentium mores, dicta, facta, fortiter, clementer, juste, prudenter, moderate, magnifice, constanter, munificè, piè colligat & imitetur: vitia detestetur, damna fugiat, periculis se suosq; subducat, diligenter incumbat; Cum enim fere omnes non tam cum Principe, quam cum Purpura illius loquantur, consultissimum, mutos Magistros audire, qui legentium vitia in aliis accusant, erroresque lectoris sui in aliis damnant. Nam quis alius moneat Principem? non patiuntur sceptra monitorem: quo fit, ut lubentius cum fortuna ipsorum, quam cum ipsis loquamur. E libris ergò discenda Principes hauriant. Prudenter filium *Basilius* Imp. monuit: *Per Historias veteres ire ne recusa: ibi enim reperies sine labore, quod alii cũ labore collegerunt, atque illinc hauries & bonorum virtutes, & improborum vitia, vitæ humanæ varias mutationes & rerum in ea conversiones, mundi hujus instabilitatem, & imperiorum præcipites casus, & ut uno verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia, quorum illa fugias, ne in justitiæ divinæ manus incidas; hæc complectaris, ut præmiis, quæ illa comitantur potiaris.* Lectionum etiam Ptolemæo Ægyptiorum Regi auctor fuit Demetrius Phalereus, *ut conscriptos de regno imperioque libros compararet, atque lectitaret, nam, quæ amici non audent Reges admonere, ea in libris scripta reperiunt.* Verba sunt Plutarchi. Et ego auctor sim Principi, multa hic discet, quæ à suorum nemine, adeoque omnia discet: & tanquam in speculo vitam moresque suos intuebitur. Vitia virtutesque in aliis, nullo suo damno, commodo maximo, discet. Cumque magnorum Regum vitam moresque variosque utriusque fortunæ felices, infelicesque eventus legerit, fugienda sibi sequendaque videbit: temerariorum deinde conatuum infortunatos exitus, fortunatos prudentium, eversaque regna, & sedibus quasi suis evulsa leget. Funestas etiam Regum mortes & causas discet. E quibus omnibus, quid fugiendum, quid sequendum sibi sit, statuet; quidve Regem deceat, quid dedeceat, quæ à quibus damna metuenda, quæ commoda speranda, quantum fortunæ & sceptris credere debeat, quantum ætati & robori, quantum suis, alienis, amicis, inimicis, detractoribus, adulatoribus, denique cum legerit, quanta è vitiis mala, quanta è virtutibus bona fluxerint; illa fugiet, has amplectetur, cumque senserit, quam libero sæpe scriptorum calamo, mortuorum Principum dicta factaque in omnem posteritatem transmittantur cavebit à damnandis, paria enim in paribus dictis factisque exspectare debet. Ita *R. P. Scribanus in Polit. Christ. lib. 1. & 2.*

10. *Quænam hinc ad eos emanet utilitas.*

Hochmeister/Teutschmeister.

Vid. tom. 1. *h.tit. & supra Tit.* Abgehende Ständt. *Verb. Prussia fol.* 107. *nec non verb.* Balley *fol.* 349. & *verb.* Brandenburg *fol.* 386. *n.* 18. 25. & 26.

Hochzeit.

Vid. infra verbo Unkosten.

Hoffgericht.

Vid. Tom. 1. *h. t.* ubi de eorum institutione ad promovendam justitiam disponitur.

Hohen-Gerolseck.

Vid. Tom. 1. *h. t. & Instrum. Pac. art.* 4. §. 27.

Hohenlohe.

Vid. Tom. 1. *h. t. & Instrum. pac. art.* 4. §. 40.

Hohenstein.

Vid. tom. 1. *h. t. & Instrum. Pac. art.* 11. §. 2.

Hohen-Solms.

Vid. in Tom. 1. *& Instrum. Pac. art.* 4. §. 33.

Hohe Schulen.

Vid supra, verbo Academia.

Hollandia.

Hollandia.

SUMMARIA.

1. *De Hollandia, & in specie Batavia.*
2. *Hollandia in aquis fundata.*
3. *Hollandiæ pars trans-Rhenana.*
4. *Recensentur Comites Hollandiæ.*
5. *Fœcunditas inaudita.*
6. *Ordo aurei velleris.*
7. *Conjugium Maximiliani Austriaci cum Maria Valesia.*
8. *Philippus Austriacus Rex Hispaniæ.*
9. *Carolus Austriacus, & ejus gesta gloriosa. vid. supra fol. 15.*
10. *Coronatur Imperator Carolus V.*
11. *Philippus Caroli V. Imp. filius vid. supra fol. 16.*
12. *Hollandorum querelæ.*
13. *Hollandiæ Comitum nomen cum Philippo sublatum.*
14. *Hollandorum requisita libertas & modus regnandi.*
15. *Libertatis per pacem confirmatio.*
16. *Specialior regiminis descriptio.*
17. *Hollandiæ termini, ejusdemque Soli ingenium, piscatio & navigatio.*
18. *Opum Hollandiæ fundus & fructus.*
19. *Boves, Vaccæ, caseus, Butyrum.*
20. *Ingens pecuniarum inde summa.*
21. *Hollandiæ ambitus & oppidorum pagorumque numerus.*
22. *Haga.*
23. *Amsterodamum.*
24. *Navium copia.*
25. *Hollandorum laus in genere.*
26. *Hollandorum artes & studia.*
27. *Insulæ Juris Hollandici.*
28. *Schellingia insula, & inibi mira piscandi ratio.*
29. *Mirabilis captura canum marinorum.*
30. *Quando Hollandi ad CHRISTUM conversi.*
31. *Hollandorum militia & reditus.*

QUæ supra *fol.* 104. *& seqq.* de Belgio Fœderato notavimus, illis meritò sequentia adhuc adjicienda: Et quidem in *specie de Hollandia*, quæ exigua quidem terrarum portio, sed magnis & eximiis rebus plena est. Magnus in ea luculentarum
1 De Hollandiâ, & in specie Bataviâ.
Civitatum, magnus item insignium pagorum est numerus, incolæ utriusque sexus robusti & proceri, pecudum maxima multitudo, opes potentiaque permagna. Imprimis autem aquis, fossis atque aggeribus, aperiri vicissim & claudi consuetis, regio hæc redditur munitissima, adeoque fortassis invicta. Sita est in ea Insula, quam *Bataviam* olim dixerunt, â Batone, filio Regis Cattorum, qui, ut scribit *Cornel. Tacitus Histor. lib. IV. & de morib. German.* è Germania in hanc sedem migrarunt. Bataviæ verò nomine veniebat omnis ille terrarum tractus, qui continebatur inter utrumq; cornu Rheni, & mare Oceanum, ita ut præter Hollandiam complecteretur & ditionem Ultrajectinam & Septentrionalem partem Ducatus Geldriæ, atq; hoc modo, temporibus Imperatoris Caligulæ, proprium erat regnum Batavorum, prout narrat *Suetonius*, dicendo, *Adminium* Cinobellini Regis filium, pulsum â patre cum exigua manu transfugisse ad Romanos. Retinet autem hodieque priscum vocabulum inter Culenburgum, Buram & Tilam, oppida Geldriæ, ubi nempe illa est ditio, quam incolæ, voce nonnihil corrupta, vocant *de Betuvve*, *Plinius lib. 4. cap. 15.* nobilem insulam Batavorum appellat. Mirum fortassis, vel etiam incredibile videri posset cuipiam, hanc provinciam fundatam esse in aquis, palam tamen apparet, ipsam, si non omnino, at saltem ex parte (forte ob naturalem terræ cum aqua conjunctionem, non aliud habere fundamentum, quam aquam, eæque velut inniti: quod nominatim videmus in ea Hollandiæ regione, quam *Waterlandiam*, id est terram aquaticam vulgò appellant, in qua oppidum *Monachodamum*, unà cùm aliquot pagis, è regione Urbis Amstero dami. Quin in *Arthesia* quoque ad D. Audomari vastissimus quidam est lacus, cui compluria innatant terræ segmenta, velut pascua quædam & prata, ea magnitudine, ut pecudes oberrantes admittant, cum tamen is lacus non habeat corpus aut amplitudinem sustinendæ huic terrarum massæ respondentem: prout habet Oceanus, ita quidem ut ista, etsi prima fronte videantur naturæ repugnare, revera tamen non pugnent; cum videamus quotidie, in fodiendis puteis aliisve id genus fossis, terram in aqua fundatam esse; Pro quo facit, quod de hac terræ & insularum, adeoque vastissimorum nemorum in aquis fluctuatione tradidit *Plinius lib. 2. cap. 95.* Arcana sane naturæ miracula non sine animi voluptate intellecturi, verba ejus sunt hæc: *Quædam insulæ semper fluctuant, sicut in agro Cæcubo, & Reatino, Mutinensi, Statoniensi, in Vadimonis lacu, & ad Cutilias aquas opaca Sylva, quæ nunquam die ac nocte eodem loco visitur. In Lydia, quæ vocantur Calaminæ, non ventis solum, sed etiam contis, quo libeat, impulsa multorum civium Mithridatico bello salus, sunt & in Nymphæo parvæ salutares dictæ, quoniam in Symphoniæ cantu, ad ictus modulantium pedum moventur. In Tarquiniensi lacu magno Italiæ duo nemora circumferunt, nunc triquetram figuram, nunc rotundam complexa, ventis impellentibus, quadratam nunquam.*

2 Hollandiâ in aquis fundatâ.

Hollandiæ pars *Trans-Rhenana*, propriè ad Germaniam veterem pertinet, continetque in se Frisios minores, cum quibus pertinaci odio diu à Batavis pugnatum est. Rhenus enim Galliam à Germaniâ disterminat: neque est extendenda Gallia ad tertium usque Rheni ostium, quod Flevum vocant, quum inter illud & medium siti fuerint Frisii majores, & Sicambri, qui tamen 3 Hollandiæ pars trans-Rhenana.

tamen Gallis, nunquam non Germanis sunt accensiti; Trajectus itaque ad Rhenum cum Amsterodamo, Harlemo, Enckusa, Horna, Geldriaque omnia ad Germaniam magnam referenda sunt. Nam de *Frisiis majoribus*, in quibus sunt *Leodienses*, *Grœningenses*, deque Transisalanis, & Zutphaniensibus, nemini dubium est, quin Germaniæ accenseri debeant. Quod si verò etiam *Germanias duas*, Superiorem & Inferiorem, quæ propriè in Belgio sunt, placet Germaniæ adscribere, multò jam erit amplior amplissimæ Regionis ditio: atque ut ad eam referuntur vulgò Argentoratum, Wormatia, Spira, Treviris, Moguntia, Colonia, ita ad eam referuntur, Antwerpia, Gandavum, Brugæ, Lugdunum Batavorum. Et constat *Carolum V. Imper.* postquam anno Christi 1528. Hollandiæ, Brabantiæque adnexisset Trajectum, cum Transisalania, cedente Episcopo Henrico Bavaro, Anno verò Christi 1537. Groningam cum Ommelandia, & anno uno post Geldriam Universam; omnes simul Provincias Belgicas, comprehensas titulo *Circuli Burgundici* & *Belgici*, in Comitiis Augustanis junxisse S. Imperio. Factum id est, *anno Christi* 1548. *die* 16. *Junii*; Quæ cum ita sint, non videbitur cuipiam mirum, si Hollandiam quoque ad Germaniam referamus.

Stemma Comitum Hollandiæ.

4 Recensentur Comites Hollandiæ.

Carolus Calvus, Ludovici filius, Caroli Magni Nepos, Romanorum Imperator, quum certis Nunciis accepisset, Normannos eam Germaniæ Inferioris oram, quæ Oceano opposita, Rheno, Mosa, Scaldi amnibus alluitur, depopulari ac fœdare, contulit ditionem illam, quæ nunc Hollandiam, Zelandiam, Frisiamque, Trajectumque complectitur, in *Theodoricum*, Sigeberti Aquitaniæ Principis Filium, Walgeri Comitis Teisderbandiæ fratrem minorem natu, editum Hoganonis Sorore, transtulit. Facta est autem donatio *Bladellæ*, haud incelebri tunc temporis Brabantiæ oppido. Theodoricus, Imperatoris copiis opibusque, in vacuum possessionem deductus, ditionem illam occupavit, non sine sudore & sanguine, ob Burggravii Leidensis, & Falckenburgici Toparchæ, armata manu sese opponentium vires, quibus victis cæsisque, digressus Carolus ad suos, haud diuturnam pacem Theodorico reliquit. Frisii quippe, libertatis avitæ titulo conspirantes ipsum provinciâ ejecerunt; qui ad Carolum Imperatorem profugus, ac non multò post restitutus, pacatis rebus ita cum Frisiis & Normannis, qui ex suæ Patriæ nomine nomen Hollandiæ dederunt, vixit, ut utique come & temperatum Imperium agnoscerent. Obiit tandem senex *anno* Principatûs suscepti 40.

Theodoricus II. fertur rexisse Hollandiam annos 88. Uxoremque habuisse Genam Pipini Ducis Aquitaniæ filiam.

Theodoricus III. à quibusdam hoc loco inseritur, eumque dicunt uxorem habuisse Hildegardim, Ludovici V. Regis Francorum filiam, & obiisse anno Christi 988.

Arnulphus Theodorico Patri successit, diciturque Hollandiam ac Zelandiam, exemptas Francorum Regum potestati, subjecisse Imperatori Ottoni III., occubuit in prælio adversus West-Frisios, *anno* 993. Uxor est Ludgardis filia Romani Imperatoris Constantinopolini, Frater ejus Egbertus, Archi-Episcopus Trevirensis, in Sacello à se exstructo, quod ipse B. Andreæ dicavit, situs est.

Theodoricus IV. Arnulphi filius, patris necem ulturus, bellum gessit cum Frisiis: Adebocoum, Episcopum Ultrajectinum cœpit; & in Hollandiam abductum Iselmundanæ arci inclusit. Jerosolymam profectus, dum reditum parat, in itinere obiit, *anno* 1039. Huic Uxor fuit Utelheidis Ottonis III. Imperatoris Soror, quæ post mariti obitum ad suos rediit, præfuit Theodoricus Hollandiæ *annos* 46.

Theodoricus V. Dordrechti telo ictus in femore, biduum ab accepto vulnere vixit. Obiit *anno* 1048. celebs. Ostenditur hodieque locus, in vico, quem ex eo vocant Comitis.

Florentius, Theodorici frater fraternos hostes sibi infestos expertus est, Coloniensem & Leodiensem antistites, & Lambertum Comitem Lovaniensem: ac commisso cum illis prælio, Leodiense occiso; Lovaniense capto, domum rediit victor, *anno* 1063. ferunt eum in itinere, dum sub Arbore quadam defessus auram captaret, occisum à sicariis, quos Coloniensis submiserat; Uxor ei fuit Gertrudis, filia Bernardi Ducis Saxoniæ, quæ etiam post mariti obitum aliquamdiu Hollandiam gubernavit; Nupta *Ruberto Comiti Flandriæ*, liberorum Florentii tutori, qui à devictis Frisiis Frisii cognomen retulit. Anno autem 1070. instinctu Guilielmi Episcopi Utrajectini, arma sumpsit *Godofredus Lotharingiæ Dux*, pulsisque Gertrude & Ruperto Hollandiam per vim occupavit.

Godefridus Gibber Lotharingiæ Dux, victo ad Leidam Ruperto, bellum Frisiis intulit: obsessus ab iisdem, postea Alcmariæ vix evasit, Soluta per Guilielmum Antistidem Trajectensem obsidione. Tandem tamen telo per posticum acto, dum alvum exonerat, pœnas dedit occupati alieni Imperii, *anno* 1075. Hic Delfum creavit, oppidum inter prima Hollandiæ.

Cæso Godefrido admotus est rebus *Theodoricus IV.* qui jam aptus per ætatem Imperio habebatur. Hic Trajectensem Episcopum, priorum motuum autorem, ad redditionem eorum, quæ bello abstulerat, adegit, Frisios domuit, congressus cum ipsis non semel, præfuit rebus *annos* 25. Uxor ipsi Withildis, filia Friderici Ducis Saxoniæ, Soror Bertha nupta Philippo I. Francorum Regi, qui eam dimisit.

Floren-

Florentius II. pinguis, dignitatem majestatemque Imperii ornavit procera Corporis venustate, affabilitate, pudicitia, justitia, Clementiâ; *Obiit anno* 1123. Uxor ei fuit Petronella Lotharii II. Imperatorris Filia, quæ Monasterium Rhenoburgense condidit. E cujus fundamentis effossum est *anno* 1613. *Saxum, cum effigie capitis & inscriptione, Petron,* quæ an ista sit, an alia, de quâ proximè dicetur, haud satis compertum habeo. Filia Hedwigis nupta fuit Gerardo Comiti Geldriæ & Sutphaniæ.

Theodoricus VII. Florentii II. filius, Frisios rebelles domuit, eosdem, Duce fratre Florentio Nigro, Hollandicum agrum infestantes coërcuit. Trajectum, ne hostiliter expugnaret, Religione & precibus Heriberti Antistitis motus est: *Obiit anno* 1163. Uxorem habuit Sophiam natam Ottone Comite Palatino. Filias, Sophiam, Abbatissam Fontanellæ, & Hedwigim, cum Petronella, quæ ibidem *Virgines* vixere.

Florentius III. post Patris Theodorici excessum factus Comes, Uxorem duxit Adam, Guilielmi Regis Scotiæ, Henrici filiam, à Viboldo Egmundano Abbate accersitam. Magna hic cum Godefrido Episcopo Trajectensi fuit de Frisiæ Imperio contentio, quam *Fridericus Barbarossa* diremit. Posteà tamen Frisios iterum Rebelles vicit, exactâque ingenti pecuniæ vi, ad obsequium adegit: Profectus indè cum Friderico in terram Sanctam, post multa fortiter à se edita virtutis exempla, Antiochiæ extremum diem clausit, *anno* 1190.

Theodoricus VII. cum fratre Guilielmo atrox prælium in Zelandia commisit, orta de Hercifcundis bonis inter ipsos controversia. Composita tamen res est, interventu patrui Balduini, Trajectensis Episcopi, cujus etiam ditionis, post obitum ipsius, factus est tutor. Indè *Brabantiam* cum Exercitu ingressus, *Buscum-Ducis* cœpit. obiit haud procul à Dordrechto anno 1203. Uxorem habuit Adelheidem Filiam Theodorici III. Cliviæ Ducis

Ada Theodorici filia, post patris obitum, nupsit Ludovico Comiti Lossensi, qui Regnandi ignarus, turbatis rebus à Guilielmo Flandriæ Comite ditione pulsus est, *anno* 1204.

Guilielmus I. Theodorici VII. frater, Adæ Patruus, Comes factus Hollandiæ, Trajectenses bello petiit: à quibus, post incensum Dordrechtum, eò actus est, ut pacem immani pecuniâ redemerit; *Damiatam*, quæ Pelusium est, in Ægypto, ope Harlemensium cœpit. In Scotiam cum Classe profectus, ad capiendum Regnum, quod ad ipsum excessu Macolini avunculi sui erat devolutum, quum audisset à Lossensi Comite Hollandiam ferro & igne vastari reversus, armis hostem ejecit. Obiit tandem anno Regiminis in Hollandia *anno Christi* 1223. Uxor ejus prior fuit Adelheidis filia Ottonis II. Comitis Geldriæ: Posterior Maria Edmundi Ducis Lancastriæ filia. Sepultus fuit Rhenoburgi; Estque adeò ante hoc biennium effossum illic Saxum cum hac inscriptione:

Wilhelmus *primus Comes Hollandiæ obiit anno* 1223.

Aleidis filia Comitis Geldriæ uxor ejus, obiit anno 1218.

Et aliud cum ista:

Ada *filia Wilhelmi primi Comitis Hollandiæ in Rheinsburg Abbatissa, obiit anno* 1258.

Florentius IV., Guilielmi filius, Aleide prognatus, magnâ claruit rei militaris famâ, à Claremontano Comite ad ludos Equestres, quos apparaverat invitatus, per fraudem interemptus est, quod crederet familiarius uxore suâ usum esse; Conjugem habuit Mechtildem filiam Henrici Probi Ducis Brabantiæ, ex qua nata *Margaretha*, Uxor *Hermanni Comitis Hennebergici, quæ tot enixa liberos dicitur, quot sunt in anno dies,* sepulta Losduni. Nata & Adelheidis, nupta Joanni Viennensi Comiti Hannoviæ, cujus liberi ac Nepotes, extincta Guilielmi II. Sobole, in Comitatu Hollandiæ successerunt. Natus & Guilielmus II. de quo proximè, & Florentius Præfectus Zelandiæ. De Margaretha extat in Losdunensi fano tale monumentum: Fœcunditas inaudita.

En tibi monstrosum nimis, & memorabile factum.
Quale nec à mundi Conditione datum.
Hæc lege, mox animo stupefactus lector abibis.

Margaretha Hermanni Comitis Hennebergiæ Uxor, quarti Florentii Hollandiæ & Zelandiæ filia, Guilielmi Regis Romanorum, ac posteà Cæsaris, seu Gubernatoris Imperii, atque Adeithejæ Comitis Hannoviæ Soror, cujus patruus Episcopus Trajectensis, avunculi autem filius, Dux Brabantiæ, & Comes Thuringiæ. Hæc autem Illustrissima Comitissa, annos quadraginta duos circiter nata, ipso die Parasceves, nonam circiter horam, anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, *trecentos Sexaginta quinque enixa est pueros,* qui prius à Guidone, suffraganeo Trajectensi, omnes in duobus ex ære pelvibus baptizati sunt: quorum masculi quotquot erant, *Joannes;* puellæ autem *Elisabethæ* vocatæ sunt: qui simul omnes cum matre, uno eodemque die fatis concesserunt, atque in hoc Laudunensi templo sepulti jacent. Quod quidem accidit ob pauperculam quandam fœminam, quæ ex uno partu gemellos in ulnis gestabat pueros, quam rem ipsa Comitissa admirata, dicebat, *Id per unum virum fieri non posse*, ipsamque contumeliosè rejecit. Undè hæc paupercula, animo perturbata ac perculsa, mox tantum prolium numerum ac multitudinem ex uno partu ipsi imprecabatur, quot vel totius anni dies numerarentur, quod

quidem, præter naturæ cursum, stupenda quâdam ratione ita factum est, sicuti hic in perpetuam hujus rei memoriam ex vetustis tam manuscriptis, quam typis excusis Chronicis breviter positum, & enarratum est. DEUS ille ter maximus hac de re suspiciendus, honorandus, ac laudibus extollendus in Sempiterna sæcula, Amen.

Guilielmus II. extincto indigne patre, vix Sexennis commissus est curæ Ottonis patrui, Episcopi Trajectensis. Sub hoc adolevit ad annum usque ætatis vicesimum, quo Romanorum Rex electus est; Aquisgranum profectus coronæ capiendæ causa, ab Alberto Coloniæ exceptus est, *hiberno tempore prolatis Uvis & floribus.* Curiam Provincialem juridicundo primus Hagæ Comitis instituit, quæ postea mirum in modum crevit. Flandros, Zelandiam vastantes repressit, reportata insigni ab iis victoria. Joannem Avennium ad finem suum contra Matrem Margaretham armavit. Cæsus tandem est à Frisiis, *an.* 1255. *Kal. Febr.* relicto filiolo, qui nondum Sex menses vitæ expleverat, ex Uxore Elisabetha, filia Ottonis Brunsuicensis.

Florentius V. anno ætatis 19. Frisiis indixit bellum, ulturus patris necem, & vicit eos prælio semel, atque iterum. Cum Flandris, qui jam multos annos Hollandis infesti fuerant, pacem sancivit, accepta Guidonis Flandriæ Comitis filia Beatrice in uxorem. Hic ille est qui *Gerardi Velseni uxorem violasse* perhibetur, à quo postea duobus & viginti vulneribus confossus est, adnitente etiam Hermanno Woerdeno vitiato patre, *anno* 1296. Sed Velsenus captus postea pœnas quoque occisi Principis sui dedit.

Joannes I. Florentii filius, Guilielmi Cæsaris nepos, puer in Anglia apud Eduardum Regum educatus est; Post patris verò obitum revocatus ab Hollandiæ proceribus de Consilio Regis, Guidonis Flandrorum Comitis commissus est tutelæ, Wolfardi Borsalii Toparchæ Veriensis. Postquam adolevisset, bis in Frisios rebellantes, exercitum duxit. Decessit è vitâ *anno* 1300. Conjux ei fuit Elisabetha, Eduardi II. Regis Angliæ filia, ex quà nullam Sobolem suscepit. Eo factum est, ut Comitatui Hollandiæ præfectus fuerit Joannes Hannonius Adelheide Guilielmi Cæsaris Sorore editus.

Joannes II. Hannonius gravia, & multa cum Flandris bella gessit terra marique. *Obiit anno* 1304. Sepultus est Valencenis, Uxor ei Philippa, filia Henrici Lucelburgici. Porrò à Joanne isto creditur excisa esse Verona Frisiorum, non procul ab Alcmaria, Urbs; Filios habuit Guilielmum Comitem Hollandiæ, Joannem Comitem Ostervandiæ, qui prælio Contracensi occubuit *anno* 1403. Joannem alterum, Dominum Bellomontensem, Tollanum, & Goudensem, qui filiam & Hæredem reliquit Joannam, nuptam Ludovico Castilionæo Comiti Blesensi. Filias verò Mariam, nuptam Ludovico Borbonio, & *Mechtildem* Comiti Nivellano.

Guilielmus III. Joannis II. filius à virtute, & indole nomen retulit Boni. Hic Middelburgi in Zelandia *Canonicorum Collegium* instituit. Hujus ope Philippus Gallorum Rex Flandrorum exercitum fudit; Ab hoc Frisii classe victi sunt. Magna fuit hujus pietatis, justitiæ, Religionis, ac Prudentiæ laus. Regnavit *annos* 33. obiit *anno* 1337. Sepultus est Valencenis. Uxor ei Joanna, Filia Philippina nupsit Eduardo III. Regi Angliæ, Joanna Gerardo IV. Comiti Juliacensi, Margaretha Ludovico Bavaro Imperatori.

Guilielmus IV. reportatis aliquot à Turcis ac Saracenis in Hispaniâ Victoriis clarus, postquam in Hollandiam reversus est Trajectum oppugnavit, urbem dissidiis plebis adversus Nobiles laborantem, eoque adegit duros alioqui civium animos, ut nudatis plantis, apertisque capitibus egressi, quingenti, Comitis pedibus advoluti sint gratiam veniamque commissorum postulantes. Movit inde in Frisios, & apud Staveram occisus est, *anno* 1345. *die* 26. *Septemb.* Conjunx ei fuit Joanna filia, Joannis III. Ducis Brabantiæ, ex quâ tamen prolem non suscepit.

Successit Fratri defuncto in Principatu *Margaretha*, Guilielmi III. filia, Ludovici Bavari Imperatoris Uxor, quæ ex Germaniâ Superiore in Hollandiam profecta, haud diu illic mansit, licet vindictam in Frisios meditaretur: Sed filio suo Guilielmo Substituto, eâ lege ut fratris necem ulcisceretur, rediit ipsa in Bavariam, venditis adsumptum belli Coloniæ omnibus bonis, quæ Frisii in Hollandia possidebant. Reversa, post obitum Ludovici, bellum etiam cum Trajectensibus gessit. Ortum quoque est anno 1350. ingens inter Matrem Augustam, & filium Guilielmum dissidium, quod totam Remp. ita in partes traxit, ut alii *Houx*, alii *Cabelliaus* dicerentur, quorum illi matri, hi filio adhærebant, nominibus à piscatu desumptis, quod Aselli Marini (id enim sonat Cabelliau) hamis capiantur, quos houx vocant. Obiit Margaretha *anno* 1355, *prid. Kal. Octob.* estque Valentinianis sepulta.

Guilielmus V. Ludovici Augusti filius, Dux Bavariæ, Comes Hannoviæ, Hollandiæ & Zelandiæ, exacto in Principatu Septennio, incidit in phrenesin, cumque per morbi impotentiam virum quendam nobilem, (creditur fuisse Guilielmus de Wateringen) suâ ipse manu etiam occidisset, vinctus ex eo est, & adservatus in custodia, Hagæ Comitis totos annos 30. obiit tandem *anno* 1377. Ita qui Matri obsequens esse noluit, sibi ipse perniciosus fuit. Uxor ei fuit Mechtildis, filia Henrici Comitis Landcastriæ, Ad hunc Guilielmum refero nummum, quem se vidisse testatur *Franciscus Irenicus* cum hac inscriptione,

Wilhel-

Wilhelmus Bavariæ, Zelandiæ, Hannoniæ, Brabantiæ. & Hollandiæ Dux.

Albertus I. Wilhelmi frater, à Proceribus ad Reip. Administrationem, post obitum fratris, vocatus, initio tranquille rexit; posteà Delfenses, ob effractos carceres, eductosque captivos, quos Princeps comprehendi jusserat, tumultuantes obsedit, & dirutis muris ad officium adegit. Præfuit *annos* 46. Sepultus est Hagæ Comitis monumento magnifico: Uxor ejus prior fuit Margaretha, filia Ludovici Ducis Brigensis: posterior Margaretha altera, filia Adolphi Comitis Cliviæ, quæ *Monasterium Hagæ exstruxit Jacobitarum*, in cujus Sacello ipsa sita. Filiæ fuere Margaretha, nupta Joanni intrepido, Duci Burgundiæ, Catharina, Eduardo Duci Geldriæ, Anna, Wenceslao Romanorum Regi, Joanna, Alberto Duci Austriæ.

Albertum patrem excepit filius Guilielmus VI. qui in Frisia sub patre militiæ tyrocinium posuit: eoque extincto Geldriam, quam tum regebat Reinaldus Dux, ingressus, omnia latè populatus est; Postea tamen arctissimam cum Reinaldo amicitiam contraxit. Uxorem habuit Margaretham filiam Philippi audacis Ducis Burgundiæ, ex quâ unam filiam suscepit, Jacobam, quæ ut de procerum Hollandiæ communi sententiâ sibi surrogaretur, ante obitum suum impetravit, obiit autem *anno* 1417. Frater ejus Joannes, qui apud Leodienses nomen titulumque tenebat Episcopi, quum Sacerdos fieri recusaret, pulsus est Leodio; ac post multa discrimina Bellorum, adjutus à Burgundo, tandem uxorem duxit. Margaretha verò utriusque Soror, Comitissa Hannoniæ, nupta fuit, uti diximus, Joanni intrepido, Burgundiæ Duci, qui à Carolo Delphino interemptus est, fuitque hæc Mater Philippi boni.

Jacoba Bavara, patris Guilielmi hæres, Virgo magni animi, multorum atque imprimis Consanguineorum suorum, sive quod mulier esset, sive quod inconsultior, patuit insidiis. Statim post obitum patris, Gorinchemium, à Guilielmo Arkelensi occupatum, misso illuc Walravo Brederodio vi recepit. Indè ad conjugium appulso animo, quum nupsisset Joanni Brabantiæ Duci, viro tenera Corporis habitudine, ingenioque parum acri, cœpit, quem dilexerat, fastidire, frustrà eam officii commonefaciente Margarethâ Matre, & Duce Philippo. Joannes verò Bavarus Jacobæ patruus & tutor, impetrato ab Imperatore Comitatu, ut in eo erat, ut neptem sua m & pupillam inde pelleret, defuncto autem Bavaro, qui Philippum Burgundum, præterita Jacoba hæredem, instituerat, Proceres Hollandiæ, Joannem Jacobæ maritum, Brabantiæ Ducem Comitem assumpsere. Perstitit tamen in ipsius odio Jacoba, & in Angliam ad Henricum V. Regem profecta; dum de divortio consilium capit, despondetur Hunfrido Glocestriæ Duci, Regis ipsius fratri, per id ægre tulere Jacobæ consanguinei. Ipse etiam Hunfredi frater Betfordius. Pugnatum in hac causa est in Hannoniâ. Tandem verò convenit, ut Hannoniensis Comitatus esset in potestate Ducis Brabantiæ, Jacoba verò in manu Ducis Burgundiæ Philippi; At illa elapsa custodia, virili animo arma in Philippum movit: Sed non mansit diu mulier unâ duum virorum; Nam Maritus Anglus ipsi adjudicatus est, Brabantus verò ex vita excessit, *anno* 1436. Hoc in statu reconciliavit se Philippo (quem etiam hæredem suum instituit) nupsitque postremùm Franconi Borsaliensi, quem Philippus discedens pro se Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ præsidem constituerat, ac tandem ex vitâ hac cessit *anno Christi* 1436. Sepultus Hagæ Comitis.

Philippus bonus obitu patris factus Burgundiæ Dux, & Comes Flandriæ, obitu Philippi Brabanti auctus Ducatibus Brabantiæ & Limburgi, obitu verò Jacobæ amitæ suæ Comitatibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ, quibus ditionibus accessit Namurcum exemptione; Lutzenburgum ex transactione facta cum Elisabetha ejus Provinciæ Duce, patris necem, à Carolo Delphino commissam, condonavit; auctusque gloria & potentia ordinem instituit *Brugis aurei velleris*, quum uxorem duceret Isabellam Lusitanam. *an.* 1430. 6 Ordo aurei Velleris.
Filium suum nothum, Davidem Trajectensem fecit Antistitem, Mariam Sororem suam elocavit Duci Aurelianensi; Præfuit Hollandiæ *annos* 34. extinctus est Brugis Anno Christi 1467. ætatis suæ 71. Sepultus primum Donatiani, posteà Divioni Burgundiæ.

Carolus Bellicosus, tertia Philippi Conjuge editus, bonorumque patriorum hæres, excelsi quidem animi, sed consilii parum secundi fuit, tenax opinionum suarum, & ex dignitate suâ opibusque prudentiam Civilem æstimans. Bella semper paci prætulit, potentiæ suæ fisus amicitias aliorum despexit. Alias vini, & cibi sobrius, in vita omni castus & temperans, justitiæ amantissimus. Suscepto adversus Ludovicum Galliæ Regem, & Lotharingos Helvetiosque bello non necessario, obiit confossus Nasii, dum urbem obsidet, proditus ab Italo Comite Campobasso, *die* 5. *Jan. Anno* 1477. quum præfuisset Hollandiæ annos novem: Uxor ei fuit Margaretha Borbonia.

Maria Valesia, Caroli filia, quum à præcipuis orbis Christiani Principibus conjux peteretur, Friderico Imperatore pro filio Maximiliano, Ludovico Galliarum Rege pro Carolo filio ambientibus, data est post longas Procerum, qui Lovanii eâ 7 causâ convenerant, deliberationes, ex patris Caroli voluntate, *Maximiliano Austriaco*, qui, suscepto ex ea filiolo *Philippo*, & filia Maria, uxorem ex equo lapsam, mortuamque cum dolore amisit, anno conjugii Conjugium Maximiliani Austriaci cum Maria Valesia.

quinto, *Christi* 1482. Sed de pupilli tutela, & educatione graviter disputatum est, Maximiliano eam sibi adscribenti, ut patri, Ordinibus vero Flandriæ sibi vindicantibus. Progressaque est eousque contentio, ut etiam Maximilianum Brugenses in custodia aliquot menses detinuerint, *anno* 1488. Sed rebus posteà compositis rediit Maximilianus in Germaniam, relicto pro se Belgico Administratore, Alberto Duce Saxoniæ, Landgravio Thuringiæ.; discessit è vivis *an. Domini* 1519.

8 Philippus Austriacus, Rex Hispaniæ.

Philippus II. Austriacus, simul atque adolevit, cedente Patre Maximiliano, gubernacula Belgicarum Provinciarum adit, anno 1444. ducta biennio post uxore *Joanna, Regina Hispaniarum*, Liræ, oppido Brabantiæ. Hic obitu Socrus, factus *Hispaniarum Rex, anno* 1405. reliquit Belgium, & Regna sua petivit, Constituto Gubernatore *Guilielmo de Croy*, Domino Arschotano. Ac biennio post mense Septembri è vivis emigravit Burgis, juvenis adhùc. Ejus Conjunx quum cœlebs vixisset annos totos 49. vitam cum morte commutavit Tordesillis in Hispania, *anno Christi* 1555. *ætatis suæ* 70. Liberi fuêre, Carolus, Ferdinandus, Eleonora, Isabella, Catharina, & Maria.

9 Carolus Austriacus, & ejus gesta gloriosa, vid. suprà Verb. Abgehende Ständt/ fol. 15.

Carolus Austriacus, Philippi filius natus est Gandavi *anno* 1500. die 24. *Febr.* Sexennis patrem amisit; puerum rexere Margaretha amita, vidua Ducis Sabaudiæ, Archi-Episcopus Vesontinus, Guilielmus Croyus, Arschotæ Dominus, & Hadrianus Florentinus, Ultrajectinus, Academiæ Lovaniensis Cancellarius, vivo adhùc avo Maximiliano. Eum *anno* 1515. Principatui inauguravit Belgico: Hispania, altero post anno, Germania *anno* 1519. hujus omnis vita exemplis plena est fortitudinis, gloriæ, magnanimitatis.

Anno 1520. Aquisgrani Cæsar coronatus est. 1524. Tournacum cum arce & agro Gallis eripuit. 1524. Christiernum Daniæ Regem, Isabellæ Sororis maritum, tribus Regnis, Danico, Suecico, Norwegico pulsum, cum uxore & liberis recepit; ac illius quidem restitutionem non vehementer urSit, liberos verò juvit impensè. Eodem *Fratribus Jerosolymitanis Rhodo* pulsis donavit *Melitam*.

Anno 1524. Franciscο Galliarum Rege potitus est in pugna ad Papiam, & à captivo obtinuit *renuntiationem juris Gallorum in Flandriam & Artesiam, Andegavensium in Neapolim, Aurelianensium in Mediolanum & Genuam. anno* 1527. *Sexto die Maji*, capta est ab ejus Exercitu, Duce Carolo Borbonio Roma, 1528. Ultrajectina, & Transisalana ditio translata est in

10 Coronatus Imperator Carolus V.

Carolum. 1530. *Bononiæ* coronatus est Imperator Romanus à *Clemente VII.* ipso natali suo. 1532. Turcam Germaniæ imminentem fugavit. Regnum Cuscanum, Mexicanum, Peruvianum, missis illuc Cortesio & Pisarro, subjugavit, adegitque incolas omnes in Christi nomen. Extincto Francisco Sfortia, Duce *Mediolanensi Ducatum* etiam illum suis bonis adjecit. 1537. & 8. per Gallias iter faciens, commisit se *Francisci I.* fidei, à quo etiam honorificè exceptus est. 1541. Algieram Africæ oppugnavit, tempestate impeditus ne expugnaret. 1543. Geldriam & Zytphaniam ditionibus suis adjecit. 1547. Bellum Germanicum gessit, cœpitque *Saxoniæ Ducem & Landgravium Hassiæ.* Eodem à *Paulo III. Pontifice cognomen Maximi* accepit. 1552. Metas urbem Mediomatricum frustrà obsedit. 1553. Tervanam Morinorum urbem antiquissimam cœpit & solo æquavit. 1556. Deserto Belgio, commendatoque, Proceribus filio Philippo Septembri mense in Italiam solvit, & abdicatis Imperii & rerum humanarum curis, tandem anno 1558. vita functus est. 16. *Kal. Octobris.*

Philippus Caroli V. filius Austriacus, in Hispaniæ oppido Vaccæorum, quod à Valle Olitana vocant Vallidolit, natus est *anno* 1536, Matre Isabella filia Regis Portugalliæ. Hollandiam primùm adiit *anno* 1551. patris accersitu: Posteà iterum 1555. quum ex Angliâ rediens inauguraretur Belgicarum Provinciarum omnium Princeps, digressus indè anno 1556. ditiones istas postea non vidit, sed per præsides rexit. *Margaretham Parmensem, Albanum* Ducem, *Ferdinandum Toletanum* Requisenium, Joannem Austriacum, Alexandrum Farnesium, Ducem Parmensem, aliosque, quibus tamen Hollandi se opposuerunt, questi, non satis fieri avitis ipsorum privilegiis, multa contra priscos mores, & patriæ jura ab ipsis innovari; Neque fas esse Hollandiæ Comiti per Commissarios, homines non tantum rerum Batavicarum ignaros, sed etiam gentis hostes juratissimos, Provinciam regere; Itaque in fide *Guilielmi Nassovii, Principis Auriaci*, quem ille ipsis proprium Gubernatorem dederat, permanentes, ad Comitis sui melius informandi judicium appellaverunt. Donec ille *Guilielmo Principe proscripto* ac interempto, omnium à se Ordinum animos alienavit; Itaque illum, ejusque posteros Comitatu excidisse publico decreto Ordines declararunt *anno* 1581. *die* 26. *Julii*, Hagæ Comitis, Auriaco adhùc superstite: Atque ex eo se *Hollandia pro libera*, nullique Principi addicta Rep. gessit, & pro tali, paulatim à multis Christiani orbis Regibus, Principibus, Ordinibusque agnita est, ipse etiam Philippi II. hæres, Philippus III. *anno* 1609. inducias cum Hollandis & Zelandis pepigit, tamquam cum populis liberis, suique juris, prout supra *fol.* 104. *& seqq.* fusius deductum, ubi porrò de Inquisitione Hispanica etiam aliqua adjecimus. *Bertius de German. lib.* 2.

11 Philippus Imp. Caroli V. filius, vid. suprà fol. 16.

12 Hollandorum querelæ.

13 Comitum Hollandiæ nomen cum Philippo sublatum.

14 Hollandorum acquisita libertas & modus regendi.

Neque tamen Optimates sine Principatu Rempublicam gessêre, sed ut olim Regibus Duces successerant, ita nunc, sublato Comitis nomine, Legitimum imperium Arausionensis acceperat, Præfecti vocabulo,

cujus

cujus admirabilis cum Ordinibus concordia, dum & ipse illorum cedit potestati, illi vicissim ipsum & amant & reverentur ut parentem publicum, rem Batavam è parvis initiis ad maxima incrementa pervexit. Quare & cum vicinæ nationes *Mathiam* sibi *Austriacum*, mox Senatum, deindè Antinum Ducem proponerent, Hollandiæ & Zelandiæ Ordines fedus quidem cum illis sanctè coluere, cæterum nullam passi mutationem suam sibi, eandemque semper non rempublicam modo, sed & reipublicæ faciem retinuêre. Mortuo Arausionensi præfectura delata *Licestrio*, qui Anglorum auxilia adduxerat: Sed cum is, Regios gerens Spiritus, moris nostri ignarus & pravis consultoribus obsequens, regimen Ordinum obtrectare, res novas moliri cœpisset, Ordines suam potestatem, à quâ & Licestrius mandatum accepisset imperium, justissimam simul & antiquissimam demonstrant: eos verò, qui in ipsius gratiam, per seditionem res novare instituerant, capite plectunt. Quibus cum intellectis Licestrius ipse fuga Imperium deseruisset, *Mauritius Wilhelmi Arausionis filius*, Hollandiæ vicinisque Regionibus præficitur; Hoc præside mira iterum concordia: Vigintique per annos quieta Respublica, prolati fines, depulsi exercitus, prospera prælia, obsidiones illatæ fortiter, fortius toleratæ, Ordinibus Sapientissimorum Procerum, & Mauritio Ducum maximi famam addiderunt. Auctus Reip. honos, cum eam Reges per fœdera sibi æquavere: quippe anno XCVII. Societas facta inter Regem Galliæ, Reginam Angliæ, & fœderatarum nationum Ordines. Et tamen modestia adversus Principem, quamvis abdicatum fuit, ut Philippo superstite intra se tuendi necessitatem virtus constiterit; Quo mortuo indictum publicè, repositumque Hispaniæ, quod miserat bellum, & ad ultimas *Indorum* terras cincta armis commercia navigavêre. Ibi quoque communis hostis, & inclyta Batavorum virtus ac fides, Regum & populorum federa meruit: Salutatique Ordines alio tam procul cœlo venientibus legatis. Et hactenus pugnatum. De pace actum sæpe tum Philippo Rege vivente, tum post ejus mortem Belgis ad filiam generumq; translatis. Sed repudiatæ ab Ordinibus conditiones omnes, quibus non salva esset libertas, & jus decreti, quo Philippo Imperium abjudicaverant, Romanorum vetere Exemplo, quibus, ut pulsos Tarquinios reciperent, nulla pax tanti fuit.

15 Libertatis per pacem confirmatio. Tandem cum *Archi-Duces Albertus & Isabella*, & ipse Rex Philippus, Philippi filius, paratos se ostenderent Ordinum libertatem agnoscere, mediis Regum Galliæ, Angliæ, Daniæ, prætereà aliorum legatis, cœpta Colloquia, & cum pacem difficultates magnæ morarentur, ad ultimum anno CIↃ IↃ CIX. factæ in duodecim annos *induciæ*, præpositâ testatione ab Archi-Ducibus, tum suo, tum Philippi, à quo id mandati acceperant, nomine, quâ se pacisci eas inducias cum *Ordinibus fœderatis*, ut cum *liberarum nationum, ac Civitatum Ordinibus*, profitebantur, talesque eos à se haberi, & nihil à se in ipsos juris obtendi. Philippus pacta rata habuit, repetitâ eadem professione. Brevis hæc narratio, capto ante Cæsarem initio, in hoc tempus desinens, ostendit, per annos plures mille septingentis, Batavos eadem usos republica, cujus Summa potestas penes Ordines fuerit, & sit etiamnum: Sic tamen ut Principatus accesserit modo majori, modo minori cum procuratione, quondam Successione delatus, sæpè olim & nunc quoque suffragiis, semper autem sub legibus. Et hic quidem vultus Imperii, membra, si quis propius nosse desideret, ita se habent. Hollandia vicis & Urbibus frequentissimè habitatur. Urbium cura penes cujusque Senatum & Magistratus, quibus concessum intra suum territorium & leges quasdam condere, & ad Urbis necessitatis onera imponere. Senatores perpetui: Magistratus annui, nullo aut exiguo Salario, Magistratuum majorum, civium quidam Magistri, jura plebis & urbis statum defendunt: Judiciis Scabini præsunt, tum pecuniariis, tum etiam capitalibus, accusatorum publico munere, non sine Imperio quodam fungentibus his, quos Balivos & Sculteтos dicimus. Juris consulti Magistratibus assident. Vicorum duplex jurisdictio, major, minorque, partim penes Rempublicam est sive Comitatum, partim penes Nobilitatis præcipuos, qui eam, à Majoribus accepere. Minor per Scultetum & Scabinos: Major per Balivum & feudorum possessores, aut agros colentium potissimos, quos bene natos vocant, expediri solet. Sunt & propriæ cognitiones Sylvarum, & venationum, penes Saltuarium ejusque sodales: aggerum verò, quibus Hollandiæ salus maxime continetur, penes Dyogravium, hoc est aggerum Comitem & Heimradios Ab horum omnium sententiis, nisi quod rerum capitalium damnatis appellare vix conceditur, ad Curam Hollandiæ provocatio est, quam & Zelandia agnoscit. Ipsæ quoque urbium controversiæ, aliaque magni momenti hic disceptantur. In hac sedent vetere instituto viri nobiles, tum alii legum ac morum periti. Horum caput est ipse *Præfectus Hollandiæ*, cui prætereà præsidiis imperare, magistratus urbanos è nominatis eligere, & criminum pœnas remittere concessum: quæ signa sunt eminentissimæ auctoritatis. Est & *Collegium rationalium*, qui res fisci, quæstorum ministerio, regunt. *Ordinum conventus*, penes quem Summa est Hollandiæ potestas, ter, quaterve anno, aut quoties res poscit indicitur, Nobilium ordinem referunt generis splendore & vicorum ditione præcipui, numero fermè duodecim, quorum, ubi quis mortuus, alium ipsi cooptant. *Urbes*, quæ ad Concilium legatos suos plerumque mittere solent,

16 Specialior regiminis descriptio.

Hæ sunt: *Dordracum*, *Harlemum*, *Delphi*, *Lugdunum*, *Amstelodamum*, *Gouda*, *Roterodamum*, *Gorichemum*, *Scidamum*, *Schoonhovia*, *Brila*, *Alcmaria*, *Horna*, *Enchusa*, *Edamum*, *Monachodamum*, *Medemelaca*, *Purmerenda*. Legati plerumque sunt Civium Magistri; Accedit sæpè è Senatu urbis aliquis, aut Adsessor juris peritus. Sententiam primo loco dicit nobilitas; deindè Urbes, suo quæque loco. Omnia hæc eadem & nunc sunt, & Comitum temporibus fuere, nisi quod ea, quæ penes Comitem erat Reipubl. procuratio, Ordinibus & Præfecto accrevit. De primâ Hollandorum potentiâ, post occupatam Insulam *Java*, in Asia, & Urbem *Cheribon*, aliaque loca in India, de quibus videri potest *Ludov. Morer. in Dictionar. Histor. verbo Hollandois*, ubi sequentia tradit: Il est important de remarquer ici le genie des Hollandois pur les Sciences. La plûpart des Ecrivains des Pais Bas, qui ont paru jusqu' au commencement du seizieme Siecle, sont considerez comme des Esprits simples & grossiers: mais depuis ce temps la ces peuples se sont acquis de la reputation dans les Sciences & les belles lettres. Il est né en Hollande un grand nombre de Sçavans & plusieurs s' y assemblez des autres Pais de l' Europe. Ils excellent dans la connoissance des langues dans la Philosophie, dans la Critique des Auteurs & dans la plupart des choses qui dependent du travail de l'étude & de l' industrie humaine. Mais en celles qui ne dependent, que de la beauté du genie, & de la délicatesse de l'esprit, ils sont obligez de le ceder à d' autres Nations, qui ont plus de politesse & de vivacité. Les Erasmes néanmoins, les Lipses, les Grotius, les Heinsius, & quelques autres, font une grande exception â cette regle; & ils ont verifié on leurs personnes, le témoignage que Barthius rend aux Scavans des Pais-Bas, d' être des *Esprits fins & ingenieux*. Ce qu' il y a de particulier parmi ces peuples, est qu'ils admettent, indifferement au nombre de leurs Gens de lettres des personnes de diverses Religions. C'est ce qui a porté Kempius à nommes leur pais *une nouvelle Afrique en Monstres fanatiques*.

17 *Hollandiæ termini ejusdem que soli ingenium, piscatio & navigatio.*

Clauditur Hollandia â septentrione & occasu mari Oceano, â Meridie Mosam habet & Brabantiam, ab ortu partim est lacus Flevi, vulgo Die Zuyder See/ partim Ducatus Geldriæ. Irrigatur, maximis fluviis Rheno & Mosa, qui compluribus velut ramis & cornibus alia passim atque alia adsciscentibus nomina, eam pererrant. Quibus incolæ tamen non contenti, maximam ipsi naturæ artem atque industriam adjecerunt, factis passim tot tantisque canalibus, alveis, incilibus, fossis, aliisque id genus aquagiis, ut non omnia tantum oppida, sed & pagi plerique, terra simul & aqua commodè possint adiri. Regio ipsa valustris, & stagnis, lacubus, finibus passim referta, in qua Mare una cum carnibus Rheni, varias passim efficit insulas, suis quasque vocabulis quidem distinctas, sed generali tamen Hollandiæ nomine comprehensas. Hinc terra hæc subsistit, perpetua illa maximaque piscatione, navigationeque, peculiaribus plane propriisque Hollandorum professionibus, in quos etiam adeò momentosos fines sola Hollandia amplius *octingentas* habet justæ magnitudinis corbitas, id est *naves*, quæ singulas minimùm, nonnullæ quaternas & quinas, plurimæ autem ternas in summo malorum fastigio præferunt corbes, & ut minimum fere centenas & quiquagenas lastas, ut dicunt, singulæ capiunt, habet hinc supra sexcentas naves minores ex earum genere, quas *Busas* appellant, quinquagenarum, vel ut plurimum centenarum lastarum capaces.

18 *Opum Hollandiæ fundus & fructus.*

Fundus seu fundamentum opum & fructuum hujus terræ, præter *ustibilem cespitem*, qui in venis sive fodinis magna copia eruitur, in *pratis* consistit, & *pascuis*, pecori nutriendo saginandoque perquam idoneis. Unde numerosissima hic multitudo, equorum præsertim, item vaccarum & boum. *Equi* vasto imprimis sunt corpore, & quamvis capite aliquantulum graviores, admodum tamen pulchri atque utibiles, & præsertim in bello, quin & indies fiunt meliores: conantibus scilicet incolis, jam ab annis aliquot retro, ipsam sobolem emendare, & Hispanicis aliisque præstantis generis equis, naturales suorum defectus explere; moris autem eorum, complures statim ut facti sunt grandiusculi, educandos mandare in Frisiam: quoniam experimento compertum est, fortiores eos & alacriores in pascuis illis evadere: cum interea equi in Frisia ipsa progeniti, non sint ea corporis pulchritudine præditi, qua ii, quos dedit Hollandia. Rem profecto considerabilem; quod nimirum in tanta terrarum vicinitate, tanta inveniatur naturæ diversitas, fitque regionum istarum altera generando magis quam educando, altera rursus enutriendo magis, quam producendo huic pecoris generi opportuna. (*Equi.*)

19 *Boves, Vaccæ, caseus, butyrum.*

Boves Hollandici magnitudine juxta & forma laudabiles, eadem quoque de *Vaccis* est ratio, quarum ex lacte ea conficitur casei simul & butyri vis, ut non nisi, qui coram adfuerit, oculisque aliquatenus usurpaverit, induci unquam possit, ut credat. Certum est, pretium, ex utroque lactario per Hollandiam colligi solitum, jure merito comparari cum eo, quod reddunt aromata, quæ in Belgium importari solent è Lusitania etsi horum in millionem quot annis & eo amplius abeat ratio. Neque hoc mirum videbitur ei, qui vel ex unico isto exemplo de re tota voluerit judicare: quod videlicet unus Hollandiæ pagus, Assendelfium nomine, unica Bevervico, Harlemo duabus leucis adjunctus, *quatuor millia* soleat numerare Vaccini pecoris capita, quarum singulæ quidem, æstate hybernam

inopi-

inopiam compensante, *binos* quotidie lactis reddant *cantharos*. Jam verò ea lactis ubertas, quam reddere perhibēt quatuor alios pagos, Assendelfio pene conterminos, Osthanam nempe, Westhanam, Cremmeniam & Crommenierdicum, tam est prorsus immensa, ut vix credi possit. Illud quidem aperte constat, factam olim inter honestos aliquot viros fuisse sponsionem, ac re ipsa compertum, quinq; illos prædictos pagos, majorem quot annis lactis copiam reddere, quam sit ea vini Rhenensis, quod Dordrechtum solet conduci: Et si hujus liquoris, ob publicum ejus in hoc oppido Belgii totius emporium, immanis plane & admirabilis vis sit. Distribuitur verò hæc tanta *casei butyrique* multitudo, primo per totam hanc Belgicam, ubi maxima sane

20 copia utriusque absumitur: atque hinc in Germaniam, porrò in Angliam & Hispaniam. Conflatur deinde & *ingens pecuniarum summa ex cespite* illo *ustibili*, qui ex provincia quot annis evehitur, quod vel ex vectigali illo facillime colligas, *Goudæ* solito pendi, & *ternis amplius Ducatorum millibus* in singulos annos: etsi perpusillum tamen sit pretium, quod in quamque mensuram imponitur, ita quidem ut numerus mensurarum myriada longe excedat; iis quæ aliis terræ partibus exportantur, & vectigal hoc alibi solvunt, tum & maxima illa cespitum vi, quam Cives in proprios suos usus convertunt, in hunc numerum non intrantibus.

Ingens pecuniarum exinde summa.

21 Patet autem Regio hæc, quam Hollandiam proprie dicimus, in circuitum leucas circiter 60. Latitudo autem nusquam est tanta, quin constitutus aliquis in quacunque telluris parte, sex eam horarum spatio possit emetiri, & angusto tamen hoc ambitu viginti *novem* includit *oppida*, muris clausa, *Dordrechtum* nempe, *Harlemum*, *Delfos*, *Leidam*, *Amsterodamum* & *Goudam*, primarias terræ totius urbes: hinc *Enchusam*, *Hornam*, *Alcmariam*, *Purmerendam*, *Edamum*, *Monachodamum*, *Wesopiam*, *Nardum*, *Woerdam*, *Oudevvateram*, *Schoonhoviam*, *Iselsteinium*, *Viarnam*, *Lerodamum*, *Asperam*, *Heuclemium*, *Goricomium*, *Worcomium*, *Heusdam*, *Roterodamum*, *Schiedamum*, pauloque inferius *Gertrudobergam* & *Sevenbergam*, præter hæc oppida muris cincta habet, & quædam oppidula, qualia sunt *Medenblica*, *Bevericum*, *Muda*, *Neoportus*, *Vlardinga* & *Gravesanda*, quæ & ipsa muris aliquando fuere circumdata: sed cum externis hostium bellis, tum civili discordia aliisque id generis calamitatibus, vel in totum, vel majori saltem ex parte restant, iis exuta; Etsi tamen iisdem adhuc gaudeant privilegiis, eodemque habeantur loco, & gradu, quo tunc cum mœnibus clauderentur.

Hollandiæ ambitus & oppidorum pagorumque numerus.

Habet denique supra 400. *pagos*, & inter eos complures, qui, excepto quod mœnibus careant, non aspectu tantum & forma, sed conditione quoque & jure, mediocribus oppidis pares sunt, talis nominatim est

22 *Haga*, non pulcherrimus modo, sed ditissimus quoque & fortassis etiam maximus, universæ Europæ pagus; habet enim supra *bis mille domos*, in iisque complures admodum splendidas & laxas, maxime autem amplissimum illud & sumptuosissimum *Palatium Regium*, arci cuipiam muris clausæ adsimile, & fossis undique communitum, quod conditum olim â *Guilielmo* Hollandiæ Comite, jam in Romanorum Regem electo, qui & Senatum Hollandiæ, *Gravesandæ* prius commorantem, in hunc locum traduxit.

Haga.

23 Inter primarias hujus Provinciæ urbes eminet *Amsterodamum*, ad *Tam* seu *Tyam* fluvium, ê quo varii passim ducuntur per urbem canales, inter quos amplitudine simul & specie præcellit ille in medio, quem *Ammerack* vulgò indigitant: Exeunt autem & intrant ab Orientali urbis parte per hos ipsos canales in marce Oceanum, omnes illæ, quotquot sunt naves, quæ per vastum illum sinum seu lacum Flevi Hollandis, Die Zuder See / ex omni pene Europa, & nominatim ex *Belgio*, *Gallia*, *Anglia*, *Lusitania*, *Hispania*: hinc *Germania* quoque, *Polonia*, *Livonia*, *Norvegia*, terris Hanseaticis, Suecia, reliquoque septentrione, maximo indies numero, ad hunc portum appellunt, & ex eo vicissim iter in eas oras instituunt: unde è solo Septentrione bis in anno appellere videas ducentarum ut minimum, nonnunquam & trecentarum, vario mercium genere, Gedani potissimum, Rivaliæ, Rigæ & Narvæ oneratarum navium classes. Ita ut videatur hoc oppidum velut publicum quoddam emporium, & stupendus omnino negotiatorum portus, in quo sæpe observes consistere supra 500. *naves* majores ê variis quidem terrarum plagis appulsas, sed magno tamen ex parte holcas Hollandicas, & in civium hujus urbis peculio, qui pulcher profecto, & superbus aspectus est, unde porrò consequitur, maximopere hic vigere commercia, & Amsterodamum primarium fere Orbis esse Emporium. Sed quod maxime quis miretur, quodque fidem pene exsuperat, mox ut appulit aliqua ex jam dictis trecentarum & amplius navium classibus, ea incolarum est opulentia, ut quicquid illæ advexerint mercium, ipsi statim inter se coemant, sic ut naves intra 5. & 6. diem exonerentur, & ad suos illico possint reverti. Conficiuntur hic plurima omne genus Navigia, & plus duodena quotannis *pannorum* millia. Superstructa est tota urbs prælongis & crassis, quod satis sit palis, fistuca & aliis machinis alte in aquosum fundum depactis, unde argute quidam, si, inquit, videri queat hic fundus, nunquam quisquam amœniorem vidisset Sylvam, ferunt autem fistucata hæc domuum fundamenta (tanta scilicet iis insumi solet materia, tantum operæ atque laboris impendi) longe pluris constare, quam reliquam omnem substructionem. Splendidissimis insuper tam publicis quam privatis ædifi-

Amsterodamum.

24 *Navium copia.*

ædificiis superbit, maxime autem templis & locis piis. Summa ædes dicata est D. Nicolao, & templum vetus vocatur, vulgo De oude Kerck / ad discrimen nimirum alterius, quod indigitant novum, & Deiparæ Virgini sacrum est. Urbs cive & opibus potens, situ opportunissima & plane inexpugnabilis, quia mira quadam & ingeniosa ratione, & sine ullo prorsus incommodo, ad latissima undique spatia potest inundari, ita ut aëre, unda, situ, & canalium fere ad singulos vicos similitudine simul & copia, tùm & aliis proprietatibus; in Summa non felix minus quam admirandum est oppidum, de quo Poëta quidam ita cecinit:

Urbs spatiosa, potens opibus, tectisque superba,
Viribus invidiam, crimina lege domat.
Civibus aucta novis nunquam stat finibus iisdem
Latius expansis mœnibus hospes abit.
Invertas, sit tota nemus, quo condita fundo est,
Nuper Hyperboreo pinus in orbe fuit.
Quicquid mortalis fingit solertia cura,
Vel natura suo parturit alma sinu,
Illa dabit, totoque parans commercia mundo,
Nunc emere, & totam vendere semet amat.
Has adfert, has trudit opes, sic lucra parantur,
Quid valeat fraus, sors, ars, mare, terra docet
Moschus, Arabs, Persa, Maurus, Judæus uterque
Quod ferat huc, rursus auferat, Indus habet.
Hanc dum mundus adit, mundumque hæc ipsa pererrat.
Non urbs fixa loco, sed vagus orbis erit.

His omnibus addi potest *Adrian. Junius*, *Barlandus*, *Parivalius delic. de Hollande*, *Bentivolus Cardin.* qui inter alia, solam Hollandiam, imo unicam hanc urbem Amstelodamum plus navium, quam totam reliquam Europam possidere refert.

25 Hollandorum Laus in genere.

De cætero Universa Hollandia incolis ad miraculum frequens est, viri in ea proceri justo membrorum temperamento, aptaque compositione decori. Feroces item, sed quod humanitatem tamen & civilitatem attinet, multum â superioribus illis sæculis discrepantes; Si enim barbari tunc & inculti, ut scriptores quidam affirmant, hodie prorsus civiles, urbani, faceti, ingeniosi, & ad omnem humanitatem egregiè facti sunt; Sicut ingredienti in illas Urbes, & civium mores atque ingenia tum & publica privataque ædificia contemplanti, ipsa statim civilitas ultro in oculos incurrat; Quod si porrò in domos eorum te penetres, & largissimam illam domesticæ supellectilis affluentiam, nec non ordinem, atque nitorem consideres, magnam quidem, haud dubie, corporis voluptatem, sed quam major etiam admiratio subsecutura sit. Et certe, si verum loquendum sit, non habet fortasse Hollandia, quod cultum quidem & elegantiam attinet, quod cum ea possit componi, quod ipsum affirmarunt nobis *Mensores Caroli V. Imperatoris*, qui Augustissimum illum Principem comitati, totam fere Europam lustraverant, & cum singulas passim urbes, imo, ut notum est domos pene inspiciant, meliorem inde, quam alius quisquam, rationem reddiderint. Ingredere porrò hinc in *tabernas* illas, & cum publicas tum privatas etiam *officinas* & *ergasteria*: conscende istorum naves; considera denique aggeres, aliaque id genus munimina, quæ non Insulæ modo, sed & oppidis aliquot muniendis propugnandisq; solent extruere: contemplare tot illas fossas & aquæ ductus, ad singulos fere passus, non solum necessitatis, sed vel minimæ commoditatis ergò, mira quadam industria fabricatos: intuere, qua ratione conservent agros & prata: quaque immensam illam confluentium undique, tum ex æstuante Oceano, tum ex nimia soli humiditate, aquarum vim, è fossa prius in fossam, atque inde in mare tandem evacuent: hæc omnia, inquam, attentius paulò considera; mentior, nisi singula quæque tanta industria, tanto ingenio, tanta denique instrumentorum & manuum simul facilitate exercitari invenies, ut & sensibus tuis vix crediturus, &, si lubeat modo, vel sexcentas hic utilissimas artes imbibiturus sis. *Mulieres* in hac Provincia formosissimæ, candidæ, animosæ, industriæ, & laboris in genere non patientes modo, verum etiam cupidæ, adeò, ut plerasque virorum partes, & præsertim quæ mercaturam spectant, laudabiliter obeant.

Non habet quidem Hollandia quandam sub propriis olim Comitibus suis nobilitatem: quæ tum aliis aliquot causis, tum Mercurii maximè studio, plurimum imminuerit: sed non desunt tamen potentes quidam & magni nominis Dynastæ, & satis frequens est hodieque *virorum nobilium numerus*, quorum alii quidem & â vulgo semotam vitam instituunt: alii se ad literas applicant. Reliqua gentis pars & promiscuum vulgus mercaturæ potissimum pecuariæ, naviculariæ deniq; & piscatui, magno suo cum bono, attendit, unde, ut compendio dicam, floret vigetque exigua ista Provincia viris, virtutibus, opibus, omni denique rerum expetendarum genere: & ne minima quidem usquam occurrit terræ undæve particula, quæ non maximum aliquem fructum producat: quando etiam aridi illi tumuli littorales, cuniculis passim & id genus animantibus scateant, & in ipsa Oceani maris crepidine, præter maximam *avium marinarum* copiam, quas cum alias semper, tum hieme potissimum capiunt, incredibilem quoque ovorum ab illis procreatorum multitudinem colligant, cujus rei signanter in Com-

26 Hollandorum artes & studia

Commentariis meminit *Julius Cæsar*. Et ova autem ista & aves tum crudas, tum coctas & sale conditas, Batavi totis navibus, ut in alias Belgicæ hujus Provinciæ, sic Antverpiam maxime convehunt; eo suo cum quæstu, ut non tantum plebei, sed plerique etiam nobiles, bonam annui census partem huic commercio ferant acceptam. Quæ tam ingens omnium rerum, & potissimum *casei, butyri, carnium, piscium, avium*, item *pullorum, ovorum, pecudum, cespitum*, & *pannorum* ex Lana linoque ubertas, ex uberrima ista regione proveniens, & in varias partes terrarum distribui solita, si accuratius paulo examinetur, & conjungatur cum ea utilitas illa & quæstus, quem ex classibus suis & assidua navigandi industria homines isti percipiunt, jure merito dici Hollandia fœcundissimum Belgicæ Copiæ cornu potest.

27 Insulæ juris Hollandici. Extra hoc territorium, inveniuntur in Hollandiæ ditione etiam aliquot *insulæ*, quarum præcipuæ, si Septentrionem adspicias, *Flevolandia*, vulgo *Hel-Vlieland*, juxta Flevum, ostium quondam Rheni: Tessalia, vulgo *Texel*, & Wiringa, cui nomen â voce *Wier*, algam, ut volunt, signante, cujus tanta ibi est copia, ut & aggeres ea sartos tectos conservent. Ad ortum, in sinu quem vocant, de Zuyder-See/ sunt Urica & Ensia, pagis quibusdam insessæ. Ad Meridiem inter Mervam & ostium Mosæ, sunt *Vornia*, vulgò 't Land van Voorn, *Goereda, Somerdica*, quæ & ipsa dicitur, *Vornia, Corendica* & *Piershil*. Leviter de Insula *Tessalia* Hollandiæ Septentrionalis hic quid dicendum, quæ copiosa profecto & rebus omnibus affluens insula est, contra Maris injuriam partim collibus arenosis, partim aggere communitur, agri maxima pars est pascuus, & oberrant in eo numerosissimi pecudum greges, quarum ex lacte ingens premi solet quotannis præstabilium caseorum, ne *Parmensibus* quidem cedentium, vis. Nulla hic oppida muris clausa, sed amplissimum quoddam & pulchrum est municipium, quod eodem cum oppidis jure & Magistratibus gaudet. Sunt deinde & celebres aliquot pagi, & munitum satis adversus hostium incursus vallum, cum perpetu Ordinum terræ præsidio. Insulani, agriculturæ potissimum dediti, piscationibus etiam & *halecum* capturæ invigilant: Sequitur *Flevolandia, Hollandis* Hel-Vlielandt, quam mytuli, vel si mavis *musculi* illi *marini*, Belgis *Masselen* dicti, vel imprimis commendant. *Wiringia*, Insula egregiis aliquot pagis insessa, & frugum insigniter ferax, nobilitant eam pinguissimi illi verveces, quorum tam numerosi hic greges, ut vicinas undique civitates Insulani largiter iis impertiant. Apparet denique, & ê mediis sinus Australis fluctibus caput attollunt *Urca* & *Ensia*, mirabili sane Divinæ providentiæ nutu servatæ. Insulani, ex una potissimum & eadem primorum Insulæ utriusque habitatorum prosapia geniti, secluduntur â reliquo omni humano consortio, & matrimoniis inter se juncti, solitarios illos recessus colunt nec alienigenas, nisi in prætermeantibus Hollandorum, Frisiorumque navibus, unquam fere adspiciunt.

De Insula Schellingia adhuc pauca hîc adjicienda. Sita est illa versus Septentrionem sub grad. latitudinis 54. ac supra Frisiam & Hollandiam media, occupatur aliquot pagis, reliquum prata habent & pascua, in quibus magno numero passim oberrant pecudes. Viget insuper hic piscatio, & cum pisces tum plurimi præsertim capiuntur *phecæ*, sive *canes marinos* appelles. 28 Schellingia insula & inibi mira piscandi ratio.

Hi & in ciborum habentur deliciis, maxime si incrustes, & adipem habent oleo excoquendo aptissimum. Ridiculus verò, etsi notabilis modus, quo utuntur hi homines, in his belluis capiendis. Induuntur eorum nonnulli vestibus ita indecenter compositis, ut & ipsi agnosci possint pro belluis, hi sic larvati accedunt ad mare, & statis quibusdam horis, quibus norunt hoc genus exiturum in littus, & fruiturum inibi aëris simul & terræ commoditatibus, ei occurrunt, saltantes porrò ac tripudiantes (quid non excogitant homines?) prorsus ut ludii quidem & histriones; ad quod spectaculum miro studio & voluptate accurrunt hi canes: Ludiis inde retrocedentibus & spectatores suos hoc ludicri genere aliquam longè â littore terram versus paulatim vocantibus: parte alia sunt, qui locis ad hoc opportunis piscibus istis â tergo disponunt retia, ac mox cum videtur idoneum, histriones illi personam detrahunt, & in canes nostros se vertunt, qui dum pavefacti conantur retrogredi, ac recipere sese ad mare, in retia statim incurrunt, unde ingens porrò eorum numerus capitur, cum non pœnitendo piscatorum, seu Venatores magis dicendi sint, quæstu. 29 Mirabilis captura canum marinorum.

De cætero pervenerunt hi populi ad fidei sacrosanctæ cognitionem inde usque â tempore D. *Willibrordi*, qui solenniter eam, multa ante secula, *Caroli* M., id est anno 690. in toto Hollandiæ nec non Selandiæ Frisiæq; maritimo tractu annuntiavit. 30 Quando Hollandi ad Christum conversi.

In his regionibus Princeps alios milites alere non solebat olim, quam qui in finibus per præsidia erant dispositi. Carolus V. Imp. tria circiter equitum millia magna ex parte leviter armatorum ê regionum incolis conscripsit, eamque militiam perpetuam & ad omnes casus subditos paratam esse jussit. Præfecturis inter Nobiles & Barones cujusque Provinciæ distributis, vulgo vocant die beede von Ordinantien/ id est, Turmas Ordinarias. Reditus quos Princeps ex hisce capit provinciis quotannis tres circiter auri milliones conficiunt, non additis extraordinariis subsidiis & confiscationibus. Et harum quidem tertia tantùm pars ad Principem redit, nisi in causis læsæ Majestatis. *Nicol. Bellus polit. Dissert. de stat. Imp. Regn. Princip. & Rer. publ, tom. 3. discurs. 5. pag. 630. Lucas de Linda* 31 Hollandorum militiæ & reditus.

Linda in descript. Orbis de opib. & potent. Fœderat. Reipub. Belg. fol. 1055. *& seqq.* ait, potentiam aliam esse terrestrem aliam maritimam. Fortalitia esse arte & præsidio fortissima: Zelandiam in plurimas insulas distinctam inaccessibilem esse, non secus ac Hollandiam multis fluminibus & fossis circumfluam. Omnia limitanea unitarum provinciarum loca esse munitissima, nec ulli deesse apparatum, cum armorum incredibilem habeant abundantiam. Militiam Belgicam partim extraneo, partim indigena constare milite; Hollandos tamen & Zelandos pedestri militiæ parum esse idoneos: contra ad maritima prælia esse aptissimos: Nervum igitur pedestris militiæ in extraneo milite situm esse, quo Principes Auriaci in gravissimo contra Hispanos bello præclarè se gesserint. Quoad vires Maritimas ingentem esse bellicarum navium numerum, facilitatem rerum ad illas muniendas necessariarum, abundantiam nautarum, peritiam navigationis. Porrò agit *cit. Linda* de moribus incolarum, de religione & Regimine politico, de divitiis & reditibus, de Nobilibus familiis & judiciis Hollandiæ.

Holstein.

SUMMARIA.

1. *Partes Holsatiæ.*
2. *Holsatia specialiter sic dicta.*
3. *Wagria.*
4. *Stormaria.*
5. *Dithmarsia.*
6. *Divisio Regionum in Regias & Ducales.*
7. *Ducatus Schlesvicensis.*
8. *Rex, Princeps, Status Holsatiæ.*
9. *Nobilium jura & privilegia.*
10. *De linea Gottorpiensi & controversia Ducum cum Rege Daniæ ratione Diœcesis Slesvicensis.*
11. *De Ducatu & Urbe Slesvicensi.*
12. *Successio Ducum Gottorpiensium.*
13. *Pax Roschildensis & in ea pacta de Ducatu Slesvicensi.*
14. *Ducis Gottorpiensis persecutio & calamitas â Danis.*
15. *Pax Altenaviensis.*
16. *Bellum novum & pax Travendalensis.*
17. *Lubecensis Episcopatus aliquando Holsatiæ Duces investivit.*
18. *Quatenus â Ducibus Holsatiæ appellare liceat?*
19. *De Transactionibus & controversiis Holsaticis.*
20. *Sententia Consilii Imperialis Aulici in puncto Comitatus Oldenburg & Delmenhorst.*
21. *Quota menstrua Ducum Holsatiæ.*
22. *Divitiæ & Vires Holsatorum.*
23. *Fertilitas hujus terræ.*

HOlsatos sive Holtsatos dictos refert *Rhet. in jur. publ. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 21. â terris, quas primo incoluerunt, eo quod in Sylvis Sedes habuerunt, sicut Saxones â Saxis Sassen vel Saten / quasi durum & validissimum genus hominum. Universa Holsatia, abolitâ penitùs Comitum pristinâ denominatione, titulo Ducatus ab Imp. Friderico III. propter merita Christiani I. Daniæ regis ornata est, Totaque hæc Domus â Comitibus Oldenburgensibus descendit. Dividitur in quatuor potissimum partes, in Holsatiam scilicet propriè dictam, Stormariam, Wagriam & Ditmarsiam, quibus Slesvigæ Ducatus accedit.

1 Partes Holsatiæ.

2 Holsatia specialiter sic dicta.

Holsatia peculiari quadam denominatione tractus ille Ducatuum habetur, cujus â terminis *Chilonium* usque, longitudo ad 9. milliaria, sese extendit, latitudo autem ab *Eidera* flumine, inter Hannovium & castrum Haly, ad Monasterii oppidum, septem fere milliaribus describitur; Adjacent ipsi Insulæ una in Mari Balthico, *Fimbria* vocata, quæ Regis feudum est, aliæ duæ in Oceano Britannico sitæ, sunt *Busena* & terra Sancta, Civitates & oppida habet, *Wilstriam, Rendesburgum, Chilonium & Neomonasterium.* Provinciæ huic album urticæ folium, rubro in Clypeo â majoribus insigne obtigit.

3 Wagria.

Wagria quam sub potestate suâ Slavi quondam detinuere, ei Ducatuum parti accensetur, ubi nunc *Segeberga*, est sita, & *Lubeca*, oppidumque *Oldenburgum*, Travana flumine, Oceanoque ad Solis ortum ambiuntur: huc & alia loca, oris Megapolitanis vicina, referri possunt; Ille tractus inter oppidum *Oldeslohe*, & pagum *Grotenbrodt* 12. milliaria longitudine ferè conficit: latitudine autem ultra 5. vel 6. non progreditur. Quamvis nulla de hac Provincia Principes Holsati insignia usurpent, caput tamen bubulum, cum Obotritorum olim sub potestate fuerit, ipsi assignatur. Continet Civitates & oppida; *Lubecam* Imperialem, *Lutzenburgum, Oldeslohe, Plonam, Oldenburgum, Neostadium, & Segebergam.*

Stormariæ longitudo, atque latitudo, inter Albim, Billenam, Storam, Sualamque flumina, usque Travenam flumen, ad 7. Milliaria deducitur. *Cygnum* pro insigni rubro in clypeo habet candidum, cujus aurea collum corona impedit: idque ideò, quod hæc provincia tota fere palustris, maximaque ejus pars, propter aquæ impetum, vallis munita sit. Civitates & oppida habet: *Hamburgum*, Civitatem, Imperialem, de quâ *suprà*, *fol.* 53. *verb.* Abgehende Stände. *Wedelam, Elmehornam, Crempam, Itzehoam, & Bramstedium.* 4 Stormaria

De *Dithmarsia* peculiariter hoc sciendum est, quod videlicet ejus incolæ, ante nostra tempora, tam proprio, quam hostium damno, confidenter ad libertatem aspiraverint. Quamvis enim per Frideri- 5 Dithmarsia.

Fridericum Imperatorem III. Christiano I. Danorum Regi in feudum concessi sint; defuncto tamen ipso insolentes debitam Subjectionem detrectare, & proprii sui juris, ut ante, esse cœperunt. Nec exiguâ cum Daniæ Regum, Comitum, Principumque Holsatorum, tum lectissimorum etiam nobilium strage, servitus aliquoties intentata ipsis est, donec à fortissimis Christiani I. Nepotibus, Joanne & Adolpho, atque Pro-Nepote Friderico II. Danorum Rege, A. C. 1559. sub jugum servitutis redacti ipsi fuerunt.

6 Divisio regionum in Regias & Ducales. Subactis verò populis in duas partes æqualiter divisa regio est: quarum altera in meridionali plaga *Regibus Daniæ*: altera autem Borealis *Holsatiæ Ducibus*, post divisionem cessit. Hanc *demersam* potius, cum inter limosas locorum palustrium lacunas sita, vallisque cincta undique sit, quam *Dithmarsiam* appellari convenit, inter Germanicum Britannicumque oceanum cum Holsatia conjungitur. Albi à Meridionali, Oceano ab Occidentali, Eidera verò à Septentrionali plaga eam alluente. Integra ejus longitudo 8. ferè Milliarium est, latitudo 5. Milliaria non excedit. Illustrissimi Holsatiæ Duces, *armato Cataphracto, albo equo insidente*, in solo rubro, clypeos suos hujus ratione auxêrunt; Parochias magnas 21. Insulamque *Busenam* non procul à Freto continet. Oppida habet *Meldorpium, Heidam*, atque *Lundenum*.

7 Ducatus Slesvicensis. Ex *Ducatu Slesvicensi* Holsatiæ Principes Regibus Daniæ, à quibus in feudum hunc Ducatum suscipiunt, quoties res postulat, 40. idoneos indè Equites peditesque 80. suppeditare coguntur. Longitudine autem Slesvicensis Ducatus ab Eidera flumine, Oppidoque Rendesburgo, ad 18. Milliaria adversus *Coldingam*, civitatem se extendit. Latitudinem inæqualem habet: quæ tamen inclusis Anglia & Frisia minoribus 8. vel 7. & alicubi. 6. milliarium est. Insignia sunt *cærulei duo Leones in solo luteo*; Civitates & Parochias habet plurimas.

Sicuti autem in reliquis politiis, regnisque bene constitutis diversi Status atque Ordines constituti sunt: Ita etiam in prædictis Ducatibus eorumque provinciis Duo Status, Superior nimirum & inferior, reperiuntur.

8 Rex, Princeps. Status Holsatiæ. Superior Status in tres ordines distribuitur: quorum primus *Reges* atque *Principes*, secundus *Prælatos*, tertius verò *nobilium* familias continet. Generalis autem thorum Ducatuum Gubernatio Regi Daniæ, & quos ille constituit Produces suos, nec non Holsatiæ Duci, incumbit. In arduis tamen negotiis nihil nisi præcedente omnium in Holsatiâ Ordinum consensu decernitur. Inter quos primum locum obtinet, Episcopus Lubecensis. Quando verò communis est deliberatio cum Schleswicensis Ducatus Ordinibus, Episcopus Schleswicensis in his principem tenet locum.

Secundus Ordo duos continet Episcopatus: *Lubecensem* (qui tamen non est Status Provincialis, sed immediatus Princeps Imperii) & *Slesvvicensem*, Capitula habet 5. *Lubecense*, *Hamburgense*, *Slesvicense*, *Haderslebiense* & *Oitinense*. Abbatiæ in hoc ordine sunt 7. Rheinfeldensis, Bordesholmiensis, Segebergensis Arnsbocensis, Cismariensis, Lumensis, & Ruensis. Monasteria item continet 15. inter quæ Itzehoense, Pretzense, Uetersense; Slesvicense & Reinbeccense, aliquibus abhinc annis adhuc Nympharum Vestalium Choro, magno redituum proventu celebres fuerunt, cœterorum fere usus scholis & Xenodochiis hodiernis temporibus impenditur.

Tertius Ordo Nobilium est, qui arces & prædia sua in his Ducatibus pleno jure ac Dominio, quemadmodum Comites in reliquâ Germaniâ, cum Venationibus, aucupiis, atque piscationibus liberè possident. Etsi verò nonnulla illorum prædia, utriusque generis feuda censeantur: Maxima tamen ex parte allodialia, & hæreditaria sunt, & ne exactionibus novis aut vectigalibus à Principibus illi graventur, Holsatorum privilegiis atq; concessionibus cautum est; Quæ Principes, priusquam à subditis fidelitatis juramentum præstatur, & ipsi ad Gubernationem perveniunt, juramento confirmare tenentur; Liberam enim horum Ducatuum Status, ex Regum, Principumque filiis quem velint eligendi habent potestatem. Quod Privilegium Speciali quondam Christiani I. beneficio promulgatum ipsis est, cum in Ducem hic assumptus à posteris confirmaretur. Neque ulla Principes, absque consilio & consensu Ordinum, bella suscipiunt. Nobilium lites judicio quodam (quod bis quotannis peragi debet) à Senatu Ducatuum dijudicantur, præsidentibus plerumque per vices Principibus, ex privilegio Provincialibus indulto: à quibus tamen, præstito malitiæ juramento ad Cameram Imperialem causæ illorum devolvuntur. *Jonas ab Elverfeld de Holsat. ejusque statu & Ordin. divers.* 9 Nobilium jura & privilegia.

De Linea Gottorpiensi in specie hic sequentia ex *Wilhelmo Imhoff*, notanda existimavimus, cujus autorem *Adolphum* Friderici I. Daniæ Regis filium tertiogenitum extitisse perhibent, cujus Ditionibus, quas in partitione provinciarum avitarum sortitus est, post fratris natu minimi, *Joannis Friderici*, *Episcopi Hildesiensis & Slesvicensis* mortem *Diœcesis Slesvicensis* accessit, de qua deinceps ejus filiis Nepotibusque controversia intercessit cum Daniæ Regibus, qui Adolpho *anno* 1586. vivis exempto, illam, una cum Capitulo *Suavestediensi*, sibi solis vindicarunt, prætexentes, feudum peculiare Regni Daniæ, distinctam â Ducatu Slesvicensi Diœcesin esse, & licet ad componendam hanc controversiam alii etiam Principes, imprimis *Ulricus* Dux Mecklenburgicus & *Wilhelmus*, 10 De Lineâ Gottorpiensi & controversiâ Ducum cum Rege Daniæ ratione Diœcesis Slesvicensis.

Landgravius Hassiæ, operam suam contulerint, omnis tamen conatus incassum cecidit, *Chrytr. Sax. l.* 28. *&* 29. manseruntque Dani in possessione integræ Diœcesis usque ad *pacem Roschildensem*, in qua ita transactum esse dicunt, ut Schlesvicensem Ducatum, â nullo imposterum dependentem, Duces Holsatiæ, pleno Dominio, jure, & potestate, imposterum possideant, & hac ratione neminem superiorem agnoscant, *Oldenburg Limn. Enucleat. Lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 2. ubi hanc controversiam fusius deducit.

11 De Ducatu & urbe Slesvicensi.

Hic Ducatus Schlesvicensis olim *Jutia meridionalis*, Sud-Judlandt / dicebatur & porrigitur usque ad *Rypam* fluvium, cui Rypen oppidum adiacet, Et habet hic Dux Holsatiæ *Urbem Slesvicensem*, Schleßwig / cum *arce Gottorpiensi* omnium splendidissima, ubi præter palatia magnifica, & regiam dignitatem æmulantia, videri potest *Bibliotheca*, & inter rariora *globus cœlestis & terrestris* mira arte inventus atque fabrefactus. Possidet præterea ad littora Maris Balthici *Ecklenfordam*, Eckernforde / quæ portum habet non incommodum: & Apenroam, Apenrade. Contra mare Germanicum ad Eydoram possidet *Fridericopolim*, Friderichs-Stadt / & *Tonningam*, Tonningen / ante paucos abhinc annos egregie munitam, priusquam â Christiano V. destrueretur. Supra Eydoram sunt *Husum* & *Tundera*, Tunderen. Huc pertinent etiam tres Insulæ, Heiligen-Landt: Nord-Strandt: & Sylt / quæ ad mare Germanicum inveniuntur.

12 Successio Ducum Gottorpiensium.

Supra nominatus Dux *Adolphus*, autor Lineæ Gottorpiensis, 4. post se reliquit filios; quorum primogenitus *Fridericus* ditionum regimen suscepit, sed anno nondum circumacto cum spiritu vitam posuit, cui fatum simile *Philippus* ejus frater, ordine nativitatis proximus & Successor, expertus est, unde ad tertium *Joannem Adolphum* gubernacula devenerunt, qui propterea *Bremensem* & *Lubecensem Archi- & Episcopatum* abdicavit, eosque fratri minori *Joanni Friderico* Capitulis consentientibus tradidit, hic anno 1634. cœlebs mortem obiit.

Joannes Adolphus verò anno 1616. 31. Martii ad meliorem abiit vitam, relictis ex *Augusta* Friderici II. Daniæ Regis filia, filiis tribus, filiabus quatuor. Filii fuerunt *Fridericus*, *Adolphus*, & *Joannes*. E quibus *medius* Imperatori Ferdinando in bello Germanico militans, vulnus in prælio Lipsiensi accepit, & â Suecis captus animam efflavit 9. *Septemb.* 1631. Joannes novum ramum prosevit.

Fridericus, natu major, patri in regimine successit, Princeps clarissim⁹ & elegans, studiorum omnisque doctrinæ & auctor & admirator: belli Germanici & Sueco-Danici tempore multa pertulit, exhaustis admodum ejus Ditionibus, nihilo tamen secius *splendidam illam ac famosissimam legationem in Moscoviam & Persiam* immani sumptu misit & sustinuit, variisque cimeliis rarioribus inde allatis, Gottorpiense Dædaleum insigniter auxit. Per *Pacem Roschildensem* tria eximia, Genero Suo Carolo Gustavo Rege Sueciæ accurrante, obtinuit: *primum* id erat, ut *nexus feudalis*, quo Slesvicensis Ducatus Regi Daniæ obnoxius fuerat, dissolveretur, sibique directum dominium & jus suprematus plenariè concederetur; *secundum* ut communio atque alternatio regiminis in utroque Ducatu Slesvici pariter & Holsatiæ veteri pacto hucusque usu recepta, quamque multarum & magnarum calamitatum materiem sibi fuisse questus erat, aboleretur; *tertium* denique, ut Slesvicensis Diœcesis, cum Capitulo Suavestediensi, patri suo patruisque â Regibus Daniæ adempta, sibi restitueretur, & dimidiam quidem Capituli partem, tanquam rem sibi competentem, alteram verò medietatem loco fructuum Perceptorum accepit, neque aliud Rex sibi reservavit, quam arbitrium quatuor Præbendas pro lubitu conferendi: confirmata est hæc pactio per pacem *anno* 1660. *Hafniæ* sancitam, iterumque per illam, quæ anno 1679. *Fontibellaquei* conciliata fuit. E *Schavenburgiorum*, quorum stirps anno 1640. exaruit, hereditate, *Friderico* pars *Pinnebergici Comitatus* in Holsatia obtigit, quam postea Comiti Christiano Ranzovio vendidit. Ex Conjuge *Maria Elisabetha*, Joannis Georgi I. Elect. Saxoniæ gnata, complures utriusque Sexus liberos suscepit, ê filiis duos majores natu, jam ex ephebis egressos, ante patrem in peregrinatiône atra dies abstulit. *Fridericum* Lutetiæ Parisiorum *anno* 1654. *Joannem Georgium*, Episcopum Lubecensem, Suessæ in Italia anno 1655. Superstites itaque mansere patri filii duo, *Christianus Albertus*, & *Augustus Fridericus* modernus Episcopus Lubecensis, & filiæ 6. Fridericus autem Parens anno 1659. 10. Aug. extremum clausit diem. Cui successit

13 Pax Roschildensis & in ea pacta de Ducatu Slesvicensi.

Christianus Albertus modernus Dux Slesvici, Holsatiæ, & Hæres Norwegiæ &c. natus est *anno* 1641. 3. *Febr.* Post fratris sui *Joannis Georgii* mortem Lubecensi Ecclesiæ præfectus est, quem, postquam defuncto Patre *Friderico* regiminis habenas capessivit, in fratrem minorem natu *Augustum Fridericum* transtulit, reservato tamen sibi Coadjutoris jure. Anno 1667. 24. Septemb. jugali fœdere sibi vinxit *Fridericam Amaliam*, Friderici III. Regis Daniæ filiam, quâ affinitate, licet vetus inter Reges Ducesque Gottorpienses simultas sublata fuisse videretur, illique, in occupatione Comitatuum *Oldenburgi* & *Delmenhorstii* singulari concordia concinuerint, nova tamen postmodum discordiarum semina inter eos sparsa fuerunt, quæ haud parum incommodi atque detrimenti Gottorpiensi, in ultimo bello, quod Dani cum Suecis gessere, attulerunt, quæque per pacem inter utrumq; Regnum *Fontibellaquei*, mediatore Rege Galliæ, anno

14 Ducis Gottorpiensis persecutio & calamitas â Danis.

anno 1679. sancitam, sopita magis quam penitus extincta sunt: brevi enim repullularunt, adeò ut denique contentio in nervum erumperet, & Rex Daniæ, præcipiti Mense Majo *anno* 1684. Ducatum Slesvicensem vi invaderet atque occuparet. Ex quo tempore Dux vi majori ac tempori cedere coactus, domo, ditione, fortunisque fere omnibus caruit, & extorris fuit, usque dum interpositis parariis, quas partes Cæsar & Electores Saxo & Brandenburgicus susceperunt, res ad compositionem pervenit, & feliciter ac ingenti communis causæ bono
15 *Altenaviæ* 20. *Junii anno* 1689. transacta est.
Pax Altenaviensis.
Præcipua horum tractatuum capita fuerunt, ut esset utrinque perpetua oblivio & amnestia omnium inimicitiarum hostilitatumque, ut Dux in universam avitam ditionem, & speciatim prædium Gottes-Gab / omniaque Suprematus jura & regalia restitueretur, vicissim verò damna, sibi subditisq; & provinciæ per Danicam occupationem atq; exactionem illata, mussitaret & concoqueret, neq; unquam quidquam eo nomine â Rege reposceret, aut sibi deberi diceret. Nihilominus tamen non cessaverunt controversiæ inter utramque partem; cum enim Dux Gottorpiensis, pro sua defensione, munimenta quædam exstruere in animo haberet, & jam fere ad perfectionem perduxisset, ortum denuò est bellum, in quo magna
16 perpessus est Dux damna, quæ tamen vigore transactionis *Travendalii* 18. *August.* 1700.
Bellum novum, & pax Travendalensis.
initæ, Rex cum 260000. Imperialibus refundere debuit, prout *suprà fol.* 52. *n.* 104. deductum, ubi ipsam penes transactionem verbotenus insertam reperies. Ex prole Mascula, quam *Christianus Albertus* suscepit, supersunt *Fridericus* Princeps Hereditarius, Erb-Printz / natus 18. *Octobr.* 1671. & *Christianus Augustus* natus 11. *Januar.* 1673. electus nuper in Coadjutorem Lubecensem.

Quomodo Imp. Fridericus anno 1474. ex Comitatu Holsatiæ & Stormariæ Ducatum fecerit, jam supra brevibus insinuatum, in illa autem hunc in finem extradita *Bulla Cæsarea* præter alia sequentia quoque inserta sunt: *Teneanturque præfatus frater noster* (*Christianus I.*) *tanquam Dux Holsatiæ, ejusque in dicto Ducatu pro tempore Successores, hujusmodi Ducatum â S. Romano Imperio in feudum recognoscere, eo videlicet modo, quo hactenus dicti Comitatus recogniti, & Comitatuum possessores investiti fuerunt.* Ita legitur in literis Christiani IV. Daniæ Regis ad Imp. Ferdinandum II. *anno* 1621. 18. *Aprilis* scriptis. Ex actis Comitialibus Imperii *anni* 1547. & 48. notum, investituram Comitatus Holsatiæ, Stormariæ & Ditmarsiæ, ab antiquo, an-
17 tequam in Ducatum conversus, nec non etiam post acceptam hanc dignitatem, semper ab *Episcopo Lubecensi*, tanquam Cæsaris ad hoc *Deputato perpetuo Commissario*, factam, *Itter. de feud. Imp. c.* 6. *n.* 11. idque ita fieri continuatum fuisse usque ad tempora Regis Christiani II.
Lubecensis Episcopus aliquando Holsatiæ Duces investivit.
Hunc enim ab Imp. Carolo V. de Ducatu Holsatiæ fuisse investitum, ea addita gratia, ut imposterum cæteri Duces Holsatiæ ab ipso Rege ejusque heredibus legitimis masculis investituram hujus Ducatus susciperent, tradit *Meurs. l.* 3. *Hist. Dan. pag.* 321. *Cypræ. L.* 3. *Histor. Slesvic. c.* 5. Hos verò novum hoc jugum subire noluisse, indeque bellum subortum. Petitum postea ab iisdem in Conventu Imperii, ut res ad priorem formam redigeretur, daß die Hertzoge von Holstein mit der Lehenschafft wiederum an den Bischoff von Lübeck / vermög der Fundation, und wie es von Alters hero damit gehalten / möchten gewiesen werden. Brevi hæc fœda macula emendata, nam Christianus Rex, cum altero post statim anno regno pelleretur, & archiva regni populatus privilegia abduceret, hoc quoque, uti ferunt, abduxit. Nec Fridericus Rex aut Successores, hoc sibi in Holsatiam jus arrogaverunt, sed hodie quidem non minus ipsi, quam agnatorum alii titulo Ducatus illius Imperatori hominii Sacramento obstringuntur; tradit *Conring. L.* 1. *de finib. Imp. c.* 16. testante observantia, *Itter. d. loc.*

Quia de Episcopo Lubecensi facta est mentio, quem inter Ordines Holsatiæ primo loco censeri debere tradit *Ludolph. Hugo de stat. Region. German. cap.* 4. §. 18. id tamen necessario monendum est, illum non esse Statum Holsatiæ provincialem, sed Imperii Principem immediatum. Quamvis enim Rex Daniæ & Domus Holsatica diversa in Episcopatum jura prætendant, ille tamen hucusque tanquam Status Imperii immediatus tractatus & conservatus est. Non obstantibus illis omnibus, quæ præsertim in causa Coadjutoriæ Lubecensis â Rege obmota, & ad Electorale collegium perscripta sunt, cum Historia Lubecensis intentionem Domus Holsaticæ in Episcopatum Lubecensem, & ipsam Civitatem Imperialem Lubecæ satis apertè in Lucem producat: Pax verò Gluckstadiensis, Altenaviensis, & postremo Travendalensis jura Imperii & Episcopatus sufficienter patefaciant.

Cum in Comitiis Ratisbonensibus, *anno* 1608. Legatus Holsatiæ Ducum, in locum suum substituisset Legatum Bipontinum, hicque vigore substitutionis, votum exprimens, *Regi Daniæ titulum Majestatis* attribueret, in Senatu Principum 1. Martii â Directorio, quod Domus Austriaca tunc obtinebat, dictum fuit, hoc *prædicatum soli Cæsari in Comitiis convenire*, & male Regi Daniæ Vasallo Cæsaris attribui, nec imposterum attribuendum esse. Licet autem Legatus Bipontinus reponeret, was er gethan / wäre vigore instructionis, und nicht Käyserl. Majest. in Dero Hoheit einen Eintrag zu thun / geschehen: Hätte das Prædicat der Majestät dem König gegeben / respectu des Königreichs

Dennemarck/ und nicht *respectu* eo, da er ein Standt des Reichs. Es wäre aus derselben an dem Käyserl. Cammer-Gericht rechthangigen Sachen / sambt dem Protocollis zu ersehen / daß hochgedachtem König / so wohl von denen Advocatis als Procuratoribus, im recessiren das Wort Majestät dazu geleget / und also protocolliret würde / derowegen er / als ein Diener / auch dieses Orts den gebührenden Titul ausgeben wollen: Directorium tamen contradicere perrexit, & Stylum Cameræ in Senatu Principum nunquam admissum asseveravit, atque legatum admonuit, tunc & postea reiterata vice, ne amplius inusitato hoc titulo in Senatu Principum uteretur, *Limn. I. P. lib. 5. cap. 9.*

18 Quatenus à Ducibus Holsatiæ appellare liceat? A Principibus Holsatiæ nulla appellatio admittitur in *debitis liquidis & confessatis*, qua de re videri potest *Pet. Frider. Mindan. lib. 2. de mandat. Judic. cap. 70. §. 7. fol. 522.* Nec appellatur ab Holsatis in causis injuriarum Civilibus, so Verleumbdung / Frevel / Schmach und Scheltwort berühren / ob privilegia de *annis* 1570. *&* 1578. Aliis verò causis appellationi defertur, si summa quingentos florenos Rhenanos in auro excedat. Si tamen appellatio interponitur in causis & casibus permissis, prius *juramentum calumniæ & cautio* præstari debet, ut apparet ex dictis privilegiis *anno* 1570. *&* 1578. concessis. Insuper Subditi Ducis Holsatiæ in prima instantia contra forensia seu extranea judicia privilegiati sunt, ob privilegium singulare *de anno* 1474. & insinuata esse hæc privilegia in Camera Imperiali *anno* 1581. mense Aprili testatur *Gylman. tom. 3. Symph. fol. 277.*

19 De transactionibus & controversiis Holsaticis. Obligationem *de An.* 1559. vigore cujus jus quoddam Holsatiæ Duces in Ditmarsiam tenent, verbotenus vide apud *Gastell. de stat. publ. Europ. cap. 19. n. 108.* Transactionem de *anno* 1460. ratione Ducatus Slesvicensis & Holsatiæ, inter Christianum I. Daniæ Regem & Ottonem Comitem Schaumburgicum, *ibid. n.* 111. uti & verba transactionis de anno 1658. inter lineam Regiam & Gottorpiam, non minus Diploma Danicum, ratione Souverenitatis über das Hertzogthumb Schleßwig / cum multis adjunctis de dato Coppenhagen 25. *Julii* 1648. *ibid. pag.* 635. ubi *citat. Autor.* omnia hæc de verbo ad verbum recenset. Plura videri possunt de hac controversia in *Diario Europæo, Contin. 21. in append. fol. 1. & seqq. & Contin. 24. fol. 6. & seqq.* ubi recapitulatio hæc refutatur. Es ist aber am

20 Sententia Consilii Imperialis Aulici in puncto Comitatus Oldenburg & Delmenhorst. Käys. Reichs-Hoff-Rath den 1/20. Julii 1673. folgende Sentenß ergangen: **Daß dem Hauß Plön die Lehens-Folge in beeden Graffschafften Oldenburg und Delmenhorst gebühre / der Beklagte hergegen seinen daran inhabenden Theil** / *unà cum fructibus perceptis & percipiendis*, *nec non expensis*, **nach richterlicher Ermässigung** / *sub termino 2. m. & pœna 10. marcarum auri* **abzutretten / und zu** *restituiren* **schuldig / auch die zu Renßburg** *anno* 1649. **den** 16. *April.* **auffgerichtete** *Pacta*, **so viel die Lehen betrifft / sambt der hierüber** *per sub- & obreptionem* **ausgewürckter** *Confirmation*, **zu** *cassiren* **und auffzuheben seye.** *Vid. suprà fol.* 51. Aliam adhuc controversiam hujus domus ratione superioritatis & juris collectandi *vid. in Diar. Europ. Contin. in append. pag.* 144. *& seqq.* Controversia wegen Suavestede hodie est decisa. Holsati prætendunt partem Norwegiæ, unde in titulis suis se appellant Hæredes Norwegiæ, Erben zu Norwegen / Hertzoge zu Schleßwig / Holstein / Stormarn und Ditmarßen / Graffen zu Oldenburg und Delmenhorst. Inter lineam Holsaticam Regiam & Gottorpiensem mutua habetur *alternatio regiminis*, à multis temporum curriculis instituta & usu recepta, *vid. Richter. de success. ab intest. sect. 3. n. 21. Aut. Europ. Vivent. part. 3. pag. 423. & seqq.* ubi alii etiam Duces allegantur, nempe Sonderburgenses, Norderburgenses, Glucksburgenses, & Plœnenses modicarum ditionum Domini.

Der Hertzogen von Holstein Reichs-Anschlag als die Matricul anzeiget / ist 40. zu Roß und 80. zu Fuß / thut monatlichen 800. fl. zu Unterhaltung des Käyserl. Cammer-Gerichts 140. fl. Ex lectione actorum Comitialium patet, Duces Holsatiæ prætendisse, se olim ab ejusmodi contributionum & auxilii onere liberos fuisse, & postquam ad onera cœperint vocari, aliquoties petiisse moderationem, vel omnes, vel nonnullos ex iisdem; ita anno 1547. Holsatiæ Ducis nomine petitum, daß denselben ein erträglicher Anschlag gemacht werden möchte / in Ansehung des Landes / das gering / und über fünff Aembter und zwölff Flecken nicht hätte / zu dem das Land Ditmarsen / desgleichen auch Hamburg / so in der Graffschafft Stormar gelegen / dem Hertzog nicht mehr gewärtig / und die Anlagen nicht mittragen helffen wolten. Et comprehenduntur Duces Holsatiæ sub *Circulo Saxoniæ, inferioris*, atque in Comitiis *suffragia duo* obtinent, quorum prius Rex Daniæ ratione *Glückstadii*, alterum Dux Gottorpiensis fert; Ob Comitatus verò Oldenburgi & Delmenhorstii inter membra Westphalici etiam Circuli locum suum ex cessione Ducis Plönensis anno 1676. *vid. suprà fol.* 51. Rex Daniæ occupat. 21 Quota Menstrua Ducum Holsatiæ.

Insignis prætereà Soli Holsatici Fertilitas, & maris Baltici Vicinia, tum verò fluminum navigabilium maxima commoditas, maximas incolis parant divitias. Qui hic reperiuntur *Nobiles*, tantos ex fundis suis colligunt thesauros, & incredibilem opum vim, ut vix in ulla Germaniæ ditione potentiores & ditiores, magisque magnifici inveniantur. Exinde non obscurè colligitur, quantum bello præsidium hic parari queat; attento & hoc, quod Holsa- 22 Divitiæ & vires Holsatorum.

Holſatia, incolis ditiſſimis frequens ſit, quibus excitati ad omnia ſtudia tam artis quam martis animi ſunt. Inter alios *Ditmarſorum* virtus in bellis maxime probata eſt, quorum etiam *fœminas* tanta quondam inceſſit generoſitas, ut obſeſſam urbem fortiter & ſtrenue defenderent; ob quod egregium virtutis muliebris exemplum in quibuſdam viros præeundi libertatem obtinuerunt. *Lucas de Linda in deſcript. Orbis pag.* 1117.

Sciendum adhuc hic, quod Ducatibus his in tres æquales partes diviſis, duæ cedant Holſatiæ Principibus, ut vix tertia relinquatur Nobilitati, excepta inſuper Dithmarſia, & Civitatibus, quarum nonnullæ proprios habent pagos. Unde facile conſtabit ei, qui rem æqua lance pendere voluerit, quam cultus ſit, ac multis arcibus prædiiſque ornatus horum Ducatuum tractus. 23 Hi ipſi Ducatus varias *frumentorum ſpecies* progignunt, triticum, hordeum, ſiliginem, avenam, panicum, & reliqua legumina: Ac tanto quidem proventu, ut in alias provincias annuatim annona hinc tranſmittatur. *Piſcibus* tam marinis, quam fluvialibus abundant, ita ut qui loca prope flumina, Mare Occidentale illabentia, incolunt, ſingulis menſibus varii generis piſcibus, qui propter saporis præſtantiam in delitiis habentur, frui affatim queant. Præterea in locis Ducatuum mediterraneis ſunt nonnullæ *piſcinæ & ſtagna*, quibus incolæ, per intervallum aliquot annorum, alternis vicibus, nunc ad ſationes, nunc ad piſcationes utuntur. Magnum etiam lucrum accedit ex venditione lignorum, ſaginationibus porcorum; & paſcuis: Nam reperiuntur nobiles qui uno anno ex *ſaginatione porcorum* ſummam 4000. dalerorum confecerunt: cum tamen præcipuas ſylvas Principes obtineant, in quorum nonnullis 20000. porcorum ſaginari ſimul poſſunt. Sic quoque ſingulis annis, non exiguus numerus equorum, boum ac porcorum ex his oris in alias provincias adjacentes divenditur: Ut interim taceam, quantum emolumenti ex ovibus, hædis, lana, nec non mellis copia ad illos redundet: Extant item in Holſatia multa varii generis *molendina* aquatica, quorum quædam ad contuſionem frugum, leguminum ac corticum, quædam ad diſſectionem lignorum, nonnulla autem ad æris, papyri, pulveriſque pyrii confectionem, extructa ſunt: præter ſalinas ac calcifodinas, quæ multis in locis ibidem habentur. Et cum in his Ducatibus maximæ ſint Sylvæ, ſaltus & nemora, abundant ea quoque variis ac *multiplicibus feris*, quarum venatione ac captura, Principes pariter ac Nobiles delectantur, ut ſunt capreoli, apri, cervi, lepores, vulpes, lupi &c. *Avium* quoque nulla eſt penuria, quas bombardis, aliiſque inſtrumentis incolæ proſequuntur ac capiunt, ut ſunt grues, cygni, anſeres, anateſque ſylveſtres & paluſtres &c. cum autem ſolum Holſaticum *Vini minime ferax* ſit, aliunde id variis ex locis per mare advehitur, ſicut & aromata, quæ nihilominus, propter copiam & opportunitatem loci, pretio non adeo magno comparari poſſunt. Vini loco cereviſia bona plurimis locis coquitur, diverſi tamen saporis, coloris ac Virtutis, inter quas *Hamburgenſis* merito palmam obtinet. Ex his conſtat, hunc Ducatum, licet inter reliquos Germaniæ tractus ſit ultimus, ubertate tamen ſoli, fertilitate agrorum, hominum numeroſa multitudine, ac mercaturæ negotiationiſque exercitio, reliquis minime inferiorem eſſe: Præſertim cum ex eo ipſo in Scotiam, Angliam, Belgium, Galliam, Hiſpaniam, Italiam, deinde in Islandiam, Norwegiam, Daniam, Sueciam, Pomeraniam, Boruſſiam, Lithuaniam, & Ruſſiam *navigatio* inſtitui, ac mercatura ibidem exerceri poſſit: Ut omnibus liquet, id fieri maximè ab Hamburgenſibus, Lubecenſibus & cæteris. Plura de Holſatia *vid. ſupra verbo* abgehende Standt / *verbo Dania, fol.* 51. *& ſeqq.*

Fertilitas Holſatiæ.

Homo.

SUMMARIA.

1. *De Hominibus & Statu hominum, naturali, civili & politico.*
2. *De hominibus Adamicis & non Adamicis.*
3. *De Virunculis Metallicis.*
4. *De Virunculis domeſticis.*
5. *Quid ſit proprie Viruaculus.*
6. *De viro & fœmina, virique præſtantia.*
7. *De laudibus fœminarum Heroicarum, vid. ſup. verb. Amazones.*
8. *Viris tamen ordinariè deberi imperium.*
9. *Diviſio hominum in Vita Civili & politica.*
10. *De Statu hominum naturali miſerrimo.*
11. *Declaratur de infante expoſito & aliis caſibus.*
12. *Unde Adami ſcientia poſt lapſum.*
13. *Societatem hominum poſtea multa inveniſſe.*
14. *Statum hominis naturalem ſine ſubjectione ſui planè arbitrii nunquam fuiſſe.*
15. *Status naturalis ſummorum Principum.*
16. *De eorum Conſiliariis.*
17. *De naturali conſervatione ſui ipſius ſine alterius jactura.*
18. *Auxilium propriarum virium eſſe tutiſſimum.*
19. *Etiam in Civitatibus.*
20. *De quotidiana mutatione & decremento hominis.*
21. *De decremento ſpirituum.*

1 QUia Juſtitia adminiſtratur perſonis, ſuper & de rebus, omne jus eſt conſtitutum, *l. 2. h. t.* in omni vitâ civili & politicâ, meritò de perſonis ſivè hominibus hic aliquid notatur, quorum gratiâ & propter quas omnes fructus natura produxit, *l. 28. ff. de* minum, naturali, civili, politico.

De hominibus & ſtatu ho-

de usur. Personæ autem secundum statum hic distinguuntur. Sed verbum *Status* variè accipitur: 1. pro perfectâ & firma ætate 25. annorum. *l.* 13. *ff. de probat. l. pen. C. quand. dies. leg.* 2. latè & generaliter *pro statu Reipubl.* §. *fin. Inst. de j. & j.* dignitatis, *l.* 5. *ff. de duob. reis l.* 108. *de V. O. l.* 124. *eod.* De statu publico & privato. 3. Accipitur *generaliter*, pro conditione hominis quacunque, v. g. naturali, quam quis à natura habet, utpotè quæ ratione sexûs est maris vel fœminæ, *l.* 9. *l.* 10. *h. t.* & semper ad alterutrum refertur, *Hermaphroditus*, prout sexus vel virilis vel fœmineus in ipso prævaluerit, *d. l.* 10. *h.* Sub quâ distinctione etiam ad testimonium in testamento vel admittitur vel repellitur, *l.* 15. *ff. de test. l.* 6. §. *fin. ff. de lib. & posth.* eademque in successione feudali observantur, *l.* 1. *feud. t.* 41. 4. Strictius accipitur vocabulum Status; pro *Statu hominis civili*, seu politico, qui in Societate civili viventibus perspicuam juris diversitatem inducit, secundum quam iis diversimodè jus redditur; Lege enim cujusque hominis hæc est conditio, ut ipsi tale jus attribuatur, quatenus est vel liber vel servus, aut civis vel peregrinus, in familiâ vel extra familiam, in his enim consistit status hominis triplex, inquit Paulus in *l. ult. ff. de cap. minut.* à statu hominum descendit etiam in *jus Personarum*, quod est vel ex *generatione*, ut potestas patria, vel *consociatione*, ut maritale, vel *Subjectione*, aut voluntariâ, ut in civibus, aut ex bello, ut servis.

Aliam ex jure naturæ hominum divisionem docuit Theophrastus Paracelsus, *in*
2 *Philosoph. magnâ tr.* 1. *lib. de homuncu-*
De homi- *lis*, distribuens homines in *Adamicos*, ani-
nibus A- mâ & corpore constantes; Et *non Adami-*
damicis *cos*, qui scilicet per propagationem non sint
& non A- ab Adamo, nec veri homines, licet tales
damicis. illos esse nos existimemus, qui quidem habeant hominis figuram, & similitudinem, sed quorum natura sic putrefiat, & corrumpatur, ut nec animam superstitem relinquant; Tales in aquis esse *Nymphas*, in terrâ pygmæos, in igne *Salmandras* & *Vulcanios*, in aëre *Sylvestres*, in montibus *Gromos*. Quod si verò tales figuræ reperiuntur, Homines nimirùm Marini vel sylvestres, illi propriè homines non sunt, sed vel Monstra, vel animalia bruta, omni ex parte mortalia, qualia quidem sæpius apparuisse, & comprehensa esse historiæ negantem convincunt. Multa etiam hic tribui possunt imposturis Dæmonum & quod aliquando etiam manes ex Dei voluntate appareant, tradente *Greg. Tholos. in Syntagm. jur. lib.* 7. *c.* 3. *per tot.* ubi Exemplum recenset de Mœnâ Ægypti Præfecto, qui ex Nili fluminis alveo viderit prodeuntem virum & animal vultu giganteo, aspectu gravi, capillo subplano, & canis resperso pectore ingenti, dorso & brachiis heroicum quid præ se ferentem, qui adjuratus, ut si homo esset diutius se ostenderet, diutius apparuerit. Triduo post aliud animal muliebri formâ ex undis emersisse, idque pectore tenus apparentibus mamillis. Plura de Tritonibus & Nereidibus Plinius refert *lib.* 9. *Histor. natur. c.* 5. Hominem Marinum apud Batavos multis annis detentum fuisse narrat *Ludov. Vives*, qui etiam fari cœperit; Satyrum D. Antonio Eremitæ in Sylvis apparuisse, testis est Hieronymus in *vitâ Pauli Eremitæ*, homunculum, inquam, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat, eumque cum Antonio locutum fuisse, & interrogatum dixisse: *Mortalis sum Ego, & unus ex Accolis Eremi, quos vario errore delusa gentilitas Faunos, Satyrosque, & Incubos vocans colit; precamur, ut communem Deum pro nobis depreceris.* Eidem etiam Antonio Hippocentaurum apparuisse, mediâ anteriori parte hominem, posteriore equum, D. Hieronymus refert; & talem se vidisse, sub Claudii Cæsaris Principatu, in melle conditum, Ægypto delatum, testatur *Plinius lib.* 7. *c.* 3. Sed nos ab his Monstris vel hominum vel animalium, aut spectris Dæmonum revertamur, de quibus, qui plura desiderat, videat Tholosan. *Suprâ cit. loc.*

Quia incidimus in discursum de homi- 3
nibus non Adamicis, placet adjungere, quæ De virun-
de *Virunculis metallicis* in crebris discursi culis me-
bus audiuntur. Multa enim occurrunt tallicis.
in hac rerum universitate admiranda, quæ videntium & audientium animos reddunt tenentque attonitos. Inter quæ cumprimis quoque sunt *Spectrorum genera*, omnibus fere temporibus, in omnibus mundi angulis & locis supra terram, in aëre, nubibus, & in ipso firmamento, in speluncis ac cavernis terræ, inque fluminibus aquarum obversantia. Quæ veluti rebus naturalibus se miscent earumque figuras induunt, & sic pro talibus sæpe à multis sunt habita & habentur hodieque: Inter illa præcipuè occurrunt *Virunculi Metallici*, in mineris ac fodinis metallicis nonnunquam apparentes. *Ludovic. Lavaterus* testatur, metallicos asserere, *in fodinis spectra vel spiritus videri, qui more aliorum metallicorum induti sunt. Hi in puteis & cuniculis oberrant, videnturque in omni laborum genere se exercere, cum tamen nihil agant: fodere venas, quod effossum est, congerere, in vasa infundere, machinam versoriam tractare: rarissime metallicos dicuntur lædere, nisi cachinnis aut maledictis ab eis lacessiti: tunc glareis eos petunt, aut aliàs eos lædunt.* Præcipue verò in illis fodinis versantur, quæ metallis abundant. Narrat exemplum memoratu dignum *citat. Lavater.* dum ait: *Scripsit ad me vir pius & doctus, Davosii in Alpibus Rheticis argenti fodinam esse, in quam consul illius loci* (Londamanum vocant) Petrus Buol, *vir egregius, superioribus annis sumptus fecit, & ex qua opes non exiguas collegit. In illa Spiritus vel Dæmon montanus fuit, qui, cum metallici res fossiles infunderent vasis, plerumque diebus veneris* valde

valde negotiosus esse visus fuerit, metalla suo arbitratu ex uno vase in alterum infundens. Quod Consul ille non indigne tulit: quoties in fodinam descendere voluit, vel ascendere, cruce se muniens nunquam læsus est. Accidit autem, ut, quum Spiritus ille die quodam valde importunus esset, id metallicus quidam moleste ferens, conviciis eum incesserit, jusseritque eum abire in malam rem, additis diris execrationibus. Spiritus ille Operarii caput apprehendens, ita eum torsit, ut facies in tergum verteretur: non tamen extinctus fuit: sed diu postea obtorto vel inverso collo superstes, multis, qui etiamnum vivunt, familiariter notus fuit, & intra paucos demum annos è vivis excessit. Hæc Lavaterus in tract. de Spect. lemuribus, & magnis atque insolitis fragoribus, variisque præsagitionibus, quæ plerumque obitum hominum, magnas clades, & mutationes imperiorum præcedunt, part. 1. cap. 16.

Similia fere ante ipsum recensuit *Olaus Magnus, Episcopus Upsalensis in descript. Region. Septentrion. earumque moribus lib. 6. cap. 9.* sequentibus verbis.: Man weiß für gewiß/ daß die Teuffel/ welche man **Wichtelin** oder **Bergmännlein** nennet/ denen Inwohnern des Landes zur Hand gehen/ und viel Arbeit verrichten/ insonderheit in den Ställen/ und in den Bergwercken/ da sie die Steine zerbrechen und zerschlagen/ und denn in die Eimer werffen/ darin man sie herauszeucht/ die Rollen einheben/ die Seiler darumb thun/ alß wolten sie gleichviel ausrichten. Sie lassen sich auch bißweilen sehen/ und erzeigen sich in angenehmer Gestalt der Bergleute/ lachen/ verblenden sie/ und treiben allerhand Gespött mit ihnen/ dadurch sie sie betriegen. Ruffen sie etwan an ein ander Orth/ wan sie dann kommen/ so ist niemand vorhanden/ werffen ihnen etwas unter die Hand/ und wenn sie es wollen angreiffen/ so ist nichts mehr da/ sondern verschwindet.

Vir rerum metallicarum peritissimus *Georgius Agricola* paria refert in operibus suis Basileæ editis, & præcipuè in *lib. de animant. subterran.* ubi scribit *Virunculos* alios esse *trunculentos* & *terribiles* aspectu, metallicis plerumque infestos atque inimicos, prout ille Annæbergicus Dæmon, qui operarios 12. flatu interfecit, in specu, qui vocatur corona Rosacea, alios virunculos esse mites, quos vocant Cobalos, quod hominum sint imitatores: nam quasi lætitiæ gestientes, rident, *Nani*, vix 3. dodrantes longi, seneciones, vestiti more metallicorum. Virunculi verò metallici dicuntur à loco, quia versantur sub terra, & in fodinis Metallicis: Sunt autem etiam alii homunculi, qui in domibus, concubia potissimum nocte versantur, atque Ministrorum munia peragunt, auditui apparent descendere è gradibus, ostia aperire, struere ignem, haurire aquam, cibum, aliaque domui consueta, apparare, cum tamen nihil faciant; Horum aliqui rarò apparent hominibus, cum tamen quotidie partem laboris conficiant, & jumenta curent, quibus, quod hominum generi videantur amici, Germani nomen Gütel imposuerunt. Alii vocant Trullos, qui sexu tamen potius virorum, quam mulierum ementito, apud varias nationes fuisse feruntur. *Georg. Agricol. lib. de animant. subterran: Martin. Delrio lib. 2. disquis. Magic. quæst. 27. sect. 2. Johan Wierus ex Joan Trithemio* de Spiritu in *Diœcesi Hildesiensi* recenset, quod multo tempore multis visibiliter apparuerit, in habitu rustico, pileo caput opertus. Unde & vulgò pileatum eum appellabant rurales, hoc est ein Hedekie/ lingua Saxonica. Iste Spiritus *Hutgin* multa mirabilia fecit, & delectabatur esse cum hominibus, loquens, interrogans & respondens familiariter omnibus, aliquando visibiliter, aliquando invisibiliter apparens. Neminem læsit, non prius læsus; sed injuriarum seu irrisionum memor, vicem irrogantibus sibi contumeliam impendit. Ubi porrò plura de illo recenset, quæ dixerit *Bernardo Episcopo Hildesiensi*, eum excitans his verbis: *consurge, ò Calve, exercitum convoca, quia Comitatus de* Wintzenburg *propter homicidium vacuus, & desolatus, tuo facile parebit imperio. Qui surgens milites suos commonuit, Comitatum invasit & obtinuit, quem Ecclesiæ Hildesiensi in perpetuum conjunxit*, eundem quoque Episcopum de multis periculis idem Spiritus avisare consuevit, & multa alia de hoc Spiritu narrantur, tandem tamen ab Episcopo Bernardo, per censuras Ecclesiasticas, de provincia recedere compulsum esse.

4 de virunculis domesticis.

Quamvis autem multi dubitent, *an reverà dentur ejusmodi entia*, cum sæpe etiam imagines nobis imponant, ut sentire nos putemus, quod revera non est, idque sæpius vel ex ebrietate, morbo, timore, terrore, vel alia vehementi passione contigit, prout multa exempla recenset *Caspar Scotus in oper. singul. de natur. & art. mirab. Phys. Curios. lib. 2. part. 1. cap. 6.* tamen negari in totum non potest, nec omnes Scriptores de talibus falsi argui. Et si quæratur, *quid ergo sit Cobalus, sive Virunculus Metallicus?* responderi poterit, non esse Dæmones, sed homunciones quosdam, genus medium inter bruta & homines, sub humana tamen forma, & sua propria anima animatos, locis occultis latitantes, hominumque aspectibus quandoque se offerentes. Hinc *Bombastus ab Hohenheim*, vulgò Paracelsus nominatus, nova dogmata cudendi studiosissimus, sequentem doctrinam in medium produxit: *Deum præter homines Adami posteros, alia quatuor hominum genera, carne & ossibus, ac ratione prædita creasse, eosque in singulis elementis ad inhabitandum collocasse, in quibus suam haberent rempublicam, & ex negotiatione ac laboribus victum & amictum sibi compararent, & eos homines, qui in terræ visceribus habitant, vocari Pygmæos & Gnomos; qui in aquis, Nymphas & Undenas: qui in aëre, Sylphas & Melusinas: qui in igne denique, Vulcanos & Salamandras &c.* Quæ mirabilis & passim exsibilata est doctrina; por-

5 Quid sit propriè virunculus?

porròque addit, Virunculos Metallicos esse Pygmæos illos, de quibus multa tradiderunt antiqui Historici, & esse homines, non quidem plane ejusdem nobiscum generis, attamen ratione essentiæ veros homines, nec differentes à nobis, nisi sola anima, ratione interim non minus utentes, quin scientia, arte & prudentia, nobis superiores, esse incolas & partes Mundi, cadere sub nostros sensus, constare sanguine & partibus organicis, edere rationes vitales, & tandem etiam mori. Sed his omnibus Paracelsi rationibus deficit probatio. Nam Pygmæorum sive Trochlodytarum gens longe est alia, neque in montibus & fodinis est reperiunda. De vero & reali corpore autem Cobalorum nullo sensus testimonio hactenus certò aliquid constat, neque quisquam repertus fuit, qui Cobalum se tetigisse dixerit, sed quæcunque de illis dicuntur, innituntur judicio Visus, qui tamen corporaturæ partes & habitus vix accuratè percipit, ut incerta sint omnia, nec quicquam de ipsorum ortu, alimentorum sumptione, nutritione, mansione & habitatione, nihil de morte ipsorum uspiam sit cognitum, sed potius, quod oculis illudant, & tum, cum videri deberent, non videantur. Nihil naturale in ipsis repertum est, nisi sola forma externa, præter verò illam, nullum certum vitæ genus, alimenta vel habitatio; quos itaque vel in Historiis, vel in fabulis relinquimus, & redimus ad veros homines.

6 De viro & fœmina, virique præstantia.

Jure naturæ par videtur esse ratio & viri & fœminæ, nisi quod Deus, quoad Imperium oeconomicum, viro fœminam subjecit, & ipsa natura præstantioribus dotibus masculos ornavit, ut major semper sit dignitas in sexu virili. *l. 1. ff. de Senator.* & mulier communi naturæ lege serviat viro, *c. 15. causa 33. q. 5.* Hinc etiam in *l. 9. h. t.* dicitur: *in multis juris nostri articulis deterior est conditio fœminarum, quam masculorum,* quamvis Imperator Justinianus non uno loco jura & privilegia mulierum auxerit, ut patet ex *l. cum multæ. 20. C. de Donat. ante nupt. l. Imperialis 23. de nupt. l. ubi adhuc 29. l. in Rebus 30. de jur. dot. l. un. d. R. Ux. Act. 1. maximum vitium 4. de lib. præter. l. assiduis. 12. qui pot. inpign. hab.*

7 De laudibus fœminarum heroicarum. vid. suprà verb. Amazones.

Ab *officiis* tamen *Civilibus fœminæ* ubivis removentur, præsertim verò ab Imperio. Non dicimus fœminas omnes ad Regimen ineptas esse. Nam, ut Plato *lib. 5. de Republ.* ait: multæ sunt mulieres multis viris ad multa præstantiores, & in sacris paginis laudantur *Jahel, Debora, Judith, Esther, Abigail.* Apud Historicos etiam multæ Heroinæ celebrantur, quæ in populorum sibi subjectorum regimine magna fortitudinis & generositatis, etiam bellicæ dederunt argumenta. Sic *Semiramis* solertiâ & fortitudine Babylonem auxit; *Tomyris* Cyrum occisum sanguine exsatiavit, Imperiique sui fines latè propagavit. *Rhodogune*, auditâ suorum defectione, cum lavaret, non abstersis capillis contra rebelles profecta, etiam jurejurando se obstrinxit, non loturã capillos, nisi obtentâ victoria, quam gloriosissimã est consecuta, & patriam vindicavit. Sic *Margaritha*, Angliæ Regina, Henricum Sextum Maritum, à conjuratis captum, bello, in libertatem restituit, ipsamet ter ejecta Regno, ter illud infracto animo classe repetivit. Sic *Venta*, Poloniæ Regina de Marcomannis gloriosè triumphavit. *vide Thes. Basil. vol. 2. disp. de re monetar. th. 6. in fin.* Sic *Britanni* fœminas non Regno solum, sed etiam bello præfecerunt, teste *Tacito*, quod Germaniæ populi *fœminis inesse aliquid sanctum providumque putarent.* Sic Innocentius III. *in cap. Dilecti, de arbitr.* fœminis heroicis & præcellentibus ordinariam in subditos jurisdictionem concessit, nimirum, prout textus innuit, quando fœminæ jus ad Regnum sunt consecutæ, quod sæpè contigit in Hispaniâ, Lusitaniâ, Sicilia, Neapoli, Anglia, in quibus Provinciis fœminæ, ad Principatum admittuntur. Sunt etiam in Scotiâ, & Regno Hierosolymitano, in quibus sexus in Imperio discerni non solet. Ut proindè pateat, nec divinâ nec naturæ lege fœminas omninò sceptri incapaces esse, nisi lex aut mos Patriæ aliud jubeant; ideoque eis deferendum est imperium, quando secundum leges Regni illius sunt hæredes. Hac de causâ in illis etiam regnis, quæ aliàs fœminas Regni hæredes esse non sinunt, multò minùs ad Regni Gubernacula evehunt, tamen Reginæ Viduæ, ad tutelam impuberis Principis, cum præcipuâ auctoritate educandi & gubernandi filii admittuntur. Sicque regnavit Medicæa pro Ludovico XIII. & Catharina pro Francisco I. & Carolo IX. & Serenissima Hispaniæ Regina nomine filii Regis Caroli II. regnum gubernavit.

8 Viris tamen ordinariè deberi imperium.

De cæterò tamen Imperium viris potius quam fœminis competit; Unde vi legum Romanis mulieribus, quamvis adultis, imò & viduis, tutor & curator dabatur, ut Romanæ eloquentiæ Princeps in suis orationibus frequenter inculcat, *pro Flacco, pro Aulo Cecinnâ, pro Lucio Murenâ.* Legibus Cæsareis cautum est, ne unquam militaria feuda fœminis concedantur, quia ad bella fœminei cordis trepidatio minus est idonea, cum circà colum & fusum expeditio earum versetur, & lanificariam exerceat disciplinam, non lanceam & Instrumenta bellica, & ut *Honorius, & Theodosius Impp.* loquuntur, *fœminarum consilium plerumque adversus propria commoda laborat. l. 4. c. de sponsalib.* Idcircò si quæ fuerunt insignes Viragines, fortitudinis tamen laudem plerumque corruperunt vitiis, ut paucæ à Virtutibus commendatæ non potuerint sexûs sui maculam eluere, quin plurimos populos semper puduerit muliebri imperio subjacere. Ita Thraciæ Rex Oroles, Dacos, ab hostibus ignaviter victos, ad sempiternam ignominiam & contumeliam, mulieribus parere compulit, *Justin. lib.*

lib. 32. Si enim turpe videtur fœminam veste virili amiciri, virum autem stolâ muliebri indutum prodire in publicum, fanè etiam absurdum erit, si mulier occupet habenas Imperii, viri autem muliebri dominationi subjiciantur. Hinc *Lex Salica* in Franciæ Regno, etiam deficientibus masculis, à Sceptro fœminas omnes excludit. Ad sceptrum Polonicum hodiè omnis aditus fœminis singulari Statuto præclusus est; Ex quibus apparet, verissimum esse textum suprà citatæ *legis* 9. *h. t.* quod mulierum conditio in multis articulis, ob sexus imbecillitatem, sit deterior, atque à civilibus officiis, reliquisque actibus solennibus regulariter arceantur;

9 Divisio hominum in vitâ civili & politica.

Redeo nunc ad divisionem personarum seu hominum, qui in vita civili dividi possunt in *Ecclesiasticos* & *seculares*, & utrique in Imperantes & obedientes. Illi, vel sunt *summi* & Majestate prædíti, ut Pontifex & Imperator Romanus, Reges Hispaniarum, Galliarum, Sueciæ, Angliæ, Daniæ, vel *subalterni*, qui alium sublimiorem, recognoscunt, cui subjecti sunt, ut Cardinales, Episcopi, Electores & Principes, Duces, Liberæque civitates Imperii, nec non Nobiles Imperii immediati. Utrique perveniunt ad Imperium & Regimen vel *divino modo*, quando Deus ipse Heroes excitat, & heroicis virtutibus, felicique rerum successu exornat: vel *humano*: id est, per *electionem*, quæ aut fit à toto populo expressè, cum singuli suis suffragiis Magistratum designant, aut tacitè, cùm Proceres & Optimates nomine totius populi eligunt, quibus lege Imperii fundamentali, vel consuetudine, vel quâdam delegatione has partes populus commisit.

Sic hodiè *Cardinales Summum Pontificem, Electores Principes Romanum Imperatorem*, totius vel Ecclesiæ vel Imperii nomine eligunt: Vel per *hæreditariam successionem*, eamque aut naturalem, ex jure sanguinis descendentem, aut civilem, ex jure adoptionis aut Connubiorum provenientem: vel denique per *Tyrannidem*: quando potestas dominandi in invitos & repugnantes arripitur. Personæ Imperantes *subalternæ* vel subordinatæ, sunt vel majores, qui immediatè summæ potestati subsunt, ut Electores, Principes, Duces vel minores & mediati, qui majoribus subjiciuntur, ut quidam Comites, Barones, Academiæ, municipia, Nobiles. Personæ *obedientes* seu subditi, aut sunt tales, ratione originis, aut solùm ratione Domicilii, utrique vel sunt medii, qui respectivè saltem sunt subditi, ut intermedii Magistratûs, qui juris actionem habent, vel infimi, qui semper parent, nunquam imperant, iique liberi vel servi. Atque talis ordo Personarum imperantium & obedientium, est secundum ipsam naturæ conditionem, adeoque inter Angelos in cœlis, & Dæmones in Styge subjectio reperitur. Dn. Speidel. *in observ.* verb. Teuffel.

Quod si seposita cognitione, quam super origine hominum ex divinis literis hausimus, intra limites solius rationis nostræ rem consideremus sive ponamus, unum par hominum undecunque provenisse, sive plures simul ortos esse fingamus, miserrimum tamen eorum statum concipiamus necesse est, sicuti discurrit *Samuel Puffendorf. in suis dissert. de stat. hom. natural. pag. mihi* 464. Isti enim homines, cum primum, undecunque prodirent, vel infantes fuisse ponendi sunt, vel justam ætatem habentes. Si prius ponamus, atque simul imbecillitatem *Infantum*, recenter ex utero materno prodeuntium aspiciamus, ubique illis miserè pereundum fuisse videtur, nisi per miraculum brutum aliquod animal ubera miseris præbuerit, id quod de quibusdam expositis antiqui autores memorant. Quod ipsum tamen cum brutis contubernium, bestiarum alumno non parum ferinæ indolis daturum erat. Si autem posterius ponamus, nempe primos istos homines *statim justa* fuisse *statura*, necessariò tamen concipiendi erunt *nudi*, non nisi inarticulatum sonum emittere valentes, omni disciplina ac cultura vacui, quibus, fame vellicante, obvium quidvis arreptum, gustuique præsentatum fuerit, donec utcunque esui aptum inveniretur (nam & Infantes quicquid apprehenderint, ore statim admovere cernimus) sitim obvius liquor levaret, contra injurias aeris antra aut densæ arbores, qualecunque suffugium parent. Tales si in terra adhuc plane inculta, sibi solis relictos destituamus, quamdiu miserrimam ac verè belluinam vitam acturos fuisse arbitramur, donec propria experientia aut occasione, ex solertia quorundam animalium petita, ad aliquem vitæ cultum proficerent, & varias meditando extunderent artes, id quod facile quivis agnoscet, qui omnia velit circumspicere, quibus jam in vita nostra utimur, & quam difficile cuivis futurum fuerit, omnia ista proprio marte invenire, nisi aliorum hominum manuductio & opera præiret. Hinc *Scriptores Ethnici* de gemina conditione primorum hominum varia tradiderunt, & quia statum Paradisi ignorarunt, finxerunt de singulari quadam aeris temperie terræque ultronea fertilitate, quæ primis temporibus extiterit, quasi aliàs genus humanum, ita recens enatum, servari non potuerit, si ea, quæ nunc est, aëris intemperies extitisset, tantoque labore victus fuisset quærendus. *Ovid. Metamorph. lib.* 1. *v.* 107. *Virgil. Georg.* 2. *v.* 336. *Lucret. l.* 6. *At novitas mundi nec frigora prima ciebat, nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.* Veteres Philosophi apud *Lactantium l.* 2. *c.* 12. *Non erat*, inquiunt, *in principio mundi hiems & æstas, sed perpetua temperies & ver æquabile.*

10 De statu hominum naturali miserrimo

Licet autem in tali statu & quidem extremo ejus gradu universum genus humanum simul & semel nunquam extiterit, revera tamen in statum hunc conjicitur infans, qui per scelus parentum in locum vastum, & ab omni cultu humano vacuum, & quo nul-

nullus hominibus accessus solet esse, exponitur. Qui autem *naufragio* aut per vim aliorum nudus, egenus, omniqueinstrumento destitutus in desertam planeque incultam insulam ejicitur, ad aliquem duntaxat status naturalis gradum delapsus est, quatenus utique memoriam cultæ vitæ, artiumque notitiam retinuit, cujus subsidio facilius suis necessitatibus consulere potest. Sic & Protoplasti, postquam admisso peccato felicissima paradisi conditione exciderant, parum ab extremo gradu status naturalis abfuisse videntur, nisi quà divina bonitas miseris peculiariter succurrit. Cum enim in Paradiso vestibus non indiguerint, & fructibus horti ultrò enatis victitaverint, non apparet, quomodo actualem cognitionem habuerint earum artium, quibus genus humanum jam nativam indigentiam repellit; præsertim si tam exiguo temporis spatio commoratio eorundem in Paradiso circumscribatur. Nisi dicere quis vellet, Adami in Paradiso scientiam sese extendisse, ipsoque actu jam tunc sese exseruisse circa futura quoque contingentia, & talia quidem, quæ Statum peccati præsupponunt, eamque scientiam per lapsum mansisse integram. Quod cum difficilis sit probationis, simplicius dicendum, Protoplastos nostros ejectos miseriam & egestatem ejus status, in quem devoluti erant ex *peculiari Dei gratia & informatione* sat mature dispulisse: adeoque ab ipso Deo didicisse usum præcipuarum rerum, quibus vitæ humanæ indigentia sublevatur.

11 Declaratur de infante exposito, & aliis casibus.

12 Undè Adami scientia post lapsum?

Cum enim post lapsum statim iidem præcinctoria sibi è foliis ficulneis contexuissent, materia ad vestimenti usum inepta, & non tam repellendis aeris injuriis, quam velando utcunque pudori inserviente: Deus materiam utrique usui longe aptiorem subministravit, *confectis è pellibus animalium tunicis*. Quas quomodo aliàs tam cito in vestes aptare sibi homines potuissent, ferramentorum apparatu destituti, & pecoribus jugulandis nondum assueti, si Divina informatio abfuisset, hic non dispiciendum. Unde à pari non obscurè colligendum, divinam manuductionem circa alias quoque res illis allubuisse quæ non minus vitæ humanæ necessariæ quam vestimenta erant, nec minus difficilem primam inventionem habuisse videntur. Sic cum Deus hominem expresse ad *agrum colendum* ablegaret, & pane eundem deinceps vesci juberet, utique nobis persuasum est, Deum ipsi tradidisse naturam seminum, tempora sementis, modum terram subigendi, ac quomodo ex seminibus panis cibo humano, idoneus posset confici. Nam ad hæc omnia, proprio marte addiscenda, longa experientia & meditatione opus erat.

Unde Vetustissimos Græciæ incolas, qui, nescio quo casu, usum frumenti amiserant, legimus diu glandibus & fructibus sponte natis victitasse, antequam agricultura apud ipsos inveniretur. Cum tamen filius Adami primogenitus statim ad agriculturam, tanquam artem jam notam ex excultam, sese applicuisse in divinis literis memoretur; Sic Adamum jam habuisse *usum ignis & ferri*, vel ex sacrificiis sat firmiter colligi videtur. Unde mirum, quod de incolis *insularum Canariarum* & *Philippinarum*, ut & insulæ apud Sinas, quæ Jos Jardenas vocantur, memorant, illos ante adventum Hispanorum usum & notitiam ignis non habuisse, *Vid. Georg. Hornius de orig. Gent. Amer. lib.* 1. *C.* 8. & *l.* 2. *C.* 9.

De cætero cupido, à miseria Status istius naturalis quam longissime discedendi, *societatem* inter homines non parum promovit, instituta communicatione rerum ad vitæ culturam facientium, per quam omnibus inventa & elaborata velut in medium conferuntur, & cujuslibet industria universis emolumento cedit; cum alias exiguum valde sit, quod unius hominis ingenium invenire, aut industria elaborare, citra aliorum auxilium, queat. Cui fini in genere humano receptum, per informationem priorum inventa in alios transfundere, operas sociare commercia exercere, domicilia conjungere, congressus celebrare. Ut tamen societates Civiles instruerentur ad hunc quidem finem adeò non necessarium non videtur, cum & discere quid ab aliis, & operas communicare & res permutare liceat cum illis, qui commune nobiscum imperium non agnoscunt. Ex consequenti tamen per *Civitates* cultus vitæ insigniter promovetur, dum per eas Civibus præstatur securitas, ut & citra impedimentum operi incumbere, & industriæ suæ fructum securius capere queant. Illud tamen observandum, mortalium multos, dum status naturalis miserias dispellere, vitamque copioso apparatu instruere laborant modum excessisse, viamque ad avaritiam & luxuriam patefecisse magno malorum proventu genus humanum mundare solitas.

13 Societatem homi num post- cà multa invenisse.

Statum hominum naturalem alio modo considerando, pro ut ille Civili opponitur, & prout quilibet sui esset arbitrii, nullique imperio humano subjectus, de hoc eò minus laborandum, quod ejusmodi Status reverà nunquam in genere humano extitit, nec existet, adeóque, quod nunquam universum genus humanum, simul & semel in statu naturali fuit constitutum, pro ut enim Divinæ literæ super originibus generis humani tradunt, inter *primum par hominum* arctissima fuit matrimonii conjunctio, in qua Deus *uxorem Marito subjectam* esse jussit. Ex his prognati *potestati patriæ* erant obnoxii. Ac cum genus humanum semper fuerit per generationem propagatum ac deinceps quoque sit propagandum, isthæc peculiaria vincula nunquam ex universo genere humano tolli possunt. Ast qui revera existit status naturalis, non quidem initio rerum fuit, sed tunc demum emersit, quando multiplicati homines in diversas familias easque segreges cœperunt separari. Tunc enim qui in eadem familia degebant, peculiari quidem inter se vinculo nectebantur,

14 Statum hominis naturalem, sine subjectione sui planè arbitrii nunquàm fuisse.

tur, paterno, maritali, aut herili, cum reliquis autem, extra familiam constitutis, in naturali statu versabantur. Post introductas autem *Civitates* illi, quos eadem Civitas complectitur, civili invicem vinculo junguntur. Ipsæ autem Civitates inter se, & qui in diversis civitatibus degunt, in naturali invicem statu vivere intelliguntur. Sic ut jam in statu naturali invicem vivant, qui neque communem habent dominum; & quorum unus alteri non imperat aut subjicitur. Vincula autem *consanguinitatis*, cumprimis propinquæ, ad benevolentiam quidem mutuam animos hominum fere solent disponere, per illa tamen sola statum naturalem tolli nemo arbitratur, nisi peculiare insuper vinculum Imperii quid producens accedat.

15 Status naturalis summorum Principum.

Primarium porrò jus, quod Statum naturalem comitatur, est, quod qui in eo statu degunt, nemini in hisce terris sint subjecti, nulliusque, præterquam Dei O. M. imperium in se agnoscant. Quo intuitu etiam iste status libertatis naturalis nomine venire solet, per quam quilibet, citra antegressum factum humanum, sui juris ac arbitrii, nulliusque hominis imperio obnoxius esse intelligitur. Etsi alias, si subtiliter rem considerare velimus, utique inter statum ipsum, & ex eodem profluens jus, aliquid sit discriminis. Quia porrò naturalis ista libertas subjectionem duntaxat alterius hominis excludit, nequaquam autem eam subjectionem, qua homo suo Creatori est obnoxius: igitur eadem libertas cum hoc semper temperamento est intelligenda, quo imperio divino in hominem sua constet autoritas. Ex eo autem, quod in naturali statu viventes nullius hominis imperio subjecti solum Deum agnoscant superiorem, consequitur, eosdem in directione actionum suarum nihil aliud quod sequantur, habere, præter proprium judicium ad Legem naturalem rite exactum. Hinc si quis alium, quem prudentiorem se arbitratur, in *consilium* advocet, aut eidem alius ultrò consilium suum offerat, ut ut fortasse eum audire teneatur, quatenus istius suggestione, quid sana ratio dictitet, liquidius perspicere potest; Hinc sicut summorum imperantium fastigio non repugnat, ad aliorum consilia audienda obstrictum esse;

16 De eorum consiliariis.

ita illud cum summo imperio stare non potest, si *consiliarii* imperantem invitum suo jure cogere queant, ut ipsorum consilium utique sequatur. Adeoque nihil aliud *Consiliariis* relictum, quam rationes ingerere, hortari, obtestari, ad ultimum denique munere suo abire potius, quam in perniciosa Reip. consilia consentire. Sicuti Proceres Regni Chinæ fecisse memorantur *Martinio histor. Sinic. l. 6. p. m.* 206. Ex quo apparet & illud, Consiliarium, si bona fide sententiam suam exposuit, de eventu non teneri, & consequenter in summos Principes omnium publicorum negotiorum, in quantum directionis humanæ capacia sunt, imputationem ultimo demum redundare.

17 De naturali conservatione sui ipsius, sine alterius injuria.

Porrò quia homines magnam partem actionum suarum impendunt in conservationem sui, quam & ratio commendat, & affectus ipsis tantum non inseparabilis, per quam sibi proficua acquirere, noxia repellere student: inde sequitur, quod cuique in naturali libertate constituto sui cura post Deum primo ad se ipsum redeat, adeoque cuilibet maxime sit vigilandum circa dispicienda & applicanda media, quæ ad sui conservationem facere judicantur. Quam ob causam etiam illis, qui in statu naturali degunt, utique illicitum habetur, talia media sub obtentu conservationis propriæ adhibere, quibus aliorum jus violatur. Postquam verò plures homines orbis capit, non utique ulli homini jus erit talia sui conservandi media adhibere, quæ cum aliorum injuria ac pernicie sunt conjuncta, nullamque rationem aliorum hominum habent. Adeoque absurdè in statu naturali fingitur aliquod jus in omnia, etiam adversus ipsos homines exercendum: quia enim in illo statu cuique jus competit omnibus modis repellendi abs sese, quæ ad ipsius perniciem ab aliis eidem intentantur; vanum est dixisse; cuilibet homini licere in alterum agere, quæ sibi videantur. Nam inane & nullum censendum est jus agendi, cui alter suo jure resistere, etiam per violentiam potest. Patet quoque ex hisce, absurdè dici, in statu naturali non esse locum injustitiæ: manifestum sane est injustitiam exerceri, intentato alterius vitæ, membris ac libertati malo, cui ipse probabilem causam non præbuerat: Sed & ex iisdem patet, quatenus admittendum sit, quod aliqui jactant: in statu naturali mensuram juris esse utilitatem, seu in eo statu cuique jus esse agendi, quæ sibi expedire judicat.

Ex quibus fluit, in statu naturali cuique sui defensionem propriis præcipue viribus peragi, aut eorum, quos pactis ad auxilium sibi ferendum adstringere possit, cum enim, qui in eo statu invicem vivunt, neque alterius in se imperium agnoscant, neque alterum suo sub imperio complectantur; patet neque alios ad ipsorum defensionem peculiariter obstringi, neque ipsos ad sui defensionem pro imperio eos posse adigere.

18 Auxilium propriarum virium esse tutissimum.

Unde nihil aliud superest, quam ut, cui seipsum servare cordi est, proprias vires expediat, repellendis, quæ sibi intentantur, malis, aut quà istas sufficere desperat, alios ad opem sibi ferendam *fœderibus* conciliet. Omnia tamen pacta, de auxilio alteri ferendo, in naturali statu hanc tacitam habent limitationem, quatenus alterius salus & utilitas, citra destructionem nostræ salutis & utilitatis, à nobis fulciri promoverique potest: inde revera *lubrico* valdè huic fundamento *ejus salus nititur, qui unicè in fide aliorum* & pactis acquiescit: nam, si, qui auxilium mihi promiserat, post deprehendat, salutem suam periclitari, si à me suas rationes non separaverit, suo sese jure à pacto discedere arbitrabitur: unde reverà illud in naturali statu *certissimum auxilium*, quod *quis*

sibi præstare ipse potest; & tanti quisque est, quantum sine aliorum auxilio ipse valet.

Homo de cœtero hominis consortium non fugiat, cum homini perpetua solitudine nihil sit tristius, conversatione autem cum aliis hominibus nihil sit jucundius; sic ut monstro similis sit futurus, si quis omnes in universum homines aversetur. Igitur id saltem necessum est, ut quibusdam hominibus sit conciliatus homo, & amicum sese adversus eosdem gerat, nempe illos, quos sua conversatione complecti cupit. Ex adverso constat, homini *amorem proprium, suamq; utilitatem & gloriam* ferè inter prima haberi. Eoq; istius, ex quo nihil aut parum commodi in nos proficisci videtur posse, exigua ferè habetur ratio. Nam quæ nuda, eaque undiquaque sterili benevolentia continentur, amicitiæ inter mortales oppido quam raræ sunt. Enim verò per istum amorem sui, non rite temperatum, non tantum benevolentia adversus alios homines valde retunditur, sed & sœpe talis in homine paritur inclinatio, ut aliis ultrò noxam inferre cupiat. Ut autem quis in altero fiduciæ quid locare queat, etsi non parum faciat *religio* fidei, sanctum mortalibus nomen tamen, quia regulariter homini conservatio sui ante respectum aliorum habetur, inde isti potissimum quærendi sunt socii, quos communis nobiscum utilitas jungit, & quorum interest nos salvos esse: Equidem ut quis in aliorum sese accingat auxilium, fas humanitatis, misericordiæ, decus, gloria speciosè ingeruntur.

Consideratio naturalis status non pauca suggerere potest, quæ salutariter in ipsa civitate observantur. Ac illud quidem manifestè exinde colligitur, civitati operam esse dandam, ut, post Deum, ei in se ipsa præcipua sit fiducia reposita; atque adeò propriis præcipue viribus nitatur. Cum enim, propter insitum quibusvis amorem, propria salus cuique maxime sit cordi, quam plerique aliorum incolumitati longe præferunt; patet valde infelicem, & vix aliud quam precarium ducere spiritum Rempublicam, quæ summam spem in *alieno auxilio* collocare semper cogitur, aut quæ aliorum invasiones pecunia data donisque redimit. Inde *Rectoribus Civitatum* quam maxime incumbit initi, ut ipsarum vires propriæ sint quam validissimæ. Id quod obtinetur, si ea quæ ad rem militarem faciunt, quam optime sese habeant, si viri, arma, equi, naves, semper sint in promptu, finesque regionis, ac præcipua loca probe sint munita. Præterea Statum naturalem singulorum hominum ejusque miseriam considerasse, plurimum facit ad hoc, ut Cives statum civilem ament, & ad eum conservandum omni studio incumbant; simulque libenter tolerent illa onera quæ tuendis civitatibus sunt necessaria: Hæc enim onera minima pars sunt eorum malorum, quæ vitam dissolutam comitatura erant, quibus immersus longè miserior futurus erat conditione, quam qui in Civitatibus durissimum videtur vitæ genus agere. Ex adverso qui de Status istius naturalis miseria nihil unquam cogitavit, is ægro animo fert onera, quæ per imperantes Civibus imponuntur, tanquam supervacua, aut ad molestiam plebi faciendam, aut ambitioni tantum & luxuriæ imperantium alendæ, inventa. Cum tamen qui rite rem expenderit, non magis super istis querelam moveri par esse agnoscat, quam super pretio vestium aut calceorum, quibus corpus contra injurias aëris offensasque munitur. Imò qui Statum huncce naturalem probe cogitaverit, æquiore animo feret incommoda, quæ aliquando ab ipsis imperantibus præter rationem experitur. Hinc Rectoribus Civitatum procurandum esse, ut ex ipso velut ambitu Civitatum proscribantur ea, quæ Status naturalis, quantum is civili opponitur, sunt propria; utque adeò cives neque inter se, neque in respectu ad imperantes, ita sese habeant, prout illi, qui in naturali Statu invicem vivunt: tali enim modo vinculi Civilis convulsionem oriri necessum est: Inde Civibus non est permittendum, *jus in armis habere*, aut injurias sibi illatas bello privato exequi, jusque sibi ipsis velut dicere: nam hac ratione vitæ civili inquietudo, & lubrica securitas Statui naturali conciliatur. Quod & præcipit *Jacobus Rex Doni regii l. 2. p. m. 79.* & concedendum non est, unius Civis potentiam in tantum excrescere, ut ea contra opes totius Civitatis aliquid valere queat. Hic enim qui excessit, non aliter considerari potest, quam talis, cui libertas naturalis competit, quique adeo Civitati non necessariò, sed tantum precario paret. Similiter cavendum, ne in Civitate *factiones* oriantur, aut si ortæ sint, quantocyus dissolvantur: Illæ enim, ubi vires sumpserint, nova velut Civitas in media civitate extruitur: Cum autem factio nunquam se satis tutam arbitretur, quamdiu illa pars Civitatis, cui jure summa rerum competit, est incolumis, manifestum est, factionem omni occasioni imminere, ut oppressa altera parte, summam ad se trahat Civitatis. Ita *Samuel Puffendorff. in dissert. de stat. hom. natur. per tot.*

19 Etiam in civitatibus

Nunquam tamen homo in eodem statu permanet, &, ut sacra pagina dicit, *homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, & quasi flos conteritur, & fugit veluti umbra.* Atque si vegetabilia etiam spectemus, ea omnia interitui & decremento esse obnoxia satis apparet; etsi enim quædam eorum perennia sint, quæ per annos plures, imo aliquot secula durant, non contemnendum tamen patiuntur decrementum, quando flores, fructusque, nec non folia instante hyeme dejiciunt. Alia saltem per æstatem durant, & sequenti anno è semine iterum producuntur. Sic etiam *Mens humana*, & *corpus* decrescit atque officitur, non tantum in variis morbis, sed & per spontaneum naturæ decursum, ut *Senex bis puer* esse audiat, quia etiam mentem sensim

20 De quotidiana mutatione & decremento hominis

sim debilitari constat, ob unionem intimiorem cum corpore, propter quam suas patitur alterationes. Atque etiamsi corpus aliquando magis accrescere quam decrescere videatur, præcipue si consideremus Infantes vel pueros, quorum statura aliquot annorum intervallo notabiliter augetur. Si tamen conferamus quantitatem alimentorum, quæ sub specie cibi & potus quotidie assumuntur, contra verò, quantum corpori exinde accedat, facile constabit exiguum hoc esse, quod in nutrimentum vertatur. Quocunque autem modo nutriatur corpus, si saltem tantillum quotidie accedat, necessum est sane in immensum extendi, vel certe à nimia humorum abundantia inundari, nisi provide à natura cautum foret, ut superflua etiam utilia per loca convenientia iterum educantur.

Cum corpus humanum in tres communiter partes dividatur, *solidas* nimirum, *humores* & Spiritus, de primo constat, & nemo non est, qui si aliquot dies cibo potuque abstineat, notabiliter non marcescat, adeo, ut non solum pinguedo in totum consumatur, sed & caro ipsa sensim deficiat, non sine manifesto vitæ periculo. *Osseæ* autem *partes* quippe durissimæ, non adeò facile decrementum pati videntur. Dentes tamen non modo in pueritia elabuntur, succedentibus in eorum locum subinde novis, sed & hi postmodum inter masticandum paulatim atteruntur, quemadmodum hoc in annosis videre licet, ut exinde etiam Venator aut equiso senectutem canum vel equorum dignoscere certo certius queat. De reliquis ossibus dubitari potest, an non eodem etiam pacto successivè minuantur, præsertim cum Senibus brevior plerumque sit natura, quam quæ in juventute fuit, uti afferunt, alios scilicet pollicis, alios sesquipollicis, nonnullos duorum pollicum latitudine breviores evasisse, quam in juventute fuerint. Cujus rei hæc fortassis ratio est, quod ossa ob infirmitatem pondus & molem totius non æque sustinere possunt, & ligamenta, viribus deficientibus non satis firmant articulos, atque musculi sua destituuntur potentia.

Humorum diminutio manifestius accidit, siquidem alia est seri, eaque vel sensibilis vel insensibilis, alia sanguinis, seminis, lactis, fœcum alvinarum, urinæ, &c. de Sero constat per sudorem & transpirationem id omnium maxime minui, quanquam non opus sit, ut sanguinem in totum, non relicto capite mortuo, transpirare statuamus, interim tamen à transpiratione imprimis corpus nostrum notabiliter decrescere, quilibet ex assumtis judicare potest: Si enim quantitas assumtorum, cum iis, quæ sub excrementorum nomine egeruntur, conferantur, constabit, quam notabilis intercedat differentia; scilicet si observante eo, cibus & potus unius diei sit ponderis octo librarum, transpirationem ad 5. circiter libras ascendere, etenim spatio unius noctis, libram unam lotii plus minusve, uncias quatuor excrementorum per alvum, libras duas semis & ultra per occultam perspirationem evacuari notavit *Sanctorius in Med. stat. sect.* 1. *Aph.* 6. & 59. Sero huic, quod per transpirationem exhalat, proxime accedit Urina, quæ eandem, secundum Medicos, cum illo agnoscit materiam, & nonnisi Organorum secretiorum diversitate, ab illius productione distincta est; siquidem sudore copiosius profluente, & transpiratione aucta urina parcior fluit, quæ contra copiosior excernitur, si cum sudore quoque inhibeatur. Cæterùm & ipsius sanguinis quotidianum decrementum non contemnendum est. Hic enim, cum toti corpori nutrimentum præstet, nisi omni die ab assumtis de novo regeneretur, deficit, *vid. Laur. Bellin. de sang. Miss. p.* 161. Confirmantibus hoc corporibus fame extinctis, siquidem *Isbrand de Diemerbrock* recenset se anno 1656. demonstrasse ex viti cujusdam, qui alias corpore sanus, vitæ tamen pertæsus, fame sitique se ipsum extinxerat, venâ cavâ vix tria cochlearia sanguinis effluxisse, arteria magna prorsus vacuâ. Alium quoque *anno* 1660. ob summam & diuturnam inappetentiam, longa inedia emaciatum & tandem mortuum secuit, in cujus venâ cavâ itidem vix duo cochlearia sanguinis reperta fuere, *Annal. lib.* 2. *c.* 12. Ad sanguinis diminutionem quoque pertinet in Viris fluxus hæmorrhoidum, in fœminis fluxus menstruus, qui sanguis alendo embrioni in gravidis impenditur.

Restat ut de *decremento spirituum* quædam adhuc dicamus: Spiritus nostros quotidie imminui, quanquam ad visum demonstrari nequeat à priori, patet tamen hoc ex eventu, siquidem non solum animi pathemata, ut cura, mœror, amor, ira, sed & vigiliæ & labores nimii, Veneris abusus, studia &c. vires notabiliter debilitant. Imprimis hoc docet diversitas ætatis. Si quis enim robur viri in consistente ætate conferat cum ea debilitate, quæ plerisque senibus ex ordine naturæ contingit, de qua *Ecclesiast.* 12. de Spirituum decremento non dubitabit. Præsertim cum frigus, quod Senes æque, ac subjecta debiliora, in extremitatibus artuum persentiscunt, itemque Stomachi imbecillitas, impotentia coëundi, visus & auditus hebetudo, nec non omnium rerum oblivio, defectum spirituum satis indicant. Hunc spirituum defectum mors insequitur non raro, nisi vitam analepticis conservare, vel saltem prolongare aliquamdiu liceat.

21 De decremento spirituum.

Videndum nunc, qua ratione *corpus humanum* decrescat, & quidem quoad partes solidas, quilibet sibi concipere potest, quomodo ossa, ex quibus saltem *dentes* examinandi veniunt, sensim decrementum patiantur, dum cibi duriores comminuuntur, atque sic se invicem atterunt. Longe enim alia est dentium facies in illis equis, qui gramine vescuntur, quam qui duriori pabulo, ut avena, fœno, similibusque fruuntur. Nam & eam ob causam Canibus Venaticis du-

duriora ossa interdicuntur, ne scilicet dentibus hebetatis ad captandum inepti reddantur: ligamenta verò & carnes, seu musculi, quamvis numero non deficiant, siquidem in maximè decrepitis omnia ligamenta, æque ac in junioribus, & in subjectis admodum macilentis vel tabidis, omnes musculi, quos in maxime carnosis invenimus, deprehenduntur; eatenus tamen consumuntur, quatenus succo non adeo turgent, ut æquum e-stat; cum enim subjectis debilioribus, itemque senibus, ob defectum Spirituum, appetitus atque digestio multum debilitentur, necessum est, ut chylo deficiente, sanguis quoque ac serum deficiat, cumque corpora indesinenter transpirent, partes etiam, ex defectu nutrimenti flaccescunt, proinde autem est, sive in ipsis fibrarum vesiculis, sive inter ipsas fibras sanguis circuletur. Nihilominus tamen & sic intelligi potest, quo pacto, si corpus sanguine succoque turgeat, musculi multo majores appareant, contra si sanguis deficiat, caro deesse videatur.

Cum in viventibus pinguetudo longe mollioris sit consistentiæ, quam in cadavere, adeoque mediæ quasi naturæ, liquefacta per venarum extremitates reassumitur, & sic in sanguinem convertitur, qui sanguis in corpore nimium abundans, quando à radiis solaribus aut motu corporis nimium exagitatur, non raro sibi viam per naves quærit. In fœminis speciatim, ab anno pubertatis, ad quinquagesimum usque, solennis est excretio per genitalia, quam à tempore menstruum vocant fluxum, ut taceam, quantum sanguinis gestationis tempore, ad nutriendum fœtum absumatur, quod autem ad hæmorrhoides, cum dubium sit, utrum ex arteriis, vel Venis, per intestinum rectum distributis, prodeant, communiter tamen afferunt, fluxum istum è poris potius ipsius intestini derivare, urgente ista vel sanguinis copia, vel quod frequentius notatur, concurrente acrimonia scorbutica. Alia est *via lachrymarum* in fletu, dum exagitatis per mœrorem anxium spiritibus, indeque fervente sanguine, satis copiose stillant, tam ex ductibus glandularum lachrymalium, quam poris à *Meibomio* inventis, atque in tarso oculorum conspicuis. Alia item est via seri nares humectantis, quod brumali tempore notabiliter ex iis destillat, æstivo autem vel inter expirandum exhalat insensibiliter, vel in mucum inspissatur. Idenim omne per tunicam pituitariam admodum glandulosam eò defertur. Etsi autem salivæ in os aliæ sint longiores aliæ breviores, deficit tamen illa non solum, quando cibi duriores & sicciores manduntur, atque rursus deglutitur, sed & inter sermocinandum non parum exhalat, adeò, ut non contemnenda faucium ariditas subsequatur. Longe major quantitas est seri, quod per insensibilem transpirationem exhalat, partim per nares atque os, partim per Cutis poros. Illa serum è pectore potissimum educit, adeoque cum satis manifesta est, præsertim hyberno tempore, ubi nares atque os fumare videntur, longa demonstratione non indiget: Hæc vero, quæ per cutis poros accidit, non æque sensibus est obvia, nisi sudor in majori quantitate colligatur à laboribus & motu corporis nimio, præsertim cum ex impositione Divina quilibet in sudore Vultus sui comedat panem suum.

Spirituum jactura cum omnibus his & similibus excretionibus valde est conjuncta: Sanguis enim, serum, semen atque lac maxime sunt spirituosa, siquidem experientia docet, post copiosam sanguinis excretionem hæmorrhagiam nimiam, fluxum menstruum aut venæ sectionem largiorem, vires notabiliter deficere. A transpiratione nimia & expuitione frequentiori, non minor spirituum consumitur quantitas, adeò ut tabes anorexia & multa hinc eveniant mala. Idem de seminesentiendum, cum eandem virium jacturam experiantur, qui nimis Veneri litant, quemadmodum ex lactis profusione, si infans avidius id hauriat, simile quid mulieres experiantur. Quid? quod & urina, si nimium fluant, robur totius manifestè minuant. Quomodo ab animi Pathematibus, labore nimio atque exercitatione corporis Spiritus commoti, non solum ipsi exhalent, sed & alias insimul partes exhalare faciant, non difficile est intelligere: Spirituum enim natura, cum ignea sit, in continuo versatur motu, hinc propter ipsorum fluiditatem atque subtilitatem, minimos atque angustissimos poros transire apti sunt, hos verò dum pervadunt, particulas quoque serosas secum rapiunt. Et hæc est ratio, cur *dormientes* diutius famem tolerare possint, & quædam animalia, ut sorices & vespertiliones, quod & facere dicuntur apes, & fuci, itemque papiliones &c. absque alimentis per totam hyemem, quasi mortua: nimirum cum somnus sit quies spirituum, non quidem omnimoda, qualis in eos cadere non potest, sed respectiva sequitur quiescente spiritu, cessare quoque motum & functiones, quas vigilantes subeunt. Cessante autem corpore ab ejusmodi functionibus, transpiratio longe minor est. Dum enim corpora per motum quemcunque vehementiorem, vel etiam à radiis solaribus incalescunt, transpiratio eo magis intenditur: Calor enim quicunque, tam in plantis, quam animalibus, eam admodum accelerat, uti *P. Fr. de Lanis l. c. p.* 25. observavit, plantam vitro inclusam hyeme longe minus decrementum quam æstate passam fuisse.

Plura de decremento hominis, item de generatione, de sanguine & lacte, de membris generationis, se sexu fœmineo, de Vagitu uterino, de partu numeroso, de monstroso partu, de compensatione naturæ, monstris, de variarum formarum gentibus, de antipathia quadam mira inter patrem & filium, de quibusdam miris circa generationem, de corde, de pulsu, de vita & morte, de venenorum infectione, de imaginatio-

tionibus melancholicorum de imaginationis efficacia, de visu & olfactu, de facie, de miro quorundam robore & agilitate, de anima rationali & imprimis memoria accuratè tradit *Joan. Jonstonus in Thaumatograph. natur. tit.* 10. *de admirand.* ubi *cap.* 1. ait, multos reperiri, qui *Struthionis instructi ventriculo*; multos, qui *Leonis corde*, haud paucos, *qui canis*, plurimos *qui suis*, infinitos, qui *asini natura* gaudent.

CONTINUATIO SUMMARIORUM.

22. *De Pygmeis.*
23. *De Macilentis.*
24. *Persecutio de pygmeis.*
25. *Pygmeos dari in individuo, sed non totam gentem; ubi de Simiis.*
26. *De Pygmeorum generatione & connubiis.*
27. *De Gigantibus.*
28. *De mira Gigantum proceritate.*
29. *De hominis injuria in se ipsum.*
30. *De recto usu rationis.*
31. *De stimulis conscientiæ.*
32. *De suspicione.*
33. *De Zelotypia.*
34. *De curiositate.*
35. *De ira.*
36. *De dolore.*
37. *De potestate Principis in se & sua propria causa.*
38. *De Physiognomia hominis.*
39. *Ex Physiognomia sæpius cognosci hominis patriam.*
40. *De pœna lædentis faciem hominis.*
41. *De manu hominis sive Chiromantia.*
42. *Diversi Prædictionum rerum futurarum modi.*
43. *Quid sit propriè Chiromantia.*
44. *Signa bona vel mala posse corrigi.*
45. *Ostenditur Vanitas Chiromantiæ.*
46. *De Noctambulis.*
47. *De conscientia hominis accusati.*

QUia supra de Virunculis Metallicis facta est mentio, ubi aliquid etiam dictum de pygmæis, placet hic plura de illis
21 De pygmæis. adjungere. Nimirum *Pygmæis* nomen à magnitudine cubitali impositum, & duplex illorum est genus. Alii minimi in Magnatum Aulis ludibrii aluntur gratiâ, casu monstrorum instar geniti. Alii gentis sunt, quæ vel alicubi sit, vel aliquando fuerit dubitari non immeritò potest. Illos dari non est, quod ostendam. Sub Theodosio adeò parvus in Ægypto quidam fuit, ut perdice non videretur major, qui & prudentia polluit, & voce suavi, sermone claro, generosæ mentis præbuit specimina, vixitque annos viginti, *Nicephor. lib.* 12. *Eccles. histor. cap.* 37. Lugduni, duos cubitalis mensuræ, *Joannes Cassinon de Gigantibus p.* 76. vidit: quorum altera barbam habens promissam, eleganti sat conspiciebatur forma. Ulnæ longitudine fœminam, anno 1630. *Falcoburgi*, pago unius à Leyda lapidis, *Joan. Jonstonus* vidit. In nuptiis Ducis Bavariæ nanus erat, qui integre armatus, cum brevi hasta, gladio accinctus, in artocrea occultatus, ut non conspiceretur, & in mensam appositus, fracto artocreate, erumpens, & stricto gladio, gladiatorum in morem saliens, omnibus risum & admirationem incussit. *Plater. l.* 3. *observ.* Dresdæ, in arce Electoris Saxoniæ, Pygmæi ostenditur sceleton, altitudine infra cubitum, ossium soliditate, & omnium proportione tanta, ut Embryonis ossa suspicari quis possit, *Barthol. in lib. de pygm. cap.* 6. In Marchia & Lusatia integrum Sceleton, cum cranio, duos pedes & tres digitos longum inventum, Leonhard *Turnheuserus in German. Pison. memorat. lib.* 7. *cap.* 84. Quia verò sæpius in istis partibus effodiebantur urnæ, à Pygmæis, in terra confici vulgus existimat; hyeme viginti pedum profunditate latere, circa festum Pentecostes unius ulnæ, ejusdem est opinio. Pertinent huc *macilentorum* exempla, ex 23 De macilentis.
quorum multis *Philetæ Coi*, *Cinesiæ* & *Hipponactis* produxisse sufficiet. Ille tam macro erat corpore, ut ferreas plumbeasve soleas in calceis habuerit, ne à vento abriperetur. Iste *Philyrini* nomen apud Aristophanem obtinuit, quod cortice philyræ se cingeret, ne à vento inflecteretur. Hic quamvis tenuis, tam *validus* tamen, ut vacuam Lecythum per maximum spacium conjiceret: cum leviora corpora non violentam habeant lationem, qua aërem disrumpere nequeant. Alterum genus aliquando fuisse multitudo scriptorum posset persuadere. Inter cœteros *Ctesias Indicus* 24 Prosecutio de pygmæis.
sic habet: *Media India nigros habet viros, qui Pygmæi appellantur, eadem qua Indi cœteri linguâ utentes: sunt autem valde parvi; adeò, ut bona pars dimidii cubiti magnitudinem, qui autem eorum maximus, duorum, cubitorum magnitudinem non superet. Capillum autem usque ad genua, & infra etiam demissum, barbam quoque quibusvis aliis hominibus promissiorem gestant: Atque adeò, postquam illis promissa barba exorta est, nullo jam vestitu utuntur, sed capillos quidem à tergo multo infra genua demittunt barbam autem ante ad pedes protrahunt: deinde cum totum corpus pilis obduxerunt, se ipsos cingunt, illis vestimenti loco utentes. Sed & veterum illis est valde crassum, adeoque magnum, ut ad pedum usque malleolos pertingat. Sunt porro simi atque deformes. Oves autem eorum sunt agnis nostris pares: boves & asini ad nostrorum arietum magnitudinem accedunt, equi item eorum & muli, cœteraque veterina animalia arietis magnitudinem non superant. Horum Pygmæorum tria millia Rex Indorum in suo comitatu*

mitatu habet. Sunt autem Sagittarii peritissimi, justissimi sunt, & iisdem quibus reliqui Indi legibus utuntur. Lepores & vulpes non canibus, sed corvis, milvis, cornicibus & aquilis venantur. Lacus est apud eos octingentorum stadiorum ambitum habens, cui, quoties à nullo vento agitatur, oleum supernatat, quod quidam ex ejus medio scaphis hauriunt, navigiolis per eum navigantes, atque eo utuntur. Utuntur autem & oleo ex sesamo & ex nucibus, sed præstantius, quod ex lacu illo hauritur. Hactenus ille *Antonius Pigafetta.* Inter Moluccas, in Insula quadam, eos comperit, sed & in insula Caphi, *Jovius l. 3. de reb. Moscovit.* ultra Lapones esse scribit. *Odericus* denique, *de reb. Ind. lib. 1.* trium palmarum à se compertos qui ætatis anno quinto jam gignerent, asseverat.

25 Pigmeos dari in individuo, sed non totam gentem; ubi de Simiis.

Pygmæos igitur dari, & de facto existere quotidiana docet experientia. Sed an tota talis gens vel populus in aliqua mundi plaga reperiatur, de hoc maxima est dubitatio. Scripserunt quidem aliqui, in extremo septentrione talem gentem reperiri, & in Geographia Arabica notatur, in Regno Gog & Magog talem gentem existere, & *Paulus Jovius* in Regione inter Corum & Aquilonem, ultra Lapones, talem gentem reperiri, & perpetua opprimi caligine, narrat in *Legatione Moscovitica*, cui addit potest è veteribus *Plutarchus, Ctesias & Plinius.* Explosa tamen est ista sententia, atque pygmæi saltem singulares in variis locis, non tamen ullibi tota similis gens vel populus ullibi reperitur. Quin potius *Albert. M. lib. 7. de animal. tract. 1. cap. 6.* arbitratur, Pygmæos alibi repertos esse genus simiarum, figura, statura erecta, & actionibus, maximè verò pugna adversus grues, hominibus simile, cum deliberato quasi animo adversus illos videantur proficisci. Pro hominibus verò nequaquam habendos esse, 1. quod usu rationis destituantur, 2. nec verecundiam teneant, 3. vi loquendi absoluta careant. 4. nulla sint religione imbuti, quod omnino probabile videtur. Hucque etiam pertinere censendum est, quod de hominibus hirsutis Zygnocephalis, & aliis traditur, cum negari non possit, monstrosos aliquando fuisse homines, sed particulares, sive individua, non verò Gentes aut populos, & sic Simios supradictos pro hominibus fuisse habitos. Singularium vero Personarum aut homunculorum exempla quod attinet, existimandum est, illa à natura ludente statui, sed in individuis speciem seu genus & numerum non facere. Ideo D. Catharina, Serenissimi Electoris Brandenburgici Joachimi Friderici prima Conjux, cum Pumilionibus ejusmodi delectaretur, & integrum penè contubernium eorum soleret alere,

26 De pigmeorum generatione & conjugiis.

nuptias quidem inter illos conciliavit, spe prolis inde suscipiendæ, sed eventus voto non respondit, quia steriles manserunt. Idem fecit Catharina de Medicis, quæ, ut scribit *P. Messias Variar. lectionum lib. 5. tom. 3. cap. 6.* sua memoria tria paria talium studiose aluit, conjugiisque legitimis sociavit, sed eodem eventu: Nihil enim ex iis fuit generatum, procul dubio operis sui arbitrium Deo hominum curiositati non concedente. Veluti è contrario iidem pumiliones, si cum aliis hominibus consuescant, generare quidem deprehenduntur, sed ordinariæ staturæ prolem, non sui similem: *Vasti* etiam *homines* si copulentur cum aliis, vel plane non, vel ordinariæ staturæ hominem generant; Natura enim sui vitii quasi videtur pudere, & ideo in prolem id propagare non vult, in quo peccavit, sed per instaurationem cursus sui ordinarii emendat, vel generationem prorsus cohibet *Becm. in histor. orb. cap. 9. sect. 2. in Charact. extern. gent. n. 14.*

Cùm jam satis de Pygmæis dictum, restat, ut etiam de *Gigantibus* quædam adjiciamus, quorum similiter duo sunt genera. Vel enim sunt *populi*, vel inter monstra, ob materiæ vel agentis errorem, collocantur. 27 De gigantibus.

Prioris generis Gigantes fuisse & esse *Goropius Becanus* negat: At sacræ scripturæ testimonia, exemplorum evidentia, modernaque experientia demonstrant expressè in exploratoribus *Numer. 13. v. 33. Vidimus Gigantes, filios Hanak, qui superant reliquos Gigantes, ita ut videremur in oculis nostris esse ut cicadæ, & sic essemus in oculis eorum. Emmeorum* vero, *& Zamzummæorum* nomina, quid nisi Giganteæ gentis tituli? Gothos olim, ob insignem magnitudinem corporum, admiratum Justinianum, testatur Procopius; ex Gigantea appellationem cœpisse magnitudine nonnulli existimant. *Bartholin. de Pygmæ. c. 5. Mela l. 3. cap. 4.* Apud Indos tantæ proceritatis fuisse homines scribit, ut Elephantibus maximis, tanquam Equis uterentur. *Patagones* in Americâ duodecim spithamarum esse, qui una bucca duas Carnis aut Piscium libras sumunt, aquæ tantum uno haustu bibunt, quantum duodecim hominibus sufficere posset, sagittas denique adeò profundè in gulam demittunt, ut in ventriculum pervenire existimentur, *Cardan. l. 8. c. 43. de rerum varietate.* Ibidem apud Canibales Gigantem à se visum innuit *Pigafetta*, qui supra multos homines eminebat à cingulo: Circa verò fretum Magellanicum in subpolo Antarctico, se vidisse homines, quorum cervix ad brachii dimidium protendatur, constantissimè affirmat. In posteriorum Gigantum censu *Goliathum*, & illos, quorum *2. Samuel. 27.* fit mentio, reponimus *S. Augustinus* dentem molarem cujusdam vidit, qui si in nostrorum concisus fuisset modulos; centum potuisset efficere. *l. 15. de civit. Dei, cap. 9.* In Diepano Siciliæ inventi *singuli* trium librarum comperti sunt. *Fulgos. l. 1. cap. 6.* Lucius Flaccus & Metellus triginta cubitorum bello Cretico invenêre corpora. Ibidem rupta terræ motu terra, quadraginta cubitorum corpus repertum est. *Plin. l. 7.* Alibi puella inter fluctus, quinquaginta cubitorum in longitudine visa,

visa, quatuor in latitudine, inter humeros chlamyde purpureâ amicta: *Vincent. Histor. Natur. l.* 31. *c.* 5. *Litle. John.* cujus coxendix in Scotia asservatur, quatuordecim pedum altitudinem habuisse dicitur; *Finnanum* quendam, sub Eugenio Scotorum Rege, septenum cubitorum proceritate fuisse, refert *Hector Boetius l.* 7. *histor. Scotiæ.* Scaliger, Mediolani tantæ staturæ juvenem in Xenodochio vidit, ut stare non posset; In China stipatores Regii quindecim pedes æquant, & talium quingentos Rex habere dicitur. In Hollandiâ Iuvenem novemdecim amorum, octo pedes geometricos cum dimidio longum, se vidisse perscripsit *Brinkius, Consul Hardervicenus.* Nos, inquit *Ionston.* hoc ipso anno puellam Leydæ septendecim annorum vidimus, staturæ quatuordecim ferè spithamarum. Quid verò de aliâ *in descriptione Zelandiæ Bertius*: *Referunt annales nostri, ait, Guilielmo bono, Hollandiæ Comite, ad Nuptiarum solemnia Caroli Pulchri Franciæ Regis, adductam fuisse inusitatâ corporis mole fœminam, natione Zelandam, præ quâ, proceri etiam viri, pusiones videbantur: tanto etiam erat virium robore, ut bina dolia cerevisia referta, ambabus manibus utrinque portaret, quæ singula quadraginta pondo Italica appendebant, trabemque, cui attollendæ impares octo viri fuere, quò vellet, transferret.* Plura qui volet, *Johannis Cassinionis* librum *de Gigantibus* videat. Nobis sufficit, præcipuorum quædam attulisse. Alias, plurimo qui utuntur cibo, minus speciosè adolescunt, suffocati caloris nativi causa, quam immodica adfert humiditas. Idem in morbis accidit.

28. Mira gigantum proceritas.

Beckman in histor. orb. terrar. cap. 9. *sect.* 2. *Charact. extern. Gent. de Gigantibus*, sequenti modo discurrit: Patagones, gentem Americæ Meridionalis suâ proceritate, communiter suprà ordinariam aliorum hominum staturam, positi esse leguntur: Unde commento de Gigantum, hominum stupendæ proceritatis, natione aliquâ species obtendi possit. Alibi hominum ejusmodi inusitatam molem naturam aliquando molitam fuisse Sacer Codex nos docet, in Ogo, filiis Enak & Goliatho, quem in sex cubitos cum palmo surrexisse tradit 1. *Samuel. XVII.* Ne quid prophana exempla allegemus, quæ magno numero apud autores occurrunt. *Vid. Tr. Hier. Magii de Gigantibus*, quem inseruit Miscellaneis suis seorsim, & cum *Thesauro Critico Gruteri* editis, Item *Chassagnonus* de iisdem. An verò unquam natura vastissimam molem carneam talem produxerit, qua prædita scribuntur inventa cadavera, XXX. XL. LX. C. CC. cubitorum meritò dubitat *Kircherus*, cum natura certum omnibus animalibus magnitudinis terminum posuerit, quem dum actiones suas ritè obire debent, egredi nequeunt. Jamque si homo in ejusmodi mole constitueretur, membra non possent cohærere, sed gravitate partium, & nativa tenacitate dissoluta solo pondere divellerentur. Neque enim pedes isti tantam molem sustinere vel brachia ullam violentam actionem exercere possent, sine convulsione totius. *Discimus hoc*, inquit porrò, *ex marmoreis Colossis Romæ, quorum excedentia membra sine fulcro addito consistere non possunt, quin pondere tandem divellantur; Quod si verum est in marmoreis statuis, quanto magis in humanâ staturâ, prodigiosæ magnitudinis verificabitur.* Vid. pluribus quem ille citat, *Anton. Terillum de termino magnitudinis & virium in animalibus, & ipsum Kirch. M. S. L. IIX. S. II. C. IV.* Idque si moderatus humanæ staturæ excessus facilè concedatur, immodicæ tamen hæ moles meritò in dubium vocantur. An metaphoricè accipi possint, quæ veteres de Gigantibus scripserunt, prolixè disputat *Voet. Vol.* 1. *Disp. de Creat. part. IIX. p.* 704. Majores nostros communiter statura nostra hodiernâ majores fuisse, vulgò dicitur, undè Juvenalis: *Terra malos homines nunc educat atque pusillos*; Et in libro Esdræ IV. C. V. 25. Angelus inducitur; *Interroga*, inquit, *eam, quæ parit, ut dicat tibi, & dicito, quare quos nunc paris? non sunt pares prioribus, sed minores staturæ? Illa enim dictura est tibi, alii sunt, qui in Juventutis robore, & alii, qui sub tempus Senectutis deficiente matrice sunt nati. Considera tu ipse quoque minore staturâ vos esse, quam ii, qui antecesserunt vos; Et qui post venturi sunt, minores fore vobis jam senescentibus creaturis, & robur juventutis prætereuntibus.* Sed si olim â staturâ suâ recesserunt homines, cur decrementa hæc tandem suspensa fuerunt, cum tot seculorum experimentis eadem semper statura servata sit, atque jam Davidis tempore *Goliathi Statura* 6. *cubitorum* pro Gigantea habita fuerit, quæ tamen ne hodie quidem staturæ nostræ adeò magnus excessus est. Mensuræ quippe eædem manent ac olim fuere, quas cum decrescentibus hominibus, decrevisse putare vanum foret.

Satis jã de Pygmæis & Gigantibus. Redeamus ad homines justæ staturæ, qui tamen ita vivere, & invicē conversari debent, ut neuter alteri damnum inferat, ad quod resarciendum alias est obligatus, præsertim si deliberato animo damnum inferatur. Multo minus autem homo se ipsum lædere & injuria afficere debet. Quamvis enim quivis, appetitu quodam naturali instructus sit, ad se ipsum conservandum & perficiendum, tamen injurius quandoque est in se ipsum, velut *avarus*, dum fundamenta quietis suæ convellit, & bonum se sectari autumat, injuriam tamen sibi infert, quia nulla comparatio est inter divitiarum accumulationem & *animi tranquillitatem*, tum corporalem tum æternam, quam comparationem tamen ille vel non instituit, vel opum dulcedine dementatus ex animo repellit. *Libidini*, illicito voluptatum usu velificans, iucundum quid sequi se indicat, injuriam, qua ipsum sese afficit, & damna præ hac specie non advertens. Qui *Superstitione* quadam obcæcatus, actus, qui vel in animæ vel corporis, vel dignitatis & bonorum detrimentum vergunt, committit, boni honesti

29 De hominis injuriâ in seipsum.

specie, & pietatis in Deum nomine sibi blanditur, cum interim tanquam in se ipsum impius, & injurius, in Deum pius esse non possit. Ipsi illi denique qui *vitam sibimet ipsis eripiunt*, atque haud vocati ex statione sua discedunt, vel honestatis & fortitudinis rationem, vel certe minus malum, quam statui suo ærumnoso inesse credunt, morti inesse arbitrantur, vel saltem ad talia o tempore cogitationem non elevant.

Cum igitur Voluntas nostra divinæ voluntati subordinata sit, etiam respectu jurium in nos ipsos, vitam, membra, statum-
30 De recto usu rationis. que nostrum, certe non censendi sumus aliquid moraliter velle posse, quod non idem summa illa voluntas fieri à nobis velit. Quid vero illa, non tantum respectu aliorum, sed & nostri ipsius fieri à nobis velit, per *dictamen rectæ rationis*, quæ ipsa Dei vox est, cognoscimus: quod domesticum oraculum, si vel non consulimus, vel non attendimus, vel ejus dictamini contravenimus, licet sponte ita agamus, tamen cum moraliter ea non posse censeamur, injurii in nos omninò sumus, qui jura nostra ipsi convellimus, sicut injurii in alios dicimur, cum aliis competentia jura violamus. Injuriæ igitur omnes actus vitiosi sunt, qui à rectæ rationis dictamine recedunt, atque ita jure non fiunt, & injuriæ in se, quia juribus hominis in se & res suas homini à Numine concessis non conveniunt, sed labem iis & detrimentum afferunt, quo collimare videtur *Salvian.* cum *lib. 7. de Gubern. Dei* sic scribit: *Nos adversum nos omnia facimus, nihil est in nobis crudelius nobis. Nos, inquam, nos etiam, Deo nolente, cruciamus.* Multi enim sua culpa falsam boni speciem pro vero bono arripiunt, atque jure illo & prærogativa, qua nos homines ad beatitudinem, insita quadam vi ferimur, abutuntur, eamque diminuunt in seipsos injuriosi. Tanto enim longius à divina similitudine homo recedit, quanto se altius in peccata immergit, quia vitium omne, eò quod imperfectio est, à perfectissimo Ente longissime abest, atque etiam eum à Numine removet, qui hoc malo infectus est. Jam vero cum nostra conjunctio cum Deo optimo Maximo complexum jurium & prærogativarum hominis involvat, certe per ea omnia, per quæ illa ab ipso homine violatur, se ipsum homo violare censendus omnino erit.

31 De stimulis conscientiæ. Accedunt tormenta *conscientiæ, quæ Lex, actor, liber, testis, judex est*, & ex præmissis actæ malitiæ & statutæ illi per legem pœnæ conclusionem de malis, quæ sibi immineant, infert. Imo post illatam hanc conclusionem conscientia fit sui ipsius tortor & carnifex, quemadmodum eam appellat *Lipsius de Constant. l. 2. c.* 14. qui malos *quotidie minutis actibus cædit, & ita ferit ut se mori sentiant.* ut meritò *Seneca Ep. 97. Prima & maxima peccantiam est pœna, peccasse*, nec ullum *scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est.* Rationem ibidem adjicit: *quia arguit eos conscientia, & ipsos sibi ostendit.* Cum autem tranquillitas animi maximum & Divinissimum hominis bonum sit, prout fusè ostendunt *Seneca & Plutarchus de tranquillitate animi*, item *P. Molinæus* vom Seelen-Friede / und Gemüths-Vergnügung: Hoc tanto bono qui se ipsum privat, in se injurius omninò erit. Si vitium est, aliorum hominum jura violare, nihil aliud vicissim, quam imminutionem jurium suorum sibi ab aliis imminentem talis potest metuere. Quo ipso juribus malorum inter alios homines, ipsique quieti mentis permultum detrahit. Illud supervenit, quod cum homo, ante vitium perpetratum, jus quoddam habeat, ab Ente justissimo & Sanctissimo, cujus jussis audiens fuerat, bona sibi omnia promittendi; ita his malitiâ suâ contraveniens, non nisi mala sibi polliceri possit, ab Ente & optimo & sanctissimo, & tanto graviora, imò infinita mala, quia contra infinitum Ens commissa; Horum autem malorum metus statum hominis internum, ejusque tranquillitatem perturbat magnopere, & est tormentum conscientiæ. Ipsa verò pœna, vel quia intensissima est, vel quia æternæ durationis, & jurium hominis tantum non omnium destructionem complectitur, quia eam suâ sponte attrahit, summè certè injurius in se pronunciandus erit. Omninò qui se pœnis, transgressione legum, vitiorumque perpetratione subjicit, à jurium suorum violatione excusari nullo modo potest.

Huc pertinent omnes, qui vel Zigeunorum nugis fidem adhibent, vel Astrologiæ judiciariæ nimium tribuunt. Hi enim futurarum rerum exspectatione, vel ad securitatem, vel malorum sibi prædictorum formidine in perpetuo metu versantur, & omnia sibi prædicta ipsa hac ratione sæpenumerò sibi attrahunt, cum facultatem moralem haberent, tranquillitatem animi sui tamdiu integram retinendi, donec immissa à Numine mala & calamitates eam evertetent. Credulitati affinis *suspicio* est, dum 32 De suspicione.
nimium vel aliis vel suo timori credit suspicax, in eo differens tamen, quod credulitas & bonis & malis rebus fidem adhibeat, suspicio sibi malis tantum credat, in cæteris vel maxime credula. Injuriam in se ipsa ejus origo asserit, qui *inconsultus pavor* est, ut *Curtius l. 6. c. 2. n. 4.* vel *falsus timor*, ut *Jovius, lib. 15. Histor.* ait, quem qui sibi accersit, jus, quod ad animi tranquillitatem conservandam habebat, violat. Tum etiam sui tortor est animus suspicax, dum omnia in sinistram partem suspicio interpretari solet, *Guicciard. Histor. lib. 15.* Egregie ipsius indolem depingit *de Chevreaux in Schol. Sapient. C. 21.* Er ist verwirret in seiner beständigen Furcht / elend in seinen Reichthümern / verstockt in seiner Thorheit / und wäre vielleicht noch glückselig / wenn er nicht mit ihm selbsten / als mit seinem ärgste Feinde lebte / quia scil. quietus & sua sorte contentus nunquam est, tum & levissima quæque eum perturbant, cum suspicio sit opinio mali ex Levibus signis, secundùm

D. Tho-

D. *Thomam c. 2. quæstione 60. articul. 4.*

33 De Zelotypia. Gravis quoque injuriæ in se rei sunt Zelotypia laborantes, quæ timoris vani genuina proles est, secundùm *Molinæum l. 3. c. 14.* Die Eyfersucht entspringet aus feiger Zagheit/ wodurch ein Mensch sich dess/ was er besitzet/ unwürdig schätzet/ und sich förchtet/ daß ein ander dessen würdiger seye. Jam verò iis, ad quorum possessionem nos Deus & natura vocavit, indignum se censere, est diffidentia ultra rationalem modum, propriæque imbecillitatis confessio quædam, quæ, si innotescat uxori, prætextum ignoti hactenus criminis præbet, qua de re idem *Autor. C. 1.* Ein Mann betreugt sich gar sehr/ und führet die Schwachheit seines Weibs in Versuchung/ wann er ihr sein Mißtrauen in sich selbst/ und seine Furcht/ daß sie ihm andere vorziehe/ mercken lässet. Er zeiget ihr dadurch den Weg / von andern mehr / als von ihm zu halten / und ist es schon dahin gerathen/ so wird sie ihre Unthat/ durch ihres Manns eigen Urtheil/ von sich selbst zu rechtfertigen meinen. *Idem cit. loc.* rectè vocat, eine Schmertzende / wie wohl eingebildete Kranckheit / dum perpetuo in timore, diffidentia & anxia cura versatur.

34 De curiositate. Similiter ad res ad se non pertinentes sciendas inordinatum appetitum affert *Curiositas*; hac enim homo, tanquam agens rationale, abutitur magnopere, dum ad ea intellectum applicat, quæ scire vel non potest, vel non debet, vel ipsius nihil interest, & pro varietate objectorum, in quæ fertur, varie in se injusta est, Præsertim ii maximè in se injusti sunt, qui ex curiositate diabolum consulunt, animam penes suam pro mercede pacifscentes, & jus quod in animam habebant, Dæmoni transcribentes, de quibus *Spizel. c. l. p.* 978. *Tristia eheu! exempla hucusque docuere, quosdam literatorum, sola urgente curiositate Magisterium Dæmonis admisisse, atque cum nefando isto humani generis hoste pactum execrabile iniisse, iis temere sese involvisse laqueis, quibus tandem misere constricti sempiternam coacti sint horrificamque servire servitutem.* Animi imbecillitatibus, quibus erga dignitatem ipsamque animam suam injurius homo est, ejusdem perturbationes meritò adjungendæ, quæ ex affectibus animique passionibus oriuntur, aqualis est *ira*, qui affectus maxime omnium

35 De ira. tetrus & rabidus est, ex judicio *Senecæ l. 1. de ira. C. 1.* præsertim ubi rationis frœna excussit; adeoque hominis dignitati minime conveniens. Hinc Principem præprimis maxime dedecet, prout *Sav. symb. 8.* inculcat, dum ait: ***nullum vitium magis Principem dedecere, quam illud:*** irasci item *contemtum supponit aut acceptam injuriam. Nullum item muneri & officio ejus sic adversatur: nihil enim æque tenebras offundit judicio, quod clarissimum esse semper debet in eo, qui aliis imperat. Princeps, qui iræ & Stomacho leviter exardescit cordis sui potestatem tradit irritanti, & arbitrio illius se subjicit.* Pari ratione *Dolor* homini valde injurius est, prout rectè scribit *Seneca de Constant. c. 14. Ad tantas ineptias perventum est, ut non dolore tantum, sed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metum incutit umbra, & personarum deformitas & depravata facies, lachrymas verò evocant nomina parum grata auribus, & digitorum motus & alia, quæ impetu quodam erroris improvidi refugiunt.* Præcipue autem dolori se tradere à Principe alienum esse debet, de quo *Sav. Symb. 33. In aliis locum habeant licet passiones istæ, non in Principe, cujus est regere alios, tam in adversa fortuna, quam in prospera, & placidum semper ac compositum præ se ferre vultum, & verba intrepida. Placidus sit ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lachrymas coercens.* 36 De dolore.

Porrò quæ hactenus dicta sunt de injuria hominis in se ipsum, applicari etiam possunt de potestate personæ publicæ in se ipsam, cum Principi non permittatur, ut in sua propria causa judicet, *tot. tit. Cod. ne quis in sua caus. jud. vel sibi jus dicat.* & *L. 10. ff. de jurisd.* & ratio redditur, quia admodum iniquum est, in re propriâ alicui licentiam tribuere sententiæ, cum homines à natura plus sibi, quam aliis faveant, & aliena melius videant, quam propria, aut gaudio aut ægritudine præpediti, quamvis de *potestate Imperatoris absoluta*, ille sibi ipsi jus dicere possit, cum neminem habeat superiorem. Quis enim tantæ autoritatis, ut Principem nolentem possit coarctare, *Novell. 23. Can. anteriorum 28. caus. 2. quæst. 6.* nam qui rex est, alium non timet, sed soli Cœlo gestorum rationem reddit, *Can. aliorum 14. & Can. facta 15. caus. 9. q. 3.* Sic Imp. Antoninus in causa Fisci sui jus dixit, *L. 3. ff. de his quæ in testam. debent.* & Tiberius Cæsar cognovit de causa hereditatis servo suo relictæ, cui alius erat substitutus, *L. 41. ff. de hered. instit.* Licet enim *Palatinus* dicatur judicare causam Imperatoris, tamen non habet jus sententiam latam exequendi, nec processum instituit contra Augusti Personam, sed saltem ejus Fiscalem, nec hoc jus alibi, quam in Curia Imperatoria exercere potest, *Strauch. dissert. Exoteric. 3. §. 12.* König *in Theat. Politic. pag. 496. A. B. Cap. 5. §. 3. Vitriar. de J. P. lib. 3. tit. 12. n. 19. Joan. Wolter. in dissert. de potest. Personæ publicæ Thes. 38.* Pontifex etiam Romanus in se ipsum potestatem exercet, præsertim cum hodie ut Monarcha, & Summus Princeps in suo territorio habeatur. 37 De potestate Principis in se & suâ propriâ causâ.

De *Physignomia* hominis hic meritò aliquid addendum, quæ est *scientia, ex qua natura hominum ex aspectu corporis, & præsertim vultus, cognoscuntur,* & plerumque mala Physiognomia, hoc est, malus vultûs habitus, malam arguit naturam, licet alias fronti nulla habeatur fides, & de Physiognomia non necessariam, sed saltem probabilem faciat conjecturam, cum inclinationes ex ea apparentes facile industria & accurata disciplina corrigi possint. Sic frustratum suo judicio legimus Samuelem, qui in ædes Jesse à Deo missus, ut aliquem ex filiis ejus Regem ungeret, heroica 38 De Physiognomiâ hominis.

Eliabi primogeniti statura captus, huic magis quam Davidi characterem Regium convenire præproperè censuit 1. *Samuel.* 16. *v.* 6. Ex physiognomia seu facie etiam cognosci potest, an quis diu abhinc mortuus sit nam post tertium diem à morte admitti agnitionem cognitionem faciei, *Camer. in hor. subcisiv. Cent.* 1. *C.* 10. *circa fin.*

Physiognomiæ bonæ varii reperiuntur effectus insignes; Quod enim Pulchrum est, ab omnibus amatur & desideratur, *Plato l.* 3. *de Rep.* unde etiam pulchritudo donum Dei nuncupatur, à *S. Augustin. de Civit. Dei. l.* 15. *C.* 22. in ipsa Sacra Scriptura passim Physiognomiæ reperiuntur fundamenta: *faciem bonam, boni cordis vestigium dicit esse Syr. cap.* 13. *n.* 32. *& cap.* 27. *n.* 25. *Proverb. cap.* 16. *n.* 17. *cap.* 10 *n.* 10. *cap.* 16. *n.* 30. *cap.* 17. *n.* 24. *c.* 21. *n.* 4. *Eccles.* 8. *n.* 1. Et veteres Poetæ Heroibus suis, quos omnibus commendatissimos voluerunt, decentissimas corporis figuras affingere solebant, *Crus. de Indic. P.* 1. *C.* 22. *nu.* 2. Imo ipsis Barbaris in corporum Majestate Veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est, *Curt. de reb. gest. Alexand. L.* 6. *C.* 5. *n.* 29. Cum bona corporis figura bonæ mentis argumentum sit. *Ambros. de Virgin. lib.* 2. *& Hieronym. à Laurent. Aven. in Decis. Rot.* 57. *n.* 6. Et in pulchro corpore pulchra resideat anima. *Alexand. Conf.* 209. *num.* 10. Ex facie etiam & Physiognomia, sæpius dignosci potest Patria, quia singulis nationibus certi sunt Characteres. *Edo Neuhus. Theat. ingen. human. lib.* 1. *c.* 13. *passim, & c.* 16. *p.* 292. ibi: *non adeò quisquam mirabitur ad natalis soli & cœli naturam mores animosque hominum conformari, qui terræ matris, in fingendo corporum habitu, vim atque industriam perpenderit.* Hic autem præsumptio procedit à Patriæ genio ad mores & probitatem: unde *Plato in dialog.* 5. *de ll.* nec illud hic fugiendum, magnam esse locorum ad ferendum meliores prioresque homines, differentiam. *vid. Royan. in tr. de hæret. n.* 206. *Menoch. l.* 1. *præsumpt. q.* 16. *n.* 9 indè boni censentur esse, qui natione non sunt infamata, mali è contrario, qui ea natione sunt, quæ magis infamis est. *l.* 31. §. 21. *ff. de ædilit. Edict.* & ex patria illaudata vir illaudatus est, *Crus. de indic. p.* 1. *c.* 23. *& p.* 3. *c.* 3. *n.* 108. Gens una callidior est altera, una furtis & rapinis, altera Veneri, Veneficiis & sortilegiis magis est dedita, & pro conditione nationum Indicia contra singulos formanda esse tradit, *Menoch. in procem. de arbitr. jud. q.* Sic invidia Judæos, perfidia Persas, fallacia Græcos, rapacitate Normandos omnes reliquas nationes superare testatur *Münster L.* 2. *Cosmograph. p.* 128. Et cum judex semper ad populi Regionisque naturam jura accommodare debeat, *Bodin. l.* 5. *de Rep. c.* 1. Certum est, quod si diversæ nationis homines ejusdem delicti inculpentur, mores nationum inspicere, & cujusnam natali genio delictum convenientius, ponderare debeat, & hinc, quando Italus & Germanus adulterii rei constituuntur, potius contra Italum præsumere, eundemque prius torturæ subjicere debebit, si modo justa concurrant indicia, cum Itali plerumque sint Venerei, Germani autem castiores, *Crus. d. c.* 23. *n.* 7. *&* 8. *Barclajus in icon. animor. c.* 5.

39 Ex Physiognomiâ sæpius agnosci hominis Patriam.

Physiognomia innocentiæ indicium est, & in dubio habetur ille innocentior, qui melioris est Physiognomiæ. Quæ Judicis Physiognomia esse debeat, docet *Gabriel Alvarez de Velasio in Jud. perfect. rubr.* 2. *annot. unic. n.* 3. dicens, *Judicis decor est, non sine timore aspici, non ut torqueat vultu, sed ut dissipet omne malum*; & *in Rubr.* 12. *n.* 1. *Judex omnino legibus se similem præstare, legisque vultum induere; & justitiæ formam gerere, adeoque inexorabilis esse debet*, quod etiam monetur in *l. observandum ff. de offic. Præsid.* Mala Physiognomia malam denotat mentem, & in Criminalibus *deformior* semper magis est suspectus, & si plures torquendi sint, à deformiori plerumque incipitur, quamvis alias mala Physiognomia, per se sola, non sit sufficiens indicium ad torturam. Malæ Physiognomiæ species etiam est Pallor, & hunc in genere metum indicare tradit *Mascard. de probat. conclus.* 1051. *n.* 47. & quam maxime in judiciis attendendum esse monet, *l.* 10. §. 2. *ff. de quæst.* cum sauciam prodat conscientiam, *Boss. in tit. de mand. homic. n.* 26. Hinc etiam indicium facere potest ad torturam, si quis ad objectum crimen expallescat, *Jacob de Bellovisu in pract. Judiciar. cap. de quæst. & qualit. torm. n.* 80. modo homo naturâ non sit meticulosus, *Brunnem. in process. Crim. c.* 8. *memb.* 5. *n.* 2. Ad *Læsam Physiognomiam* maxime pertinet facies hominis, ex qua, velut ex imagine, homo præ homine cognoscitur, *l.* 44. *ff. de Relig. & sumpt. funer.* Inde etiam, qui vulnus faciei infert, gravius puniendus, quam aliam corporis partem vulnerans, *Cresp. de Valdaura obs.* 78. *n.* 2. *p.* 2. 40 De pœnâ lædentis faciem hominis.
Giurba Conf. 7. *n.* 5. nec ullum tam grave flagitium committi potest, cujus vindicandi causa, naso auriculisve amputatis, aut effossis oculis, vel alio quovis modo, facies hominis fœdanda sit. *Pet. Royzius Maureus in decis. Lituan.* 3. *n.* 596. Pœnæ autem sic alterius faciei cicatrices imprimentis pro diversitate locorum variant.

Qui cum *formosa peccat*, levius peccat, quam cum deformi, quia major est ad delictum provocatio. *L. Cicero.* 39. *ff. de pœn.* Sed concubitus cum deformi vix homine dignus est, & proinde qui deformem ducit, securus est de thori puritate, hinc Seneca dicit: *fœminas deformis faciei sæpe pudicas esse, non quod animus ipsis desit ad libidinem*, sed quia ob deformitatem minime sollicitantur, pretium libidinis ultro viris offerant. Si quis autem *formosæ puellæ faciem* lædat, ut cicatrix remaneat, illam dotare tenetur, quia pulchritudo ipsi pro dote erat, adeoque virgo deformata ad dignam nubendi conditionem inveniendam, ampliori dote opus habet. Sponsa quæ repudiatur

diatur propter amputatum nasum, actionem habet ad interesse non solum intuitu inflictæ deformitatis, sed etiam ratione dissolutorum Sponsaliorum: Eadem ratione Clerico quoque actio ad interesse competit, cui alius deformitatem in facie infligendo irregularitatem causavit; publice enim interest, nullius faciem esse horrendam aspectu, cum facile prægnantibus talis species nocere possit.

A Physiognomia delabimur ad manus
41 De manu hominis, sivè Chiromantiâ. hominis, sive *Chiromantiam*, quæ apud plurimos male audit, & in specie improbatur ab *Andr. Crusio de indic. part. 1. cap. 22. n. 21.* ubi dicit, artem vanissimam esse. Quamvis enim Chiromantæ, pro arte sua allegare soleant, *Deum & naturam non frustra fecisse lineamenta manuum*, & Chiromantiam habere fundamentum in *Job. c. 37.* nulla tamen de re ibidem minus agitur, quam de Chiromantia, & hinc *Pexenfelder in apparat. erudit. cap. 67.* infamem illam artem appellat, cum lineamenta manuum provenire possint ex flexu digitorum & propterea omnis significationis sint experta. Peccaminosam itaque & prohibitam esse Chiromantiam, quatenus inde formentur conjecturæ in futurum necessitativè, secus si saltem inclinativè, *Malvet. Bononiens. de Sortib. cap. 1. n. 32.* tunc enim nefariam esse illam artem, si quis futura prædicat ita, ac si necessariò eventura essent, hoc enim hæresin saperet: Licitam verò esse, si saltem prædicatur, hominem post hac in hunc vel illum actum inclinaturum, aut, fieri posse, ut hoc vel illud accidat. Dicunt quidē Chiromantistæ, unde aliàs proveniat, quod lineæ in manu sint contra complicationem, quod cruces reperiantur in manu, & trianguli, & Stellulæ, quod in diversis manibus diversæ sint lineæ, cum uno eodemque modo omnes manus complicemus. Quicquid sit, cum lineamenta illa, quamvis harmonica sint, tamen probabilem saltem præsumptionem, & quidē non de re ipsa, sed saltem de inclinatione hominis ad rem producere possint, certum est, quod ars hæc plus difficultatis, quam utilitatis habeat, adeoque non immeritò vanioribus possit annumerari. Idem de *Metoposcopia*, hoc est, peritia di judicandi naturam & mores ex lineamentis, in fronte conspicuis, dicendum est, quamvis convenientia linearum manus & vultus, probabiliorem inclinationis inducat præsumptionem.

Accuratius aliquantò est hic tractanda, pauculis notis, *materia Chiromantiæ*, cujus usus hodie est creberrimus, ardua sane res est, quæ humanam transcendit sortem, prævidere futura. Non enim, ut facile est, legere præterita, frui præsentibus, ita perinde, qualia sint futura prædicere; Interim non penitùs impossibile est, ex præsentibus & præteritis, conjecturam facere de futuris. Ratio quippe præteriti scire futura facit, hinc *Dionys. Halicarnas. lib. 10. cap. 58.* inquit: *non aliunde melius consilia petuntur, quæ in futurum prosint, quam à præteritarum rerum exemplis.* Ideo, præter diversas utilitates, quas historia præstat, non infima judicatur, ut Vatem reddat, qui, quæ futura sunt, ex iis, quæ præterita sunt, conjicere possit. Diversi tamen sunt modi, quibus antiqui futura prædicere consueti erant; Inter eos *prima* species est, *Divinatio spiritualis*, 42 Diversi prædictionum rerum futurarum modi.
quæ proprio nomine *Prophetia* dicitur, & ad eam referuntur Scripturæ Vaticinia, miraculis ac eventibus certissimis confirmata; *Secunda* appellari solet *naturalis*, quæ naturas rerum conditarum, observatione causarum Physicarum, & futuros effectus prædicit, ut sunt præsagia medicorum de ægrotantis constitutione, morbo & sanitate, Vita ac morte, ex certis judicantium signis. *Tertia* est *communis & Popularis* divinatio, rusticis & agricolis maxime usitata, qui ex iis, quæ utplurimum eo modo evenerunt, futura notare solent, & ex his regulas fecerunt, de tempestatum conversionibus, frugum ac fructuum proventu, satisque feliciter interdum divinant. *Quarta* Divinationis species est *Diabolica*, quæ fit ope & auxilio Sathanæ, qui multarum rerum cognitione instructus hominibus arcana & occulta nonnulla manifestare potest, sicut fecit vel per *oracula* Jovis Hammonis & Apollinis Delphici, vel per *Pythonicos* & *Pythonissas*, vel per *Magos*, qui futura prædixerunt, per *Necromantiam* vel per *Aruspices*, qui ex Avibus & Avium volatu, garritu & tripudio Pullorum, vaticinia ediderunt.

Ad secundam Divinationis classem refertur *Chiromantia*, quæ, est *Divinatio natura-* 43 Quid sit propriè chiromantia?
lis, vel Artificialis, cujus beneficio artifices ex lineis, in manu hominum positis, ac planetarum tuberculis, sive montibus, quæ hominis complexio, qui effectus, quæ Vita, quæ fortuna, se cognoscere posse arbitrantur. Et veritati consentanea est distinctio *chiromantiæ in Physicam & Astrologicam*, quæ per lineas, & manus partes, considerat ipsam corporis temperiem, & ex illa animi propensionem indagat, quæ non adeo improbanda: Sicut *Physiognomia* considerat faciem, ac aliarum partium totius corporis, capitis, pectoris, pedum, ac manus constitutionem, de qua Aristoteles peculiarem conscripsit librum.

Illud probè observandum de hominibus, in quibus, præter naturam & Dei gratiam, educatio ac disciplina reperitur, ut interdum mala signa corrigantur Vitæ bonitate, bona verò, propter institutionis neglectum, facto non respondeant. Mens enim humana sæpe simulationum tegitur involucris, & *frons oculi, vultus, persæpe mentiun-* 44 Signa mala vel bona posse corrigi.
tur, oratio verò sæpissimè. Mox sub humana effigie ferinus latet animus, imò feris severior, atque immanior. Natura etiam ipsa, quæ corpora conformat animis, & instrumenta eis idonea subministrat, ac animorum imagines per illa lucere, & ingenia deprehendi voluit. Chiromantia *Medicis* maximè necessaria esse dicitur, si ex manuum lineamentis infirmitates quascunque,

Præteritas, præsentes & futuras, non modo prædicere, sed & medicinæ remediis futuros dolores & morbos avertere, & levioribus remediis curare possint. In absolutissima Chiromantia, quam edidit anno 1562. *Barthol. Cocles* de se ipso gloriatur, hanc se habuisse artis hujus notitiam, ut nullo modo errare potuerit, *lib.* 6. Hujusque artis notitiam defendit *Anton. Verderius lib.* 8. *var. lectionum cap.* 9. & *Joh. Rothmannus in Chiromantia Theorico-practica.*

45 Attenditur vanitas chiromantiæ. Sed Vanitatem artis Chiromanticæ deducit *Christian Engelbrecht in dissert. de Chiromant. vanitate* §. 9. *& seqq.* ubi dicit §. 12. ex *Caspari Scoti Thaumaturg. Physic. lib.* 8. *cap.* 3. præter Deum neminem scire futura contingentia, cum in manu Dei hominum sit fortuna, ac omnis salus, initium & terminus Vitæ ut patet ex *Psalm.* 31. *vers.* 16. *&* 131. *ꝟ. eod.* quæ signa nec videre nec intelligere valet peritissimus Chiromanta. Si enim unus vel alter impiè vixit, & has vel illas in manu habuit lineas, non tamen sequitur impium quoque esse illum, qui similes in manu lineas gerit, quia facile possunt impediri effectus signorum, ex ductu rationis, gratia Dei & bona informatione. Furem suspendi debere, certius colligitur ex furto, quam ex linea, gulosum ac Scortatorem vitam sibi ante tempus præscindere, melius constat ex vita inordinata, quam linea Vitæ. In bello mors maximam rapit copiam hominum, qui nulla hujusmodi in manu habent signa. Multi in aquis pereunt, imprimis in bello navali, quibus in manu mons Lunæ nullum prædixerat periculum. Si linea vitalis brevis sit, brevissimam denotare vitam quidam Chiromantæ dicunt: Alii Lineæ vitalis brevitatem paupertatem & infortunia notare asserunt; Si *experimenta & verificationem* prædictionum suarum deprædicent Chiromantæ, ipsorum Vaticinia sæpius sunt generalia, desumpta ex iis, quæ ut plurimum evenire solent, V. G. hominem habere inimicos, ac insidiatores, sustinuisse mala in juventute, non sine molestia gradum honoris occupasse, acutissimos imminere morbos, & similia, quæ quivis sanus, sine lineamentis, conjicere valet, præsertim si observentur hominis mores, & natura, num sit cupidus honoris ac divitiarum, num majorem habeat libidinem in armis militarib⁹, quam in Scortis. Et sæpe Dæmonis auxilio futura prædicuntur. Uti deducit *Caspar Scotus cap.* 3. *de vanit. Chirom. & Astrolog.* Licet enim *lineas in manu Deus & natura non posuerint frustra*, quod est potissimum argumentum chiromantarum, finem tamen earum nobis per omnia notum esse non sequitur. In multis scimus, quod sint, sed ignoramus, cur sint. Narrat *S. Ambros. lib.* 4. *Hexamer. cap.* 7. quod cum in summa siccitate pluvia expeteretur, astrologum in novilunio illam certò prædixisse; falsa tamen spe, donec precibus Ecclesiæ institutis imber effusus est, ubi Vanitas Astrologi confutata, & vis Christianæ pietatis probata est. Paria de erroribus Chiromantarum deducit *Christoph. Meyer in dissert. de errorib. Chiromant.* ubi omnes lineas in Masculis & fœminis examinat, & confutat Chiromantarum fundamenta, quæ desumunt ex *cap.* 13. *vers.* 9. *Exodi.* ubi Moyses celebrationem Azymorum & Paschatis voluit Israelitis esse signum, liberationis ex Ægypto, adeo firmiter memoriæ impressum, *ac si esset signum in manu*, & *Isaiæ cap.* 49. *v.* 16. ubi dicitur: *Ecce in manibus sculpsi te*, quæ tamen omnia potius Redemptoris nostris manus & clavos denotant, in quibus nos redemit.

Dantur etiam inter homines Noctambuli, qui re ipsa dormientes de lecto surgunt, 46 De Noctambulis. multaque, ac si vigilarent, conficiunt, de quibus quamplurimæ extant historiæ, & actiones mirabiles, & de iis extat *disquisitio Physica Henrici Lotichii*, ad quam curiosum Lectorem remitto.

De conscientia accusati prostat dissertatio *Christiani Fuchs*, ubi disquirit, utrum accusatus, citra conscientiæ læsionem, carcerem effringere & aufugere possit? an conscientiæ labem aspergat, si judici vel Magistratui, pro sui dimissione, offerat munera? an Polygamus causam agere, & Polygamiam defendere possit, citra conscientiæ maculam? 47 De conscientia hominis accusati.

De *obligatione hominis naturali* ad veritatem tractat *Godefrid. Wildvogel in dissert. moral.* cum quo has de hominibus notas claudo.

Hospital.

DE Hospitalibus vide quædam suprà *verb.* Arme/ *fol.* 38. *n.* 6. *&* 7. & verbo Allmosen/ *fol.* 257. Et dicitur Hospitale Venerabilis & pius locus, & ideo omnia privilegia concessa Ecclesiis ad Hospitalia & alia pia loca extenduntur, *Schneidewin. de præscript. spec.* 4. *n.* 18. Et talia sub Episcopi authoritate erecta Ecclesiastica gaudent immunitate, *Archidiac. in C. de finivit.* 17. *q.* 4. *Bald. in L. si quis ad declinandum* §. *in omnibus n.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* An & quatenus autem ad Ecclesiasticos spectent. *Tusch. pract. conclus. verb. Hospitale. Ludovis. decis.* 2. *&* 8. ubi, cui competat Visitatio Hospitalium; An peregrinis vel expositis liberis ab intestato morientibus succedat Hospitale? videri potest *Besold. in delibat. part.* 3. *fol.* 136. *Paschal. de Patr. potest. part.* 2. *cap.* 1. *fol.* 235. ubi quæstio hæc resolvitur. De cætero in Republica diversa construantur Hospitalia, si hominum infirmorum & debilium multitudo abundet: nempe *Prochotrophia*, in quibus aluntur mendici & pauperes: *Bræphotrophia*, in quibus

quibus infantes expositirii: *Nosocomia*, in quibus Valetudinarii: *Gerontocomia*, in quibus tenaces homines senes aluntur, *Thes. Basil. 4. d. 22. lit.* ZZZZ. 2. de *Xenodochiis*, in quibus advenæ inopes, debiles, infirmi sustentantur, tractat *Rittershus. in Nov. pag.* 106. *n.* 118. De Hospitalariis *Limn. in I. P. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 7. Kirchen / Clöster / Clausen / Spital und Schulen soll niemand beschädigen. Argentinæ Xenodochium pauperum, die elende Herberg vocatur, *Tabor de metat. pag.* 254. & narrat Besold *in thes. pract. hoc verb.* daß in diesem Spital zu Straßburg 3. alte Weine zu kosten seyn / dern einer Anno 1525. zur Zeit des Bauren-Kriegs / der ander Anno 1519. als Herzog Ulrich von Würtenberg vertrieben worden: und der dritte / Anno 1472. zur Zeit des Burgundischen Kriegs soll gewachsen seyn / mit welchem letztern man gar klug umbgehet / und wann das Faß ein wenig lär / so wird solcher Wein in ein kleineres gezogen und kein anderer zugemischet / und ist dieser alte Wein schon gelb und dick. Von einem Herzogen / welcher Anno 1290. zu Nürnberg auff dem Fürstentag / in öffentlichem Spital / unter den armen Leuten sterben wollen / welcher hernach gegen Fürstenfeldt geführet worden / videri potest *Zeiller cent.* 4. *Epist. p.* 147. Von Hospitalern und Allmosen der alten Fränckischen Käysern multis agit *le Grand Ausmonier de France, fol.* 230. *fol.* 260. & passim, de Origine hospitaliorum videatur *Guyon divers. leconf. tom.* 1. *fol.* 298.

Hospitalia pietas Christianorum in omnibus Regnis, Ducatibus, Principatibus, aliisque locis instituit: quia Divina bonitas pauperes nobis commendat, & mercedem ingentem cœlestemque promittit omnibus illis benefacientibus. Indè in solâ Civitate Florentinâ viginti sex hospitalia benè dotata numerantur, uti suprà notatum, *verb. Hetruria, fol.* 894. *n.* 18. In Franconiâ celebre est Hospitale Julianum, das Julier Spital / ab Episcopo Julio largissimis proventibus ditatum. Gaudent Hospitalia *Ecclesiasticis privilegiis*, quamvis plerunque secularium curæ subsint, quibus incumbit accurata redditio rationum, ut pauperibus tribuantur ea, quæ pia mens fundatorum pro ipsis reliquit & ordinavit.

Hungarn.

Vid. supra verb. Abgehende Ständt / *fol.* 63. & *seqq.*

Hungersnoth.

Vid. supra verb. Dieb / Diebstal. *n.* 13. & 22.

Hurerey.

1. *De pœna incestus.*
2. *De pœna raptus Virginum vel nuptarum.*
3. *De pœna Stupri per vim illati.*
4. *De pœna Mariti & parentum, qui uxorem, liberosque suos lenocinio, alienæ prostituunt libidini.*

1 De pœna incestus. De hoc crimine agitur in *Constit. Criminal. Caroli V. art.* 117. ubi de incestu incipit Imperator, & dicit incestum esse coitum inter consanguineos & affines, qui jure prohibente matrimonium contrahere nequeunt. *c. lex.* 36. *quæst.* 1. Hinc distinguitur inter incestum in sanguine, sive inter consanguineos, & inter incestum in adfinitate admissum; Ille gravius, hic levius punitur, *D. Cothm. Resp.* 48. *nu.* 18. *vol.* 3. Nam quamvis inter interpretes non adeò expeditum videatur, qua pœna incestus in sanguine, & quidem inter ascendentes & descendentes puniri debeat; quibusdam existimantibus, hoc casu nullam pœnam capitalem irrogari posse, ideo quod lex deficit, & non licet aliquem sine lege interficere. *Modest. Pistor quæst.* 92. *nu.* 6. & 10. *post Princ. p.* 2. *Jac. Thoming. decis.* 43. *nu.* 1. & *seq.* Rectius tamen statuitur, pœnam mortis debere imponi; quippe ea jure divino est imposita. *Levit.* 20. *v.* 11. Wesenbec. *in parat. ff. ad L. Jul. de adult. n.* 22. *in med. vers. nisi nefario coitu. Farinac. in pract. crimin. p.* 4. *tit.* 16. *quæst.* 149. *n.* 14. & *n.* 61. *Bajard. ad Clar. in §. incestus n.* 3. *ibi,* & *coitu inter ascendentes,* & *num,* 4. *Menoch. de arbitr. jud. quæst. casu* 502. *num.* 1. & *seq. n.* 4. & *n.* 39. *Thessaur. decis.* 100. *n.* 4. sed cum illi genus mortis non exprimunt, tutius est, si ejusmodi incestuosi pœna gladii afficiantur. *Wesenb. in paratit. ad L. Jul. de adult. n.* 22. *vers. nisi nefario coitu. Coler. decis.* 174. *n.* 7. generaliter enim traditur, quod eadem sit pœna incestuosi, quæ est adulterii, per text. *in l. miles.* 11. *§. militem.* 1. *ff. ad L. Jul. de adult. Faber & Mynsing. in §. item Lex Julia de adulteriis. Thoming. decis.* 42. *n.* 3. *Modestin. Pistor. quæst.* 92. & *n.* 1. & *seq. p.* 2. quod ipsum pœnâ gladii vindicari, notissimi juris est, *text. in l. quamvis* 30. *in fin. C. ad L. Jul. de adult.* quæ assertio quoad ascendentes & descendentes in infinitum usque procedit. *Farinac. in pract. crim. p.* 4. *tit.* 16. *quæst.* 149. *num.* 6. *consultat. tom.* 1. *p.* 4. *q.* 73. *n.* 2. Et sic amplissima facultas juridica, Lipsiensis pœnam capitis dictavit patri, qui cum propria filia consueverat. *Modest. Pistor. quæst.* 92. *n.* 17 *p.* 2. *Thoming. decis.* 42. *n.* 19. Latè de hac quæstione *Berlich. Concl.* 32. *p.* 5. *per tot.*

Quoad incestum inter collaterales, videndum est; An collaterales utrinque solati inter se incestum committant, An verò conjugati. Priori casu, quæ pœna locum habere

Nec non tribuendum aliquid est inveteratæ consuetudini, quæ Nobilibus negotiationem concedit. Atque tota res distinguenda est inter *negotiationem œconomicam*, quæ pertinet ad sustentandum se & domum suam, quatenus necessitas postulaverit: Et *politicam*, & publicis populi necessitatibus succurratur, quæ negotiatio competit Principibus & Gubernatoribus; Et *negotiationem merè lucrativam*, quæ convenit solis mercatoribus. Itaque maculam nullam adferre potest *negotiatio*, quæ provenit ex *jure gentium*, quæ deservit pro medio sustentandæ vitæ, quæ necessaria est pro vendendis fructibus, qui aliàs perirent, & consequenter pro negotiatione propria censeri non potest; Quicquid enim pro re habitâ æstimari potest, consistit in dem Fürkauff & monopoliis, quæ sola recessibus Imperii prohibita sunt. Hoc autem in casu ptohibitiones nullæ interveniunt, & aliàs multi Reges & Principes, nec non vicini Episcopatui Hildesiensi Duces Brunsvicenses, Episcopatus Halberstadiensis & alii, de exercitio sordidi mercimonii condemnari deberent. Verùm illi, & Nobiles omnes, adjuvantur diuturno hujus juris exercitio, quia leges & mores etiam suum ævum & fatum habent, & attenditur in quavis provincia, quod longa consuetudine est introductum, & præscriptione acquisitum, prout hoc *Schöpfer. de jur. braxand. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 203. qui aliàs jura Civitatum in hoc puncto viriliter defendit, ipsemet limitat, quod Patriæ consuetudo sit attendenda, & si braxatio venditioque cerevisiæ res esset vilis & fordida, ipsemet Senatus, Patritii & Cives, semetipsos condemnarent.

Inverecundum planè esse Civitatis assertum, quod omnes familiæ nobiles in pactum de anno 1513. consenserint, cum tamen 35. familiæ illud subscribere recusarint, nec unquam eò adigi potuerint, ut feudis suis servitutem realem imponerent, prout etiam ipsa civitas aperto ore confitetur, ante annos plus quam 30. Nobiles cerevisiam braxasse, & ex contrario allegatus *Schöpfer, in tr. de jur. brax. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 207. ipsemet fatetur, quod per longum temporis spatium possidentes jus braxandi, in eo defendendi sint, donec in ordinario processu civitates contrarium obtinuerint, *Mev. lib.* 2. *decis.* 3. præsertim cum Nobiles ex concessione Principis facultatem braxandi obtinuerint, contra quam nulla Civitatum admittitur contradictio, cùm talis concessio à sola Principis voluntate dependeat, prout novissimè deductum in *Tractatu*, qui inscribitur Der kluge Beambte *p.* 1. *tit.* 30. *n.* 13. & 14.

Pari planè jure censentur Clerici, si fructus sibi natos ad braxationem cerevisiæ impendant, prout docet *R. P. Layman. Theolog. Moral. lib.* 3. *tr.* 4. *cap.* 17. §. 7. ubi sequentia reperiuntur verba: Si clerici empta pecora, & in propriis prædiis nutrita, vendant, vel ex propriis agrorum fructibus confectam cerevisiam, & ex propriis uvis expressum vinum divendant, hæc ipsis licita sunt, *R. P. Pyrring ad l.* 3. *decret. tit.* 50. *ne clerici vel Monachi secular. negot. se immisc.* §. 1. ait: Clericos negotiationem exercere posse propter necessariam sustentationem, vel si propriorum agrorum & pecorum fœtus aut fructus, immutatos etiam, v. g. ex uvis propriarum vinearum vinum conficiendo, ex hordeo propriorum agrorum cerevisiam coquendo, ex lana propriarum ovium pannos conficiendo, &c. lucrentur: his enim casibus nulla negotiatio exercetur, sed adhibetur saltem industria, ad res suas sibi utiliores reddendas, quæ sunt verba *P. Pyrring in compend.* Triplex enim est emptio & venditio, docente *Molina de just. & jur. disp.* 329. 1. quæ emuntur ad familiæ sustentationem, & superflua venduntur. 2. Quando emitur aliquid, ut per industriam commutatum vendatur, 3. qua emitur aliquid, ut immutatum carius, ad lucrum comparandum, alienetur. Prima venditio est absque omni culpa, 2. non est prohibita. 3. dicitur improbata: sed nulla hic potest applicari, quia fructus pro braxatione non emuntur, sed tantum superflui ad braxationem applicantur, qualis contractus omnibus Clericis est licitus, *Card. Lugo de just. & jur. tom.* 2. *disp.* 26. *sect.* 3. *n.* 34. *Gobat. in tract. Theolog. jurid. tr.* 5. *cap.* 11. *n.* 11. *Pyrring. ad Decret. lib.* 3. *tit.* 50. §. 1. *n.* 5. *Layman Theolog. Moral. lib.* 3. *tr.* 4. *cap.* 7. §. 7. *Lessius de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 5. qui omnes docent, quod Clericis sit permissa negotiatio sine gravi peccato, præsertim per pactarios bonorum, prout tradunt,

23 Clericis quoque braxationem cerevisiæ esse permissam

dunt, *Rebellus leb.* 9. *quæstion. ult. sect.* 2. *Thuan. disp.* 59. *dub.* 2. *n.* 3. *Filinc. tom.* 2. *tract.* 35. *cap.* 1. *quæst.* 8. *n.* 20. *Salas. dub.* 4. *n.* 4. *Molin. disp.* 342. *vers. utrum autem Pirring ad Decret. tit. ne Cler. vel Monach. Regul.* §. 1. *n.* 5. *Refer ad Gylm. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 2. *vol.* 1. *sub fin. n.* 208. *vers. quoad ea vina Busenb. Theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 3. *dub.* 8. *artic.* 2. *num.* 2.

Verissimum omninò esse, quod ante *annos octingentos* & plures, Episcopus & Canonici Hildesii habitaverint, antequam civitatis jura erigerentur, aut ullus braxator ibidem esset, cum Civitas demum post ducentos annos illic fuerit ædificata: nihilominus Episcopus & Clerici cerevisiam braxaverint & biberint; quam tamen è civitate tunc temporis accipere non potuerint, cum illa nondum fuerit in rerum natura, in Dynastiis verò passim Cerevisia fuerit cocta & vendita. Quid quod ipsis A. C. Pastoribus in ordinationibus Ecclesiarum, permissum & concessum sit, ut Cerevisiam braxare cum eâque commercium habere possint, teste *Carpzov. Jurisprud. Consist. lib.* 1. *tit.* 9. *defin.* 65. *num.* 8. & 9. *Fritsch. de jur. Eccles. Protest. tit.* 16. §. 3.

Concessionem facultatis braxandi utique pertinere ad Principem & Capitulum, apud quos tale jus eminenter residet, atque ideo ipsos utique hoc jure uti posse, cum absurditatem saperet maximam, si Civitas pro prædio
24 Facultatem braxandi à Principibus & eorum concessiono provenire.
dominante, totus vero Episcopatus pro prædio serviente haberetur, quod sanæ rationi esset contrarium. Calumniam esse, quod Personæ Capitulares pro privatis habeantur, contrarium tradere *Lampad. de Republ. Rom. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 47. nec non *Græveum in Gail. conclus.* 30. Sede enim Vacante iisdem utuntur juribus, quibus defunctus Episcopus utebatur, & ideo vocantur ad Comitia, & gaudent jure Austregarum, *Bertram de Comitiis thes.* 37. Capitulorum origo inde provenit, quod olim in singulis Civi-
25 Origo Capitulorum.
tatibus unus ex Presbyterorum ordine cœteris preficeretur, ita ut cum eorum consilio omnia gereret, & administraret, quem cœtum Presbyterorum Senatum Ecclesiæ vocat *Hieronymus cap. Eccles.* 16. *q.* 1. in quorum locum successerunt Capitula Canonicorum in Ecclesiis Cathedralibus, qui Canonici eundem locum obtinent apud Episcopos, sicut Cardinales apud Pontificem, ita ut Imperatores Regesque non dedignentur esse Canonici in talibus Capitulis.

26 Res Ecclesiastica
Agi hic de *alienatione rei Ecclesiasticæ*, quâ Ecclesiæ, ejusque membris, Episcopo nimirum & Canonicis, annuatim supra 50000. imperiales detrahuntur. Dispositio & Titulus ex jure Canonico *lib.* 3. *tit.* 13. *de red. Eccles. alienandis vel non. & ibid. P. Pyrring.* §. 1. tradit, quod cum Prohibitio hæc sit favorabilis Ecclesiæ, nomen alienationis latissimè sit accipiendum, ita ut prohibita sit quævis alienatio, in qua dominium aliquod, sive directum sive utile, in alium transfertur, *per C. nulli* 5. *eod. tit.* ita ut nec servitus in re aliena constitui possit, nec alienari res, ex quibus magna Ecclesiæ utilitas & fructus diuturnus percipi potest, qualia etiam sunt jura seu reditus annui, præsertim si pervenerunt ad Ecclesiā ex Imperatoris donatione vel fundatione, neque solum requiritur tractatus & consensus, subscriptioque Capituli, atque legitima justaque causa, sine qua alienatio ipso jure irrita & nulla est, *c. l. h. t. in* 6. *Clement. l. & Extrav. unica eod.* Sed etiam intervenire debet *consensus & autoritas Romani Pontificis*, sine quo contractus est nullus, in *Extravag. ambitiosæ unica h. t.* sub pœna excommunicationis, præsertim quia Episcopi jurare solent, se de bonis Ecclesiasticis nihil alienaturos. Hinc *in c. consultissimo* 2. *h. t. in* 6. prohibetur omnibus Ecclesiæ Prælatis, ne jura & bona sua Ecclesiastica, sine expressā Pontificis licentia, alienent.
non possunt alienari sine observatis gravibus requisitis.

Quâ ratione ergò Civitas facultatem braxandi privativam defendere potest, si eam non habet ex privilegio Principis, cum tamen semper concedentis persona excepta esse intelligatur, & interpretatio declaratioque privilegii non alicui magis conveniat, quàm Principi concedenti & ejus successoribus, *Franc. Cyriac. controvers.* 622. *nu.* 28. ubi multos alios allegat. Textus in hanc rem expressus est in *l. ex facto* 43. ibi: *Beneficia quidem Principalia ipsi Principes solent interpretari. ff. de vulg. & pup. substit. l. Neratius.* 191. ibi: *Quem tamen modum esse beneficii sui velle, ipsius æstimationem esse, ff. de reg. jur. Decian. consil.* 101. *n.* 7. *Gylman. lib.* 2. *rerum in Cam. judic. decision.* 54. *nu.* 40. *Math. Stephani lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 153. Si porrò Civitas non habeat jus privativum ex præscriptione & actibus non contradictis, cujus contrarium tamen ipsamet fatetur, & actus oppositi ab Episcopo & Capitulo exerciti demonstrant, Si causa concernit bona Ecclesiastica, sine summa necessitate & utilitate, nec non præscriptis in Jure Canonico requisitis, non alienabilia; si ad mensam Episcopalem pertinentia, & veluti domanialia, quorum alienatio ingens Ecclesiæ damnum, & perpetuum adfert detrimentum, & idcirco revocatio tam alienanti, quam ejus Successoribus perpetuo patet: Si privilegiatos privilegianti non solum pares, sed superiores facit, si cum consuetudine passim introducta, cum jure Episcopo, Clero & Nobilibus ab antiquo competente

petente pugnet; Si Superioritatem Principis & Episcopatus, per subtractionem Principalium redituum, diminuat, qua ratione Civitas jus privativum contra tot argumenta defendere poterit? Nec tamen impeditur civitas in usu Privilegii, quatenus illi competere potest, dum non solum in tota Civitate & Præpositura illa sola, nec non in toto Episcopatu braxationem & venditionem, cum Episcopo & Capitulo, cumulativè exercet, & omnis cerevisiæ peregrinæ venditio prohibita est, ex quo Civitas illa omnia obtinet, quæ ex privilegio ulla ratione prætendere potest. Multa quidem deduxit Civitas in possessorio, sed tandem ab eo recessit, & in petitorio purè submisit, & sicut petitorium absorbet possessorium, ita in jure prospectum est, ut si causa sufficienter est instructa, ut hic ex propria conventione Civitatis constat, non debeat inspici, quid antehac petitum, sed quid postea actum, & ex actis appareat; petitorium sufficienter esse deductum, Judex Sententiam proferre, & in petitorio causam terminare debeat, *C. dilecti filii. de judiciis. Meisner tom.* 3. *decis.* 13. *num.* 66. Unde 16. *Augusti* 1700. Sententia contra Civitatem lata, Jus privativum braxandi ipsis denegatum, & solum cumulativum concessum & permissum est.

Lit. I.

Lit. I.

Impossibilitas.

IMpossibile id censetur, quod salva dignitate nostra facere non possumus, & quod lædit justitiam, pietatem, verecundiam, item quod est contra bonos mores, *Thes. Basil. vol.* 2. *d.* 4. *q.* 3. Et cum impossibilium nulla sit obligatio, idcircò impossibilitas meretur excusationem. Impossibilis conditio, cui vel natura vel jus repugnat, vitiat contractum, investituram, & præceptum Judicis, *ibid. fol.* 3. *d.* 9.

Inhibitio.

NOn facilè decernenda est inhibitio in Policey-Sachen / & contra privilegia Statuum. *textus in Tom.* 1. *hoc verbo*, & est peculiaris modus inducendi litispendentiam, & causandi attentata, hinc licet actus quidam vi appellationis, & alterius litis ac judicii, attentata non essent, vi tamen & ex causa inhibitionis talia sunt, Sed debet inhibitio canonice decerni; quia si à judice incompetente decreta fuerit, etsi de re constet, canonica non est: non enim decernenda est tum, si jurisdictio judicis dubia sit, neque antequam de formalibus appellationis à definitiva, & an causa sit appellabilis, constet; sed decerni non prohibetur, in casu regulariter prohibito, dummodo judex cognoscere cœperit; alias secus, utrum sit recipienda vel non: unde inhibitio tunc decreta executionem suspendit & attentatis locum facit. Si verò inhibitio non est canonica, veluti si notorie constat causam non esse appellabilem, vel appellationem similemve causam non habere effectum suspensivum: tunc nihil operatur, nisi justa aliqua ejus decernenda causa superveniat; in *appellatione* autem ab interlocutoria inhibitio decerni non debet, priusquam eadem recepta fuerit, nisi periculum sit in mora, aut damnum irrecuperabile indè nasci queat, recepta autem ea inhiberi canonicè potest. Inhibitio canonica non est, quæ per sub- & obreptionem impetrata est, eaque non ligat. Et quamvis inhibitio non canonica generaliter non liget, tutius tamen est, & consultius, prius instare pro revocatione ejusdem, quam ut aliquid contra eam innovetur, maxime si à potentiori procedat, *Thes. Basil. vol.* 3. *d.* 2. *per tot.* Inhibitio decerni non potest, ne quid attentetur pendente appellatione, in possessorio retinendæ possessionis, *ibid. Vol.* 3. *d.* 3. *L. x.* 1. Imò omnis inhibitio minus Canonicè facta non causat attentata, etsi contrarium de Stylo Rotæ observari tradat *Lancellotus*. Tum autem decernenda inhibitio est, si de veritate gravaminis constet, & sic impetrata à Domino proderit ejus subditis habentibus causam à Domino, sicut à parte impetrata prodest quoque fidejussori judicio sisti & judicatum solvi, non tamen prodest fidejussori contractus, *ibid. vol.* 3. *d.* 2. *l. k.* 3.

Injuria.

SUMMARIA.

1. *Quis proprie faciat injuriam, ut pro injuriante haberi possit, vel non.*
2. *Quinam teneantur actione injuriarum verbalium.*
3. *De injuria reali, & qui eam committunt.*
4. *De injuria levi & atroci.*
5. *De injuriantium pœnis & Palinodia.*
6. *Num Astrologus vel Chiromanticus vel similes injuriarum teneantur ex divinationibus suis.*
7. *Judex vel Magistratus injuriarum tenetur, si limites officii excedat.*
8. *De actione injuriarum Civili & Criminali.*
9. *Quibus modis tollatur injuriarum actio.*
10. *De felicibus injuriis.*
11. *De injuriis figuratis.*

UT societas humana subsistere possit, necesse omnino est, ut unus alterum æque ut hominem tractet & æstimet, etiamsi enim homines in Statu civili inter se non amplius sint æquales, sed aliqui antehabeantur, alii postponantur, tamen natura æquè omnibus competit, & quivis ad officia humanitatis alteri est obligatus, licet unus animi, corporis aut fortunæ bonis alios antecellat. Homo itaque tractandus est ut homo, & graviter delinquit, qui superbia ductus alios despicit, & magnum discri-

discrimen inter se & alios intercedere arbitratur, præsertim verò illi homunciones, qui non tantum interno contemptu, sed etiam externis signis, ut risu & vultu, imo plane verbis & verberibus, alios deprimunt & contumelia afficiunt. Et certe dolendum est, quod præsertim hoc seculo ferè quotidie convitiis & injuriosis dictis multorum fama lædatur, ita ut toto die majorem injuriantium malitiam videamus. Injurians itaque est persona mentis compos, dolo malo & animo injuriandi, verba injuriosa proferens, in alterius inviti contumeliam: Ad hoc autem tria requiruntur. *Primum* est, ut injurians sit mentis compos & rationis usu non destituatur, qui enim nescit, quid agit, quomodo injuriam facere potest? Sic (1.) Animalia irrationalia non injuriam, sed pauperiem faciunt, propter sensus carentiam, *l.* 1. §. 3. *ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat.* (2.) Impuberes & furiosi non tenentur actione injuriarum, sivè pulsent, sive convitium dent, quia non faciunt ex affectu, *l.* 3. §. 1. *ff. de injur.* (3.) à Diabolo obsessi, Besessene / per quos Diabolus loquitur, & plerumque verba injuriosa proferre solet, (4.) Dormientes, qui furiosis æquiparantur, *arg. l.* 1. & 3. *ff. de acquir. vel amitt. poss.* (5.) Ebrii, qui nesciunt quid faciunt, & ubi tanta fuit ebrietas, ut neque pes neque mens officium suum facere potuerit, *arg. l.* 6. §. 7. *in f. ff. de Re milit.* quia ex impetu magis quam proposito deliquisse videntur. Si autem realis forte injuria ab illis illata, actioni ex L. Aquilia locus foret, *Hahn ad Wesenb. de injur. num.* 4. (6.) Qui per iracundiam injuriosa verba dixit, & postea sedato animo pœnitet, atque revocat, *arg. l.* 48. *ff. de R. J.* (7.) Melancholici, qui de uno loco in alium vagabundi fugiunt, absurda & tristia ibi fingunt & loquuntur.

1 Quis propriè faciat injuriam, ut pro injuriante haberi possit, vel non.

Secundum requisitum est Dolus malus & animus injuriandi, quia voluntas & mens magis est attendenda, quam ipsum factum, ad hoc ut maleficium dicatur, *Pet. Theodoric. Judic. Crim. c.* 2. *p.* 252. Hinc injuriam non committunt, (1.) qui per jocum quid dixerunt, aut aliquem percusserunt, *l.* 3. §. 3. *ff. de injur,* (2.) qui contra testem, ut infamem, (3.) contra Iudicem, ut suspectum, exceperunt, quia hujusmodi exceptiones non fiunt animo injuriandi, sed potius ad defensionem juris. (4.) Magistratus, qui ratione officii aut Reipublicæ causa, ob publicam sive communem disciplinam, in alterius contumeliam, quid dicunt aut faciunt. (5.) Parentes, qui habent jus modicè increpandi, coercendi, & castigandi liberos. *l. unica C. de Emend. propinq.* (6.) Mariti, qui modicè castigare possunt uxores, *Carpz. Crimin. p.* 1. *q.* 12. *num.* 50. & quibus vindicatio atque manus injectio competit, *Mev. laud. Tr. p.* 1. *tit.* 3. *ad rubr. num.* 57. (7.) Heri seu Domini, qui hodie servos mercenarios moderata castigatione coercere possunt, & pro ratione delicti, verbis & verberibus, modice tamen & justa ex causa, corrigere, idque propter indolem domesticæ disciplinæ, cui per locationem tacite se servi subjiciunt, *Höppius ad Instit.* §. 2. *tit. de his qui sui vel alieni juris sunt.* (8.) Verbi Divini Ministri, quibus expresse in sacris literis jus corrigendi impios est concessum, 1. *Timoth.* 5. *v.* 20.

Tertium requisitum est, ut verba prolata sint injuriosa, & invito fiant. Volenti enim non fit injuria; unde formula, quæ in injuriarum libellis communiter poni solet, descendit, Daß er sich die zugefügte Schmach gleich zu Gemühte gezogen. Injuriam quoque quis pati potest, etiamsi nesciat, quid sit injuria, *l.* 3. §. 1. *ff. de injur.* & quod absenti etiam *l.* 15. §. 7. *eod.* & mortuo injuria inferri possit, *l.* 1. §. 4. *eod.* Qui enim cadaveri defuncti injuriam infert, hoc facit heredi ipsius vel bonorum possessori.

Econtra injuriam committunt, & consequenter injuriarum actione conveniri possunt, (1.) qui alteri objiciunt delictum, vel publicum, ut Homicidium, Adulterium: vel privatum, ut Rapinam, furtum *Mev. ad jus Lubec. p.* 4. *tit.* 1. *art.* 1. *num.* 1. 2. 3. (2.) Quod moribus Regionis & Civitatis cujusque, in qua vivimus, repugnat, quia mores Civitatis cujusque boni præsumuntur, & ille contra bonos peccat, qui adversus mores Civitatis committit, *l.* 15. §. 6. *ff. de injur.* (3.) Convitia aut ignominiosa & turpia dicta, e. g. si quis appelletur Sycophanta, Nebulo, Spurius, Meretrix; Item si alicui dicatur: Tu calumniaris, tu mentiris in gulam tuam, du liegst in deinen Halß / licet additum sit, salva reverentia (4.) Quod apud graves & honestos viros aliquem reddit contemptibiliorem, *Wesenb. parat. ad ff. tit. de injur. num.* 8. aut opinionem lædit, *Mev. d. l. p.* 4. *tit.* 1. *art.* 1. *num.* 1. e. g. si quis appelletur ingratus, socors, excoriator, qui quidem non infamis, sed tamen turpis persona est, (5.) Qui objicit, quod per se non est criminosum, e. g. qui alicui vitia & defectus naturæ exprobrat, dicendo, quod sit cœcus, mutus, surdus, luscus, monoculus, & hæc omnia in opprobrium objiciendo. (6.) Qui objicit, quod revera perpetratum, modo animus injuriandi ipsis circumstantiis appareat, aliàs non (7.) Qui objicit, quod à Principe remissum est, vel pro quo pœnam luit, vel quod per torturam purgavit: per gratiam enim & restitutionem Principis omnis macula è crimine descendens censetur abolita. *Theodor. Criminal. c.* 2. *num.* 16. *p.* 230. (8.) Ita etiam actione injuriarum conveniri potest, auditas injurias referens, etiamsi illum indicare possit, à quo ipse primum injurias audivit, secundum illud Wehrman haben hilfft nicht / *Matth. Coler. p.* 1. *decis.* 161. *num.* 41. quia hic non minus alterius lædit existimationem, quam ille qui primum eas excogitavit. (9.) Sic etiam Creditor debitori tenetur, qui se beym Schelm schelten obligavit, oder daß

2 Quinam teneantur actione injuriarum verbalium.

er

er ein Schelm seyn wolle / wann er nicht zu rechter Zeit bezahlte: in casum moræ hanc injuriam inferens: nam pactum hoc turpe est, secundum communem juris regulam: quod ad delinquendum invitat, eapropter turpe est, *per l.* 27. §. 3. & 4. *de pact.* (10.) Idem obtinet, qui Advocato concessit suo nomine adversario injuriam inferre, ibi enim tam Advocatus, quàm ille, qui mandatum concessit, injuriarum tenetur: nam mandatum in delictis, rebusque illicitis neminem excusat. (11.) Injuriarum actio quoque locum habet, quando quis aliquem nominat bonum virum, intelligendo ex consuetudine illius loci Cornutum, einen Hahnrey. *Hopp. ad Inst. de injur.* (12.) Qui Debitoris fidejussores interpellat, cum tamen ipse debitor paratus sit solvere, *l.* 19. *ff. de injur.* (13.) Qui non debitorem ut Debitorem appellat, *l.* 15. §. 33. *eod.* (14.) Qui dicit aliquem bona occultasse, & inventarium corrupisse, *Mev. Respons.* 2. *super Jus Lubec. p.* 28. (15.) Qui divitem imprimis Mercatorem de paupertate diffamat, *Carpzov. lib.* 2. *tit.* 5. *resp.* 59. (16.) Qui virum in dignitate & honore constitutum, numero singulari, Du / alloquitur, *Eckolt. ad dig. tit. de injur.* (17.) Qui Theologum einen Pfaffen. *Lauterbach. comp. Juris tit. de injur. p.* 665. Jurisconsultum verò, einen bösen Christen / appellat. (18.) Qui virginem interrogat, an jure sertum gestare possit, *Meyer in disput. de sert. virginum*, vom Jungfer-Krantz. (19.) Qui membra pudenda apud honestas matronas lascivè denominat, cum ipsarum honestas atque pudor per mentionem horum membrorum quàm maximè violetur. (20.) Qui dicit, se conjugem alterius, vel virginem aut viduam carnaliter cognovisse; certè gravissima hæc diffamatio est, & maxima cum mulierum ignominia conjuncta. (21.) Qui in publici vectigalis conductores injuriosis verbis invehunt, illosque pro infamibus habent, sine dubio tales injuriantes stoliditatem & ignorantiam ostendunt in Historiis. (22.) Injuriantes porrò sunt *Ebriosi*, qui sciunt se ad injurias & rixas esse pronos, *Hahn. ad Wesenb. tit. de injur. n.* 4. Ebrii, qui leviorem tantum habent ebrietatem, & tam atrocem injuriam inferunt. (23.) Qui Titio injuriam voluit inferre, & propter errorem in persona, illam Cajo infert, immunis ab actione injuriarum non est, quia versatur in delicto & re illicita, uti & (24.) Verbi Divini Ministri, si ex privato affectu in suggestu publico verbis injuriosis in aliquem invehant, illum nominent, vel ita describant, ut omnes, quis ille sit, intelligant, *Sueder. in Introd. Jur. publ. sect.* 2. *c.* 12. *n.* 3. Unde (25.) apparet, quod verbi Divini Ministri, qui concionando, & Professores & Doctores, qui docendo & disputando in tribus religionibus addictos convitia exonerant, non excusentur, faciunt enim contra *Art.* 5. §. 50. *Instrum. Pac. Westph.* (26.) Dominus quoque, qui inique in contumeliam famuli, & ultra ejus merita quid dicit, & Magister, sive Opifex, quando nominibus odiosis atque injuriosis Tyronem insignit, ab hac actione immunis non est, præsertim si in contumeliam Parentum aut familiæ convitia tendant, *Beyer de Tyron. c.* 10. §. 6 *num.* 634. & hæc de injuriantibus verbaliter.

3 De injuria reali, & qui eam committunt.

Realem injuriam committens est persona mentis compos, quæ dolosè rebus & factis aliquem contumelia afficit, & quidem vel in corpore. v. g. pulsando, quod fit sine dolore, aut verberando cum dolore, *l.* 5. §. 1. *ff. de injur.* Et sic injuriarum tenetur, (1.) qui pugno aliquem pulsat, *l.* 1. §. 7. *eod.* (2.) qui fustibus & flagris, aut lapide aliquem petit, *arg. l.* 5. §. 1. *eod.* (3.) qui manu, baculo, gladio, aliove instrumento aliquem percutit, qui alapam, vel einen Nasenstüber cuidam impingit, *arg. l.* 9. *eod.* (4.) Qui alicui crines aut barbam expilat, 2. *feud.* 27. quia barba signum viri est, an dem Bart kennet man den Mann. Unde gravissima olim injuria erat, alicui barbam expilare. (5.) Magistratus aut Judex, qui aliquid facit injuriosi, tanquam privatus, vel fiducia Magistratus, *l.* 32. *eod.* (6.) Qui ad capturã nimis facilis est, quæ quidem Judici arbitraria, non tamen ex mero arbitrio eam decernere debet, sed prærequiruntur aliqua indicia, ex quibus incarcerandus justè videri possit suspectus, *art.* 218. *Ord. Crim. Caroli V.* (7.) Magistratus aut Judex, qui debitorem incarceratum, oblatis pignoribus & fidejussoribus, dimittere aut relaxare nolit, in causis civilibus, *Mev. ad Jus Lub. p.* 3. *tit.* 1. *art.* 1. *n.* 69. (8.) Magistratus, qui nullo jure aut non legitimè tormentis aliquem subjicit. (9.) Dominus, qui famulos aut servos conductos, sive mercenarios vulnerat, aut illorum os frangit, *Bonacoss. de serv. & fam. q.* 94. (10.) Magister qui reali coercitione in pueros aut Tyrones modum excedit, v. g. si Sutor, absque ulla ratione, forma calcei, mit dem Leisten / Tyronem quotidie verberat, *Adr. Beyer. de Tyron. c.* 10. §. 7. (11.) Præceptor & Informator, qui nimium sævit in discipulos; nam nimia sævitia Præceptoris culpæ assignatur, *per l.* 6. *ff. ad L. Aquil.* (12.) Qui Sponsam primo die nuptiarum corona Sponsalitia dolo malo privat, & ipsi loco Serti vittam imponit, nisi consuetudo locorum aliud suggerat. (13.) Qui sponsæ imponit sertum joculare, membris virilibus aut cornibus forte exornatum, ein Vexier-Krantz. (14.) Qui alicui cornua imponit, Hörner auffsetzet / *Ludvig. exercit.* 15. *th.* 6. *lit. E.* (15.) Qui tempore Quadragesimali, in der Fastnachtzeit / virgines sibi obviam venientes, vel adhuc dormientes, denudatis posterioribus, virgis feriunt, quod außstäupen vocant. (16.) Qui osculum invitæ virgini, vel mulieri aut viduæ dat, habentur enim oscula pro præparatoriis rei venereæ & proœmio adulterii, (17.) Et quidem *extra corpus*, qui elevata manu, fuste aut gladio minatus, aut manus adversus aliquem levat, quasi verberaturus,

l. 15. §. 1. *ff. de injur.* (18.) Qui alienam domum invito habitatore introit, *l.* 5. *pr. ff. eod.* (19.) Is, qui in alienis ædibus, res suas tanquam furto ablatas, perquirit, absque judicis autoritate & consensu, *Mev. d. l. part.* 4. *tit.* 1. *art.* 1. *n.* 14. (20.) Judex qui contra alicujus bona, debito nondum satis probato ac demonstrato, arrestum concedit, *Carpz. crimin. p.* 2. *q.* 99. *n.* 4. (21.) Qui bona alicujus iniquè occupat, *l.* 15. §. 31. *ff. de injur.* (22.) Qui bona alicuius, qui nihil debet, quasi debitoris occupat. *Theodoric. crim. cap.* 2. *p.* 229. (23.) Qui fidejussorem locupletem recusat, *l.* 5. §. 1. *ff. qui satisd. cog.* (24.) Creditor, qui, oblata à Debitore pecunia, fidejussorem postea convenit, *l.* 19. *ff. de injur.* (25.) Qui aliquem absque justa causa in jus vocat, *Damhoud. cap.* 137. *n.* 6. (26.) Qui alteri ædificanti injustè novum opus denunciat, *Mev. d. l. p.* 3. *tit.* 12. *art.* 15. *n.* 34. (27.) Qui aliquem in mari aut flumine publico piscari, aut in sylvis, ubi jus habet, venari aut aucupari prohibet, *l.* 13. §. 7. *ff. de injur.* (28.) Qui aliquem re propria uti prohibet, *arg. l.* 13. §. *ult. arg. l.* 24 *ff. de injur.* (29.) Qui aliquē in sua possessione, vel quasi dolo malo turbat, *Theodoric. crim. c.* 2. *p.* 225. (30.) Qui in alterius despectum linguam exerit, oculum distorquet, faciem deformat, *arg. l.* 15. §. 27. *ff. de injur.* (31.) Qui cornua aut rapas exsiccatas valvis impingit, ubi Senex, pulchram habens uxorem, habitat. (32.) Qui digitum medium alicui demonstrat, einem die Feigen zeigen / *Hopp. ad Inst.* §. 1. *de injur.* (33.) Qui alicui impositionem cornuum digitis ostendit, aut collisionem digitorum monstrat, Knipgen vor die Nasen schlagen. (34.) Qui ad invidiam alicui veste lugubri utitur aut squalida, *l.* 15. §. 27. *ff. de injur.* (35.) Qui cantat, quod pudorem alicujus lædit, *d. l.* 15. §. 27. (36.) Meretrix, quæ utitur habitu matronali, censetur enim id fecisse in ignominiam virginalis aut matronalis cultus. *Theodoric. Crim. c.* 2. *p.* 226. (37.) Mimæ & quæ ludibrio corporis sui, quæstum faciunt, si vestitu utantur earum virginum, quæ Deo dicatæ sunt, *l.* 4. *C. de Episc. aud.* (38.) Omnes in seculari vita conversantes, qui utuntur schemate Monachi aut Monachæ, aut Ascetriæ, & similis, *cap.* 44. *Novell.* 123. (39.) Qui tempore quadragesimali publicè, in contumeliam & irrisionem Ministrorum Verbi divini, habitu & vestitu illorum utuntur. (40.) Obtinet & hoc in rusticis, qui in irrisionem Doctorum, doctorali toga utuntur, *Theodor. Crim. cap.* 2. *p.* 226. (41.) qui ea veste utitur, quæ soli Principi dicata est, *l.* 4. *C. Vest. holos. & aur.* (42.) Si quis fimo corrupto aliquem profuderit, cœno, luto oblinierit, & aquas spurcaverit, *l.* 1. §. 1. *ff. de extraord. Crim.* (43.) Qui virginem insectatur, & post eam vadit, quocunque illa se vertit, hæc namque frequens insectatio infert virgini multam infamiam, reddendo illam suspectam. (44.) Qui per insidias mulierem nudam inopinantem contemplatur, nam licet animum injuriandi non habeat, tamen facit malum & contra mores. (45.) Qui impudenter membra pudenda apud personas honestas ostendit, revelatio enim horum membrorum turpis censetur, *Carpzov. Crim. p.* 3. *q.* 133. *n.* 35. (46.) Qui honestæ fœminæ pudicitiam attentat, membra pudenda aut mamillas contrectare & palpare volens, quique illas blando sermone interpellat, *l.* 15. §. 20. *ff. de injur.* (47.) Qui mentem alicujus alienat medicamento, e.g. philtro, sive poculo amatorio, Liebes-Tranck / *l.* 15. *p. ff. de injur.* (48.) Histrio aut Mimus, qui in Theatro publico irridendi, ludibrioque exponendi gratia Spectatorum aliquem digito demonstrat, *Pet. Gregor. in Syntag. jur. univers. l.* 38. *c.* 5. *n.* 25. (49.) Qui Magistratui non de loco cedit, aut qui cultu nimium familiari debitam reverentiam omittit, *Theodor. Crim. cap.* 2. *p.* 228. (50.) Qui honoris ordinem turbat, & illi, qui altiorem locum tenet, de facto præcedit, *Joan. Philip. lib.* 4. *Eclog.* 28. *n.* 3. Denique Boëthi, Hand-Wercks-Gesellen / aut alii, si à Magistro injuriam passo, lite adhuc pendente, aut convitia inulta ferente, discedunt, & consortia ejus vitant, actione ab injuriato hoc conveniri possunt, quia hi eodem modo, uti ipsi injuriantes, illatam injuriam discedendo, & ipsius consortia vitando, quasi approbant, cum injuria viro bono nullam maculam inurere debeat. *arg. l.* 17. §. 12. *ff. ad Municip. de incol.*

4 De injuria levi & atroci.

De cætero injuriam *levem* committunt, qui ex levi causa, levi modo, sive re, sive verbis aliquem lædunt, *Jean. Arn. Corvin. Element. Jur. Civil. tit. de injur. p.* 148. qui indifferenter tantum profert verba, quæ in utrumque sensum trahi possunt, aut quæ famam quidem suggillare possunt, sed tamen sceleris non arguunt: qualia sunt, Rusticus, Indoctus, Deformis, *Carpzov. Crimin. part.* 2. *q.* 94. *n.* 73. *Atrocem* committunt, qui aliquem, causæ gravioris prætextu, verbisque aut facto contumeliosioribus lædunt, *Corvin. d. loc.* & injuria atrox plerumque æstimatur, vel *ex facto*, ut qui fustibus aliquem adeò cædit, ut sanguis effundatur, aut livor contingat, braun und blau / daß Blut hernach kommt: qui os alicujus, faciem aut oculum percutit, *l.* 7. & 8. *ff. de injur.* vel *ex persona*, ut qui adversus Magistratum aut judicem injurias verbales evomunt, aut percutiunt, *l.* 7. & 8. *ff. eod.* vel *ex loco* e. g. qui injuriam committunt in locis singulari securitate gaudentibus, quæ securitas, Burg-friede / vocatur, & in compluribus arcibus, ut signum pacis affixa est, ad deterrendum quemvis à temeraria aggressione; qualia sunt Palatia Principum, Arces, Castella, & alia loca munita, Schlösser und Vestungen / Judicia, Tribunalia, Curiæ, Templa, Cœmiteria, Theatrum, Forum & similia, imò unius cujusque domus propria, &c.

5 De pœnis

Circa pœnas injuriantium sequentia notasse sufficiunt: Judex verbales injurias leves

Injurian-tium,& palinodiâ. ves ex officio non coercet, *Bossius in tit. de injur. n.*32. bene autem vindicat reales & atroces publici intereſſe cauſa, ſcandalum enim & quædam violentia inde oritur, *Mev. ad jus Lub. p.* 4. *tit.* 4. *art.* 5. Injuriæ verbalis pœna de jure civili eſt arbitraria, & Judex reum poteſt punire vel exilio, vel relegatione, vel ordinis amotione, *l.* 43. *ff. de injur.* vel fuſtibus, *l.* 45. *ff. eodem.* Moribus & generali conſuetudine Germaniæ, *Ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 28. §. 4. und ſonderlich ſetzen/ ꝛc. introducta eſt *Palinodia*, ſive recantatio injuriarum, die Klage auff Wiederruff/ quæ ad id datur, ut injurians verba famoſa reclamet, & injuſtè eadem à ſe prolata fateatur; Non eſt criminalis, nulla enim hic petitur pœna fiſco applicanda, neque ad vindictam tenditur, neque infamat, cum privatum tantum intereſſe concernat, neque vindictam, *Carpzov, p.* 2. *q.* 94. *n.* 65. *in pract. crim.* Solet etiam injuria tam realis, quàm verbalis, pro certa pecunia ab actore *æſtimari*, ubi petit, ut æſtimatio, ſalva judicis taxatione, ſive moderatione, ipſi applicetur, & illa æſtimatio vel ad damnum refertur, er wolle lieber 100. Rthl. verliehren/ als ſolche außgegoſſene injurien auff ſich ſitzen zu laſſen: vel ad lucrum, er wolle nicht 100. Rthl. nehmen/ und dieſe Injurien auff ſich ſitzen laſſen. Injuriarum realium pœna eodem modo, ut verbalium arbitraria eſt, quanquam enim illi, qui intra pacis edictum aliquem vulnerat, manus amputetur, & qui aliquem percuſſit, aut alicui crines vel barbam expilavit, 10. libras injuriam paſſo, & 20. Judici alicubi ſolvat; hodie tamen Judex pœnam pro arbitrio ſuo, ſecundum circumſtantias & perſonæ conditionem, tam injuriati, quàm injuriantis, arbitrariam dictare poteſt, *Carpzov. crim. p.* 2. *q.* 99. *n.* 7. Qui leviter tantùm Magiſtratum percuſſit, alapam fortè impingendo, fuſtigatione aut manus amputatione punitur, *Mev. ad Jus Lub. p.* 4. *art.* 8. *tit.* 4. *n.* 7. non autem morte, niſi injuria realis cum gravi facta ſit vulnere, *Idem d. p.* 2. *q.* 100. *n.* 19. Liberi, Parentes aut pulſantes, aut verberantes, vel manus amputatione, vel fuſtigatione, relegatione perpetua, vel mulcta & carcere puniuntur, præjudicium refert *Carpzov. d. l. n.* 43. Ita etiam filio immorigero, matri multas plagas inferenti, fuſtigationem dictatam eſſe teſtatur *Theodor. in crim. cap.* 2. *p.* 237. Turbatores Sacrorum gladio puniuntur, ſi offendatur Eccleſiaſtica perſona in Eccleſia, eo tempore, quo tractantur Divina, & illa turbentur; quando verò ex hiſce quatuor requiſitis unum deficit, pœna mortis non obtinet, *Carpzov. in crim. p.* 1. *q.* 44. *n.* 47. ubi præjudicium allegat.

6 Num Aſtrologus Chiromanticus, vel ſimilis injuriarum tenentur, ex divinationibus ſuis. Cum non tantum per ſe, ſed etiam per alium, v. g. ſi procuravit, injuriam inferre poſſit, ſive id faciat mandando, ſive conſulendo, modo ſecutus ſit effectus, occurrit quæſtio, *num Aſtrologus, qui ex aſtris, vel Chiromanticus ex lineamentis manuum, vel Phyſiognomus, ex figura corporis, vultuſque conſultus reſpondit*, aliquem eſſe furem, adulterum, &c. qui non erat, injuriarum actione conveniri poſſit? datur apertè reſponſio in *l.* 15. §. 13. *ff. de injur. Si quis Aſtrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, conſultus, aliquem furem dixiſſet, qui non erat, injuriarum cum eo agi non poteſt, ſed conſtitutiones eos tenent.* Ratiò, quia non dicit animo injuriandi, ſed ad conſultationem alterius, ratione artis, quam profitetur, unde ſi ſimile quid non conſultus diceret, ab actione injuriarum immunis non eſſet, ex quibus inferendum, ſi *Medicus* ab aliquo, cujus ſcire intereſt, conſultus, de valetudine Titii, reſponderit, eum morbo aliquo infectum eſſe, etſi erraverit, non tamen injuriarum propterea conveniri poſſe.

Judex verò, ſive Magiſtratus, ſi officii ſui limites excedat, & privato odio quempiam injuſtè lædat, veluti ſi innocentem convitiis doloſè proſcindat, aut in carcerem conjiciat, dubium vix eſt ullum, quin actio injuriarum adverſus eum æque atque adverſus privatum intentari queat, per textum notabilem, *l. nec Magiſtratibus* 32. *ff. de injur. l. quemadm.* 29. §. *Magiſtratus* 7. *ff. ad l. Aquil.* 7 Judex vel Magiſtratus injuriarum tenetur, ſi limites officii excedat.

Actio ex injuria reſultans, vel eſt civilis, vel criminalis. *Civiliter* agitur, quoties actor injuriæ ad animum revocatæ certam, habito reſpectu ad lucrum vel damnum, æſtimationem libello exprimit, ſibique, ſalva moderatione judicis, applicari petit: *Criminaliter*, cum vel pœna petitur pro fiſco, vel, Reus aliàs ordinariè, vel extra ordinem, arbitrio judicis puniatur, quam tamen arbitrariam pœnam regulariter ad mortem uſque extendere non licet, & datur actio hæc ei, qui injuriam paſſus eſt, vel in propria perſona, vel quarum defenſio, ratione poteſtatis vel affectus, ad ipſum ſpectat, unde ex iniuria una interdum plures actiones competere poſſunt. Sic filiusfamil. ſi pater eius iniuriam negligat, hoc agere poteſt, nec enim pater iniuriam filii, ipſo invito, remittere poteſt, & filius acturus patrem ad conſenſum cogere poteſt, ne iudicium aliàs ſine eo non conſiſtere dicatur: & iniuriam uni ex familia factam, omnes conſanguinei criminaliter, non civiliter, etſi etiam iniuriatus eam remiſit, aut tranſegit, perſequi poſſunt. Hæredi actio iniuriarum tum datur, cum à defuncto litis conteſtatio, vel iniuria funeri, vel famæ defuncti, vel ſervo hæreditatis facta eſt, vel ex ſua perſona criminaliter agere intendit. Imò hæc actio alteri cedi poteſt, ſi id fiat ante litis conteſtationem, ſecus poſtea, niſi per ultimam voluntatem, in qua actione procurator admittitur, ſi de pœna pecuniaria agitur: excuſator autem in cauſa abſentiæ indiſtinctè admittitur, item illuſtri perſona, ſive accuſet, ſive excuſet, ſemper procuratorem habere poteſt: Et datur hæc actio tam adverſus eum, qui iniuriam fecit, quàm qui fieri curavit, & quidem, ſi plures ſint, in ſingulos in ſolidum: item adverſus Pa- 8 De actione injuriarum civili & criminali.

trem, pro injuria à filio famil. commissa, tum datur actio, cum is defendere vult, alias ipse filius famil. convenitur: adversus heredes ita demum actio est, si cum defuncto facta sit litis contestatio, demum ob plures injurias uno impetu factas, uno libello quis experiri potest. Et sic injuriarum condemnatus, sive civiliter sive criminaliter actum fuerit, infamis est, nec infamia evitatur, etsi Judex expresse honorem in sententia reservet, vel per procuratorem litigetur contrarium est, si gravior pœna, ultra legem, in corpore non in pecunia imponatur, nam nulla proportio pecuniæ cum honore, nec infamia absit, etsi quis ante condemnationem solvat injuriæ æstimationem.

9 Quibus modis tollatur injuriarum actio.

Tollitur autem hæc actio morte tam injuriati quam injuriantis, ante litem contestatam, item juramento, pacto vel transactione: pecuniâ tamen infamia tolli non potest: item remissione expressa vel tacita, cum quis cum injuriante vel familiariter conversatur vel bibit, vel ad injuriam ridet &c. quod tamen si honestatis causa sit, veluti cum ambo sunt ad unum epulum invitati, non obtinet: injuriatus ad prosequendam injuriam verbalem annum. ad scriptam tricennium habet, sicut actio Civilis ex L. Cornel. perpetua est, & actio ad interesse. Actio autem Criminalis, ex conviciis lingua prolatis, sine dubio annalis erit, sed Criminales illæ, quæ ex L. Cornel. ratione realium item scriptarum injuriarum dantur, Vicennales sunt. In eum etiam potest intentari injuriarum actio communis, qui famosum libellum scripsit, distraxit, aut hoc curavit, aut inventum non statim corrupit: etsi hæc actio publica & perpetua sit, isque intestabilis fiat, eademque pœna affici possit, qua objectum crimen, si verum esset, puniri deberet, & hoc extenditur ad carmen, cantilenam, historiam, picturam &c. item qui crimen revellat, cujus Reipubl. non intersit, extraordinarie punitur, *Thes. Bas. Vol.* 1. *d.* 19. *l. R.* 1. 2. 3. 4.

Denique injuriam, ut offensus remittat, suaderi debet, non cogi, Christianus verò, quicunque eam tenetur remittere, non tamen actionem injuriarum, *ibid. Vol.* 5. *d.* 17. *l.* hhhh. 4.

10 De injuriis felicibus.

Injurias quasdam felices esse, non pauci sunt qui existimant, & qui tales dari asserunt. Sic apud *Nicol. Damascum de morib. Persar.* legitur: cum qui flagellare jussus est; *Regi gratias egit, tanquam feliciter secum actum sit, quod Rex sui meminerit.* Et hodierna Turcarum opinio id demonstrat, qui sibi gratulantur, si jussu Imperatoris, etiam nihil meriti moriantur. Non ignota est Stoicorum illa doctrina; *Sapientem etiam in equuleo beatum esse, Cicero* 5. *de finib.* & *Senec.* ex Epicuri effatis loquitur: *Sapientem, etiamsi in Phalaridis tauro perurатur, exclamaturum, dulce est, Epist.* 66. Sed ejusmodi felicitatem aut dulcedinem illi non injuriæ tali afferunt, verum virtuti, quam etiam inter dolores immutabilem hujus modi verbis docere cupiunt, seu, ut *Seneca eodem loco* ait: *æque laudabilem esse in corpore valido & libero, quam in morbido ac vincto.* Certe si felices velimus æstimare injurias, SS. Martyres in memoriam revocandi sunt, quibus injuriæ fuerunt felicissimæ, ad coronam gloriæ & æternæ felicitatis. *Calamitas virtutis est occasio*, & habet spem boni secuturi, cujus velut antecedens est; In castris periculosa fortissimis imperantur: Dux Lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis, aut explorent iter, aut præsidium loco dejiciant, nemo eorum, qui exeunt, dicit: *male de me Imperator meruit, sed bene judicavit.* Idem dicent, quicunque jubentur pati, timidis ignotisque flebilia: *digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantū natura humana posset pati.*

Nec tamen temere injuriis occurrendum, quia id nota vanitatis non careret: *Quidam ultrò se cessantibus malis obtulerunt, & virtuti itura in obscurum, occasionem per quam enitesceret, quæsiverunt*, ait Seneca, eosdemque laudat *Proverb. IV.* Sed dubium, an semper sine affectata quadam gloria. Hinc *Mersiones Nauticæ* pro crudelibus habentur, & similes audacissimæ insolentiæ.

11 De injuriis figuratis.

Dantur etiam *injuriæ figuratæ*, inter quas primò occurrunt *Simulati raptus illi*, quibus apud antiquos Romanos receptum fuit, contractus connubialis illum modum, qui usu fiebat comitari, ut nempe quisquis Virginem ex gremio Matris, aut ex proxima necessitudine, vi simulata raptam, non aliter suam faceret, quam Romana Pubes Sabinas olim Virgines suas usu fecerit: Simili raptu Spartanorum uxores ductas fuisse indicat Plutarchus in Lycurgo, Virgines quoque Bononienses cum alapis desponsari scribit, *Alciatus Not. ad Nov.* 80. Huic jungenda quoque *figurata Flagellatio Sponsarum Russicarum* ipso Sponsaliorum die facta, de qua Autor der Histor. Beschreib. der beyden Czaaren de Anno 1688. fol. 138. & 139. Auff dem Verlöbnus-Tag führet der Braut Vatter den Bräutigam hinein/ krieget die Tochter herfür/ in beyseyn beyderseits Freunde und Verwandten / hat eine kleine Peitsche in der Hand/ und hält eine Sermon, wie die Frauen ihren Männern sollen gehorsam seyn/ und wie daß dieser ehrliche Mensch sie in Ehren begehre/ fraget sie/ ob sie es zu frieden sey? wann sie ja saget/ so schläget er selbige mit der Peitsche ein klein wenig über den Rücken mit diesen Worten: Siehe / liebe Tochter / bißhero bist du unter meiner Disciplin gewesen / nun ist diß der letzte Schlag/ anjetzo übergebe ich dich diesem ehrlichen Manne/ dem solstu folgen; wo nicht/ so übergebe ich dich ebenfals unter seine Gewalt/ der dich mit dieser Peitsche züchtigen und abstraffen soll / und überreichet ihm solche Peitsche. Er bedancket sich der zuversichtlichen Liebe und Zuneigung/ steckt die Peitsche in den Schiebsack/ keines wegs hoffende/ daß er solcher execution werde vonnöhten haben.

Raptus tamen illi inter veras injurias habendi non sunt, (1.) propter animi integritatem in Raptoribus: quia in hoc raptu, etiam volentium rapi deest voluntas vel Rempublicam contemnendi, vel familiæ alicui violentis modis se obtrudendi, vel hostili more in matrimonia coeundi, (2.) propter Autoritatem publicam, cujus jussu id consilii cœperunt: *Præceperunt filiis Benjamin, atque dixerunt, ite & latitate in vineis: cumque videritis filias Silo, rapite ex eis singuli uxores singulas. Jud. 21, 20. 21.* factumque proinde Reip. Raptoribus sufficere poterat. (3.) Nec temere id factum, sed necessitate urgente. *Remanserunt tribus sine ullo posteritatis subsidio, nisi fraudis necessariæ accepissent licentiam,* inquit de raptu Silonitico *Ambros.* 3. 14. Figurata injuria est *aspera liberorum educatio*, non illa, quâ liberos pœnam meritos castigamus, sed quâ nihil meritos durius tractamus, ut malis ferendis assuescant, in quo gloriati sunt veteres Germani, ut refert *Virgilius lib. 9. Æneid.*

- - - natos ad flumina primùm
Deferimus, sævoque gelu duramus in undis,
Venatu invigilant pueri, silvasque fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque assueta juventus,
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello,
Omne ævum ferro teritur, versaque juvencum
Terga fatigamus hastâ, nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem,
Canitiem galeâ premimus,

De Henrico IV. Galliæ Rege narrat *Perefixe*, Avum maternum Henricum Albretanum, pane atro, carne bubulâ similibusque cibis vilioribus ipsum ali, vestitu ordinario indui, ad cursum capessendum & rupes scandendas incitari, sæpè etiam nudo capite & pedibus incedere permisisse, ut corpori tenero majus robur conciliaretur, nec animus vanitatibus impleretur. Figuratæ sunt istæ injuriæ, sed quæ tamen à patientibus pro veris habentur, & his annumerari possunt *flagellationes puerorum* apud Lacedæmonios in annuâ solennitate, ubi *pueri cæsi ad mortem usq; hilares & gestientes verbera tolerant, de victoriâ inter se certantes, quis ex illis longiore & majore tolerantiâ utatur.* Et qui cæteros eâ superavit, maximam gloriam consequitur. Ex ratione, quod qui brevi tempore dolores patitur, longo deinde tempore laudatus lætetur. *Seneca* indolis experiendæ causa id factum addit: *Nunquid tu invisos esse Lacedæmonios liberis suis credis, quorum experiuntur indolem publicè verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, ac laceros ac semianimes rogant, perseverent vulnera præbere vulneribus, Provid. IV.*

Adjici his figuratis injuriis possunt *emancipationes* & earum solennes ambages, per speciem *figuratæ venditionis*, ut vocat Imperator in *l. 6. C. de emancipat. lib.* Manumissio servorum, in *ead. l. 6.* per circumactiones & raphismata. Undè adhuc hodiè videtur provenire mos apud Illustres & Nobiles, quando famulis suis, plenam ætatem adeptis, jus gestandi gladium concedunt, wehrhafft machen / iisdem colaphum impingunt, cum verbis: diß leide von mir / und keinem mehr. Apud Opifices injuriæ figuratæ speciem habet, das Meisterstück machen / idque in loco sæpe incommodo. In *Re Nautica* observatio promontoriorum, ad quorum primum conspectum nautæ novitios suos chordâ constrictos in mare dejiciunt, ternaque vice cis & ultra Navis exteriora fundamenta trahunt retrahuntque, ut periculum timere dediscant. Apud Aurigas usitata est *Hansellatio*, das Hänselen / per Primicerium, & pecuniam pro receptione pendendam vocant Hänselgeldt. In vita Scholastica, in Universitatibus, ritus usitatus est *Depositio & Penalismus*, qui tamen plerisque in locis abolitus est. In *Sacris Ordinibus* injuriis figuratis posset annumerari *annus probationis*, ut Novitiorum claustralium mentes adhuc desideriorum carnalium humoribus gravidæ & tumentes, non acceptentur in Sacrificio Domini, nisi prius igne tribulationis terreantur, ita ut si quis ad superbiam esset propensus, exerceatur in rebus abjectioribus, quæ ad humiliandum utiles esse videntur. Injuriarum felicium nomine possunt censeri *ictus grati*, quibus *Equites Aurati & Cruciati* creantur, flectunt enim genua, & percutiuntur à Principe leniter nudo ense in humeris.

Insiegel.

SUMMARIA.

1. *Sigilla quomodo probent.*
2. *Sigilla publica, ut Civitatum, Universitatum, plene probant.*
3. *De Sigillis, quas Bullas vocant.*
4. *Bullas Impp. antiquorum materiâ differre.*
5. *Differentia inter annulum piscatoris & bullam plumbeam.*
6. *De veneratione Sigillorum Impp. & Regū.*
7. *Singularis cultus Regii Sigilli apud Chinenses.*
8. *De Sigillo seu insigni Imperiali.*
9. *Insigne Russici Imperii.*
10. *Insignia Regis Franciæ, & de variis Parlamentorum & Cancellariarum sigillis.*
11. *Portugalliæ insignia.*
12. *Hispania.*

13. *An-*

13. *Angliæ.*
14. *Daniæ.*
15. *Sueciæ.*
16. *Poloniæ.*
17. *Hungariæ.*
18. *Bohemiæ.*
19. *Turciæ.*

1 Sigilla quomodo probent. QUemadmodum scribendo intelligitur, quis contractum approbarit, & ex eo obligatur, *l. generaliter, C. d. nonn. pec.* vel subscribendo, *l. sicut. §. non videtur, vers. sed si subscripserit, quib. mod. pign. vel hypothec.* sic etiam sigillando, seu apponendo Sigillum, latè *Hippolit. in rubr. C. de probat. n.* 301. probat enim sigillatio contenta literarum, & habet vim subscriptionis, & ex eo æquè ac ex subscriptione consensus arguitur, *Decian. in cap. post cession. n.* 31. quia cum subscriptione pari passu ambulat, adeò ut contra Sigillantem, & ejus hæredes plene probet, *secund. Menoch. arb. jud. c.* 13. *n.* 6. *Covarruv. pract. quæst. c.* 22. *in fin. n.* 9. *Wesenb. cons.* 38. *n* 67. *Thes. Basil. vol.* 7. *d.* 4. *l.* 5. *E.* Quod tantò magis procedit,

2 Sigilla publica, ut Civitatũ, Universitatum, plene probant. quando Sigilla sint publica Principis, Civitatis vel Universitatis, quorum Sigilla diligentius custodiri, nec facile cuipiam, nisi fidelissimo, tradi solent, *Molin. in consuetud. Paris. tit.* 1. §. 5. *n.* 15. Constat enim publicis Sigillis credi, etiamsi partes se non subscripserint, vel unà sigillaverint, *Mager. in tract. de advocatia armat. cap.* 14. *n.* 87. Hinc est, quod moribus nostris ut plurimum in literis ac instrumentis Magistratuum Prælatorum & Universitatum tantum apponantur Sigilla, & rarissimè subscriptiones addantur, qua quidem stante consuetudine, etiam absque subscriptione, indistinctè fidem faciunt literæ, etiam solo sigillo munitæ, *Dec. in d. cap. post cession. n.* 41. ubi etiam *Felin. Bellarm. decis.* 311. Quin etiam Sigilla Principum vel Communitatum, instrumenta faciunt esse publica, *Schurff. cons.* 7. *n.* 6. *& cons.* 17. *n.* 12. *&* 13. *cent.* 1. Quamvis autem sigilla privata in casu inficiationis non probent contra eum, cujus est sigillum, nisi probetur ejus voluntate appressum, quia facile alius quis surripere & apprimere potest, *Mager. d. loc. n.* 91. Tamen aliud est in istis sigillis publicis Episcoporum, Principum, Civitatum, & Universitatum, quia magna solicitudine custodiuntur, & idcirco præsumuntur eorum voluntate imprimi, donec contrarium demonstretur. *Cravetta d. antiquit. temp. §. quæritur. n.* 44. *Wesenb. cons.* 27. *n.* 12. *lib.* 1.

3. De Sigillis, quæ Bullas vocant. Sigilla quoque *Bullas* vocant, appressa vel appensa additamenta illa, quibus in majorem fidem scripta à se muniunt. Sigillis tamen apud Imperatores nostros in quotidianis & promiscuis rebus, *Bullis* in rebus majoris momenti usus fuit, Bullamque ideo apud eosdem Majestatem dixère, cui & pro negotii aut personæ conditione pretiosior aut vilior materies addita: ipsum aurum quoque, si maximæ & gravissimæ res essent, ut in privilegiis & concessionibus maximi momenti, quas Principibus, vel Præsulibus, aut Collegiis darent, aut in pragmaticis sanctionibus, ad totum Imperium & posteritatem pertinentibus: qualis est illa nobilissima Caroli IV. quæ *Aurea Bulla* vocatur; *cujus vel aspectus solus immensum quiddam Majestatis vel gloriæ contemplantibus ingerit, & venerabundos cogit summi Imperii & Veteris Romæ, atque aurei seculi meminisse. Becman. Syntag. dignit. dissert.* 7. *cap.* 3. §. 16. *Polidor. Vergil. de invent. l.* 9. *c.* 2. *monet*, ante Carolum M. Imperatorem literas auro obsignasse Principum Romanorum neminem. Constat tamen Reges Francorum plus minus 200. annos ante Caroli Imperium auro obsignasse literas; sic Pipini, Sigeberti & Dagoberti Regum chartæ plures aureis sigillis roboratæ fuerunt. Similiter Imperatorum Constantinopolitanorũ Bullæ materia differebant, erantque *aureæ, argenteæ,* quibus in Constitutionibus ac mandatis ad Reges, Sultanos & Toparchas, vel *cereæ,* quibus ad matrem, uxorem, & filium, vel *plumbeæ* ad Despotam, Patriarcham & similes utebantur. Similis in aliis quoque Regnis sigillorum conditio. Discrimen Bullarum plumbearum & *Annuli Piscatoris,* in Aula Romana tale faciunt, quod *Bulla plumbea* præceptis seu Diplomatibus apponatur, in Brevibus verò obsignandis *Annulus Piscatoris* adhibeatur, isque ceræ imprimatur, qui solam insuper S. Petri effigiem in eo habitu constitutam continet, cum in navicula in mari piscaretur. 4 Bullas Imperatorum antiquorum materia differre. 5 Differentia inter annulum piscatoris & Bullam plumbeã.

Notandum hic, quod sigillum Imperatorum & Regum &c. nobis duo significet, nempè *rem signatam,* hoc est typum, cui insculptum est signum, quo utimur, & *rem* vel *figuram,* quæ in expressione typi in ceram facta apparet. Typus ille, vel Typaria Imperialia, sive Regalia ferè sacra sunt, & digna non solum exacta custodia, sed etiam veneratione. Hinc fieri videmus, ut quando *solennis Curia* ab Imperatore, vel Rege Romanorum celebratur, Sigilla & Typaria illa statim, ubi benedictio mensæ peracta, ante Imperatorem vel Regem ponantur in mensam ab Ecclesiasticis Electoribus, & postquam ea illis reddita; Ille, in cujus Archicancellariatu solennis Curia celebratur, *majus Sigillum* Imperatorium, durante Convivii actu, teniâ vel catenâ *collo appensum,* & ad pectus usque dependens, gerit, ut admoneatur, nihil eo signari aut confirmari debere, nisi quod intimo cordis sinu complexum, atque totius animi sententia ratum & comprobatum habetur, quodque nullo modo retractatum aut refutatum velit unquam, *A. B. cap.* 27. §. 4. Convivio autem finito, Imperatorem ita ad Aulam usque concomitatur, ad diversorium reversus per aliquem de suis Cancellario Aulæ Imperialis, sive Vice-Cancellario Imperii illud super equo remittit, quem juxta 6 De veneratione sigillorum Imperatorum & Regum

juxta propriæ dignitatis decentiam & amorem, quem ad Cancellarium Curiæ gesserit, ipsi Cancellario tenebitur elargiri, *A.B.d.l. ibique Limn.* Eodem ex capite Venerationis, usu obtinuit in Gallia, ut quando Rex solenni introitu Lutetiam ingreditur, vel alium Monarcham, eum ingredientem solenni pompa excipere curat, Sigillum Regium equo albo Tolutario impositum, magnam pompæ & ornatus partem occupet, *Limn. ad Capit. Cæsar. f.* 739. Sic de adventu Caroli V. Imp. Lutetiam scribit *Godefroy au ceremonial de Fr ancef.* 368. & 499. *item* 267. *en cette entrée* estoit le Chancellier de France, & puisvenoit un laquenée *blanche, converte de drap d'or, sur laquelle estoit le Seau du Roy, dans un coffre de veloux violet seme de fleurs de lis d'or, convert d'une voile de crespe,&c.* Apud

7 Singularis cultus sigilli Regii apud Chinenses. Chinenses verò singulare est, Legatos & quotquot Regem solenniter adire cupiunt, pridie ejus diei, qua ad Regem introducuntur, Insigni ac Sigillo Regio, quod eum in finem peculiari in domo custoditur, eandem venerationem, qua Regem ipsum postea prosequuntur, exhibere oportere, tanquam Cœlesti cuidam, uti volunt, pignori ipsisque Regibus antiquiori, cujus etiam Reges tantùm custodes profitentur. Quod, quomodo à Legatis Belgicis in prima ad Chinenses legatione factum sit, describit Neuhoff. *Itin. f.* 169.

8 De sigillo seu insigni Imperiali. Cum quisque Princeps in suo Sigillo plerumque sua ferat insignia, videndum hic, qualia coronata Europæ capita Insignia præ se ferant, ac primo quidem Insignia Sacratissimi Imperatoris nostri, qua talis, sunt *Aquila* vetus Majestatis Romanæ Symbolum, quo Imperatores nostri, quia in jus Imperatoris Romani successerunt, jure optimo sese uti posse censuerunt; ratio autem, ob quam Aquilam prisci Romanorum Reges elegerunt, videtur in Aquiæ robore, magnitudine corporis, sublimi ac celeri volatu, acrimonia visus, prudentia præterea ac animi magnitudine, aut boni ominis præsagio quærendo, *Limn. J. P. l.* 1. *c.* 24. *n.* 28. *Spener opus Herald. l.* 1. *c.* 9. §. 12. *in aureo fundo*, qui divitias, abundantiam, nobilitatem in fide significat, *nigra*, quia niger color significat silentium, prudentiam & consiliorum occultationem, *expansa*, ut moneat Imperatorem officii, non otio, non epulis aut delitiis ipsum indulgere, sed id curare debere, ut totam latissimi Imperii administrationem animo complexus, proximis, remotis attendat provisu, affulgeat ope, consulat labore: atque hæc simul rationem palam continent, cur *linguata, rostrata & ungulata* sit, *cinnabari seu rubro colore*, qui est indicium generositatis, animositatis, honorum, dignitatum, & interdum crudelitatis ac cædum, *Diadematam* quoque esse dicunt artis Heraldicæ periti, quod de orbibus sive circulis illis rubicundis, qui utrumque Aquilæ caput ambiunt, accipiendum. Denique *duo* habere *capita, ex uno corpore prodeuntia, & hinc & hinc spectantia.* Hanc ipsam figuram Aquilæ bicipitis natura evidentissimo charactere capitibus cancrorum fluviatilium & radicibus filicis fœminæ implantavit. *Sueder. introd. jur. publ. sect.* 1. *cap.* 1. *pag.* 199. & *seq.* Quare autem Imperator Aquilam Bicipitem, & Rex Romanorum simplicem in insignibus suis gestiant, item de origine Bicipitis Aquilæ, *vid. supra verb.* Adler/*fol.* 243. *n.* 8. & 9. Quis autem primum hanc Aquilæ bicipitis formam selegerit, pertractat cit. *Sueder d. loc. vid. Becman cit. loc. pag.* 737.

Russici Imperii insigne eandem esse ac bicipitem quidem, geminaque ante hac, nunc triplici corona ornatam, & quidem ex mera arrogantia à superioris seculi Tyranno Joanne Basilide primùm introductam, quod sanguine Imperatorio cretus haberi vellet, Scriptores Russici passim tradunt. *Olear. Itiner. Pers. l.* 3. *c.* 10. *f* 220. discrimen tamen in alis est, quæ in Russia demissiores, in Imperiali erectæ sunt, quod primus imitator Russicus non satis attendisse videtur, aliàs qui totum corpus Insignis Imperatorii affectaverat, hac in parte quoque Imperatoribus cessurum haut fuisse, verisimile est. *Becman. d. loc.* 9 Insigne Russici Imperii.

Insignia Regum Galliæ sunt *Lilia*, unde & pro Galliæ regno Statuque Regio usitata, ut in illa in Franciæ Regno non ignota precum formula: 10 Insignia Regis Franciæ, & de variis Parlamentorum & Cancellariarum sigillis.

> *O Salutaris Hostia,*
> *Quæ Cœli pandis Ostia,*
> *In te confidit Francia,*
> *Da robur, serva Lilia.*

Liliata hæc Insignia, seu sigilla Regis Galliæ duplicis sunt generis, nempe illa, quibus utuntur *Cancellariæ*, & illorum, quorum usus est in *Judiciis Cancellariæ* triplices sunt, *Magna* apud Regem est, *Minores* sunt Cancellariæ institutæ in unoquoque Parlamento, & denique *Cancellariæ Præsidiales* de novo institutæ in singulis Judiciis Præsidialibus. *Magnum* Galliæ *Sigillum* imaginem Regis insculptam habet, hujus custodia Cancellario aut Custodi Sigillorum mandata est, & eo solo utitur in expeditione mandatorum aut literarum, ærarium concernentium, vel etiam justitiam in iis negotiis, quæ coram Consilio Status, aut in Consilio magno ventilantur: possuntque sub hoc Sigillo ibi impediri omnes literæ, quæ ad Parlamenta scribuntur, & habet hoc Sigillum eam vim, ut executionem pariat per totum Regnum. Sigillum minorum Cancellariarum, non exprimit imaginem Regis, sed tantùm ejus Insignia Liliata, custoditur autem ab uno Magistrorum libellorum supplicum, *par un des Maistres des Requestes*, per vices; adhibetur omnibus Rebus Judiciariis, quæ expediuntur in illo parlamento; executionem autem non parit in locis, quæ non subjecta jurisdictioni istius Parlamenti. Denique *Sigillum Cancellariæ Judiciorum Præsidialium* itidem repræsentat Insignia Regis, sed in forma longè minori, quàm Si-

 gillum

gillum Cancellariarum minorum, hoc est Parlamentorum, &c. *Minora Sigilla Judicialia* quod attinet, & illa quidem insignia Regis exprimunt, sed charactere minori Cancellariarum, Judiciorum præsidialium. *Speidel. in Specul. verb.* Sigill *pag.* 1151. Quis autem Regum Franciæ primum Lilia pro Insigni gestaverit, videri potest *Chiflet. Lil. Franc. c.* 8. *f.* 56. ubi tradit Ludovicum ea demum assumpsisse, seu quod Francia sub eo floruerit, seu quod ipse floribus delectatus fuerit, adeoque eximium hoc genus florum in Tesseram Regiam elegerit, indeque & vestimentis inauguralibus Philippi Augusti Filii *Lilia* intexi jussisse. Huncque postea primum sigillum utrinque liliatum usurpavisse, vexilla quoque aliave arma Regia passim liliis ornasse, quæ omnia pluribus exposita *ab eod. c.* 9. 10. *tot.*

11 Portugalliæ insignia. In Insignibus Portugallicis simile quidpiam apparet piis illis commentis, quibus aliquos Lilia Francica cœlo deducere voluisse, credunt. Etenim Alphonsus I. Rex Portugalliæ, cum in castris contra Saracenos esset, atque exigua manu adversus validissimum istorum exercitum confligere haberet, media ante conflictum nocte fertur Servatoris nostri alloquio usus fuisse, & spem victoriæ, sed monitum simul accepisse, *Denarios* 30. quibus venditus fuerit, insignium loco postmodum usurparet: quod ipsa illa nocte etiam effectum dedit, novoque armorum genere militibus novas vires addens exercitum Saracenorum feliciter fudit; itaque Scutulorum Denariorumque in Insignibus Portugallicis initia, quæ in compendia exhibita ex *Anton. de Sousa Lusit. Lib.* 12. *cap. penult.* Plenior licet quoad insignia aliis cum circumstantiis ea de re enarratio est apud *And. Resend. antiq. Lusit. lib.* 4. *tit.* 2. *Scr. Hisp. fol.* 959. 960. Alia tamen quinque Scutis, quinque vulnera ab Alphonso Rege in prælio accepta, vel etiam quinque vulnera Christi autumant, quam in rem allegant Diploma Alphonsi Regis, cujus summam *ex Caram. de Lobkowitz. in Philip. prud.* exhibet *Spen. op. Herald. l.* 1. *c.* 71. §. 5. Et suetum Regibus Portugalliæ morem subscribendi, Rex .·.·. quæ puncta Portugalli vulnera appellant. At *Mariana* ea penitus respuit, contentus adduxisse Alphonsum occasione prælii istius Regem declaratum, insigniaque in memoriam quinque sibi traditorum Regiorum Signorum hostilium totidem scutis ornata fuisse.

12 Hispaniæ. Hispanica insignia communem cum Regnis minoribus mediorum seculorum in Hispania originem habuere, quorum unumquodque veluti nomen Regium sibi assumpsit à Nominibus Provinciæ, quibus tempore, quo Regna erecta sunt, nuncupata, ut *Roder. Sanct. Hist. Hisp. p.* 1. *c.* 17. loquitur. Ita unà insigne eidem & plerumque quidem nomine provinciæ petitum sibi formavit. Sic Granadæ insigne est malum Punicum, Castiliæ Castellum, Legionis Leo, &c. Hic tantum addendum ampliorem illam formam maxima parte deberi Ferdinando & Isabellæ Regibus, qui unitis Regnis avitis, eorumque accessionibus, cum de ordine Titulorum Proceres, Consiliariosque retulissent, & de titulis jam statuissent: Sigilla, quibus literæ privilegiaque signarentur & imprimerentur, item clypeos, stratoria pannosque cœteros, quibus magna Palatia, Regiaque domus exornari solent, Castellis, Leonibus, Aquilis & Baculis insigniri jusserunt, in Castellæ, Legionis, Aragoniæ & Siciliæ memoriam & honorem, *Luc. Marin. Sicul. de Reb. Hisp. l.* 19. *t.* 1. *Ser. Hisp. f.* 479.

Angliæ Regum Insignia quatuor constant partibus, Gradariis tribus Leonibus, *Three Lions passans*, vel potius secundum leges artis Heraldicæ, Leopardus pro Anglia, Leone erecto pro Scotia, Chelyde pro Hibernia, Liliis ad firmandam prætensionem in Regnum Franciæ. Hinc cum initio Regni Elisabethæ à Gallis urgeretur, ut Galliæ Insignibus abstineret, excepit Throcmortonus Elisabethæ Legatus: *Duodecim Angliæ Reges Galliæ Insignia gestasse, jureque adeo indubitato, ut omnibus inter Anglos & Gallos fœderibus, nihil contra cautum fuerit*; apud *Camden. Ann. Elisab. ad An.* 1559. Cur autem primo loco in Insignibus Anglicis posita inveniantur, *Spelmannus* ideo factum autumat: quia Leones ad Ducatum aliàs pertinuisse crediti sunt, Lilia semper ad Regnum. 13 Angliæ.

Regnum Daniæ Insignia quod attinet, olim quidem Cimbri Æneum Taurum, ut roboris ac fortitudinis signaculum prætulerunt, nunc longo id ævo obsoletum, nec locum habet. Primò igitur, qui exhibentur Tres Leones Daniæ Regni insignia sunt in solo croceo, & proximè ei positus cum bipenni Leo Norwegiæ sceptrum indicat, Bini verò, qui proximè adstant Leones, Ducatus Slesvicensis insignia habentur, eis qui proximè appingitur coronatus piscis Islandiæ insulam præsignificat, Urtica verò, quæ subjungitur, Holsatiæ, Cygnus verò coronata vertice Stormariæ ditiones ob oculos ponit, in medio horum insignium, qui est positus Eques Cataphractus Dithmarsos præsigurat. 14 Daniæ.

In Suediæ Regno tres Coronas & Leonem videre est, *Tres Coronæ* sunt vetus insigne Regum Suediæ, in quarum recognitionem, & tres Upsaliæ veteris colles, aut Tumulos cœteris editiores, in quibus Regum Suediæ cineres & ossa servantur, seorsim erectos volunt, Alii Suediam, Gothiam, Vandaliam illis insigniri volunt. *Leo* vetus Gothorum est insigne, quod *Joh. Marian. l.* 7. *R. H. c.* 3. confirmat: *Gothorum Regum insignia Leonis in pedes erecti, atque diducto rictu formidabilis.* Utraque verò insignia conjuncta existimantur, ex quo Suedia & Gothia in unam coaluerunt. Quod verò Leo supra tria fluenta assultat, eo quidem volunt signari Gothorum fortitudinem, olim in tres plagas Europam, Asiam, Afri- 15 Sueciæ.

Africam instar torrentis se effudisse, easque bellis peragrasse. *Loccen. antiq. Suec. Goth. l. 2. c. 2.*

16 Poloniæ. Regni Poloniæ insigne est *Aquila Alba coronata hiante rostro & expansis alis. Lechus* conditor Gentis Polonæ, cum extructæ abs searci, seu quali quali receptaculo oppidum adjunxisset, quo esset aliqua hominum circa Principem frequentia, eidem Gnesno seu Gnesne nomen imposuit, à nido, quem Gnaido vocant, paululum deflexo vocabulo. Sive quod eo sibi loco arx illa futura esset quo nidus avibus, per apertum aerem vagantibus, sive quod aquilarum nidum ibi reperisset: Indeque boni auspicii acceptum mansisse & manere Regibus Poloniæ existimat Alba Aquila erecta expansis alis *Cromer de Or. & Reb. G. Pol. l. 2. fol.* 419.

17 Hungariæ. Hungariæ insignia parte dextra constant Fasciis quatuor argenteis, totidemque rubris; Illis denotari creduntur quatuor Fluvii præcipui, Danubius, Savus, Dravus, & Tibiscus *Pet. de Reva Cor. Hung. Cent. 7. f.* 146. Rubris Terram mineralibus fertilem intelligi volunt. Parte Sinistra *Crux Geminata* conspicitur tribus clivis insistens, de qua *Becman. dissert.* 5. *c.* 4 §. 3. Hic tantum Decretum Pontificis M. ea de re ex Bonfinio adjiciendum, *ut non modo Christianissimus Rex Regia Corona donetur, in Regno Apostolica autoritate confirmetur, & Regis acta cuncta, cum institutis Episcopalibus approbentur, verum etiam quia verus & fidus Dei miles est, & Apostolus, ad exaggerandam ejus dignitatem in perpetuum Pontificiæ Legationis insigne, qua sibi posterisque Regibus, semper fungi fas sit, jure ferendæ Crucis potestate honestetur. Dec. 2. l.* 1. *f.* 175. Hinc & Stephanus Rex Apostolicus dicitur, Regnum Hungariæ Apostolicum, Corona Apostolica.

Bohemici Regni insigne *Leo Albus coronatus* tum bifurcata cauda in campo rubri Coloris, cujus originem à temporibus Friderici I. Imp. derivant, à quo Bohemiæ Princeps Uladislaus, quod cum Bohemis suis in bello Mediolanensi se strenue gessisset, corona donatus & Regno Bohemiæ, Vexillum Leonis candidi Coronati bicaudatique in Sanguineo campo stantis à Cæsare datum fuit, *Balbin. Epist. Histor. Bohem. l. 3. c. 8. Dresser. Millen. 6. p. 2.* 18 Bohemiæ.

Turcæ denique *lunam* hactenus pro insigni agnovere, forsan in Spei, Fœcunditatis aut similium Symbolum: Talia enim luna crescens veteribus denotare credita fuit. *Cur. Paschal. de coron. l. 9. c.* 18. Veluti & Henricus II. Francisci I. Galliæ Regis filius eam spei indigitandæ causa loco symboli circumtulit, cum elogio: *Donec totum impleat orbem.* Origo autem, cur Turcæ eam pro insigni habeant, videtur inter veteres Saracenos quærenda esse, qui lunam tanquam supremum Numen coluêre. 19 Turciæ.

Plura de Sigillis videri possunt *apud. Caspar Anton. Thesaur. 2. quæst.* 10. *Virgil. Pingizer quæst.* 38. *Nic. Everhard. Jun. vol.* 1. *cons.* 47. *Franc. Vivius* 1. *decis.* 54. *Speidel. in Syllog. quæst. lit. S. verb. Sigillum. Besold. lit. S. num.* 29. *Ruding. cent.* 4. *observ.* 62. *Webner. lit. S. h. v. Hoping. de Sigillis per tot.*

Instantz.

De prima instantiâ Ordinum Imperii vide suprà verb. Außträg/ fol. 336. Et hæc privilegia primæ instantiæ tam in Camera quam in Judicio Imperiali Aulico sanctè conservanda esse patet, ex *R. J. de Anno* 1654. §. 168. gradus autem Instantiarum bene observandi, nec confundendi sunt, nec Superior adeundus omisso inferiore: cum ille non possit aut debeat se intromittere causis ad inferiorem & immediatum, quoad primam instantiam, pertinentibus. Superior enim manum suam ad jurisdictionem alteri legitime concessam apponere non potest. Et interest plures habere Instantias, ut si partes in prima jus suum fortasse non satis deducere, & non probata probare queant. Econtra instantiæ suæ judiciali is tacite renuntiasse censetur, qui triennium vel biennium, quæ tempora finiendæ primæ Instantiæ præfinita sunt, labi patitur, nihilominus tamen hoc in Camera Imperiali non observatur, uti nec in aliis pluribus judiciis, *Thes. Basil. vol. 3. d. 1. l. 1. 2. Vol. 7. disp. 5. l. z.* 4. Porrò peremptâ Instantiâ Judices esse desinunt & sententiam proferre nequeunt. In Civilibus, cujus culpa periit Instantia, tenetur ad expensas, & in Criminalibus illâ peremptâ, inquisitus absolvitur ab inquisitione. Sed de jure Canonico, nullo unquam tempore perimitur, sed jura omnia sarta tectaque remanent: de quibus ac singulis *vid. Camil. Borel. in summ. decis. tom.* 1. *tit. 64. per tot.*

Johanniter.

Is, quæ *supra verb.* abgehende Ständt *verb. Prussia fol.* 107. & *seqq.* & *Verb. Balivia fol.* 350. & *seqq.* de ordine Teutonico dicta sunt, placuit hæc pauca adhuc adjungere: De ordine Johannitico, seu Joannis Hierosolymitani ex Scriptoribus hujus ordinis notum est, coævum esse Ordini Teutonico, pariaque cum eo initia habuisse, à primaria sede olim *Rhodium* dictum, nunc *Melitensem, Magno Magistro* regi, maximaque amplitudine per totam fere Europam extensum, in octo majores Provincias, quas linguas vocant, distingui. *Provinciæ, Avernia, Franciæ, Italiæ, Aragoniæ, Angliæ, Germania,*

maniæ, *Castiliæque*, denique & *Portugalliæ*. hasque iterum Prioratibus & Balliviis dividi ejusdemque nominis Prioribus ac Ballivis regi, aliquibus tamen excidisse, ut Ballivatu Moreæ, Negroponti, Armeniæ, Commenda majori Cypri, toto prioratu Angliæ, Hiberniæ, Daniæ, Hungariæ, Commendis in Belgio fœderato. Reditibus insuper opimis gaudere, sed & horum parte per ipsam Italiam, Hispaniam, Portugalliam præcedenti seculo exutum. Magnum Priorem Germaniæ Principem Imperii constitutum, juxtaque Episcopos collocatum, à Carolo V. Imp. id meritis *Georgii Schillingii* circa Annum 1546. tribuente, cujus Virtutes passim prædicavit, & Hatstenio succedentem inter Principes Imperii Romani suscepit, cum omnibus suis successoribus, atque regalia concessit aliquamdiu ab Antecessoribus neglecta, quo sua jura per Germaniam conservaret, & à nullo alio Principe aut Republica impediretur: Id quod etiam Pontifex Romanus approbavit, ut loquitur *Pantaleon de Ord. Joh. Reb. Gest. l.* 10. *f.* 308.

Isenburg.

VId *Tom.* 1. *har. Constit. hoc verb.* ubi vigore *Instrum. Pacis Westphal. art.* 4. §. 34. Comites de Isenburg gaudent Amnestia Generali super *art.* 2. & 3. descripta, salvis juribus Landgravio Hassiæ & cuivis tertio contra eos competentibus. Cæterum Comites de Isenburg dividuntur in duas Lineas: *Offenbacensem* scilicet & *Budingensem*, Comes de Isenburg Offenbacensis modernus est Joannes Philippus natus 4. Decemb. 1655. qui caput est totius familiæ. *Parentes* ipsius fuere Joannes LudovicusComes ab Isenburg, & Ludovica Ludovici Henrici Principis Nassovio-Dillenburgensis filia. *Uxor* Charlotta Amalia Friderici Ludovici Comitis Palatini Bipontini filia. *Budingensis* lineæ caput est Joannes Casimirus Comes ab Isenburg & Budingen, natus 1660. *Parentes* ipsius fuere Joannes Ernestus, & Maria Charlotta Comitissa ab Erbach; *Uxor* Sophia Elisabetha; Cognati sui Joannis Ludovici Comitis ab Isenburg Offenbacensis gnata. Utraque linea numerosis floret prolibus.

Italien.

SUMMARIA.

1. *De Italia in genere.*
2. *Politica Pontificis in numero Episcoporum Italicorum.*
3. *Quibusnam data sit denominatio Episcoporum?*
4. *Specialis Observantia Reipublicæ Venetæ.*
5. *Distinctio Personarum Ecclesiasticarum.*
6. *Obligatio ad horas Canonicas.*
7. *Menses Papales & Episcopales.*
8. *Ingens Monachorum numerus, vid. suprà verb. Claustrum.*
9. *Generales omnium Regularium & Religiosorum sunt Romæ.*
10. *Religiosi nihil proprii possident.*
11. *Magnus numerus Regularium.*
12. *Ordo & præcedentia in Processionibus.*
13. *Controversiæ Religiosorum circa habitum primorum Institutorum.*
14. *Ennmeratio Principum majorum in Italiâ.*
15. *Minorum.*
16. *De Principibus titulatis.*
17. *Pertinentia ad Pontificis statum Ecclesiasticum.*
18. *Principes Italicos esse Vasallos vel Pontificis vel Imperatoris, exceptâ Republicâ Venetâ.*
19. *Solvunt certum quid Principes Vasalli Domino Directo.*
20. *De Republicâ Genuensi.*
21. *Civitas Lucensis.*
22. *Encomion & descriptio Italiæ.*
23. *Laus Civitatis Romæ.*
24. *Ingens numerus Ecclesiarum.*
25. *Hospitalium.*
26. *De Bibliothecis, hortis, Palatiis, Picturis, sculpturis Pontificis.*
27. *Descriptio Domus Lauretanæ.*
28. *Peregrinationes ad loca sancta & dona oblata placere Deo.*
29. *Fructus peregrinationis ad S. loca.*
30. *In uno loco quàm in altero Deum magis distribuere gratias suas.*
31. *Ampliores Italiæ laudes.*
32. *Italiæ primi Gubernatores Reges & Successores.*
33. *De Archi-Cancellario Imperiali in Italia.*
34. *De moribus veterum Romanorum.*

DE Italia aliqua sunt notata supra *tit.* abgehende und ausgezogene Stände *fol.* 5. *num.* 6. ubi actum de *Pontificis in ea juribus*, *de donatione Constantiniana & ejus controversia, de juribus Imperatoris in ea, de Provinciis & locis Pontifici Romano subjectis.*

1 De Italia in genere.

Addendum hic ex *Gregor. Leti de Italia regnante part.* 1. *lib.* 1. ubi scribit de utilitate & modo peregrinationis in Italia, nec non gubernatoribus Illustrium & Nobilium, qui in Italiam mittuntur. *Lib.* 2. tractat de situ, Lingua, fertilitate, Essentia odorifera & salutifera, Moribus & abundantia in Italia, de Humoribus, conversatione, Eloquentia, Oeconomia Italorum, promotione familiarũ, Matrimoniis, Bastardis, Banditis, nomi-

nominibus & cognominibus, nec non virtutibus & vitiis, atque consuetudinibus, & modo vivendi Italorum. *Lib.* 3. tractat de Religione Archi-Episcopis, Pastoribus, Clericis, Monachis, inquisitione, Judæis & Græcis: ubi Itali gloriantur de titulo Catholico, & quod non obediant ulli alii Principi Catholico, quam Pontifici Romano, quem, ut Caput Ecclesiæ, in sinu suo se dicunt possidere; *Eodem lib. p.* 115. dicit: La Politica de Pontefici nell' introdurre in Italia si gran numero di Vescoui non è stata cattiua, hauendo preteso con questo di fare in modo, che la Natione Italiana potesse contrapesare ne' Concilii tutto il resto dell'altre nationi; e Veramente il *Concilio di Trento* non haurebbe hauuto un

2 Politica Pontificis in numero Episcoporum Italicorum.

fine si auantagioso al Pontefice, se il numero de' Vescoui Italiani, non fosse stato di gran lunga maggiore à quello degli altri Regni; doue i Vescoui sono per quei Re, senza i quali non possono mantenersi in riposo; particolarmente i Vescoui Francesi, che, con i loro Riti Gallicani, non si disgiungano mai dagli interessi del loro Regno é della Corona, e lo stesso ancora fanno gli Spagnoli, è i Tedeschi; onde, nell' occorrenze, tutte le speranze d' Papi sono fondate sopra i Vescovi Italiani, che pero ne hanno creato un buon numero. La nominatione de' Vescoui in Italia, dipende dall' inclinatione, e volontà del Pontefice, nella loro consegratione si fanno molte ceremonie, come si può vedere nell' *Itinerario della Corte di Roma*: ben e vero che il Re di *Spagna* ne' suoi

3 Quibusnam data sit denominatio Episcoporum?

Stati d' Italia ha il jus di nominare alcuni Vescoui, come ancora la *Republica di Venetia*, che nomina il Patriarca di questa Città, faccendo lo stesso i *Prencipi più considerabili* con qualche Vescouo de' loro Stati, ma ben poco, e di raro. Il Senato Veneto poco si cura di questo dritto di proporre i sagetti alle Chiese, hauendo stabilito Vna legge, che nissuno Ecclesiastico Forastiere potesse e escitare, qual si sia sorte d' officio, ò dignità, ne'

4 Specialis observantia Reipublicæ Venetæ.

luoghi della Signoria, di che ne nacquero gran differenze con la Corte di Roma, che si accommodarono finalmente à fauore della Republica; onde i Pontefici non possono eligere altri *Vescoui che Patritii dello Stato Veneto*, ch' è la medesima cosa, come se il Senato hauesse il dritto della nominatione.

Ne gli altri loughi d' Italia i Vescoui tengono Barigelli, Prigioni & ogni sorte di giuriditione: per castigare é condannare i delinquenti del loro Clero, particolarmente nel Regno di Napoli, ma la Republica di Venetia non gli lascia alcuna sorte di giuriditione, ne per castigare, ne per imprigionare, onde bisogna che si contentino della cura dell' anime è quando occorre qualche delitto, il braccio secolare del Senato, all' instanza del Vescouo, ò di motu proprio, castiga e condanna cosi bene i Secolari, che i Preti Oltre à ciò la Republica, ha ristretto, e sempre più ua restringendo, la medesima giuriditione spirituale de' Vescovi, à quali non è permesso, di publicare nelle loro Diocese, ne di reciuere alcuna Bulla, indulgenza, Giubileo, ò altro ordine di Roma, senza esser prima visitato, & accettato dal Senato di Venetia, restrintione grande ancorche ragioneuole, e che riuscirebbe di maggior dispiacere, quando i Vescoui fossero Forastieri, ma perche sono Patritii del proprio paese con Patenti, & Amici non hanno difficolta di accommodarsi, con qualche detrimento di Roma, al beneficio publico della Patria.

Gli Eclesiastici nella Chiesa Romana si 5
dividono in due sorti, la prima specie è il Distinctio *Clero*, la seconda la *Frateria*: il *Clero* com- personarum Ecclesiasticarum.
prende Vescovi, Arcivescoui, Abbati, Canonici, Preti, é tutti quelli Eclesiastici, che viuono in Casa propria, e fuori l' obligo della clausura: La *Frateria* racchiude tutti gli ordini de' Religiosi, che vivono sotto qualche Regola dentro Chiostri, Hospitii ò Monasteri, compresi anche quelli, che per particolar privileggio del Papa, si trattengono ò come Teologi ò come Capellani, in casa de' particolari di qualche luogo. Tutto il Clero d' una Città e Diœcese, é sotto posto al Vescovo Diæcesano essendo tutti, Chierici, di qual si sia specie, obligati di ricconoscere detto Vescovo come loro legitimo Superiore. In ogni *Catedrale*, & *Chiesa Collegiata*, vi è un *Capitolo di Canonici*, con l' obligo di cantare, 6
ò recitare nel Coro, piu volte il giorno, le Obligatio ad horas Canonicas
hore Canoniche: mà gli altri Preti semplici che pure son tenuti à recitare le medesime hore, sadisfano à questo obligo in Casa propria, ò per tuto doue vogliono, senza esser constretti d' andar nel Coro, se non in certe solennità. Si sogliono dividere i *Mesi* dell' anno *uno al Papa*, e l' 7
altro al Vescovo Diæcesano, e però quando Menses Papales & Episcopales.
muore un Canonico nel Mese del Papa, il Canonicato vacante viene da questo prouisto, e per contro il Vescouo prouede quelli che muoiono nel suo Mese, e tutto si da in vita, ma gli Vni, e gli altri sono sottoposti al Vescouo. Vi sono certi Capitoli, con priuileggi particolari, è de' quali Canonici son Mitriati, con altri Priuileggi.

II. *Numero* della *Frateria* è *infinito*, & 8
quasi impossibile da esser descritto. Que- Ingens Monachorum numerus. vid. suprà verb. claustrum.
sta voce di *Frateria* comprende *tre* sorti d' Ecclesiastici, cioè *Monaci*, Frati, é Preti Regolari. Tra li Monaci risplendono hoggi i Certosini, & i Benedittini, quali possedono Monasteri ricchissimi, non cosi spessi, ma grandi, maravigliosi e ricchi: altre volte vi era numero maggiore di Monaci, ma da Pontefici sono stati distrutti Ordini, é Monasteri, tanto perche non viveuano, che scandalosamente, come ancora per rendersi possessori di tante richezze che possedeuano. La Frateria è molto più maggiore

nel numero, e tra gli altri rilucono gli ordini di *San Domenico*, di *San Francesco*, di *Sant Agostino*, del *Carmine*, de' Servi e de' Padri Minimi; ma i due Ordini de' Padri Domenicani, e Francescani risplendono piu degli altri in ogni cosa. I. *Gesuiti*, i *Teatini*, *e Somaschi* sono compresi nel numero de *Preti Regolari*, ma i Gesuiti sono i maggiori, tanto nella riccheza, come nel numero, & in ogni altra cosa. Tutti si obligano ne' tre voti d'ubbidienza, Pouertà e Castita; i Minimi di San Francesco di Paola passano al quarto, cioè all' astinenza perpetua di cibi paschali, & il Certosini, altre il quarto Voto, di non mangiar mai carne, ne promettono un quinto, che' la clausura perpetua.

9 Generales omnium Regularium & Religiosorum sunt Romæ.

Ogni Ordine ha il suo *Generale* particolare in Roma, che dura sei Anni se non quelli di San Domenico, e de' Gesuiti, che sono in vita, non costumando di cambiare il Generalato, che con qualche Capello di Cardinale. Oltre à questi che hanno i loro *Assistenti*. Per maggior commodo é decoro del gouerno, ciascun' Ordine tiene in Roma un *Procurator Generale*, al quale il Papa suol dare Vdienza, al meno una volta il mese é più, quando occorre, perche questi Procuratori son quelli che negotiano gli interessi de' loro ordini, onde quando succedono differenze in qualche Convento, sia col Vescouo, ò sia per qualche materia di giuriditione, il Priore ne da subito auiso al Procuratore dell' Ordine. Ciascun' Ordine ad ogni modo ha il suo *Cardinale Protettore*, & Ogni Convento un *Conservatore*, acciò difendessero i loro privilegi.

10 Religiosi nihil proprii possident.

Non è permesso à Frati di posseder cosa alcuna in *loro proprio*, ma pure sono pochi quelli che osservano puntualmente questa purità di Regola, guardando molti per loro uso, le loro elemosine: ben' è vero, che nella morte resta tutto al convento, e se alcuno volesse lasciare una minima cosa ad un suo Parente, sarebbe subito stimato scomunicato, perche bisogna necessariamente lasciar tutto quello che si ha al proprio Convento, della Citta doue son Nati, ò di doue son fatti figliuoli, costumando di dar la figliolanza di qualche luogo ad ogni vno. I. *Cappucini* e Reformati di San Francesco, come ancora i *Padri Scalsi* viuono di elemosine giornali, non possedendo ne in proprio, ne in commune alcuna Rendita, e questi Ordini sono in miglior concetto degli altri, nella mente de Popoli. Tutti *recitano é cantano* le *hore Canoniche*, & i diuini offici nel Coro, *eccetto i Gesuiti*, che si sono esentati di questo impaccio, però bisogna recitar li medesimi offici nella propria Camera, ciascuno nel suo particolare. Tengono tutte le lor Chiese Confessori per la confessione de' Popoli, ma la facolta di confessare si da à Regolari da Vescoui Diocesani, senza la di cui licenza non è permesso nè meno à Superiori degli Ordini di confessare nelle lor chiese. Quando Muviono i Preti, ò chi si sia del Clero, possono lasciare tutte le loro facolta à Parenti, ò chi vogliono, ma non gia quei Beni che son della Chiesa. Dell' impaccio di confessare sono esenti I. Capucini, mentre in Italia non costumano confessare, se non fosse per dispensa particolare.

In Italia il numero de' Regolari è quasi infinito, perche non si sanno far quattro passi, senza scontrare un Convento, & in alcune Città dell' ordinario vene sono più di venti, senza parlar di Roma, di Milano, e di Venetia, anzi di Napoli, doue se ne veggono sino à cento, & alcuni conuenti nodriscono più di cento Frati: in somma e certo che in Italia vi sono più di tre mila conventi di Regolari. Ben' è vero, che Innocentio X. & Alesandro VII. ne diminuirono il numero. Se poi il Clero d' Italia ò ben regolato & osseruante, ne lascio il giudicio à chi l' osserua giornalmente; son sicuro che haurebbe molto bisogno d' esser riformato, non trouandosi parte alcuna della Christianità (sia detto con licenza de' buoni) doue il Clero viua con minor edificatione del prossimo. Ben' è vero che se ne trouano per tutto di vita esemplare, é degni di quell' abito che portano su il dosso, ma il generale vive nel secolo, e col secolo; Solamente in *Milano*, & in *Venetia* compariscono con qualche ritiratezza & esemplarità di vita maggiore che nell' altre parti, astenendo, si di commetter certi scandali, come fanno in altri Luoghi, che veramente offendono gli occhi di chi li vede. In Roma doue pare che dourebbe il Clero esser Tutto riformato, e chiaro come un Cristallo, è il più scandaloso di tutto il Mondo; tutta via vi è un *buon numero di Prelati, e Sacerdoti di vita esemplarissima*, e che moralmente viuono da veri Huomini da bene; la causa del male di questa Citta è, che la maggior parte de' Preti son fuggitivi delle loro Diocesi per non dire altro, e sogliono venir quivi, ò per defendersi, ò per querelare, è questi tali discoli son quelli, che commettono i scandali; la giustitia ad ogni modo è rigorosa, é si castigano i colpeuoli come bisogna, ma i cattiui trouano sempre protettori, e sotto l' aura d' un Ambasciatore, ò d' un Barone Romano, anzi d' un Cardinale, si faranno lecito certi Pretucci di fare ogni cosa: ma però non si deue pigliar l' esempio degli scandalosi, ma di quelli che viuono bene: dicono i, Frati che un peccatuccio di loro si castiga in Roma, con maggior rigore, che un gran delitto d' un Prete, perche la giustitia è in mano de' Preti, e però la Frateria in questa città è di somma edificatione: al contrario di Venetia doue i Frati viuono con troppo libertà, e con meno edificatione di quello fanno; Preti i ma al presente; Venetiani hanno fatto il callo, e non si scandalizzano più degli scandali Frateschi, stimando ogni cosa galanteria. Mi domanderanno forse alcuni di doue nasce, che in

11 Magnus numerus Regularium.

Vene-

Venetia sono scandalosi i frati, e di tanta edificatione i Preti? diro, il clero è composto quasi tutto di Chierici del paese, onde per cio non ardiscono, o pure si quardano di scandalizzar la lor Patria, ma buona parte de' Frati son fuggitivi delle loro Provincie, onde quella medesima ragione che rende scandalosi alcuni Preti in Roma, rende ancor tali certi Frati in Venetia; tanto piu che quella Republica non forza nissuno ad esser huomo da bene, sapendo che questa e una cosa riservata alla dispositione del Cielo, é poi vuole che ciascuno goda d' vna certa libertà, non contraria, alle sue leggi. I Frati del Paese proprio sono ad ogni modo di maggiore edificatione, e certi Padri d' alcuni Conventi tengono stanze, e commodità molto grandi, che fanno inuidia à Principali Prelati di Roma é d' altri Luoghi.

12 Ordo & præcedentia in processionibus.

Tra gli Ordini Regolari *precedono* nelle *Processioni* publiche, conforme all' antichita della Regola, perche quelli, che sono stati fondati i primi, caminamo i primi, i ma però vi sono altri Decreti Papali, quali commendano, che per l' auuenire si preceda, secondo la fondatione de' Conventi, nelle Città; cioè quello ch' e primo di convento, benche secondo di Regola, vadi sempre il primo, onde da questo ne sogliono nascere dispute, e differenze grandissime, perche, à dire il vero, i Frati si amano come prossimi, ma s' inuidiano come nemici, e fanno à gara gli uni degli altri, à chi meglio può abbassare il Compagno, é solleuar se stesso, con scandalo bene spesso de Popoli, particolarmente tra i Frati di San Francesco, come *Conventuali*, é *Cappuccini*, vi sono uscite infinite dispute, sopra la pretentione dell' antichita dell' Abito, pretendendo i Cappucini, che San Francesco habbia portato l' abito piramidale, conforme al loro, ciò che negano i Padri Conventuali, onde sopra questo se ne sono fatti molti libri Satirici più che Historici: ma che fare; *exiit contentio inter eos, quis eorum videretur esse major*, tra gli altri Religiosi non mancano la lor parte di differenze, tanto per materie scolastiche, come per altre pretentioni. Nimirum omnes Ordines Religiosi diverso modo, corporis cultu & vestitu, ceremoniis, vitæ austeritate, serviunt Deo, *R. P. Conzen. tr. de Jubileo, fol.* 15.

13 Controversiæ Religiosorum circa habitum primorum institutorum.

In Italia, doue i Monasteri di Monache, nascondono le Brutezze, Nobilitano la povertà é conservano le Casementre un Padre che haurà per esempio tre Femine, & un Maschio con una portione honoreule per uno, è troppo poca per quattro per non far dell' honore una miseria racchiude le figliuole Femine in un Monastero, e conservata Robba per lo Maschio.

Lib. 4. tractat citatus Autor de *Ordinibus Equestribus* in Italia, & illorum institutione. *lib.* 5. de divisione Italiæ, & de numero Principum, de feudis Imperatoris & Pontificis, ubi scribit; I Prencipi sovrani dell' Italia sono al presente di due sorti, grandi, e piccioli, i Grandi, incluse le Republiche, sono undeci, & i Piccoli 18. e più, è si chiamano piccoli rispetto alla picciolezza degli stati, ma in quanto al drito della Sovranità sono uniformi, co' grandi, mentre battono moneta, danno Leggi, creano Officiali, trattano guerra e pace, fanno ministrar la giustitia e concedono gratie à loro piacere. I Prencipi grandi sono il *Papa*, il *Re di Spagna*, Come *Re di Napoli*, e *Duca di Milano*, il *Gran Duca di Toscana*, il *Duca di Sauoia*, il *Duca di Mantoua*, il *Duca di Parma*, il *Duca di Modena*, la *Republica di Venetia*, quella *di Genoa*, e quella *di Luca*, & il *Vescovo di Trento*. 14 Enumeratio Principum maiorum in Italia.

I Prencipi piccioli sono, il *Duca di Bracciano*, della *Casa Ursini*, il *Prencipe di Bozolo Gonzaga*, il *Duca della Mirandola Pico*, il *Prencipe di Monaco Grimaldi*, il *Marchese di Massa Cibò*, il *Prencipe di Piombino Lodouisi*, il *Duca di Novellara Gonzaga*, il *Prencipe di Massarano Ferreri*, il *Marchese di Monte*, il *Marchese di Castiglione Gonzaga*, il *Duca della Guastalla*, il *Prencipe di Pagliano Colonna*, il *Marchese di Meldola Aldobrandino*, il *Marchese di Torreglia Doria*, il *Prencipe di Palestrina Barberino*, il *Prencipe di Sabionetta Medina las Torres Spagnolo*, il *Prencipe di Farnese Chigi*, la *Republica di San Marino*, e qualche altro, che non ben mi ricordo, oltre à questi ha parte ancora in Italia il *Rè di Francia*, come Sovrano Signore di *Pinarolo*, i Griggioni, come Signori della Valtellina, & i *Cantoni Suisseri* possedono ancora quattro Baliaggi ne' confini del Milanese, verso la Valtellina. 15 Minorum.

De *Titolati Ordinarii* il numero è infinito, particolarmente nel Regno di Napoli, mentre quel Re, per sodisfare all' ambitione di quella Nobilità, ne augumenta il numero quasi ogni giorno, anzi molti Superiori di conventi sono ancor Titolati. Di questa specie di Titolati inferiori ve ne sono in Italia fino à settanta, che portano il titolo di Prencipe, nonanta di Duca, ma di Marchesi, e Conti più di 500. ben' è vero che non sono tanto considerabili, quanto i Duchi, e i Prencipi; tutti però sono sottoposti à quei Sovrani dentro di cui Stati sono posti i luoghi che li danno i Titoli; Tra questi Titulati, benche non Sovrani ve ne sono ad ogni modo che tengono Corte honorevole, e che comparischono meglio d' alcuni de' Prencipi Sovrani piccioli, ma di raro ò mai si veggono maritar con famiglie Sovrane. Se ne trovano diversi, che godono d' entrata fino à dieci mila Scudi, ma molti non arrivano à quattro, & io potrei nominare un buon numero di Marchesi, e Conti, che non ne hanno due mila, tutta via è certo, che vi sono alcuni pochi di quelli, che godono il titolo di Prencipe, ó Duca, che dispongono d' un' entrata di trenta cinque mila scudi in circa. 16 De Principibus titulatis.

Gli Stati che possedono i. Prencipi Soprani son tutti divisi con nomi particolari: il 17 Pertinen-

Tia ad Pontificis Statum Ecclesiasticum. *il Papa è padrone* di tutto ciò che chiamano Stato Ecclesiastico, diuiso in 12. Prouincie, che sono *Campagna di Roma*, *Patrimonio di San Pietro*, *Terra Sabina*, *Vmbria*, *Ducato di Spoleti*, *Orvietano*, *Perugino*, *Contado di Città di Castello*, *Marca d' Ancona*, *Ducato d' Vrbino*, *Romagna*, *Bolognese* e *Ferrarese*; di più possede Montalto tra il Piemonte, e *Monferrato*, *Caneda* dentro il Dominio Veneto, il *Ducato di Beneuento* nel Regno di Napoli, & il *Contado d' Auignone* in Francia.

Lo Stato della Chiesa non può esser più considerabile, mentre il Papa possede senza il Ducato d' Urbino, e quello di Ferrara, *più di* 40. *Città*, di 20. mila Anime in sù la maggior parte, oltre Roma, e Bologna che sono delle più famose d' Italia, cinque cento, è più Terre murate, e più di otto cento di minor grandezza. Si stende il Dominio del Papa dal Mare Adriatico, doue trà gli altri Porti vi è il famoso d' Ancona, sino al Mar di Toscana, doue vi è Ciuita Vecchia. Li Ducati di Ferrara & d' Vrbino son di gran preggio, particolarmente questo secondo, diuiso in tre Stati, cioè Montefeltro, Massa Trebaria, & il Vicariato di Mendavio, con le Città d' Vrbino, Pesaro, Sinigaglia, Fossambruno, San Leo Cagli, & Vrbania con più di tre cento buone Terre situate in Paese fertile & ameno.

Tum porrò describit citat. supra *Gregorius Leti* Regnum Neapolitanum, de quo infra verbo Neapolis. De Magno Duce Florentiæ, de quo notata sunt supra verbo *Hetruria*. De Duce Sabaudiæ, de Duce Modenæ, de Duce Parmæ, de Republica Veneta, Genuensi, Luca, de quibus infra, & subjungit, prout sequitur: I. Prencipi piccioli tengono gli Stati loro diuisi quà, è là, come per esempio Novellara, Sabionetta, Castiglione, Bozzolo, e Guastalla, si trouano nel Mantoanò; Mirandola ne' Confini di Modena, Massarano vicino à Vercelli, nel Monferrato; Torreglia quindeci miglia discosto di Genoa; Piombino e Massa nella Toscana; Monaco nell' ingresso della Liguria, fù il Mar di Genoa; Bracciano, Meldola, Pagliano, Palestrina, Farnese, e Republica di S. Marino, sono dentro lo Stato Ecclesiastico; ma tutti questi Prencipati sono di poca stesa, è con poco Territorio, se non fosse la *Mirandola*, il qual Duca è in maggiore stima tra I. Prencipi piccioli, tanto per rispetto della sua antechità come ancora per la situatione, e grandezza del Paese; diro grandezza, in riguardo degli altri Prencipi piccioli, che sono inferiori, non trouandosene alcuno che nõ volesse in ogni occasione cederli il luogo; anzi alle volte si trocca in conferenza co' grandi e con questi s' apparenta sempre, particolarmente con la Casa d' Este, che sono i Duchi di Modena.

18 Principes Italicos Quasi tutti i Prencipi d' Italia rileuano ò dal Papa, ò dall' Imperadore, e non vi è altro che la sola *Republica di Venetia*, e lo stato della Chiesa, che non dipende da nissuno. I. Feudi non possono, in modo alcuno passare in linea feminile, ne Maschile non Legitima: ben' è vero che l' Imperadore, per quello riguardano i feudi Imperiali, dispensa alle volte à questa legge, mà il Papa non lo fa mai, é sopra tutto in questi tempi, come s' è visto ultimamente in Ferrara & Vrbino: esse vasallos vel Pontificis vel Imperatoris, exceptâ Republ. Venetâ.

Il *Rè di Spagna* e Feudatario della Chiesa per il Regno di Napoli, e dell' Imperadore per il Ducato di Milano.

La *Republica di Veneta* non dipende che da Dio solo per quello possede in Italia, ma per alcune Isole nell' Arcipelago riconosce il Turco, & al presente è obligata di riconoscerlo per quel poco che le resta in Candia.

Il *Gran Duca* ricognosce il Papa come Signore di *Radicofani*; il Rè di Spagna per lo stato, e Città di *Siena*, e l' Imperadore per la Città di *Fiorenza*, e resto dello stato.

Il *Duca di Sauoia*, Vicario dell' Imperio è Feudatario dell' Imperadore per la Sauoja, e Piemonte, e resto.

La *Republica di Genoa* riconosce l' Imperadore per tutto quello che possede.

Il *Duca di Mantoa* Vicario dell' Imperio è feudatario di questo per tutti li suoi Stati, de Mantoa e Monferrato.

Il *Duca di Parma* riconosce per tutti li suoi stati il Pontefice.

Il *Duca di Modena* è feudatario dell' Imperadore di tutto quello possede.

La *Republica di Luca* riconosce ancor lei di tutto l' Imperadore.

Il *Vescouo di Trento*, Prencipe dell' Imperio è feudatario dell Imperadore.

Il *Prencipe di Monaco*, il Duca della *Mirandola*, i *Prencipi di Piombino* e *di Bozzolo*; i *Duchi di Guastalda* e *Sabionetta*; i *Marchesi di Castiglione*, *di Massa*, e *di Torreglia*, & il *Conte di Nouellara*, son Feudatari dell' Imperio ma però il Prencipe di Monacò, per quello possede in Francia, dipende dal solo Rè.

La *Republica di san Marino*, il Prencipe di *Massarano*, il *Duca di Bracciano*, *il Marchese di Meldola*, il *Prencipe di Palestrina*, il *Marchese di Monte*, il *Prencipe di Paliano*, & il *Prencipe di Farnese* sono feudatari del Papa.

Altre valte la Chiesa possedeua maggior numero di feudi, perche i Prencipi antichi erano fatti d' una certa pasta così tenera, e molle, che si rendeuano piegheuoli ad ogni cosa, anzi alcuni credevano di saluarsi, coll' obligari' i loro Prencipati, a rileuar da Pontefici. Sardegna, Aragona, Gerusalemme, Hungaria, Inghilterra, Irlandia, Sicilia, & altri Regni erano tutti feudi della Chiesa, quali sono stati sciolti da questo obligo per varii accidenti accaduti nella Chiesa, con l' accisione delle Scisme, Rivolte, Riforme, & altre persecutioni. 19

Solvunt certum quid Prin- I Prencipi feudatarii pagano à loro Sopremi Signori ogni anno qualche picciol

Tri-

cipes vasalli Domino directo. Tributo, più, tosto per conseruar la propria giuriditione, che per altro; come per esempio il *Papa* riceue annualmente il giorno di San Pietro, con solenne Ambasciata, una *Chinea con sette mila Scudi*, in segno d'hommaggio dal Regno di Napoli. Il *Duca di Parma*, paga ogni anno, al medesimo Pontefice dieci mila Scudi, pure per homaggio de' suoi Stati. Il *Gran Duca di Toscana*, nel giorno della sua assontione paga al Re di Spagna per lo Stato di *Siena*, dieci mila Scudi, mentre da questa Corona riconosce la rimessa del feudo, ancorche l' *Inuestitura si dia da Cesare*. La *Casa d' Este*, dopo la perdita di Ferrara, venne inuestita nuouamente con particolari priuileggi del *Ducato di Modena*, e *Reggio*, con l'obligo di pagare all' Imperio quattro mila Scudi l' anno in segno di feudo. Carlo V. nec passare da Genoa con Andrea Doria, il 1528. *confirmato l' ordine del gouerno alla Republica*, e concessoli molti Priuileggi, l' obligò à quattro mila Scudi per una ricognitione di Feudo. In somma chi più, chi meno, chi ogni anno; chi il giorno dell' assontione, tutti i Feudatarii pagano qualche cosetta.

Porrò prosequitur descriptionem Principum Italiæ, de quibus specialis suo loco fiet mentio.

Contra perfidos Judæos jam olim vox in *libro Sapientiæ* c. 2. personuit: *circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, promittit se scientiam Dei habere & filium Dei se nominat; factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita ipsius, & immutatæ sunt viæ eius; tanquam nugaces æstimati sumus ab eo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immundis, & præfert novissima justorum; & gloriatur, Patrem habere Deum. Videamus ergò, si sermones ejus veri sint, & tentemus, quæ ventura sunt ei, & sciemus quæ erunt novissima illius. Si enim est verè filius Dei, suscipiet eum, & liberabit eũ de manibus contrariorum, Contumelia & juramento. Interrogemus eum, ut sciemus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius, morte turpissima condemnemus eum.*

10 Vaticinia de passione Christi Domini.

De passione Christi Domini vaticinatus Propheta David in *Psalmo* 108. dum dixit: *locuti sunt adversus me dolosa, & sermonibus Odii circumdederunt me, expugnaverunt me gratis, pro eo, ut me diligerent.* Zach. *cap.* 11. inquit in persona Christi: *appenderunt mercedem meam* 30. *argenteis; & dixit Dominus ad me: Projice illud ad statuarium decorum pretium quo appretiatus sum, & tuli* 30. *argenteos; & projeci illos in domum Domini ad statuarium.* Super honore etiam Domini zelans contra Proditotem Vates Regius, *Psalm.* 108. *Constitue,* inclamat, *Domine, super eum peccatorem, & Diabolus stet à dextris ejus, cum judicatur, exeat condemnatus, fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter.* Quæ omnia ita facta sunt, quia, secundum Isaiam *cap.* 53. scriptura dicit, *oblatus est, quia ipse voluit.* Impletum scilicet est, quod in persona Domini cecinit Vates, *Psalm.* 58. *quia ecce cœperunt animam meam, irruerunt in me fortes, consilium fecerunt in unum, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.* Super quo & Jeremias plorans: *Spiritus,* inquit, *oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris.* Sequitur apud Isaiam: *ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.* Sic pariter *Isaias c.* 50. in persona Domini, *corpus,* inquit, *meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus in me.* Concinit Jeremias: *& dabit percutienti maxillam, saturabitur opprobriis.* Quod etiam vaticinatus est Psaltes: *Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Et David *Psalm.* 128. iterum cecinit, *supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* Et *Psalm.* 21. vaticinans; *foderunt,* inquit, *manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea: ipsi verò consideraverunt & inspexerunt me.* Ad eandem clavorum confessionem & *Zacharias* 13. respiciens; *quid sunt,* clamat interrogans, *plagæ istæ in medio manuũ tuarum?* respondetur: *his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me* (id est fratrum Judæorum, quorum hæc per ironiam dilectio fuit) sequitur: *subsanaverunt me subsannatione; frenduerunt super me dentibus suis, dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.*

11 Cæcitas Judæorum inexcusabilis.

O excæcati impii Judæi, cur non intelligitis hæc omnia & sapitis, conteruntur que corda vestra in amaritudine & pœnitentia, dùm videtis omnes de Messiâ Prophetias perfectissimè esse adimpletas, & vos in miserrimo statu, tanquàm servos & mancipia derelictos. Nec vobis in mentem arrogans superbia ascendat, quasi in Aulâ Imperatoris, Regum & Principum, vobis aditus præ Christianis pateret. Id enim facile conjungere potestis, non aliâ de causâ fieri, quam ut à vobis, velut servis & mancipiis, in necessitatibus publicis & privatis, pecunias cumulent, quia servi Cameræ estis, & mutatis circumstantiis omnis superbiæ vestræ tumor in uno momento concidit, quia cœlestis & à vobis non agnita pœna & supplicium nunquam cessant. Psaltes enim *Psalm.* 129. de vobis vaticinatus est; *foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.* Et Isaias *cap.* 52. dixit: *Consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem, paravit brachium sanctum suum in oculis omnium gentium,* & *videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri; Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus, & forma inter filios hominum, iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt Reges os suum.* Et de Israël dixit Isaias *cap.* 42. *quis cœcus, nisi servus meus, & surdus, nisi ad quem nuncios misi?* Et pergit Isaias, *cap.* 53. in verbis: *Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum, despectum, & novissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus ejus & despectus, unde nec reputavimus eum. Verè languores Nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum; Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.* Sed vicit Messias Christus Dominus, & ideo Isaias in personâ Dei Patris ait: *Dispertiam ei plurimos, & fortium spolia dividet, pro eo, quod tradidit in mortem animam suam,* & *erit sepulchrum ejus gloriosum.* Isaiæ c. 11. & clamat Oseas c. 13. *Ero mors tua, ò mors, morsus tuus inferne.*

12 Evidentissima de Messiâ testimonia, quæ impleta esse ipsis Judæis est notum.

13 Sepulchrum Christi gloriosum.

Sic nempè oportuit Christum introire in gloriam suam, vel ut præcinit Zacharias cap. 14. *Et stabunt pedes ejus in die olivarum, qui est contra Hierusalem;* quapropter psallens in Spiritu David exclamavit: *Ascendit*

dit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ, quapropter cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus, regna terræ cantate Deo, psallite Domino, qui ascendit super cœlum cœli ad orientem: Ecce dabit voci suæ vocem virtutis: Date gloriam Deo super Israël, magnificentia & virtus ejus in nubibus. Psalmo 48. & 67. & Psalm. 23. ubi canitur: *Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Laboremus omnes, monet S. Augustinus, ut quemadmodum Dominus corpore ad superna conscendit, ita & nos post illum, quantum possumus, spe ascendamus, & corde sequamur, etiam per vitia, & passiones nostras, elevabunt enim nos, si fuerint infra nos. De vitiis scalam nobis ad cælum facimus, si vitia ipsa calcamus.

14 Ascensio in cœlum

15 De Judæa & dispersione, pæ nisque Judæorum.

Judæa, quæ & *Chananæa*, & *terra promissionis* vocatur, Regio est Syriæ meridionalis, parva, sed nobilissima, melle olim & lacte fluens, quæ antiquissimis temporibus appellata fuit *Terra Chanaan*, postea terra promissionis, & Palæstina, tempore Romanorum dicta fuit Judæa, nunc autem à Christianis dicitur *terra Sancta*, das Gelobte Land; Ejus Metropolis *Hierosolyma* fuit, non modò Judææ, sed totius orbis ocellus. Reliquæ urbes, Bethlehem, Jericho, Ascalum, & aliæ. Tota autem Regio nunc subest Dominio Turcarum malè admodum culta. Populus *Judæi*, qui & sunt *Hebræi, populus Dei* olim *Juifs* Gallis, *Judeos* Hispanis, Juden Germanis. *Gens*, quæ quondam Palæstinam habitavit, nunc autem per totum orbem terrarum dispersa vagatur, nusquam proprium locum possidens, ubique apud omne genus hominum odiosa & tributaria. Multa autem de origine gentis & Religione confinxerunt prophani Scriptores, *qui* Judæum & Hierosolymum fratres, Typhonis filios, fabulati sunt, unde & nomen genti, & urbi principi manarit, de quo *Plut. lib. de Iside, & Osiride.* Alii à monte *Idæa* nomen deduxerunt. Quidam volunt Bacchum eos, aut ejus loco vitem auream coluisse, nonnulli Asinum & porcum. Vide Florum 3. 5. *Plut. symb.* 4. 5. *Petron. in Catalectis*, & ibi Interpretes, nec non *Orig. lib.* 5. *contra Celsum*, minimè omnium corruptè de Religione eorum Strabo, qui & *justos* & verè *Religiosos* appellat. Iidem pagani Scriptores Judæorum, & Christianorum nomen non rarò confundentes, illos pro his posuerunt, quod Lipsius *ad* 15. *ann. Tac.* itemque Pithæus *l.* 2. *advers. c.* 1. & Barthius ad *Rutilium Numatianum lib.* 1. *vers.* 159. observant. Historia eorum paucis hæc est: A Jacobo Patriarcha prognati, *Israelitarum* habuere nomen, quo tamen omnes 12. continebantur Tribus, quæ pro peculiari gente tum demum haberi cœperunt, postquam in Ægypto prodigiosa fœcunditate multiplicati essent. Hanc eum frustrà supprimere per 200. ann. tentassent Ægyptii, à Moyse tandem Divino jussu, è servitute eorum deducti, Legem à Deo acceperunt, in *Monte Sinai*, & post quadraginta annorum in deserto errores, Terram Chanaam Josuæ auspiciis occupârunt, post ejus mortem Seniorum Imperium venerati, judices postmodum habuerunt, quorum ultimus Samuel fuit; Hoc adhuc spirante, *Regem* petiere, qui ipsis irato Deo obtigit; *Saül*, cui successit *David, vir secundum voluntatem Dei*, quem filius *Salomon* excepit, Sapientiâ & divitiis super omnes Reges terræ. Post hujus mortem ob nimium, Rehaboami, filii ejus, rigorem, divisum regnum est, *An. M.* 3060. in Regnum Israëlis, sub Jeroboamo; cui 10. Tribus adhæsere, & *Regnum Judæ*, sub Rehabeamo; cui duæ solæ servarunt fidem, prius à 19. Regibus administratum est, per ann. 255. usque ad Hoseam ultimum, qui Samariæ à Salmanassare, Assyrio obsessus, in ejus potestatem tandem cum toto Regno pervenit. Anno Romæ conditæ 14. Regni Ezekiæ Regis Judæ 6. posterius 20. habuit Reges, à Rehabeamo usque ad Sedeciam, quo Hierosolyma capta est à Nabucadnezare, templumque destructum, & Judæi Babylonem abducti, *Olymp.* 4. *an.* 1. Nabonassaris, 140. à fundatione templi, 424. Romæ conditæ, an. 146. mundi, an. 3446. 608. circiter an. ante C. N. Duravit captivitas 70. annos, quibus effluxis, Cyrus, Babyloniorum Domitor, Judæis in Patriam revertendi, & templum reparandi veniam dedit, quod factum auspiciis Ducis Zorobabelis, Esræ & Nehemiæ. Mortuo Zorobabele à Pontificibus summis gubernati, postea Assamomonæis fuere subjecti per annos 130. qui Regio titulo resumpto præfuerunt genti, usque ad Herodem, quo regnante, *JESUS CHRISTUS natus est*; Hunc cum impii cruci affixissent, ultorem mox sensere Deum: & Rebellione iteratâ irritatis Romanis, captis an. Chr. à Vespasiano & Tito Hierosolymis, post horrenda ac inaudita mala, & occisa eorum 110000. captæque 97000. libertate penitus exciderunt, signavitque numerum Vespasiani mœsta sub cedro sedens *Judæa capta.* Neque ulla ab hoc tempore maledictæ genti emergendi copia fuit: Namque sub Trojano primùm, dein Adriano, Duce Barchocheba, postea Antonino pio, &c. jugum excutere conati, aliis item temporibus idem molientes frustrà fuere; Imò ab Hadriano ægrè impetrârunt, ut semel in anno adire sanctæ urbis deformes reliquias, ibique per paucas horas vectigali libertate, inspectantibus militibus, pretio lacrymas suas redimere, ruinam templi & urbis deflere, miseramque gentis suæ sortem lugere ac deplorare liceret. Nec quicquam juvit Juliani indultus, Deo cœlitùs fulminibus, & terræ motu opus turbante. Etiam sub Theodosio minore, in Creta ad libertatem, à quodam, qui Moysen se venditabat, vocati, magno numero mersi sunt circa an. Chr. 432. Iterum Rex eorum Julianus sub Justiniano, victus est an. Chr. 533. intra domorum claustra certis diebus conclusi

 sunt,

ſunt, lege Childeberti an. Chr. 564. & cum circà an. Chr. 600. in eodem Regno plus libertatis nacti eſſent, adeò ut etiam *Chriſtiana mancipia poſſiderent*, querente Maſſonio *in Hiſtor. Gall.* eadem rurſus poſtea privati ſunt. In Hiſpania à Siſibuto, ab Aſtrologis monito, à circumciſa gente metum imminere, ad fidem quidam compulſi, reliqui regno ejecti ſunt, an. Chr. 614. iterum circa an. Chr. 694. Egica Rex eos, quod inſidias Regno ſtruxiſſent, bonis fiſco addictis, in ſervitutem redegit; ſub Leone Iſaurio, non pauci, quod ad Chriſtianiſmum compellerentur, cum totis familiis ſeſe ipſos uſtulârunt. Circa an. Chr. 722. Galliâ pulſi ſunt ſub Ludovico IX. cui Saraceni exprobraverant, *Regi minus eſſe charum Jeſum Chriſtum, qui inſenſiſſimos ejus hoſtes in viſceribus Regni foveret.* Circa an. 1260. ex Anglia ejecit eoſdem Eduardus. I. An. Chr. 1287. ob intoxicatas aquas, Baſileæ, aliiſque in locis uſtulati partim, partim in exilium acti, circa an. 1348. Et nuper admodum omnibus hæreditariis provinciis à Leopoldo I. Imp. cedere juſſi ſunt. Plura qui volet, videat Euſebium, Joſephum, Severum, Guil. Tyr. &c. imprimis, qui de ritibus eorum & conſuetudinibus accuratiſſimè ſcripſit; Joannem Buxtorfium Fil. *in Synagogâ patris Judaicâ ingenti acceſſione locupletata.*

16 Alia morum, veſtitus, & vitæ Judæorum deſcriptio in variis locis.

Ludoc. Morery in Dictionar. Hiſtor. verb. Juif. ſequentia narrat de Judæis: Leur article eſt ſous le mot Judée, voici ce qu'il eſt bon d'y ajoûter. Ils diviſent leurs Loix & leurs Cérémonies en trois ordres. Le premier comprend tous les preceptes de la Loy écrite; qui ſont renfermez dans les cinque Livres de Moiſe, appellez le pentateuque. Le ſecond regarde la Loy de Bouche, qui ſunt les traditions, ramaſsées par leurs Rabbins ou Docteurs, & pluſiers conſtitutions, qu' ils appellent commandemens des Sages, recueillies dans un Livre qu' ils nomment *Thalmut.* Le troiſiéme comprend les choſes, que l' uſage a autoriſées en divers temps, & en differens Lieux: ce qu' ils appellent proprement coûtumes; La Loy écrite par Moiſe, & la Loy de Bouche des Sages, ſont generalement recûës de tous les Juifs, quoi que diſperſez dans toutes les parties du monde: mais en ce qui regarde les coûtumes, ils different beaucoup les uns des autres, ſelon la diverſité des lieux ou ils ſont dans leurs Synagogues; car ils n' ont plus de Sacrifices, depuis que leur temple de Jeruſalem à été détruit. Leur créance contient ſept principaux articles de Foy, qui ſont recus de tous les Juifs; I. Que Dieu eſt un, incorporel, & éternel. II. Qu' on ne doit adorer & ſervir que Dieu ſeul. III. Qu' il y a eu, & qu' il peut y avoir encore des Prophetes. IV. Que Moiſe a été le plus grand Prophete, qui ait jamais été inſpiré de Dieu, & que la Loy qu' il a laiſſée, a été dictée de Dieu, dans tous ſes preceptes. V. Que cette Loy eſt immuable, & qu' on n' y peut rien ajoûter, ni en rien retrancher. VI. Qu' il *viendra un Meſſie*, qui ſera plus puiſſant que tous les Rois de la terre. VII. Que Dieu reſſuſcitera les morts a la fin des temps, & qu' enſuite il fera un jugement univerſel. Il eſt défendu aux Juifs de manger du apin, du liévre, du pourceau, du poiſſon ſans ecáille, des oiſeaux de proye, & des reptiles ou animaux, qui rampent à terre. Il y avoit autrefois pluſieurs ſectes ou hereſies parmy les Juifs, dont les Principales etoient celles des Samaritains, des Eſſéens, des Sadducéens, & des Phariſiens: à preſent les plus conſiderables, ſont celles des Samaritains, & des Karaïtes, dont il eſt parlé dans leurs articles. Jovet, *Hiſtoire des Religions.*

En *Turquie*, il y a Deux ſortes de Juifs, ſçavoir les naturels, ou originaires du pais, & les étrangers, ainſi appellez, parce que leurs ancêtres ſont venus d' Eſpagne, ou de Portugal. Les premiers portent le *turban* comme les Chrêtiens, mélé de diverſes couleurs: de ſorte qu' on ne peut les reconnoître d' avec eux, que par leurs ſouliers, qui ſont noirs ou violets, au lieu que ceux des Chrêtiens ſont roûges ou jaunes. Les Juifs étrangers portent une coiffure ridicule, ſemblable à la forme d' un chapeau Eſpagnol, ſans aucuns rebords. Ceux-cy ne conviennent pas avec les autres, en certains articles de leur Religion, & ont leurs ſepultures ſeparées. Les uns & les autres ſe trouvent en grand nombre dans la plûpart des villes de l' Empire du grand-Seigneur, particulierement dans les leux de commerce, comme à Smyrne, à Alep, au Grand Caire, à Theſſalonigue, &c. Leurs emplois ordinaires ſont d' étré Banquiers, de prêter à uſure, de ſervir dans les Doüanes, d'étre Fripiers, Droguiſtes, Medecins, & Truchemens. Ils ſçavent dire en détail tout ce qu' il y a de marchandiſes dans une ville, la qualité, & le prix. Les autres nations orientales, comme les Grecs, les Armeniens, &c. n' ont pas ce talent, ni cette adreſſe: ce qui oblige les Negocians de ſe ſervir des Juifs, quelque averſion qu' on leur porte. Il y a certains lieux dans la Turquie, où les habitans, ne les veulent point ſouffrir, quelques permiſſions qu' ils ayent du Grand-Seigneur d' habiter dans toute l' étendüe de ſes Etats. On dit qu' ils y ſont en horreur, à cauſe des cruautez inoüies qu' ils y ont exercées contre leurs debiteurs & leurs eſclaves. Les Turcs, & les Chrétiens Orientaux aſſurent communement, que ces malheureux font mourir dous les ans au jour du vendredy ſaint un Eſclave Chrétien, en haine de nôtre Religion: mais qu' ils ſe cachent, de crainte d' étre ſurpris, parce qu' ils ont été pluſieurs fois châtiez exemplairement par la juſtice, pour avoir commis uno action ſi deteſtable. Il y a des Juifs *Karaites* qui s' attachent à la lettre de l'Ecriture, & qui ne font pas grande eſtime du Thalmud. Les autres Juifs, dont la plûpart ſont *Rabbanites*, ſuivant les traditions de ce recueil, & diſent beaucoup de mal des premiers

miers mais les uns & les autres nient également que le Messie soit venu.

17 Judæorum Romanorum vita & mores. *Gregor. Leti in Italia regnante part.* I. *lib.* 3. *fol.* 160. *& seqq.* refert de Judæis sequentia: Li Giudei, ò siano Hebrei, come chiamano altri, viuono con grandissima libertà in riguardo della Religione, e forse maggiore di quella che godono in Francia gli *Vgonotti*, perche in quel Regno, gli andamenti del Clero, non battono ad altro, che alla totale destrutione di questi poveretti, quali se ne viuono senza altra mira, che d' una fedele ubbidienza, verso il loro Prencipe naturale; non tralasciando i Preti, é Monaci di cercar tutti i mezzi possibili, da tormentarli con ingiurie, con affronti, e con nuone inventioni di persecutioni, e se la clemenza e la giustitia di quei Christianissimi Rè non portassero qualche rimedio, si vedrebbono nascere maggiori scandali; ben' è vero che si trovano *Prelati prudentissimi*, ripieni d' un sommo zelo verso il bene publico, che non si lasciano guidare da vna certa circa passione, come fanno gli altri, proteggendo nell' occorrenze d' aggrauii, la ragione di detti Vgonotti, ma dal comune vengono spesso molestati, doue che i Monaci, e Preti d' Italia non pensano più à Giudei, che veggono tutti i momenti, di quello fanno à Persiani che non veggono mai. Per tutto doue sono gli Hebrei, se gli concede Chiese, che chiamano Sinagoghe, dentro le quali fanno i loro esercitii liberamente, anzi in alcuni luoghi ne tengono due come in Roma & in Venetia.

In queste loro Sinagoghe non si veggono altro che vn' infinita di Lampade accese sopra vn' Altare pendenti dalla soffitta, & intorno alle mura dalla parte di dentro usano molte ceremonie nell' entrar' in Sinagoga, ò sia Tempio, ma in tre ò quatro volte che io fui in Roma per veder quello faceuano, non ne osseruai più che tre; la prima si lauano sempre le mani nell' entrare, e nell' vscire la Porta di detto Tempio, dietro alla quale vi è vn vaso portatile, ò sia fontana posticcia preparata à questo effetto, con un' Asciugamano, per asciugarsi: la seconda non solamente non si levano il Capello, ma di piu si coprono la testa, e le spalle con una certa tela, ò velo di Seta: E la terza è che subito entrati in Chiesa cominciano à gridar con voci arrabbiate, tornandosi la testa gli uni contro gli altri, facendo certi gesti ridicolosissimi, e così si mettono à sedere con gli stessi gridi, la qual bella musica dura fino che il loro Rabbino comincia la predica in lingua Italiana, ma li passi della Scrittura gli recita in lingua Hebrea: predicano effettiuamente, i loro Rabbini con molta eruditione, é con bonissima morale, e quando si scontrano di Christiani ne loro Sermoni gli è difeso di parlar contro Giesu Christo: dall' una parte, e l' altra del Rabbino che predica vi assistono due Hebrei con le spalle coperte di Tovaglie bianche. Alle Donne non è permesso d' entrare nel Tempio, ma si tengono sopra certi Corridori, ò sopra popolo coperti con erati, ò galerie di legno, in modo che da quelli che sono in Chiesa non possono essere osseruati, ben' è vero che possono esse osseruare gli altri.

Vi sono alcuni deputati dalla Congregatione de propaganda fide per la loro conversione, oltre che molti particolari ne vanno con belli modi tentando i mezzi, & in Roma un Predicator dell' Ordine di San Domenico, eletto dal Papa, ò Congregatione gli predica una volta la settimana, nella qual funtione sono tutti obligati d' intervenire sotto gravissime pene, anzi di più se non ascoltano con attentione il sermone i Sagristani Catolici, che girano all' intorno del Tempio, gli suegliano con alcuni colpi di nervo, ò di verga. Osservano il giorno del Sabbato con vn' esatezza così grande, che per non trasgredirne l' osservanza fanno cuocere le loro vivande à Catolici, ò pure preparano essi modesimi, ogni cosa il vennerdi, ma ordinariamente per accommodar le Tauole, e per accendere il fuoco i seruono di Donne Christiane; nè mai i loro Mercanti in tal giorno s' introducono à qual sisia materia di negotio: passano il tempo (cioè il Sabbato) à soliti esercitii di preghiere, e verso la sera poi escono à spasso. Celebrano la pasca con molta solennità, e non so che altre feste all uso Hebraico, tutto però nelle Sinagoghe: li Matrimoni si fanno tra loro con cerimonie, non gia in Chiesa, ma in Casa, interuenendo, la parti cioè i parenti dello sposo, e della Sposa, & è cosa curiosa à vedere per vna volta. Non si possono maritare che nella presenza del Rabbino, e lo Sposo dà alla Sposa un' Anello d' oro. Osseruano esattamente la legge Mosaica, ma gli è difeso di fare alcun Sacrificio d' Animali: s' ostengono di mangiare carne di porco, e d' altri Animali suffocati: li fanciulli si circoncidono dal Rabbino nell' ottauo giorno, con Padrino, e Madrina, ma il nome gli e' dato sempre dal Padre, ò da quello che ne tiene il luogo: Sepelliscono i morti con preghiere, & orationi che i Parenti continuano per lo spatio d' un' anno, & i Rabbini vanno à visitar gli infermi per esortarli alla penitenza, & alla reconciliatione col prossimo: quasi tutti gli Hebrei sanno leggere la lingua Hebraica, fino le Donne istesse buona parte l' intendono, diversi la parlano, ma se ne trovano pochi, che ne siano ben versati; i Rabbini però son obligati d' instruire la giouentà & esplicarli il Testamento vecchio dalla lingua Hebrea, nella lingua Italiana, della quale si servono ordinariamente per parlare: digiunano molti giorni dell' anno con grande esatezza, e fanno non so che altre penitenze.

Ultra superiores notas de Judæis variè disputatur, *utrum in Christiana Republica tolerandi, vel exterminandi sint*? cum grave esse videatur, Judæum pacis studiosum, ad 18 Utrum Judæi in Christiana

 Chri-

Republicâ tolerandi? Christi cultum aliquatenùs proclivem, turpisque lucri nauseam habentem, citra noxam Reipublicæ vel Ecclesiæ expelli: Econtra verò seditionem movens Judæus, veræ Religionis irrisor, contemptorque, & in eam blasphemias evomens, ac turpissimo insatiabilique auri fame inhians, meritò sit ejiciendus. Quid enim ignava cujusmodi pecora commodi secum ferunt aut utilitatis? fruges consumere nati, Christianos
19 Rationes pro negativâ. decipere, & nummis eos emungere educati, furum more divagantes & latronum. Exulent potius è Christianorum societatibus, qui præter damna in eas conferre nihil quicquam student. Una enim Religio civitati est optima, si ea sola in illâ floreat, à Religione autem Christianâ quantum Judæi distent, in superioribus satis dictum est. Judæi quoque *peregrinis* annumerantur, quos in Rempublicam recipiendos esse accurati omnes politici negant; sed potius distinguendum esse censent, inter recipiendi *temeritatem* & *consuetudinem*, quæ tamen magnam requirit prudentiam, ne pericula in rempublicam devolvantur. Quis autem, homines extremè blasphemos, civitatis jure donabit, quales sunt Judæi? quis pessimi furfuris capita Reipublicæ membris annumerabit? qui præter furias in animis nihil habent reliquum, quas in salvatorem nostrum evomere non erubescunt. Quemadmodum igitur Christiani ab ejusmodi blasphemiis abhorrent, ita pariter blasphemantes aversari & odisse necessum est; Immanis insuper eos repellit *usura*, quo minus in republicâ tolerari possint, Judæi, & quamvis quasdam usuras licitas esse constet, quæ honestatem fundamenti loco recipiunt, notum vero est, ac manifestum Judæos, fines ab æquitate & jure sibi positos, excedere, & quacunque modò possunt ratione, Christianos bonis suis emungere. Quam defraudandi artem studio vel ardentissimo exercent, nihil sibi gratius existimantes & acceptius, quam si alios decipiendi modum calleant. Quâ turpissima contagione adeò sunt infecti, ut vel ipsa vita chariores æstiment usuras, pretiosioresque. Si enim injustam hanc vivendi & lucrandi rationem præ cœteris non amarent maxime, ac eligerent, non omnem in arte alios decipiendi spem collocarent, aliasque negotiationes & artes illos multo honestiores tractarent. Quod autem ab opificiis abhorreant, ignavia est, & languidus otii amor, labores cane pejus & angue fugiunt. Usuras ambulantes exercent, & blando verborum sermone plus lucrantur, quam multo labore.

Infensissimum & inimicum plane odium quod in Judæorum animis ardet, & Christianis mala plurima minatur, & damna non levem ostendit curam, propter quam è Civitatibus ejecti alio sese conferre jubeantur; licet autem familiarissime cum Christianis vivere sese simulent & publice profiteantur, nihilominus tamen legitimo destituuntur fine, non enim eas ob causas cum Christianis conversantur, ut mutuum eisdem Charitatis officium conferant, amicitiæ vincula habeant incorrupta, atque Civitatis conservandæ rationem potissimum respiciant, sed, ut Christianorũ fortunas exsugant, eosque bonis suis privent, amicitiam quærunt, non tam honestum quam utile desiderantes. Interim, si odium externè non proditur, internè tamen in eorum animis tam altas egit radices, ut connatum quasi videatur. Tales verò insidiæ externis multo graviores sunt, cum ab externo hoste nobis cavere, ab interno ejusmodi non item, valeamus.

An *Judæus exilium recusans* supplicio multandus sit, discernendus est talis citra blasphemiam ab eo, qui exilio sese subducere quærit, blasphemias in Christum Redemptorem vel maximas turpissimasque eructans. Ille capitis pœnam luere non meretur, exilio multandus, an verò ab hoc, præter exilium, nulla alia pœna exigenda sit, quis dubitat? similiter Judæo, hominem vel infantem Christianum clam suffuranti, nullo modo condonandam esse pœnam, quod si enim furta & rapinæ rerum aliarum non consequuntur veniam, sed pœnas sibi habeant determinatas, multo minus hominum raptus veniam adipiscetur.

Miserrima licet Judæorum hodiernorum sit facies, cum Patriâ suâ expulsi exulum more diversas mundi oras peragrantes, ubi secure habitent, non inveniunt; nihilominus tamen eos certo quodam respectu ad *justarum conditionum obstrictos observationem*, in Christiana Republica tolerandos esse. Manifestum enim est. Judæos juris naturæ esse participes, & illius tenore eos tolerari posse, nemo inficiabitur, siquidem, ut in loco quodam commorentur & agant, necesse est, adeoque tanto temeritatis nisu non expellendi sunt aut ejiciendi, nisi aliquo à natura ipsis concesso loco privare illos laboremus: Nam Judæorum toleratio rempublicam reddit fortiorem, ejusque auget ærarium; Notum quippe est in quibusdam Civitatibus Judæos habitare quamplurimos, tantoque ferè numero gaudere, quanto Christiani, & hos ejiciendo fiet, ut Respublica incolis privata relinquatur, & ærarium, & Judæorum censu benè auctum, augendumque, patiatur naufragium: & Judæi temere expulsi contagia sunt Reipublicæ ac venena; *tolerati* verò, *certis* tamen *conditionibus*, commodi nonnihil in eam conferunt; Quoniam Reipublicæ ærarium augent, in repentina necessitate magnam pecuniæ summam suppeditare, imo & ad servitia, vel onera publica ferenda, utiliter adhiberi possunt, asserente *Meisner. Ph. Sobr. Part.* 3. *sect.* 2. *q.* 2. *p. m.* 429. Hinc maximum damnum in Christianam devolvi Rempublicam ex Judæorum expulsione vel inde constat, quod, si in Germania tutus vivendi locus eis non conceditur, neque olim fuit datus, toto agmine ad Turcas, hostes Christiani nominis infensissimos, transierint, terrasque nostras

20 Rationes pro affirmativâ.

ſtras variis commodis ex eorum toleratione naſcentibus exutas, reliquerint, arcana Germaniæ explorata ad hoſtes, crudelitate nemini cedentes, cum variis artibus deferendo, prout ex hiſtoriis liquet. *vid. Philip. Camerar. Cent.* I. *Meditat. Hiſtor. cap.* 89.

Tolerandum porrò Judæum in Chriſtiana Republica ex eo quoque conſtare poteſt, quod majus inde bonum poſſit exſpectari. Quandoquidem Chriſtianus, egregio hoc nomine vere inſignitus, cum Judæorum nugas videt ac fabulas, in fide ſua pietate ac religionis cultura multo redditur ferventior, atque ex pia quadam æmulatione, in moribus, Divinique Numinis veneratione, magis magiſque proficit. Quin imo ipſe Judæus, piam Chriſtianorum religionem intuens, fidei ſibi accendendæ anſam habet atque occaſionem, & Chriſtianus talis, cum Judæis converſans, in id incumbet, ut nihil prætermittat quicquam, quod eorum converſioni conducit. Quod ſi verò Judæum è Civitate Chriſtiana expellere mavis, bona hæc evenire non experieris.

Præterea conſtat Judæos nefandas in Chriſtum blaſphemias evomere, non recordantes, quæ pœnarum gravitas ſit ſecutura. Quæ verò blaſphemiæ, ut coerceantur, cavendum ſedulo eſt, ne Republ. Chriſtianorum expulſi, liberiorem adipiſcantur blaſphemandi occaſionem, quod evenire extra controverſiam eſt; prout rectè monet *Cit. Meiſner d. l. c.* I. *q.* 4. *p.* 429. dum ait: *Si enim ſub aliis gentibus vivant, Chriſtum liberius blaſphemabunt, & majorem immunitatem habere poterunt, ob ſimilitudinem in ritu circumciſionis, vel quia religionum diverſitas parum curatur, quo pacto magis confirmantur in blaſphemandi ſtudio & rarius convertuntur.*

De cœtero *Brochmandus Syſt. Theol. tom.* 2. *art.* 40. *c.* 2. *q.* 9. *p.* 5014. has præſcribit conditiones; ſi Judæos in Chriſtiana Republica tolerandos ſuadet aut concedit: (1.) ut liberum religionis exercitium ipſis non concedatur, circumciſio ipſis interdicatur, polygamia non permittatur (2.) Blaſphemiæ ipſorum ſeveriſſime caſtigentur, & graviſſimis pœnis cohibeantur. (3.) nulla officia publica illis committantur, (4.) immanis illa uſura, qua Chriſtianos exſugant, ipſis non permittatur. (5.) ad ſacras Chriſtianorum conciones audiendas adigantur, (6.) ne Chriſtianos, ad religionem Judaicam ſeducant, caveatur. *Georg. Schönborn Politic. lib.* 4. *c.* 36. *p.* 278. his contentus eſt conditionibus, ſcilicet ut tranquillè & pacificè vivant, ut habitu utantur à Chriſtianis diverſo: ne præficiantur officiis: ne Chriſtianos habeant pro ſervis, ne novas Synagogas ſibi exſtruant: Denique ne matrimonia cum Chriſtianis ineant. Et ita tali modo in Republica Chriſtiana Judæos tolerari poſſe. Uſuræ autem illicitæ, uti nec Chriſtiano homini, ita nec illis concedendæ. Et cum præterea Judæi ſuſpectæ ſint fidei homines, publico Magiſtratus officio minimè ſunt præficiendi, quamvis ſanctiſſimo juramento ſeſe ad legitimam adminiſtrationem boniquepublici commodum quærendum ſedulò ac promovendum obligent; tantæ enim autoritatis eorum juramentum non eſt, cui fides habeatur omnino, quia quot annis die expiationum orationem recitant, qua precantur Deum, ut omnia juramenta & vota irrita eſſe jubeat, nec in fraudem ulli judæo cedere ſinat, quæcunque per totum annum contra Chriſtianos præſtantur, idque fieri certiſſime ſibi perſuadent, citante *Meiſner. d. loc. p.* 432. Multo minus quoque Judæo cum Chriſtiana matrimonium ut contrahat, permittendum, propter periculum perverſionis non tantum, ſed ob alia multa inconvenientia, quæ hic notare ſuperſedeo. Et ſicut matrimonia cum Judæis omnino prohibita, ita etiam conſortium cum ipſis familiare, id eſt, uſus cum ipſis habitandi, lavandi, ſub eodem tecto manducandi, medicamentum accipiendi Chriſtianis interdicitur.

Judæi ad Chriſtianiſmum converſi, recenſque baptizati, omnia delicta, imo & furta per ſolum baptiſmum, in ipſo etiam foro ſeculari, obliterantur, ſed converſionem feciſſe bona fide debent; ſed ſi à Chriſtiana fide iterum ad Judaiſmum deficiunt, à nullo in patrocinium recipi debent, *Theſ. Beſ. vol.* 6. *d.* 3. *l. Bb.* 3. Judæos porrò omnes recipere poſſunt, qui Regalia habent, neque receptos licite expellere poſſunt, niſi ob ſcandalum, aut imminens periculum; ſic nec iis uſuras ſupra legitimum uſurarum modum permittere poſſunt; Hinc inter Chriſtianos ſemper tolerati ſunt & nunc tolerantur, ſed *tutius eſt, ubi non recepti ſunt, ut ibi nec impoſterum recipiantur*, propter blaſphemias in Deum, & proditiones, & occultas technas in Chriſtianos, tum etiam quod *furta* promoveant, emendo res furtivas, aut pignori accipiendo, aut occultando, & demum propter uſuras, quibus Chriſtianos quaſi occidunt, *Ibid. Vol.* 2. *d.* 6. & 7. Et quando in aliquo loco recepti ſunt, tunc tolerari, imo defendi debent, nec poſſunt expelli, & contrà facientem mandata S. C. decernuntur. *Vol.* 6. *d.* 3. Sed ſi recipiantur, ea conditione recipi debent, ut communi jure Romano, Conſtitutionibus Principum Chriſtianorum, aliiſque certis vivendi Legibus, æquè ut alii, obligentur, ad Chriſtianiſmum tamen cogi non poſſunt: Semel recepti nec in bonis, nec in perſona offendi poſſunt, etſi ab oneribus immunes eſſe non debeant, honorum tamen omnium & dignitatum ſunt incapaces, & tributis majoribus, quam Chriſtiani, licitè poſſunt onerari, *Ibid. vol.* 2. *d.* 7. *l.* 6. *Bb.* 23. Quando à blaſphemiis in religionem Chriſtianam non ceſſant, aut proditoriè aliquid cum hoſtibus contra Chriſtianos machinantur, tunc non ſolum puniri, ſed etiam omnino expelli poſſunt, & ubi capitaliter deliquerunt, non ſunt è pedibus ſuſpendendi, *Ibid. Vol.* 6. *d.* 5. *l. Oo.* 3.

21 Judæi converſi privilegia, & deficientis pœna.

22 Judæi quo modo, & quatenus recipiendi?

Quam-

23 De Judæo, qui vulgò dicitur immortalis.

Quamvis sententia mortis cunctos homines feriat, attamen varii tradunt, salvatorem nostrum, tempore passionis, privilegium de non moriendo concessisse alicui Judæorum, ut refertur in *Histor. Anglicana majori*, quod quidam Archiepiscopus Armeniæ, in Angliam veniens, interrogatus de viro illo, de quo frequens habetur inter homines sermo, quando passus est Christus Dominus per suum interpretem dixerit: bene novit Dominus meus hominem illum, & paulò ante, quam iter arriperet ad partes Occidentis, idem Joseph in Armenia comedit ad mensam Domini mei Archiepiscopi, quem multoties viderit & audiverit loquentem. Et postmodum interrogatus de rebus gestis, inter Dominum Jesum Christum, & eundem Joseph, respondit: Tempore passionis Jesu Christi, cum captus à Judæis in Prætorium adductus fuisset, ante Præsidem Pilatum, ut judicaretur ab ipso, accusantibus ipsum constanter Judæis, cum Pilatus nullam causam mortis in eo invenisset, dixit ad eos: accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate ipsum. Sed tandem invalescentibus clamoribus Judæorum, Pilatus iis dimisit Barrabam ad petitionem illorum, & tradidit iis Jesum, ut crucifigeretur, transeuntibus autem Judæis extra Prætorium, cum venisset ad ostium, Cartaphilus prætorii ostiarius & Pontii Pilati, cum per ostium exiret Jesus, pepulit eum pugno contemptibiliter post tergum, & irridens dixit: Vade Jesus citius, vade quid moraris? Et Jesus severo oculo & vultu respiciens; Ego vado, & exspectabis, donec veniam. Juxta verbum Domini, exspectat adhuc Cartaphilus ille, versatur in lacrymis, & timore Domini, metuens semper, & suspectum habens adventum Jesu Christi, in igne seculum judicaturi, ne ipsum in ultimo examine inveniat iratum, quem in passionem properantem irridens, ad dignam provocavit ultionem. Veniunt ad eum multi de remotis mundi partibus, delectantes se in ejus visione & confabulatione, quibus, si sint viri autentici, de rebus interrogatus breviter quæstiones solvit. Munera omnia sibi respuit oblata, victu moderato & vestitu contentus. In hoc semper ponit spem salutis suæ, quia ignorans deliquit, dicente Domino & orante: Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.

Aliis suspecta hæc sunt omnia, & redolere fabulam volunt, cum nulla hujus Judæi appareant vestigia, & tota Patrum ætas, hunc nesciat Judæum. Res enim magni momenti est, in toto orbe unum oberrare hominem non mortalem, cum præsertim autores diversi, qui hanc materiam describunt, sibi non constent, & de Judæo hoc immortali tot diversæ sententiæ, & tot contradictiones occurrant, ut exinde suspecta habeatur omnis relatio. Aliqui dicunt Judæum hunc Salvatorem nostrum abegisse de taberna sua, forma sive formula calcei, alii verò pugno. Numburgi illum nec stare, nec sedere potuisse, & dixisse, quod hactenus nec noctu, nec die quieverit, sed sine cibo ac potu, absque somno & quiete, miraculosè fuisse conservatum. Hamburgi & in Armenia munera sibi oblata contempsisse, nec accepisse ultra duos obulos.

Quis verò credat, Salvatorem nostrum amantissimum, qui ad miraculum usque patienter tulit sputum, colaphos, verbera, flagella, & ipsum crucis supplicium, limites suæ virtutis circa hunc Judæum reliquisse, ut commenta esse appareant, quæ de hoc Judæo passim narrantur, licet multa talia, & in variis locis de ipso spargantur. Quamvis enim *Joan. cap.* 20. *vers.* 30. dicatur: *Quod multa etiam alia ediderit signa Jesus in discipulorum suorum conspectu, quæ non sunt scripta in hoc libro, & cap.* 21. *quod si scriberentur sigillatim, quæ Jesus fecit, totus mundus capere non posset eos, qui scriberentur libros.* Exinde tamen non sequitur hujus Judæi immortalitas, licet Historici præclari de eo faciant mentionem, & multorum mentibus narratio hæc de Judæo immortali insederit, quod in medio relinquimus.

Judex.

SUMMARIA.

1. *Judex est objectus calumniis, & tot habet amicos vel inimicos, quot sententias pronuntiat.*
2. *Magnum onus esse judicandi necessitatem.*
3. *Quæ homini potissimum observanda.*
4. *De integritate & justitia in judice requisita.*
5. *De pœna corruptorum judicum & eos corrumpentium.*
6. *An & quando liceat Judici aliquid accipere remissivè.*
7. *Non ad partes, sed ad Superiorem spectare de delicto judicis cognitionem.*
8. *Pro judice esse boni viri præsumptionem.*
9. *Quam fortis esse debeat Judex? & quam graves pœnæ.*
10. *Quænam sint judici præcavenda.*
11. *Officium judicis in quo consistat.*
12. *Causæ cognitionem accuratè & diligenter faciendam esse.*
13. *Judicem ipsum teneri acta legere & non per alium id expedire.*
14. *Requiri in judice Legumperitiam.*
15. *An in æqualibus probationibus detur casus pro amico?*
16. *An liceat Judici sequi sententiam probabilem relicta probabiliore.*

17. *In Advocatis rem extra dubium esse.*
18. *Officium judicis implorare quid sit?*
19. *Judex jura negligere, & aquitatem sequi potest.*
20. *Judicem non debere in Judice informari ab Advocatis.*
21. *Sententia quæ sit nulla?*
22. *Judex secundum acta & probata tenetur judicare.*
23. *Quæ sententia fusius deducitur.*
24. *Judicis conscientia præfertur Doctorum opinionibus, sed non probatis in actis.*
25. *Privata scientia Judicis cedit deductis in actis.*
26. *Judicis arbitrium quando & quatenus habeat locum.*
27. *De Judice imperito.*
28. *Enumerantur vitia judicis imperiti.*
29. *Imperiti Judicis errores graves in criminalibus.*
30. *Facere litem suam, & teneri ad satisfactionem læso.*
31. *Quæ circumstantiæ Judicem excusant.*
32. *De dolo Judicis.*
33. *De judicibus delegatis.*
34. *Quid sit Argentangina judicialis & extrajudicialis.*
35. *Quæ sit causa movens argentanginæ.*
36. *Judex pauper, postea locuples, non debet argui de Argentangina.*

1 Judex est objectus calumniis, & tot habet amicos vel inimicos, quot sententias pronunciat.

NUllum periculosius & calumniarum aculeis magnis objectum munus est, quàm Judicis. Nihil enim ut *Carpzov. lib. 6. resp. Elect. 97. in pr.* ait, est hodie familiarius litigantibus, quàm ut vel in Collegiatorem, vel in ipsum etiam Judicem convitiando, cavillando, & maledicendo scriptis pariter atque verbis procacius & effrenatius invehantur, si nempe causa, quam sibi justissimam persuaserunt, cadant. Ut verè Consiliarius quidam in Aula Electorali Saxonica Nobilissimus dixerit, Judicem tot amicos sibi acquirere, vel inimicos, quot sententias judicando publicari fecerit: quæ Victori semper placent, ab illo laudantur, ab hoc vituperantur.

2 Magnum onus esse judicandi necessitatem.

Magnum scilicet onus est judicandi necessitas, in qua singulari virtute opus, & discretione, ut dignitas ejus sustineatur, & decus, ut serventur præscripta legum, & secundum justitiæ normam suum cuique tribuatur. Præsertim cum hodie teste *Heresbachio de repub. administr. cap. 17. pag. 299.* Actiones forenses ad metas Rabularum degenerarint rixas, quibus judicio contendentes circumducuntur. Quæ inutiles & non necessariæ Processuum ambages meritò resecandæ, & ad priscam gravitatem judicia constituenda sunt. *Herman Lather. lib. 2. c. 5. n. 24.* prout *in titul. ult. lib. præced.* ex Recessu Imperii plura ad hanc materiam sunt adducta.

3 Quæ homini potissimum observanda.

Duo scilicet nobis sunt necessaria, *conscientia* quoad nos, *Fama* quoad alios. *Can. null. caus. 12. q. 1. in pr. Finckelthaus observ. 1. n. 10.* nunquam tamen famam sustinere posset judex, nisi vel autoritas Principis, vel partis victricis deprædicatio, maledicentiam alterius retunderet, & cohiberet. Equidem judicium & justitiam Virginem esse pudicissimam, jam pridem *Plato scripsit, lib. 34. Dial. 12. de legib.* quæ nulla corruptione pecuniæ, nulla gratiæ vel timoris, affectionis vel odii passione tentanda est.

4 De integritate, & justitia in Judice requisita.

Idcirco in judice tanta requiritur integritas, & vita, ut non solum à malo, sed à suspicione mali debeat esse alienus, *Exod. cap. 18.* præsertim ut munera non accipiat, *R.H.O. tit. 1. §.* Und weilen dann. Quorum acceptatio est prævaricatio veritatis, *c. qui recte 11. q. 3. C. non licet. Eod. cap. non sane.* 14. *q.* 8. quia Judex cupidus citò vendit judicium, *c. pauper. 11. q. 3.* & Xenia & dona excæcant oculos judicum, *Eccles. 20.* Excæcant prudentes, & subvertunt verba justorum, *Exod. 24.* Hinc *Esaias cap. 5. vers. 23.* exclamat: *Væ absolventibus improbum propter munus & justitiam justi auferentibus ab eo. Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis, Deuter. 27. 26.* graviter. Deus punit vendentes pro argento justum, & pauperem pro calceamentis, *Amos cap. 2. vers. 6.* convertentes in absynthium judicium, & justitiam in terra relinquentes, *Idem cap. 5. versic. 7. 10. & 12.* uterque enim, qui absolvit improbum & condemnat justum, abominationi sunt Jehovæ. *Proverb. cap. 17. versic. 15.*

5 De pœna corruptorum judicum & eos corrumpentium.

Proinde etiam Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodosius *in l. 3. C. ad l. Jul. rep.* monet Judices, & cognitores omnes, ut à pecuniis atque muneribus manus abstineant, nec alienum jurgium suam putent esse prædam. Constantius imperator *in L. final. C. de pœn. Jud. male judic.* eum qui pretio aut gratia perperam judicaverit, in æstimationem sumptusque litis cum infamia condemnandum statuit. Diocletianus verò & Maximinus Imperatores *in L. venales, 2. c. quando provocare non est necesse.* Venales sententias, quæ à corruptis judicibus proferuntur, etiam citra provocationis auxilium ipso jure infirmas esse sanciverunt: ut etiamsi arbiter Compromissarius per sordes aut dolum, aut evidentem gratiam dedit sententiam, per exceptionem ejus impeditur executio, & compromissi pœna evitetur. *lib. 3. C. de arbitr. l. ita demum 46. §. final. ff. eod.* & plura egregie in hunc sensum deducta videri possunt apud *Gregor. Tholosan. Syntagm. lib. 36. cap. 28. per tot.*

6 An & quando liceat judici aliquid accipere; resmissive.

Nec licet judici vendere justum etiam judicium *l. 2. §. fin. ff. de condict. ob turpem caus. l. 10. C. de accus.* cum Judex aliquid accipiens, ut bene pronunciet, turpiter tamen faciat *cap. 66. qui recte 11. q. 3.* sicut & qui dedit, *C. non sanè 14. q. 5.* etsi liceat Advocato vendere justum patrocinium, & Juriconsulto rectum consilium, *caus. 11. q. 3. c. 17. Grav. part. 1. pract. conclus. per tot.* Imò ne quidem Judici sub eo prætextu licet accipere, ut acceleret judicium, quia

cum hoc ad officium ejus pertinet, *l. properandum. C. de judiciis.* Turpiter accipit ob eam causam, quam gratis præstare tenetur, inprimis verò Judicibus & Consiliariis conveniens & liberale est constituendum salarium, prout suprà fusè monitum, *verb. Consilia, Consiliarius, fol.* 612. *n.* 12. & in *Jurisprudent. nostrâ, lib.* 2. *t.* 4. *n.* 29. Sic enim argentāgina à Judicibus removebitur. Insuper etiam ipsi litigatores, qui Judices vel corruperunt, vel corrumpere tentarunt, certis subjiciuntur pœnis; nam Antonius Imperator in *l.* 1. *C. de pœn. Jud. male judic.* dispendio actionis punit eum, qui diffidentia justæ causæ in pecuniæ corruptelâ spem negotii posuit, & pecuniam ejus rei gratia vel adversario, vel Judici dedit. Et Ulpianus *in l.* 2. *&* 3. *ff. de condict. ob turp. caus.* respondit; crimen etiam contrahi, si quis det, ut in bona causa secundum se judicetur, eò quod talis judicem corrumpere videatur, & ideo litem perdere debeat. Quæ autem judici munera acceptare, & quando permissum, si præsertim causâ finitâ, sine prævio facto vel promissione spontè & liberaliter offeruntur, videri potest *Mins. cent.* 2. *observ.* 75. *per tot. Menoch. de arbitr. Jud. quæst. cap.* 343. *Alvar. de Velasco de jud. perfect. rubr.* 9. *annot.* 7. *n.* 9. *& annot.* 10. *Card. Lugo de justit. & jur. disput.* 37. *sect.* 9. *per tot.*

7 Non ad partes, sed ad superiorem spectare de judicis delicto cognitionem

Atque profectò non ad litigantium calumnias, sed ad Superiorem & Principem spectat ista cognitio, si Judex limites justitiæ seu imperitiâ seu corruptione motus transilierit: Si enim cujusque maledicentia sufficeret, quis innocens esset? quid verò Judici iniquè judicanti metuendum sit, extra Divinam Nemesin, quæ gravissimè injustitias ulciscitur, insuper statutum est, in *O. C. p.* 3. *t.* 53. *per tot.* & præsertim §. *fin.* nec non in *R. I. anno* 1654. §. 109.

8 Pro Judice esse boni viri præsumptionem.

Aliàs pro Judice stat præsumptio, quod sit vir bonus & honestus, ab ipsa bonitate taliter appellatus, *l. continuus,* 137. §. *cum ita.* 7. *ff. de V. O. l. vir bonus, ff. de judic. solv. l. pen. ult. ff. de procurat.* Quippe cum Judex à justitia nomen habeat, qui secundum conscientiam, & præscripta legum, omnes suas dirigat actiones, ut contrarium asserenti demonstratio incumbat. Præsumitur enim Judex puras Deo, Principi, & Legi servare manus. Qui non excandescit adversùs eos, quos malos putat, nec precibus calamitosorum illacrymatur, *l.* 19. §. 1. *ff. off. Præsid.* qui semper recogitat, litigatores sub hominibus, Judices autem, Deo inspectore, causas proferre trutinando, *l.* 14. *ante fin. vers. sic etenim. C. de Jud.* Itaque judex talis esse præsumitur, qualis esse debet, donec probetur contrarium: quem scilicet timor Dei impellit, & præservat à timoribus humanis. Hinc qui sentit se pectus minus armatum gerere, deberet judicis munus, etiam ultrò oblatum, recusare, multò minus ambire, juxta monitum Sapientis, *Eccles. cap.* 7. *vers.* 6. *Noli quærere fieri Judex, nisi valeas virtute perrumpere iniquitates, ut fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.* Quid enim si major vis accesserit, si Principis urgeant imperia, si Potentum & Magnatum terreat respectus, si munerum splendor animum judicis oppugnet? si ad rem injustam & innocentis oppressionem, in Nabothi alicujus vineam & sanguinem, variis istis mediis Judex impellatur? Timore Domini imbutus cogitabit Achabi cædem & Jezabelis canes! Si Princeps minas, ferrum, flammas addat? Judex plenus timore Domini, intuebitur fornacem Babylonicam, lacum Leonum, Eleazarum, Machabæos. Dei enim partes ubivis debent esse potiores, illius minæ pœnæque magis extimescendæ. Cum judicibus enim accuratissimas severissimasque inibit rationes justus & supremus Judex Deus: *qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri Regni illius, non rectè judicastis, nec custodiistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis: Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet, Sapient.* 6. *vers.* 5. *&* 6. uti prudenter deducit *R. P. Grobendonck. de ort. & progress. Spirit. Polit. lib.* 10. *c.* 28. *per tot.* Hinc Judices animo revolvere debent, de judiciis suis Dei exspectanda esse judicia. Ego, inquit ipse apud Psalmistam, *Psalm.* 74. *vers.* 3. *Justitias judicabo*; & apud *Ezechiel. c.* 7. *vers.* 27. *secundum judicia eorum judicabo eos.*

9 Quàm fortis Judex esse debeat? & quàm graves ejus pœnæ.

10 Quænam sint judici præcavenda.

Hinc præcavenda judici est *personarum acceptio, munerumque cupiditas,* ne subtili aliqua legum interpretatione prætextus quærat, in favorem potentum aut divitum pronunciare: Liber debet esse animus Judicis ab inordinatis passionibus, ut suo rectè fungatur officio. Nam ut D. Isidorus ait: *Judicium humanum pervertitur timore, cupiditate, amore, odio*; quæ sunt quatuor Principes passiones, quibus hominum animi concutiuntur. Hinc Diocles, cum esset à Medis vocatus ad controversiam quandam dijudicandam, voluit tutam sibi arcem construi, addique custodes, ut sine metu judicare posset, *Herodot. l.* 1. Quemadmodum enim violentiæ metus à foro excusat clientes, ita Judices à judicando, alioquin judicium illorum non poterit liberum censeri, & vim sententiæ nancisci. *Cupiditas* verò, cujuscunque tandem rei sit aviditas, ita mentis oculos perstringit, ut judicii veritatem non concernant. *Odium* Judicum animos exulcerat, ut dum malè alicui volunt, rectè pro illo judicare non possint, cum malevolentia eos à veritatis consideratione abducat. Idem de *Amore* dicendum, qui, secundum *Euseb. Strom. lib.* 8. *cap.* 14. *Bonus & nimium indulgens etiam pravarum rerum est interpres,* ut proinde Judex à foro toties abstinere debeat, quoties in eo judicandi sunt ipsius *consanguinei,* propinquo, aut alio quovis vinculo necessitudinis constricti: Unica verò tribunalis Lex sit justitia, & respectus ad Deum. Sic evanescent calumniæ, cessabuntque querelæ, quibus aliàs judices exponuntur, cum

super

super injuria conqueri non possit quem non tam Judex, quam lex ipsa condemnabit.

11 Officium Judicis in quo consistat. Quod si itaque causæ in Judicio proponuntur, ad judicis officium pertinet cognoscere & judicare: Causæ cognitio in hoc consistit, ut Judex Veritatem negotii examinet, deinde & justitiam, quorum alterum ad factum refertur, alterum ad jus, *l. 5. ff. de in integr. rest.* Causa verò cognoscenda est accuratè, non perfunctoriè aut summariter, sed adhibita plena & justa inquisitione, juris & facti, ut nihil eorum, qua ad intentionem actoris, & defensionem rei pertinentia afferuntur, quodque judicii natura non repudiat, prætermittat Judex, quin audiat, cognoscatque, *l. 11. C. de Judic.*

12 Causæ cognitionem accuratè & diligenter faciendam esse. Nam cum hodie res judiciaria tot legibus, sanctionibus pragmaticis, Novellis, Constitutionibus Provincialibus, & municipalibus sit onerata; tot commentariis, glossis, notis, subtilibus interpretationibus impedita, styli variatione perplexa, Advocatorum, & Procuratorum argutiis, exceptionibus, provocationibus, subterfugiis perturbata, ut Judex nisi singulari diligentia ad omnia illa attendat, facilè in perplexitates, & vix explicabiles labyrinthos sit involvendus: hinc in *ordin. Consil. Imper. Aulic. tit.* 4. §. statutum est: Es sollen auch die anvertraute Sachen Pflicht/ und Eyd nach/ alles selbsten gantz und mit solchem Fleiß lesen/ daß sie einer jeden Parthey billiches Recht/ und derselben Behelff/ getreulich und vollkommentlich zu referiren

13 Judicem ipsum teneri acta legere, & non per alium id expedire. wissen/ und so wenig von den andern Räthen/ als künfftig von der Parthey selbsten/ aus den Actis mögen überzeuget werden/ daß sie einer Parthey etwas Nothwendiges zu referiren vergessen/ übersehen/ oder fürsetzlich ausgelassen haben. Prodeunt enim in dies novi Juris Consulti, & sententias suas, ut communes, tot auctoribus astruunt, ut numero lectores terreant; insurgunt alii & contrarias nominum integro exercitu firmant; alii etiam communes se dicunt adferre contrà communes, &, prioribus derogatis, suas volunt esse communes; Imò singuli pro se eosdem ex tàm pugnantibus, mutuoque se interimentibus scriptoribus producunt. Quid hic agat Judex, nisi

14 Requiri in Judice legum peritiam. magnam habeat legum peritiam, tùm communium, tùm propriarum, civilium, municipalium, publicarum, receptorumque morum & consuetudinum, quia secundum leges sententiam, ferre debet. Quarum si rudis sit, similis erit Medico medicinæ ignaro, qui ægroto, quem curandum suscepit, necem adfert. Magnâ itaque diligentiâ, doctrinâque, opus est, ut quod lex generatim statuit, & multis scriptorum subtilitatibus involvitur, Judices singularibus causis, quæ agitari in tribunalibus solent, possint applicare, & generales legum sanctiones quæ privatum aliquod factum, in judicio discussum circumstant, noverint accommodare? nam cùm litibus civium potentia diminuatur, odia & dissensiones alantur, proindè summâ diligentiâ providere Judices debent, ne Respublica legibus fundata litibus evertatur.

Quid verò, si judicio offeratur casus, per argumenta æqualia, ab utraque parte tam dubius, ut se ad aliquam partem determinare facilè non possit, an in his circumstantiis dabitur *casus pro amico*, ut Judex gratificari possit, parti cui velit? E- quidem *Thesaur. decis.* 206, tales casus pro diabolo appellat. *vid. Herm. in not. ad Wesenb. de just. & jur. n.* 10. *Hippol. à Collib. in suo princip. addit. ad c.* 4. *lit. K. fol.* 105. quare alii rem sorte dirimendam quæ tamen sæpius cadit in partem deteriorem; Alii inter partes dividendam, cum *Menoch. de retin. poss. remed.* 3. *num.* 775. *Zoes. ff. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 32. per *text. in l.* 41. *de hæred. instit.* alii *arg. l.* 84. §. *fin. de legat.* 1. partes ad transactionem cogendas esse existimant. 15 An in æqualibus probationibus detur casus pro amico?

Ast quia per divisionem rei alter, cui res integra debetur, ejus parte defraudatur, neque Judex datus est, ut partes invitas ad transactionem compellat, sed potius, ut judicet, prout ipsi religio suggerit, *l.* 79. *de Jud.* Sententia enim, & litis decisio ab ipso requiritur, ut eâ de causâ à judicio abstinere nequeat, nisi collegas habeat, ut in casu *l.* 56. *ff. de re jud.* Hinc in quæstione juris dubii & paribus interpretum opinionibus utrinque agitati, si partes transigere nolint, & judicandum sit judici, non dubito dari casum pro amico; & Judicem, salvâ conscientiâ, ad alterutram opinionem se determinare, & eam se sequi posse, cum *Valentiâ, Seyro, & aliis.* Cum ex vi officii sui & justitiæ, hoc in casu non teneatur magis uni, quam alteri, favorabilis judicii bonum applicare; si enim paria sint rationum pondera, utramlibet sequi posse judicem, *Panorm.* tradit, *in c.* 1. *de constit. num.* 15. quia quamlibet sequendo prudenter operatur, *D. Tabarel. de fatis. de judic. c.* 5. *t.* 17. *num.* 2. *& c.* 6. *t.* 3. *num.* 47. ubi quærit, an judex peccet, si aliquid accipiat, ut hanc potiùs, quam aliam sententiam sequatur. Neque hic est respectus personarum, qui impedit justitiam, qualis tantùm improbatur in *l.* 13. *ff. ad Trebell.* Nec alteri infertur injuria, si quæstio secundum hunc determinetur; nam Judex hic judicat secundum veritatem judicialem, & credit hunc hominem habere jus: ergò potest pro illo judicare cum illâ æquali probabilitate, *Card. Lugo disp.* 37. *sect.* 10. *num.* 115. Stante enim æquali probabilitate circà jus utriusque partis, potius est, ut judex se exponat periculo aberrandi à vero, adjudicando uni, cui voluerit solidum, quàm ut certam, & evidentem injustitiam committat, privando verum Dominum re suâ ex dimidia parte: Judex enim ex officio tenetur in veritatem inquirere, & pro eâ sententiam ferre, quod non faceret, si pro utroque pronuntiaret, illisque bona, in quæ jus habent æquè probabile, divideret: cum secundum veritatem totius rei dominium sit tantùm penes alterum. Cedit enim jus apparens, quod utri-

que æquale esse videtur, juri reali, quod secundum rei veritatem penes unum est, nec potest licitè eligi jus apparens, nisi cum de jure reali evidenter non constat, cum tamen hic supponatur jus reale alteri parti indeterminatè sumptæ, ex integro, & non tantùm ex parte competere: Et hanc sententiam defendunt *Sanchez, Sotus, Valentia, Manuel, Ledesma, Vasquez, & Azor. de Judiciis ambiguis:* in quibus judices non habebant, quod dicerent, tractat *Greg. Tholos. Syntagm. lib. 36. c. 24. nu. 27. Valer. Max. lib. 8. c. 1.* scribit: Apud M. Popilium Lenatem Prætorem, quandam, quod Matrem fuste percussam interemisset, causam dixisse, de quâ neutram in partem sententiæ latæ sint, quia abundè constiterit, eam veneno necatorum liberorum dolore commotam, quos avia filiæ infensa sustulerat, parricidium ultam esse parricidio, quorum alterum ultione dignum, alterum absolutione non dignum judicatum est; Sic *idem*, nec non *Gellius lib. 12. c. 7.* refert, quod cum mater filias Smyrnæ virum & filium occidisset, eo quod ille hujus optimum juvenem intermisset, ex alio viro genitum delatâ ad Proconsulem Asiæ Dolabellam quæstione, hæsitans Dolabella, quid inter ultionem & scelus statui oporteret, rem delatam ad se rejicit Athenas ad Areopagi cognitionem, sed Areopagitæ quoquè non minùs sapienter, quam Dolabella mansuetè inspectâ causâ, & accusatorem & reum post centum annos citaverunt; differendo damnandi atque absolvendi inexplicabilem cunctationem tegentes.

16 *An liceat Judici sequi sententiam probabilem relicta probabiliore?*

Major difficultas est, *quando Judex alteram opinionem judicat esse probabilem, an liceat sequi minus probabilem?* Quod quidam admittunt, cum nec temerè nec imprudenter agat, utpote ratione probabili ductus. Melior tamen est sententia contraria, quod Judicis sit causam dirimere, prout magis consentaneum ei videtur, & unicuique jus suum reddere, secundum merita causæ, quæ potiora videntur pro illa parte, quæ majorem probabilitatem habet, nisi opinio minus probabilis sit in praxi recepta, *Zoes. ff. de jud. num. 34.* Nam à sententia communi, nisi ei sit contrarius textus & evidens ratio, non facile discedendum, *Zas. ad l. 23. ff. de ll.* sententiæ communes plerumque in praxi sunt receptæ, *Brunnem. ad ff. tit. de Leg. l. 23. num. 2.* ubi monet, juventutum quoque in Academiis ad practicas sententias deducendam esse, ne in Justitiis dediscere modo debeant privatas opiniones, quas in Academiis audiverunt,

17 *In Advocatis rem extra dubium esse.*

& *Advocatus* autem sententiam minus probabilem sine dubio sequi potest, quia nihil auffert alteri, sed tantum fundamenta juris & facti suo Clienti faventia Judici proponit: Sic tamen id ei licet, ut clienti veritatem juris causæ suæ aperiat, nec certius illi promittat sententiam, quam debet. Pessimè enim illi agunt, qui semper lites & actiones suadent, magnisque scripturarum voluminibus & longa verborum farragine miseris Clientibus victoriam pollicentes eos improbè circumducunt, saltem ut loculos eorum emungant, licet prævideant injustitiam causæ, de quibus *Carpzov. p. 1. Const. 15. per tot.*

Officium porrò Judicis non solum denotat ea, quæ Judici facienda incumbunt, sed etiam quatenus differt ab actione, & vel ea deficiente, vel etiam in subsidium, *officium Judicis* implorari dicitur. Hinc in fine supplicationum ferè omnium adjici solet clausula: *cum humili imploratione nobilis officii Judicis*, quia ex eo, præter morem judiciorum ordinarium atque usitatum, sine solennibus & strepitu Judicii, causæ expediuntur & disceptantur. *Vinn. Inst. lib. 4. tit. 6.* §. 1. *num. 6.* adeoque officium Judicis cum omnibus actionibus concurrit, & æquitate quadam strictam formularum sententiam, inflectit. Pinguius enim est officium Judicis, tum propter æquitatem, quæ in illo exuberat, tùm propter æquitatem, quæ in illo elucet, tum propter celeriorem expeditionem; ut deducit ex *Jasone* & aliis *Rutger. Ruland. de Commiss. lib. 2. C. 4. nu. 18. & seqq.* Summarie enim proceditur, quando agitur ex officio judicis, & illud imploratur, *Carpzov. de Process. tit. 1. art. 1. num. 50.* quod præsertim de *officio nobili judicis* procedit. Aliud enim etiam judicis officium est subsidiarium, quod institutæ actioni accedit, cujus vi Judex potest judicare super eo, quod rei principaliter petitæ succedit, *C. Constitutus, X. de relig. dom. l. quintus. 7. in fin. ff. de alim. leg.* Dicimus etiam officio Judicis nobili nullam obligationem inesse, *l. qui collusionem 49. §. fin. ff. de act. empt.* & à legibus, municipalibusve Statutis, ab omni actione exclusum, à postulatione tamen officii Judicis non excludi, *L. plane. 38. & l. fin. ff. de act. empt. Klock. relat. Cameral. 3. n. 91. & seqq.* Quæ tamen omnia sic intelligenda sunt, ut officium Judicis actori quidem subveniat, sed ita, si ipse fundamentum suæ actionis probaverit, quia secus ex hac imploratione nulla poterit utilitas ad actionem redire. 18 *Officium judicis implorare quid sit?*

Præterea Judex in omni re debet *æquitatis magis quam stricti juris* habere rationem, *L. placuit, 8. C. de Jud. l. benignius. 18. ff. de legib.* Nam, ut *Cicero pro Cæcin.* ait: *Scriptum sequi calumniatoris est: boni Judicis Scriptoris voluntatem, autoritatemque defendere.* Quod præsertim procedit, quando rigor juris est generalis, tunc enim ab eo recedere licet Judici ob circumstantias, quæ variant casum, & efficiunt, ut is generali lege omissus videatur: Ita lex jubet, ut deponenti reddatur gladius, si tamen ille factus sit interim furiosus, æquitas dissuadet. Lex vult latroni spolia deponenti ea restitui, æquitas jubet ut potius Domino reddantur, *l. 31. ff. depos. Zoes. ff. de jud. num. 38.* Si verò rigor est in casu singulari expressus, tunc solius Principis est mitigare rigorem, *l. 1. C. de ll.* nec Judex potest, prætextu æquitatis, à verbis legis recedere, quia lex licet dura, tamen ita scripta est, *l. prospexit. 12.* 19 *Judex jura negligere & æquitatem sequi potest.*

qui

qui & à quib. man. & sententia contra rigorem juris lata non valet, *l.* 19. *de appell.* Atque interest Reipublicæ, legibus esse astricta Magistratuum judicia, neque iis, nisi ex ipsis legibus interpretandi potestatem permitti: Aliàs enim nunquam non judex æquitatem sibi fingeret, & leges impunè violaret: *Heig.p.*2.*q.*22.*n.*16. Hinc *Bald. in l.* 2. *circa fin. C. de sentent. ex brev. recit. Sicuti*, inquit, *medicus debet mederi secundum Canones artis, ita Judex secundum leges, nec eum excusat inanis conscientia, quia injuriam facit legibus, quibus meliorem se vult videri. Nov.*82. §.2. Utcunque verò *supremis Tribunalibus* laxior sit æquitatis tribuendæ potestas, quæ vice Principis judicare censentur: quare etiam jurant se facturos, quod æquius & melius visum fuerit, *Auth. hodie, C. de jud.* Tamen etiam inferiores Judices ex æquo & bono judicare non prohibentur, *Zoes.ff. de Jud. n.*46.

20 Judicem non debere in jure informari ab Advocatis.

Neque opus est, ut Advocati Judicem in jure informent, & demonstrent, ex corpore juris & Glossa, & Interpretibus, quid de jure sit judicandum: Hoc enim ridiculum & inconveniens esset, non secus ac si ægrotus medico curam præscribere vellet, ex *Galeno* aut *Hippocrate*, *Carpzov.p.* 1. *c.* 1. *d.*4. *n.*6. Nam Judex ista scire debet, & supplere, *l.* 11. *C. ut quæ desunt Advoc. part. jud. suppleat.* Aliàs judicandi munere indignus est, & testimonia Authorum nil probant, ubi decisio ex legibus & rationibus requiritur, sed tantum bonam opinionem conciliant, *Johan. à Felden in not. ad Grot. in prolegom.* Planè, citra allegationum plaustra, unum alterumve autorem vel legem, in terminis allegare, Advocatis non est interdicendum, per *l. si quis obrepserit, ad L. Cornel. de Fals.* *Carpzov. d. L. R.* **A.** *anno* 54. §. **Zu dermahliger.** 99.

21 Sententia quæ sit nulla?

Sententia contra formam juris lata, nullius est momenti: veluti, quæ causa non cognitâ, aut non publicè & palam, ac more majorum, aut non præsentibus iis, inter quas res agitur, *dict. tit. C. quem. & quan. jud.* vel quæ scripto recitata non est, *C. ne sent. ex brevic. rec.* quæ tamen hodie ita non observantur, neque sententiæ palam aut præsentibus partibus recitantur, sed victor latam sententiam victo insinuari curat, pro cujusque judicii observantia. Item nulla est sententia, quæ absolutionem aut condemnationem non continet, *l.* 3. *C. de sent. & interloc.* qua sine certa quantitate prolata, *t. t. C. de sent. quæ sine cert. quant.* quæ lata est contra rem judicatam, à qua provocatum non est, *l.* 1. *quand. provoc. non est nec.* quæ expressè contra leges, Senatus consulta aut Constitutiones data, *L. si express.* 19. *de appell. l.* 1. §. 2. *quæ sent. appell. l.* 2. *C. quand. prov. non est necess.* & si quæ sunt similes. Cumque hujusmodi sententiæ autoritatem judicati non habeant, etiam sine appellatione causa denuò induci potest, *dd. ll.* Sed quid si horum nihil objici possit, & tamen *sententia injusta* dicatur? placet sententiam valere, & standum esse rei judicatæ, si appellatum non erit, aut non intra tempora ad appellandum constituta, *L. præses* 27. *L. cum Prolatis.* 32. *de re jud. d. l.* 2. *C. quand. prov. non est necess.* usque adeò ut nec rescriptum Principis contra sententiam recipiatur, *L. ult. C. sent. resc.* Verùm hoc ita est, si nihil amplius proponatur, quam sententiam in hypothesi injustam esse, quia de jure litigatoris Judex pronuncians eum condemnavit, quem absolvere debebat, aut contra. Ut ecce Actor centum nomine sortis, & 20. usurarum nomine petit: reus negat, usuras usurarum nomine à se peti posse ex Constitutionibus: Judex reum in eam quantitatem, quæ petita est, condemnat, existimans, eas constitutiones nihil ad rem facere. Quamvis id imperitè & injustè faciat, rei tamen judicatæ standum esse responsum est, *d. l. præses. junct. d. l. cum probatis, de re jud.* Aliud est, si pronunciasset, *usuras usurarum* peti posse: tunc enim una cum reo simul ipsas constitutiones damnaret, qualis sententia est ipso jure nulla, *l.* 19. *de appell. l.* 1. §. 2. *quæ sent. sine appell. l.* 2. *C. quan. provoc. non est.* puto tamen hodie indistinctè appellandum, etiam cum sententia est nulla, & quidem taliter, ut appellatio intra decendium fieri debeat, nisi nullitas ex parte judicis aut litigatoris sit insanabilis, quo casu appellatio adhuc intra 30. dies interponi potest. *R. I. de Anno* 54. §. **Beyden jenigen.** 116. *Christin. vol.*4. *decis.* 117.

Judex porrò in judicando sequi debet *acta & probata*, posthabitâ suâ privatâ conscientiâ, *Cujac. lib.* 12. *obs. c.* 19. *Covarruv. l. c. n.* 6. nam quoad publicam suam conscientiam, res aliter se habet; non omittendum tamen, Judicis conscientiam reflecti vel ad jus, vel ad factum: potest enim judex, etsi de facto ex actis constet, sæpius in perplexo juris articulo dubitare, & conscientiâ suâ hanc vel illam sententiam, ut justiorem & æquiorem præferre, ut in casu *l.* 88. *pr. ff. ad L. Falcid. & L. Divi. de Jur. patron.* vel etiam scrupulum conscientiæ habere propter factum aliter in actis probatum, & aliter ipsi privatim notum: in priori specie judex tenetur sequi conscientiam, hoc enim est conveniens juramento, de quo *Nov.* 8. *tit.*3. *Auth. hodie in pr. C. de jud.* disponitur. Quod si tamen juris sententia per se clara sit, & Judex tantum conscientia sua putet jus nimis rigorosum ac durum, minimè poterit deflectere à tramite legis, & sequi conscientiæ privatæ placita, hoc enim utrique juri repugnat. *Can. judicet.*3. *q.*7. *Princ. Inst. de off. jud. L. prospexit*, §. 1. *ff. qui & à quib. man. l. si expressum, ff. de appell.* Proinde pessimi exempli est, hodie pro usu Tribunalium *solas decisiones*, non leges & rationes attendi, & graviter errant omnes illi, qui *d. nov.*8. *& d. auth. hodie.* intelligunt de judicis arbitrio absoluto, quasi concessum sit Magistratibus, posthabitâ omni legum observantiâ, judicare, cum potius intelligi debeat arbitrium juri consentaneum, non ex æquitate cerebrina desumptum, ut pulchrè expressit 22 Judex secundum acta & probata tenetur judicare.

Ord. Cam. part. 3. *tit.* 53. §. **und sollen.** ubi jubet revisores Cameralium sententiarum judicare juxta conscientiam legitimam, uti verba habent, **nicht aus ihren eigenen Gesuchten/ sondern aus in Rechten informirtem Gewissen.**

23 Quæ sententia fusius deducitur.

Quia autem judex in judicando sequi jubetur fidem rerum judicatarum. *l.* 6. §. 1. *de offic. præs.* plerique censuerunt, etiamsi liquido judici privatim constet, falsitate aliqua, vel testium, vel instrumentorum bonam causam lædi, tamen secundum acta & probata, ut loquuntur, eum judicare debere, non secundum privatam scientiam, adeoque in foro animæ excusatum esse, qui secundum probata eum, quem aliàs scit esse innocentem, condemnat, *per c. pastoralis.* §. *quia verò, de offic. & potest. judic. & delegat.* ubi Pontifex ait: Judicem ordinarium debere exequi sententiam delegati, etiamsi sciat esse injustam, quia Judices, ut publicæ personæ, uti debent publicâ informatione & scientiâ, fidemque adhibere his tenentur, quæ sibi, ut judicibus, nota sunt, non his, quæ nôrunt, ut privati; quæ sententia communis est, eamque tenet S. Thomas cum Theologis, Canonistis, & Jurisconsultis communiter, teste *Christin. vol.* 2. *decis.* 148. *Speidel. in observ. verb.* **Richterlicher Entscheid.** *Cardin. Lugo disput.* 37. *sect.* 4. *n.* 42. ubi tamen monet, judicem teneri omnia media tentare, ad reum liberandum, excogitando causas ad repellendam accusationem, maximâ dexteritate examinando testes, circa loci & temporis circumstantias, ut exemplo Danielis eos inveniat dissidentes. Imò si sine scandalo fieri possit, dissimulare in carceris custodiâ, ita ut innocens fugere possit, & eodem loco recenset sententiam mediam eorum, qui de causis criminalibus, in quibus agitur de pœna vitæ, & mutilationis: & causis civilibus, ubi agitur de pœna pecuniaria exilii aut privationis officii, distinguunt, quia Respublica, licet non habeat dominium super vitam & membra subditorum, tamen habeat illud supra alia bona, ut adveniente justa causa propter bonum commune, videatur judici dedisse hanc potestatem, & ad eum finem, ut secundum leges & probationes judicetur, ne contemnatur ordo judicialis, cujus observatio summopere conducit ad pacem & quietem Reipublicæ. Hanc tamen sententiam postponit priori tanquam communissimæ & probabilissimæ, *n.* 43. & addit *n.* 48. quod eadem ratio habeat locum in carnifice & aliis Ministris, qui exequuntur sententiam, quod nimirum possit illam exequi contra reum, quem aliundè sciunt esse innocentem: sed tamen juxta allegata legitimè condemnatum, nisi sententia intolerabilem contineat errorem, & sic manifestè iniqua, veluti quando carnifices ex peccato judicis occidebant martyres, quæ executio adeò erat contra bonum publicum Religionis, ut non posset præponderare utilitas publica obedientiæ, & subordinationis debitæ suis Superioribus, illi gravissimo malo contra Religionem.

Hinc concludit *Vinn. Instit. lib.* 4. *tit.* 17. *de offic. Jud. n.* 5. Judicem ex actis & probatis judicare quidem debere, ut tamen nunquam judicet contra conscientiam; etenim jubetur Judex judicare secundum ea, quæ probantur. At qui hoc facit, non potest non judicare, secundum conscientiam. Quippe probare Latinis est, fidem facere; cui autem fides facienda, nisi Judici? huic enim eorum, quæ allegantur, examen demandatum est, & ita demandatum, ut ex animi sui sententia æstimare debeat, quid aut credat, aut parum probatum opinetur, *l.* 3. *de testib.* & prout Religio suggerit, sententiam proferat, *l.* 79. §. 1. *de jud.* Imò verò, si ea, quæ allegantur, pugnant cum scientia Judicis, fidem judici facere non poterunt, cum falsa sunt, & Judex Religione, metuque justissimi numinis prohibetur secundum ea judicare; Una enim & simplex est veritas: ac proinde dividi conscientiâ, & scientiâ Judicis in publicam & privatam non debet, ex quibus concludit *Vinn. d. loc.* ut judex ex conscientia pronuntiet, veritatemque asserat spretis testimoniis, quamvis ea falsa esse ille solus sciat, maximè si Judex talis sit, à quo nulla datur provocatio, nec aliud veritati, nisi in illius fide, est præsidium. Si verò judex est, à quo provocari potest, causam apud superiorem, quantum in se est, adjuvet, quod etiam admonet. *Card. Lug. dict. loc. n.* 41. Et *Speidel. dict. loc.* ait: Si Judex dubitet, ei non licere publicâ autoritate contra conscientiam judicare, tutius facturum, si alium judicem substituat, aut deleget, ne judicii fiat reus. Ex quibus omnibus constat rarissimè posse contingere, quod judex non possit liberare reum, quem novit innocentem, si tamen contingat casus, & teneatur judicare ex sententia supra relata, secundum acta & probata judicare poterit. Ne temerè publica testimoniorum spernatur authoritas, & fenestra aperiatur pravis hominibus passim gratificandi, cui velint, obtentuque ac colore scientiæ aut conscientiæ id ipsum excusandi & defendendi.

24 Judicis conscientia præfertur Doctorum opinionibus, sed non probatis in actis.

Cum omnes casus legibus comprehendere non possint, ut dicit *Arist.* 3. *Polit. c.* 16. Judex in casu præter legem, circa Doctorum opiniones, tenetur sequi conscientiam contra communes opiniones, *per d. Auth. hodie, & d. Nov.* 8. ubi, quod *Judici æquius justiusve visum, sequi jubetur,* præsertim etiam si Judex in conscientia sua foveat opinionem revera æquiorem, eamque in judicando attendat contra communem, & tunc eum rectissimè facere probat *Ulpian. in l. quod dicitur.* §. 2. *ff. de impens. in rem dot. fact.* & ipse *Justinian. Imp.* adstipulatur *de concept. Dig.* §. 6. Excepto casu, si forsan contraria opinio usu sit recepta, qui usus valet in vim legis, *arg. L. de quib.* §. 1. Si Judex sciat in causis civilibus, aliter se quid habere, quàm in judicio deductum fuerit, v. g. testamentum factum est, quod non reperitur,

ritur, judex non poterit pro herede testamentario pronunciare ex privata conscientia, etsi in testamento sit adhibitus testis, idemque in contractibus & aliis. Et quando judicis conscientia directè adversatur probationi, V. G. si testes dicunt, se non interfuisse actui, de quo quæritur, judex autem scit, eosdem interfuisse, adhuc tamen
25 Privata scientia Judicis cedit deductis in actis. hisce terminis judicem debere judicare secundum acta & probata, nam quæ privatim scit in foro externo proinde habentur ac si non sciret, quia in actis deducta non sunt, *arg. à contrario sensu ex l. 1. C. de ord. jud. & C. cum super. 4. extra de caus. poss. & propr.* usque adeò, ut si judici extra judicium aliquis confessus fuerit delictum, nequaquam hunc possit condemnare, nisi de debito ex actis constet, *C. cum dilectus x. de fid. Inst.*

Circa productionem *instrumentorum* simile quid occurrit; nam si etiam judici extra judicium ostensa fuerint, nec tamen judicialiter reproducta, haud quaquam probant, ut rectè sentiunt *Feder. de sent. in cons. 160. num. 2. Felin. in C. 1. n. 28. x. de probat.* cujus rei praxin cernere quoque licet ex *R. J. noviss.* §. Beneben bleibt. ubi documenta, extrajudicialiter in Camera producta, postmodum debent reproduci cum processibus, scil. ad effectum ut probent, quod & dicendum, si judicialiter, sed post terminum producantur instrumenta. In *Criminalibus causis* Judex etiam aliter quam ex actis & probatis judicare nequit, neque quà judex peccat, sive privata scientia innocentem condemnando, sive nocentem absolvendo, cum, ex dictis, privata scientia in munere judiciario haud sit consideranda, sed rectè facit, pro judice se testem offerendo, pro ut benè monet *Zoes. in Comment. ff. de jud. num. 50. & seqq.* Judex item ad judicandum coactus, minime judicis officio fungi, sed illud potius resignare debet, cum non magis tali specie verè quis cogi possit, quàm ad committendum adulterium vel homicidium, *Textor Disput. Acad. disput. 15.*

Cum proinde ob summam, quæ rebus humanis inest diversitatem, magna parvaque omnia lege comprehendere impossibile sit, teste *Juliano l. 10. & 12. ff. de ll.* necesse est, ea, quæ sub *certa regula claudi non possunt*, prudenti *Judicis arbitrio* relinqui, arbitrari autem idem est, quod statuere vel judicare; unde etiam Arbitrium quandoque sumitur pro sententia judicis compromissarii, ut passim in *tit. ff. & C. de rec. arb.* quæ multum differt ab arbitramento, seu sententia arbitratoris; quippe qui, tanquam amicabilis compositor, nullo prorsus servato juris ordine, inter partes aliquid decidit: cum è contrario arbiter, judicis partes in se suscipiat, finemque se sua sententiâ controversiis impositurum polliceatur, *l. 13. §. 2. ff. de recept. arb.* Permissum insuper est partibus Litigantibus, sententiam arbitratoris, si ita visum fuerit, impugnare ad arbitrium boni viri, *per l. 76. ff. pro soc.* Cum tamen judicis compromissarii decisioni, æqua sive iniqua fuerit, sit obtemperandum, *l. 27. §. 2. ff. de recept. arb.* nisi quis pœnam in stipulatum deductam committere velit, sub qua regulariter compromitti solet, *Nov. 82. c. 11.* ibi: *omninò qui judicem aut Judices eligunt, cum pœna eligunt eos.*

Hoc loco *arbitrium judicis* dicitur facultas decidendi judici permissa, in casibus lege vel consuetudine non determinatis, *l. 1. & 2. ff. de jur. delib. C. 4. x. de offic. & potest. jud. deleg.* quia idipsum volunt, cum quid ad arbitrium judicis remittunt, ut ille hoc ipsum, pro facultate sibi competente, determinet atque decidat; Sed quando leges casum aliquem in terminis habent decisum, cessat judicis arbitrium, idem quoque obtinet, quoties consuetudine quid definitum est. 26 Judicis arbitrium quando & quatenus habeat locum.

In actionibus *bonæ fidei* potissimum arbitrium suum exercet judex, cum ex bono & æquo judicans, illud etiam invicem præstari jubet, quod à partibus nominatim comprehensum non est, §. 30. *Inst. de act. l. 2. in fin. ff. de oblig. & act.* Atque sic in bonæ fidei judiciis tantum valet judicis officium, quantum in stricti juris nominatim facta rerum expressio, *l. 7. ff. de negot. gest.* sic, V. G. in actionibus bonæ fidei judex adjudicat usuras, etiam non conventas à tempore moræ, *l. 32. in pr. ff. de usur.* ita etiam fructuum rationem habet. Aliter se res habet in *actionibus stricti juris*, quod in iis judices liberum non habeant, ut in bonæ fidei, ex æquo & bono in nō conventis statuendi, arbitrium. Si locorum diversitas actionem quandam faciat arbitrariam, judex, æquitatis amans arbitrari potest, quanti actoris vel rei intersit, loco determinato potius quam alibi solvi, *l. 2. in pr. l. 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. l. un. C. ubi conv. qui cert. loc.* Actiones arbitrariæ, pendentes ex arbitrio judicis, quod hoc loco significat jussum judicis benignum, sive interlocutionem, einen Vorbescheid/ hoc habent proprii, ut sententiam definitivam, qua quis ad interesse vel similiter condemnatur, omnino præcedat altera sententia, quâ Judex jubeat actori satisfieri: &, si quidem reus judici obtemperet, atque Actori satisfaciat, per definitivam absolvitur; sin minus, condemnatur, & plerumque gravius, atque in aliud, quam quod facere jussus erat, *l. 14. §. 1. ff. quod met. caus. l. 5. l. 8. ff. de in lit. jur.* Inter reliqua Judicum arbitraria, illud unum est maximum, quod illis tributum est in *l. 3. §. 1. ff. de test.* nempe *cum de fide testium* agitur, quæ, ratione valoris & sufficientiæ, à mera Judicis dependet potestate: Quæ enim argumenta, ad quem modum probanda, cuique rei sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest, sed ex sententia animi sui judicem æstimare oportet, quid aut credat, aut parum probatum sibi opinetur. Omnis quoque materia, quæ *conjecturis* probatur, residet in arbitrio Judicis: Hinc *metus*, an sit justus, vel talis, qui caderet in constantem virum, est arbitrarium judici, consideratis circumstantiis, & qualitate tam inferentis

metum

metum, quam ejus cui infertur. *Indicia* quoque, an sint sufficientia ad torturam contra criminosum, artis magicæ vel alium quemcunque, ex confessione criminosi, vel ex mala conversatione, aut ex qualitate Præceptoris, percensere, prudenti judicis arbitrio relinquitur, *Card. Tusch. concl. pract.* 471. Denique Criminalium, ut & Civilium delictorum coercitiones, hodie fere omnes Judicis subsunt arbitrio; qui certis motus rationibus, pœnam arbitrio suo relictam, pro qualitate personæ, non solum mitigare, *l.* 3. *C. ex quib. caus. inf. irrog. l.* 38. §. 2. *ff. de pœn.* sed etiam pro facti atrocitate, exasperare potest, *l.* 28. *ff. eod.*

27 De Judice imperito. Ex quibus sequitur, Reipublicæ minime conducere, si *imperitis* judicis officium demandetur, cum id, quod in judicio in omnibus negotiis judici considerandum, se sistit, sit *justum & injustum*: unde quando de re aliqua ambigunt homines inter se, ad judicem, tanquam ad jus animatum confugiunt. *Adire ad judicem*, ait *Aristot.* 5. *Eth.* 7. *est adire ad jus, judex enim nihil aliud esse videtur, quam jus animatum*, & non multò post hæc habet: *Judicem homines quærunt medium, & vocant eos nonnulli medium dividentes, seu medium adjudicantes; Judex namque exæquat, & veluti linea in duas partes inæquales secta, quo major pars dimidiam superat, hoc de illa detrahit, & ad partem minorem addit.* Quomodo vero is, qui juris peritia destitutus est, justum ab injusto, æquum ab iniquo, discernere valebit? Quomodo is, qui nec legere, & vix nomen suum scribere potest, judex esse potest, cum secundum jus scriptum res judicare debeat? Hinc talis imperitus judex aliunde id mutuari cogitur, quod ipse scire debet, per quod consequenter non modo jactura, verum etiam labes Reipublicæ infertur maxima. Quod prudenter animadvertens Imperator Justinianus in *Nov.* 82. Imperitos legum & usu rerum destitutos omnino munere judicandi indignos esse affirmat: quippe qui non possint per se nosse quod justum sit, sed aliunde cogantur emendicare judicandi formulam: addens ibidem, *præterea maximum in eo vitium esse Reipublicæ, si non iis qui ex se, quod facto opus sit, sciunt, lites dijudicandas committimus, sed sinamus ipsos alios quærere, à quibus liceat perdiscere, quæ ipsos in judicando eloqui conveniat.* Unde *Cassiodor. lib.* 8. *Epist.* 18. inquit, professionem constat esse justitiæ, legum peritos judices ordinare, quia non facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgavit: Licet enim olim Romana Respublica imperitos Judices habuerit, prout refert *Anton. Merenda l.* 2. *Controv. cap.* 4. *num.* 4. nihilominus tamen nostræ Reipublicæ minime expedire per imperitos judicia administrari; desideramus enim anxiè in Republica nostra Germanica Judices peritos & Legales, & qui maximam legum curam habeant, *l.* 11. *C. de jud.* dum nullus bene judicabit, si leges, quibus judicatur, ignoret, quo *facit Gloss. in cap.* 1. *de re jud.* Et ignorantia judicis Calamitas est innocentis, *S. Augustin. de Civit. Dei lib.* 19. *cap.* 6. Et hoc fit, quando summa industria Regentes in Republica quadam, indigenas saltem & ignorantes promovent, ne imposterum contradicere eis audeant, qua de re *Leuterbekius* valde lamentatur in seinem Regenten-Buch *lib.* 4. *cap.* 5. Et quamvis hæc de Superioribus judiciis dicta videantur, nihilominus tamen Reipublicæ utilius est, ut Senatus quos Oppidani literatos & peritos judices & assessores habeant, ne superiora judicia appellando vel supplicando postea inquietentur. Hinc *Opifices* non satis idoneos haberi, qui judiciis præficiantur, hoc tamen posito, ut præsto sint alii, quibus munera & officia illa committi queant: Quod si verò nulli inveniantur periti atque docti, quibus judicis partes deferri queant, ipsa efflagitat, ut tales sumantur, quales haberi queunt.

Delinquit autem talis Judex, si ex imperitia sua citationem, quæ ad essentiam Processus seu Ordinis judiciarii pertinet, omittat, ratione libelli judex varie imperitiam suam prodere seseque prostituere potest; quia enim officium judicis suppletorium maxime hic invenit locum, hinc si illud intermittat, minus perite agit. Pertinet huc libellus articulatus, si scilicet Curiæ consuetudo talem non admittat, ubi judici incumbit, etiamsi pars adversa contra eum non excipiat, ex officio illum rejicere, & reum, cum refusione expensarum ab instantia absolvere, *Berlich p.* 1. *concl.* 12. *num.* 3. Item hujus loci esse videtur *libellus generalis, incertus & obscurus*, quia ex tali multa vitia in processum defluunt, hinc ne judicium inanibus processibus oneretur & eludatur, Judex peritus eum non admittit, *Rosbach. process. Tit.* 33. *num.* 34. *& seqq.* Imo huc spectat omnis *libellus ineptus*, quem qui admittit, vere Judex imperitus dici meretur. Certi & expediti etiam est juris, maxime imperitum esse judicem, qui litem contestatam omitti posse existimat, cum ejus omissio processum vitiet, & sententiam ipso jure reddat nullam, *C.* 1. *x. de l. C.* Sane non solum imperitus, sed & fatuus est Judex, qui aliter condemnat, quam fuerit petitum, *l. ult. C. de fideicom.* cum potestas judicis ultra libellum non extendatur, *Hartm. Pistor. p.* 1. *q.* 45. *num.* 5. neque extra libelli metas judicare ac vagari possit, juxta *l.* 18. *ff. Comm. divid.* Non minus quoque nomen Judicis imperiti tribuere licet ei, qui ab executione incipit, cum certissimi juris sit, quod ab executione non sit incipiendum, *l.* 58. *ff. de re jud.* semperque executionem causæ cognitio, & responsio debitoris, nec non sententia condemnatoria, præcedere debeat, *l.* 1. *C. de execut. rei jud.* 28. Enumerantur vitia Judicis imperiti.

In *causis* quoque *Criminalibus* multoties imperitia judicis nocet, & sane imperitus est judex, qui bona delinquentium ad fiscum pertinere putat ante sententiam declaratoriam, *l. defensionis. C. de Jur. Fisc. l.* 1. *C. ubi causæ fiscales* quo spectat eorum inscitia, qui res furtivas dominus suis non restituunt, sed

sed Fisco applicant, *Math. Steph. ad C.C.C. V. art. 207.* Majorem adhuc imperitiam conspicere licet in iis, qui ex imperitia jurium & judicii defectu, reis, de criminibus atrocioribus accusatis, simul accapti sunt, advocatos cum injuria denegant, cum advocatum denegare, sit ipsam defensionem eripere, & peccat talis Judex imperitiâ suâ quàm gravissimè. Multis aliis quoque modis Judex, imperitus causarum criminalium, peccat, v.g. si ad cadaver occisi suspectos deducat, & si illud in ipsorum præsentia sanguinem effundat, indicium hoc tanti faciat, ut sine aliis urgentibus iudiciis, ex hoc solummodo ad torturam properet, *Math. Steph. in cent. quæst. jur. ad Inst. cent. 4. 17.* Item si probam per *aquam frigidam*, die Wasser-Probe/ adhibeat, de qua *Struv.* in peculiari dissertatione tractat. Si per incantationes & sortilegia inquirat, putans de aqua interdum esse turbida, ubi stagnantis fluminis aqua deficit, & sæpe vulnus vulneri addendum, ut utrumque rectè curetur. *Brunnem. ad L. C. de Malef. & Mathem. Carpz. p. 4. c. 2. d. 7.* Si nactis aliquot testibus de fama deponentibus, sese ambabus manibus indicium ad torturam tenere existimet, & miserum reum ut belluam abripiat, quod factum, errorem imperitorum judicum, circa famam appellat *Oldekop. tit. 2. obs. 33.* Si sine novis indiciis torturam repetat, cum ad delictum confitendum non debeat repeti tortura, nisi superveniant nova indicia, diversi prorsus generis, & primis fortiora, & similia. Hinc mirum non est, Judicem per imperitiam male judicantem *litem suam facere*, & teneri ex quasi delicto parti læsæ, actione scilicet in factum prætoria, in quantum alterius Judicis religioni æquum videbitur, *pr. Inst. de offic. jud. l. 5. ff. de oblig. & action.* ad interesse scilicet & expensas, unde & læsus ad juramentum in litem admittitur, *Plotus de juram. in litem cap. 11. n. 616.* Et hoc procedittum in Patre, cum in filiofamilias judice, qui per imperitiam injustè judicaverit. Item in *Judice delegato*, secundum *Gloss. & Doctores, in L. fin. ff. de var. & extraor. cognit.* nec non in arbitratore seu amicabili compositore, *Barth. in d. l. fin.* ut in Judice Chartulario seu Notario, si per imperitè confectum instrumentum damnum alicui intulerit, teneatur hac sua imperitiâ læso ad interesse, *Perez. ad tit. C. de Magist. convent. n. 4.* Imo non solum Judex vel Assessor, si jus aliter sit dictum quàm oportuit, propter negligentiam vel imperitiam tenebitur, sed etiam ii, qui ejusmodi imperitorum opera, in negotiis tam arduis, sunt usi, imprimis in Criminalibus, *art. 1. C.C.C.V.* ibi: dessen willen Obrigkeit / so peinlich Gericht haben/ hiemit ernstlich gewarnet seyn sollen.

29 Imperiti Judicis errores graves in criminalibus.

30 Facere litem suam, & teneri ad satisfactionem læso.

Cæterum Judex imperitus dici nequit, nec litem facit suam, qui secundum communem judicat opinionem, cum ejus magna sit autoritas. Hinc judicem ex imperitia sua tum demum teneri statuit *Hottoman. ad §. 7. Inst. ad l. Aquil.* si sententia ejus, ab omnibus, aut probatissimis sit damnata Jurisconsultis, unde si à duobus vel tribus ea sit probata, Judicem non teneri. Porrò excusari Judicem ab imperitia, & actione in factum ex quasi delicto non teneri, si præceptoris sui sententiam sequatur, *ex arg. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* eò quod discipulus teneatur defendere sententias sui Magistri, *l. dicere. ff. de arbitr.* Aliud tamen dicendum, si sit veritati & communi opinioni contraria. Ulterius Judex, qui in judicando consilium Sapientum sequitur, non potest dici imperitus, neque aliqua pulsari actione, etiamsi malè judicaverit, quia secundũ leges processisse videtur, si ex consilio prudentũ judicaverit, P.H.O. *art. fin.* secus tamẽ, si ex crassa nimis injuria & errore, quẽ etiã sine consilio eruditorum quivis circumspectus facilè evitare potuisset, utut consilio juris peritorum usus fuerit, iniquè judicat, *Farinac. Prax. Crim. p. 3. q. 3. n. 464.* Dicta procedunt, si per imperitiam Judex tulit sententiam, secus si *per dolum*, nam tunc ex vero tenetur delicto, & non arbitrio Judicis punitur, sed in civitatibus, si corruptus pecuniâ, vel aliàs dolo malo malè judicaverit, tenetur ad expensas, & totum interesse partis, *L. si filius, ff. de jud.* & amissa dignitate & cingulo, fit infamis, *L. fin. C. de pœn. jud. qui malè jud.* & si quid accepit eum in finem, ut malè judicaret, damnatur læsæ parti in triplum, ejus quod datum est, & in duplum ejus, quod promissum est, *Auth. nov. jure, C. de pœn. jud.* In criminalibus verò, omnibus bonis confiscatis, mittitur in exilium, *d. Auth. novo jure.*

31 Quæ circumstantiæ judicem excusent.

32 De dolo Judicis.

De *Judicibus Delegatis*, qui non suo jure, sed ex mandato legitimi Magistratus, vel ejus, penes quem hæc est facultas, jurisdictionem exercent, dictum iam *supra, verbo Commissio, pag. 553. & seq.* iis adhuc pauca hæc addenda: Nostris moribus promiscua sunt vocabula mandandæ Jurisdictionis, dandi vel delegandi Judicis, nisi quod, pro tenore commissionis, laxior sit aut angustior Commissarii potestas, sive in exercitio Jurisdictionis, sive notionis vel examinis facti. Hinc apparet, *delegatam vel mandatam Jurisdictionem esse eam, quâ quis, ex mandato alterius, utitur in jure dicendo, vel actibus connexis.* Commissarium verò consequenter, vel Judicem delegatum, esse eum, qui talem iurisdictionem exercet. Et quod ad personas Committentium & Commissariorum regula tenenda est, eos demum posse committere Jurisdictionem, qui eam habent suo jure, non verò ipsi ex commissione vel mandato, juxta *L. More majorum. junct. L. final. in pr. ff. de offic ej. cui mand. est jurisdict.* Excipiuntur *Delegati vel Commissarii Principis*, quia hi possunt subdelegare causas sibi commissas, per *text. L. à Judice, C. de jud. C. si pro debil. X. de offic. & potest. jud. deleg.* & ita usu videmus observari: plerumque enim Commissarii Imperatoris, in causis Sta-

33 De Judicibus delegatis.

tuum, suos Consiliarios subdelegant. Et quanquam olim Præfecti Prætorio vice sacra Cæsarea judicaverint, eorumque delegatos Judices potuisse subdelegare, nullibi legamus, nihilominus tamen delegati Cameræ Imperialis subdelegare possunt, quia Camera hodie prorsus utitur sigillo & nomine Imperatoris in expediendis processibus, ut adeò ipse Imperator videatur delegare Commissarios Cameræ, qui propterea poterunt subdelegare, quod ipsum multo promptius de *Judicio Imperiali Aulico* dicendum. Econtra Delegati Principum Imperii, in causis ab Imperatore commissis, quas ipsi Principes porrò delegant, amplius subdelegare non possunt, prout clarè probatur ex *C. cum causam. X. de appellat.* Aliud dicendum in *causis subditorum*, quia tunc Proceres Imperii non considerantur ut simplices Magistratus, sed ut Principes, itaque etiam eorum delegati poterunt hoc, quod alii Delegati Principis, subdelegare nimirum quatenus causæ apud eos tanquam Principes, non tanquam Commissarios Imperatoris, ventilantur.

34 Quid sit Argentangina, judicialis & extrajudicialis.

Notata sunt supra multa de corruptione Judicum, unde surrexit verbum *Argentangina*, cum species morbi, quæ vocatur Angina, medicis optimè nota sit, & hodie per verbum *Argentangina* notetur *corruptio Judicum* & Advocatorum, qui pecuniâ corrupti, Argentanginâ laborare dicuntur, cum ea, quæ officii ratio postulat, non agunt nec observant, sed argenti amore turpiter constricti silent. Ut enim angina comprimit os faucesque, sic argentum hisce linguam obligat, & labra constringit. Ideò Argentanginæ synonyma sunt corruptio & sordes, quibus æquipollet pecuniaria avaritia, ut nonnemo, in *Mercurio pacis*, eâ vocat *Louys d'or*-Sucht/quæ passim hodie in aulis frequentatur. Judicis verò corruptio, seu Argentangina in specie, etiam à Doctoribus vocatur *Barrateria*, Judicesque dicuntur *Nummarii*, qui pecuniâ corrupti judicant, *Argentangina* verò est vel *extrajudicialis*, quæ multis modis tum privatim, tum publicè committitur, per *officiorum nundinationem*, quæ hodie passim frequentatur, & in Gallia teste Mornatio, nullum munus publicum, qualecunque illud sit, sine stupendo pretio venditur. Ideo *Bodin. de Rep. lib. 5. cap. 4.* ait: *pœnarum ac præmiorum distributionem nunquam sperandam esse, quamdiu honores, Magistratus, Imperia, Sacerdotia, Curationes, in officina tabernaria Mercatorum, publicis venditionibus quasi sub hasta proscribuntur.* Quo malo nullum in Republica gravius excogitari potest. Nam ubi talia fiunt, ipsa jura, Judicia, leges & sanguis innocentium, & quæcunque Rempublicam continent, in fœdissimum cadunt commercium. Scientiarum, pietatis ac virtutum omnium præmiis sublatis, ad omnia officia aditus aperitur. *Judicialis* autem *Argentangina* propriè in actibus judicialibus exercetur, quam integritas & conscientia judicis debet supprimere: Ideoque *officia Judicum pecunia non sunt comparanda*, quia Judices, qui empta nituntur dignitate, ejusdem exercitium, ne pretium pereat, sordidè vendere solent.

Movens sæpe Argentanginæ causa esse solet *defectus Salarii*, si Judices sine salario vel nimis parco constituantur; nam cum plurimis ad vitæ cultum necessaria subsidia desint, paupertate pressi, malè agere discunt, nec famelici facile ab alieno cibo abstinent, si sit sublata quovis modo edendi facultas. Optimum ergo abbreviandarum litium remedium est, si Princeps aut populus suis Judicibus, salarium conveniens & sufficiens, ex publico constituant, *Nov. 17. cap. 5. §. 2. C. 12. X. de prob. C. charitatem. c. 12. q. 2. C. Ecclesiasticis, cap. 12. q. 2.* Sic enim fiet, ut lites citius, & sine aliqua spe lucri, dirimantur, *Tholosan. de Republ. lib. 2. c. 6. n. 16. & 18.* & videantur notata supra *Verbo Consilia, Consiliarius, fol. 612. n. 8.* Nemo libenter militat gratis; qui servit altari vivat ex eo; non est claudendum os bovi trituranti. Aperiantur thesauri & reditus Principum pro justitia promovenda, ut corruptionibus fauces præcludantur. Salaria verò non sunt constituenda in *pœnis & mulctis*, in Straff-Geldern/ ne avaritia & Argentangina magis augeatur. Removendæ quoque sunt *promissiones* pecuniæ, vel alterius rei. *Auth. novo jure*, ibi: *se dedisse alicui vel promisisse. C. de pœn. jud. qui malè judic. l. 4. Cod. ad leg. Jul. Repet.* ne ob spem lucri aliquid tentetur. Hinc etiam abstinendum à *promissione generali*, sie wollen danckbahr seyn / licet Doctores communiter talem promissionem honestè fieri statuant, quia impossibile sit à precibus modesto & urbano modo faciendis ejusmodi promissiones separare, ne omni urbanitati & modestiæ claudatur janua. Hæc tamen omnia sic temperanda sunt, ut Judicem inclinare ad promittentem non possint. Itaque etiam nec debitum Judici remitti, nec pecunia mutuari, nec res minori pretio vendi aut locari potest, *L. fin. C. ad L. J. R. Menoch. arb. Jud. quæst. lib. 2.* & in specie de mutuo extat, *l. 16. C. si certum pet.* licet eam Doctores communiter ad ambitum referant. Quocunque igitur modo lucrum accedit Judici, per contractumque quemcunque, Argentanginâ Judex incipit laborare. Quoad *esculenta & potulenta* Doctores inter se divortium faciunt, & dona, munera, & Xenia distinguunt, per *l. 18. ff. de offic. præsid. & L. 6. in fine, ff. ad L. Jul. repet.* Alii Judicis arbitrio relinquunt, *Menoch. arb. Jud. quæst. lib. 2. cas. 342. n. 35.* alii concedunt, Minutula gratitudinis symbola, ob quæ nihil majus aut minus in judicio aut executione facienda procedat, ut lepus, cuniculus, capo, perdix, phasanus, & similia, nec non varia vinorum genera, non tamen in magnis Doliis, sed in Cuppis aut Vasis, *Damhouder in pract. Criminal. cap. 130. n. 9.* Alii penitus omnia rejiciunt, *Winther, in*

35 Quæ sit causa movens argentanginæ?

Pur-

Parthen. litig. lib. 2. c. 10. num. 23. Brunn. ad paratit. Wesenb. qu. 3. de offic. proconf. Carpzov. in prax. crim. pag. 2. q. 13. num. 61. Sprenger de modic. cap. 5. num. 8. cujus sententiæ quoque est *Pet. Schulzen in disp. Jurid. de Argentang. Judiciali*, §. 10. ubi etiam *Conviviorum* prohibitionem inducit, nec non acceptionem munerum per uxorem Judicis, aut alios domesticos, ut hoc casu Maritus pro uxore teneatur, contra Regulam in *tit. C. ne uxor pro Marit. & Marit. pro uxor.* Nec solum in mala causa, sed *etiam in bona* munerum acceptio est illicita. Quamvis enim non improbandum videatur, ad justam causæ decisionem muneribus movere Judicem, cum uterque, & maxime pars, honestum intendat finem, tamen etiam hoc casu turpitudinem notant jura, in *l. 2. §. ult. ff. de condict. ob turp. caus. l. 4. ff. ad leg. Jul. repet.* Nec enim Judex debet induci, ut non tam justitiam causæ, quam ob acceptam pecuniam jus & æquum pronuntiet, *Struv. Exercit.* 18. §. 23. & qui sine mercede bonus vir est, mercede erit malus, cum justitia debeat esse gratuita, *Menoch d. supra loc.* Ita ut nec pro *maturando processu* aliquid dare vel accipere liceat. *Boer. decis. 153. num. 2.* Finito autem processu Judicem à Victore Antidorale munus judicem licite accipere posse, multorum Dd. est sententia, *Anchor. cons. 271. Felin. in Cap. ina nos. X. de Simon. Marsil. singul.* 190. *Bossius in pract. crimin. tit. de offic. corrupt. num. 4. Menoch. lib. 5. præsumpt. 8. & A. J. Qu. cas. 342. num. 38. Decian. lib. 8. tr. Crimin. C. 40. num. 9. Mascard. de probat. concl. 164. num. 14. & seqq. Bertazzol. consil. 71. num. 32. Farinac. d. qu. 111, art. 9, num. 210. Nevizan in Sylv. nupt. lib. 5. num. 97. Gemin. in C. statutum §. insuper nu. 10. de rescript. in 6.* quos longa serie videre licet apud consentientem *Theodoric. in colleg. crimin. disp. 9. thes. 1. lit. B. q. 5.* quorum ratio est, quod remuneratio proprie non sit donatio, quæ absolutâ liberalitate in donatarium confertur, atque ideo nec insinuatione eget, *Barth. ad l. Aquilius 27. ff. de donat.* Et non detur ad obtinendam justitiam, sed post eam obtentam, nec possit amplius tendere ad corruptionem, sed potius ad insinuandam animi gratitudinem, & ut benefacienti gratia rependatur. Alias pejori loco essent Judicis studia & fatigationes quam omnium aliorum, Ecclesiasticorum, Politicorum, civium & subditorum, cum tamen Deus non damnet munera, nisi malo fine accepta, ut suprà notatum ex *Esaia c. 5. sub num. 4.* & aliquid in hoc casu judicis Deum timentis conscientiæ & probitati est attribuendum, cum Judex præsumatur vir bonus, & propter juramentum, ab initio officii præstitum, non censeatur esse immemor salutis æternæ, *l. fin. C. ad l. Jul. Repet.* & Res hæc ex circumstantiis sit æstimanda, & vel liberalitate vel parsimonia Principum, quæ Judicibus aliquid hoc casu indulget, ne ipsimet rei fiant. Commendandum, venit pro innocentia & fama judicum *quod in Cap. 24. X. de accus.* Pontifex de Præpositis Ecclesiæ publici juris fecit: *Quasi signum sunt positi ad sagittam: & quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & insidias, patiuntur. Et ideo SS. PP. providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis ædificium corruat.*

36 Judex pauper, posteà locuples, non debet argui de Argentangina.

Itaque, *Si pauper Judicis dignitatem sit adeptus, & postea divitias collegerit, nec constet de titulo, tamen Argentangina seu corruptio non præsumitur*, quia in dubio honestior conjectura apprehendenda est, & justus titulus potius præsumendus, quia multis modis divitiæ parari possunt, qui nec omnibus sunt noti, nec pari industria observantur, nec semper ex æquo succedunt, vel ut loquuntur Impp. *in l. 10. C. de arb. tut. Nec enim pauperibus industria vel augmentum Patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum est.* Potest liberalitas Principum concurrere, & multi alii tituli. De Judicibus multa hactenus sunt notata, quæ si omnibus aliis in Republica versantibus, sivè imperantibus, sivè subditis deberent applicari, pauci reperirentur innocentes. Hinc conscientiæ boni judicis, & circumstantiis, quæ ubivis variant, judicioq; divino ista omnia sunt relinquẽda, quod nec munera licita reprobat, & illicita & malo fine data vel accepta impunita relinquit. Videri quoque potest de *justa injuste ditescentium Nemesi, Diatriba Juridica Joan. Volckmar Bechman*, ubi Sectione 1. tractat de pœna simpli, dupli, tripli & quadrupli injuste ditescentium. *Section.* 2. de pœna Confiscationis, infamiæ, amissionis dignitatis, & membrorum mutilationis. *Sect.* 3. ultimum injuste ditescentium exhibet supplicium, *Sect. ult.* de pœna injuste ditescentium arbitraria, & non solùm de delictis Judicum, sed aliis quoque criminibus & delictis agit.

Judicium. Jurisdictio.

SUMMARIA.

1. *Ulterior discursus de datione & acceptatione munerum.*
2. *Refertur causa impulsiva ad judicia constituenda.*
3. *Judicia semper fuisse in omnibus Rebus publicis.*
4. *Eorum necessitas.*
5. *Causa efficiens.*
6. *Princeps distribuit jurisdictionem & judicia, reservata sibi Superioritate.*
7. *Olim ipsi Imperatores judicabant.*

8. *Propter eorum publica negotia Tribunalia sunt instituta.*
9. *De consilii Aulici antiquitate.*
10. *Distingui debet hoc judicium à Comitiis Imperialibus.*
11. *Hodie hoc judicium legibus publicis confirmatum esse.*
12. *Camera Imperialis à quo & quando instituta, ejusque variæ translationes.*
13. *Sedes hujus judicii ex causa belli vel contagionis mutari potest.*
14. *Causa impulsiva erigendæ Cameræ.*
15. *Judicium multo esse antiquius.*
16. *Visitatio hujus Consilii ad quem spectet?*
17. *In Comitiis suam exercet jurisdictionem.*
18. *Ordinationem quis primo huic judicio præscripserit?*
19. *Cameram singulis annis debere visitari.*
20. *Visitationis causa & finis, & qui visitatores esse debeant?*
21. *Quæ sint Personæ Cons. Imp. Aulici Præses atque Vice-Præses.*
22. *Præsidis dignitas & officium nec non Consiliariorum.*
23. *Qualitates Consiliariorum, & numerus quantus & cujus religionis.*
24. *Differentia inter ipsos Consiliarios.*
25. *De horum dignitate & præcedentia.*
26. *Referuntur alia Consiliariorum privilegia.*
27. *Consiliarii Imp. Aulici nullum nisi Cæsarem Superiorem vel Judicem agnoscunt.*
28. *De judicii Imperialis Aulici sede & loco.*
29. *Assessores Cameræ ab Ordinibus Imperii præsentari & nominari.*
30. *In ipsa tamen justitiæ administratione ab Imperatore dependere.*
31. *Cameram cum Judicio Aulico jurisdictione concurrere.*
32. *Enumerantur causæ, in quibus Cameræ nulla conceditur concurrentia.*
33. *In Judicio Aulico sæpe Commissio ad causarum cognitionem non decerni, quod nullum habet locum in Camera.*
34. *Consilium Aulicum decernere ad Cameram rescripta pro excitanda justitia.*
35. *An Imperator ipse in propria persona judicare debeat.*
36. *Judicia non eludenda, sed exequenda esse.*
37. *Quis Cancellariam Imperialem dirigat & quæ ejus personæ.*
38. *De ordine expeditionis & modo, & qua in lingua id fiat.*
39. *De Agentibus Cons. Imp. Aulici eorumque juramento.*
40. *Quibus in causis Jud. Aulici jurisdictio fundata sit?*
41. *An etiam causæ ad pacem religiosam spectantes huc pertineant.*
42. *Non requiri tot numero Consiliarios A. C. quot sunt Catholici.*
43. *Causæ Criminales uti & matrimoniales huc pertinent.*
44. *Causæ graviores ad Imperatorem cum voto referuntur.*
45. *A Senatus Imp. Aulici voto in Consilio Secretiore non facile discedi.*
46. *Statuum primas instantias illibate observandas esse.*
47. *Privilegium electionis fori quinam habeant.*
48. *Tenor privilegii electionis fori Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium.*

I. Ulterior discursus de datione & acceptatione munerum.

CUm Judicia & Judices semper cohæreant, & sub verbo antecedenti: *Judex, aliquâ te argentangina* Judicum, atque etiam, quatenus datio & acceptio munerum possit excusari & innocenter fieri, notata sint; placuit etiã de periculo acceptationis munerũ quid adjungere: dicitur enim in *Deuteron. c. 16. Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba justorum.* Si igitur à muneribus cœcitas nascitur, utique munera fugienda sunt omnibus qui oculos amant, & cœcitatem aversantur. Nec plebejos tantum oculos, sed etiam Sapientum excœcant munera, & eorum tanta vis est, ut nihil illis inexpugnabile, nulla robora, propugnacula, aut arma satis firma. Ubicunque auro via est aperta, victoria est parata, cui nihil est inaccessum, nihil illæsum, nõ frater, Soror, Pater aut Mater. Cum enim Sapientem vincat & justum, quæ vis illi non cedit? Et qua fronte negabit pro donatore ferre sententiam, qui admisit dona? aureis cum teneatur compedibus, quomodo se in libertatem vindicabit? Ne ingratus audiat accipiens dona, ire cogitur in sententiam donatoris, ne inverecundus & impudens dicatur, damnare non potest. Pulsat animũ justitia & fortiter monet, fortius aurum ad se trahit. Allicit æquitatis decor, nec minus auri fulgor. Utrinque premit sitis justitiæ & auri, nisi quod hujus plerũque altius feriat pectus, & profundius in animum demittatur. Pulsat mentem Virtus & admitti postulat, vitio referuntur ultrò fores, & totis ostiis excipitur. Magno proinde robore opus est auro repellendo, cum ultrò involat, magna constantia, cum sponte sua venit, ut pauci victoriam ex hac aurea lucta referant, uti discurrit *R. P. Carol. Scriban. in Polit. Christian. Part. 2. cap. 9.* Negari tamen non potest, has auri illecebras, sicut alias naturales hominis inclinationes cum gratia divina superari posse. Præsertim si Judex recogitet, quod *Deus judicet. Psalm. 74.* & secundum *justitiam judicum vicissim judicet illos, Ezechiel. 7. & 24.* Reges, Principes, & omnes laborant cupiditate habendi, omnibus contrà hostiles insultus diaboli, mundi & carnis pugnandum est, & specialiter Judici contrà tentationes auri: Sed pugnantibus Deus largitur gratiam, nec ullibi legitur in Sacris damnata acceptio muneris post sententiam,

sine prævio pacto vel promissione, quæ solademum solent sapientum oculos excæcare, & pervertere verba justorum, non verò donum post sententiam, ex mera animi gratitudine sponte oblatum, quale Reges & Principes acceptare permittunt. Atque si forte pars una ab initio commendando causam promisisset gratitudinem, altera quoque idem facit, & hæc astra inclinare quidem possunt, nequaquam verò necessitare animum Judicis probi, conscientiosi, & qui Deum deprecatur, ut tentationes vincere possit. Quis enim impedire potest, ut partes litigantes Judici de gratitudine demonstranda nullam faciant mentionem? Judex verò cordatus & Deum timens excutit memoriam similium promissionum, solam respiciens justitiam & conscientiam puram. Considerans quod Deus præcipit, *Deuteron.* 1. *quod justum est, judicate, sive civis ille sit, sive peregrinus. Nulla erit consideratio personarum, ita parvum audietis ut magnum, nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est*, apud quem non est acceptio personarum, *quia cognoscere personam in judicio non est bonum*, *Proverb.* 24. Et *Levit. cap.* 19. præcipitur: *non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis: juste judica proximo tuo.* Et *Proverb. cap.* 11. dicitur: *Statera dolosa abominatio est apud Dominum: & pondus æquum voluntas ejus.* Sic facilè tentationes & periculum evitabit Judex, ut non pereat in illo, si sit memor sui ipsius, & conditionis humanæ sequaturque illud M. Tullii: *Sapientis judicis est, meminisse se hominem: cogitare sibi tantum à populo esse permissum, quantum commissum & creditum sit: & non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse, meminisse posse, quem oderit absolvere, quem non oderit condemnare: & semper, non quid ipse velit, sed quid Lex & religio cogat, cogitare, animadvertere quâ lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur. Cum hæc sunt videnda, tum verò illud est hominis magni & Sapientis, cum illam judicandi causa tabellam sumpserit, non se putare esse solum, neque sibi, quodcunque cupierit licere, sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem; libidinem autem, odium, invidiam, metum, cupiditatesque omnes amovere, maximique existimare conscientiam mentis suæ, quam à Deo accepimus, quæ à nobis divelli non potest, quæ si optimorum Consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, summa etiam cum honestate vivemus.* Quibus verbis mansuetudinem commendat, legem, religionem, æquitatem, conscientiam Judicis, Deum. Omnia planè Christianè. Quæ verba claudere possunt Sapientis monita, *Eccles.* 4. *In judicando esto pupillis misericors ut pater, & pro viro Matri illorum, & eris tu verus filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam Mater.* Quæ omnia facilè bonus Judex observare potest, nec unquam ipsi deerit gratia divina, ut odium vel favorem, timorem vel præmium, atque ejus expectationem possit excludere, & in omnibus Dei præsentiam firmiter sibi proponere, cum Judicem ab omni corruptela immunem & purum esse deceat. Hæc de Judicibus sufficiant, nunc ad Judicia digrediendum.

Tanta videlicet hominum à teneris usque perversitas est, ut citra contentiones cohabitare genus humanum non possit, & hinc fratrum quoque gratia rara est, imò inter parentes liberosque simultates oriuntur & rixæ, quibus dirimendis sedandisque commoda fuerunt statuenda remedia, supremæ nimirum Majestatis terror, Magistratûs potestas, & judiciorum vigor. 2 Refertur causa impulsiva ad judicia constituenda.
Quamvis enim tramites recti ipsis hominum mentibus in creatione sint impressi, non tamen exinde reprimitur depravatæ malitia naturæ; nec jus quoque legitimum, legumque sanctiones, factiones, more & violentias, in civitate tollere possunt, nisi sint, qui jura regant, & juri dicendo sint præfecti, ut ait Pomponius, in *l.* 2. §. 13. *ff. O. J.* Hinc in omnibns omnium gentium rebus publicis judicia fuisse constituta, ex variis antiquitatis monumentis patet, prout id præclarè deducit, *Lehman. in Chron. Spirens. lib.* 2. nec non *Conring. in dissert. de Judiciis Imperii Germanici.* Ubi ex *Cæsare & Tacito* refert: Regionibus & pagis Principes præfuisse, eosque inter suos dixisse jus, & minuisse controversias; adeoque propter parentum merita, jam dum etiam adolescentulis Principis seu Judicis dignitatem esse assignatam, quia Judices per Electionem ad illud officium pervenerint, sicque ad defunctorum liberos aliquando parentum redierint honores. 3 Judicia semper fuisse in omnibus rebus publicis.
Judiciorum ergo in omni Republica summa est, & inevitabilis necessitas, *Ahasver. Fritsch. Exercitat. jur. publ. p.* 2. *exercit.* 5. *de judic. Aulic. in pr.* Hinc Hebræorum Jurisconsulti dicti inter septem illa præcepta, quibus non Israëlitas solùm, sed orbem universum obstrictum existimant, quæque ipsis jus mundi, & Præcepta Filiorum Noachi appellantur, Sextum de judiciis numerant, *Seldenus de Synedriis veterum Hebræorum, lib.* 1. *c.* 2. *& de jure naturæ, & gentium, lib.* 1. *c.* 10. 4 Eorum necessitas.

Jurisdictionis itaque & Judiciorum *causa efficiens remota est* Judicium gentium, quia naturalis ratio jurisdictionem inter omnes gentes constituit. 5 Causa efficiens.

Propinqua causa est populus, qui eo ipso, dum sibi Regem constituit, etiam jurisdictionem vel absolutam, vel limitatam in eum transfert; Unde nunquam defuerunt ab antiquissimis temporibus; quamvis eorum non eadem semper, sed multùm diversa fuerit, pro Imperii & temporum ratione, facies. Sicut ergo tunc Jurisdictio in Principe tanquam in capite & fonte residet, ita ipse eandem inferioribus per concessiones, investituras, commissiones, ita vicissim distribuit, ut tamen sibi supremam reservet manum, ut per appellationes, revisiones, nullitates, summa & ultima controversiarum decisio in ipsum refluat, postquam nul- 6 Princeps distribuit jurisdictionem & judicia, reservata sibi superioritate.

lum ulterius remedium superest; Summus nimirum Princeps omnes judicat, ipse à nullo judicatur, ad eum gravati appellant, ab eo non appellatur; In Imperio Romano *Cæsarea Majestas* universalem in omnes exercet jurisdictionem, prout ab omni ævo

7 Majestati Principis convenit, pro Tribunali sedere, & controversias civium dijudicare. Sic apud *Goldastum* legitur ordinatio Friderici II. Imperatoris *anni* 1236. qua constituit, daß der Hoffrichter alle Tag solle zu Gericht sitzen; Anno *millesimo trecentesimo, quadragesimo secundo* præsidebat ei Heidelbergæ Imperator Ludovicus Bavarus, Assessoribus, Ruperto Seniore & Juniore Palatinis, aliisque Comitibus, Baronibus, Equitibus, & Nobilibus; quod patet ex diplomate Hermanni Marchionis Badensis, quod inter documenta rediviva Monasteriorum in Ducatu Wurtembergico sitorum, edidit autor anonymus, atque addit ibi notator, causas breviter consuevisse tum exponi Imperatori, & quicunque circa illum erant Magnatibus (qui magno semper numero aulam Cæsaream sequebantur) iisque sententiam suam dicentibus, tandem secundum vota, quæ ipse saniora putabat, causam definiri solitam. Ita nimirum, nondum nato Camerali Judicio, causæ Imperii ad Aulam Cæsaream devolvebantur, R. A. zu Cölln. *anno* 1512. §. Zum dritten, ibi: Nachdeme täglich der Partheyen Händel / und Sachen auß dem Reich an unsern Kayserlichen Hoff erwachsen.

Olim ipsi Imperatores judicabant.

8 Cum verò impossibile sit, Imperatorem semper litibus decidendis vacare, cui major salutis publicæ cura, & graviorum moles negotiorum incumbit, hinc tribunalia instituta sunt, quæ ejus vice certantibus justitiam administrent.

Propter eorum publica negotia tribunalia sunt instituta.

Hodie præcipua Germaniæ judicia, unde controversiarum illustrium fata pendent, sunt Judicium Imperiale Aulicum, der Reichs-Hoffraht/ (de quo infra, verb. Reichs-Hoffraht plura notabuntur) & Judicium Camerale, das Kayserliche Cammer-Gericht; (de quo supra verbo Cammer-Gericht Camera Imperialis, fol. 432.) Quod ad prius attinet, aliis dicitur Senatus Imperii Aulicus, aliis Consilium Aulicum Imperatoris, aliis Judicium Imperiale Aulicum, aliquando etiam venit nomine Aulæ Cæsareæ, *Capitul. Imperial. Art.* 18. ibi: Entweder ad Aulam Cæsaream, oder ans Kayserliche Cammer-Gericht zu Speyer. Nec non vocatur, Ihro Kayserlichen Majestät höchstes Gericht; Reichs-Hoffrahts-Ordnung. *tit.* 5. §. 25. Sed quid-

9 quid sit de nomine, & quamvis quidam hujus Judicii antiquitatem & veros natales dissimulare velint, certum est, quod Imperatores Germanici ab immemoriali tempore tribunal hoc in sua Aula habuerint, cujus Assessores hodieque Imperatores soli constituunt, iisque salaria conferunt. Hinc in præfatione der Reichs-H. R. Ordnung. De hoc judicio dicitur; daß solches zur Beförderung / und Vollziehung der Rechten / Gerechtigkeit und Regiments im Römischen Reich von unendlichen Jahren auffgerichtet: Hique Consiliarii soli Cæsari sacro juramenti vinculo sunt adstricti; Nec absurdè videtur ejus origo ab ipsis propè initiis Imperii Romani, quà illud Reipublicæ opponitur, deduci posse. Nec enim ab antiquitatis & historiæ imperitia absolvi posset, qui negare vellet, Imperatores eo nomine in Palatio Prætorium habuisse, in quo ipsi Sellæ curuli insidentes, circumstantium Consiliariorum sententias rogarent, ac de causis cognoscerent. Hoc illud est Consilium Principis, cujus mentio fit in *pr. l. 13. ff. de excusat. tutor.* alibi Consistorium vocatur, *l. fin. C. de offic. divers. Judic.* & Consistorium sacrum, 10
l. 8. C. d. ll. distingui nihilominus debet hoc Judicium à *Comitiis Imperialibus*, describique potest Judicium Aulicum, quod sit *Collegium Judicis, & Assessorum in Aula Cæsarea de causis Imperii jus dicentium*, ex mente *Ahasver. Fritsch. exercit. jur. publ. p. 2. exercit.* 5. §. 4. Hinc etiam vocatur Reichs-Hoff-Raht/ non quod ab Imperio etiam dependeat, sed quod causæ, quæ ibi tractantur, Imperium & Principes seu Status plerumque concernant. Ubi tamen cavendum est, ne cum Imperialibus judiciis confundatur, in quibus Imperator itidem de negotiis Imperii deliberationem suscipit, ea tamen propriè judicium non sunt, sed consiliis de legibus Generalibus ferendis plerumque absolvuntur, controversiæ nullæ ferè ibidem agitantur, sed omnia expediuntur de plano, ut monet *Jac. Speidel. in Spec. obs. verb.* Reichs-Hoff-Raht. Cum judicii Aulici longè alia sit ratio; Hoc judicium quamvis aliqui olim oppugnatum esse invidiosè asserant, id tamen postea tam in Transactione Pragensi, quàm Tractatu Monasteriensi ita confirmatum est, ut indubitatæ sit autoritatis, ipsimet ejus oppugnatores inficiari non audent. 11
Nec enim violentis *Hippolithi à Lapide*, consiliis indulgendum, qui Dicasterio huic, simulque justitiæ, literas dimissorias dandas esse, ex turbulento sensu suo suadet. Melius de Imperio & publica tranquillitate meritum est hoc Consilium Imperiale, quàm ut vanis irrequieti hominis persuasiunculis ejus constitutio, aut status debeat convelli. Hoc enim Judicium, unà cum Imperiali Camera, eam meretur considerationem, ut quod olim erat Judæis in Palæstina *Sanhedrim*: quod Græcis Atheniensibus *Areopagus*: quod Gallis hodie *Parlamentum*: Bohemis *Appellatio Pragensis*, Polonis, Anglis, Danis, Suecis, *Senatus Regni*: Hoc nobis in Imperio Romano Germanico sit Dicasterium Imperiale Aulicum.

Distingui debet hoc judicium à Comitiis Imperialibus.

Hodie hoc judicium legibus publicis confirmatum esse.

Alterum Imperii summum judicium est *Camera Imperialis*, à Rege Romanorum Maximiliano I. ejus nominis, communi Statuum consensu constituta, *Anno* 1495. *ultima Octobris*, in quâ 3. *Novembris* ejusdem anni, prima audientia celebrata est Fran- 12

De Consilii Aulici antiquitate.

Camera Imperialis à quo & quando instituta, ejusque

Variæ translationes.

Francofurti ad Mœnum, ut testatur *Gail d. p. p. c. 1. n. 28.* post biennium Francofurto Wormatiam, abinde Noribergam, Ratisbonam, rursus Wormatiam, Noribergam, Eslingam, ac denique anno 1557. Spiram, & ea in cineres à Gallis redacta in ultimo bello Gallico, Spirâ Wetzlariam translata, ubi hodiedum est ipsius quodammodo propria, fixa, & ordinaria sedes: Quia si non haberet constantem locum, sæpe viri gravissimi vel non susciperent, vel abdicarent Cameræ officia, sicque minus idonei necessitate ferente essent admittendi, *Ord. Cam. p. 2. t. 34. in pr.*

13 *Sedes hujus judicii ex causa belli vel contagionis mutari potest.*

Si tamen bellum vel contagio ingruat, tum impetrato consensu Imperatoris & Statuum, licebit vel exercitium intermittere, vel alio transferre, donec impedimentum cesset. *d. loc. Ord. C.* R. A. zu Speyr. *Anno* 70. §. 105. R. A. *Anno* 1594. §. Was sonsten zu unterschied-lichen. *anno* 104. De Translatione etiam hujus judicii in locum securiorem deliberatum fuit in Diæta Monasteriensi, *Instr. pac. Cæs. Suec. art. 5. §. Præterea cum ob emanatas*: sed ea difficultatibus consultatio involuta, adhuc ultimam manum desiderat, ut videre est ex *R. I. de anno* 1654. §. Als auch bey dem allgemeinen / ibi: und haben Ihro Kayserliche Majestät berührte translation noch zur Zeit nicht thunlich befunden.

14 *Causa impulsiva erigendæ Cameræ.*

Causa erigendi Dicasterii Cameralis Maximiliano Imperatori ratio illorum temporum, quod se publicis Imperii Romani curis, & gravissimis domi, forisque bellis impeditum, dirimendis privatorum litibus, quarum insolita tunc succrescebat multitudo, minus vacare posse putaret; Itaque ex usu Reipublicæ existimavit, ut præter Cæsaream Aulam, certum adhuc aliud Tribunal institueretur, ubi pressi læsique tutum haberent refugium, & vice Imperatoris de causis cognosceretur. Quin imò exposcebat hoc ipsorum litigantium ratio, qui antea magnis sumptibus imperatorem ipsiusque Curiam, den Reichs-Hoff-Raht sequi tenebantur: hoc autem instituto judicio consulitur expensarum magnitudini, & Aula Cæsarea judicialium causarum mole ita levatur, ut justitiæ administratio etiam expeditior reddatur, *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 3. n. 4.*

15 *Judicium Aulicum multo esse antiquius.*

Judicium itaque Imperiale Aulicum multò antiquius est Camerâ, semperque Imperatorem sequitur, à quo etiam solo Assessores ejus ordinantur, & congruis providentur salariis, de quorum ratione suprà *tit. 9. n. 29. & seqq.* aliquid diximus.

16 *Visitatio hujus consilii ad quem spectat?*

Visitatio verò hujus Consilii, adhibito Electore Moguntino peragitur, *Instr. Pac. Cæs. Suec. Art. 5. §. Visitatio Consilii Aulici* 55. *cap. Imp. §. neque erimus contrarii* 42.

17 *In Comitiis suam exercet jurisdictionem.*

Hocque judicium autoritatem, & jurisdictionem suam etiam in Comitiis Imperialibus exercet, atque obtinet. Leges autem ejus seu ordinationem primus *Ferdinandus Imperator, Augustæ mem. anno* 1549. promulgavit, Maximilianus II. *anno* 1596. auxit, Mathias Imperator renovavit, *anno* 1614. ultimam verò ordinationem Ferdinandus III. Imperator in Comitiis Ratisbonensibus anno 1654. præscripsit, cujus normâ hodiedum Senatus Imperialis Aulicus utitur. 18

Ordinationem quis primò huic judicio præscripserit?

Decens nimirum erat, ut cum Cameræ Imperiali certa circa processus decernendos regula, & ordinatio præscriberetur, Consilium quoque Imperiale Aulicum suâ non careret amussi, sicque duo ista Imperii Tribunalia suos ordines limitesque pariter agnoscerent. Hinc in *Instr. Pac. Cæs. Suec. art. 5 §. 54.* sancitum: *Quoad processum judiciarium Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Judicio Aulico servabitur per omnia*: Quæ tamen constitutio quomodo accipienda sit, ipsa post Instrumentum Pacis in Comitiis Ratisbonensibus anno 1654. publicata Ordinatio Consilii Imperialis Aulici, nec non ipse citatus §. *Instrum. Pac.* 54. circa Revisiones demonstrat. Hinc in *Ordin. Consil. Imp. Aul. tit.* 2. §. So wollen. hæc leguntur: darauff dann unsere Reichs-Hoff-Rähte ein sonders Auffmercken haben / auch so viel möglich / desselben unsers Kayserlichen Cammer-Gerichts-Ordnung / in allen Sachen / gewöhnlichen Proces, termin, und Solemnitäten / gebrauchen / und observiren / insonderheit aber in allen Processen keine Substantialia außlassen / jedoch allen Uberfluß / und Verzüglichkeiten abschneiden / die terminos ohne erhebliche Ursachen nicht erstrecken / und in alle Weeg / so viel die Substanß eines gerichtlichen Proceß anlangt / sonderlich darin unwiederbringliches præjudiß zu befahren / von der Ordnung / wie sie im Kayserlichen Cammer-Gericht eingericht und verbessert werden möchte / in substantialibus requisitis processus, nicht abweichen sollen. Unde patet, Imperatorem ordinem judiciarium, de jure civili introductum, & quatenus saltem solennia respicit, observari non teneri, *Knipschild. de Civit. Imp. lib. 2. c. 33. n. 35.* sed in Imperatoris Consistorio, juris apicibus neglectis, ex æquo & bono, inspectâ veritate procedi, *c. ad petitionem. 22. X. de appell. Gail. 1. obs. 42. n. 1. Gilman. tom. 3. verb. Camera, vers. Summo. Reinking. de Regim. secul. lib. 1. cl. 3. c. 12. n. 37.* proindeque Imperator Consiliarios Aulicos, ad inutilia solennia judicialia non obstringit; unde, attestante Lindenspur *in Dissert. de Imper. & famil. Orig. mut. fol.* 105. *n.* 47. hæc insignis promanat utilitas, *quod in Senatu Imperiali Aulico, causæ gravissimæ etiam celerrimè cum sufficienti tamen cognitione, expediuntur, illique qui bona nituntur causa, fructum jurisdictionis, Imperatoriæque Majestatis æquissimam vocem, sine longo sufflamine plerumque sentiant. Ac licet Status nonnulli conquesti fuerint, de præpostero & summario in omnibus ferè causis adornato processu, & celerrimis mandatis executionis* der Reichs-Hoff-Rähten / *Imperatoria tamen Majestas respondit*: daß ihres Wissens der Reichs-Hoff-Raht erkennet / was den Rechten und Reichs-Constitutionen gemäß / und

was

was Jhro Majestät gebühret; Hactenus citatus Author, & ex eo *Ahasver. Fritsch. d. loc.* §. 20.

19 Cameram singulis annis debere visitari.

De Visitatione Cameræ Imperialis in *O.C. Wormatiensi anno* 1521. *tit.* 5. sequens habetur Constitutio: Fürter zu mehrer Beständigkeit dieses unsers Cammer-Gerichts/ ordnen/ setzen/ und wollen wir/ daß hinführo jährlich das Cammer-Gericht/ durch unsern Stadthalter und Regiment/ die Zeit/ und dieweil das Cammer-Gericht/ bey vorgemeltem unserem Regiment seyn würde/ visitirt werde. Wo aber sich begäbe/ daß das Regiment vom Cammer-Gericht abgesondert/ oder nicht im Wesen seyn würde/ solle es alsdann mit der Visitation gehalten werden/ wie auff dem jüngst gehaltenen Reichs-Tag zu Costanz beschlossen ist/ also lautend: und damit solch unser Königlich Cammer-Gericht / die ob bestimbte Zeit aus/ desto stattlicher unterhalten/ auch die Ordnung desselbigen/ desto wesentlicher gehandthabet/ und alle Nothdurfft desto baß versehen werden möge / so haben wir uns mit den Ständen des Reichs/ und sie wiederumb mit uns vertragen/ und vereiniget/ daß zu Außgang eines jeden Jahrs / auff einen nemblichen Tag/ den unser Cammer-Richter setzen/ und verkündigen wird/ wir oder unsere darzu

20 Visitationis causa & finis, & qui Visitatores esse debeant?

Verordnete treffentliche Rähte/ und zween aus hernach benenten/ Chur-Fürsten/ Fürsten/ oder ihren treffentlichen Rähten / bey dem gedachtem unserem Cammer-Gericht erscheinen sollen/ alle/ und jede des Cammer-Gerichts fürgefallene Gebrechen und Nothdurfft zu verhören/ zu ordnen/ zu handlen/ und zu versehen/ und von unserm Cammer-Richter den obberührten Beysitzern / und unserm Königlichen Fiscal, alles ihres Einnehmens/ und Außgebens Rechnung zu empfangen/ die angezeigte Fiscalische Gefälle zu ermessen und erwegen.

Ex quo textu apparet, singulis annis visitationem Cameræ peragendam esse, quod etiam statuitur in *R. J. de anno* 1532. *tit.* 2. §. 33. *in R. J. Norimb. anno* 1633. §. 33. & 34. ubi hæc de visitatione Cameræ materia quoque tractatur, & de Commissariis statuitur sequentem in modum: Darzu die Römische Kayserliche Majest. ihre ansehenliche Commissarien verordnen will / und seynd/ von gemeiner Reichs-Stände wegen / zu Visitatorn fürgenommen beyde Churfürsten/ Mäyntz und Sachsen/ welche zu solcher Visitation ihre treffentliche Räht schicken/ der Bischoff zu Würtzburg in eigener Persohn erscheinen / oder einen andern Fürsten seines Standes / an seine Stadt erbitten/ und vermögen/ Marggraff Georg zu Brandenburg einen Raht darzu verordnen/ Abbt zu Kämpfen/ oder Abbt zu Weingarten / und Graff Martin zu Oettingen eigener Persohn auch erscheinen/ und die Stadt Augspurg einen geschickten Raht schicken/ und die Visitation und Reformation/ als obstehet/ verrichten / und vollführen helffen sollen; und daneben ist für Nothwendig erwogen/ und geschlossen/ daß die jährliche Visitation des Cammer-Gerichts/ wie solches in dem Reichs-Abscheid zu Regenspurg im 32. Jahr der Minder-Zahl/ gesetzt/ und versehen ist/ hinführo gehalten und das Cammer-Gericht jährlich allweg auff den ersten Tag May an dem Orth/ da es seyn würde / visitirt/ und so viel Noht/ reformirt werden soll.

21 Quæ sint personæ Consil. Imp. Aulici Præses & Vice-Præses.

Personæ Dicasterii Imper. Aulici, sunt vel Summus Præses & Judex, qui ipse imperator est, ejus loco aliquis ex illustri Principum, Comitum, Baronumve Imperii Ordine constitutus, & vocatur der Reichs-Hoff-Rahts-Præsident, quod munus hodiè pro dignitate gerit, *Celsissimus & Illustrissimus D. D. Johannes Adolphus Sac. Rom. Imp. Princeps de* Schwartzenberg. Dominus in Hohen-Landsperg/ Nimborn/ Muraco/ Frauenburg/ & Wintingaco, Eques Aurei Velleris, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarius intimus. Vice-Præsidentis officium implet Reverendissimus & Illustrissimus Dn. Dn. *Frobenius Maria, Comes* à Fürstenberg/ Heiligenberg/ Wertenberg/ & Mößkirchen / Cathedralium Ecclesiarum Coloniensis & Argentinensis respectivè Vice-Decanus, & Capitularis, sacræ Cæsareæ Majestatis Camerarius, nunc Excellentissimus Domi-minus S. R. Imperii Comes Wolffgangus ab Oetting, Tit. &c. Textus *Ordin. Consil. Imp. Aul. tit.* 1. *in pr.* sic habet: Unser Kayserl. Reichs-Hoff-Raht / dessen Obristes Haubt und Richter allein Wir/ und ein jeder Römisch. Kayser selbst ist/ solle hinführo jederzeiten mit einem Verständigen/ wie zu Führung eines solchen Ambts vonnöhten / wohl qualificirten Præsidenten/ der ein Reichs-Fürst/ Graff/ oder Herrn-Standts seye / mit genugsamer Anzahl Reichs-Hoff Rähten besetzt werden. Præsidis ergò in hoc Judicio proxima post Imperatorem est dignitas, ejusque muneris est, rogare Assessorum de rebus positis sententias, dirigere Senatus negotia, cavere, ne quid decedat autoritati judicii vel Assessorum; In absentia verò ejus, Vice-Præsidentis hæ sunt partes. Assessores, qui & ipsi Judices sunt, vocantur Reichs-Hoff-Rähte/ quorum qualitates describuntur, *cit. loc. Ord. Consil. Imp. Aul.* gleichfals von Fürsten/ Grafen oder Herrn / Rittermässigen/ graduirten/ oder sonsten gelehrten/ wohlerfahrnen/ Ansehenlichen / Frommen/ und geschickten Persohnen / so im Reich Teutscher Nation gebohren/ erzogen / und auch der Teutschen Sprachen wohl erfahren/ gutes Nahmens/ und Herkommens / bevor auch darinnen begüttert / in den Rechten/ und Reichs-Sachen wohl geübet / und die gerichtliche Proceß zu referiren tauglich und geschickt seyn/ damit männiglichen schleunige/ und unpartheyische Justitia administrirt werde. Idemque in *Capitulatione moderni Invictissimi Imperatoris Leopoldi* constitutum §. 40. per hoc Dicasterium Imperatoria Majestas jus & justitiam toti Imperio admi-

22 Præsidis dignitas & officium, nec non Consiliariorum.

23 Qualitates Consiliariorum & numerus quantus, & cujus religionis.

administrat, & constat illud ordinariè *octodecim personis*, inter quas sex Consiliarii Augustinæ Confessioni addicti assumuntur, ut eveniente casu paritas judicum ex utraque religione observari possit, sicque Statibus A. C. nulla conquerendi causa relinquatur, quasi favore vel odio religionis aliquando gravarentur; Non minùs verò in citato *Ordin. Consil. Imp. Aul. loco*. §. alle diese achtzehe: illud insuper sancitur; es sollen auch alle diese Räht / der Reichs- und andern Sachen / so vor dieselbe kommen müssen / so wohl auch zum Theil der Nationen und Sprachen / so an unserm Kayserl. GerichtRecht suchen / so viel möglich / kündig / in dem Rechten wohl fundirt / gelehrt / und ins gemein allesambt dermassen beschaffen seyn / daß sie von den Rechts-Handlungen / desgleichen unsers Kayserthumbs andern Sachen / und derselben anhangenden Reputation / Würde / Hoheit / Rechte / und Gerechtigkeit betreffend / so offt es vonnöhten / wissen Bericht zu thun / fürzutragen / zu tractiren / und zu handlen / damit sie nicht allein in unsern Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath / sondern auch auff Reichs-Tägen und in andern zutragenden Gelegenheiten / mit Ruhm / und Nutz mögen gebraucht werden / zu welchem Ende dann diejenige / so vorhero in des H. Römischen Reichs Chur-Fürsten / und Ständen vornehmẽ Diensten nicht begriffen gewesen / bey ihrer Annehmung an unserm Reichs-Hoff-Raht dem Examini unterworffen seyn / und einen definitivè geschlossenen Proceß oder Acta selbsten / ohne Hülff oder Zuthun eines andern / Vermög ihrer bey dem Examine leistender Pflicht / referiren sollen.

24 *Differentia inter ipsos Consiliarios.* Hæc porrò inter Consiliarios est differentia, quod Comites & Barones à Præsidis dextro, literati vero sinistro ejus consideant latere, R. H. O. *tit.* 1. §. die session der Reichs-Hoff-Räth belangend. Et quamvis ejusdem *ord. tit.* 5. §. Dennach dann sancitum, ut in causis Status, in Staats-Lands- und dergleichen Sachen / sententiam suam primi dicant Equestris Ordinis Consiliarii; in reliquis verò causis justitiam spectantibus, primæ sint partes, & vota literatorum: Prout tamen Præsidis circà est arbitrium, ita hactenus, sine discrimine prima semper vota literatorum fuerunt.

25 *De horum Consiliariorum dignitate & præcedentia.* Omnium horum Consiliariorum maxima dignitas est, quibus nimirum Imperator illum tribuit honoris gradum, ut inter omnes ejus Consiliarios, solis intimis exceptis, primas ubique obtineant, R. H. O. *tit.* 1. §. So ist auch unser allergnädigster Befehl / Will und Meinung / daß unsere Reichs-Hoff-Rähte / sambt oder sonders / allen Rähten von andern unsern Mittlen / (ausserhalb geheimen Rahts) im gleichen Stand vorgehen / und vor denselben die Præcedenz und Ober-Stelle haben sollen: quæ constitutio hac ratione niti videtur, quod authoritas dignitasque Consiliariorum, sit dignitas ipsius Principis, veluti Imperatoris, *Warem. ab* Ehrenberg *de fœder. c.* 1. *p.* 67. & tam Imperatoris quam partium litigantium respectus hanc Consiliariorum præeminentiam requirat.

Post hanc etiam præcedentiæ prærogativam, mox & alia ipsis privilegia tribuuntur in *eod.* §. verbis sequentibus: Ingleichen soll unser Reichs-Hoff-Rahts-Præsident, und Rähte / auch andere Persohnen zum Reichs-Hoff-Raht gehörig / so lang sie ihr häußlich Anwesen bey und an dem Reichs-Hoff-Raht haben / sambt allem ihrem Haußgesind / und Haußhaltung / auch ihren verlassenen Kinderen / und Wittwen / so lang sie sich nicht anderwerts verheyraten / oder anderswohin begeben / aller Personal-Auflagen / und Beschwerung / auch von Vormundtschafften / und anderẽ Gerichts-Zwang frey / und in unserm Kayserlichen Schutz / und protection begrieffen seyn / jedoch sollen sie sich Gastung und Kauffmannschafften nicht gebrauchen / da auch die Wittwen oder ihre Kinder sich in andere Orth begeben wolten / sollen dieselben / ohne Unterscheid der Religion, freyen Abzug haben / und keine Nachsteur zu bezahlen schuldig seyn. 26 *Referuntur alia Consiliariorum privilegia.*

Egregia hæc prærogativa est, quod Consiliarii Imp. Aulici neminem, nisi Imperatorem pro judice suo agnoscant. Pari ratione cum personis Cameralibus, quæ, non obstante concurrentiâ Judicii Aulici cum Camerâ, circa negotia personas Camerales concernentia, ita immediatè cum Camerali jurisdictione esse videntur, ut concurrentiæ locus non sit. *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 49. R. A. *Anno* 1654. §. Hingegen. 141. ubi dicitur: Daß sie anderer Gerichts-Zwang frey seyn / und damit durch niemand in keine Weeg beschweret werden sollen: Et quod specialiter unus casus, quo causa ad Imperatorem vel Consilium Imper. Aulic. spectat, excipiatur, *ord. Camer. p.* 3. *tit. pœn.* §. 14. *Blum. in Process. Cameral. tit.* 26. *numer.* 12. *& seqq.* quo privilegio si Camerâ potitur, ut personæ Camerales ad aliud forum trahi non possint; multò insolentius, & contra clarissima Ordinationis & Constitutionum Imperialium verba, à quibusdam Judiciis inferioribus in Aulâ Cæsareâ, jurisdictionis exercitium in Consiliarios Imp. Aulicos attentatur. 27 *Consiliarii Imperiales Aulici nullum nisi Cæsarem, superiorem vel judicem agnoscunt.*

Locus Judicii Imper. Aulici ordinarius ferè Viennæ est, cum tamen hac obligatione, ut semper Aulam Imperatoris sequatur, R. H. O. *tit.* 1. §. Alle diese / in verbis: und unserm Kayserlichen Hoff / je und allezeit / welcher Orthen derselbe gehalten wird / nachfolgen. Undè etiam in citationibus, quibus partes eò vocantur, ista semper verba leguntur. An unserm Kayserlichem Hoff / was Enden derselbe alsdann seyn wird; Imperatore tamen Posonium abeunte, Consilium Viennæ perstat. 28 *De Judicii Imperialis Aulici sede & loco.*

29 Assessores Cameræ ab Ordinibus Imperii præsentari & nominari.

In eo autem vel maximè Consilium Imperiale Aulicum à Camerâ differt, quod Imperatores, qui Justitiæ ullâ in re deesse noluerunt, & ut ordines Imperii ad judicii istius conservationem in conferendis sumptibus redderent alacriores, facilè admiserunt, ut qui initio in Comitiis constitui solebant ejus assessores, ab Ordinibus Speciali jure præsentarentur, nominarenturque. Ex quo factum, ut in ipsâ *Ordinat. p. 1. tit.* 8. Assessores Ordinum loco in Camerâ collocati dicantur, quia sine dubio, si ipsis Statibus huic judicio assidere commodum fuisset, per Cæsares, tanquam jus in Aprico & integrâ fide redditur os, id iis licuisset; Itaque quamvis Assessores ab Ordinibus præsentati, si ipsam præsentationis rationem intueantur, haud malè eorum loco positi dicantur, in ipsâ tamen administratione hunc respectum abesse, & Assessores Statuum cum Imperatoriis in unum corpus vel Collegium ita coalescere, ut ab

30 In ipsa tamen justitiæ administratione ab Imperatore dependere.

ipso Imperatore non minùs dependere, credi debeant, & ab eo jurisdictionem accepisse: Undè nullum jurisdictionis negotium in Camerâ sub alius quam imperatoris nomine & sigillo emanat, ut disserit adversus *Hippolit. à Lapide Sluter. p. 1. cap.* 10. Adeoque Appellationes, ex quotidiano & notissimo stylo, non ad Imperium, sed ad Cæsaream Majestatem, vel suæ Majestatis Judicium Camerale interponuntur.

31 Cameram cum judicio Aulico jurisdictione concurrere.

Deinceps quamvis Camera concurrentem cum Judicio Imper. Aulico habeat jurisdictionem, quod Cameræ *in tit.* 3. *R. H. ord.* apertè tribuitur. §. So wollen wir auch/daß unser Reichs-Hoff-Raht sonsten und in denen Fällen/darinnen Wir / und unsere Vorfahren im Reich unserem Cammer-Gericht concurrentem jurisdictionem, zu mehrerer Beförderung der Partheyen/ und unserer Ubertragnus mitgetheilet/ demselben seinen starcken Lauff lassen / und per advocationem nicht verhindern/wann nehmlich solche Sachen allbereit daselbst durchaus gewürcket und die insinuirte citationen anhängig gemacht worden: Quales causæ sunt; *Pacis Religiosæ & profanæ, causæ fiscalis, litigiosæ possessionis, pignorationis, Arresti, Mandati, Relaxationis ad effectum agendi, constitutionis legis diffamari, protractionis seu denegationis justitiæ, compromissi, Violationis privilegii Cæsarei, quæ ex continentiâ causæ, aut ejus ratione, rei immediatè sub Imperio sitæ, eò pertinent, ac in causis appellationum quæ summam appellabilē excedunt;* In his enim omnibus integrum est, Actori ab initio, vel Judicium Imper. Aulicum, vel Cameram adire, & litis instituendæ telam texere. At in *causis Regalia*

32 Enumerantur causæ, in quibus Cameræ nulla concreditur concurrentia.

feuda concernentibus, causis Italicis, confirmationibus privilegiorum veniæ ætatis concessione, restitutione famæ, tum quoque causis criminalibus Statuum Imperii, Judicium Imp. Aulicum ita solum obtinet jurisdictionis exercitium, ut nullus in talibus Cameræ concursus pateat. Quod si verò ratione *præventionis* oriatur controversia, solent à partibus documenta litis pendentiæ peti, quæ posteà loco declinatoriarum fori in altero judicio producuntur; Si hæc non attendantur, decernitur *Mandatum* de non impediendo prosequi litem, nec trahendo ad aliud judicium, quàm ubi cœpta, cui additur interdùm *citatio* ad videndum se incidisse in pœnam. *l. ult. §. ult. C. de in jus vocand.* Ubi constitutum legitur: *qui semel in jus vocavit, si post admonitionem reo oblatam eum ad alium judicem ob easdem causas vocaverit, & eum indemnem præstet, & causa cadat, etsi justam habuit actionem.* Prout hæc omnia praxis quotidiana demonstrat, & accuratè deducit Ahasver. Fritsch. sæpè citatâ *exercit. 5. jur. publ.* §. 14. Ubi refert formalia talis mandati 13. Decemb. anno 1650. decreti.

Insuper etiam ratione processus differt Camera & Judicium Imp. Aulicum, quod in hoc decernantur aliquando Comissiones ad causam audiendam, zur Verhör der Sachen/ ita ut Commissariis detur facultas cognoscendi causam usque ad sententiam, quales in Camerâ non decerni extrà dubium est; De Commissionibus autem istis tit. 2. R. H. ordin. §. Und weil: sic habet: Weil auch ferner bey uns vor Alters wohl hergebracht / daß wir zu mehrer Beförderung der Justitz/ und Rettung der Betrangten/ in Sachen/ so ohne das in prima Instantia bey uns angebracht/ und erörtert werden können / oder da wir als unmittelbahrer Ober- und Lehen-Herr angeruffen werden / oder sonsten anderer Umständ halber vor uns/ als Römischer Kayser gehörige Commissiones, zu Verhörung der Sachen allein außgehen lassen/ vordrist / zu unserem Kayserlichen Außspruch an unserm Kayserlichen Hoff remittiret/ und übersendet werden: Als thun wir unserm Reichs-Hoff-Raht in ob specificirten Fällen / dergleichen Commissiones hinfüro zu erkennen/ gleichfals vorbehalten / doch daß denen Partheyen hierinnen wieder der Sachen Eigenschafft keine Summary noch übereylte Proceß / oder zu kurtze Dilationes auffgedrungen/ sondern ihnen ihre Nohtdurfft/ als wie sie vor unserm Reichs-Hoff-Raht selbsten thun könten / zu handeln vergönnet werde. *In Instrum.* quoque *Pac. Cæsar. Suec. art.* 5. §. 18. de Commissionibus istis hæc habentur: *Placuit etiam, ut Commissarii quidem res à se gestas referant, & vota subjungant, instar tamen sententiæ nil definiant.* 33

33 In Judicio Aulico fere Commissiones ad causarum cognitionem decerni, quod nullum habet locum in Camera.

Quin imò & hæc judicii Imper. Aulici prærogativa est, quod in eo Imperiale Rescriptum ad Cameram impetrari potest, pro excitanda justitia, ut maturè & celeriter impetranti administretur, prout experientia & usus judicii quotidianus docet. Hinc 34

34 Consilium Aulicum decernere ad Cameram rescripta pro excitanda justitia.

Hinc cum mense Decembr. 1670. Princeps Imperii se gravatum esse à Camera conquereretur in Comitiis Ratisbonensibus, Ordines Imperii causam commendaverunt Imperatori, humillimè rogantes, Ihre Kayserliche Majestät wolten N. bey seinen alt hergebrachten Gerechtigkeiten und Freyheiten erhalten / und deßwegen bey dem Cammer-Gericht Vermittelung thun. Et cum Imperator moratoria vel alia confert privilegia. Cameræ simul inhibetur, ut nullos contra ea processus imposterum decernat. Amplius hoc etiam in Judicio Imp. Aulico observatur R. H. O. *tit.* 5. ut interdum causa ex Consilio ad S. Cæs. Majestatem determinanda referatur. §. Wo aber die Stimmen in ziemlicher Anzahl zertheilet/ und unser Præsident vermercken würde / daß beyder Theil Meinung mit stattlichen grundvesten Ursachen bestärcket / oder da in unserm Reichs-Hoff-Raht Sachen vorkommen werden/ darinnen unsere Reichs-Hoff-Räht sich nicht vergleichen möchten / dahero wegen ihrer Hochwichtigkeit deren Erledigung bey uns vonnöhten/ so solle unser Reichs-Hoff-Rahts-Præsident ausserhalb unserm Vorwissen/nichts endliches schliessen / sondern nachdem selbige Sachen zuförderist am fleissigsten erwogen / beyder Theil schriffliche Meinung kürtzlich dem Secretario in die Feder/ und zum protocoll gegeben werden/ und alsdann dem Referenten ein schriffliches Gutachten /mit allen umständlichen / und wichtigen Bedencken auffzusetzen / dem Correferenten aber/ andern Theils Meinung gleichfals in ein anders Gutachten zu bringen / anordnen.

35 Quia ergo judicia bona sunt fundamenta Regnorum, cum propter *injustitias, injurias & dolos transferantur Regna de gente in gentem, Eccles. c.* 10. Hinc Constantinus Imperator in *l. un. quando inter pupill. & vid.* constituit, quod Imperator vel Rex in persona propria, potissimùm de miserabilibus personis, & à potentioribus impiisque oppressis judicare debeat. Ita judicavit ipse Mydas, Rex Phrygiæ, Gordii filius, qui & sellam Regiam, in quâ jus solitus dicere, in templo Delphico sacravit. *Herod. in* 1. Dicebat Rex Persarum jus in throno aureo, purpura pro tapetibus extensa, adstantibus, qui in hastis mala aurea deferrent, *Athen. lib.* 12. *cap.* 3. *Dipnosophiston.* Quemadmodum & hodie judicibus adstant cum hastis vel baculis hostiarii. Alexander quoque Magnus jura dicebat cum Proceribus, sedens in throno aureo. *idem d. lib. c.* 18. Judicabat & ipse Gelon Syracusarum Rex, *idem eod. cap.* 15. Et Julius Cæsar *Appion. Alexander. lib.* 1. *bello civil.* Et apud Mossyneos perpetuò Rex jura poscenti cuicunque reddebat, sed majori cum severitate: quod & ipse pœnas lueret, si malè judicasset, quod ex verbis Apollonii Rhodii collige, is enim sic scribit, *Appell. Rhod. libr.* 2. *Argonaut. vers.* 528.

An Imperator ipse in propria persona judicare debeat?

Porrò in altissima Rex domo sedens,
Æqua multis jura populi dictitat,
Miser. Si enim alicui jura reddendo erraverit,
Fame ipsum eâ die includentes afficiunt.

Gregor. Tholosan. in Syntagm. Jur. Univers. lib. 47. *c.* 20. *n.* 15. Quare autem hodie judicia, & causarum decisiones per Tribunalia exerceant Imperatores, jam suprà annotavimus. Hoc enim sine jurisjurandi Religione, pro justitia sanctè administrandâ, obstringuntur Tribunalium Judices, & præcipuæ causæ ad Imperatoriæ Majestatis sæpe referuntur decisionem. Imò verò hodie in Imperio nostro ipsorum Statuum & partium litigantium obstare voluntatem, quo minùs Imperator ipse in causis illorum judicet, sed Tribunalibus suis hanc relinquat judicandi provinciam, satis demonstrat, *Capitulat. Imp.* §. *Neque erimus contrarii,* 42. & R. H. Ord. *tit.* 5. Was auch einmahl. Præprimis tamen Imperatori prospiciendum est, ut judicia cum autoritate suam sortiantur executionem, sine ulla elusione. Idcirco qui supremam potestatem habent, singulari curâ providere debent, ut Authoritas Judicum, & loca judiciorum, ab omni injuria sic defendantur, ut liberè judicia, & sine metu Potentum exerceri possint, neque similia sint araneorum telis, quæ parvas capiunt muscas, magnas dimittunt. 36

Judicia non eludenda, sed exequenda esse.

Cancellariam Imperialem dirigit Archicancellarius Imperii, Archiepiscopus & Elector Moguntinus, ejusque loco Vice-Cancellarius Imperii, hodie obit Illustrissimus & excellentissimus Dominus *Dominicus Andreas* Comes à *Kaunitz*, S. C. M. Consiliarius intimus. Reliquæ Cancellariæ personæ sunt Secretarii, Registrator, Taxator, Scribæ, & Pedellus, sive Thürhüter/ quorum munia ex ipsa ordinatione & praxi melius addiscuntur. Secretarii duo sunt, quorum unus in lingua Latina, alter in Germanica expedit negotia; hæ enim solum linguæ in hoc judicio sunt in usu, ita, ut si fortassis acta appellationis, documenta, depositiones testium, ex Patria Leodiensi, Italia, aut aliis locis exhibeantur, addi tamen semper versio Latina vel Germanica debeat, R. H. O. *tit.* 3. §. ferner soll in dergleichen, non obstante eo, quod Consiliarii, quantum possibile sit, linguarum gnari esse debeant. Processus decreti expediuntur à Secretariis, expeditiones Referens relegit, ac quæ videntur, corrigit, gravioris vero momenti resolutiones, earumque expeditiones in pleno Senatu perleguntur. R. H. O. *tit.* 6. *in pr.* §. 1. & *tit.* Lecta & approbata mittuntur ad Cancellariam, descripta iterum perlustrantur, an nulla irrepserint calami vitia: Inde à Secretario ad Imperii Vice-Cancellarium ad subscribendum, demum ad Imperatorem perferuntur, ut ipse, adscriptione Augusti 37 38

Quis Cancellariam Imperialem dirigat, & quæ ejus personæ.

De ordine expeditionis & modo, & qua in lingua fiat.

 nomi-

nominis sui, ultimum robur addat. Tandem apponitur Sigillum, solutaque Taxa partibus vel earum Procuratoribus seu Agentibus expeditiones traduntur.

39 De Agentibus Cons. Imp. Aulici, eorumque juramento.

De Procuratorum porrò, seu Agentium officio & qualitatibus requisitis videri potest R. H. O. tit. 7. per tot. nec non *Besold. in Thes. Pract. verb. Agent.* Eorum numerus 24. vel 30. excedere regulariter non debet. Antequam verò recipiantur, de eorum legitima nativitate, patria, bonis moribus & doctrinâ constare debet, quo fine per duos aut unum Assessorem Consilii Imperialis Aulici examinantur, factaque ab hoc relatione in pleno consilio de bonis eorum qualitatibus & sufficienti doctrina, in numerum Procuratorum cooptantur. Decens enim est hos Procuratores esse Jurisperitos, & sufficienti doctrina instructos, ne causas, quæ hic tractantur graves, seu ex malitia, sive ex imperitia, confundant potius & perturbent, quàm ad justam decisionem promoveant. Suscepti verò juramentum præstare tenentur, prout *cit. loc.* R. H. O. rectè disponit. Extra has personas legitimè susceptas, & juramenti religione adstrictas, nulli permittitur causas in hoc judicio tractare, nisi fortassis Electorum & Statuum aliquis specialiter, alium quendam, curæ negotiorum suorum Judicialium præficere velit, qualis omnino admittendus est, ea tamen lege, ut de cætero ordinationem stylumque observet.

40 Quibus in causis Jud. Imp. Aulici jurisdictio fundata sit?

Quæ causæ in Judicio Imp. Aulico discuti & determinari possint, traditur in *ejusd. Ord. tit. 2. in pr.* in unserm Reichs-Hoff-Raht sollen alle und jede Sachen/ das H. Römische Reich/ desselben Hoheit/ Recht/ Herrlichkeit/ Gerechtigkeit Pfandschafft/ Lösung/ Regalien/ hohe und niedere Lehen/ Privilegien/ Indult/ confirmation/ und anders/ wie solches Nahmen haben mag/ und in Summa/ was nach der unselbahren Justitien dirigirt und decidirt werden solle/ insonderheit alle und jede Partheÿ-Sachen/ die Rechts-Gewohnheit/ connexität und consequentz halber/ für unser Kayserl. Gericht gehören/ oder von den ersten Instantien durch Mittel der Appellationen/ Supplicationen/ Dictionis nullitatis, implorationis officii, oder in andere alle Weg sich dahin wenden/ darüber erkennet/ und die Nothdurfft außgefertiget werden. Cum verò tot non sint Assessores

41 An etiam causæ ad pacem Religiosam spectantes huc pertineant?

A. C. quot sunt Catholici, dubitare quidam præsumpserunt, an etiam causæ ad Pacem Religiosam spectantes huc pertineant, *Cubach. de Constit. Rel. c. 11. n. 19.* sed cum eo in casu, ubi inter Status diversæ Religionis lis est, selecti æquali numero, Consiliarii utriusque Religionis causas examinent & definiant, R. H. Ord. *tit. 1. §.* Wir wollen auch. causa dissensionis sublata est. Cum etiam in cæteris Imperii negotiis, si Catholici omnes in unam conveniant sententiam, A. C. verò Consiliarii contrariam defendant, licet illorum plures, horum multò pauciores sint, vota tamen pro paribus habeantur, illiusque controversiæ decisio deferatur ad Imperatorem. Quod si A. C. Assessor Catholicis, aut ex his unus illis accedat, illa pars majora reportat, cujus vota accessione illa augentur. Et quamvis fictitia hæc, ut vulgò nominant, Consiliariorum Religionis paritas, Autori der Grundfest pag. 270. non satisfaciat: attamen *Fritsch in Exercit. 5. n. 8.* fatetur labi illum Autorem, & ex *Instrum. Pac.* id erui non posse, quod tot realiter & quoad numerum constitui debeant Consiliarii A. C. quot sunt Catholici, id quod conferenti locum facile appareat: & exinde vana est, omnique destituta fundamento quorundam querela.

42 Non requiri tot numero Consiliarios A. C. quot sunt Catholici.

43 Causæ criminales, uti & matrimoniales huc pertinent.

Causas quoque criminales ad hoc judicium pertinere tradit *Myler. de Princip. & Statib. Imp. Rom. German. c. 20. n. 22. & seqq. Knipschild. de civitat. Imp. lib. 2. c. 33. n. 23. Tabor. de Execut. rei judic. Thes. Basil. vol. 5. disput. 11.* monitumque *supra lib. 1. tit. 10. in pr. n. 24.* quod etiam quotidiana praxis comprobat. Sed per viam appellationis causæ criminales non recipiuntur, nisi super nullitate processus ad Superiorem instituatur provocatio; causæ quoque Statuum Matrimoniales hinc non excludendæ, si in possessorio agatur, vel super Processûs nullitate, prout nuper *anno 71.* decretum rescriptum, ad recipiendam conjugem in consortium matrimonii, donec de ca[u]sa legitimè cognoscatur, & videri potest *Reinking. de Regim. Eccles. & Sec. lib. 3. cl. 1. c. 10. per tot. Burgoldens. ad Instrum. Pac. p. 2. disc. 20. fol. 204.*

44 Causæ graviores ad Imperatorem cum voto referuntur.

Causæ graviores, quæ publicum Imperii statum concernunt, eumque commovere possent, si intempestiva decisione resolverentur, postquam in judicio Imp. Aulico ad sententiam usque trutinatæ sunt, referri ad Imperatorem solent, cum voto, mit Gutachten/ ut in Consilio secretiore discutiatur, an rerum circumstantiæ, & Status publici ratio permittat, ut hoc tempore in causa pronuntietur, & an sine motu in Imperio sententia executioni mandari possit; Cedunt enim semper privata publicis, & salus populi suprema lex est; utilitas publica, ait Imperator *in l. 3. de Princip.* præferenda est contractibus privatorum. Quoties enim Reipublicæ interest, privatas res in usum publicum destinari, toties cives à jure suo discedere oportet, & nisi velint, cogi possunt. Quod etsi iniquum, imò miserabile videatur, in favorem tamen Reipublicæ indultum est, *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 14. c. 16.* Itaque decisionem controversiæ differri posse, si executio difficilis, & alia publici Statûs metuantur incommoda, extra dubium est, & exempla allegat, *Ahasver. Fritsch. d. Exercit. 5. n. 24.* quibus plura possunt adjici. De cætero verò non disceditur à voto Senatûs Imper. Aulici, obstante *Capitul. Imp. art. 42.* & R. H. Ord. *tit. 5. §.* Was auch ein- mahl in gemeltem unserm Reichs-Hoff-Raht in contrario judicio cum causæ co- gnitio-

45 A Senatus Imp. Aul. voto in Consilio secretiore non facile discedi.

gnitione, und mit unserem Vorwissen ordentlicher Weise gehandlet/ und beschlossen ist/ darbey solles allerdings verbleiben/ und von niemand anders von neuem in cognition gezogen/ noch dessen Execution verhindert werden. Imò liberrimum est suæ Majestati, in causis majoribus, & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere. *Instrum. pac. art.* 5. §. 20. *vers. quoad processum.*

46 Statuum primas instantias illibatè observandas esse,

Illud observandum, quod licet olim dubia fuerit quæstio, an *Privilegia primæ instantiæ* Statibus concessa, Cæsareæ quoque jurisdictioni præjudicent, de qua videri potest *Paurmeister. de Jurisdict. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 123. ubi negativam sequitur: Hodie tamen res clara est, tam ex *Instrum. Pac. art.* 5. §. 20. *versic.* 4. in verb. *In Consilio Aulico non minus, quàm in Cameræ Imp. judicio, privilegium primæ instantiæ, Austregarum jura, & privilegia de non appellando Statibus illibata sunto, nec per mandata, aut Commissiones, aut Avocationes, aut alio quovis modo turbentur:* quam etiam in *Capitul. Imp. Art.* 18. & R. I. de anno 54. §. Benebens sollen Cammerrichter 105. & R.H. Ord. tit. 2. §. Wir befehlen;

47 Privilegium Electionis fori quinam habeant?

Reges verò *Sueciæ*, ratione eorum, quæ possident in Germania, tanquam Duces Bremenses, Verdenses, aut Pomeraniæ, Principes Rugiæ & Domini Wismariæ, nec non Duces Brunsvicenses & Luneburgenses insuper *beneficium Electionis fori* habent, ut integrum sit ipsis, vel in Aula Cæsaris, vel in Camera Imperiali intentatam, prout maluerint, excipere actionem, sic tamen, ut intra tres menses à die denuntiatæ litis, declarare debeant, coram quo se judicio sistere velint. *Instr. Pac. Cæsar. Succ. art.* 10. *vers. econtra verò Roding. lib.* 1. *tit.* 20 *pag.* 292. Privilegium Electionis fori für die Hertzogen von Braunschweig/ de dato Wien den 24. Novemb. 1648. sequentis est tenoris:

48 Tenor Privilegii Electionis fori Ducum Brunsvicens. & Luneburg.

Wir Ferdinand der dritte/ von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Kayser/ bekennen öffentlich mit diesem Brieff/ und thun kund allermänniglichẽ/ daß wir von denen Hochgebohrnen Friederichen/ Augusto und Christian Ludwig Gebrüdern/ Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg/ unsern lieben Oheimb- und Fürsten/ bey der zu Münster und Oßnabruck vorgangenen allgemeinen Friedens-Handlung/ und Ertheilung eines Privilegii Electionis fori, entweder vor unserm Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath/ oder unserm Kayserlichen Cammer-Gericht in Recht zu erscheinen angelangt worden; daß Wir/ in Ansehung der getreuen Dienste/ so ihro Durchleucht/ und derselben Vorfahren Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg/ Uns und dem H. Reich/ auch unserm löblichen Ertzhauß Oesterreich/ in viel Weeg geleistet haben/ auch hinführo wohl thun können und mögen. Sonderlich aber/ daß sie nach laut- und besage des allgemeinen Frieden-Schlusses/ die an dem Ertz- und Stifftern Magdenburg/ Bremen/ Halberstadt und Ratzenburg erlangte Coadjutorien/ auff unser und besambte Stände des Reichs Begehren/ abgetretten und fahren lassen/ und also dardurch/ wie auch sonsten/ bey ermelten allgemeinen Friedens-Handlung/ die Wiederbringung eines friedlichen Ruhe und Wohlstands im Heiligen Reich Teutscher Nation, an ihren Oerthen treulich/ und eyfferig befördern helffen/ ihnen und ihren Erben und Nachkommen/ Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg/ solche Freyheit und Willkühr/ nach ihrem Belieben/ vor unserm Kayserlichen Reichs-Hoff-Raht/ oder unserm Kayserlichen Cammer-Gericht/ in Rechtlichen/ auff sie außgezogenen Proceß/ zu erscheinen und einzulassen gnädiglich vergönnet/ und ertheilet haben.

Wir geben/ gönnen/ und ertheilen auch für uns/ und unsere Nachkommen am Reich ihnen solche Freyheit/ mit wohlbedachtem Muth/ gutem zeitigen Raht/ und Rechten/ Wissen/ hiemit und in Krafft dieses/ also und der Gestalt/ wann und so offt gedachte Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg von jemanden/ wer/ und was Stands/ oder Wesens der immer seyn mag/ sive per modum simplicis querelæ, sive Mandatorum, sive Appellationis, sive Nullitatis, sive Commissionis, oder sonsten auff einige andere Weiß und Weeg/ vor unserm Kayserlichen Hoff/ oder unserm Kayserlichen Cammer-Gericht beklagt/ oder in einigerley Weiß/ und Weeg Gerichtlich vorgenommen werden/ so soll in vorbenanter Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg/ deroselben Erben und Nachkommen/ freyer Wahl und Willkühr stehen/ ob sie vor unserem Reichs-Hoff-Raht/ oder Cammer-Gericht/ zu Recht erscheinen/ und sich einlassen wollen. Ob auch der Kläger jetzt oder künfftig an jedwedern der bemelten Gerichten/ auff seine angebrachte Klage/ Citation/ und Proceß außgezogen/ und dardurch eine Prævention erhalten zu haben vermeinte/ so solte doch solche außgezogene Citation und Proceß/ auff vorgenante Hertzogen/ in dem bestimbten termin, einkommende Exceptionem fori declinatoriam, alsobald cassirt/ auffgehebt/ und der Kläger oder Impetrant/ an daß/ von denenselben erwehlte Gericht lediglich verwiesen werden; Solte aber derjenige/ so an die Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg/ sambt oder sonders/ Spruch oder Forderung gewinnet/ selbigen hiernechst veranstallenden Rechts-Proceß urkundlich anfragen/ an welchem Gericht dieselbe umb solche Spruchen zu Recht zustehen/ Rede und Antwort zu geben gemeint wären: so sollen sie sich dessen innerhalb **zweyer Monahten** von angefügter requisition anzureiten/ deuthlich zu erklähren schuldig/ oder im wiedrigen Fall deren/ ihnan sonst/ Krafft dieß gebührender Election, für dießmahl/ und in verschwenter

Sache/ verlustigt seyn/ und dem Gegentheil/ an welchem Gericht er seine Klage anbringen und vollführen wolte / frey und bevorstehen. Er solle auch an dem jenigen Gericht/ vor welchem sich die Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg sambt oder sonders eingelassen / wieder sie anders nicht/ dann nach Außweisung des Heiligen Römischen Reichs Constitutionum, und des allgemeinen Friedens-Schlusses / auch künfftiger weiterer Reichs-Verordnung/ in puncto Justitiæ verfahren/ sie auch darwieder mit mandatis Commissionibus, und Executionibus nicht übereilet werden.

Von diesem unserm ertheilten Privilegio Electionis fori, sollen durchauß keine Sachen/ als allein die *Fahnlehen* exempt seyn/ und außgezogen / sondern alle übrige/ ohne Unterscheid/ darunter begriffen seyn/ auch darwieder niemand gehört / sondern mit allen dargegen eingewendeten Exceptionibus, Aufzügen und Hindernüssen/ gäntzlich abgewiesen werden. Jedoch solle hierdurch denen Judiciis Austregarum, oder privilegiis primæ instantiæ, nichts benommen / sondern selbige mehr besagten Hertzogen/ gleich andern Ständen unverkümmert vorbehalten seyn.

Wir meinen demnach/ setzen/ ordnen/ und wollen/ daß diese vorstehende Freyheit in allen ihren puncten/ clausulen/ und Begreiffung/ wahr/ steht/ vest/ und unverbrochen bleiben und gehalten werden/ auch die obberührte unsere/ und des Reichs-Fürsten/ Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg/ und ihre Nachkommen/ sich derselben nach ihrer Nothdurfft gebrauchen sollen und mögen/ von aller männiglich ungehindert; und gebieten darauff allen und jeden Chur-Fürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prælaten/ Grafen / Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Landvögten / Haubtleuthen/ Vicedomben/ Vögten/ Pflegern/ Verwesern/ Ambtleuthen/ Schuldheisen/ Hoffrichtern/ Landrichtern/ und allen andern Richtern/ Frey-Grafen/ Schaffnern/ Urtheil-Sprechern/ Burgermeistern/ Rähten/ Bürgern/ Gemeinden/ und sonst allen und jeden andern/ unsern und des Heiligen Reichs nachgesetzten Obrigkeiten/ Unterthanen/ und Getreuen / was Würden/ Stand oder Wesens die seynd; insonderheit aber unserm Kayserlichen Reichs-Hoff-Raht/ wie auch unserm Kayserlichen Cammer-Gericht/ ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff / und wollen / daß sie mehrbemelte Hertzogen zu Braunschweig-Lüneburg/ dero Erben/ und Nachkommen/ an solcher ihrer Freyheit/ und ertheiltem Privilegio Electionis fori, nicht irren noch verhindern/ sondern sie derselben ruhiglich gebrauchen und geniessen / auch gäntzlich darbey bleiben lassen/ darwieder nicht thun/ noch durch jemand andern zu thun gestatten/ in keine Weiß noch Weege / als lieb einem jedem seye unser und des Reichs schwäre Ungnad zu vermeiden / alles bey Pön fünfftzig Marck löthiges Goldes/ halb unserm Kayserlichem Fisco, und halb dem besagten Hertzogen unnachläßlich zu bezahlen. Das meinen Wir ernstlich mit Urkund dieses Brieffs/ besieglet mit unserm Kayserlichen angehängten Insiegel/ das geben ist in unserer Stadt Wien den 24. Novemb. Anno 1648.

Jungfrau.

Vid. textum in Tom. 1. *hoc verb.* §. *supra verb.* Außsteur der armen Jungfrauen / *fol.* 319. *& seqq.* ubi de Sponsalibus, Nuptiis, Laudibus, Dotatione, Virginitatis Probatione, & aliis.

Juramentum.

SUMMARIA.

1. *Vis præstiti juramenti.*
2. *De juramento judiciali.*
3. *De variis juramentorum speciebus.*
4. *Effectus juramenti.*
5. *Majestatem Principis juramento in leges patrias non minui.*
6. *De juramento calumniæ.*
7. *De juramento in litem.*

DE Juramentis jam dictum supra *verbo* Eydt. *pag.* 700. ubi notatum, quid propriè sit Juramentum, & quomodo præstetur ab utroque sexu, quando possit deferri, quando recusari, de modo juramentum præstandi, ejus requisitis, de necessitate id observandi, & ejus obligatione. Hic porrò notandum occurrit, quod *Juramentum voluntarium* primò impunè recusare licet: sed semel susceptum, nec revocatum, aut remissum, omninò præstandum est, adeoque illud parti adversæ referre
1 non est integrum. Præstiti autem ea vis
Vis præstiti Juramenti. perhibetur, ut ne perjurio quidem detecto, controversia juramento sopita resuscitari queat, nisi specialiter hac lege, hoc est, conventione exceptum fuerit, vel in causa Legati vel Fideicommissi perjurium commissum probetur; in retractus tamen negotio admittitur probatio contra juramentum, *Thes. Basil. vol.* 1. *d.* 7. *l.* 99. 2.
Juramentum *Judiciale* delatum omninò 2
suscipiendum est, etiamsi deferens nihil *De juramento judiciali.*
probaverit, etiam eo casu, quo actor probandi onus assumpsit, ac tandem, defectu probationis juramentum detulit; id quod etiam valet in causis *matrimonialibus*, modo pro matrimonio suscipiatur; juramenti tamen recusandi justæ sunt quædam causæ: Et nascuntur, vel ex facto deferentis, si videlicet, postulante Adversario, ipse recuset jurare de calumnia, vel juramentum semel revocatum tentet rursus exigere. *Secundo* ex facto ipsius, cui defertur, ut si juramentum referat, vel plane probare voluerit. *Tertiò* ex re ipsa, quæ postulatur,

hoc

hoc est, juramento: si nempe illud vel juranti noceat, lædendo pietatem, gravando existimationem, vel rei familiari damnum inferendo, aut si ipsi inutile futurum sit. Cui autem juramentum deferendum sit, Actori vel reo, judicis arbitrio relinquitur.

3 De variis juramentorum speciebus.

Juramentum *Latroni*, pro vita per pecuniam redimenda, præstitum, non est servandum, sed pecunia ad honestas & pias causas applicanda: Sicut & juramentum ab *amantibus* præstitum, *bellis amasiis*, non est servandum, invitis nec consentientibus Parentibus. Juramentum ad rem turpem & flagitiosam faciendam nullum est, nec obligat jurantem, sed potius est perjurium, & magis pejerat, qui id implet, quam qui id negligit, quia juramentum iniquitatis & sceleris vinculum non est, & in omni juramento excepta semper censetur autoritas superioris. Juramentum *promissorium* jure Civili non parit obligationem, se jure Canonico major est ejus vis, quia obligationem & actionem produit. Juramentum *purgationis* vocatur, quod reus propter præsumptionem pro Actore urgentem ad se purgandum subire cogitur; de quo vide plura ex Recessibus Imperii in *tom.* 1. *verbo*: *juramentum purgationis*. Juramentum verò *vi vel metu* extortum non est obligatorium, vel calore iracundiæ emissũ, ita ut jure Civili non opus habeat absolutione, jure vero Canonico, tamdiu obliget, donec absolutio fuerit secuta, prout etiam hoc jure actus per se nullus juramẽto confirmari potest, ex jure vero Civili non omnis, *Thes. Bas. vol.* 3. *disp.* 5. *lit.* II. 3. *& Vol.* 7. *disp.* 2. *lit. f.* 2. Imo juramentum iis quoque actibus, qui per se infirmi sunt, accedere potest, & valet, nisi Legislator aliqua ex causa id prohibeat.

Episcopi & *Sacerdotes* per communem formulam jurare non tenentur, sed solum per sacram consecrationem & manu ad pectus apposita; *Cap.* 4. *si quis Presbyter* 2. *q.* 5. absit enim *ut manus, per quam corpus & sanguis Domini conficitur, non polluatur.* Promissio Bey Fürstlichen Ehren und Treuen / pro juramento habetur, quoad promissionis observationem, non verò quoad pœnam. Promissio sive juramentum tale, Ich verpflichte mich an Eydtstatt / ejusdem cum juramento efficaciæ est; Juramentum subjectionis, vulgò Huldigung und Eydtpflicht / superioritatem acquirit, illi, cui præstatur, & hoc juramentum subjectionis à subditis si præstetur uni, per confraternitatem confœderato Principi simultaneè concipitur in personam alterius, quæ tamen præstatio, vivente naturali Domino, non importat subjectionem. Juramentum autem est res personalis: nam personam jurantis non egreditur, nec transit ad heredes, quoad perjurium & pœnas spirituales. Verumtamen id robur, quod juramentum addit contractui, *transit ad hæredem*, & ipsum afficit, quoad observationem contractus. Atque juramentum omne, quod sine interitu animæ, & absque labe turpitudinis servari potest, servandum est, ut nec propter enormem læsionem rescindi possit. Itaque juramenti judicialis ea vis est, ut litibus finem imponat, ut transactionis, rei judicatæ, solutionis, novandi, delegandique vim habeat, atque omnem obligationem tollat; ut lites ita finitæ restaurari nequeant, ne respectu quidem instrumentorum de novo repertorum, nec prætextu perjurii, quamvis in *juramento necessario* aliud obtineat, & in causa ultimæ voluntatis per falsum juramentum decisa. Nam prolato testamento, si appareat Legatario vel fidei commissario non fuisse debitum, poterit hæres id repetere. Tandem *interpretatio* juramentorum in dubiis in benigniorem partem torquetur, ne perjurii nota incurratur, vel cum quid potest à juramento exceptum, ostendi aut præsumi. Verba verò maximè sunt spectanda, à quibus non est recedendũ, priusquam de contraria voluntate constet, & in jurantem potius fieri debet interpretatio, cum in ejus potestate fuerit verba apertius concipere. *Majestas* denique Principis nec juramento à Statibus alicujus Regni ad Patrias leges observandas, nec Comitiorum convocatione, nec populi præsentia minuitur. *Thes. Basil. vol.* 5. *disp.* 17. *lit. Bbbb.* 1. *& vol.* 1. *disp.* 1. *lit. B.* 3. *& vol.* 2. *disp.* 4. *lit. V.* 1.

4 Effectus juramenti.

5 Majestatem Principis juramento in leges patrias non minui.

De *juramento Calumniæ* videatur textus in *Tomo* 1. ex Recessibus Imperii, ubi hæc materia latè tractatur. Est autem Calumniæ juramentum, religiosa asseveratio, qua uterque litigantium promittit, se calumniæ causa nihil agere, neque acturum esse, sed juris sui opinione & fiducia fretum: dividitur autem in *generale* ad totam causam, & *speciale*, quod olim in singulis judicii partibus exigebatur, hodie sublato speciali jurejurando salem juratur initio litis, nihil in toto negotio calumniæ causa facti ratum iri, idque jure civili neque tacitè neque expressè remitti potest, hinc fit, ut judex, etiam partibus dissimulantibus illud exigere cogatur, & exactum omnino præstandum sit, quod secus est de jure Canonico. Et de calumnia jurant non solum personæ Principales, sed & Advocati & Procuratores, Syndici Universitatis, Tutores & Curatores, non solum in suam, sed & Principalium animam, atque in omnibus causis, seu Civilibus seu criminalibus, sive etiam spiritualibus, tàm in prima quam secunda instantia, & si quis litigantium id præstare noluerit, actor quidem ab instituta actione repellitur, reus verò instar confessi condemnatur, imo id ne tacito quidem partium consensu remitti potest, etsi *hodie aliud* usu receptum sit. De calumnia etiam jurant Abbates jure Canonico, non in suam animam, sed majorem partem Capituli. Jure autem Civili in suam jurant animam, ut quivis alius habens legitimam personam standi in judicio.

6 De juramento Calumniæ.

Juramentum in litis in magnis & arduis causis non admittitur, nisi plus quam semiplenè probatum sit, *Gail.* 1. *obs.* 108. *num.*

7 De juramento in litem.

num. 11. sed tamen contra Spoliatorem juratur in litem, *l.2. & l. in actionibus ff. de in lit. jurand.* idque odio delinquentis aut spoliantis, propter difficultatem probationis, *Mynsing 4. obs. 12.* si scilicet agatur contra ipsum delinquentem, non quando contra alium, qui non deliquit dolo, sed tanquam culpa, veluti Dominum territorii, qui propter non adhibitam custodiam, ut itinera tuta essent, tantum ex quasi delicto tenetur, ob culpam, quia tunc legitima probatio requiritur; & opus, ut itinera fiant per vias solitas. *Gail. 1. obs. 64. per tot.* Etiam hosti fides & juramentum est servandum *Can. 3. noli existimare. §. quæst. 1. Cap. final. 22. q. 4* nisi ipse perfidus & fidei violator existat, *Cap. 3. pervenit de jur. jurand. l. 21. cum proponas C. de Pactis.* Frustrà enim quis postulat fidem servari ab eo, qui fidem à se præstitam servare recusat, *C. 2. ibid.* fides servanda est, ut qui injustè vinculis detentus, & sub juris jurandi religione de redeundo dimissus ad evitandum perjurium, redire debeat, nisi periculum mortis illi immineat. *Covarruv. lib. 1. resolut. cap. 1. n. 7.*

Jurisdictio.

DE Ecclesiastica Jurisdictione dictum est supra sub *illo titulo fol. 675.* Hic obiter adhuc notandum, quod in invitum nulla sit jurisdictio, nisi Judicis competentis, & quod fructus jurisdictionis, id est pœnæ & multæ ipsam jurisdictionem sequantur, quæ radix & fundamentum est omnium onerum & servitiorum. Cum verò Jurisdictio duplex sit, *Criminalis & Civilis*: si Criminalis sola sit, non statim superioritatem infert, nisi etiam adsit Civilis, quæ etiamsi sola sit, Superioritatem possidenti acquirit, & jurisdictio *unico actu* possideri & comparari potest, si adversarius acquiescat. Atque sic Jurisdictio generalis præscribi potest, si præscribens, animo illam universaliter habendi, possederit; Animus verò ille colligitur ex illorum exercitio, quæ signa sunt universalis jurisdictionis. Si jurisdictio cum castro alicui simpliciter concedatur, tunc arguitur etiam concessum merum imperium, si tillud castro cohæserit. Atque jurisdictio Criminalis exercetur in quosvis maleficios in territorio jus dicentis repertos, etiam ob delictum alibi commissum. A jurisdictione Criminali tamen ordinaria eximuntur (1.) personæ illustres à solo Principe, (2.) milites à Magistratu militum condemnandi; (3.) Doctores verò & Clerici priusquam huic jurisdictioni tradantur, degradandi sunt. Jurisdictionales actus territoria Principum constituunt, sicut limites & fines. Sæpius tamen jurisdictiones plures Dominorum plurium in una eademque provincia concurrunt, & uni summum Imperium, alteri jurisdictio simplex & alia jura competunt, & sic Jurisdictionis modi distincti sunt, nec ab una specie ad aliam colligere licet. Ita Colonia Agrippina jus carceris, vitæ verò necisque Elector Coloniensis habet.

Jurisdictio præcipue probatur, quando quis mandatis meis paret, & ad requisitionem meam se sistit, si homagium mihi præstat, si statutis meis se subjicit, si onera, mulctam & pœnas sibi imponi patitur, sive id Princeps ipse faciat, sive per suos Officiales & Magistratus. Et qui Principes jurisdictionem habent in terra, eam quoque in mari terræ adjacenti usque ad centesimum milliare exercent *Thes. Basil. vol. 3. disp. 5. lit. Num. 1.* In eodem territorio possunt reperiri castra aliique districtus, in quos jurisdictio Domini territorialis non extenditur, & id sæpius fit vel per transactiones vel per privilegia. Licet jurisdictionis prorogatio olim fieri potuerit, ea tamen hodie restrictior est, adeò, ut invito ordinario Superiore alterius jurisdictio à Subdito prorogari non possit, nec à Vasallo de re feudali sine consensu Domini. Jurisdictio omnis duobus competit modis, vel per concessionem, vel per præscriptionem; concessio verò privativa in dubio nunquam præsumitur, quin eandem & majorem concedens penes se retinuerit, quia semper reservata censetur Superioritas, cujus rei effectus sunt, ut in casu *denegatæ vel protractæ justitiæ*, vel si *suspecti* moveatur quæstio, superior cognoscere, causas avocare, & super iis cognoscere possit. Jurisdictionis *Criminalis* possessio per actus Criminales, ut sunt erectio furcarum vel patibuli, libri Processuum, inquisitionum, Urphedarum, sententiarum criminalium & similium, probabiliter evincitur.

Justitia.

DE hac videri potest textus in *Tom. 1. hoc verbo*, quod justitia nemini denegari, sed celeriter, absque respectu personarum, administrari debeat, qua de re passim plurima, & præsertim supra *verbo Judex.* Justitia enim est res omnium pulcerrima, & validissimum totius orbis vinculum; ideoque ex omnibus virtutibus maxime colenda & amplectenda, quia sine justitia regna diu consistere non possunt, eaque remota nihil sunt, nisi magna latrocinia.

Justitia denegata vel protracta.

DE hac materia plura notata sunt *in tom. 1. sub hoc verbo.* pro ut etiam de *promotorialibus* decernendis. Nam in casu denegatæ justitiæ causa recta devolvitur ad Superiorem per viam simplicis querelæ. In casu Justitiæ protractæ decernuntur à Superiore *Promotoriales*, in quibus Inferiori Judici certus terminus præfigitur, intra quē in causa procedat, & justitiam faciat, cum effectus devolutivi comminatione: quod, si facere negligat, causa sine appellatione ad Superiorem devolvitur.

Lit. K.

Kärndten. Carinthia.

SUMMARIA.

1. *Mirabilis mos & modus inaugurandi Principes Carinthiæ.*
2. *Conversio Carinthiorum ad fidem Christianam.*
3. *Consuetudo Klagenfurtensis.*
4. *Sed tandem abolitus mos inaugurandi.*
5. *Carinthia ferax plumbi & ferri.*
6. *Religionis prima initia.*
7. *Successio Ducum Carinthiæ.*

CArinthia montana, & ipsa Regio Carnis applicantur ad ortum ac Septentrionem, Styriæ juncta ad Occasum & Meridiem, Alpes Italas & forum Julii contingit. Multæ in ea valles collesque, feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorum præcipuus Dravus. Qui per Stiriam ac Pannoniam in Danubium fertur, haud inferior Savo. Imperium Provinciæ Australes obtinent, & Archi-Ducem appellant, cui ea paret. Quoties nov⁹ Princeps Reipublicæ gubernationem init, solennitatem nusquam alibi auditam observant. Non longe ab oppido S. Viti, in Valle spatiosa, vetustæ Civitatis reliquiæ visuntur, cujus nomen temporis abolevit antiquitas. Juxta in pratis late patentibus *marmoreus* erectus est *lapis*, hunc ascendit rusticus, cui per successionem Stirpis id Officium hereditario jure debetur. Ad dexteram bos macer nigri coloris extat, ad sinistram pari macie deformis equa, frequens circa eum populus & omnis rustica turma. Tum Princeps ex adversa pratorum parte procedit, purpurati circum Proceres ambiunt. Vexillum ante ipsum & insignia Principatus. Comes Goritiæ, qui Palatii curam gerit, inter 12. minora vexilla præcurrit, reliqui Magistratus sequuntur. Nemo in eo Comitatu non dignus honore videtur: nisi Princeps ipse præ se rustici speciem ferens. Agrestis ei vestis, agrestis & pileus calceusque & baculus in manu gestatus pastorem ostendit: quem postquam rusticus ex lapide venientem conspicatus est, sermone Slavonico, (sunt enim & ipsi Carinthiani Slavi;) *Quis hic est*, inclamat, *cujus tam superbum incessum video?* Respondent Circumstantes: *Principem terræ adventare.* Tum ille: *Justusne Judex est, salutem quærens Patriæ? liberæ conditionis? dignus honore? estne Christianæ cultor fidei, & defensor & propagator?* Respondent omnes: *est & erit.* Rursus ille: *Quæro igitur, quo me jure ab hac sede dimoveat? Ait* Goritiæ Comes: *60. denariis abs te hic locus emitur. Jumenta hæc tua erunt*, bovem atque equam ostendens *vestimenta quoque Principis, quæ paulo ante exuit, accipies, erit domus tua libera & absque tributo.* Quibus dictis Rusticus, levi alapa Principi data, bonum judicem esse jubet: & surgens jumentaque secum ducens, loco cedit. Princeps verò, conscenso lapide, nudum gladium manu vibrans, se ad omnem partem convertit, æquum judicium populo promittens: ferunt & aquam frigidam rustico allatam pileo bibere, tanquam vini usum damnet; denique ad templum solemne pergit, quod in propinquo tumulo situm est, S. Mariæ vocabulum habens, & Pontificale fuisse traditur: ubi, peractis Sacrificiis, Princeps rustica indumenta deponit, paludamentumque induit, convivatusque splendidè cum Proceribus, in prata revertitur, ibique pro tribunali sedens, jus petentibus dicit, & fundos confert. Fama est *anno* 790. post Christum natum, imperante Carolo M. Ducem gentis, *Ingonem* nomine, ingens convivium Provincialibus præparasse, & agrestibus quidem ad conspectum suum intromissis, in vasis aureis & argenteis, Nobilibus verò ac Magistratibus procul ab oculis collocatis, fictilibus ministrari jussisse: interrogatum, cur id faceret, respondisse: *non tam mundos esse, qui urbes & alta palatia, quam qui agros & humiles casas colerent. Rusticis, qui Christi Evangelium accepissent, baptismatis undâ purificatis, candidas & nitidas esse animas: Nobiles ac Potentes, qui spurcitias Idolorum sequerentur, sordidas & nigerrimas: sic verò pro animarum qualitatibus instruxisse convivium.* Castigatosque ea re Nobiles catervatim sacri baptismatis undam quærentes, brevi tempore, sub *Vergilio* & *Annone* Juvaviensibus Episcopis, universos Christi fidem accepisse. Hinc honos investiendi Principis rusticitati datus. Fuit autem Dux Carinthiæ *Venator Imperii*, ad quem lites Venatorum omnium deferebantur, vocatus in Judicio coram Imperatore querelantibus non nisi Slavonica lingua respondere tenebatur.

1. Mirabilis mos & modus inaugurandi Principes Carinthiæ.

2. Conversio Carinthiorum ad fidem Christianam.

Multa hujus Provinciæ *ornamenta* fuisse commemorant, multa *privilegia*, facilè id creditu est, quando Imperatorem Ludovicum, hujus terræ Ducatum filio suo Arnolpho primogenito contulisse non est ambi-

ambiguum. Est & alia hujus Provinciæ consuetudo, in oppido, quod *Clagefurtum* appellant, contra fures durissima. Si quis in furti suspicionem inciderit, mox captus laqueo suspensus vitam finit. Sumpto supplicio post triduum de suspicione judicant, si reum jure fuisse necatum inveniunt, pendere cadaver infame sinunt, donec sua sponte consumptum decidat: sin verò non, depositum in Cœmiterio condunt, justumque funus è publico faciunt, & animæ gratas exequias. In hac provincia Comes Goritiæ, *Henricus*, vir muliere corruptior, impuberes filios media nocte ad potum surgere compulit, increpitans, qui sine siti somnum agerent: cum Pastoribus ac rusticis sæpius, quàm cum Nobilibus diversatus est, senex super glacie cum pueris lusit. Inter vulgata scorta frequentissimè latuit, raro in aula pransus est, solus coquum adiens, offulas in ipsa popina voravit. Vestes induit viles ac perunctas, pectus nudum & apertum ostendit. Oculi semper lacrymantes fuêre, quem cum aliquando ad se venientem Fridericus Imperator ex fenestra intuitus esset, Æneam Sylviũ vocitans: *age* (inquit) *Ænea, Principem, qui ad nos properat, contemplare, si quem mundiorem, pulchrioremque videris, aliquando effare.* Ipsi, cum satis Principem Comitesque considerasset, fœda rusticitas visa est, quæ dominatum assecuta, egregiam nobilitatem servitio premeret. Huic uxor natione Hungara, forma præstanti, & audacia plusquam viri, ei vincula indidit, mox Ulrici Comitis Ciliæ auxilio liberatus, uxorem domo pepulit. Nec diu post vita functus filios bonæ indolis adolescentes, & Matri quam sibi similes reliquit hæredes. Hactenus *Æneas Sylvius in Histor. de Europ. cap.* 20. Eadem fere traduntur à *Ludovico Morery, in Dictionar. Histor. verbo Carinthia, & Jacobo Hoffman. in Lexico univers. verbo Carinthia*, quibus adjungit *Martin. Rumelin. ad A. B. dissert.* 4. Ducem Carinthiæ fuisse Venatorem Imperii, quod munus postea pervenerit ad Archiduces Austriæ, & Piscatores Imperii fuisse Basileenses.

3 Consuetudo Clagefurtensis.

Prodiit in lucem anno 1701. liber inscriptus *Germania Austriaca, seu Topographia provinciarum Austriacarum*, à Sacerdote quodam S. J. qui *fol.* 53. dicit, solennitatis sive inaugurationis Principum Carinthiæ morem ab Ænea Sylvio proditum esse, & Ingonem Ducem Christianis Rusticis epulum instruxisse, & hoc epiphonemate clausisse: *Hinc honos investiendi Principis rusticitati datus*, diuque solennitatem hanc viguisse: siquidem Ernestus Archidux Austriæ, Friderici IV. Imp. parens, anno 1414. hasce ceremonias ultimus admiserit, Fuggero perhibente. Imò ad Saxeum illud tribunal Archiducem Carolum, & Ferdinandum filium, postea Imperatorem, inauguratos quoque fuisse tradit *Bollandus*, prætermisso tamen vili vestium cultu, atque alapa à rustico infligenda, quæ ejus temporis ratio fortasse non patiebatur; Supersunt hodieque lapideæ illius sellæ fragmenta, in quorum uno Domitiani nomen vetustissimis insculptum literis se legisse affirmat *Lazius*; idque, si à veritate non deviat, maximè fulcit Bollandi conjecturam, B. Domitianum, Ingonis aut filium, aut agnatum, memorato Rusticorum convivio, utpote Christianum, interfuisse opinantis, quod ne probro esset, sanxerit Inguon ipsemet, ut ejusmodi ritus solennitate idipsum apud Posteros celebraretur.

4 Sed tandem abolitus mos inaugurandi.

Porrò hæc provincia pecorum armentis uti & pretiosioribus *metallis*, abundare fertur, sed hæc in terræ visceribus abdita parum prosunt, cum pauca ex iis hac tempestate effodiantur. *Ferrum* tamen, idque probatissimum pariunt Frisacenses montes, aliique Liseræ fontibus propinqui, è quibus copiosè etiamnum erutum, à multiplici in oppido *Verlach* desudantium artificum genere, in varias non tam magnas, quàm parvas ducitur formas, elegantissimè elaboratas. De ferri autem, quod in his antiqui Norici regionibus effoditur, duritie & bonitate, constans semper fuit apud vetustissimos autores fama, Poetarum etiam carminibus dilaudata, uti præsto est illud Ovidii:

5 Carinthia ferax plumbi & ferri.

Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis.

Plumbum præterea hodieque gigni t Carinthia in Villacensis territorii monte, quem idcirco *Pleibergum* dici ab *Agricola de vet. & nov. met. l.* 2. docemur. Uberior istic celebratur *piscium captura*, quos partim offerunt Dravus, aliique amnes, partim Lacus, plurimis in locis expansi.

Evangelii semina jam ab ipso Apostolorum ævo, ex D. Hermagoræ Aquilejensis Episcopi, ejusque discipulorum industria per Noricum sparsa fuerunt, magnamque eorum partem in Carinthiam, Aquilejæ solo fere contiguam, interim decidisse quis ambigat? Certè uberes inde fructus sequentibus statim seculis in eo adolevisse non modo ex S. Severini vita, sed etiam ex D. Hieronymo conjicere fas est: *Horret animus*, inquit iste, *temporum nostrorum ruinas persequi. Viginti & eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim & Alpes & Julias* (seu Carnicas, quæ Carinthiam & Carniolam à foro Julio dirimunt:) *quotidie Romanus sanguis effunditur, Scythiam, Thraciam &c. Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot Matronæ, quot Virgines, & ingenua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio! capti Episcopi, interfecti Presbyteri, & diversorum officia Clericorum; subversæ Ecclesiæ ad altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ reliquiæ.* Sylvescentem hac ratione Ecclesiam excolere aggressus est *anno* 633. S. Amandus, Wormatiensis Præsul, qui, accepta Carinthorum, eorumque Regis Samonis notitia, ultra Rhenum, Danubiumque profectus est, magno æstuans desiderio, aut gentem hanc ad Christum

6 Religionis primæ initia.

ſtum adducendi, aut Martyrii laureum conſequendi; ſed tenuem collegiſſe meſſem, docet in ejus Sancti vita *Baudemundus*, ita apud *Bollandum Act. Ss. ad diem* 6. *Februarii*, de eo ſcribens: *Paucis vero ex iis in Chriſto regeneratis, videns etiam ſibi non ſatis accreſcere fructum, & Martyrium, quod ſemper quærebat, nondum ſe adepturum, ad proprias iterum reverſus eſt oves.* Clarius poſtmodum Carinthis affulſit fidei lumen, poſt Boruthi, ſeu Baruchi Ducis obitum, quem Samoni Regi ſtatim ſubſtituunt *Megiſerus Chron. Car. l.* 5. *c.* 25. &, qui hujus epitomen edidit, Reichardus, quaſi eos puderet intercedentium Principum ſyllabum ignoraſſe; id quippe à vero longe aberrare oſtendit vetuſta S. Virgilii vita, ex qua cum claré inferatur, Boruthum ad Pipini Francorum Regis anno 750. inaugurati ætatem acceſſiſſe, & Samo anno circiter 660. vel ut ipſe Megiſerus aſſerit, 638. mortem oppetierit, ad 90. aut planè 112. annos Boruthi Regnum extendi ea ratione deberet, quod quam abſonum ſit, nemo non aſſequitur. Rem totam, uti in citata S. Virgilii vita refertur, propriis illius verbis ob oculos ponam: *Non multo poſt tempore cœperunt Hunni eoſdem Quarantanos hoſtili ſeditione graviter affligere, fuitque Dux tunc eorum Boruth nomine, qui Hunnorum exercitum contra eos videns, interim Bavaris nunciare fecit, rogans eos ſibi in auxilium venire. At illi cum magna feſtinatione venientes expugnaverunt Hunnos, & obfirmaverunt Quarantanos, ſervitutique eos Regum ſubjecerunt, ſimul & confines eorum, duxeruntque inde obſides ſecum in Bavariam, inter quos erat filius Boruth nomine. Karaſtus; quem pater ejus more Chriſtiano nutriri & baptizari poſtulavit, quod ita factum eſt. Similiter de Chetimaro filio fratris ſui fieri rogavit. Mortuo autem Boruth juſſu Francorum Bavari Karaſtum Chriſtianum factum petentibus eiſdem Sclavis, remiſerunt, & illi eum Ducem fecerunt; ſed poſtea ille tertio anno defunctus eſt. Iterum autem permiſſione Pipini Regis populis idem petentibus Chetimarus Chriſtianus Ducatum ſuſcepit.* Hunc in Carinthiam proficiſcentem comitatus eſt *Majoranus* Presbyter à S. Virgilio Saliſburgi initiatus, quem paulo poſt ſubſequebatur *Modeſtus* Epiſcopus cum *Watone Reginberto, Gozario, Latino*, aliiſque Evangelii præconibus, qui munere ſuo gnaviter functi, brevi meliorem Provinciæ faciem, incoliſque mentem induerunt. *Mortuo autem Chetimaro* (pergit vitæ Scriptor) *exorta tertia ſeditione, aliquot annis nullus Presbyter ibi erat, uſque dum Waltunus Dux eorum miſit iterum ad Virgilium Epiſcopum & intente poſtulavit, ut ad confortandum in fide prædictam terram aliquos deſtinaret Presbyteros.* Annuit S. Præſul, novoſque ſubmiſit Presbyteros, *Heimonem, Reginobaldum, Majoranum, Gozarium, Richebertum, Auguſtinum & Guntarium*, qui laboranti ipſi Eccleſiæ ſuppetias venirent, ipſeque deinde *Virgilius* per Carinthiam ſenſim tranſeundo ad fines Hunnorum, ubi Dravus influit Danubium, pertranſiit. Waltumo ſubrogatur à pluribus Ingo, cujus ſingularis in promovenda re Chriſtiana enituit induſtria. Demum Chriſtianæ legi in Carinthia ſtabiliendæ ſupremam, eamque ſedulam impendiſſe operam dicendus eſt *B. Domitianus* ejuſdem Provinciæ Dux, quem, octavo ſeculo jam ad finem vergente, vel nono jam ineunte, Carinthis imperaſſe Bollandus conjicit, cum in ejus vita nullum temporis appareat veſtigium, præter tenue aliquod, quod ſuppeditat epitaphium, ejuſdem ſarcophago poſt plura ab obitu ſecula detecto inciſum, id enim hoc clauditur elogio: *Qui convertit iſtum populum de Chriſtianitatem ab infidelitate.*

Cœteri poſt Domitianum Duces, ſive Archi-Duces, quos longo ordine deduxit *Megiſerus*, prætereundi; eos à memorato Ingone auſpicatus eſt, quem primum Carinthiæ Archiducem à Carolo M. Francorum Rege, *anno* 772. creatum contendit, hoc uno inauditæ eo tempore dignitatis adjecto teſtimonio (ſicut antiquæ annotationes teſtantur.) Ad recentiora, utpote tutioribus fundamentis illuſtrata, recurrendum, ad Marquardum ſcilicet, ex Comitum de Muerztal & Avelanz proſapia, in quem, ob navatam contra Saxones operam, Cæſar Henricus IV. à Berchtoldo Zaringenſi ſibi infenſo, *anno* 1073. Carinthiæ tranſtulit Principatum. Fuit is verus *Lambertini* in *Styria Cœnobii* Fundator, cujus pios ac ſplendidos conatus perſecutus eſt Henricus filius, & *anno* 1090. Leopoldi fratris in Ducatu Succeſſor. Emendatum hic pariter eſt 50. ſaltem annorum ſphalma à Fuggero commiſſum, dum ab anno 1030. primi illius Provinciæ Marchionis, Ottocari nempe, prædicti Marquardi ex fratre nepotis, regimen orditur; cum tamen ipſemet alio in loco, reliquis Scriptoribus ſuffragatus, nonniſi *anno* 1073. Ottocari patruum Marquardum in Carinthiæ Ducem promoveat, neque mendum in typum irrepſiſſe dici poſſit, ſiquidem Ottocari Marchionatum Conrado II. ab *anno* 1026. *ad annum* 1039. imperanti continuato attribuit errore.

Mortuo Henrico III. ſine liberis Erbo Ratisbonenſis, Comes Palatinus, à Lothario Imperatore, ad illius dignitatem evehitur, qua ille 12. annos potitus fatis ceſſit, relicto Popone filio, non tamen hærede, hoc quippe ex Conradi III. Cæſaris ſententia neglecto, *Engelbertus Comes in Spanheim* & *Ortenburg*, *anno* 1140. vacuum adiit Ducatum, quem ſex è ſtirpe ſua tranſmiſit poſteris, namque horum ultimus Udalricus III. deſperatâ prole, Avunculo ſuo *Ottocaro Bohemiæ Regi* Carinthiam tranſcripſit, magna pecuniarum vi ab eo antea provocatus. Verum cum hæc inſalutatis Imperii Ordinibus executioni darentur, *Rudolphus I. Imperator* exuto eâ provinciâ Ottocaro, in Auguſtanis *anni* 1282. Comitiis, ex communi Principum

7 Succeſſio in Duc. Carinthiæ.

consensu, *Meinhardum Tirolis & Goritiæ Comitem*, cui Udalrici III. vidua nupserat, Carinthiæ Ducem declaravit, hujus filius Henricus, cum anno 1335. obiisset, *Ludovicus Bavarus Imperator* solum Tirolensem Comitatum Margarethæ Henrici unigenitæ (quam ob recurvi oris vitium, Maultasch/ vulgus vocabat) adjudicavit, *Carinthiam autem Ottoni Austriæ Archiduci* contulit, nequidquam obtinente, & provinciam armis aliquamdiu vastante, Maultaschia. Hinc Carinthiæ Ducatus occidere nescia Austriæ sydera semper coluit, quorū benignis influxibus adhuc irroratur.

Kayser.

SUMMARIA.

1. *Cæsaris nomen unde traxerit originem?*
2. *Quare Cæsar dicatur Imperator?*
3. *Præeminentia Cæsaris inter Principes mundi.*
4. *Creat Reges.*
5. *Imperatori competere titulum Majestatis, & quidem excellentiori modo.*
6. *Quid sit Majestas, & quæ Principum summorum prærogativæ.*
7. *Virtus curandi morbos.*
8 *Titulus Majestatis per eminentiam competit Imperatori.*
9. *Monarchicum esse Imperium Romano-Germanicum.*
10. *Quibus modis perveniatur ad Imperii culmen.*
11. *Hodie electionem esse consuetam.*
12. *Quare jam 13. Imperatores è Domo Austriaca rexerint Imperium?*
13. *De Regalibus & reservatis Imperatoris.*
14. *Quatenus posit Dominus Mundi appellari.*
15. *Amplius Majestas asseritur Imperatori.*
16. *Quam etiam Turca observat.*
17. *Et ex variis argumentis demonstratur.*
18. *De triplici Corona.*
19. *Non diminuitur Majestas, si Imperator Consilium Procerum adhibeat.*
20. *Majestas Imperatoris in conferendis feudis Imperii.*
21. *Reservata Imperatoris sine concurrentia Statuum.*
22. *Potestas Imperatoris sine concurrentia Statuum.*
23. *Episcoporum autoritas aucta & quare?*
24. *Reservata Imperatoris in Ecclesiasticis.*
25. *Jura Pontificis.*
26. *Quæ regalia ab Imp. Statibus sunt communicata.*
27. *De declaratione Statuum Imperii in bannum.*
28. *Suspensio vel exclusio Status Imperii à voto & sessione.*
29. *In omnibus tamen etiam Statibus communicatis Regalibus elucere Majestatem Imperatoris.*
30. *Plenitudo potestatis Cæsareæ.*
31. *Semissis votorum.*
32. *Publicatio Recessuum Imperii cum eorum clausula.*
33. *Quæ tamen moderationem habent.*
34. *Imperatoria Majestas quando ad Germanos translata, & ad Domum Austriacam.*
35. *Majestas in quibus personis violetur.*
36. *De bonis condemnatorum ex crimine læsæ majestatis.*
37. *Regalia Majestatis non possunt ab Imperatore directo separari.*
38. *Statum Imperii esse Monarchicum secundum notata supra n. 9.*
39. *Juramentum fidelitatis Statuum.*
40. *Tenor literarum investituræ.*
41. *An & quatenus Imperator sit legibus solutus.*
42. *Utilitatis publicæ effectus.*
43. *Confirmatio pactorum confraternitatis & successionis.*
44. *De obligatione Recessuum Imperii.*
45. *Repetitio Regalium Imperatoris.*
46. *Quatenus Statibus, & quæ possunt applicari.*
47. *De Coronatione August. Imp. Leopoldi, Imperatricis & Regis Roman. Josephi remissivè.*
48. *Descriptio Coronationis Imperatoris antehac usitatæ à Pontifice.*
49. *Præstanda antecedentia ab Imperatore & deliberatio, resolutioque Pontificis.*
50. *Quinam Imperatori obviam mittantur.*
51. *Ingressus Cæsaris in urbem.*
52. *Receptio Imperatoris.*
53. *Ceremoniæ Imperatoris apud Papam.*
54. *Inunctio ejusdem.*
55. *Traditio gladii, pomi, & sceptri.*
56. *Coronatio Imperatoris.*
57. *Coronatio Imperatricis.*
58. *SS. Communio.*
59. *Discessus ex Ecclesia.*
60. *Ceremoniæ Pontificis & Imperatoris.*
61. *Quis coronet Imperat. in absentia Pontificis.*
62. *Coronatio solius Imperatricis.*
63. *Nullam superioritatem Pontificis ex his ceremoniis inferri.*
64. *Post tempora Caroli V. nullum Imp. Romæ fuisse coronatum.*
65. *Similes solennitates in Impp. & Regum inaugurationibus etiam antiquitus fuisse usitatas.*
66. *Imperatores Romani olim coronabantur tribus coronis.*
67. *Obligatio & juramentum Regum.*
68. *Duratio Romani Imperii usque ad extremum diem.*
69. *Imperator non est Dominus totius mundi.*
70. *Series Romanorum Imperatorum, usque ad num. 186. ubi incidenter occasionaliterque in memoriam revocatur:*

71. Na-

71. *Nativitas Domini & Salvatoris nostri JESU CHRISTI.*
75. *Martyrium SS. Petri & Pauli.*
79. *Vectigal ex lotio sub Flavio Vespasiano, itemque Hierosolyma everso.*
81. *Persecutio Christianorum, & S. Johannis Evangelistæ sub Domitiano.*
83. *Persecutio Christianorum sub Ulpio Trajano.*
107. *Abdicatio Imperii Diocletiani.*
108. *Constantini visio crucis.*
109. *Nicænum Concilium, & de Aquila bicipite.*
111. *Blasphemia & Impietas Juliani.*
115. *S. Ambrosius Theodosium Imp. sacris interdicit.*
116. *Roma primò capta.*
117. *Origo Venetiarum.*
118. *Attila.*
122. *Bibliotheca Constantinopolitana incendio consumta.*
130. *Receptio crucis Christi, & Mahometis ortus.*
135. *Pœna rupti à Justiniano cum Saracenis fœderis.*
139. *Sacrarum Imaginum impia destructio sub Leone Isauro.*
143. *Caroli magni gesta, testamentum & partitio Provinciarum.*
153. *Recusatio unctionis Papæ, & ritus coronandi per Henricum Aucupem. Itemque de Marchionatu Brandeb. Lusat. Jutia, & Slesvico.*
154. *Episcopatus Magdeburg. Misnens. Merseburg. initia.*
156. *Electionis Imperatoris jus per Germanorum certos Principes; & Primus Rex Poloniæ.*
157. *Liberalitas Henrici II. in Episcopatum Bamberg.*
162. *Pulchrum conjugalis fidei specimen Comitissæ sub Conrado III.*
163. *Marchiones Austriæ fiunt Duces, & Pontificis animadversio in Frideric. I.*
164. *Contentio inter electos duos Rom. Reges, prævalente tamen Philippo.*
166. *Interregnum 22. annorum.*
167. *Rudolphi I. Pietas erga SS. & Venerab. Sacramentum; ejusque sceptrum.*
172. *Aurea Bulla à Carolo IV. condita.*
174. *Bellum Hussiticum; & Prussiæ restitutio, Germaniæ facta.*

1 Cæsaris nomen unde traxerit originem.

CÆSARIS nomen primo Romanorum Imperatori Julio datum, ex Historiis habemus. Originem nominis varii variam scribunt. Vel enim ab oculis Cæsiis, vel à Capillitio, quod Cæsariem vocamus, cum quâ natus perhibetur, vel quod cæso Matris utero extractus fuerit, vel denique quod occiderit Elephantem, qui Punicâ linguâ Cæsar dicitur, ut autumat, *Spartianus*; Quicquid sit, à *Julio Imperatore*, alii quoque *Cæsares* appellari voluerunt, & primus post illum *Augustus*, quem ipse adoptaverat, hoc nomen assumpsit, licet *Aulus Vitellius* Imp. Cæsar appellari nunquam voluerit, *Sueton. cap.* 8. postea quoque filii Cæsarum, qui ad Regnum destinabantur, dicti sunt Cæsares, *Tacit. lib.* 1. *Annal.* & fœminæ Cæsarissæ appellatæ, *Diacon. lib.* 17. sicque Cæsaris nomen nota supremæ dignitatis in hunc usque diem mansit.

2 Quare Cæsar dicatur Imperator.

Haud multum dispari ratione *Imperatoris* nomen invaluit. Nam prisco more hoc sibi nomen ascivit, qui bello hac appellatione dignum aliquid gessisset, unde aliqui sæpius, & quoties id videbantur *meriti*, Imperatores nuncupati, velut *Titus* decimum quintum, *Octavius* semel & vicesies Imperator appellatus est, donec postremò titulus Imperatoris soli tributus est Cæsari, tanquam summi Imperii cognomen, *vid. Knick. de jure territor. c.* 1. *n.* 100. *& seq.* nimirum inter principatus primum sibi locum vindicat.

3 Præeminentia Cæsaris inter Principes mundi.

Imperii Romani decus, quod sub se Principes tam sublimes habet, quàm Romani veteres, quibus instrumenta servitutis & Reges fuere. Venerantur comiter Imperatorem Romanum omnes externi Reges, Principesque, inter quos etiam eminet tanquam inter ignes luna minores, imò & ipsos Reges creat. Sic *Otto II. Imp.* Boleslao Poloniæ Principi Regiam dignitatem tribuit, *Schleidan. lib.* 3. *de Monarch. Henricus V.* Bohemiæ Ducem Regiis insignibus decoravit. *Fridericus I.* Canutum Daniæ Ducem, Regem constituit, & Hungariam, & Sardiniæ Insulam in Regnum commutavit, *Trith. c.* 17. Superiore sæculo Carolus V. Imp. Florentinam Rempublicam ad Medicæos, & Augustam, aliasque Imperii Civitates ad Imperii Senatum transtulit, *Sur. in Commentar. rer. in orbe gestar. fol. m.* 330. Hinc omnes Imperatori Reges meritò assurgunt, quorum videlicet antecessores ipse coronis decoravit; Licet enim ex vulgata Politicorum Regula, alii tantùm in suo videantur posse territorio, *quantùm Imperator in universo potest Imperio*, Reges tamen creare illis paritas interdicit, quia sui similes efficere non possunt, *Rosenth. c. q.* 15. *in not. gl. c.* Itaque apud Imp. Romanum est culmen & apex secularis jurisdictionis, *l.* 1. *& t. t. ff. ad l. Jul. de ambit. Nov.* 15. *l.* 1. *§. initio.* 4. *ff. de off. præf.* Fons & scaturigo justitiæ, & omnium dignitatum, *Clement. un. de probat.* Unde omnes dignitates, Jurisdictiones, Regalia, præeminentiæ, tanquam ab Oceano, per concessiones, investituras, confirmationes, vel mediatè, vel immediatè profluunt, & ad eundem per appellationes, supplicationes, revisiones, restitutiones, querelasque nullitatum recurrunt; Hinc *Augustissimus* dicitur Imperator, & culmen Regalium dignitatum, *l.* 7. *C. de Malef. & Mathem. l.* 3. *c. de quadrien. præscr.* nec non *Sanctissimus*, ejusque responsum cœleste oraculum, *l. neminem. ubi gl. c. de Ss. Eccl. l. Titia.* 34. *§. fin. de leg.* 2. Po-

4 Creat Reges.

Potentissimus, non solùm per præcellentiam propriam, sed & quia potentissimi Reges, ut Hispanus ratione Ducatus Burgundiæ; Danus, ratione Ducatûs Holsatiæ; Rex Sueciæ ratione Pomerianæ, illum superiorem recognoscunt, quapropter etiam à Turcarum Imperatore der Gewaltigste unter den Potentaten Jesu salutatur.

5 Imperatori competere titulum Majestatis, & quidem excellentiori modo. Hæcque summæ potestatis nomina rectè Imperatores accipiunt, utpotè quibus res ipsa eadem tribuit; Sic soli Imperatores Romani in Germaniâ, etiam ab exteris Regibus, in Recessibus Imperii *titulo Majestatis* honorantur, ut illud Imperii Monstrum Hippolitus à Lapide malè hoc pro nudo antiquitatis vestigio, & inani simulacro haberi velit; siquidem nec potestas Imperatori deest, nec authoritas, in quibus Majestatis culmen præcipuè consistit, *Besold. de Majest. in genere. c. 2. in pr.* quis enim exterorum coadunatam Imperii Romani potentiam non reformidat?

6 Quid sit Majestas, & quæ Principum summorum prærogativæ. Hinc Majestatem qui dixerit esse potestatem Divinæ succedaneam, quamvis homo eam obtineat, non erraverit: Nempè ut admoneantur exindè Principes sui officii, quod nimitum *Dei sint Ministri*, ejusque clementiam, Justitiam, & beneficentiam sequi debeant, *Auth. habitâ: ibi. Et nobis ejus Ministris*; *C. ne filius pro patre. l. 1. & 2. in pr. c. de off. præf. præt. Afric.* Ubi Imperator se ultimum Dei servum vocat. Licèt alias *Majestatem*, ut cœlo delapsam finxerint Poëtæ, ac ut Deam honoris & reverentiæ filiam coluerint prisci, Ovid. *lib. 5. Fastor.*

> -- *Honos, placidoque decens Reverentia vultu.*
> *Corpora legitimis imposuere thoris.*
> *Hinc sata Majestas, quæ mundum temperat omnem.*
> *Quaque die partu est edita, magna fuit.*

Undè porrò divinæ appellationes ortæ, relatio in numerum Deorum, educatio in Jovis sinu & ulnis, quæ omnia relinquimus Ethnicis. Illud tamen verissimum est, semper ferè ultrà sortem aliorum hominum exaltare Deum Indolem & ingenia Principum, & præsentissimis periculis, & insidiis divinam illis opem præstò esse; Camerar. *cent. 2. c. 7.* Id quod sinè ullo alio teste *Augustissima Domus Austriaca*, atque *Invictissimus Imperator noster Leopoldus* quotidianis Exemplis demonstrat.

7 Virtus curandi morbos. Ad hoc etiam Argumentum Majestatis & prærogativæ Principum, à nonnullis adducuntur virtutes, in morbis quibusdam sanandis divinitùs ipsis concessas; Ita Reges Hispaniarum hæreditariâ quadam virtute Dæmones à Corporibus fugare refert Tapia, *in rubr. tit. ff. de constit. Princ. c. 1. num. 3.* Reges Galliæ strumis laborantes solo tactu curare, Kornman. *de mirac. vivor. fol. 214.* Anglos ab Edoardo S. peculiarem morbos sanandi potestatem accepisse, narrat *Georg. Lilius in Chronic. Angl. Reg. A. C. 1043.* Pyrrhum Regem Epirotarum in dextro pede habuisse pollicem, cujus tactus lienosos curaverit, & qui cremari cum reliquo Corpore non potuerit, scribit Kornman *c. 1.* ubi etiam addit, Vespasianum, tactu, & salivâ varia morborum genera curasse. Hanc tamen Vespasiani Medelam præstigiis diabolicis adscribit Bellarmin. *lib. ult. Eccles. c. 14. in fin.* & extra Medicorum peritiam virtutem sanandi morbos sacræ paginæ *Apostolis*, eorumque successoribus tribuunt.

Nos *Majest.* in Augustissimo Romano-Germanico Imp. veneramur, tanquam potestatem summam, amplitudinem, Decus, Imperium, dignitatem personæ eminentioris, & sanctioris; quâ nihil in terris majus habetur aut sanctius, *l. ult. C. de ll.* quamvis enim aliis quoque Regibus Majestas attribuatur, & hoc ipsum pacis Instrumentum edoceat, ipsi tamen illi Reges Imperatorem titulo Majestatis comiter in literis suis honorant: Imperator eundem nemini attribuit, ut ipsius honor omnium honoratissimus maneat, *Thes. Basileens. vol. 2. disp. de securit. th. 151.* Et fortuna Imperialis suprà omnes aliàs emineat; *l. cum multa in fin. c. de bon. quæ lib. nov. 30. in præf.* 8 Titulus Majestatis per eminentiam competit Imperatori.

Quidni ergò Monarchicum sit Imperatoris Augustissimi Imperium, qui omnium Statuum & Principum Imp. dicitur Dominus Clementissimus. *R. J. Augustan. Anno 1525. in pr.* Cui omnes & singuli Status obedientiam & subjectionem debeant, *Constit. Imp. De anno 1521. tit.* Von Handthabung des Friedens/ *tit. 21. & 4.* Cui titulus Majestatis passim in legibus nostris tribuitur, *l. Imp. §. 1. de hæred. Instit. l. famosi. 7. §. hoc tamen. 3. ad l. Jul. Majest. l. 4. C. de ll. l. Imperialis. 12. in pr. & fin. C. eod. l. fin. C. de don. tut. vir. & uxor. procem. Instrum. in pr.* Nam quod quidam mixtum esse Imperii Romani statum ex Monarchiâ & Aristocratiâ contendunt, imò alii asserunt nullam reipublicæ puram formam sine temperamento unquam extitisse, Kirchen. *Disp. de Repub. 3. Coroll. ult. Conzen. 1. polit. c. 14. §. 3.* Id facilè largiri possumus, si tamen à prædominante fiat denominatio, *arg. l. quæritur, de statu hom. l. 2. fin. ff. ad l. Aquil.* Cum mixta contineantur simplicibus, præsertim iis, de quorum natura magis participant; Quis verò dubitat, Monarchicum Imperium & Majestatem, per L. Regiam in Imperatorem fuisse translatam? De præterito autem præsumitur in præsens, & quod revocatum non est, cur non adhuc durare dicatur? si Majestatis titulum saltem respectu Imperii Imperatori tribui arbitrantur, propriâ verbi significatione, & ipsâ rei evidentiâ confundentur; Quatuor enim tam sacra quam profana pagina recenset Imperia Monarchica, quæ per 4. bestias, quas Daniel. *c. 7.* per somnium vidit, denotantur, Assyriorum nempè, Persarum, Græcorum & Romanorum; Et quicquid adferant de temperatâ hodiè magis per Capitulationes Cæsareas, & Constitutiones Imperii Romano- 9 Monarchicum esse Imperium Romano-Germanicum.

Germanicâ - Monarchiâ, nunquam tamen evincent, quod Monarchia non prævaleat, & à parte prævalente denominatio sit desumenda. Quam sententiam post præstantissimos JCtos & Politicos defendit Reinking, *de Reg. sec. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 2. *c.* 2. *num.* 25. *& seqq.* Et novissimè Herman. Herm. *in fascic. jur. publ. c.* 3. *nu.* 7. & plura huc pertinentia videri possunt in Jurisprudent. meâ *tit. de legib.*

10 Quibus modis perveniatur ad imperii culmen? Variis autem modis ad Culmen Imperiale ascenditur. Alii vi obtinuerunt illud, ut Julius Cæsar; alii adoptione privatâ, ut Augustus; alii militum Electione, ut Septimius Severus. Tiberius Caligula hæredem potentiæ reliquit. Galbæ, Pisonis, Nervæ Trajani & Adriani adoptio lege curatâ robur accepit, iisque annulus in spem successionis est datus. Insuper Augusti & Cæsares dicti sunt, quia Imperio destinati, nec non Nobilissimi Principes, quod nobilitate suprà cæteros extollerentur; *Hodiè*

11 Hodiè electionem esse consuetam. In Imperio Romano-Germanico Imperator eligitur, aut eo vivo successor designatur suffragiis Principum Electorum, quem Regem Romanorum Aurea Bulla appellat.

Præfertur enim in Imperio successioni electio, & majoris esse libertatis videtur; si Princeps eligatur, quam si hæreditariæ successionis jure ad Imperium perveniat. Nam *Tacitus lib.* 1. *Histor.* ait loco libertatis esse, si Princeps eligatur, cum, qualis futurus sit, eligentium consensu monstretur, & facilius legibus Imperii se submittat, non contemnens eos, quos infrà fortunam suam positos videt. Cæterùm licet subditi mutationibus Electionis assueti, haud rarò sibi persuadeant, Imperatorem alium, aut alterius stirpis fore meliorem, jam tamen in Regibus Francorum id observatum, ut nisi gravissimas ob causas à sanguine defuncti Regis haud quicquam discederetur.

Quamobrem quoque longâ jam annorum serie Electoribus visum, Austriacis Archi-Ducibus Imperium committere.

12 Quare jam 13. Imperatores è Domo Austriaca rexerint Imperium. Unde, res admiranda, ait Lipsius, ex Unâ *Domo Austriacâ tredecim Imperatores*, intra trecentos sexaginta annos orbi Christiano affulsisse, atque in sanguinis & natalium serie, sine ullo fulcro adoptionis. Quid in omni retrò Principum classe simile? duo, tresvè in unâ Domo, & vix fuerunt, in prima ipsa Julii, nec ultrà sextum etiam adoptio prorogavit. Iterùm dico, mirandum, & quidni à Deo Tacita vox & testimonium, datam hanc familiam, & demissam è cœlo in terram esse, ad Imperia terrarum, & fidei Catholicæ antemurale?

Augustissimâ namque familiâ Austriacâ nulla fuit Imperatorum fertilior, quæ nobis jam tredecim Cæsares dedit. Rudolphum P. Albertum I. & II. Fridericum IV. Maximilianum I. Carolum V. Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Mathiam I. Ferdinandum II. Ferdinandum III. & modò gloriosè regnantem *Augustissimum Imperatorem Leopoldum*, cui Deus Victorias & triumphos? Quod enim de Tito Imp. historiæ produnt, *eum nihil cuiquam, quod concedi fas esset, abnuisse, quasi, neminem oporteret à Principe tristem discedere*; quod Imp. *Trajanus* Comitate, justitiâ, liberalitate inter omnes eminere dicitur, *quod talem se præbuerit privatis Imperatorem, qualem erga se esse Imperatorem privatus ipse optasset*; quod Imperatori *Antonino* probitas & modestia pii cognomentum fecit, à quo vox Imperatore dignissima semper audita est: *Malo unum civem servare, quam mille hostes perdere*; quod *Aurelius Antoninus* Imp. *nunquam vultum gaudio vel mœrore mutavit*, nec ad ullam Insolentiam in Imperii fastigio sese extulit. Quod *Alexander Severus* Imp. omni virtutum genere enituit, præsertim justitia, cujus solennem vocem adeò amplexatus est, ut & in vindicandis injuriis usurpârit; *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*: Omnes istæ virtutes & merita, omnes laudes & encomia in Austriacis Impp. cumulatè concurrunt. Nihil enim in his Imperatoribus non magnum fuit atque Augustum, utpotè quibus pietas, & Cultus SS. Eucharistiæ dicitur jecisse Imperii fundamenta, ut accidit in *Rudolpho primo*; qui cum Aquisgrani in Cæsarem inauguraretur, aurea Crux decussatis utrinque radiis delineata, stellulisque veluti picta & illuminata, suprà Rudolphi coronati caput in ipsa inauguratione irradiavit, & cum manuisceptrum non occurreret, arreptâ Cruce, piissimus Imperator; en, inquit, sceptrum, in hoc Comes Habspurgensis regnabit.

Ex his ego, Politicis interrogantibus, quid S. R. J. Electores moverit, quod à tot jam annis continuâ serie Austriacis Archi-Ducibus commiserint Imperium, jam satisfactum esse existimo, cum omnes hîc qualitates concurrant, quas Politici de Personâ in Imperatorem eligenda passim requirunt.

Regalia majora (minora enim esse putantur, quæ ab Imperatore Friderico primo, cognomento Ænobarbi sive Barbarossæ referuntur, *in* 2. *f.* 56. *Arum. vol.* 1. *disc.* 31. *th.* 8 *pr.* D. Ort. Fohm. *disp. feud.* 3. *th.* 8. *pr.* excipiuntur tamen quædam, & majoribus quoque annumerantur, Anth. Gothofred. *disp. feud.* 3. *th.* 7. *lit. d.*) ab antiquis *jura Majestatis*, jura summi Imperii, Sacra Regni, & sacra sacrorum, *reservata Cæsarea* vocari, constat ex *Clapmar. de arcan. rer. l.* 1. *c.* 10. Sixtin. *de Regal. l.* 1. *c.* 2. *num.* 3. *&* 4. Germanicè, Kayserliche sonderbahre Hoheiten / Macht / Vollkommenheit / und reservaten / *juxta Aur. Bull. tit.* 3. *Recess. Imp. de anno.* 1529. *sub tit.* Kayserl. Constit. & *C. de ann.* 1530. §. Nach dem auch. *&c. de an.* 1576. §. dadurch dann. *&c.* Cacheran. *decis.* 29. *num.* 5. *Rol. à Vall. Cons.* 42. *num.* 32. dicitur etiam *potestatis plenitudo*, sive summa potestas, quod magnitudine suâ omnes reliquas potestates com- 13 De regalibus & reservatis Imperatoris.

complectatur & superet, tùm quod suo splendore omnes illas obfuscet. Bornit. *de fund. reip. stat. c.* 1. *f.* 2. Jus Regni, sive majoris status, Althus. *c.* 9. *polit. num.* 13. Sunt autem quædam regalia quoad usum & Exercitium communicata Statibus Imperii, Kirchner. *de Republ. disp.* 2. *th.* 4. *lit. a.* Non tamen privativè, sed cumulativè, ita ut Imperator non minus eadem exercere in loco illo possit, quam is, cui ea tribuit, Bocer. *de Regal. c.* 4. *num.* 5. Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 24. quædam tamen quoad usum, & proprietatem Imperator propria sibi reservavit; Otth. *de jur. publ. c.* 7. *f.* 145. *c.* 10. *f.* 214. *c.* 11. *f.* 218. *&* 224. Schonborn. *l.* 5. *pol. c.* 10. *f.* 507. quæ auctoritatem, præeminentiam & potestatem demonstrant, Arnis. *l.* 2. *de jur. Majest. c.* 1. *num.* 8. Definiri igitur possunt Regalia, quod sint *jura, ei, qui superiorem non recognoscit, in signum supremæ eminentiæ & salutem Reipublicæ competentia.* Vultej. *l.* 1. *de feud. c.* 5. *num.* 7. Vel quod sint jura, Imperatori, cuivè Imperator ea expresse vel tacitè habenda dedit, in signum præeminentiæ, ad Imperii dignitatem & utilitatem ejus conservandam competentia. Anton. Gothofr. *Disp. feud.* 3. *th.* 6. *lit. h.* eorum potissimùm sequentia enumerantur.

Imperator Romanus, qui olim Dux belli erat, §. 3. *f. de jur. nat. l.* 4. *ff. de stat. hom. l.* 239. §. 1. *ff. de* V. S. Hinc Publius Scipio apud Salust. *in bello Jugurth.* hoc nomine designatur, & Marcus Cicero, veluti ex *Epist.* 10. *famil. l.* 2. *&* 9. *subseq. Epist. inscript.* patet, posteà *summus Princeps ac Imperii Romani Monarcha atque Imperator* dictus fuit, teste Sueton. *in Calig.* P. Heig. *p.* 1. *q.* 2. *num.* 15. Ideoque hodiè, qui summa potitur in Imperio Romano potestate, eique tanquam Monarcha præstituitur, indistinctè tam Imperator à primo Julio, juxtà Forsterum. *l.* 1. *Hist. Rom. c.* 28. *num.* 52. *& seq.* quàm Cæsar appellatur, quod nomen olim designato successori Impp. qui nobis est Rex Romanorum, Gallis Delphinus sive Douphin, Hispanis Infans, Anglis Normanniæ Dux, Græcis Despota, tribuebatur; Douth. *de testam. num.* 255. Wesemb. *in procem. I. n.* 2. Augusti nomine ipsi addito ob Majorem reverentiam, veluti pluribus ex Danaisio, *in jur. Cam.* §. *Cæsaris in Imp. eminent.* illustrat. Christoph. Besold. *disp. pol.* 8. *de stat. Reipubl. mixt. Class.* 1. *th.* 5. *num.* 2. *& in tr. de Appell. c.* 2. *num.* 21. nec desunt celeberrimi

14 Quatenus possit Dominus mundi appellari.

jurisconsulti, qui adhuc hodiè Imperatorem mundi Dominum *ex l.* 9. *ff. ad L. Rhod. de jact.* appellari posse contendunt, & quidem synech dochicè pro parte majori, siquidem nec Augustus Imperator, cujus Imperium tamen omnium latissimum fuit totum orbem terrarum tenuit, non Africam, non Sardiniam adiit, ut Sueton. *in ejus vit.* testatur; Ideoque adhuc dici potest Dominus mundi, sive orbis Romani, i. e. degentium in Imperio Romano, imò de jure est, & ratione protectionis, atque universalis jurisdictionis. Vid. Mund. *vol.* 2. *Cons.* 13. *n.* 125. Conr. Rittersh. *ad N. p.* 5. *c.* 11. *n.* 4. Anton. Gothofr. *Disp. feud.* 2. *th.* 4. *lit. b.* Aurum. *vol.* 2. *disc.* 29. *th.* 6. *f. f.* 854. *disc.* 34. *f.* 1062. *pr.* Hahn. *ad Wesenb. de acq. rer. dom. num.* 3. *f.* 482. Richter. *vol.* 2. *Cons.* 2. *num.* 36. *f.* 23.

15 Amplius Majestas asseritur Imperatori.

Si igitur ille *Majestatem* habet, qui justo & legitimo modo Imperium aliquod acquisivit, in eoque præcipuâ & supremâ potestate utitur, habebit quoque illam Imperator Romano-Germanicus; & si Monarchia est unius prædominans Imperium, uti est, sanè Monarcha quoque erit Imperator Romanus; Diet. *in Concl. de summa summi Imp. potest. concl.* 74. potestas enim suprema est forma & substantialis essentia Majestatis, Carol. Molin. *in consuet. Paris. t.* 1. §. 2. *gl.* 4. *num.* 16. Covarruv. *pract. quæst. c.* 4. Insuper extra omnem Controversiæ telam positum est, universam Germanorum rempublicam compositam esse ex capite & membris, Thuan. *l.* 2. *pr. hist.* Ant. Coler. *de jur. Imp. German. th.* 1. Bertram *de Comit. th.* 16. quorum illud Imperator *per Aur. Bull. tit.* 2. *Recess. Imp. de Anno* 1530. Dergleichen Wir. *&c. de An.* 1545. §. also &c. vid. Tiber. Decian. *resp.* 19. *num.* 128. *fol.* 7. Otth. *de jur. publ. c.* 7. *f.* 109. Hæc Status Imperii repræsentant, Recess. *Imp. de An.* 1541. *pr. de An.* 1546. §. dieweil aber *circ. fin. de ann.* 1527. §. und fürder. *de anno* 1530. §. weiter/ *de An.* 1542. §. und wiewohl. *de an.* 1567. §. damit auch. Sicut ergò Caput cæteris corporis humani partibus dignius est, *l.* 44. *ff. de Relig.* Ita & Imperatorem omnium totius orbis Regum Christiani digniorem censeri, atque Majestatis participem esse, tanquam Caput, als das Oberhaubt im Römischen Reich und in der gantzen Christenheit/ colligitur, juxta Arum. *ad Aur. Bull. Disc.* 2. *th.* 12. *& jur. publ. vol.* 1. *Disc.* 33. *th.* 10. *f.* 342. *Verè* nominatur *Caput seculare* totius Christianitatis, quo titulo sacratissimo etiam insignitur ab Electore Moguntino, veluti constat ex formulâ juramenti, secundum dispositionem Aureæ Bullæ ab initio Electionis præstandi. Goldast. *part.* 1. *Polit.* Reichs-Handl. *t.* 3. *c.* 2. *A. B.* §. 2. Pontifex etiam Innocentius. IV. Fridericum Imperatorem præcipuum Principem secularem appellavit, *c.* 2. *x. de sent. & re jud. in* 6. Sanè Majestas propriè & strictè loquendo soli Imperatori Romano competit; *Specul. tit. de Appellat.* §. *videndum & c pr. l.* 2. Sigism. Scacc. *de Appellat. q.* 16. *limit.* 1. *num.* 2. indè quoque fit, quod in Imperii Conventibus nulli Regi Majestatis, sed saltem Regiæ dignitatis titulus attribuitur. *Recess. Imp. de anno* 1526. §. und seind. *de an.* 1527. §. und als. *de anno* 1567. ferner. *de anno* 1566. §. und dieweil. *Imò Imperator Regi Romanorum tribuit saltem titulum,* seiner Liebden/ *per Recess. Imp. de Ann.* 1544. §. damit auch solcher Ordnung / *it.* §. würde sich aber. *de anno* 1545. §. wie dann auch. Atque Rex Imperatorem Dominum suum appellat, *Recess.*

Recess. Imp. de an. 1555. *in fin. §.* solches alles &c. Ad eminentiam Imperatoris etiam facit, quod Rex Bohemiæ sæpius sub Coronâ Regali processerit in Curiâ solenni, & tali modo officium Archipincernæ expleverit, Carpz. *in semic. quæst. ill. disp. feud. fin. q.* 2. *num.* 19. & 20. Huc spectat Imperatoris Maximiliani I. Et Caroli V. effatum; Nam Maximilianus Imperator dicere solitus, *Regem Hispaniæ hominum, Regem Galliæ Asinorum, Britanniæ Diabolorum,* se verò *Regem Regum esse.* Similiter Carolus V. Imperator dicebat, se in aliis suis Regnis & ditionibus mancipiis atque servis, in Germaniâ verò Regibus imperare, Arum. *d. J. P. vol.* 3. *disc.* 15. *th.* 103. *f.* 639. *in fin.* & *f.* 640. *pr.* Otth. *de J. P. c.* 6. *f.* 86. Quisnam igitur impio ausu Imperatori Romano-Germanico Majestatem denegare præsumeret, de cujus potestate saltem dubitare sacrilegii crimen putatur; *l.* 3. *C. de Crim. sacril.* Restaur. *intr. de Imp. q.* 110. *num.* 2. 99. Vasq. *Illustr. quæst. c.* 25. *num* 4. quem potius summum in toto orbe Christiano Principem, Heroem, & Monarcham subjectissimâ devotione reveremur, & veneramur, qui immediatè soli Deo acceptam refert potestatem, prout dilucidè explicat B. Carpz. *Disp. feud.* 9. *semic. quæst.* 4. cujus præeminentiâ vel ex nota particulari conspicua, quâ *Majestas Imperatoris Sacra*, sivè Sacro-Sancta salutatur, ad differentiam nempe ejus, quæ Regibus tribui cœpit; Brisson. *de verb. quæ ad jus pertin. signif. l.* 2. *verb. Sacr. Christ.* Besold. *in differt. de Maj. sect.* 1. *c.* 1. *num.* 2. Goldast. *l.* 3. *de Reg. Bohem. c.* 13. *nu.* 6. *Sixtin. de Regal. l.* 1. *c.* 1. *n.* 31. Est de jure Dominus Orientis, Occidentis, Meridiei, & Septentrionis, *Bald. Cons.* 359. *l.* 3. est Christianissimus, Chassan. *in Catal. gl. mund. part.* 5. *cons.* 27. Undè vocatur Augustissimum Senatûs Caput, & totius orbis Christiani, Buxtorf. *ad A. B. c.* 2. *concl.* 29. atque inter omnes Reges eminet tanquam stella matutina, ut interpretes juris publici loqui solent, cujus eminentiam ipse quoque Turcarum Princeps agnoscit, Reinh. König. *in disp. pol. de stat. Imp. Rom.* dum ei, magno ac potenti Christianorum Domino, uni Electo Romanorum Imperatori scribit, uti patet ex literis Solymanni Imperatoris Turcici ad Imperatorem Ferdinandum, quæ extant apud Nicol. Reusn. *l.* 1. *Epist. Turc.* 10. qualia verba quoque Arum. *d. l. vol.* 3. *disc. fin. f.* 1058. adducit. Soli etiam Imperatoris Romani Legati sedendo, quod in mandatis habent, expediunt, aliorum autem Regum ac Principum Legati stando Mandata sua coram Turca exponere solent, licèt, Bodinus *l.* 1. *de Republ. c.* 9. contra omnem Historicorum fidem tradat, Turcam Gallorum Reges ipsi etiam Imperatori Romano anteferre; Non silentio hic prætereundum est, quod tempore *Caroli V. Imperatoris* laudatissimi contigit. Cùm enim ejusdem Legatus ad exponenda mandata coram Turcico Sultano accitus aliquandiu stetisset, neque considere jussus fuisset, *pallio quod habebat insedit, & mandata Imperatoris intrepidè exposuit,* consurgens pallium, quod substraverat reliquit, interrogatus à Turcis, cur id faceret, *Cæsaris legatum Sellam sibi portare non solere,* falsè respondit. Arum. *ad A. B. disc.* 4. & *de J. P. vol.* 3. *disc.* 23. *n.* 207. *f.* 949.

16 Quam etiam Turca observat.

Laude igitur dignissimum manet Alphonsi Arragoniæ, & Neapoleos Regis judicium, qui Fridericum II. Imperatorem, cum aliquando Neapolim venisset, nullo non honoris cultû prosecutus est; & cum ab Anglicis eo nomine reprehenderetur, tale illis responsum dedit: *Vestrum non est regibus judicare, nos Reges omnes* debemus reverentiam Imperatori *tanquam summo Regi, ille est caput & Dux Regū.* Huc enim pertinet, quod Philippus Hassiæ Landgravius cuidam in familiari Colloquio dicenti, Carolum V. Imp. nihil commodi ex dignitate Imperatoria sentire, sed gravibus tantùm molestiis fatigari, respondit: præter cætera commoda, & hoc indè Carolum consecutum esse, ut omnibus aliis Regibus & Principibus, ratione dignitatis Imperatoriæ præferatur. Arum. *de J. P. vol.* 2. *disc.* 7. *num.* 4. *th.* 119. *f.* 157.

Quidni ergò Imperator Romano Germanicus dici possit *Monarcha*, & Caput Imperii? *P. Heig.* 1. *q.* 2. *num.* 21. & *seq.* Andr. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. in verb. Duc. Sax. num.* 1. *usque* 39. imò cur non appellandus sit Dominus totius mundi, & Christianitatis? Nam in hunc finem, in Coronatione Imperatoris inter alia insignia, veluti Imperiale Diadema, gladius, sceptrum *juxta Aur. Bull. l.* 22. pomum quoque aureum, sive globus præfertur, quo denotatur ejus universale Imperium, quale quidem de facto non habet, sed temporibus præteritis, & præsertim inventi hujus *Justiniani* obtinuit, illi enim initium pomi, sive globi hujus Imperialis tribuitur, dum in palatio Constantinopolitano erecta fuerit ipsius statua, quæ sphæram gestabat cum cruce infixa, ut significaretur regimen *auspiciis Divinis.* Aquila quoque biceps denotat Imperium orientale & occidentale, *Otth. de J. P. c.* 4. *f.* 55. occidit quidem & dissipatum est Regimen illud, quod ad orientem & occidentem solem extensum erat, & quicquid Imperator Romanus in Asia tenuit, totum est amissum: Maxima Europæ pars Imperio Romano quondam conglutinata, aliis jam paret Dominis; loquitur id Gallia atque Italia, testatur Hispania, Anglia, Scotia, Ungaria, Polonia, Suecia, Dania; amissa est Borussia, atque Livonia quæ fuerunt utiles provinciæ Imperii, & quasi murus Aheneus contra gentes septentrionales, Tartaricas, vastas solitudines Orientis incolentes. Vid. Schneidw. *de feud p.* 3. *nu.* 61. Eisenkeck. *disp. feud.* 2. *th.* 1. *lit. d.* Licet autem prædictorum Regnorum avulsione Imperium Romanum in magnam tenuitatem redactum sit; ut P. Constaldus Jurisconsultus, ad *l.* 32. *ff. de leg.* scribere non vereatur, se nescire, an sit, & ubinam sit Imperium Romanum, im-

17 Et ex variis argumentis demonstratur.

primis, dum Imperatores ne sedem quidem ipsam Cæsarum avitam, & priscum domicilium, urbem Romanam, possideant, sed Pontifices, excusso Imperii jugo, in Italia rerum potiti sunt, quorum terror nominis postmodum ipsos Germanos invasit, & eo ipso, teste Lampad. *de Rep. Rom. Germ.* dimidia Imperatoris vis collapsa esse videatur. Attamen durabit, atque perdurabit Imperium Romano-Germanicum ad mundi finem, exemploque servitutis non includitur aut circumscribitur loco, sed ut illa, in fundo quæsita, per partes ejusdem indivisa retinetur. *l. 8. ff. de servitut.* totaque manet in parte indivisa, *l. fin. ff. de jur. dot.* sic Imperium universum pervagatur orbem, manetque illud, ubicunque Imperator est; *P. Heig. l. 1. q. 2. n.* 31. & licet pars magna Imperii ab aliis occupata sit, non ideo tamen extinctum dici potest, sed in parte ea, quæ restat, totum Imperium est; *Mart. Neapol. p.* 1. *c.* 21. *n.* 27. *de jurisdict.* & relatione habitâ ad divinitus constitutam, & stabilitam Monarchiam Romanam inde à Julio Cæsare, vel potius Octaviano Augusto, ejusque Successoribus, usque ad nostrum ævum, *Monarchicum censendum*, nominandum & agnoscendum, dignitasque ejus semel quæsita, non labascit, & extinguitur, sed fulget adhuc, imò fulgebit sempiternis cum sole & lunâ radiis amplitudinis ejus splendor & Majestas, quam nec edax ætas, vel injusta calumniantium absumet iniquitas; *Marsi. Patavin. de translat. Imp. c.* 1. *Rudolph. de calum. intr. ejusd. argum. in pr.* Quidni ergo Imperatoria Majestas omnes Reges atque Principes dignitate, auctoritate & Insigniis, Imperialem gloriam decorantibus, longo post se intervallo relinquat? *P. de Andl. l.* 2. *de Imp. Rom. c.* 8. Præcellit dignitate, ea enim nulla post hominum memoriam in ullo Regno extitit Major, quod etiam vult Epitheton: Allerdurchleuchtigster/ 2c. Etsi enim status noster hodiernus purè Monarchicus esse non videatur, sed quoad administrationem Aristocratiâ quadantenus temperatus, *præponderat tamen Monarchia, & Majestas Imperatoris*, ita, ut Monarchæ titulus ipsi meritò attribui possit. Reinkingk. *de Reg. sec. & Eccles. l.* 1. *class.* 2. *c.* 2. *f.* 82. *&* 90. Arum. *de I. P. vol.* 2. *disc.* 22. *vol.* 3. *disc.* 20. *probl.* 1. *f.* 855. *disc.* 27. *f.* 1028. *in fin.* Imperium enim nostrum, tanquam summus & primus regit ac dirigit, Besold. *Disp. pol.* 1. *clas.* 1. *th.* 38. Inde promanat Regalis splendor, Ducalis autoritas, Comitiva dignitas, Nobiliumque omnium jura inde suam originem trahunt. *Reinh. König. disp. pol.* 6. *th.* 5. quamvis enim modus administrationis accidentalis, in Romano Imperio, utilitatis publicæ causa, aliquando immutatus sit, non tamen inde sequitur ipsum statum & fundamentum substantiale regiminis immutatum esse, cum accidentia non mutent rei substantiam, nec Imperii administratio statum immutet: differt enim status, & ejus gubernatio, & circa qualitates, non verò substantiam fit immutatio, nec desinit esse Monarchia. Angel. *in l.* 76. *ff. de jud.* cum summæ Majestatis jus cum inferioribus non possit communicari. *Rec. Imp. Rubr. Reform.* Kayser Frieder. des dritten zu Franckfurt am Mayn. 1642. Non ergo immeritò Imperator summus dicendus Monarcha, Romanique Imperii Caput, & obinde Imperii nostri Romano-Germanici Statum Monarchicum, & ultimam à Prophetis prædictam, & ad finem usque duraturam Monarchiam esse, concluditur contra Bodin. in *Matth. Histor. c.* 6. *& de Rep. l.* 2. *c.* 6. *n.* 223. *& seqq.* De Majestatis juribus in genere latè agit. Arum. *de d. I. P. vol.* 1. *Disc.* 30. *f.* 275. *vol.* 2. *disc.* 17. *f.* 547. ut & de crimine læsæ Majestatis, *vol.* 4. *disc.* 40.

18 De triplici corona. Non infringit Majestatem, quod olim quidem, sed non hodie, Imperator *triplici coronâ* insigniebatur: (1) ferreâ (quam tamen Buxdorff. *ad A. B. conclus.* 46. auream fuisse existimat) Ab Archi-Episcopo Coloniensi; (2.) argenteâ, Mediolani ab Archi-Episcopo Mediolanensi; (3.) aureâ, Romæ à Pontifice Romano. *Arum. de I. P. vol.* 1. *disc.* 18. *n.* 39. *vol.* 2. *disc.* 16. *f.* 541. *vol.* 3. *disc.* 7. §. 31. *f.* 238. siquidem coronatio in se considerata non pertinet ad essentiam Imperii, *Id. vol.* 3. *dis.* 28. *f.* 1038. Otth. *de I. P. c.* 10. *f.* 205. Unde *Imperator Fridericus* à Russa Barba, Ænobarbus, & Barbarossa cognominatus, Sueviæ Dux, inter quem & Pontificem Adrianum graves inimicitiæ exortæ, in literis circularibus, ad omnes Principes & Episcopos scriptis, hanc expressam declarationem dedit, *se per Electionem Principum à solo Deo Regnum & Imperium tenere*, & quicunque assereret, ipsum Imperialem coronam pro beneficio à Papa suscepisse, mendacii reum esse, uti Besold. *Histor. univers. c.* 18. *fol.* 431. refert; Hinc quoque *Rudolphus primus* Imperator, Principibus ad Italicum iter adhortantibus, respondit: Multos Alemannorum Reges Italia consumpsit, non ibo Romam, Rex sum, Imperator sum, nec minus pro utilitate publica acturum me confido, quàm si Romæ fuissem coronatus, teste Georg. Költerer von Hoch. *ap. Frid. Achill. in orat. contra Ital. f.* 618. Annon Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. Matthias, Ferdinandus II. & III. (*gloriosissimæ memoriæ*) à Pontifice Romano coronati non fuerunt, & tamen omnes & singuli pro legitimis Imperatoribus à toto mundo culti sunt, & adhuc habentur? S. Ant. *Coler. de Jur. Imp. sect.* 6. *&* 7. *Sixtin. de Regal. l.* 1. *c.* 4. *n.* 14. Carolum etiam Magnum ejusque Successores non nisi juramentum protectionis præstitisse asserit Strauch. *Dissert.* 4. *de Illustr. controvers. circ. elect. Car. V. th.* 12. *f.* 102. *& seqq.* Neque diminuit Majestatem, quod Imperator Turcico Sultano aliquando pensionem pendere soleat: tributum quidem superioritatis cognitionem induit, sed non pensio, quæ fit pacis saltem fruendæ gratiâ, non in servitutis auctoramentum, Otth. *de jur. publ. c.* 7. *f.* 107. *in fin.* quin ipse

ipse Turca, ex pactione veteri, Regi Æthiopum pensionem præstat; Schönborn. *l.* 5.*pol.c.* 10.*f.* 510. neque est, quod *Bodinus*,*l.* 2. *de Republ. c.* 6. imperitus rerum Germanicarum æstimator, uti eum vocat *Pauermeisterus*, glorietur, Imperatorem nostrum non esse Monarcham, quia alterius judicio sit subjectus; licet enim in causis civilibus & pecuniariis, quando à Statibus Imperii convenitur, *juxta auream Bullam. tit.* 5. coram Electore Palatino respondere teneatur, (vid. D. Strauch *dissert.* 3. *de trium secul. Elect. contr. circ. Elect. Imp. th.* 5. *& seqq. f.* 74. *&c.*) non tamen hoc fit ordinariè, & voluntate liberali. Arum. *de I. P. vol.* 3. *disc.* 8. *n.* 87. *f.* 274. Et quidem quandoque ut Dux vel Comes consideratur, ad Austregarum judicium vocandus est; Vult. *ad l.* 1. *n.* 9. *C. ubi senat.* Unde Imperatores in Camera Imperiali respondisse refert Schwanman. *obs. Cam.* 20. *& decis.* 2. *n.* 32. hoc tamen minimè Majestatem Imperatoriam deprimit, majorem enim se minoris jurisdictioni, salvâ Majestate, submittere posse, ipse Bodinus sibimetipsi contrarius, *l.* 3. *c.* 6. *de Republ.* fatetur: Ita enim Rex Galliæ coram Parlamento Parisiensi conveniri potest. Hottom. *in Fran. cogn. c.* 15. Et si adversus privatos in privatis judiciis restitui velit, procurator Regius sedem ac locum mutat, ne publicam, sed privatam causam agere videatur. Ita *Rex Hispaniæ* in Conventibus triennalibus jus dicit, sibique vicissim jus dici patitur. Stephan. Jun. Brut. *advers.* Tyran. *in repet. ad q.* 6. Rex *Bohemiæ* ratione Silesiæ, coram Judicio superiori Uratislaviensi stare cogitur, Schrad. *de feud. p.* 10. *sect.* 1. *n.* 13. In *Anglia* de litibus inter Regem & subditos exortis, justitia, uti appellatur, magna cognoscit. Bodin. *d. l. c.* 8. Pari modo Electores *Saxoniæ* coram suprema Electorali Lipsiensi Curiâ, de bonis & reditibus ærarii sive Cameræ conveniri possunt. Propterea non diminuit Majestatem, quod Imperator Consilium Electorum adhibeat in rebus gravissimis, & Imperium Romanum concernentibus, siquidem Galliæ Rex Carolus V. inde sapiens appellatus fuit, quod in Sapientum Consilio acquieverit. Ita *Hispaniarum Rex*, etsi potentissimus sit, & maximæ autoritatis apud suos, attamen non nisi Ordinum consensu imperat. *Barlador. l.* 1. *rer. quot. c.* 3. *n.* 13. Scotiæ quoque Regibus nihil, quod totius Regni Statum attinet, inconsultis Ordinibus permittitur; Jun. Brut. *de repet.* 6. *q. n.* 7. *de jur. Maj. in subdit.* Ut igitur in domestica vita Paterfamilias, quatenus toti imperat familiæ, regiam sustinet, repræsentatque dignitatem & autoritatem, quatenus verò cum uxore sua de re familiari consultat, & disponit, cum statu Optimatum eatenus convenit, fratrum verò æqualitas in omni re & cura familiari statum repræsentat popularem; eo ipso tamen paterfamilias, quod præscribat leges suæ familiæ, ex uxoris accedente consilio, eamque gubernationis domesticæ consortem & participem faciat, & cum filiis in commune bonum operetur, suâ autoritate, patrifamilias debita, minimè exuit, & spoliat: simili ratione Imperator Romanus, quamvis communicato Electorum, Procerumque Imperii consensu, omnia ageret, non tamen propterea suprema potestate se exuit, aut Majestatem suam aliis communicat; Arum. *de I. P. vol.* 3. *disc.* 14. §. 148. *f.* 453. neque ullius Monarchæ potestatem aut Majestatem diminuit, aut extenuat, quod Ecclesiæ protectionem juret, qui ejus nutritorem & custodem sese dictitat. Coras. 2. *misc. c. ult.* *Vasq. controv.* 26. *n.* 15. Neque ullum est Imperium legitimum, quin certis regulis, legumque terminis sit conclusum, nullusque reperitur Princeps aut Rex, cujus potestas certis *Capitulationibus* non sit circumscripta, & restricta. *Warem. ab Erenb. de Regn. subsid. c.* 11. porrò Imperatoris præeminentiam non diminuit commune axioma, *Imperii Status tantum in territoriis suis posse, quantum Imperator in Imperio.* Hoc enim, inprimis si sine grano salis accipiatur, tanquam erroneum & falsum, meritò ab aliis rejicitur, *vid. supra verb.* Fürst. *fol.* 765. *n.* 7. cum certum sit, multa Imperatori in signum supremæ potestatis reservata esse, quæ aliis salva Imperii Majestate competere nequeunt. Ludwel. *in syn. feud. c.* 5. *fol.* 134. Denique non obstat, quod Imperator bona Imperii alienare non possit; quia *hoc ei proprium est, ut augeat, non ut minuat, unde semper Augustus*, Allzeit Mehrer des Reichs/ appellatur, licet Augustum non ab augendo Romanis dictum asserat Coras. 3. *misc.* 22. *n.* 6. *&* 7. Niell, *Disp. feud.* 2. *th.* 6. *lit.* 9. *in fin.* quin & in ipsa *Gallia* inter leges Status hoc connumeratur, ut Rex sine Statuum consensu, imò etiam sine Curiæ Parisiensis approbatione, de Regno nihil alienare possit, secus si fiat, illius major, quam hujus habetur ratio; *Rich. Dieder. cl.* 78. vid. Auct. der Politischen Schatz-Cammer/ *l.* 2. *disc.* 12. salva igitur manet Imperatoris Romano-Germanici Monarchica potestas, atque Majestas. Quæ Majestas etiam apparet, quando ab Imperatore Statibus Imperii conferuntur feuda & regalia, qui apparatus solennis vocatur Majestas, *Besold. in thesaur. pract. verb.* Majestät/ von denen Curialien und herrlichen Majestätischen Ceremonien/ dreymahligen Fußfallen auff beyde Knie in dem ein- und ausgehen/ Ansuchen umb die Lehen-Ceremonien bey derselben Ertheilung/ Abschwerung des Juraments und Dancksagung/ de quibus plura notabuntur infra *sub verb.* Lehen.

19 Non diminuitur Majestas, si Imperator consilium Procerum adhibeat.

20 Majestas Imperatoris in conferendis feudis Imperii.

Licet enim verbi *Majestas* variæ sint significationes, in Imperio tamen Romano pro potestate summa accipitur, & Monarchicam infert qualitatem, à solo Deo dependentem, ideoque scribit Imperator: Wir Leopold von Gottes Gnaden / erwöhlter Römischer Kayser. Quo titulo licet etiam alii Principes subalterni utantur, tamen exinde non assumpti sunt in consor-

tium Majestatis, sed potius ex privilegio, observantia & consuetudine immemoriali, atque ex indulgentia Imperatorum hoc prædicato utuntur, prout quoque monitum est supra *verbo* Fürsten/ *fol.* 766. *n.* 10. Sic etiam, si Imperator, communicato Concilio Procerum graviora Imperii negotia peragat, non tamen se exuit potestate Imperatoria, aut Majestatem cum ipsis communicat, *Vorderm. de jur. Princip. conclus.* 11. Ideo Reges in literis ad Imperatorem datis eum hoc modo affantur, Euer Kayserliche Majestät/ Cæsar verò tantum prædicatum, Euer Liebden/ ipsis tribuit. Quamobrem vox Majestatis in Germania nullibi quàm in Aula Imperatoris, & apud Regem Romanorum, auditur, cum hac tamen distinctione, quod prior Majestas Kayserliche / altera Römisch-Königliche Majestät / vocari soleat. Imò etiam non solum Imperatori & Regi Romanorum, verum quoque utriusque Thori consortibus Majestatis prædicatum datur, uti quotidiana docet experientia, & tradit *Limnæus ad* Capitul. *fol.* 526. & 528. Et quid laboramus? *Monarchici Imperii argumenta fortissima sunt*, uti ait *Cluten.* (de Imperio nostro Germanico loquens) *in syllog. rer. quotid. conclus. ib. tit. a. Investitura Principalis, extrema appellatio, quod Imperator Germanus à Principibus salutatur, quod Sceptrum, Regale Solium, Corona, Pallium Regale, Pomum, quod orbis figuram repræsentat, ipsi dantur. Quod omnes Germaniæ Principes sunt ipsius Vasalli & Fiduciarii, ab eodem investituram accipientes, & Imperatori fidelitatem & obsequia jurantes. Quod Imperator de feudis Regalibus solus cognoscit, solus creat Reges, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones, Nobiles, &c.* A Propheta *Daniele c.* 2. *vers.* 7. præfiguratæ sunt quatuor Monarchiæ, prout S. Hieronymus & S. Augustinus statuam illam huc adaptant, & per *Aureum caput* Assyriorum regnum, & per *argentea brachia & pectus*, Medorum & Persarum, per *ventrem & fœmora*, Græcorum, per *tibias ferreas, partim fictiles*, Romanum atque ultimum intelligunt, ad finem seculi duraturum, frustrà delirante Judæorum & aliorum vanâ stultitiâ, qui vel Messiæ venturi, vel alterius quintam Monarchiam expectant.

21 Reservata Imperatoris sine concurrentia Statuum.

Redeamus ad *Regalia Imperatoris*, vel quæ Statibus modo sunt communicata, vel Imperatori soli reservata, quæ etiam *Reservata Imperatoris* appellari solent, besondere Kayserliche Hoheiten und Reservaten/ *jura* scilicet *Majestatica*, quæ Imperator liberæ suæ dispositioni, absque consensu Electorum vel Ordinum Imperii exercenda reservavit, cum reliqua Regalia ex consensu Imperatoris, cum concursu vel Electorum, vel etiam reliquorum Imperii Ordinum exerceantur. Reservata Imperatoris sunt (1.) Creatio Regum, Ducum, Principum, Comitum, aliarumque Regalium Dignitatum collatio, (2.) Jus creandi Equites, Nobiles, Comites Palatinos, Doctores, Magistros, Notarios, (3.) Insignium Gentilitiorum concessio, (4.) Cognitio de Feudis Regalibus, *O. C. part.* 2. *tit.* 7. *vid. supra verbo* Fürst/ *fol.* 767. *n.* 18. *& seqq.* & de Regalibus Statuum Imperii, *Capit. Leopold.* §. 24. de controversiis Statuum cum subditis, *d. cap.* §. 3. *in fin.* (5.) Cognitio de præcedentia ac Sessione Statuum Imperii, *R. J. de Anno* 1500. §. Wie denn Irrung der *Session. R. J.* 1595. §. 122. *R. J.* 1576. §. 7. exempla videri possunt in des von Hörden Grundveste. *pag.* 105. (6.) Jurisdictio suprema, (7.) Comitiorum universalium indictio, (8.) Concessio Privilegiorum de non appellando, *R. J. Anno* 1654. §. 115. (9.) Investitura feudorum Regalium, (10.) Jus instituendi Potestas per totum Imperium, *Capit. Leopold.* §. 35. (11.) Jus primariarum Precum, *Instr. P. art.* 5. §. 18. (12.) Jus aggratiandi, seu gratiam faciendi criminum in Rempubl. admissorum, (13.) Jus Asylorum, (14.) Jus famam restituendi, (15.) Jus concedendi stapulam, (16.) Potestas tribuendi jura civitatis, (17.) Concessio Nundinarum Academiarum, *Instr. P. art.* 10. §. 13. (18.) Potestas inducias moratorias concedendi, (19.) Concessio Salvaguardiæ & Protectionis, (20.) Potestas concedendi exteris milites in Imperio legendi, *R. J. de anno* 1654. §. Nach dem auch 186. (21.) Potestas concedendi fortalitia erigendi, (22.) Jus veniam ætatis Principibus & aliis concedendi, (23.) Jus legitimandi, arrogationes & adoptiones confirmandi, *Fritsch. in Manual. polit. verb. Imperatoris Potestas & Regalia, Sueder. de I. P. part. special. sect.* 1. *cap.* 4. §. 5. *Rhet. in Instit. Jur. publ. lib.* 1. *Tit.* 4. §. 65. (24.) Confert liberè feuda Imperii, *Capit. Leopold.* §. 30. (25.) Concedit expectantias super feudis vacaturis, §. *eod.* (26.) Providet de vacantibus Electoratibus, *A. B. c.* 7. §. 5. (27.) Habet jus exigendi collectas juxta modum in Imperio receptum, *Capit. Leopold.* §. 17. (28.) Jus ordinandi Magistratus & officia Imperii, Reichs-Hoff- und Kriegs-Aembter/ *Capit.* §. 49. (29.) Jus cognoscendi de Privilegiis ab Imper. concessis, (30.) De controversiis vectigalium.

Imperator itaque summam potestatem habet, & in universum Regalibus majoribus, minoribusque absolutè gaudet, nisi limitatio, vel liberè concessa vel acceptata, probari possit; imò *in Ecclesiasticis* quoque & *juribus Sacrorum* ea adhuc habet, quæ per transactionem inter Henricum V. Imper. & Pontificem Calixtum II. non sunt remissa: Quod enim Imperatores de rebus Ecclesiasticis jura & leges dederint, docet Codex Theodosianus & Justinianus, *tit. C. de SS. Trinit. tit. de SS. Ecclesia, tit. de Episc. & Cler. Tit. de Episc. aud. L.* 10. *C. de LL.* & ipsum Jus Canonicum declarat, *in c.* 27. 28. *c.* 41. *c.* 45. *caus. XI. q.* 1. atque Imperatoribus *investitura* Beneficiorum Ecclesiasticorum, per annulum & bacu- 22 Potestas Imperatoris in Ecclesiasticis

baculum, absque controversia competiit, c. 3. q. 15. 16. c. 17. 24. 25. distinct. 63. deducente Coccei. de jure publ. c. 18. §. 10.

23 Episcopo- rum autoritas aucta & quare. Episcoporum tamen Autoritas postea aucta, & ipsi Ordini Principum accensiti sunt, O. C. p. 2. tit. 2. & seqq. prout testantur omnes scriptiones Recessuum Imperii, & id quidem singulari providentiâ Divina, pro conservatione veræ Religionis Catholicæ, contra tot Adversarios eam oppugnantes.

Fatetur *Coccei d. l.* primum omnium Brunonem, Archi-Præsulem Coloniensem, Ducatum quoque Lotharingiæ à Fratre *Otione I.* accepisse. Albertum Archi-Episcopum Bremensem summam ferè rerum ab Henrico IV. Imperat. tenuisse, quamvis à munere eorum semper separata fuerit secularis potestas, ita ut cum *Henricus II.* Episcopo Herbipolensi secularem in Episcopatu potestatem dare vellet, eam non muneri Episcopali tribuerit, sed sub titulo Ducis Franconiæ distinxerit, atque ita quoque obtinuerit Coloniensis sub titulo Ducis Wesphaliæ & Angariæ: & Argentinensis sub titulo Landgravii Alsatiæ. Sed jurisdictione n Ecclesiasticam & secularem in uno subjecto concurrere posse, jam supra traditum est, *Lib. 1. de Statu hominum. tit. 5. part. 2. n. 22. & seqq. Carpz. ad L. Reg. c. 3. Sect. 9.*

24 Reservata Imperatoris in Ecclesiasticis. *Coccej. de I. P. c. 21. §. 5.* distinguit *Regalia in Sacra & secularia & c. 22.* inter Sacra numerat *jus condendi Leges & Jura Ecclesiastica,* prout modo supra *ex Cod. & Jur. Canon.* allegatum. Jus summæ Advocatiæ in Ecclesiam, jus reformandi, *Instr. P. art. 5. §. 30.* Jus Concilia universalia congregandi, *R. J. Anno* 1524. §. 28. *R. J.* 1525. §. 5. *R. J. Anno* 1532. *t. 1. §. 5.* Jus Diœcesanum, *Instr. P. art. 5. §. 18.* Jus conferendi Beneficia & Dignitates Ecclesiasticas; quæ, in quantum & quomodo mutata sint, dicetur suo loco. Pontifex verò ex Concordatis exercet *Jus Annatarum, mensium*

25 Jura Pontificis. *Papalium, Instr. P. art. 5. §. 26.* Jus *Pallii & confirmationum,* Jus *conferendi Beneficia,* soli Papæ reservata, & Jura *Cathedratici.* A. C. Status provocant circa ista jura ad *Instr. P. art. 5.* ex quo vi superioritatis territorialis omnia sibi jura Episcopalia competere asserunt. Sed Salvator noster mandat, *ut reddamus Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ sunt Dei.*

26 Quæ Regalia ab Imp. Statibus sint communicata. Distinguunt Publicistæ inter Regalia communicata & non communicata. Hujus generis asserunt esse pleraque superius denominata. Quoad alia subdistinguunt, quod aut communicata sint *solis Electoribus,* & quidem iisdem vel *omnibus unanimiter,* vel *majoribus votis,* vel saltem *Legationibus & Litteris. Unanimis Consensus Electorum* requiritur in introductione *novi vectigalis, vel veteris augendi, Capit. Leopold. §. 21.* licet secus fuerit in *Capit. Ferdin. II. §. 17. Ferd. III. §. 20. Ferd. IV. §. 19.* Jure *stapulæ, Capit. Leopold. §. 20.* diversum in *Capit. Ferd. IV. art. 19.*

Per *majora Electorum vota* collegialiter expeditur non processus. (*vid. supra verbo Crimen læsæ Majestatis, fol. 635. n. 16. & verb.* Acht. *fol. 189. n. 10. & seq.*) sed realis *declaratio in Bannum* contra Statum Imperii, *Capit. Leopold. art. 28.* in verb. Wir wollen auch nicht gestatten/ daß ein Stand des Reichs/ ohne rechtmässig und gnugsahme Ursach/ auch ungehört/ und ohne Vorwissen / Raht und Bewilligung des H. Reichs/ Chur-Fürsten / welche sich des Wercks nit theilhafftig gemacht / in die Acht oder auch Aberacht gethan und erklährt/ sondern in solchem ordentlichen Proceß gehalten und vollzogen werde; und obgleich die That an sich selbsten gantz notori und offenbahr/ der Friedbrecher auch in seinem Verbrechen beharlich und täglich fortführe/ obwohl es dann nicht eben eines sonderbahren Proceß vonnöhten/ so wollen wir jedoch/ auch in diesem Fall/ mit Zuziehung des H. Reichs erstgemelter massen ohn interessirter Chur-Fürsten / ehe und bevor wir zur würcklicher Achts-Erklärung schreiten/ communiciren / und ohne deren außtrucklichen Einwilligung damit nicht verfahren/ *Capit. Joseph. art. 27.* 27 De declaratione Statuum Imperii in bannum.

Jus concedendi *Regale monetæ,* Capit. Ferd. III. art. 34. in verbis: ohne Vorwissen und absonderliche Einwilligung und Consens der 7. Chur-Fürsten / niemand mit Müntz-Freyheiten und Müntz-Stätten begaben und begnädigen/ rc. Jus alienandi & oppignorandi bona Imperii, *Capit. Ferd. IV. art. 9. Leopold. art. 12. Capit. Joseph. art. 12.* ubi ita disponitur: ohne Wissen/ Willen und Zulassen / gemelter Chur-Fürsten sambtlich/ nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen/ noch in andere weg veräusseren oder beschweren/ sondern vielmehr möglichsten Fleiß und Ernst anwenden/ rc.

Cum verò est in magna area ante gradus, Præfectus & Senator id gerunt, & descendente ex equo *Cæsare Præfectus stapham* tenet, deinde ante eum præcedit. Inter equitandum autem Cæsaris Camerarius pecuniam spargere consuevit. In plano supra gradus Basilicæ, ante primam porticum, ad dexteram ascendentibus erigitur suggestus ornatus cum *throno Pontificali* & Sedilibus Cardinalium Prælatorum, & aliorum Officialium, supra quem suggestum *Pontifex* pluviali & mitra pretiosis indutus ascendit, cum Ordinibus Curiæ, paulo antequam Cæsar appareat. Electus *Imperator* cum suis omnibus, servato Ordine, ut equum descendit, per gradus ascendit suggestum. Et ut primum Pontificem videt, detecto capite illum, *genu terram tangens* veneratur. Et iterum cum appropinquat ad gradus Sedis, *genu flectit*: demum ad *Pontificis pedes* pervenit, illos *in reverentiam Salvatoris devotè osculatur*. 53 Ceremoniæ Imp. apud Papam. Pontifex hilari vultu Cæsarem aspiciens, ad *osculum manus* & *oris* recipit. Tum Cæsar iterum *genuflexus* auri massam ad pedes Pontificis offert, habetque verba ad Pontificem, gratias agens pro honore suscepto, pro charitatis declaratione amplectitur. Et stante ibi ad dexteram Pontificis Cæsare, Pontifex recipit *Imperatricem* ad osculum pedis & manus. Regum verò, si quis adest, ad osculum pedis, manus & oris: alios autem Prælatos, Proceres & Nobiles Cæsaris ad osculum pedis tantum. His finitis, surgit Pontifex, & manu sinistra Cæsarem capiens suggestu descendit, & pariter ad secundam usque Ecclesiæ porticum cum eo progreditur, deinde Pontifex palatium ascendit, ad Cameram suam reversurus, & Cæsar duobus aut quatuor Cardinalibus sociatus, templum ingreditur, Apostolorum sacras reliquias veneraturus, cum suis omnibus. Inde ad loca cuique destinata divertuntur. *Cæsar* ipse in *Palatio Apostolico* recipi consuevit: Augusta verò in aliquo loco vicino. Cæsar postera die, opportuno tempore ad Pontificem accedet, & cum sua Sanctitate de incumbentibus ad solemnitatem pertractabit, statuent de die Coronationis. Et si qua erunt prius peragenda, deliberabunt: ut Friderici tempore factum est, qui ante diem Imperialis coronationis, inter missarum solennia, benedictionem Imperialem cum sua Sponsa Heleonora, Regis Portugalliæ filia suscepit. Et Corona Regni Longobardici, sive Italici, quam Superiores Imperatores Modetiæ suscipere consueverunt, cum Fridericus pestis timore illuc accedere non potuisset, Pontificis Nicolai manibus coronatus est in *Basilica S. Petri*, apud altare majus, quæ *corona ferrea, licet aurea sit*, nuncupatur.

Et notandum, quod Cæsar, antequam coronetur imperiali diademate, sedet post primum Episcopum Cardinalem, Et si quis Rex adest, sedet tunc post primum Presbyterum Cardinalem, Cum verò Cæsar erit coronatus, tum sedebit in sede sibi parata inter Papam & primum Episcopum Cardinalem: Et tunc Rex erit post primũ Episcopum Cardinalem. Adveniente die statuta Imperialis coronationis, quæ convenientissima est in *Dominica Lætare*, in medio quadragesimæ, ut *Durantes* in nationali divinorum scripsit, & ita à Nicolao

lao V. in coronatione Friderici servatum est, Ecclesia S. Petri & Capella major erunt decenter ornatæ, ut in maximis solemnitatibus, cum Pontifex est celebraturus, divina solent ornari, & præter consueta erigentur *duo suggestus*, hinc & inde extrà cancellos Capellæ, alter pro Imperatore electo ad sinistram venientibus, alter à dextra pro Imperatrice, & ornetur tapetis, aulæis, sedibus, scabellis, & aliis opportunis. Ecclesia tota & maximè Capella D. Gregorii, D. Mauritii, & quæ D. Mariæ de turribus appellata extra Ecclesiam in prima porticu sub turri campanariæ est, bene mundentur, ornenturque, Imperatrix verò, antequam Pontifex descendat ad Ecclesiam, cum suis ornata, præveniens, suggestum sibi paratum conscendit. Summo igitur mane *Pontifex* cum Cardinalibus, Prælatis & aliis officialibus, paratis colore tempori & missæ congruis, veluti ad supplicationem *sub baldachino* descendat ad Ecclesiam, & præmittat duos Diaconos Cardinales cum suis cappis laneis ad Cæsarem, qui eum congruo tempore ad Ecclesiam deducant. Pontifex, facta reverentia ante altare, accedat ad sedem, ubi consuevit accipere paramenta, & ibi recipiet ad reverentiam omnes Prælatos paratos: incipiet tertiam & accipiet sandalia, ut alias, & dicta oratione induetur omnibus paramentis Pontificialibus. Interim Cardinales, qui sunt cum Cæsare, ut primum cognoverunt Pontificem intrasse Ecclesiam, & ipsi cum *Cæsare* & omni sua Comitiva ad Ecclesiam descendant, & egressi primam Palatii portam, per primas Ecclesiæ portas, quæ super gradus Basilicæ patent, ingrediantur porticum ad Capellam, quæ vocatur Beatæ Mariæ inter turres, ibi à Canonicis & Collegio Ecclesiæ occurrentis recipiatur, quo deductus Cæsar ad altare dictæ Capellæ, in manibus primi Cardinalis præsentis, & nomine Pontificis recipientis, B. Petro, Summo Pontifici & suis Successoribus solitum *juramentum* præstabit, in forma subscripta videl. *Ego N. Rex Romanorum adjuvante Domino futurus Imperator, promitto, spondeo & polliceor, atque juro Deo & B. Petro, me de cœtero Protectorem atque defensorem fore summi Pontificis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus & utilitatibus, ejus custodiendo & conservando possessiones, honores & jura, ac jus, quantum divino fultus adjutorio fuero, secundum scire & posse meum, recta & pura fide: Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia.* Tum indutus superpelliceo & Almucia recipitur à Canonicis S. Petri in Canonicum & in fratrem, quos omnes, stans ante altare dictæ capellæ recipit ad osculum Pacis. Inde, præcedente Clero & cantante responsum; *Petre amas me? tu scis Domine, quia amo te. Pasce oves meas.* Versus: *Simon Jonas amas me plus his: Tu scis Domine quia amo te. Pasc &c.* alii Cæsaris Proceres suo ordine deveniunt ad portam Principalem ipsius Basilicæ, quæ argentea nominatur, & ex quinque media est. Interim duo Episcopi Cardinales, post Priorem antiquiores, facta reverentia Pontifici, cum suis mitris & pluvialibus veniunt ad prædictam portam, dum Cæsar adhuc est in dicta Capella inter turres, & ante eum junior Episcopus Cardinalis, stans sine mitra supra Cæsarem genu flexum orantem dicit hanc orationem: Oremus: *Deus, in cujus manu corda sunt Regum, inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ, & huic famulo tuo, Regi, veram appone sapientiam, ut haustis de tuo fonte consiliis, tibi placeat, & super omnia præcellat, per Christum Dominum nostrum, Amen.*

Finita prima oratione, intrant Ecclesiam, Cæsare incedente semper inter duos Diaconos Cardinales prædictos, & immediate præcedentibus duobus Episcopis Cardinalibus præfatis, & flectentes ad sinistram perveniunt ad Capellam S. Gregorii: ubi Imperator sedens, deposita Almucia, primo induit sandalia, deinde stans tunicellam, & demum Imperiale paludamentum; & mox inde procedens ad medium Ecclesiæ, ubi rota est Porphyretica, venit, & ibi ab alio Episcopo Cardinali, sibi assistente, dicitur super eum alia oratio: videl. *Deus inenarrabilis, auctor mundi, conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator Regni, qui ex utero fidelis amici tui, Patriarchæ nostri Abrahæ, praelegisti regem seculis præfuturum, tu præsentem Regem hunc, cum exercitu suo per intercessionem Sanctorum, uberi benedictione æternitatis circumda, ut semper maneant læti & triumphantes in pace Victores per Christum Dominum nostrum, amen.* Procedunt deinde ad confessionem B. Petri sub altare, ubi procumbit super faldistorium Imperator, & duo Episcopi Cardinales ascendunt Capellam, & vadunt ad sedes suas. Prior autem Diaconorum, ac Prior Presbyterorum parati descendunt ad eum, atque hinc inde genu flectunt, & Diaconus ipse facit litaniam, procumbens ad sinistram, omnibus alta voce replicantibus, & flexis genibus permanentibus. Finita litania surgit Prior Presbyterorum, & super Cæsarem adhuc procumbentem dicit: *Pater noster &c. & ne nos &c. Salvum fac servum tuum.* ℟. *Deus meus sperantem in te.* ℣. *Esto ei Domine turris fortitudinis.* ℟. *à facie inimici.* ℣. *nihil proficiat inimicus in eo.* ℟. *& filius iniquitatis non apponat nocere ei.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* Oremus: *Prætende quæsumus Domine famulo tuo dextram cælestis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ dignè postulat, assequatur, per Christum Dominum nostrum, Amen.* Et cum Diacono his finitis revertitur ad locum suum inter alios Cardinales. Dum ultimæ orationes dicuntur per Presbyterum Cardinalem, prior Episcorum Cardinalium cum pluviali stola, & mitra descendit ad Imperatorem, & simul cum duobus Diaconis, finitis Orationibus, ducit illum ad Altare S. Mauritii, ubi stans *inungit brachium dextrum Cæsaris, & scapulas,* cum oleo exorcisato, 54 Inunctio Imperatoris.

cisato, in modum crucis, & mitrâ depositâ dicit: Oremus: *Deus Omnipotens, cujus est omnis potestas & dignitas, te supplici oratione atque humillima prece deposcimus, ut huic famulo tuo N. prosperum Imperatoriæ Majestatis concedas effectum, ut in tua protectione constituto, ad regendam Ecclesiam tuam sanctam, nihil ei præsentia officiant, futura nihil obstent, sed inspirante S. Spiritus dono populum sibi subditum æquo justitiæ libramine regere valeat, & in omnibus suis te semper timeat, tibique jugiter placere contendat. Deus, Dei filius Jesus Christus, Dominus noster, qui à Patre Deo oleo participationis unctus est præ participibus suis, ipse per præsentem Sacri unguenti infusionem, Spiritus Paracleti super caput tuum infundat benedictionem, eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili & tractabili dono invisibilia percipere, & tẽporali regno justis moderationibus functus æternaliter conregnare ei merearis, qui sine peccato Rex Regum vivit, cum Deo Patre in unitate Spiritus S. Deus per omnia secula seculorum, Amen.*

Interea adducitur Imperatrix, si adest, & similiter perungitur in eisdem locis, deinde dicitur per eundem Cardinalem Episcopum oratio super eam cum mitra, quia pro eadem ad Deum oratio dirigitur: *Spiritus S. gratia nostræ humilitatis officio copiosa in te descendat, ut sicut manibus nostris, licet indignis, oleo materiali oblinita pinguescis exterius, ita ejus invisibili unctione delibuta impinguari merearis interiꝰ, ejusq; spirituali unctione perfectissimè semper imbuta & illinita, mundana declinare tota mente, atq; spernere discas & valeas, & utilia animæ tuæ jugiter optare atque operari queas, & opereris auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu S. vivit & regnat Deus, &c.* Et hæc quidem fiunt ad Altare B. Mauri, nam ad Altare B. Petri nemo inungitur, nemo ordinatur, nisi solus Pontifex Romanus. His completis Imperatrix ad suum suggestum revertitur, & *Cæsar* cum Episcopo Cardinali & Diaconis ad Pontificem. Diaconi acceptis suis Dalmaticis & mitris in manibus, vadunt ad reverentiam Papæ, qui descendens de sede sua procedit ad altare supplicabundus more solito, & recipit ad osculum oris, & pectoris tres Presbyteros Cardinales assistentes, genu flexo super suum faldistorium permanente. Facta confessione *Pontifex* accedit ad altare, osculatur & incensat, ut aliàs, deinde recipit *ad osculum oris & pectoris* primò *Cæsarem*, deinde tres suos Diaconos Cardinales, & mox ad eminentem sedem ascendit, & Cæsar ad suum suggestum cum suis principalibus & ministris deducitur. Cum Pontifex decessit à latere, *ministri Cæsaris afferunt gladium, cum sua vaginâ & cingulo, coronam, sceptrum, & pomum,* danda suo tempore Imperatori, & Imperatrici, quæ per Sacristam & Clericum ceremoniarum locantur super altare. Interim verò, dum Pontifex facit confessionem, incipit chorus introitum & *Kyrie eleison*, Pontifex verò in sede eminenti stans, sine mitra legit introitum, & procedit in Missa, ut aliàs, usque ad dictam Epistolam & graduale. Sed post orationem diei, dicit pro ipso Imperatore hanc orationem: *Oremus, Deus Regnorum omnium & Christiani maximè Protector Imperii, da servo tuo N. Imperatori nostro triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut qui tua constitutione est Princeps, tuo sit semper munere potens.* Pro secreta: *Suscipe Domine hostias Ecclesiæ tuæ, pro salute famuli tui N. supplicantis, & protectione fidelium populorum, antiqua brachii tui operare miracula, ut superatis inimicis securè tibi serviat Christiana libertate, per Dominum nostrum, &c.* Post Communionem: *Deus, qui ad prædicandum æterni regni Evangelium, Romanum Imperium præparasti, prætende famulo tuo Imperatori nostro N. arma cœlestia, ut pax Ecclesiæ nulla turbetur tempestate bellorum, per Dominum, &c.* Dum cantatur Graduale, *Cæsar* descendens è suggestu venit *ad pedes Sanctissimi Domini*, deducentibus eum duobus Diaconis Cardinalibus paratis, & unus ex Clericis Cameræ ex altari accipit *gladium* cum sua vagina, & illum ad priorem Diaconorum stantem ante Pontificem ad dextram portat, quem Pontifex vagina extractum, de manu ipsius Diaconi accipiens, Imperatorem ante se genuflexo in dextra manu tradit, ipse cum Mitra sedens ac dicens: *Accipe gladium desuper B. Petri Apostoli corpore sumptum per manus nostras, licet indignas, vice tamen & authoritate Dei Omnipotentis & Beatorum Apostolorum consecratas, imperialiter tibi concessum, nostræque benedictionis officio in defensionem Sanctæ Matris Ecclesiæ divinitus, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: Et memor esto, de quo Psalmista prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè, ut in hoc vim æquitatis exerceas, per eundem molem iniquitatis potentissimè destruas, Sanctam Dei Ecclesiam, ejusque fideles propugnes atque protegas, neque minus sub fide falsos, quàm Christiani nominis hostes exteras atque dispergas: Viduas atque pupillos clementer adjuves atque defendas; desolata, restaurata conserves, ulciscaris injusta, conserves bene disposita: quatenus hoc agendo virtutum Triumphator gloriosus, Justitiæ cultor egregius, cum mundi Salvatore, cujus typum geris, in nomine ejus sine fine regnare merearis, qui cum Patre & Spiritu S. vivit & regnat, &c.* Finita oratione Diaconus accipit gladium, & reponit illum in vagina, quam habebat in manu, & simul cum Pontifice accingit illo Cæsarem, dicente Pontifice: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè; & attende, quia Sancti non in gladio, sed per fidem vicerunt regna.* Accinctus gladio Imperator, & miles B. Petri effectus, surgens evaginat gladium, ter illum vibrat, deinde reponit in vagina, & iterum genu flectit: 55 Traditio gladii, pomi & sceptri.
cui Pontifex *Pomum* de Altari, & *Sceptrum*, ut de gladio diximus, ad eum portat, in manu dextra pomum, & in sinistra sceptrum ponit, dicens: *Accipe virgam virtutis*

tutis & veritatis, qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere reprobos, errantes viam docere, lapsis manum porrigere, disperdere superbos, & relevare humiles. Et aperiat tibi ostium JESUS CHRISTUS Dominus noster, qui de semetipso ait, Ego sum ostium, per me si quis introiverit, salvabitur: qui est clavis David, & Sceptrum Domus Israel, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Sitque tibi autor, qui eduxit vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris & umbra mortis, ut in omnibus sequi merearis eum, de quo David propheta cecinit. Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Et imitando ipsum diligas justitiam, & odio habeas iniquitatem, quia propterea unxit te Deus, Deus tuus, ad exemplum illius, quem ante secula unxerat oleo exultationis præ participibus suis, JESUM CHRISTUM Dominum nostrum, qui cum eo vivit, & regnat Deus, &c. Demum *Imperialem coronam*, cum sua Tiara allatam sibi ex Altari, ut de aliis dictum, imponit super ejus caput, dicens: *Accipe signum gloriæ, & diadema regni, coronam Imperii, in nomine † Patris, † Filii, & † Spiritus S. ut spreto antiquo hoste, spretisque contagiis vitiorum omnium, sic justitiam, misericordiam & judicium diligas, & ita juste, pie & misericorditer vivas, ut ab ipso Domino nostro JESU CHRISTO, in consortio Sanctorum, æterni regni coronam percipias; qui cum Patre, &c.* Et mox *Imperator osculatur pedes Pontificis*, & surgens discingitur gladio, eumque armigero tradit. Et ipse cum Corona, Sceptro & Pomo procedens, ab aliis duobus Diaconis ducitur ad Sedem Imperialem, paratam sibi *à dextra Pontificis*, inter Pontificem & priorem Episcoporum Cardinalium, quæ sedes altior erit sedibus Cardinalium, & humilior Papali sede, habebitque aureum pannum post tergum, & parvum scabellum ad pedes, & ibi sedebit, quousque Imperatrix coronetur.

56 Coronatio Imperatoris.

Imperatrix vero ducetur ab eisdem ad Pontificem, qui surgens sine mitra, super eam genuflexam, dicet hanc orationem: *Deus, qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibilem, cujus sapientia in sua dispositione non fallitur, qui facis cuncta, quæ futura sunt, & vocas ea, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt, qui superbos æquo moderamine de principatu dejicis, atque humiles dignanter in sublime provehis: ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Ester Reginam Israeliticæ causa salutis, de captivitatis suæ compede solutam, ad Regis Assueri thalamum Regnique sui consortium transire fecisti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis nostræ Christianæ plebis benedictione, salutis gratia ad dignam, sublimemque Imperatoris nostri copulam, & Imperii sui participatum transire concedas, & ut in Imperialis fœdere conjugii semper permanens pudica, proximam Virginitati palmam continere queat, tibique Deo vero, & vivo in omnibus, & super omnia jugiter placere desideret, & te inspirante, quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat, per Christum Dominum nostrum, Amen.* Deinde sedens cum mitra, accipit *Coronam Imperialem*, de manu prioris Diaconorum Cardinalium ex altari allatam, & *imponit super illius caput*, dicens: *officio nostræ indignitatis N. Imperatrix solemniter benedicta, accipe Coronam Imperialis Excellentiæ; quæ licet ab indignis, Episcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur, ut sicut auro & gemmis redimita enites, ita & interius auro sapientiæ, virtutumque gemmis te Omnipotens decorari concedat; quatenus post occasum hujus seculi cum prudentibus Virginibus Sponso perenni, Domino nostro JESU CHRISTO, digne & laudabiliter occurrens, Regni cœlestis Aulæ ingredi merearis januam, eodem Domino nostro JESU CHRISTO auxiliante, qui cum Patre, &c.* Et coronata statim *osculatur pedes Pontificis*, & surgens inducitur tam ipsa, quam Cæsar simul ad suos suggestus, ubi in sedibus sibi paratis locantur, & sedentibus Imperatore & Augusta in sedibus, cum Imperialibus ornamentis, prior Subdiaconorum Apostolicorum, cum aliis Subdiaconis, & cum Capellanis Aulæ Imperialis, descendit ad confessionem beati Petri, altâ voce, simul cum ipsis facit laudes Imperatori, dicens: *Exaudi Christe:* Scriniarii verò Urbis cum Cappis sericeis stantes superius ad chorum, respondent; *Domino Frederico invictissimo Romanorum Imperatori, & semper Augusto, salus & victoria*: quâ laude tertiò repetitâ, prior Diaconorum cum suis, tribus vicibus dicat: *Salvator mundi*, & Scrinarii vicissim respondeant: *Tu illum adjuva*, & deinde iste cum suis duabus vicibus dicat: *Sancta Maria;* Et illi vicissim respondeant: *Tu illum adjuva*; & sic deinceps;

57 Coronatio Imperatricis.

Sancte Michaël,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphael,
San. Joannes Baptista,
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti,
Sancte Sylvester,
Sancte Leo,
Sancte Gregori,
Sancte Benedicte,
Sancte Basili,
Sancte Saba,
Sancta Agnes,
Sancta Cecilia,
Sancta Lucia.

} Resp. Tu illum adjuva.

Post hæc omnibus ad locum suum revertentibus, cantatur, *Alleluja*, vel tractus, & deinde, *Evangelium, Credo, & Offertorium.* Deinde Imperator Corona & manto depositis, sine sceptro aut pomo descendit, & ad *Pontificis pedes* aurum offert, quantum sibi placet; Et similiter post eum facit *Imperatrix*, quæ deinde non revertitur ad suggestum, sed procumbit super faldisto-

distorium, à dextra parte Altaris sibi paratum, in loco, ubi non impediat credentiam, & ibi expectat usque ad communionem. *Imperator* verò Pontificem ad Altare descendentem sequitur, & illi in locum Subdiaconi calicem, & pateram cum ostiis offert, deinde aquam infundendam in vino; Et retrahens se ad partem dextram, stat, usquequo Pontifex ad sedem eminentem communicaturus revertatur, quem Imperator sequitur. Et ab ejus manibus ipse primò, deinde Augusta
58 *Sacram Corporis Christi communicationem* sumunt, postquam Pontifex cum Diacono & Subdiacono communicaverint. Nam Subdiaconus, postquam cum Diacono communicavit de corpore & sanguine Christi, accipit de manu Diaconi apud Altare, cum circulis & ceremoniis consuetis, *duas hostias consecratas pro Imperatore & Augustâ*; & eas ad Pontificem portat, & percepto Sacramento, *Imperator* quidem *Pontificis faciem osculatur*. Augusta verò manum. Et descendentes ad Altare, de manu Diaconi vinum purificationis sumitur; Et descendant ambo ad suos suggestus; Ibique resumant Imperialia signa; poterit tamen, si ei videbitur, super Imperatorem ante se genuflexum, immediatè postquam illum cum Augusta communicaverit, infrà scriptas orationes dicere, videlicet: *Respice quæso Omnipotens Deus serenis obtutibus hunc gloriosum famulum tuum N.* Ut *sicut benedixisti Abraham, Isaac & Jacob, sic illi largiaris benedictionem spiritualis gratiæ, eumque plenitudine tuæ potentiæ irrigare atque perfundere digneris, ut tribuas ei de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini & olei, & omnium frugum opulentiam, & ex largitate divini muneris longæva tempora, ut illo regnante sit sanitas corporis, Imperii pax inviolata sit in Regno, & dignitas gloriosa Regalis palatii, maximo splendore Regiæ potestatis oculis omnium fulgeat, luceque clarissima coruscare, atque splendescere, quasi splendidissimi fulgoris maximo perfusa lumine videatur; Tribue ei omnipotens Deus, ut sit fortissimus Protector, & Consolator Ecclesiarum, atque cœnobiorum Sanctorum, maximè pietatis, Regalis munificentiæ, atque ut sit fortissimus Triumphator hostium, ad opprimendos Rebelles, & paganas Nationes, sitque suis inimicis facie terribilis, maximâ fortitudine Regalis potentiæ; Optimatibus quoque, ac Præcelsis Proceribus, & fidelibus sui Regni sit munificus, amabilis & pius, ab omnibus timeatur, & diligatur. Et post gloriosa tempora, atque felicia vitæ præsentis gaudia, in perpetua beatitudine habitare mereatur, per Dominum Nostrum Jesum Christum, &c. Benedic quæsumus Domine hunc Principem nostrum N. quem ad salutem populi nobis à te credimus esse concessum, fac annis esse multiplicem, salubri corporis robore vigentem, ad senectutem optatam pervenire felicem; sit nobis fiducia obtinere gratiam, populo, quam Aaron in tabernaculo, Helisæus in fluvio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulus impetravit in templo, sit illi regendi autoritas, qualem Josue suscepit in castris, & David sumpsit in præliis, Petrus accepit in clave, Paulus est usus in dogmate. Et ita pastoris officium perficiat in Christi ovile, sicut Isaac profecit in fruge, & Jacob est dilatus in grege; Quod ipse præstare dignetur, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto, &c. Deus Pater æternæ gloriæ sit adjutor tuus, & Protector, & Omnipotens benedicat tibi preces tuas, in cunctis exaudiat, & vitam tuam in longitudinem dierum impleat, thronum Regni jugiter firmet, & gentem, populumque tuum in æternum conservet, & inimicos tuos confusione induat, & super te Sanctificatio Christi floreat, ut qui tibi tribuit in terris imperium, ipse in cœlis conferat præmium, qui vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.* Post communionem Pontifex descendit ad Altare, & prosequitur Missam more consueto, & in fine dat *benedictionem* solennem, dicens: *Sit nomen Domini, &c.* Et publicantur immediatè Indulgentiæ per unum ex Diaconis assistentibus, sive plenariæ, sive ut Pontifici placuerit. Tum Cardinales & Prælati deponunt paramenta, & accipiunt laneas Cappas.

SS. Communio.

Pontifex verò, dimissis Missalibus indu- 59
mentis, accipit pluviale, & mitram pretiosam, cum Imperatore descendit ad gradus Basilicæ *sub eodem Baldachino.* Si est Dominica Lætare Hierusalem, Pontifex sinistra portat *Rosam auream*, dextra benedicit Assistentibus, atque hinc inde elevantibus fimbrias Diaconis. Hanc autem *auream Rosam* Pontifex, antequam ad Ecclesiam descendat, in Camera papagalli benedicit cum Balsamo & Muscho, quod singulis annis fit in tali die. Si verò esset alius dies, dextrâ, sicut sinistra tenebat dextram Imperatoris. Diaconus à sinistris, retrò erit inter Papam & Imperatorem, & cum dexteritate elevabit fimbriam à dextris, caudam verò portabit major Princeps. Et si erit Rex vel Princeps, & Prælati, qui venerunt cum Cæsare, dum Missarum & Coronationis solennia fiunt, semper Cæsarem sequuntur, & cum ipso in suo suggestu consistunt semper. Et similiter, qui cum Augusta eam semper comitantur, assistuntque, quæ, finita Missa, dimissis Pontifice & Imperatore in Ecclesia, ad domum
suam cum suis revertitur. *Cæsar* verò cum 60
Corona in capite, Sceptro & Pomo in manibus, ad latus Pontificis incedens, nisi illius manu ducatur, quia tunc Pomum vel Sceptrum tantum in sinistra retineret, cum ad finem graduum pervenerit, traditis Sceptro & Pomo uni ex suis, pervenit ad equum Pontificis, & in *honorem Salvatoris nostri JESU CHRISTI*, cujus vices Pontifex in terris gerit, *tenet stapham*, quoad Pontifex equum ascenderit. Et deinde, accepto equi freno, per aliquot passus ducit equum Pontificis. Pontifex, dum Imperator hæc vilitatis officia vult exhibere, debet aliquantulum modestè recusare, & tandem cum aliquibus bonis verbis, *honorem non in per-*

Discessus ex Ecclesia.

Ceremoniæ Pontificis & Imperatoris.

personam suam, sed illius, *cujus locum tenet*, recipiendo permittit illum aliquantulum progredi: tum firmat se, & nullo pacto permittit Cæsarem ulterius ire, qui mox conscenso equo suo accedit ad sinistrum latus Pontificis. Et *sub eodem Baldachino* equitat, & hoc ordine procedunt.

Primum præcedunt familiæ Cardinalium cum suis Valisiis. Et simul mixtæ familiæ Prælatorum, Principum, & omnium Curialium, tam Cæsaris quam Pontificis. Deinde duo cum Valisiis Pontificis. Inde familiares domestici Imperatoris. Et post eos familiares Papæ tum Nobiles, Barones & Comites minores utriusque, equus cum scala Papæ, tum vexilla rubea, quæ duodecim cursores portant. Deinde *vexillum populi Romani*, *Vexilla Imperii*, *vexillum Papæ*, vexillum Ecclesiæ, vexillum Crucis, cum vexilliferatis armatis, & ornatis, ut in coronatione Papæ; hos sequuntur 12. equi albi phalerati, sine sessoribus. Deinde quatuor Nobiles portantes pilea ex cramisino, quatuor Papæ cum baculis; quibus succedunt Advocati, & Secretarii mixtim, secundum prioritatem officii, præcedentes cum suis caputiis circa collum, quos tamen præcedunt Secretarii Imperatoris. Tum sequuntur Cubicularii, etiam cum suis caputiis, inde Acolythi, Clerici Cameræ Apostolicæ, & post eos statim auditores cum rochetis & cappis. Deinde Subdiaconi cum Cruce Papali, cum galero Indici coloris, & cum aliis Subdiaconis cum cappis, ut alii, tum duo portantes laternas cum lumine ante Sacramentũ equitantes. Deinde *equus albus phaleratus cũ tintinnabulo portans Sacramentum*, & supra Sacramentum *baldachinum* per cives Romanos portatur, & circa 12. intortica, quæ portantur per 12. familiares Papæ, sive per 12. beneficiatos S. Petri, cum superpelliciis: Et melius, ut visum est servari per Papam Pium II. post Sacramentum equitat Sacrista cum ferula alba. Inde, si qui sunt maximi Domini, Principes aut Duces, Principes Electores, immediatè ante Cardinales procedunt. Et si quis adesset frater aut filius Imperatoris, iret medius inter juniores Diaconos Cardinales, Rex erit à sinistris Senioris Episcopi Cardinalis. Et si plures adessent Reges, locarentur cum aliis Episcopis Cardinalibus: sequuntur duo Diaconi Cardinales, assistentes Pontifici. Et si cum Cæsare essent duo *Principes Electores*, qui præferrent gladium & pomum Cæsaris, isti deberent ire *immediatè ante Cæsarem*, sicut Diaconi ante Pontificem, & quando via esset arcta, irent ante ipsos Diaconos assistentes. Si verò non sint Principes Electores, qui portant illa, videlicet gladium, pomum, seu sceptrum, nam alterum istorum duorum portabit Imperator; illi duo vadunt simul cum Subdiacono, qui portabit crucem; & illum in medio habent. Sequitur *Pontifex & Imperator* cum sua Corona & Imperiali habitu à sinistris; post Pontificem verò sequuntur duo Cubicularii ejus secreti, cum serviente & mitra. Et tum medici cum Secretario, si non sit Prælatus. Et post Imperatorem duo Camerarii sint cum uno Secretario. Inde equitabit serviens armorum cum uno Secretario cum umbella, deinde Prælati assistentes Papæ. Et si quis Archiepiscopus *Princeps Elector Imperatoris adesset*, iret ante assistentes Papæ. Post quos ibunt Prælati assistentes, sive Consiliarii Imperatoris cum cappis & galeris, ut alii Prælati, alioquin non irent inter cappatos. Sequuntur deinde Prælati, Oratores, Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii & Abbates cappati & pileati, & demum alii Curiales togati tam Papæ quam Cæsaris.

Hoc ordine recta via per campum florum & Judæorum plateam devenient ad Ecclesiam S. Mariæ in Cosmedim. Et ibi Pontifex, si *rosam* habet, illam eques *Imperatori equiti* dono dat. Et ad dextram conversus trans Tiberim cum suis omnibus ad Palatium revertitur. Cæsar autem via, quæ sibi melius placet, *rosam* manu gestans, ad pontem Adrianum redit, ubi viros complures de se optimè meritos, *Equestri dignitate* insignire solet; quo facto, ad Lateranum cum suis progreditur; *Canonici & Capitulum* Ecclesiæ supplicabundi Cæsari in porta Principali occurrentes, illum honorificè suscipiunt, & postquam crucem, & reliquias osculatus fuerit, *incensant*, & præcedentes atque cantantes, *Te Deum Laudamus*, ad altare majus deducunt, ubi procumbens super faldistorium, orat detecto capite, deindè surgens osculatur Altare; Tum resumptâ Coronâ *recipitur in Canonicum*, & in fratrem Ecclesiæ Lateranensis, & *Canonicos omnes recipit ad osculum pacis*. Quibus finitis ascendit ad Palatium Lateranense & cum suis celebrat *solenne convivium*, suis moribus & ceremoniis. Deindè, si placet, recurrit ad palatium Apostolicum ad Cameras suas. Si quando autem accideret, 61
quod propter *absentiam summi Pontificis* ab Urbe, Cæsar non posset ab ipso Pontifice coronari, consuevit Pontifex mittere ad urbem aliquem Episcopum Cardinalem, qui simul cum Legato Apostolico, qui Urbi præest, Imperatorem electum coronat; Si autem Legatus esset ipse Episcopus Cardinalis, non esset necessarium mittere alium Episcopum. sed quemcunque vellet alium Presbyterum Cardinalem, & tunc proceditur hoc modo. Electus Imperator ad urbem veniens pro Coronâ Imperiali, habebit obviam Barones, Nobiles, officiales, civesque urbis, & Officiales Curiæ Romanæ, & remanebit extra mœnia illâ nocte, ut supra dictum est.

Quis coronet Imp. in absentia Pontificis

Sequenti die intrabit per portam sub arce Sancti Angeli, quæ ut diximus, non est Collina, cum suis Principibus, ordine prædicto, & *in portâ* recipietur à *Vicario Pontificis* cum Prælatis, & Clero urbis in modum supplicantium paratis; Et deducetur, ut supra, ad gradus Basilicæ Sancti Petri, ibique non super suggestum, sed ante primas

mas portas recipietur ad osculum tantum, per Episcopum Cardinalem coronatorem, & legatum: qui ibi aderunt cum aliis Prælatis Curiæ, parati cum pluvialibus & mitris, aderunt etiam cum Cardinalibus officiales Curiæ. Subdiaconi, Auditores, Acolythi, & si qui sunt alii, & etiam Barones, aliique Nobiles sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et electus statim *post osculum* offerat aurum duobus Cardinalibus, quod offerre debet Pontifici & dicat hæc verba: *Si Sanctissimus Pater Dominus noster summus Pontifex præsens hic esset, sed per ejus absentiam offero ipsum vobis Dominis Episcopo, & Legato Cardinalibus recipientibus illud vice, & nomine dicti Domini nostri Papæ*; quo facto intrabunt porticum, & si tunc erit procedendum, ad solennitatem coronationis, quod commodè & decenter fieri potest, ibi suprà altare Sanctæ Mariæ in turribus præstabit *Juramentum fidelitatis* in manibus Cardinalium, & similiter si aliud juramentum esset innovandum, seu confirmandum, tunc immediatè innovabit, deindè recipietur *in Canonicum Ecclesiæ Sancti Petri*, ut superius dictum est.

Intrabit deindè Ecclesiam, & ibi, ante portam argenteam, Episcopus Cardinalis dicet super eum primam orationem; Deindè ducitur ad Capellam S. Gregorii, ad capienda sua ornamenta, & Episcopus Cardinalis vadit ad altare majus, & ibi super faldistorium capit feudalia, & paramenta omnia Pontificialia; Et nota, quod debet habere expresse facultatem à Pontifice super altare beati Petri celebrandi, ut moris est. Cæsar, indutus imperialibus indumentis, venit ad medium Ecclesiæ; & ibi super eum Legatus Apostolicus dicet secundam orationem. Venit deindè ad confessionem beati Petri, & procumbet in faldistorio. Et Diaconus qui servit in Missâ, facit super eum litaniam, orationem autem, versiculos, & Pater noster dicet Legatus Apostolicus. Deindè ducetur ad Altare Sancti Mauritii, & ibi *inungitur à Cardinali celebrante* tam ipse, quam Augusta, (si adest) cum orationibus opportunis. Revertentur deindè ad Altare, & factâ Confessione Imperator ad suggestum sine osculo pacis, ad faldistorium suum revertitur; Et proceditur in Missâ usque ad graduale. Dum cantatur graduale, Imperator descendit ad Altare, & celebrans Cardinalis, ante Altare stans, cum mitra, gladium sumit de altari, & illum nudum Imperatori tradit, dicens: *accipe gladium*, &c. Et idem dicit Legatus, submissâ tamen voce. Dat eidem mox *pomum* & *Sceptrum* cum suâ oratione, Ecclesiæ modo. *Mitras* autem & *Coronas Imperiales* ambo imponent Cæsari, & Augustæ. Sed Legatus altâ voce profert verba: *Accipe signum*, &c. Et celebrans dicet eadē voce submissâ. Coronati Augustus & Augusta, revertuntur ad suos suggestus sine osculo pacis, & ad *offertorium* veniunt *cum coronis & habitu Imperiali*, & oblato auro revertuntur ad suggestus, neque ministrabit Imperatoa calicem & ampullam, sed tempore congruo venit ad *communionem sine Manto & Coronis*; post communionem Imperatori non dabitur osculum pacis à celebrante, sed revertetur ad suum suggestum. Imperator, finita Missâ, ipse cum suis, & cum Legato, si placebit, ibit ad Lateranum, & ibi perficiet suas solennitates; Ceremoniæ omnes, quæ pertinent ad Personam Pontificis, dimittantur, ut oscula pedum, manuum, & oris; quin etiam nec in Missa illi deserviet Imperator, quod Pontifici præstitisset præsenti, nec stapham illi, dum equum inscendit, tenet, nec equum ducit. Hæc fere omnia servata fuerunt, cum *Carolus IV. coronatus fuit Romæ*, per Dominum Petrum Episcopum Hostiensem, quem ex Avinione Innocentius VI. nuncium Apostolicum ad hoc miserat, per Dominum Ægidium de Abbornozio, tituli S. Clementis Presbyterum Cardinalem, ac Legatum Apostolicum in Italia, *Anno Salutis* 1356. 9. *Aprilis*, ut ex literis ipsius Caroli, quæ adhuc extant, & registratæ sunt in archivis Ecclesiæ, publicè patet. Voluit tamen idem Pontifex, ut Cardinales prædicti publicè *protestarentur D. Imperatori*, quod propter omissionem reverentiarum, obsequiorum, & multarum ceremoniarum, quæ pertinent ad personam Romani Pontificis, non esset aliquando derogatum privilegiis & honorificentiis Romanæ Sedis & suorum Successorum. Et de hac *Protestatione* & consensu Imperatoris exigerent quadruplices literas, Regalibus & Imperialibus sigillis munitas, sicut & factum est.

Imperatrix si venerit Romam pro Corona Imperiali suscipienda sine Imperatore, 62 Coronatio solius Imperatricis.
vel post ejus coronationem ei est conjuncta, hoc ordine coronabitur. Die, qua urbem intrabit, procedent ei obviam Nobiles & Officiales Urbis, & Ordines Curiæ, ut de Cæsare dictum est. Sacer Senatus ante portam Urbis eam exspectabit, & media inter duos Cardinales Diaconos introducetur. In fine autem & *sub Baldachino*, Clerus, cum processione, in porta illi occurret, ducetur ad Pontificem, qui eam in publico consistorio in prima aula ad *pedis & manus osculum* recipiet, ut alii Reges recipi consueverunt, non tamen sedebit inter Cardinales, sed post osculum pedis & manus discedet ad suum hospitium. Deinde parabitur in Ecclesia S. Petri suggestus extra cancellos, pro Imperatrice, & dicta die Pontifex procedet ad Ecclesiam, supplicatione præeunte sub Baldachino & paramentis tempori congruis, ascendit ad altare, orat, sedet, Pontifex autem stat, ubi solet capere fundamenta, cui fit reverentia à Prælatis. Incipitur tertia & accipiet sandalia, procedet usque ad finem tertiæ, & capit omnia Pontificalia indumenta. Interim duo Juniores Diaconi Cardinales cum suis cappis laneis ducunt Augustam ad Ecclesiam. Et prior Episcopus Cardinalis, cum pluviali, stola, & mitra, accedens in tempore,

ex-

expectat eam in porta Ecclesiæ principali, & ibi super eam genuflectentem, depositâ mitrâ, legit hanc orationem: *Omnipotens, Sempiterne Deus, fons & origo totius bonitatis, qui fœminei sexus fragilitatem nequaquam reprobando avertis, sed dignanter comprobando potius eligis, & quod infirma mundi quæcunq; ut fortia confunderes, eligenda decrevisti, quiq; etiam gloriæ, virtutisque tuæ triumphum in manu fœminæ Judaicæ, olim plebis de hoste sævissimo assignare voluisti; Respice quæsumus ad preces humilitatis nostræ, ut supra hanc famulam tuam N. quam supplici devotione Imperatricem eligimus, benedictionum tuarum dona multiplices, eamque dextra tuæ potentiæ semper & ubique circumda, & dono tui numinis undique firmiter adjuva, ut visibilis, seu invisibilis hostis nequitias triumphaliter expugnare valeat, & una cum sacra Rebecca, Lia & Rachele, beatis reverendisque fœminis, fructu uteri sui fœcundari seu gratulari mereatur, ad decorem totius Imperii, statumque S. Ecclesiæ regendum, necnon protegendum, per Christum Dominum nostrum, qui ex intemeratæ B. Mariæ Virginis alvo nasci, visitare & renovare dignatus est mundum, qui tecum vivit & gloriatur Deus in unitate Spiritus S. per immortalia secula seculorum, Amen.*

Ducitur deinde ad confessionem B. Petri, & procumbit supra faldistorium sibi in eo loco paratum, & à Subdiacono Apostolico fit Litania, & ea finita prior Presbyterorum, cum suis paramentis ad confessionem descendens, stans sine mitra, dicit super eam: *Pater noster.* & deinde: *Et ne nos inducas in tentationem*, ℟. *Sed libera nos à malo.* ℣. *Salvam fac ancillam tuam Domine.* ℟. *Deus meus sperantem in te.* ℣. *Esto ei quæsumus Domine turris fortitudinis.* ℟. *à facie inimici.* ℣. *Nihil proficiat inimicus in ea.* ℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum Spiritu tuo. Oremus: Prætende quæsumus Domine famulæ tuæ dextram cœlestis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ dignè postulat, consequi mereatur. Actiones nostras, quæsumus Domine, adspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio, & oratio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur, per Christum Dominum nostrum, Amen.* Finitis orationibus revertitur Presbyter ad locum suum, & prior Episcoporum Cardinalium procedit ad Altare S. Mauritii, quem Augusta media inter Diaconos sequitur. Et ibi apud Altare Episcopus ipse *inungit* illam stantem de oleo exorcizato, *brachium dextrum & scapulas*, stans cum mitra dicens: *Spiritus S. gratia nostræ humilitatis officio copiosa in te descendat, ut sicut manibus nostris, licet indignis, oleo materiali oblinita pinguescis exterius, ita ejus invisibili unguine delibuta impinguari merearis interius, ejusque spirituali unctione perfectissimè semper imbuta, illicita declinare tota mente, & spernere discas & valeas, & utilia animæ tuæ jugiter optare atque operari queas; & opereris auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in unitate, &c.*

Reducitur deinde ad suggestum suum Imperatrix, & Cardinales revertuntur ad Pontificem, & Diaconi quidem, depositis cappis, capiunt paramenta sibi convenientia, & faciunt reverentiam Pontifici. Deinde Pontifex procedit ad Altare per supplicationem, occurrunt tres Presbyteri, cantatur introitus à Cantoribus, & proceditur in Missa usque ad Graduale. Imperatrix à Diaconis, illis quamvis paratis, ducitur ante Pontificem, qui surgens, deposita mitra, super eam *ante se genuflexam*, dicit hanc orationem: *Deus, qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibilem, cujus providentia in sua dispositione non fallitur: qui fecisti ea, quæ futura sunt, & vocas ea, quæ non sunt, qui superbos æquo moderamine de Principatu ejicis, atque humiles dignanter in sublime provehis; ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Ester Reginam Israeliticæ causa salutis de captivitatis suæ compede solutam, ad Regis Ahasueri thalamum, Regnique sui consortium transire fecisti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis nostræ benedictione, Christianæ plebis salutis gratia, ad dignam sublimemque Imperatoris nostri copulam, Imperii sui participatam transire concedas, & ut in Imperialis fœdere conjugii semper permanens, pudicitiæ proximam Virginitati palmam continere queat: tibique Deo vivo ac vero, in omnibus & super omnia jugiter placere desideret, & te inspirante, quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat, per Dominum nostrum, &c.* Deinde sedens cum mitra imponit illi *Tiaram cum Corona Imperiali*, allatam sibi ex Altari, & dicit: *Officio nostræ indignitatis in Imperatricem solenniter benedictam promota, accipe Coronam Imperialis excellentiæ, quæ licet ab indignis, Episcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur, unde sicut auro & gemmis redimita enites, ita & interius auro sapientiæ, virtutumque gemmis decorari concedat, quatenus post occasum hujus seculi, cum prudentibus Virginibus, Sponso perenni Domino nostro Jesu Christo dignè & laudabiliter occurrens, Regni cœlestis Aulæ ingredi merearis januam, eodem Domino nostro auxiliante, qui cum Patre, &c.* Coronata Imperatrix, mox *osculatur pedem Pontificis* cum Corona, & surgens reducitur à Diaconis ad suggestum, & cum cantatur deinde Offertorium, revertitur ad Pontificem, & illi offert aurum quantulum placet; Deinde, si vult communicare de Sacramento Altaris, ut congruum est, procumbat super faldistorium ad partem convenientem situm, & oret quousque sit tempus, sine corona tamen, & cum Pontifex in sede sua eminenti communicaverit, ducitur Imperatrix sine Corona ad ejus pedes, & communicat, osculaturque manum Pontificis, & descendens ad Altare, purificet cum vino, communicabitur Imperatrix post Diaconum & Subdiaconum, & à Diacono accipiet vinum purificationis. Deinde assumpta Corona, reducetur ad suum suggestum.

Et nota, quod imperatrix deducitur semper eundo & redeundo ab illis duobus Diaconis, sive paratis, sive non paratis, & illam sociabunt sui Prælati, & Proceres atque Matronæ, & aliæ mulieres. Finita Missa Imperatrix deducitur ad suum hospitium, Pontifex cum suis Prælatis non paratis revertitur ad Cameram suam, nam Cardinales & Prælati dimittunt in Ecclesia paramenta & capiunt cappas laneas.

Hæ sunt solennitates in *Coronatione Pontificia Imperatoris & Imperatricis*, quia *Pontifex* inter Ecclesiasticas Personas eminet, & est Magistratus Sacer, qui etiam appellatur *Papa*, tanquam communis Ecclesiæ Pater,

63 Nullam superioritatem Pontificis ex his ceremoniis inferri.

Pontifex Apostolicus, unde etiam Romana Sedes semper Apostolica dicta fuit. Dicitur quoque *Sanctissimus* & *Beatissimus*, quia Christi est Vicarius, cui omnia hæc tribuuntur elogia, ad demonstrandam non personæ qualitatem, sed Pontificiæ Dignitatis prærogativam, de qua plura notabuntur infra *verb. Papa*. In sanctæ hujus dignitatis recognitionem, oscula figi pedibus Pontificiis tradit *Martha de Jurisd. p.* 1. *cap.* 46. Hinc Principes Romani olim soliti fuerunt à Pontificibus inungi, sine tamen ulla Superioritatis nota, sicut etiam Archi-Episcopo Pragensi nullum jus ex inunctione tribuitur in Regem Bohemiæ, *Bussius disp. polit.* 1. *thes.* 24. Et Juramentum fidelitatis à Clemente V. autore Clementinarum in *Clement. V. de jur. jurand.* introductum, Cæsarum ferè nullus præstitit, ut ipse *Æneas Sylvius in Histor. de Friderico II.* testatur, adeoque post *tempora Caroli V.* nullus amplius Imperatorum à

64 Post tempora Caroli V. nullum Imp. Romæ fuisse coronatum.

Pontifice coronatus est. Prout etiam Imperatores Pontifici concedere noluerunt, quod vel nominatio Ecclesiæ, vel Personæ Imperatoris approbatio esset necessaria, *Can. in Synod.* 63. Legatos tamen suos Imperatores aliquando Romam miserunt, & aliquando excessu sumptuum ablegationem excusaverunt. Hinc cum olim Capitulationibus Cæsareis insertum esset, daß die Kayser / die Kayserliche Crönung zu Rom empfangen und befürdern sollen; *Limn. ad Jus publ.* ait, id in novissimis Capitulationibus omissum. Difficultates ulteriores movente Sede Romana, ut non tantum petat Orator Cæsareus, ut Pontifex Imperatorem velit suscipere pro sanctæ Matris Ecclesiæ, sed etiam suo obedientissimo filio: id, quod salvis reliquis Imperatoriis juribus, aliquando factum, aliquando neglectum. Atque memini id quoque tentatum, ut, pro parcendis sumptibus, Pontifex admitteret, Cardinalem Principem Imperii, nomine Imperatoris, qui ex urbe egressus solenniter postea intraret, tanquam Legatus Imperatoris. Impedimenta tamen intervenerunt, dum adhuc tractaretur de ceremoniis, de oratione publica, & responsione ad eam prius communicanda, de ritu introductionis ad audientiam, de observantia in ipsa audientia, genuflexione, & elevatione, scilicet, non obstante Concilio Tridentino, suspensaque vacatione in mense Pontificis, quæ & aliæ variæ deliberationes, morsque, finis rerum omnium, in persona Pontificis & Legati, nec non bellorum ingruens moles, omnia interturbarunt, non sine difficultate sæpius occurrente, circa titulum Imperatoris, *Electo Imperatori*, vel *electo in Imperatorem*, circa preces primarias, & alia.

65 Similes solennitates in Impp. & Regum inaugurationibus etiam antiquitus fuisse usitatas.

Vidimus itaque Augustas Solennitates in Imperatorum & Regum inaugurationibus consuetas, quales etiam olim apud Israelitas in Principum & Regum inaugurationibus interveniebant, scilicet *primo* unctio per Sacerdotem, vel Prophetam. 1. *Sam.* 10. *vers.* 1. Tulit Samuel vasculum olei, & fudit super caput Saulis, dicens: *Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem.* Quod etiam commemoratur de Davide, 1. *Sam.* 16. *vers.* 13. de Salomone, 1. *Regum* 1. *vers.* 34. denotavit autem hæc unctio, quod Spiritus Sancti, qui est Spiritus Prudentiæ & Sapientiæ, dona Magistratui sint necessaria, & quod Deus, piis precibus invocatus, eadem velit Regibus legitimè electis conferre; sicut de Saule & Davide dicitur, *quod post factam inunctionem immutati sint in viros alios, & Spiritus Domini in illis sit directus*, 1. *Sam.* 10. *vers.* 10. & *cap.* 16. *vers.* 13. unde unctio Imperatorum & Regum adhuc hodie retinetur. Tum traditus est ipsis *Liber Legis*, 2. *Reg.* 12. *vers.* 12. ubi Jojadas Sacerdos produxit Joas, & posuit super eum Diadema & testimonium; dein manus imponebantur capiti, & conferebatur Corona, *Num.* 27. *vers.* 22. & 23. 2. *Sam.* 12. *vers.* 30. 1. *Paral.* 20. *vers.* 2. ubi tulit Diadema Regis Amonitici de capite ejus pondo auri talentum habens, gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput David. Porrò collocantur in Solium Regale, in signum Regni ipsis traditi, 2. *Reg.* 11. *vers.* 19. Supponebantur ipsis vestes, 2. *Reg.* 9. *vers.* 13. cum Principes exercitus intelligerent, Jehu divinitus esse declaratum Regem, festinaverunt, & unusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus ejus, in similitudinem Tribunalis, quæ erat militaris & extemporanea pompa in signum subjectionis; in Equum & currum Regium imponebantur, ornamentis Regiis illustrabantur, solenniter proclamabantur, cum publica lætitia, 1. *Sam.* 10. *vers.* 20. ubi dixit Samuel ad omnem Populum: *videtis, quem Dominus elegit, & clamavit omnis Populus: vivat Rex*, *cap.* 11. *vers.* 15. cum Saul in Regem coronaretur, lætatus est Saul, & cuncti viri Israel valde, 1. *Paral.* 29. *v.* 22. cum Salomon secundò ungeretur, Israelitæ comederunt & biberunt coram Domino, in die illo cum grandi lætitia, 2. *Regum* 11. *vers.* 12.

66 Imperatores Romani olim coronabantur.

Apud omnes ferè gentes, pro consuetudine & statutis, variæ sunt inaugurationis ceremoniæ, quarum pleræque conveniunt, veluti *Corona*, quia Imperatores Romani olim tribus coronis coronabantur, *ferreâ* scilicet,

licet, *argenteâ* & *aureâ*. Nimirum ad exemplum Salvatoris, quem hisce tribus coronis coronatum Sacræ designant Litteræ. Argentea, ut *Zachar.* 5. *Sumes argentum, & ponas in capite Jehu.* Ferrea, ut in *Lib. Reg.* sub imagine Zedechiæ, qui ferream sibi fabricavit coronam. Aureâ, ut in *Apocal. vidi supra nubem filium hominis habentem in capite suo coronam auream.* *Fascia candida* capiti Regis vel Reginæ circumligabatur, *Justin. lib.* 15. *pag.* 122. Sceptrum, gladius, hasta, pomum, globus, Liber Legum fundamentalium Regni, claves, securis, virgarum fasces, in more erant. Baculus, amictus, vestitus purpureus, holosericus Regius, cujus color rubicundus, sanguinis Imperium, & necis inferendæ potestatem denotavit. Romanis consuetudo erat, Principem electum impositum scuto militum humeris extollere in altum, *Bulenger. de*

tribus coronis.

67 *Imper. Roman. lib.* 2. *c.* 2. Rex Hispaniæ ad certos articulos jurat, se defensurum Ecclesiam, & Justitiam bene administraturum, juxta leges Patrias. *Althus. Polit.* 19. *n.* 42. Leges fundamentales Regni Gallici præcipuas refert *Hottoman. lib.* 1. *de antiq. jure Reg. Gall. c.* 23. *& Althus. polit. c.* 19. *n.* 43. 44. Rex Angliæ jurat, se totâ vitâ exhibiturum Reverentiam & honorem Deo: se dicturum jus populo æquabile & abrogaturum omnes iniquas Leges & injustas consuetudines *Alth. d. loc.* Clericorum autem Angliæ juramentum, quod ipsi vicissim Regi præstant, à Pontifice tanquam hæreticum est damnatum, cujus formam exhibet *Widrington. in disp. pro juram. fidel. Anglic. Thes. Basil. tom.* 5. *de homag. concl.* 437. Juramentum Principum Brabantiæ, Regum Poloniæ exhibet *Alth. Polit. d. c.* 19. Juramentum Regis Sueciæ habetur in *exegesi historica causarum, quibus Ordines Regni Sueciæ provocati Sigismundum III. Suecano exuerunt Diademate, fol.* 70. atque formula juramenti refertur *Thes. Basil. d. tom.* 5. *disp. de homag. concl.* 440. ubi quoque *concl.* 442. referuntur conditiones, in quas juravit *Transsylvaniæ Princeps* Bethlehem, & sub quibus regimen Provinciæ ipsi est commissum, & *concl.* 47. de Persarum Regibus tradit *Keckermannus in Disputationibus politicis, disp.* 1. *Aphorismo* 10. & 11. quod subditis jurent per Mithrem, hoc est, Divinum solis Numen, iisque fidem datâ dextrâ obstringant. Inaugurabantur verò à Gentis suæ Sacerdotibus hoc ritu: Fuit bellicæ Deæ Sacellum, quam Minervam quis conjectura fuisse auguretur, illud Rex ingrediebatur, ut veste suâ positâ, eam, quâ Cyrus privatus adhuc uti consueverat, indueret. Dein Caricis seu ficubus passis vescebatur, terebinthi etiam aliquid erodendo absumebat, & denique oxigalæ, seu acidi lactis poculum exhauriebat; his peractis Cydaris, Diademaque capiti ejus imponebatur, cum nominis mutatione. Existimatur per vestem depositam, & Cyri adhuc hominis privati assumptam, Persas superbiâ Regem exuere, & humilitatis memoriâ investire voluisse; Caricæ, quas comedebat, animum sincerum, ac nulla sævitate suffusum denotasse, è quo omnem fraudem & malitiam virtutis exercitium, velut è ficu tenuiores spiritus solis lumen extraxerit; Terebynthum verò gustasse, quod, ut ipsa odorem naribus fortissimum, etiam longè absentibus afflat, sic ipse Imperii dignitate, velut terebyntho illinitus, omnibus populi nationibus citius innotesceret; Oxigalæ denique exhausisse poculum, ut gustus variarum curarum, qui acris ei & peramarus futurus erat, veluti primis labris imprimeretur, ne postea mole tantâ inopinatò obrutus deficeret.

Obligatio & juramentum Regum.

Ex omnibus his, & præsertim supra enarratis inaugurationum solennitatibus colligitur Romani Imperii præeminentia; quod & meritò *Romanum* adhuc dicitur, nisi Prophetiam Danielis fallere quidam blasphemè asserere malint; juxta quam quarta Monarchia usque ad Christi adventum in novissimo die perdurabit, *Daniel.* 7. *vers.* 9. & hinc passim in Recessibus Imperii vocatur: Das H. Römische Reich Teutscher Nation, utiturque prisci Imperii insignibus, nimirum *Aquilâ*, tanquam supremæ prærogativæ notâ. Sic Imperio Romano Bizantium olim translato, nihilominus Romanum, & Imperator Constantinopolitanus Romanus dictus est, *L.* 35. *Cod. de inoffic. testam.* Roma enim non tam caput Imperii, quàm sedes est, hæc mutata quidem, sed Imperium ad Germanos pervenit; nimirum *ibi Roma est, ubi Romanus est Imperator*, ut canit Lucanus: 68

68 Duratio Romani Imperii usque ad extremum diem.

- - - - Vejos habitante Camillo
Illic Roma fuit.

Cæterùm quamvis Imperatoris Romani dignitas & præcellentia undequaque emineat, cum felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, & gentibus dominari cœperit, *L.* 1. *Cod. de Justin. Cod. confic.* & mundi Dominus vocetur Imp. in *L.* 9. *ff. ad L. Rhod. L. bene à Zenone de quadr. præscr.* hoc tamen mundi Dominium absolutè Imperatori attribui vix potest; nec attendenda est hic Baldi invectiva; qui hæreticum appellare non dubitavit, negantem Imperatori totius Mundi Imperium. Nam si Imperator Dominus esset totius Mundi, vel id haberet à natura vel à lege Divina, vel ab humana. Non habet *à natura*, quia licet natura ita comparatum sit, ut unus pluribus præsit, exinde tamen non sequitur unum omnibus debere præesse. Grues enim & apes sibi semper unum eligunt, sed propterea ex toto terrarum orbe non confluunt, ut Regem eligant unum, Besold. *c.* 6. *de jurisd.* quin etiam, si omnes ex lege naturæ tenerentur Imp. Rom. obedire, nunquam posset se quis ab Imperio ejus eximere, cum jura naturalia sint immutabilia. Et tamen multi Reges & Principes Imperatorem non recognoscunt. Nec est Dominus Mundi *jure Divino*, quia quod *Luc. c.* 2. & 20. *c.* 19. *c. solitæ de major. obed.* dicitur intelligendum solummodò est de orbe, quem Impe-

69 Imperator non est Dominus totius Mundi.

Imperator tunc possedit, sicut & *Lex deprecatio. ff. ad l. Rhod. de jactu:* non de universo orbe, quatenus Indos, Parthos, Tartaros & alias tunc incognitas Gentes & Provincias continebat, sed de eâ Mundi parte, quæ Imperio subdita erat, est accipienda, *L. in Orbe Romano ff. de Statu hom.* Jure autem *humano*, si Imperator esset Dominus Mundi, omnium hominum in Imperatorem, ceu Dominum suum supremum consensus requireretur, cum tamen ex historiis pateat, Solum populum Romanum suam in Imperatorem potestatem transtulisse, vide *Mejer. diss. ad L. Rhod.* ut eâ de causâ potius dicendum videatur, Galliam, Hispaniam reliquasque Provincias, quæ Imperatoribus Romanis paruerunt, & jure belli subactæ sunt, vicissim eodem Gentium jure subjectionis jugum excussisse: prout etiam Germani, qui Romanam hodie Monarchiam tenent, Romanorum, quibus olim dictæ Provinciæ fuêre subjectæ, infensi semper hostes extiterunt.

Hæc de Imperatoria Majestate ejusque coronatione & reservatis sufficiant, quibus tamen meritò adhuc adjungitur

Series Imperatorum Romanorum, cum eorum Symbolis.

70 Series Imperatorum Romanorum. Itaque JULIUS CÆSAR natus Romæ nobilissima Juliorum gente, Patre Cajo Cæsare, Matre Aurelia Cotta nobili Romana fœmina. Cæsaris nomen obtinuit non à Cæsarie, nec ab oculis cæsiis, multo minus à cæso Matris utero, aut interfecto Elephanto, qui Punica lingua Cæsar appellatur, sed à Cæsarum familia, è qua oriundus erat. Nam Patrem, Avum, Proavum & Abavum eodem cognomine usos fuisse præstantissimi Historici testantur. Princeps fuit summe eruditus ingenio excellenti & admiranda memoria prædıtus, ita ut, si *Plinio* habenda fides, simul legere, scribere, audire & de diversis rebus epistolas diversas in calamum dictare potuerit. Scripsit rerum à se gestarum Commentarios eleganti satis Stylo: deditus imprimis Studio Mathematico *annum* ad cursum solis ut 365. dierum esset, accommodavit. Officia varia administravit, donec tandem Dictator perpetuus esset, à quo tempore etiam *Imperatoris* nomen, quod ejus Successores omnes, in hodiernum usque diem, retinuerunt, suscepit. Bella gessit varia, inter quæ acerbissimum fuit Pompejanum contra Pompeium, quem ad Pharsalum ingenti clade affecit. de hostibus suis quinquies Romæ triumphavit, 300. gentes subegit, & in uno bello Gallico 800. oppida cœpit; Ipse sui Historia & Historicus eadẽ manu terras sanguine, libros factis implevit. Inter pericula impavidus cũ aliquando navigaret, ardente ventis mari, trepidum tanto discrimine nauclerũ animavit hoc dicto: *quid times? Cæsarem vehis.* Germaniam magnis cladibus attrivit, Regem Pharnacem uno & non toto prælio oppressit, more fulminis quod uno eodemque momento venit, percussit & abscessit, unde non vanè de se dixit: *Veni, vidi, vici.* Sed cum post res præclarè factas insolentior factus esset, & multa tyrannica patrasset, *Cassio & Bruto* aliisque plusquam 60. conjuratoribus tribus & viginti vulneribus in Pompeii curia 56. ætatis anno sauciatus interiit, sicque, qui ante innatavit humano sanguini, tandem in proprio submersus est. Monitus de insidiis, ut imminens sibi grave periculum caveret, omnia floccipendens in Curiam se contulit, & libellum insidiarum indicem sibi traditum ne quidem legere voluit, quin potius *insidias & mortem*, juxta Symbolum suum, *semel subire, quam semper metuere maluit.* Itaque hæc aliaque heroici spiritus instituta & molimina quosdam Scriptores ita in admirationem rapuerunt, ut cum Scaligero exclamaverint: se non existimaturos Cæsarem hominem fuisse, nisi mortuus esset. Non tamen fuit cædes ista percussoribus ejus impunis, siquidem fere nullus eorum biennio amplius supervixit, damnati omnes, alius casu periit, pars naufragio, pars prælio, nonnulli eodem se pugione, quo Cæsarem violaverant, peremerunt, adeò plerumque fusus alienus sanguis vix alioquam Parricidæ sanguine expiatur. Vid. plura apud *Christian Mathiæ in Theat. Histor. fol.* 416. *& seqq. Lehman in theat. Histor. de Heroib.* 4. *summ. Imper. dissert.* 5. *Braun. in Histor. Aug. de vita Julii Cæsar.*

Cajus Octavius.

Hunc JULIUS CÆSAR testamento scripsit Heredem, eumque adoptavit, qui propterea mox Romam ex Apollonia advolavit, adoptionem acceptavit, testamento inhæsit, nomen Cæsaris assumpsit, arma adversus Antonium sibi obsistentem induit, eumque repulit, & Imperium oppressis Lepido, socordia senescente, & Antonio, per libidines pessum eunte, in Monarchicum statum mutavit; *Lepidum* vicit & relegavit: *Antonium* verò, postquam Cleopatræ, quam alii Fulviam vocant, superbissimæ uxoris instinctu, adversus Augustum surrexerat, navali prælio victum, fugatumque eò adegit, ut seipsum confoderet. Nomen Octaviani à Patre Octavio, Cæsaris tanquam filius adoptivus à Julio Cæsare, Augusti ab augurio, felici & Augusto, vel ad augendo obtinuit; unde adhuc hodie Imperatoribus scribitur: allezeit Mehrer des Reichs. In rebus gerendis se præcipitare solitus non est, sed juxta symbolum suum, *Festina lente*, omnia quæ egit, *arte & judicio, Marte & consilio*, tam togatis quàm sagatis temporibus egit. Urbem Romam magnificentissimè exornavit, ut moriturus non abs re, *se Romam, quam accepisset latericiam, marmoream relinquere*, gloriari 71

gloriari potuerit. Cum ei diceretur, *Ælianum quendam mala de se loqui solere*, hoc solum reposuit: *se quoque linguam habere.* Tiberio quoque ad ultionem stimulanti rescripsit in hæc verba: *ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quemquam esse, qui de me male loquatur Satis enim est, si hoc habemus, ne quis nobis malè facere possit.* In perfecto belli Duce nihil magis improbavit, quàm festinationem ac temeritatem, sæpe jactans illud vulgare, *festina lente, & sat celeriter fieri, quod sit satis bene.* Augusti Historiam celebrem & illustriorem reddit, quod sub hujus auspiciis, undiq; in orbe pace parta, *Pacis Princeps, Rex Regum & Dominus Dominantium Christus, Redemptor Orbis, ex Virgine Homo, ex Deo Deus salutis nostræ gratia nasci voluit.* 42. regni ejus anno: quo edictum illud, ut universus Romanæ ditionis orbis censeretur, promulgavit, & per Cyrenium, quem *Josephus & Tacitus P. Sulpitium Quirinum* vocant, censum in Judæa primum exegit, hacque descriptione, Nativitatem Salvatoris in *Bethlehem Juda*, admiranda Dei providentia, promovit, & quasi metator hospitii Dei in terras venturi extitit. Obiit demum Nolæ imprulis non sine veneni suspicione anno Christi 15. ætatis 76. postquam regnasset 56. annos.

Nativitas Domini & Salvatoris nostri JESU CHRISTI sub hoc Imperatore.

Claudius Tiberius Nero.

72 Itaque AUGUSTUS cum ex 3. uxoribus nihil liberorum suscepisset, *Tiberium*, privignum Successorem adoptavit, heredemque Imperii constituit. Natus hic Romæ Patre *Tiberio Nerone*, Matre *Livia* quam ex consensu Mariti gravidam Augustus duxerat. Mirus in simulando Protheus, Imperium, quod flagrantissimè cupiit, tanquam, onerosam servitutem primùm recusavit, tandem tamen quasi coactus, suscepit Principatum, & gessit etiam circa prima tempora non adeò indecorè. Nam & Consulibus assurgere solitus & decedere de via: quorundam Illustrium Virorum exequias ad rogum usque celebravit. Præsidibus Provinciarum, suadentibus augeri tributa, rescripsit, *Boni Pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.* Ita afflictis publica aliquâ calamitate, ut Asiaticis in terræ motu, opem tulit, & in Illustribus familiis juvandis, Civitatibus ex incendiis damna passis restaurandis, singulariter munificum & benignum se exhibuit, verum in his omnibus Tiberius dicitur serviisse suæ scenæ, ut Senatus, his velut spectris, delusus, sub Schemate quodam pristinæ libertatis & dignitatis, tanquam sub decorâ veste, servitutem suam partim suaviter ignoraret, partim tolerantius ferret. Ex post enim multis voluptatum, intemperantiæ, libidinis & ebrietatis Studiis sese prostituit, ad cædes humanas & tyrannidem pergendo: nam *Germanico* veneficiis extincto, & post, Livia Matre ejus mortua, qui hactenus velut frenum fuerant luctantis nequitiæ, ipse tandem, metu omni solutus, mores quoque solvit, & cuncta simul vitia, diu male dissimulata, toto impetu profudit. *Drusum Cæsarem* ex se genitum, affectati regni suspectum, veneno sustulit. Neronem & Drusum Germanici filios, suos nepotes, fame necavit. Romam Primorum urbis cædibus polluit, Capream Insulam, monstrosis & insanis libidinibus infamem fecit, omnis sceleris Prædo vel Præda ipsam quoque Rempublicam exteris in prædam dedit, Armeniam Parthis, Mœsiam Dacis, Pannoniam Sarmatis, & Galliam Germanis. Unde meritò ob salaciam animi, *Hircus vetulus*: ob sævitiam, *lutum humano sanguine maceratū*, ob vini aviditatem, *Caldius Biberius Mero* dictus fuit. Vitam demum exuit, non sine Veneni à Pisone dati suspicione, Anno Christi 39. ætatis 78. Imperii 23.

Cajus Caligula.

Sic dictus à caligis militaribus, quas gessit adhuc miles Nepos Tiberii ex fratre Druso, caligine dignior, quam luce Imperii: Illud cœpit ut homo, gessit ut bellua, in hoc uno forte laudabilis, quod Tyrannum sustulerit: in eo verò detestabilior, quod Tiberii dedecora prope decora fecerit suis flagitiis. *Pedum osculum* primus admisit, sorores proprias stupro polluit, delectatus sola crudelitate, cœdibus, luxu & luxuria, rapinis insuper & insana prodigalitate. Inde omnium odium meritus, tragicum illud subinde jactabat: *Oderint, dum metuant.* Carnifex verius quam Rex, Romano populo optavit unam cervicem, uno videlicet ictu amputandam. Et vis etiam inter seria, quod rideas? hic fungus unum ex equis suis, quem incitatum vocabat, destinavit facere Consulem Romanum, dignum sane Consulem sub tam bruto Rege. Tandem qui non merebatur dici homo, Deus videri voluit, jussitque Deorum Statuis demi capita, & imponi suum, templa etiam suo nomini dedicari, Sacrificia sibi offerri mandavit, Deorum Dearumque vestimenta induit, libidinesque Jovis æmulatus fuit. Iratus aliquando Cælo, quod in commessatione fulminib⁹ terreretur, exclamavit, *Aut tu tolle me, aut ego te*, Dominum & Deum, ut jam dictum, se appellari jussit, at ridiculus hic Deus mox à milite 30. vulneribus confossus periit, anno Christi 42. ætatis 29. Imperii 4. 73

Tiberius Claudius Drusus.

Augusti ex Livia privignus, Tiberii Imperatoris frater, Caligulæ Patruus, Drusi ex Antonina uxore Filius, anno ætatis 50. inopinata electione imperium adeptus est. Laudabilem initio fuisse Principem putare quis posset, quod facta Caligulæ, reprehensionem quæ merebantur, paulatim aboleverit, nimios honores recu- 74

recusarit, & ne à quoquam adotaretur, severè prohibuerit, à sordidis exactionibus abstinuerit, judicia frequenter instituerit, leges laudabiles sanciverit, opera publica curarit, aliaque plurima laude digna effecerit: interim si subsecuta tempora spectemus, non tam Imperii, quam stoliditatis & insaniæ Principatum advertimus. Paucis, naturâ fuit sævus ac crudelis, corpore deformis, animo vecors, stultè deses & iners, iracundia plenus, aleâ prodigus, violentia temulentus, ingluvie fœdus, libidineque impurissimus. Periit ex boleto venenato, & quidem, ut traditur, fraude uxoris Agrippinæ, anno Christi 56. ætatis 64. Imperii 14. symbolum ejus fuit: *Generis virtus Nobilitas.*

Domitius Nero.

75 Interemto Druso Agrippinæ artibus, Nero ad Principatum pervenit. Patrem habuit Domitium Ahenobardum, virum omni genere vitæ detestabilem, Matrem Agrippinam, Caligulæ Sororem, Princeps hic initio magnus, postea magnum Monstrum: Crudelitatem continuis prope cædibus saginavit, nam & *propriam matrem peremit,* immissis percussoribus, qui dum caput ejus peterent, ipsa objecit uterum, inquiens, *hunc percutite, quia tantum monstrum peperit.* Amitam, fratrem, uxorem, *Senecam* Præceptorem occidit. Imo nullum adeò necessitudinis genus fuit, quod non scelere perculerit: infinitam partem Senatus, & quoscunque tandem libuisset, sine delectu & modo, quacunque de causa, neci dedit, nempe ut regnaret securius, noluit esse, quibus regnaret! unde merito in proverbium abiit: *Neroniana crudelitas,* & ne quid malitiæ deesset, in *Christianos* quoque palam primus Cæsarum sævire cœpit, *Petrum & Paulum* Apost. occidit, pereuntibus prætereà aliis innumeris, imo talia itidē patravit, ut fere pudeat referre, hujusmodi quempiam ne dum Rectorem fuisse. Militi cuidam Prætoriano centies sestertium numerari jussit. Et cum Agrippina Mater ægre ferret tam imprudens munus, ipse alterum tantum addidit, dicens: *nesciebam me tam exiguum munus dedisse.* Et testatur Tacitus Neronem bis & vicies millies sestertium donationibus effudisse, id est 55. milliones. Et hæc eò tantum, ut scelus sceleraleret, ac novis extorsionibus ansam daret: Taceo reliquas Neronis sordes, quas tamen forte, etiam dum non prodo, tamen prodo. Ob hæc flagitia Nero Romanæ urbi execrabilis fieri cœpit, simulque à cunctis destitui, & insuper à Senatu hostis judicari, cumque quæreretur ad necem, & fugiens ne amicum haberet qui defenderet, nec inimicum, qui confoderet, ipse Carnificis munus occupans, *se ipsum interemit.* An. Christi 70. ætatis 32. Imperii 14. Symbolum ejus: *Artem quævis terra alit.*

Martyrium SS. Petri & Pauli.

Sergius Galba.

76 Mortuo Nerone, ultimo de Stirpe Augusti, huic extra urbem Imperium oblatum est, cum jam senex 73. annorum esset. Patre *Sulpitio Galba,* Viro consulari, & simul Causidico. Imperium, cujus omnium consensu capax quidem videbatur, vitiis tamen magis inquinavit, quam administravit. Cibi dicitur fuisse plurimi, libidinumque in mares, quam in fœminas pronior. Quod *Pisonem* successorem declarârat, Othonem Imperii affectatorem concitavit, ut contra eundem conspirationem inierit, cujus insidiis tandem in foro Romæ occisus, Anno Christi 70. ætatis 73. Imperii. 7. Symbolum ejus: *Miles legendus non emendus.*

Otho Salvius.

77 Hic Imperium diu quod affectarat, ad se nunc rapuit, totâ vitâ homo sylvestris & improbus; in fine dicitur sapuisse: Imperium, quod per alienum sanguinem hauserat, mox fuso proprio revomuit, nam cum ad Cremonam levi prælio vinceretur à Vitellio hoste & æmulo, ipse ultrò in ferrum incumbens, magno militum dolore, obiit Anno Christi 71. ætatis 38. Imperii 3. Symbolum ejus: *unus pro multis.*

Aulus Vitellius.

78 Princeps intempestivæ & sordidæ gulæ, cujus vita cum non nisi Ebrietas & Comessatio fuerit pro *Vitellio,* merito *Vitulus* appellari posset. Nam mox bello cum Vespasiano commissus, & capta urbe, in pudendam se recipiens latebram, inde protrahitur à Flaviano milite; vinctis post tergum manibus, laniata veste, fœdum spectaculū ducitur per urbem Romam: ab obviis quibusq; variis contumeliis oppletur. Postremo ad scalas gemonias raptus, multis ingestis vulneribus, neci datur, Cadavere in Tyberim conjecto. Anno Christi 71. ætatis 57. Imperii 8. Symbolum hujus: *Bonus odor hostis, melior Civis occisi.*

Flavius Vespasianus.

79 Hic non Vespa Imperii, sed sedula apis fit, vir obscuro quidem loco, Patre scilicet *Sabino Flavio,* probo illo in Asia publicano, Matre *Vespasiana Polla* natus, illustrius tamen se ipsum genuit obstetrice Virtute, præsertim militari: Ab Exercitu Imperator creatus, Imperium laudabiliter administravit, Jano clauso, templum Pacis & amphitheatrum exstruxit, Senatorium atque equestrem ordinem suæ dignitati restituit, judicia ordinavit, militiæ leges redintegravit, provincias auxit, limites circumscripsit, atque ita publicæ utilitatis studiosissimus extitit, unde etiam à Senatu, ob Paternum erga Patriam affectum, *Pater Patriæ* appellatus est. Ob solam avaritiam tamen

tamen maximè culpatur, nam *vectigalibus* inauditis provincias afflixit, ita, ut etiam è *lotio* vectigal exegerit, & memorabile est, eum aliquando ob hoc ipsum à Tito filio reprehensum, aureos nummos ex eo vectigali acceptos ad nares ejus admovisse, atque interrogasse, *num etiam odore offenderetur?* hocque negante, respondisse *atqui ex urina est*, eodemque Symbolo: *Lucri bonus odor ex re qualibet*, maximè ab hoc tempore delectatum fuisse. *Hierosolymam* per *Titum* filium cœpit, & una cum templo exussit. Tandem repente alvo usque ad defectionem soluta, *Imperatorem*, inquit, *oportet stantem mori*: dumque surgit & nititur inter sublevantium manus, exspirat, *Anno Christi* 81. ætatis 69. Imperii 10.

Vectigal ex lotio.

Hierosolymæ eversio.

Titus.

80 Vespasiani filius major natu, Imperium suscepit. Adolescens variis vitiis fuit inquinatus, ad Principatum verò evectus mores mutavit, summaque cum laude Imperium administravit, ita ut etiam Patrem Clementiâ & liberalitate, & pecuniæ contemptu anteverterit, Imperio maximus, affatu æqualis. *Non oportere*, ajebat, *quemquam à sermone Principis tristem discedere*. Unde & justa petentibus nihil unquam negavit, & alios, ut quæ vellent, peterent, ultrò hortatus est. Recordatus aliquando in Cœna diem transactum beneficio vacuum obiisse, memorabilem illam vocem edidit: *Amici diem perdidi*: ob tantam bonitatem, lenitatem, & cæteras insuper virtutes meritissimè appellatus est, *Amor & deliciæ generis humani*. Sed hunc florem Principum mors messuit, statim inter initia Principatus, non sine veneni suspicione, *Anno* 83 ætatis 42. Imperii 2. Symbolum ejus: *Princeps bonus, orbis amor*.

Domitianus.

81 *Titi frater*, ab utroque patre, & fratre degener, utriusque merita prope abolevit, primis tamen annis moderatior in Imperio fuit. At postmodum crudelitas & superbia apud se invicem concertarunt, cum primus se *Dominum Deumque* appellari jussit, studia & literatos non tantum odio est persecutus, sed & multos Philosophos, præprimis vero Mathematicos (eo quod hi tragicum ipsi exitum prædixerint,) è medio prorsus sustulit. Nec minori crudelitate in Christianos sæviit, nam *S. Joannem Evangelistam*, in oleo ferventi immersum, sed miraculosè servatum, in Pathmum Insulam, ubi *Apocalypsin* scripsit, relegavit. Sic *Cletum* & *Anacletum* Pontifices occidit, & quia omnium incommodorum, cladiumque unicam causam Christianos autumavit, proinde si Tiberis ascenderet, si terra mota esset, si fames, si lues, statim *Christianos ad leones* damnavit. Inde conversus ad alia omnis generis turpia facinora, illustrium virorum nece omnia implevit, Patrimoniorum expilatione omnia exinanivit, ut non immeritò de ipso scribat Tacitus: *Domitianum non jam per intervalla, ac spiramenta temporum, sed continuo & velut unico ictu Rempublicam exhausisse*. Ob hæc vituperanda facinora omnibus exosus, tandem suorum conjuratione occisus est, *Anno* 98. ætatis 45. Imperii 15. Symbolum ejus: *Fallax bonum Regnum*.

Persecutio Christianorum, & S. Joannis Evangelistæ.

Cocceius Nerva.

Nervos Reipublicæ hic à Domitiano pene incisos rursum obfirmavit, statim initio Principatus civilis & clemens, Imperium in prosperrimum statum restituit, omnia laudabiliter peragendo, Christianismi reos absolvit, nec in eos sævire permisit, hacque ratione *S. Joannem Evangelistam* è Pathmo liberavit. Tandem *Ulpio Trajano* in filii locum adoptato rebus est exemptus humanis, *Anno Christi* 100. ætatis 66. Imperii 2. vel ut alii 16. mense. Symbolum: *Mens bona Regnum possidet*. 82

Ulpius Trajanus.

Domi pius, foris fortis, ubique comis ac prudens fuit. Antecedentes Principes antecessit virtute, subsequentes exemplo omnes ferè optima imperandi ratione. Etenim salutem suam cum utilitate publicæ rei conjunxit, & juxta Symbolum suum, *Qualis Rex, talis Grex*, exemplo virtutum suarum mores civium emendavit, Senatum ardenter amavit, plebem verò liberalitate exhilaravit, adeo quidem, ut ab omnibus & Senatoriæ factionis etiam Scriptoribus, cognomento *Optimi Principis* celebretur, atque singularis probitatis elogium mereatur, cum in subsequentium Imperatorum electionibus etiam, aliud iisdem non acclamatum fuerit, nisi: *Felicior sis Augusto, sis probior Trajano*. Veterum tamen superstitionum pertinacior, atque hinc *Christianis* iniquior extitit, mota adversus eos gravi & quidem tertia persecutione, quâ, sine ullo discrimine sexus vel ætatis, omnes pietatis in Christum reos, ubique locorum ad Lanienam rapuit, & præter innumeros alios *Simonem Cleopham* Domini Cognatum, nec non Ignatium immanissimè excarnificatos sustulit, atque hac ipsa in Christianos detestanda crudelitate, omnes suas laudes minuit. Tandem ventris profluvio, prope Seleucam Isauriæ, extinctus est, *Anno* 119. ætatis 64. Imperii 20. tanto sui desiderio Romanis relicto, ut ei uni & triumphus mortuo, & sepulchrum in urbe datum fuerit. 83

Persecutio Christianorum.

Ælius Adrianus.

Vir ingenio admodum capaci fuit, varioque, omnes propè callens literas artesque. Mirè comis, amicos ægrotantes non raro ipse invisit, & convivas in mensa etiam 84

supra se locavit. Quin & benignus non expectabat preces, sed præcurrens agebat omnia, prout cujusque necessitas postulabat: omnem prope Romanum orbem circuivit, sed non magis pedibus quàm beneficiis, ubique intentus commodis subditorum, & publicæ saluti, quæ ut staret, nunquam stetit. Celebrata est sapientissima ejus vox: *Ita se gesturum Rempublicam, ut sciret, populi rem esse, non suam.* Vox certè digna, in quam jurent Reges, quæ habitet in cordibus Principum; quæ omnes Imperantium actiones moderetur & regat. Armorum idem peritissimus, reique militaris scientissimus extitit, *Trajani* gloriæ ex mente Eutropii invidens, Assyriam, Mesopotamiam & Armeniam Parthis restituit, & fines Imperii Romani Euphratem esse voluit, præprimis verò cum Judæis aliquot præliis conflixit, eosque fudit, vastatam *Hierosolymam* reparavit, eamque à nomine suo *Æliam* appellavit, atque in ea templum Jovis Capitolini, in locum templi Domini extruxit, & Statuam suam in Sanctum Sanctorum collocavit. Cœterum laudabilis Princeps, malè audiit ob cædes clarissimorum quorundam civium. Postremò miserabili cruciatu omnium ferè membrorum confectus, sexagenario major interiit, *anno Christi* 140. Imperii 20. sequens emortuale carmen sæpe ingemiscens: *Animula, vagula, blandula, Hospes, comesque corporis, quæ nunc abibis in loca, pallidula, rigida, nudula, nec ut soles dabis jocos.* Symbolum ejus: *Non mihi, sed populo.*

Antoninus Pius.

85 Dictus talis à probitate morum, vel à pio affectu in defunctum Adrianum, vel ex eo, quod statim initio Principatus reis omnibus gratiam delicti fecerit. Viros dignissimos selegit curandæ Reipublicæ, otiosis subtraxit salaria, ajens: *nihil iniquius esse, quàm ut hi alantur è publico, qui tantum serviunt privato otio.* Pacis fuit studiosissimus, nulla bella quidem movit, quin potius Scipionis sententiam pro Symbolo, *se unum civem malle servare, quàm mille hostes occidere*, frequenter in ore habuit. Tantæ præterea justitiæ fuit, ut amor & timor gentium sub eo certarint. Persecutoribus Ecclesiæ, utut initio morem pessimè gesserit, mox tamen partim prodigiis, partim Apologetico Justini inductus, eas cohibuit. Tandem postquam Rempublicam reddidisset florentem, ipse exaruit, *Anno Christi* 163. ætatis 73. Imperii 23.

86 M. Aurelius Antoninus.

Symbolum:
Regni Clementia custos.

Lucius Ælius Verus.

Symbolum:
Nil obiter.

87 A Senatu Antonino Imperium delatum erat, hic in societatem Generum suum L. Ælium Verum assumpsit. Atque ita ab hoc tempore Roma primum *duos Augustos*, æquo jure imperantes, habere cœpit, Et hi sunt, qui in Romano jure *divi fratres* appellari solent. Regnarunt autem unà, raro concordiæ exemplo, non ignari, unum Imperii corpus, etiam à pluribus, non nisi uno animo regendum esse. Verum debellatis Parthis, actoque de illis triumpho, *Lucius* subitâ Apoplexiâ extinguitur anno Principatus II. Post eum *M. Antoninus* solus Rempublicam tenuit, & tali laude administravit, ut, teste *Eutropio*, virtutes ejus nulla oratio æquare possit, propterea ab omnibus non modo in summo honore fuit habitus, sed & iste Civis sacrilegus judicatus fuerit, imaginem hujus Principis in domo sua si non habuerit. Hic est, qui Philosophiæ & Oratoriæ studiis maximè deditus, *Platonis* paradoxa subinde frequentavit, proprio exemplo probans: *nullas fore Respublicas beatas, nisi aut Philosophi dominentur, aut Imperatores philosophentur.* Quantam laudem verò virtutibus suis omnibus, tantam labem sola *Christianorum persecutione*, quam quintam ajunt, sibi contraxit. Obiit demum magnâ sapientiæ & moderationis famâ, *anno Christi* 182. ætatis 61. Imperii 18. à Senatu inter Deos relatus.

Lucius Aurelius Commodus.

88 Sanguinis Antonini degenere & infame probrum, nec nomen hoc, nec Imperium meruit, quia nihil minus fuit, quàm Commodus & Princeps. A patre solam traxit vitam, mores à Caligula & Nerone. Gladiator, Tyrannus, Bellua, spectatoribus risum, civibus sanguinem, odium universis expressit. Unde & foris & domi exosus, strangulatur à suis, *anno Christi* 194. ætatis 31. Imp. 13. Symbolum: *Pedetentim.*

L. Helvius Pertinax.

89 Talis dictus, quia invitus accepit Imperium, & modestia etiam imperantem secuta est: nam nec uxorem suam *Augustam* dici voluit, nec filium Cæsarem, quamvis decernente Senatu. Moribus fuit antiquis, *Curios Fabriciosque* simulans, obque modestiam, gravitatem & clementiam omnibus mirè carus. Quid multis? omnia restituisset, nisi avaritia militum Prætorianorum octogesimo quinto suscepti diadematis die statim confossus, se *fortunæ pilam* (prout vocabatur) probasset Anno 195. ætatis 67. Symbolum ejus: *Militemus.* Quo extincto

Didius Julianus.

90 Imperium quod milites venale exposuerant, promissa ingenti pecuniæ summâ coëmit: cum autem fidem promissorum implere non posset, tam militibus quàm populo contemptui haberi cœpit, Senatus proinde

proinde in templo Minervæ congregatus, Septimio Severo Imperium decrevit, Julianum verò capitis damnavit, & paulò post damnatorum modo die 66. Regiminis decollare jussit, Anno Christi 195. ætatis 56. Symbolum: *In pretio pretium.*

Septimius Severus.

91 Afer natione, postquam per literarum & militiæ officia plurimis gradibus ad Imperium conscendit, tali laude per 17. annos id ipsum administravit, ut etiam mortuo à Senatu acclamatum fuerit: *illum aut nasci non debuisse, aut non mori.* In bellis strenuè se gessit, & tali felicitate pugnavit, ut in omni congressu *non nisi victor discesserit.* Orientem ferè omnem Romanæ restituit Majestati. His majora aggressus, *Britanniam*, quam pulsis hostibus muro per transversam Insulam ducto, utrinque ad finem Oceani munivit. Dolendum tamen, sub eo *persecutionem Ecclesiæ* iterum invaluisse, ingentemque Christianorum multitudinem supplicio affectam esse. Tandem morti proximus fertur dixisse: *cuncta fui, sed nihil expedit:* Et conspecta urnâ, quâ post mortem conderetur, *Tu virum*, ajebat, *capies, quem terrarum orbis non cepit.* Mortuus est Eboraci in Anglia, ex podagra, anno Christi 213. ætatis 65. Imperii 18.

Antoninus Caracalla.

92 Sic dictus à dissoluta veste ad thalos usque demissa. Quanquam verò ex adoptione Severi, Imperium tum ad se, tum *Antoninum Getam* devolutum, & ob perpetuum fratrum dissidium, Caracallæ Europa, Getæ verò Asia concessa esset: mox tamen, anno 2. interemto *Geta*, Antoninus Caracalla solus summam nactus est potestatem. Optimi Parentis pessimus ac degener fuit filius, homo desperatæ malitiæ, vitiis suis glorians, & omnibus ferè tyrannicis criminibus pollutus, Novercam *Juliam* nefario incestu sibi junxit. Fratrem *Getam* in nominatæ matris sinu interemit, audiensque posse leniri scelus, si fratrem Divum appellaret, fertur dixisse: *Sit ergo Divus, dummodo non sit vivus.* Alexandrinorum dicacitatem immani cæde vindicavit; nam pacis specie in urbem illam veniens, universam juventutem, in campum convocatam milite circumdedit, & signo dato ad unum omnes occidit, parique sævitia in reliquam multitudinem usus, frequentissimam civitatem penitùs exinanivit. Occiditur demum instinctu *Macrini*, anno Imperii 6. ætatis 29. Christi 219. Symbolum: *Omnis in ferro salus.*

Opilius Macrinus.

93 Obscurissimis natus parentibus. Ex Venatore tabellio, post Advocatus Fisci, inde Præfectus Prætorio, tandem Imperator, sed brevi & inglorio Imperio functus, necatur mox cum filio Diaclumeno, quem in Collegam Imperii sumpserat, à seditioso milite, Anno Christi 220. ætatis 54. Imper. 1. M. 2. ejus Symbolum: *Ferendum, ac sperandum.*

Antoninus Heliogabalus.

Homo, non homo, sed coronata bellua, Imperium fraude quæsitum, turpius administravit, homo sceleratissimus, omniumque non solum bipedum, sed & quadrupedum spurcissimus, qui genio suo ac voluptatibus, velut alter Sardanapalus indulgens, *nihil melius*, juxta Symbolum suum, *quam ut ipse sibi & uxori suæ heres viveret*, esse judicavit. Nullus Principum ad id tempus fœdiore libidine insanuit, nullus majore luxu Imperii opes prodegit, nullus denique obscenius vixit. Ob hæc nefanda flagitia intolerabilis, necatur per tumultum militarem, cadaver, per vias & sordes tractum, in Tyberim conjicitur, verè purgamentum & fæx populi Romani, Anno Christi 224. ætatis 18. Imperii 4. 94

Alexander Severus.

Dictus Alexander, quod in templo, apud Arcenam urbem Alexandro M. dicato, eo die, quo is vita defunctus, genitus fuerit: Severi verò cognomen ob ingentem animi vigorem & constantiam obtinuit. Princeps fuit eruditus, beneficus, clemens, moderatus & justus, literatos, præsertim *Juris-Consultos*, & ex his *Ulpianum* & *Paulum* magno in honore habuit, adeò, ut Ulpianum parentem suum appellaverit. Aulam suam sordibus hominum purgavit, quos Antecessor iniquissimè extulerat. Quendam *vendentem fumos*, Aulicos, seu fictos Principis favores, fumo necari jussit, clamante Præcone: *fumo pereat, qui fumum vendidit.* Amans simplicitatis ac modestiæ, vetuit se appellari Dominum; Gemmas omnes, lapillosque, quos in palatio reperit, vendidit, dicens: *Gemmas viris usui non esse.* Apparatu utens modico, & exigua pompa, ajebat: *Imperium in virtute esse, non in decore.* Auream illam vocem usurpavit frequenter, & quidem pro Symbolo: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* *Christum*, quia publicè vetabatur colere, domi inter Deos suos adoravit. Tandem versis in Germaniam armis, per seditionem legionum Gallicarum, unà cum Matre sua Mammæa, interficitur, perfidia Julii Maximini Successoris, Anno Christi 237. ætatis 29. Imperii 13. 95

Maximinus Thrax.

Quamprimum hic ad Imperium pervenit, ingratissimus bipedum Dominum suum interfici, non multo post sese Imperatorem & Augustum, sine ullo Senatus decre- 96

decreto appellari jussit, imò filium *Julium Maximum* insuper, propter affectum, quem Pater Filio deberet, Consortem Imperii fecit. Immanis edo biboque, sæpe in die bibisse congios octo, vorasse 40. vel etiam 60. carnis libras. Nec minus avidus humani sanguinis promiscuè in omnes sæviit, maximè tamen in Christianos, & quia Imperium non sine crudelitate teneri posse persuasus erat, crudelis erga omnes extitit: ob hanc igitur barbariem hostis Reipublicæ à Senatu judicatus est, & creati adversus ipsum, *Maximinus, Pupienus, Clodius, Balbinus, duo Gordiani*, Pater & filius. Ipse tandem ad Aquileam, unà cum filio *Julio Maximo*, à milite suo interfectus est. Memorabilis vox cædentium fuit: *Ex pessimo genere ne catulum quidem reliquum esse debere.* Periit uterque anno Christi 239. Imperii III. ætatis Pater 65. cui Symbolum: *Quò major, eò laboriosior*, filius verò 20. Symbolum ejus: *Ultorem ulciscitur Ultor.*

Gordianus Iunior.

97 *Balbino, Pupieno & utroque Gordiano* sublatis, hic admodum Juvenis cœpit solus regnare. Justitiam & veritatem supra modum amavit, *miserum esse* judicans, *Imperatorem, apud quem vera reticeantur.* Regnum operâ & consilio *Misithei* soceri sui prudenter administravit, inque meliorem statum deduxit. Interim sublato insidiis *Philippi Arabis Misitheo*, mox pari fraude idem & huncce innocentem Imperatorem, à quo tamen, in Soceri sui locum adscitus erat, circumvenit, atque per milites nefariè occidit, anno Christi 245. ætatis 22. Imperii 7.

Philippus Arabs.

98 Ab Exercitu Imperator dictus, filium suum Philippum consortem quoque Imperii fecit. His imperantibus, celebratus est *annus millesimus urbis Romæ*, ingenti ludorum & spectaculorum apparatu; scribunt aliqui, hos primos Impp. Romanorum Christianos fuisse, at Philippi improbitas contrarium innuere videtur. Ambo tandem, dolo Decii, à militibus necati sunt. Pater Veronæ, cui Symbolum: *Malitia Regno idonea*, filius autem Romæ, cui Symbolum: *Multa, nec apta. Anno Christi* 253. Imperii 7.

Decius.

99 Solis hic suffragiis militum antea electus, ab assentiente Senatu post confirmatus, & *Augustus* appellatus est: Generis & virtutis nobilitate sat clarus fuit, & si à *cruciatibus* illis *Christianorum* atrocissimis abstinuisset, in reliquis vitæ actibus, tanquam optimus Princeps, & alter Trajanus commendari posset: Verù est, ob editam illam immanem & horrendam *persecutionem Christianorum*, prioribus omnibus sæviorem extitisse. Filium suum *Decium*, Cæsarem & consortem Regni fecit, Romæ lavacrum struxit. Inde bello adversus Gothos infeliciter gesto, primùm filius ejus cæsus est, mox ipse hostem fugiens, paludis voragine absorptus, nec cadaver, quamvis sedulò quæsitum, uspiam potuit reperiri. Periit uterque, anno Christi 254. Imperii II. Patris Symbolum, *Apex Magistratus & Authoritas.* Filii, *Fugitivo nulla Corona.*

Vibius Trebonianus, Gallus.

Post hæc Cæsar factus, *Volusianum* filium, (qui in Symbolo habebat: *Sine vano publica fama.*) consortem adscivit; persecutionem Christianorum *Decianam* continuavit. Pacem cum Scythis probrosam fecit, tributo certo promisso, quo tamen cum Gothi non contenti essent, *Æmilianus*, cui Symbolum: *Non Gens, sed mens*, eos repressit, qui ob id etiam à militibus Asiaticis Imperator electus. Gallus verò, cui Symbolum: *Nemo amicus idem & Adulator*, cum filio interfectus, Anno Christi 256. Imperii II. ætatis Pater scil. 47. 100

Licinius Valerianus.

Hic per milites suos *Æmilianum*, post 3. menses sui Regiminis, iterum trucidari curavit, per hoc Æmiliani milites ad ipsum transierunt, tandem ad supremum Imperii fastigium devenit. *Christianis*, utut initio se æquiorem præbuit, magicis artibus tamen dementatus, horrendam itidem excitavit *persecutionem.* Hujus facinoris pœnas mox sensit; nam bello Persico à Sapore Persarum Rege victus, captusque, turpissima servitute apud hostes consenuit. Siquidem *Sapor*, nimia victoria vecors, & catenatum mancipium Valerianum circumduxit. & quoties equum conscenderet, non manu, sed dorso ejus pro scabello usus est. Tandem vivus excoriatus, & sale conspersus, miserè obiit. Symbolum habuit: *Non acerba, sed blanda timenda.* Periit Anno Christi 262. ætatis 70. Imperii 6. 101

Gallienus.

Hujus filius, quem Senatus jam ante Augustum fecerat, cum præ Parente nil quicquam auderet, de captivitate ejus gaudere visus est, homo abdomini & voluptatibus natus, luxuria & ignavia, totum Romanæ ditionis orbem, per 30. Tyrannos vastari fecit. Inde Romana res facta est velut publica quædam præda exterorum: *Principe enim vitiis indormiente, vigilant Reipublicæ hostes.* Alemanni, vastatis Galliis, in Italiam irruperunt, amissâ Dacia, Græcia, Macedonia, Pontus, Asia à Gothis, Pannonia à Sarmatis Quadisque populata: Parthi, Mesopotamiâ occupatâ, Syriam sibi cœperunt vindicare: causam tantorum malorum Imperatoris socordiam cum ani- 102

animadverterent, à Ducibus, ut contra hostes tandem moveret, instigatus, dum Tyrannum, qui Galliam invaserat, persequeretur, ad Mediolanum cum fratre & filiis, per insidias suorum, oppressus est, Anno Christi 269. ætatis 50. Imperii 7. Symbolum: *Prope ad summum, prope ad exitum.*

Flavius Claudius.

103 Natione Dalmata, Princeps modestus, justus, virtutibusque Imperatoriam dignitatem decentibus ornatus. Fortunam Imperii non tam clausit, quam potius reseravit. Gothos felicissimè aliquoties profligavit, innumerosque occidit, nec minori facilitate vicit & Alemannos. Sed intra biennium, morbo contagioso correptus, interiit, Romæ anno Christi 271. Imperii 2. Symbolum ejus: *Rex, viva lex*, quo mortuo frater ejus, *Quintilius*, cui symbolum: *Honesta mors, honesta turpitudo*, Imperii summam quidem suscepit, sed 18. die statim à militibus interemptus est. Itaque

Aurelianus,

104 Æditui cujusdam filius, consensu legionum Imperator factus, cum Imperio simul expeditionem contra Gothos, quos non semel præliis vicit, suscepit; post Suevos, Sarmatas, & Marcomannos gloriosissimè compescuit. *Zenobiam*, *Martiam fœminam*, & Orientis tunc detentricem, gravi prælio vicit, victamque duxit in triumphũ. Urbem Tyanam Antiochiamq; recepit, totumque Orientem fere pacavit. Urbem Romam firmioribus cinxit muris. Occiditur demùm fraude Servi sui, anno Christi 273. Imperii 7. Symbolum: *Quò major, eò placabilior.* Interfecto ita Aureliano successit.

Claudius Tacitus.

105 Qui ob brevitatem vitæ nihil memorabile exantlavit; Sexto enim mense, statim improbitate militum, qui cognatum ipsius occiderant, & vindictam metuebant, in Mæotica expeditione, oppressus est. An. 271. ætatis 75. symbolum: *Sibi bonus, aliis malus.* Hujus frater *Florianus*, cui symbolum: *Injuria unius minæ multorum*, Imperium quasi hereditarium usurpavit, sed 2. tantum mensibus; nam mox, metu *Probi* legitimè electi Imperatoris, venis sibi incisis, ultro mortem sumpsit. Hunc secutus

M. Aurelius Probus.

106 Belli Pacisque artibus clarus. In Galliam ingenti cum exercitu profectus, hanc à Germanis liberavit, & ultra 60. Civitates recepit: Tyrannos itidem, *Saturninum, Proculum & Bonosum*, tribus expeditionibus felicissimè vicit: postea Illyricum recuperavit, Thraciam & Asiam pacavit. Nominatus Bonosus, cum à Probo vinceretur, & laqueo finiisset vitam, faceto joco locum dedit: *amphoram pendere, non hominem*; bibit enim, *Spartiano* teste, quantum nemo hominum, & quantumlibet bibisset, manebat tamen adhuc sobrius, & velut potando prudentior. Bibo *Probus* interim 7. Principatus anno, cum bellum adversus Persas pararet, à militibus rigidiorem disciplinam non ferentibus occisus est, anno Christi 283. Symbolum: *Pro stipe labor.* Hunc excepit *M. Aurelius Carus* cui Symbolum: *Bonus Dux, bonus Comes*, hic mox filios suos *Numerianum & Carinum*, Cæsares fecit. Persas cum persequeretur, ad Tigrum fluvium in tentorio, cum vehementissimum tonitru cecidisset, extinctus repertus est. Anno Christi 285. Imperii 2. *Numerianus*, cui symbolum: *Esto, quod audis.* Princeps optimæ Indolis, in Oriente non multo post Apri soceri sui dolo interiit: cujus cædem cum *Diocletianus* vindicasset, ab exercitu Imperator est proclamatus. Alter verò in occidente *Carinus*, cui Symbolum: *Cedendum multitudini*, Imperium, vivo Patre inchoatum, dum persequeretur, & prælio contra *Dioclet.* acriter instaret à Tribuno, cujus uxori stuprum intulerat, perimitur, Anno Imp. 3.

Diocletianus

Itaque obscuro genere natus Imperium solus retinuit, idque variis bellis undique petitum fortiter defendit. At eò demum insolentiæ pervenit, ut *divinos sibi honores jussertit exhiberi.* Idem etiam *Christiani nominis infensissimus hostis*, multa fidelium millia passim trucidavit. Nec ulla unquam procella gravior Religioni nostræ incubuit, quam sub hoc Tyranno, toto penè Romano Orbe Christianorum sanguine immadēte, & ne tota moles sibi incumberet, *Maximianum Herculeum* Occidenti præfecit, qui sedatis Galliæ motibus, Africam quoque pacavit. Inde Diocletianus cum Maximiano Collega celebrem Romæ triumphum de Persis egit; *ductus in triumpho Narses Persarum Rex*, cum Uxoribus, Sororibus, liberisque; uterque tandem 20. Principatus anno, Diocletianus *Nicomediæ*, Maximianus *Mediolani*, eadem die, imperium deposuere; rem miram, & hactenus Romæ inauditam; *duos Principes sponte, ex tanto fastigio remeare ad privatæ vitæ sortem.* Abdicatio Imperii. Et Diocletianus quidem constans mansit animi, alter verò nutavit, hinc cum de Imperio resumendo cogitaret, jussu *Constantini Augusti*, cui parabat insidias, & ob turbas in Gallia excitatas, Massiliæ strangulatus est. Symbolum habuit: *melius mori, quam sibi vivere.* At *Diocletianus*, procul *Solona* urbe Dalmatiæ hortensi otio consenuit, rus Imperio præferens, sceptrisque ligones. Demum hic Ex-Cæsar post 10. rusticationis annos, vel conscientiæ stimulis, vel aliorum minis territus, sibi ipsi sumpto veneno mortem intulit, Anno Christi 296. ætatis

ætatis 76. Symbolum ejus: *Nihil difficilius quàm bene imperare.* Quo facto,

Galerius Maximinus

108 Cui Symbolum: *Tutum silentii præmium*, crudelissimus Christiani nominis hostis, & *Constantius Chlorus*, cui Symbolum: *Victus, dum patitur, vincit.* Christianorum fautor maximus, in societatem Imperii ante hac electi, id nunc soli obtinuerunt, sicque inter se diviserunt, ut ille Asiam, Africam, Pannoniam & Italiam, hic Hispaniam, Galliam, Britanniam ac Germaniam obtinuerit. *Galerius* deinde, ob motus exterorum varios, quò vicarios in provinciis remotioribus haberet, *Maximinum*, cui symbolum: *Marcet sine adversario virtus*, & *Severum*, cui symbolum: *Semen Ecclesiæ sanguis piorum*, cognatos adoptavit. Milites vero nondum contenti tantâ copiâ Imperatorum, *Maxentium*, cui symbolum: *Phryx plagis emendetur.* Filium *Maximiani* Cæsarem elegerunt. Hic adversus *Severum* dimicavit, eumque victum per Sicarios in Suburbio Romæ cæsum evertit. Homo sic scelera sceleribus cumulans, omnia cædibus, rapinis, libidinibus funestabat. Quod non ultra ferentes Romani, evocant *Constantinum*, ut veniret, ac se liberaret præsenti tyrannide. Movetur ipse, movetque copias suas adversus Maxentium, dumque animi angitur de belli exitu *Constantinus*, vidit media die in Cœlo figuram Crucis, è Stellis effictam, & pone illam hæc verba: *in hoc vinces.* Itaque jam securus Victoriæ, jubet Signum Crucis præire exercitum, confligit cum hoste & vincit. *Maxentius* in fuga per Tyberim lapsus, fluminis gurgite hauritur, anno Tyrannidis suæ 6. *Licinius* deinde è Dacia oriundus, homo sordidus avaritia libidineque, bonos æque ac malos odit, at maxime literas, quas pestem publicam improbè appellabat, similes mores tota vita expressit. Huic *Constantinus Sororem suam* Constantiam uxorem dedit; At cum contra fidem datam Christianis gravis esset, nec monitus desisteret, Constantinus religionem affinitati præferens, pium ei bellum intulit, eumque fugavit & vicit. Tandem cum frustrà tentatâ concordiâ rebelles animos homo vecors retineret, interfectus est Thessalonicæ à militibus, Anno Christi 32[illegible]. ætatis 70. Imperii 14. Symbolum: *Pestis Reipublicæ literæ.*

Constantini visio crucis.

Constantinus Magnus.

109 Imperium Romanum peste, fame, & tyrannide miserandum in modum antehac afflictum, *Constantinus primus Christiani nominis Imperator*, pristinæ dignitati restituit. Natus Patre Constantio, Matre Helena Angliæ Regis Filia. *Magni* nomen inter Principes Romanos primus meruit, ob ingentem factorum gloriam, qua superiores facile superavit. Bella gessit multa, & quot gessit, tot congessit victorias. Princeps fuit eruditus, omnibusque & corporis & animi dotibus commendandus. Proborum fautor maximus, sed hostis malorum infensissimus, quorum istum, qui remedium non admisit, juxta Symbolum suum, tanquam *immedicabile vulnus ense recidendum* judicavit. Ob mentis magnitudinem, rerumque pro Republica & Ecclesia Christiana laudabiliter gestarum gloriam *Liberator Urbis, Fundator quietis, imo Restitutor generis humani*, appellatus. Inde abrogato Idolorum cultu, *religionem Christianam* est amplexus, inque *honorem Christi Romæ statuam erexit*; *signum crucis* cum literis in cœlo visis labaro inseruit; Christum ubique colendum præcepit, eique Templa, ædesque sacras, quas à Domino nostro Dominicas appellavit, publicis sumptibus erexit, *Clericos* magnis honoribus & privilegiis ornavit, ita ut halcyonia Christiano Orbi, post tot graves persecutiones, divinitus nunc concessa, verbis non exprimi possint. Coacto *Nicæno Concilio* ex 318. Episcopis ipse interfuit, ac si Tursellino credimus, postremus assedit. Hoc Concilio Ariana hæresis, divinitatem abrogans Christo, damnata est. Inter cætera verò ejus acta notatu dignum præterea est, quod *Bizantium* vetus vastatum restaurarit, & muro cinxerit, idque mire exornatum, ob similitudinem, quam cum antiqua Roma habebat, *Novam Romam*, à suo nomine autem *Constantinopolim* appellarit, urbemque Imperatoriam, imo caput Imperii esse voluerit. Quanquam eo fine id fecisse videatur, ut Orientis Imperium magis firmaret, & Arabes, Syros, Persas, ad quamlibet rebellionem pronos, eò magis in officio contineret, tutumque ab illorum irruptionibus Imperium occidentis redderet, quo facto scissum est *Imperium in Orientale*, cujus sedes dicta *Constantinopolis*, & *occidentale*, cujus caput *Roma.* Et hinc multis creditur ortum habere *signum Imperiale bicipitis Aquilæ*, quo etiam nunc Imperatores Romani utuntur. Digna fuit vox Constantini: *Pro utilitate Reipublicæ Imperatorem non debere labores recusare.* Sed decora hæc multum fœdavit sævitia animi, nam & *Crispum* Cæsarem filium suum, ex sola delatione Faustæ Novercæ, quæ pudicitiam *Crispi* frustra tentaverat, necari jussit; quamvis fraus hæc Augustæ postea cognita ardentibus balneis vindicata sit: & plures insuper alios Nobiles, & amicos improbè peremit. Unde de ipso dictum: Primo decennio fuisse egregium Principem, altero latronem, tertio ob immodicas profusiones pupillum. Obiit demum *Nicomediæ*, Anno Christi 337. ætatis 65. Imperii 30. relinquens tres filios, *Constantinum*, cui Hispania, Gallia, Alpes & Britannia, *Constantium*, cui Thracia, Asia & Oriens, & *Constantem*, cui Illyricum, Italia, Africa & Dalmatia cum Macedonia in divisione cessit. At

Nicænum Concilium

Aquila biceps.

Con-

Constantinus.

Hujus nominis II. major natu, non con-
110 tentus ditione sua mox fratri *Constanti* bellum intulit, qui ab exercitu fratris ad Aquileam insidiis exceptus, multis vulneribus confectus interiit. Anno Christi 340. ætatis 25. Imperii 3. Symbolum: *Difficilia quæ pulchra.* *Constans* proinde jure belli partes fratris arripiens solus Imperium tenuit occidentis. Verùm fœdis libidinibus, Imperii curâ sepositâ, cum se dederet, & Provincialibus gravis militibusque ingratus esset, dolo *Magnentii*, quem conjurati quidam milites Imperatorem fecerant, occisus est, anno Imperii 13. ætatis 30. Symbolum ejus: *crescente superbia, decrescit fortuna.* Qua cæde cognita *Constantius*, qui Orientem tenebat, fratrem ulturus *Magnentio* ingenti exercitu obviam ivit, ac tribus prælijs etiam felicissimè superavit, eoque redegit, ut sibi ipsi injurias manus inferendo, gladio latus aperuerit. Prole carens mascula, *Gallum* Patruelem fecit Imperatorem; sed ob facta ejus insolentia, mox iterum securi subjectum, ultimo supplicio affecit. *Julianus* Galli frater post hæc Cæsar creatus, missusque in Gallias ad pellendos Alemannos, qui tunc hanc partem miserè vastabant; Is, re optimè gesta ab exercitu salutatur Augustus, quâ famâ perculsus *Constantius*, misso bello Persico, quo tenebatur, vertit animum contra *Julianum*, redacturus in ordinem: at in via extinguitur febri: Princeps Arrianæ sectæ addictus, *S. Athanasium*, cum multis aliis orthodoxis Episcopis, in exilium dejecit, primusque adeò hæreticus Imperator, obiit Anno Christi 361. ætatis 44. Imperii 24. Symbolum ejus: *Patiens sit Principis auris.*

Julianus.

111 Hic ab Idolorum restitutione, *Idolianus* seu *Apostata* cognominatur, quod abnegata fide è Christiano factus sit Ethnicus. Princeps alias judicii ac eloquentiæ laude sat clarus, militaris prudentiæ peritus, & tam in victu quam amictu, somno & Venere temperatissimus fuit; Ast ingenio levis, superstitiosus, perfidus ac superbus, *Alexandrum M.* se esse credens. Præprimis *Christianorum insectator acerrimus*, occultis artibus alliciens magis quam impellens ad Gentilismum. Hinc Scholis Christianorum interdixit, eorumque filios Philosophia & Rhetorica informari noluit, dicens pro symbolo suo: *Propriis pennis aliàs ferimur.* Ecclesiis reditus eripuit, ne docentes & discentes ali possint; ex eo quod scriptum in Bibliis reperiebat: *Beati pauperes, quoniam eorum est regnum Cœlorum,* Christianos promiscuè bonis & fortunis spoliavit, virulentam addens cavillationem: *se eos ad regnum cœleste expeditiores facere.* Magistratus & Militiæ honores nemini nisi gentili commisit, eosque in Christianos impunè grassari permisit. Adversus *Christum* Salvatorem, quem contumeliosè *Galilæum* appellabat, innumeras evomuit blasphemias, & septem integros libros mendaciis & contumeliis in Christianos plenos conscribi jussit. Sed callidum hunc fidei persecutorem Deus non diu tulit. Nam dum Parthos bello petens, se inconsultius prælijs inserit, ubi militis cujusdam incerti telo lethaliter est percussus, moriturus cruorem ex vulnere fluentem manu excepit, inque aerem projecit, & additis blasphemis in Christum verbis (*vicisti tandem, vicisti Galilæe*) fœdam animam exhalavit, anno Christi 363. ætatis 32. Imperii I. & aliquibus mensibus.

Blasphemus & impius.

Jovianus.

Princeps Christianissimus; Delatum ab exercitu Imperium nonante voluit suscipere, 112
quam Duces omnes militesque se Christianos profiterentur. Inde mox Episcopos à Juliano proscriptos revocavit, Idola sustulit, melior sanè Christianus quàm Princeps; nam cum Persis fœdum fœdus iniit, & pacem necessariam magis quam decoram, cessa nempe hostibus magna Imperii parte. Concordiæ præterea summè fuit studiosus, sed gustatis tantum bonis Imperialibus 8. Principatus mense, Anno 364. noctu exanimatus repertus est. Symbolum ejus: *Scopus vitæ meæ Christus.* Post hujus mortem

Valentinianus.

Funarii cujusdam filius ab exercitu Im- 113
perator est electus, Princeps justissimus, prudentissimusque. Ob hostes, Romanis finibus imminentes, fratrem *Valentem* universorum sententia Consortem fecit, & Gothos, Alemannos, quandoque & Saxones feliciter oppressit. Post etiam Filium *Gratianum*, egregia indole puerum, Cæsarem fecit. Cœterum Orthodoxos, quoad potuit, promovit, & in religione constans ad finem vitæ permansit. Tandem, profectus in Pannoniam, ad coercenda Sarmatorum arma, subita sanguinis profusione exanimatur. Anno *Christi* 375. ætatis 55. Imperii 11. Symbolum: *Princeps Servator justus.* Interea *Valens*, imo nihil valens in vera fide, nefarii Arii sectæ turpiter adhæsit: inde multi hac peste infecti, pulsi orthodoxi, nomenque Catholicum in Oriente valde attritum est. *Procopium & Firmum*, Africæ Tyrannum, Imperium sibi arrogantes, feliciter oppressit. Repressurus *Gothos*, Constantinopolim oppugnantes, ad Adrianopolim cum his conflixit, & vulnere accepto ex equo decidit, & cum in proximum tugurium se recepisset, igne ab hostibus immisso, vivus conflagravit. Anno Christi 378. ætatis 50. Imp. 14. Symbolum:

Alienus ab ira, alienus à justitia. Succesſere

Fl. Gratianus.

114 Filius Valentiniani, & *Valentinianus II.* à morte Valentini I. ab exercitu Imperator proclamatus fuerat. Hi Imperium inter ſe ita ſunt partiti, ut ille *Galliam, Hiſpaniam, Germaniam & Britanniam*: Hic *Italiam, Illyricum & Africam* obtineret. Gratianus Princeps fuit planè Orthodoxus, & quidem talis, quem inter meliores Principes numerare fas eſt, ſi quantum literis, jaculis, venationibus, tantum animi ad noſcendam Rempublicam intendiſſet: verum dum artes tantum meditatur & arcus, dum militem Alanum Romano præferret, factus ingratus, & inſidiis *Maximi*, Ducis ſui, interficitur in Gallia, *anno Chriſti* 383. ætatis 38. Symbolum: *Non quamdiu, ſed quam benè.* Idem *Maximus* poſtea & *Valentinianum* inſecutus eſt, cujus cauſam *Theodoſius* Hiſpaniæ Præſes, in rerum geſtarum famâ celebris, & pacando Orienti datus, ſuſcepit, ducta ejus ſorore, & *Maximo* ad Aquileam victo, occiſoque, Regnum *Valentiniano* hujus nominis *II.* reddidit, paulò poſt tamen, inſidiis *Arbogaſti* Tribuni, occiſus eſt. Atque ut voluntaria mors crederetur, laqueo è collo ſuſpenſus viſus, *Anno Chriſti* 392. ætatis 27. Imp. 18. Symbolum: *Amicus veterrimus, optimus.* Hiſce ſublatis

Theodoſius

115 Cognomento *Magnus*, Imperium Orientis & Occidentis ſolus tenuit. Princeps vultu & moribus *Trajano*, pietate verò *Conſtantino Magno* ſimilis. Res Romanas mirè recreavit. *Arbogaſtum & Eugenium*, interfectores *Valentiniani*, non ſine Numinis Divini manifeſto judicio, militante illi æthere, vicit, & è medio ſuſtulit. His aliiſque Tyrannis undique ſubactis, Victor, victrices Aquilas ampliſſimo triumpho gentium urbi reportavit, adminiſtrationi Reipubl. animum adjecit, Ethnicorum vanas ſuperſtitiones univerſim abolevit, honeſtas leges conſtituit, aliaque multa emendavit. Iræ tamen maximè deditus, auditâ enim *ſeditione Theſſalonicenſi*, & inibi patrata cæde aliquot Magiſtratuum, ita excanduit ira, ut mox, inauditâ causâ, juſſerit decurri ad pœnam; convocatus populus in theatrum, velut ad ſpectandos ludos, & immiſſo milite, omnes penè trucidati, dicuntur autem eſſe cæſa, intra 3. horarum ſpatium, 7000. hominum; ob hanc immanitatem *S. Ambroſius, Theodoſium* Sacris interdixit, quam pœnam tamen, moderato valde animo, tulit, raro certè exemplo, in tam alta fortuna, ſæpe ingeminans: *ſe magis gaudere, quod membrum Eccleſiæ eſſet, quam quod imperaret.* Non ſine laude etiam Synodum contra Macedonios Conſtantinopolis celebravit. Porrò filios ſuos, *Arcadium & Honorium*, Cæſares creavit. Circa quos illud memorabile, quod cum Pater eos erudiendos daret *Arſenio* Præceptori, noluerit tractari ut Cæſares, ſed ut diſcipulos; quin & verberibus excipi, ſi quid gravius admiſiſſent. Cumque aliquando ingreſſus Scholam, *Arſenium* videret ſtantem, filios verò ſedentes, indignatus, mox juſſit Præceptorem ſedentem docere, Cæſares auſcultare ſtantes: recolens fortè illud *Ariſtotelis*: *Præceptores magis quam parentes venerandos eſſe*, cum hi quidem vitam, iſti verò rectum vivendi modum tribuant. Denique, cùm ægram à tyrannide & turbis bellicis Rempublicam perſanaſſet, Mediolani conſenuit, ibidemque mortuus. *Anno Chriſti* 395. ætatis 50. Symbolum: *Eripere telum, non dare irato, licet.*

S. Ambroſius Theodoſium Imp. ſacris interdicit.

Arcadius & Honorius.

Hi ex teſtamento patris Imperium diviſerunt, & Arcadius Orientem, Honorius verò Occidentem obtinuit, ſed tenera utriuſque ætas, inſidiis expoſita, graves Imperio peperit clades. Nam *Flav. Ruffinus*, Arcadii piiſſimi Principis tutor peſſimus, animo Imperium ad ſe transferendi, Hunnos in Aſiam, Gothos verò in Græciam attraxit, ſed comperta fraude, necatus eſt *Ruffinus* ab Italico milite, caput unà cum dextra reſciſſum & ſuſpenſum ante portas Conſtantinopolis, publico omnium ludibrio fuit. Hoſtes, poſt quinquennalem direptionem Italiam invadentes, *Stilico*, Honorii Curator feliciter quidem oppreſſit, at biennio poſt, quia & hic, ſpecie tutelæ Principatum affectare cœpit, Gothicam Barbariem nunc ipſe in Italiam revocavit. Qua fraude detecta, utut *Stilico*, una cum filio, juſſu Honorii occideretur, Italia tamen mirè iterum vaſtata, *Roma* etiam primum nunc capta, omnium deinde calamitatum compendium extitit. *Arcadius* interea *S. Joannem Chryſoſtomum*, Conſtantinopolitanum Antiſtitem, in exilium agit, inſtinctu Eudoxiæ conjugis, non ferentis juſtam increpationem aurei hujus oris, ſed ipſa paulò poſt, ex horrendis partûs doloribus, deceſſit. Eodem tempore *Gildoni* Africa *Wandalis* Hiſpania diripienda eſt data, aliiſque barbaris lata porta Imperium invadendi aperta, ut parum abfuerit, quin denuò 30. Tyranni in Imperio Romano numerarentur. Honorius demùm Romæ obiit, nulla relicta ſtirpe, *Anno Chriſti* 423. ætatis 39. Imp. 28. Symbolum: *Malè parta, malè dilabuntur.* *Arcadius* autem fato ſuo functus eſt Conſtantinopoli, *Anno Chriſti* 408. ætatis 31. Imp. 13. Symbolum: *Summa cadunt ſubitò.* 116

Roma primò capta.

Theodoſius II.

Huic moriens Pater *Arcadius* Imperium tradidit, cum adhuc octennis eſſet, Curatorem- 117

remque adjunxit *Isdigerdem*, Persarum Regem, felici magis quam prudenti consilio: nam Rex ille sanctè & feliciter munere suo functus est. Fuit aliàs Princeps hic mansuetissimus, Religioni Catholicæ addictissimus, prudens, & discursibus admirandus, præprimis lectioni sacrarum literarum pietatique deditissimus. Unde de ejus cura, etiam contra *Nestorium*, duas in Christo hypostases & personas asserentem, Deum humanitati secundum substantiam unitum esse negantem, sed tantum secundum dignitatem & authoritatem, ac proinde Beatissimam Virginem peperisse filium natura purum hominem, sed dignitate & authoritate divinum, *Ephesina Synodus tertia* celebrata, & *Codex Theodosianus* promulgatus est. Studiorum item fuit amantissimus, unde Gymnasium literarium Constantinopoli reformavit in melius. Academiam Bononiensem, *teste Azone*, legalium studiorum Monarchiam, traditur fundasse. Idem porrò, supra cœteros, patientiæ ac clementiæ laude eminuit: unde aliquando monitus, ut obtrectatores suos morte mulctaret: *O quam mallem*, inquit, *etiam mortuis vitam reddere; privatos hostes Principi negligendos esse, in publicos verò gravius advertendum.* Denique hoc Principe multa pars hominum, metu Attilæ Hunnorum Regis, qui tunc imminebat Italiæ, & vastabat, confugit in æstuaria, Insulas & interiores sinus Adriatici maris, ibique extructis casis, ortum dedit *Venetiis*, quæ progressu temporis effloruerunt in potentem illam & plane admirabilem Rempublicam. Equo demum delapsus, contracto ex luxatione vertebrarum morbo, obiit quinquagenarius Imp. 42. *Anno Christi* 450. Symbolum: *Tempori parendum.*

Origo Venetiarum.

Placidius Valentinianus III.

118 Consobrinus Theodosii Imperium Occidentis, quod mortuo Honorio accepit, multiplici clade, rerumque mutationibus infame gessit. Nam *Clodius*, *Pharamundi* filius, ditionem suam trans Rhenum extendit, *Attila*, Hunnorum Rex, ille malleus orbis, flagellum Dei, quadringentis, aliis septingentis armatorum millibus Europam invasit. Saxones Britanniam maximam partem subegerunt, Vandali in Africam trajecti; paucis, hoc imperante Occidentis Imperium funditus quasi collapsum est, 30. Imperii anno à militibus est interfectus, *Anno Christi* 455. eò quod *Aetium*, Ducem sui exercitus fortissimum, cujus ductu Attila in Campis Cautalaunicis victus erat, ex calumnia sibi suspectum, occidisset, de qua cæde rogans quendam civem Romanum, an jure occisum crederet? *Jure*, inquit, *ille, an injuria occideris, nescio: hoc scio, quod sinistra manu dextram tibi amputaveris.* Nec vanus fuit hic vates; nam præter propriam mortem, Imperium, ut dictum, totum eversum est. Symbolum: *Omnia mea mecum porto.*

Attila.

Valer. Martianus.

Extincto Theodosio, hic ob insignem pietatem & prudentiam, *Pulcheria* Theodosii sororis ope, & exercitus studio, Imperium Orientale adeptus est. Nihil hic magis curavit, quam pacem etiam tueri integram. Movit igitur omnia, ne moveret bella, probè gnarus, etiam justissimi belli sedimentum multam iniquitatem, felicissimi multam miseriam esse, unde frequenter in ore habuit: *Dum licet in pace vivere, arma non induamus*, quod erat Symbolum ipsius. Eodem Principe, quartum *Chalcedonense Concilium Oecumenicum* habitum est, in quo *Eutyches*, Dioscorus, aliique horum asseclæ damnati, qui duplicem in *Christo* personam, divinam & humanam esse contendebant. Concilium hoc dicitur fuisse ex sexcentis & triginta Episcopis. Obiit Martianus jam senex, magna probitatis fama, morbo, vel potius insidiis & veneficiis *Asparis*. *Anno Christi* 457. *Imp.* 6. 119

Leo I.

Natione Thrax, Imperatorum Græci sanguinis primus, studio Asparis ad Imperium Orientis pervenit. Princeps aliàs fuit beneficus, clemens, præcipuè erga literatos fidelis. Religionis præterea orthodoxæ tenax, in prophanis tamen & bellicis institutis admodum infelix. Sub hoc Principe Regia urbs fortuito incendio, per totos 4. dies, magna ex parte conflagravit. Moritur demum *Anno Christi* 474. *Imperii* 18. cum Leoni, ex filia nepoti, Regnum legasset. Symbolum: *Regis Clementia virtus.* 120

Leo II.

Hic infans Imperator factus, cum vix annum Imperio præfuisset, novo & raro exemplo *Zenoni* Patri, propriis manibus diadema imposuit, patremque deinceps pro se imperare jussit. Symbolum ejus: *Fide & diffide.* Leone paulò post morbo extincto 121

Zeno Isauricus

Imperii curam solus assumpsit. Hic Zeno, voluptatum cœno fœdavit Imperium, sordidus genere, vultu, & moribus Tyranno quàm Principi similior. *Theodoricum* Ostrogothorum Regem, consulem à se factum, in Italiam adversus *Odoacrum* misit, pulsus verò à Basilisco fratre, factione uxoris, cum exul Isauriam concessisset, non multò post reversus, eundem rursus expulit. Hujus tempore totam ferè urbem *Constantinopolim* ignis populans, Bibliothecam, *centum & viginti millibus librorum* constantem, absumpsit, quos inter erat intestinum quoddam Draconis, longum pedes 120. cui aureis literis inscripta fuit Ilias & Odyssea Homeri. Tandem *Zeno*, mor- 122

Bibliotheca Constantinopolitana incendio consumpta.

morbo comitiali correptus, sive multo vino, quo indies madebat, oppressus, & pro mortuo habitus, fraude *Ariadnæ* Conjugis, quæ pertæsa erat bibacis mariti, *vivus* tumulo illatus est: expergefactus clamores & ejulatus miscuit, sed frustra, *Ariadna* enim seriò vetuit, ne quis sepulchrum aperiret, periit sic miserè, *Anno Christi* 491. Imp. 13. Symbolum ejus: *Malo nodo, malus Cuneus.*

Flav. Anastasius Dicoros.

123 A discoloribus oculorum pupillis Dicoros dictus, successit, humili natus loco, præfatæ *Ariadnæ* opera, ad Imperium pariter & conjugium evectus est. Bonus initio Princeps, sed postea magna tempestas, supra modum Eutychianorum hæresi adhærendo, Orthodoxos graviter afflixit, *Hormisdæ* Pontificis Legatos, fragili navi, ut nempe perirent naufraugio, imponi jussit; vetans insuper, ne ad ullam Græciæ civitatem appellerent. Hymnum Trisagion, qui est *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis*, corrupit hac appendice: *qui crucifixus es pro nobis*: quasi ipsa Deitas passa fuisset; ita passim insultans cœlo, cœli iram provocavit, fulmen scilicet, quo ictus periit, *Anno Christi* 518. ætatis supra 80. Imp. 27. postquam varia cum variis, felici plerumque eventu, gessisset. Symbolum: *Mellitum venenum blanda Oratio.* Quo defuncto

Justinus.

124 Natione Thrax, primùm *subulcus*, post *Bubulcus*, deinde Lignator, hinc miles, ac tandem Imperator, mira fortunæ commutatione, & alienâ pecuniâ factus est; Rexit tamen summa cum laude, & pietatis fuit studiosissimus, *Concilium Chalcedonense* acerrimè propugnavit, relegatos ab Anastasio reduxit, Arrianos verò, & Eutychianos exilio mulctavit, & expulisset ille toto Oriente has pestes, nisi *Joannes*, Romanus Pontifex intercessisset, pio quidem, sed tunc inutili consilio. Nam *Theodoricus*, Rex Italiæ, & ipse *Arianus* hæreticus, minabatur excidium fidei Catholicæ in Occidente, nisi à cœpta persecutione desisteret, itaque vetus licentia reddita, meliore fine quàm exitu: Hic *Theodoricus Joannem* Pontificem inedia & squalore carceris confecit: *Boetium & Symmachum*, Consulares & supra fortunam viros capite mulctavit. Quibus & aliorum cædibus provocata Dei ultio non diu tardavit, cum enim paulò post cœnanti Regi apponeretur caput ingens piscis, ipse *visus sibi videre caput Symmachi*, torvis oculis, exertis dentibus exitium minitans, ita cohorruit, ut mox maniâ correptus, inter insanos ejulatus, impiam animam ediderit. *Anno Christi* 526. Regni 33. *Justinus* interea morbo & senio gravis, quarto ante obitum mense, Justinianum, ex Sorore nepotem adoptat in filium, & Successorem cum designasset, in vivis esse desiit, gesto Imperio annos 9. *Anno Christi* 527. Symbolum ejus: *Quod pudet, hoc pigeat.* Post hunc

Justinianus.

Quadragesimum & quartum agens annum, consensu Senatus & exercitus, Augustus est proclamatus. Hic non solum armis decoratus, sed & legibus fuit armatus, utrumque tempus, bellorum & pacis pari gloria gubernavit, veterem Romani Imperii gloriam mirum in modum ampliavit, ut hinc ejus consilia nulla oratio æquare possit. Expeditiones bellicas quod concernit, primum Persas, Bellisarii operâ, variis præliis concussos, intra suos fines continuit; Romam, eodem duce, à Gothorum, capto eorum Rege, servitute liberavit; Africam, Vandalis Imperio pulsis, recuperavit. Bis hinc ex instituto veterum Romanorum de Persis & Vandalis triumphavit: At *Bellisarius*, quem virtus adeò extulerat, invidia aliorum ita oppressit, ut ob affectatum falsò Imperium, honore & opibus exutus, & stipem publicè mendicando, effossis sibi oculis quærere coactus sit, ingeminans illud: *Date stipem Bellisario, quem virtus extulit, invidia oppressit. Justiniano* porrò, inter cœtera laudabilia facta, æternæ cedit laudi, quod *Jus & Leges veteres* innumeris voluminibus antea dispersas in *certos libros digerendas* curârit, *Codicemque Juris Civilis, Institutiones*, & *Digesta* promulgarit; huncque in finem, ut idem jus etiã doceretur, tria Gymnasia *Romæ, Constantinopolis & Perinthi* instituerit. Maximus certè Princeps, nisi avaritiæ & delirii Eutychiani reus fuisset, unde emanasse apparet, quod ita malè apud nonnullos, tanquam Analphabeticus & literarum rudis, imò quod interdum parum mentis compos fuisset, audierit. Quicquid sit, certè antequam à puritate fidei discederet, non sine summis laudum encomiis, Synodum Constantinopolitanam secundam, quam inter Oecumenicas quintam vocant, celebravit. Porrò in ædificando magnificus, præter alia splendida opera struxit *Augustissimum templum Bisantii*, quod dicavit *S. Sophiæ*, seu Divinæ Sapientiæ, variisque aliis laudabiliter institutis, nomen Herois optimi optimè meruit. Denique sapientissimus hic Princeps moritur *Anno Christi* 565. ætatis 83. Imperii 38. Symbolum ejus: *Summum Jus, summa injuria.* 125

Justinus II.

Justiniani ex Sorore *Vigilantia* nepos, 126
indictis post *Justinianum* novis tributis, tantam famæ labem sibi inussit, ut inter avarissimos recenseatur Imperatores. Italiam multo bello receptam imprudentia perdidit; Nam dum famosissimum illum Ducem *Narsetem*, pessimè à Romanis accusatum, exautorarat, submisso in ejus locum

cum *Longino*, qui primus Ravennæ Exarchus est dictus. *Narses* enim à Ducatu ad colum & pensum, contumelia Sophiæ Augustæ Justini uxore, vocatus, ira in furorem versa, telam utique talem, prout ei minabatur, texit, quam neque ipsa, neque maritus retexuerunt, Longobardos, Gentem è Scandia oriundam, quorum ope ante usus Narses delendis Gothis, ad invadendam Italiam excitavit. Veniunt illi, relicta Pannonia *Hunnis*, unde ea postea *Hungaria* dicta, sub *Alboini* Regis auspiciis, & mox primo belli impetu, nullo vetante, occupant Galliam Cisalpinam, quæ inde Longobardia, postea corruptâ voce *Lombardia* appellata, Regnumque novum ibi condiderunt, & Regni sedem Ticini, quæ hodie *Papia* seu Pavia dicitur, ponentibus, tamque firma ei fulcra supposuerunt, ut ducentis & pluribus annis Regnum hoc Longobardicum floruerit, nec prius etiam everti potuerit, donec è Germania Italis auxilia à *Carolo M.* subministrarentur. Justinus interea phrenitide laborans, obiit demũ ex podagra, *Anno Christi* 578. Imperii 13. Symbolum: *Libertas res inæstimabilis.*

Tiberius II.

127 Hic à *Justino* adoptatus, omnia per septennium tam domi quàm foris laudabiliter satis administravit, Princeps justus, clemens & beneficus, cum à *Sophia Augusta*, Antecessoris uxore argueretur nimiæ erogationis eleemosynarum, qua fiscum Imperii exhauriret, piè respondit: *nunquam Fisco defuturam pecuniam, quamdiu vel pauperes stipem accepturi, vel sapientes homines Reipublicæ præfuturi sint.* Quemadmodum Persas gravibus afflixit cladibus, ita & adversus Longobardos non infelix fuit, Romam porrò, non minus fame, quàm obsidione Lombardorum pressam, utroque hoste liberavit, missa magnâ frumenti copiâ. Obiit demum *Anno Christi* 583. Imperii 6. Symbolum: *Stips pauperum, Thesaurus divitum.* Quo mortuo

Mauritius Cappadox.

128 Qui jam antea, post bellum Persicum feliciter gestum, in consortium Imperii assumptus fuerat, solus imperare cœpit; Primis temporibus, ubi Persas vicerat, Scythas afflixerat, Longobardos represserat, Hunnosque è patrio solo in solitudinem conjecerat, apud omnes laudem merebatur. Ita hostium victor, victus ab avaritia, quæ eum, cum nihil vellet perdere, perdidit: nam cum numerosum militem, ad 12. millia à Cacano Hunnorum captum, nollet vel levissimo lytro redimere, & ob id omnes à Barbaro trucidati essent; deinde cum nulla aut rara stipendia solveret militi, facta conjuratione in caput ejus, à *Phoca*, Duce & Centurione, Imperio & vita cum conjuge liberisque omnibus, miserè privatus est, *Anno Christi* 602. ætatis, 63. Imperii 16. Symbolum: *Quod timendum, idem crudele.*

Phocas.

Fucus Reipublicæ, quam mox perdidit, ab exercitu Rebelli Imperator creatus, libidine & furore præceps, tyrannicè in cives sæviit, colligendæ pecuniæ undique incubuit, omniaque ex Persicæ servitutis instituto egit. Hac Principis socordia Respublica cœpit pessum ire; Armenia, Cappadocia, Assyria, Galatia populata à Persis, direpta Hierosolyma, Sacra ablata in Persidem, Ægyptus à Saracenis vastata; undique clades Provinciarum, strages hominum, convulsio Reipublicæ, ob luxum Principis: eoque miseriæ jam ventum erat, ut aut deleretur nomen Imperii, aut Phocas occumberet. Quare initâ contra ipsum conjuratione, ab Heraclio capitur, & adhuc insultantem *Heraclius* pedibus calcat, & demum in Camino Æneo vivus comburitur, *Anno Christi* 610. Imp. 7. Symbolum: *Fortunam citius reperias, quam retineas.* Quo facto 129

Heraclius

Diadema sibi arrogavit: miser initio ac fine Imperii, medio tempore gloriosus, remque publicam jam labentem lentè administravit. A *Cosroë*, Persarum Rege, contemtim habitus, ingentibus copiis adversus eundem ductis, copias ejus feliciter aliquoties prostravit, moxque ab ipso *Cosroe* profligato, *Persideque* igne & ferro vastata, *Christi sanctam Crucem*, quam antehac imperio ademerat, recepit. Quanquam verò feliciter hunc Persarum Regem suppresserit, turbas tamen à *Mahomete* excitatas, alacriori studio quod non compescuerit, nascentemque flammam in favilla statim non extinxerit, socordiæ maculam sibi inussit: Ex Arabia autor hic Turcicæ impietatis prodiit, sparsoque novo ex Arianismo, Judaismo, Ethnicismo collecto dogmate, monstro triformi & verè Religionis chymæra, asseclas colligere cœpit, & venenum illud toto decennio hominum animis occultè quod infudisset, armata nunc manu propagavit. Porrò Heraclius desertâ Christianâ fide, lapsus est in hæresin Monothelitarum, & initis incestis nuptiis, cum Martina fratris filia, dicitur insolitum quoddam morbi genus in pudendis contraxisse, & denique moritur ex aqua intercute, *Anno Christi* 641. Imperii 30. Symbolum: *à Deo victoria.* Successit Patri 130

Receptio S. Crucis Christi.

Mahometis ortus.

Constantinus III.

Sed post aliquot menses statim, *Martinæ* novercæ insidiis: quæ filio suo Heracleonæ parabat imperium, veneno sublatus est, 131

est, *Anno Christi* 641. ætatis 29. Imp. 4. mense. *Symbolum: insania læta voluptas.* In hujus locum suffectus

Heracleonas,

132 Decennis *Martinæ* filius, qui tamen similiter brevi tempore post, cum Matre, ex malè parto imperio, amputata prius matri lingua, & filio naribus, à Senatu in exilium pulsi sunt. Symbolum: *Mali principii malus exitus. Et*

Constans II.

133 Ex *Gregoria & Constantino* proxime relato Proles, annitente Senatu Augustus pronunciatus est. Post inducias cum Turcis ad biennium initas, classe cum *Muhavia* congressus, ita est profligatus, ut post hæc eorum successibus resistere non ausus fuerit: cum Longobardis etiam in Italia minus feliciter conflixit. Inde Romam tendens, non tam ut hospes, qualem præ se ferebat, sed ut prædo potius ingressus est urbem: Nam Romam Roma orbans, publicis privatisque opibus ita exhausit, ut intra paucos dies plus ornamentorũ abstulerit, quam antè Barbari per tot annos. Cæterũ omnis generis vitiis fuit inquinatus, & quia hæresi *Monothelitarum* infectus erat, orthodoxos Doctores mirè vexavit; Cumque præterea avarè & crudeliter multa ageret, omnibus infensus, tandem Syracusis à suis occiditur, *Anno* 668. Imp. 27. Symbolum: *Parendum est necessitati.* Huic meliori fato successit filius

Constantinus IV.

134 *Pogonatus* dictus, eò quod imberbis in Siciliam ad Parentis cædem profectus promissâ barba redierit. Fratres habebat duos, Tiberium & Heraclium, hos Proceres constituebant simul Collegas Imperii, ut ita, qui crederent Trinitatem, triũ quoq; Principum imperio regerentur. Augustus velut annuens, Primores ad se vocatos jubet interfici, tanquam autores seditionis, fratres verò mutilari amputatione narium, ut hac deformitate redderet inutiles Principatui. Bellum contra Saracenos 7. annis terra marique feliciter gessit, ita quidem, ut tandem facta pace ad annos 30. quotannis Saraceni Romanis decem millia auri pondo, servorum etiam & equorum totidem, tributi nomine penderent. Adversus Bulgaros tamen adverso Marte pugnavit, nam pressus victoriâ coactus est pacem redimere, tum cessione *Mysiæ*, tum promisso annuo tributo. Sub hoc Principe Constantinopoli *Sexta Oecumenica Synodus* celebrata fuit, & in ea damnati sunt *Constantis* typus & *Heraclii* Ecthesis, decretumque contra Monothelitas, duas esse in Christo voluntates, totidemque actiones, divinam & humanam. *Jus confirmandi electum Pontificem*, hactenus ab aliquot Imperatoribus usurpatum, Sedi Apostolicæ remisit. Placidè demum decessit, *Anno Christi* 685. Imperii 17. Symbolum: *Quod citò fit, citò perit.* Hunc excepit

Justinianus II.

De Progenie Heraclii ultimus, & quod 135
hactenus nulli generi contigit, *sextus per continuam seriem ex eadem stirpe Augustus.* Vir ingenii pravi & varii. Pacem Saracenis temere renunciavit; quanquam enim illos primo impetu vicerit, illi tamen, *Deo fœderis teste inclamato*, suspensisque ex hasta fœderis tabulis, Romanos tanta affecerunt clade, ut ipse Cæsar, cum paucis vix evaserit: quare suis etiam invisus factus, *Leontii* dolo, abscissis maribus, imperio deturbatur. Unde fugiens, *Trebellii* Bulgarorum Regis opera restituitur: *Tiberius Absimarus* interea *Leontium* pariter, resecto naso detrudit in Carcerem. Posthæc Justinianus *Leontium & Absimarum* equis ad se tractos, primum pedibus calcat, post frustatim cædi jubet. Illud autem sævitiæ hominis argumentum traditur, quod quoties, truncas nares emungeret, toties unum ex iis, qui *Leontio* faverant, ad supplicium rapuit. Quæ crudelitas cum exercitui intolerabilis videretur, Philippicus Bardanes, decollato Justiniano Imperator est constitutus, *Anno Christi* 711. Justiniani anno ætatis 32. Imp. 16. Symbolum: *Multi nimium, nemo satis.*

Pœna rupti fœderis.

Philippicus Bardanes,

Qui cum præscriptam Sexta Synodo 136
Monothelitarum heresin recoqueret, Rempublicam prodigalitate & ignavia perderet, passus Bulgaros, aliosque barbaros vastare Imperium, exosus factus, oculis simulque regno orbatur *Anno Christi* 713. Imp. 1. Symbolum: *fortuna citò reposcit, quod dedit.* Quo rejecto

Artemius, seu Anastasius II.

Imperium adeptus est Vir omni doctrinæ 137
genere eruditus, & ad res bellicas gerendas callidus. Diu tamen imperio non præfuit, quippe qui Anno uno & tribus mensibus vix impletis, regno exutus in Monachum tonsus, & Thessalonicam missus est, *Anno Christi* 714. Symbolum: *Si non dat, accipit ultrò.*

Theodosius.

Cognomento *Adramytenus*, obscuro 138
aliàs loco natus, à militibus imperium oblatum invitus uti accepit, ita vix annuo spatio retinuit. Nam intelligens, quod Leo Isaurus, Orientis Præfectus, Imperium impensius affectaret, ipse sponte, exuta Purpurâ, Monachum feliciùs induit, *Anno* 716.

716. Symbolum: *Patientia remedium malorum.*

Leo III.

139 Isaurus cognomento, infimæ sortis homo, ex opifice, postquam egregium se in bello præstitisset, factus est Imperator. Constantinopolim, triennali obsidione à Saracenis pressam, servavit tamen, sed absumpto potius hoste quam victo. Ferale inde bellum in superos, nam *tyrannicè in sacras imagines furit, Christi & B. Virginis effigies in publico foro crematæ*, minax edictum editum in omnes, qui asservarent: cui edicto, cum nollet subscribere *Germanus* Antistes urbis, sede sua pulsus est, surrogato in ejus locum quodam Anastasio; sævitum graviter in orthodoxos hanc insaniam aversantes. *S. Joanni Damasceno* dextra, quâ scripsit pro defensione sacrarum imaginum, amputata, sed vir sanctus, invocata B. Virgine, coram ejus imagine truncatam manum cælesti ope recepit. Qua de causa *Gregorius II.* Pontifex, *Leonem* anathemate notavit, imo relicto ejus Imperio, se cum Romanis in fidem Turcarum (quod fœdus deinceps occasionem etiam, totum Imperium Romanum ad Germanos transferendi suppeditavit) dedit. Quam defectionem Leo, crebris Saracenorũ excursionibus impeditus, quia non potuit ulcisci, factum ut novus in occidente Dominatus surrexerit. Tandem hic Leo regere, aut potius rugire desiit, ex dysenteria mortuus, *Anno Christi* 741. ætatis 24. Symbolum: *Occulti inimici pessimi.* Successit ei

Sacrarum imaginum impia destructio.

Constantinus V.

140 Qui vivo adhuc Patre jam Augustus appellatus, & Imperator coronatus erat, *Copronymus* dictus, quod infans *sacrum baptismatis fontem ventris sordibus* conspurcasset. Inter prima regni opera habuit, debacchari in *SS. imagines*, in Divorum lipsana & utrorumque cultores diris suppliciis afficere. *B. Virginem blasphemum os Deiparam appellari vetuit.* His & aliis flagitiis ingentes calamitates accivit Imperio: nam Constantinopolim per 10. continuos dies densa obsedit caligo, mox secuta pestis rapacissima ita implevit funeribus, ut esset velut publicum quoddam sepulchrum. Syria valido terræ motu concussa. *Tantum scilicet malum est malus Princeps*, ut ejus scelera ipsa etiam cogantur luere regna. Tandem cum bellum repeteret in Bulgaros, divinitus in curribus anthraco percussus, miserè periit, identidem ingeminans, *se ob dehonoratam B. Virginem adhuc vivum cremari perenni igne.* Tradunt aliqui, plures ab hoc monstro Catholicos martyrio affectos esse, quàm Christianos ab ullo Ethnico Tyranno. Periit demum *Anno Christi* 775. ætatis 56. Imperii 35. Symbolum: *quid sine pectore corpus?*

Leo IV.

Copronymi filius. Bella gessit in Saracenos, sed acerbius in imagines, earumque cultores, scilicet mali corvi malum ovum. Et ne vulgaris impietas esset, eam insuper sacrilegio coronavit; Nam coronam auro gemmisque insignem, quam Mauritius Princeps olim S. Sophiæ dicaverat, inde raptam sibi imposuit, quo facto, sacrilegum caput carbunculis mox intumuit, & secuta ardentissima febri ipse inter atroces dolores exspiravit. Anno Christi 780. ætatis 30. Imp. 5. Symbol. *Quò fortuna, si non uteris?* 141

Constantinus VI.

Porphyrogenitus. Hic cum Matre sua *Irene* Ecclesiæ nitorem, pacem priscamque fidem restituit. Irenes exordio non minus mascula quam pia. Arabum & Slavorum grassationes repressit, *Septimam Oecumenicam Synodum* sedulò curavit, damnata in ea hæresis Iconoclastarum, inde *templis imagines*, his suus cultus, item Monasteria Religiosis adempta restituta, felicem verò hunc rerum cursum infregit ambitio: nam exercitus Imperium fœminæ detrectans, *Constantinum* matrem ante amoliri cogitantem, & ob id custodiæ traditum, reposcunt, Irene ab administratione dejecta. Sed cum filius interim omnia ex libidine ageret, innoxios afficeret suppliciis, infeliciterque contra Bulgaros pugnaret, & *Nicephorum* patruum orbaret oculis, passim invisus factus, Ireni facilem aditum præbuit, resumendi imperium; quod & factum, *Constantino* mox jussu Matris effossi oculi, & quidem eodem die vertentis anni, quô ipse Patruo exuerat, nec relicta vita misero, nisi ad majorem calamitatis sensum, quam tamen statim macrore ac desolatione animi abrupit. Anno Christi 797. ætat. 34. Imp. 16. Symbolum: *Mulieri imperare, res desperata.* Post hæc *Irene* sola rerum potita, fœmina sanè egregia, & *Teste Bussier*, sine nævo, si non fuisset Mater aut nomen hoc parricidio non fœdasset. 142

Sequuntur nunc Imperatores Romano Germanici

Carolus Magnus

Ingelheimii prope Moguntiam natus, Patre *Pipino*, Francorum Rege, Matre verò *Berta*. Magni nomen non tam meruit, quam excessit. Princeps ubique maximus, Marte, Arte, Religione, imò talis, cujus etiam natale solum Galli invident Germanis. Confecto feliciter bello Aquitanico, mox Saxones, gentem tum temporis artium rudem, armis tamen strenuam & ferocissimam petiit, atque, ut horum impetus & excursiones retunderet, *Eresburgum* expugnavit, præcipuum gentis Idolum 143

Carolus Magnus.

lum Irmensul/ cum cœteris Saxonum fanis exscidit, totamque gentem, bello tricennali defatigatam, non modo Imperio, sed & Christianæ religioni adjunxit. *Thassilonem, Bavariæ Ducem*, aliquoties *perduellem*, redegit in ordinem, reumque mortis in publicis Comitiis peractum, ferro tamen exemit, & una cum filio Theodone detrusit in Monasterium, sola pœnitentia sceleris pro pœna contentus. Adversus Longobardos, *Adriani* Pontificis precibus motus, gravem suscepit expeditionem, hosque semel & iterum fudit, *Desiderium*, eorum Regem, unà cum obsessa urbe Papia cœpit, fortissimæ alias gentis potentiam, per totam hactenus Italiam ultra 200. annos protractam, in totum fregit. Saracenis magnam quoque Hispaniæ partem ademit. Saxones, per absentiam *Caroli* in bello Hispanico animosiores redditos, Duce *Wittekindo* novas turbas excitantes, fortiter oppressit.

Tanta belli pacisque decora plus decoravit *Carolus*, Religione, Justitia, Clementia, & omni reliqua augusta virtute: Quibus omnibus sic eminuit, ut inter retrò Principes parem non habeat, inter sequentes vix majorem. Christianam fidem quà quà patet Europâ late diffudit, & hostes ejus non tam sibi quam Ecclesiæ subdidit. Episcopatus, templa, Monasteria passim quot non erexit? ornavit? ditavit? non minus instruendo magnificus, quam munificus in cæteris. Prout *Parisiense* & *Papiense* Gymnasium, vocatis undique doctis viris instituit. *Bononiense* item, vetustate hactenus prolapsum, restauravit. Tandem ob ingentia merita, præsertim in rem Christianam, *anno Christi* 800. ipsa natali Domini in Basilia D. Petri, Romæ, à Leone III. Pontifice, inauguratur Romanorum Imperator, plaudente Clero, gratantibus Proceribus, acclamante Populo: *Carolo Augusto, Magno, Pacifico, Vita, & Victoria.* Inde tentatæ nuptiæ *Irenis* cum Augusto nostro, ut ita Oriens atque Occidens sub unum Sceptrum denuò coirent, sed rem hanc turbavit *Nicephorus*, qui, exauctoratâ Irene, Græcorum invasit imperium. Demum *Carolus*, Imperatorii nominis amplitudine insignis, Româ posthæc abscessit, ac circumlaturus pacis suæ bona, *Aquisgranum* contendit. Ibi, conventu Principum habito, per nova Sacramenta omnes sibi obstrinxit, Imperium æquissimis legibus circumscripsit, Oratores, qui jus dicerent, & controversias dirimerent, constituit, ita, ut sub tanto Domino Germania nostra non potuerit nō ad summa crescere, atque intra breve tempus eò provenire, ut, veluti novus mundus, cæteris regionibus præstantior habita fuerit. Fractus denique ætate hic Pater Orbis, & Restaurator Imperii per Occidentem immortalis Gloriæ, *Carolus Imperator Augustus, pius, felix*, condidit testamentum, in quo Provinciarum partitio inter tres filios suos continebatur, & quidem ut Ludovico tributa *sit Aquitania, Gallia item Lugdunensis & Narbonensis*, Pipino alteri filio, *Italia, Bojaria Cisdanubiana, & pars Alemanniæ*; Carolo verò natu majori, *Boica transdanubiana, & reliqua Galliæ ac Germaniæ ditiones.* Verum *Carolus* & *Pipinus*, turbato naturæ ordine, patris mortem prævenerunt. Sicque rebus omnibus ex sententia confectis, honorum & laborum satur, *Aquisgrani anno Christi* 814. ætatis 72. Regni Francisci 47. Imperii 14. morbo confectus obiit, ibique in æde D. Virginis quam ipse vivus magnificè extruxerat, reconditus est: Symbolum ejus: *Christus regnat, vincit, & triumphat.*

Testamentum Caro- | li, & partitio provinciarum

Ludovicus I.

144 Sicuti hujus Parenti res præclarè gestæ *Magni*, ita huic studium pietatis & religionis *Pii* cognomentum dedit. Jam ante à Patre Cæsar dictus, audita ejus morte mox Aquisgranum ex Aquitania properans, capessit Imperium, ibique Legationes diversarum gentium audivit, & cum *Leone* Imperatore Constantinopolitano fœdus & amicitiam iniit. Primum ei bellum movit *Bernardus*, Caroli M. & *Pipino* nepos, qui tamen mox ab eodem oppressus, oculis privatus, & monasterio inclusus, triduo post mortuus inventus est. Inde Bellum Danicum ex sententia confecit, & *Haraldum* Regem, exulem regno restituit, hac conditione ut cum tota *Danorum gente Christianam religionem* profiteretur. Post *Britanniæ* citerioris Præfectum, qui se Regem dixerat, acie victum peremit. Cumque autem reliquos Pacis turbatores compressisset, infelix Pater, à tribus filiis, *Lothario, Pipino & Ludovico* captus, & imperium, propterea quod in Carolum natu minimum propensior fuisset, ejurare coactus est. Sed populo tumultuante, à Proceribus Germaniæ conventu *Neomagi* habito, pristinæ restitutus est dignitati. Non multò post tamen, cum filii de novo se in Patrem armarent, morte bellum hoc parricidale, postquam annos 27. imperasset, & 64. vixisset, prævenit, *Anno Christi* 840. Symbolum ejus: *Omnium rerum vicissitudo.* Divisit tamen ante Imperium inter filios, & dicitur *Lothario* obtigisse Italia, & quicquid à Mosa flumine ad Austrum vergit: *Carolo*, quicquid occidentem spectat: *Ludovico* sola Bojaria: Pipinum autem, quartum filium mors jam abstulit. Sed hæc partitio mox in partes & bella collisit fratres; nam

Lotharius I.

145 Ludovici Pii filius natu maximus, intellecta Patris morte citatis itineribus ad volat ex Italia, plenus spe potiundi rerum omnium, quas Pater tenuerat. Qui cum ex æquo Provincias cum fratribus non divideret, hos, ad bellum pronos, magis magisque concitavit, ut infestis signis ad *Fonteniacum* vicum in Gallia Lugdunensi concurre-

currerint, & pene ad ixitium gentis & Nobilitatis Franciæ pugnarint. Perierant enim hoc in prælio plus quam centum millia hominum, victusque *Lotharius*. Qui cum denuò ad *Argentoratum* in eadem causa pugnasset, fratribusque inferior esset, Imperii vires sic enervavit, ut si hostium quis Galliam invasisset, facile universâ potitus esset. Pacem demum hoc pacto ineunt, ut *Lothario* cederet Belgica prima, eaque pars *Austrasiæ*, quæ ab ejus nomine *Lotharingia* dicitur, Item Burgundia, Provincia, Italia cum Imperii axiomate ac dignitate. *Ludovicus*, sub titulo Regis Germaniæ teneret Boicam & quicquid Regionum in Alemannia, Pannonia, Norico longe lateque procurrit, cum quibusdam partibus vitiferis ad Ripam Rheni Gallicam. *Carolus*, sub Regis Franciæ nomine Franciam occidentalem, à Mosa flumine ad Oceanum Aquitanicum; *Lotharius* tandem, vanitate mundi, & rerum adversitate pertæsus, deposito regno, se Monasterio Brunensi inclusit, & filiis, *Ludovico* Italiam cum Imperio, *Carolo* Galliam & Lotharingiam concessit, *anno Christi* 855. Imp. 15. paulo post in dicto Monasterio placidè obiit. Symbolum: *ubi mel, ibi fel.*

Ludovicus II.

146 Disponente sic in vivis Parente, Imperii sceptrum & Coronam Romæ à Joanne VIII. Pontifice accepit. Princeps pius, comis, justus, & meri candoris. Hic adepto Imperio cum *Basilio* Constantinopolitano Imp. de *titulo Imperatoris* diu litigavit. Saracenos in Italiam irruentes repressit, Capuam perfidam delevit, obque idem delictum & Adelgisum, Ducem Beneventanum Italia expulit: cum *Carolo Calvo*, Francorum Rege, discordi semper vixit animo. Compositis tamen hisce inimicitiis, moritur Mediolani, sine herede Masculo, *Anno* 875. Imp. 19. aliis 21. Symbolum: *Par sit fortuna labori.*

Carolus Calvus

147 Fuit hic filius natu minimus *Ludovici Pii*, qui, conciliato sibi Pontifice, Imperium adeptus, frustra renitente Ludovico Germanico, qui ætatis prærogativa præcellebat, cum *Britonibus* & *Nortmannis* varia dimicavit fortuna. Saracenos similiter aliquoties repressit. *Ludovici* tamen filiis, quibus Lotharingiam eripere gestiebat, bellum movit non necessarium, unde & infeliciter prorsus cum his pugnavit, & primum à Ludovico ad *Andernacum*, postea à Carolomanno & Carolo ad *Veronam* victus, fugatus, & non sine veneni, à proprio suo Medico, Judæo *Sedechia*, accepti suspicione, tandem Mantuæ vita exutus est, *Anno Christi* 877. Imp. 2. Symbolum: *Justitiam injustitia parit.*

Ludovicus III.

Filius Calvi, *Balbus* dictus, ob tarditatem loquelæ. Vir mansuetus, probus, antiqua fide & pacis æquè ac religionis amans. Hic, non sine dissensu Procerum Italiæ, Pontificis tamen autoritate, Imperii titulum usurpavit, sed cum esset debilis & morbosus, moles Imperii eum mox oppressit: *Anno Christi* 879. Imp. 1½. Symbolum: *Quod Pastori, hoc & ovibus.* Sunt, qui negant hunc fuisse Imperatorem. 148

Carolus III.

Cognomento *Crassus*, Ludovici Regis Germaniæ filius. Huic jam antea Imperii Proceres favebant, & hinc quoque summam rerum adeptus est. Hic Saracenos Italiam vastantes prostravit, Normannos etiam Pannonesque variis præliis afflixit; sed cum *Richardam* conjugem temerè pelleret, ex inani suspicione violati thori, & porrò non minus mente langueret quam corpore, tanquam inutilis Reipublicæ omnium odio cœpit conflagrare, & à Germanis Imperio cedere jussus est. Exauthoratus *Carolus*, ab omnibus desertus, eò miseriæ & egestatis redactus est, ut etiam precarium victum ab Arnulpho successore suo mendicare debuerit. Obiit demum non multo post, præ mœrore animi, religionis studio & amore doctorum hominum laudatus Princeps, *Anno Christi* 888. Imp. 8. Symbolum: *Os garrulum intricat omnia.* 149

Arnulphus.

Hic exautorato Antecessore Imperator factus, in Principio contra Normannos sat egregium se præstitit; *Ungaris*, quorum nomen hic primum audiri cœpit, Pannoniam, Germaniam mirè spoliantes non ita feliciter restituit. Sic & in reliquis actionibus & Institutis bellicis, prior fortuna eum prorsus deseruit. Cum enim fama eum *illegitimè* natum ferret, omnibus despectui esse cœpit, ita ut sub eo quisque Procerum rapuerit, quod voluerit. Hinc enim Italiam *Berengarius*, isthinc Galliam *Guido*, hic Burgundiam *Rudolphus* sibi vindicarunt. Contra hos rebelles Duces, præprimis *Berengarium*, varias quidem expeditiones suscepit, Roma armata manu occupata, bellum tamen hoc, uti non adeo feliciter, ita nec sine Italiæ pernicie gessit. Unde invisus plerisque, aliquoties veneno tentatus est, cui cum accederet morbus articulatus, vel ut alii Phthiriasis, morbus pedicularis, extremum diem clausit. *Anno Christi* 899. Imp. 12. Symbolum: *Facilis descensus Averni.* successit 150

Ludovicus IV.

Arnulphi filius, Puer septennis, Bussier 151

 habet

habet duodecennis, *Forchemii* à Proceribus salutatur Imperator. Sub tutela fuit *Hattonis Moguntinensis* Antistitis, & Ottonis Saxoniæ Ducis, præter titulum parum de Imperio possedit, & ut solet sub *Regibus pueris*, Imperium Carolinum in hoc juvene consenuit. Nam *Hungari*, gens Imperio fatalis, Saraceni, Aphri & Slavi, passim grassari ferro, vastare flammâ, densare prædas, cœdes, rapinas hominum, omnia denique susque deque agere, ipsius etiam *Attilæ* tempora optabilia reddiderunt. Tantis turbis imparem se videns Ludovicus, præ ægritudine animi, in flore adolescentiæ suæ sine prole mortuus est Ratisbonæ, *Anno* 912. ætatis 19. Imp. 12. Symbolum: *Multorum manus, paucorum consilium.*

Conradus I.

152 Stirpe Carolina extinctâ, Proceres Imperii Ottoni *Saxonum Duci* Imperii fasces obtulerunt, is tamen ob canitiem capitis honores oblatos recusavit, & rogatus de consilio, *Conradum* Franconiæ Ducem, ut eligerent, suasor & autor fuit. Fuit *Conradus* Princeps strenuus, animo & corpore validus, bonus militia & usu rerum. Æmulos suos partim vi, partim ingenio vicit. Ab *Hungaris* Germaniam quidem liberavit, *annuum* tamen *tributum* iis promisit; ita infelici præprimis successu, cum Henrico Saxoniæ Duce bellum gessit: cum enim *Mersebburgum* obsideret, Henricus exercitu collecto obsidionem istam solvit, eumque tanta clade affecit, ut proverbio quæsitum fuerit; *Num infernus tot cæsos Francos capere potuisset?* At cum æger corpore spectaret vicinam mortem, convocatis Primoribus, commendat *Henricum Saxonem*, hostem & adversarium suum, virum regiis dotibus, & quem ipse maximè parem crederet tantæ moli. Obtento assensu, mandat Eberhardo fratri, Augustalia insignia deferre ad futurum Regem: memorabili certè exemplo, salutem publicam privatis odiis præferens, gloriosius Principatum reddidit, quàm accepit. Septem annos cum imperasset, morbo lethali correptus, obiit *anno* 919. Symbolum: *Fortuna, dum blanditur, fallit.*

Henricus Auceps.

153 Sic dictus, eò quod Legati *Eberhardi*, Franconiæ Ducis Imperii insignia ad se deferentes, eum in aucupio deprehenderent. Ex stirpe *Wittekindi* prognatus, Patre *Ottone* Saxoniæ Duce, & Matre *Luitgarda*, Arnolphi Imp. filia. Titulum & insignia Augustalia sibi oblata, lubenti quidem animo suscepit, *unctionem tamen Papæ, & coronandi ritum* solennem recusavit, satis sibi ducens, ut præ majoribus suis Rex diceretur. *Burchardum*, Ducem Sueviæ, & *Arnulphum* Bavarum, novas res molientes, sapientia magis quàm vi absterruit, illum ad pacem modestissimè flectendo, hunc ita tenendo, ut se suaque omnia ipsi promitteret. Devictis Hennetis, Slavis, & Wandalis, *Marchionatum Brandenburgicum fundavit*, Marchiam item *Misnensem* ut & *Lusatiam*, adversus *Bohemos & Polonos* feliciter defendit. *Hungaros* crebris excursionibus Germaniam vastantes, bis prælio vicit, capto eorum Duce, nec aliter dimisso, quam post pactam 9. annorum pacem, illisque pro tributo, quod hactenus pependerat Imperium, *canem villaticum scabiosum*, tonsum, auribusque & cauda truncatum remisit. His devictis vicit & Danos, pacem petere coactos, subactaque *Jutia, & Slesvico* expugnato, Marchionatum *Slesvicensem* constituit, & hujus tempore *Marchionatus isti* in Imperio nostro ortum duxêre, pro tuendis Imperii finibus contra assiduas hostium incursiones. Res Christiana huic Imperatori quoque incrementum debet, ejus enim inductu *Abotriti & Vandali*, ad veram fidem perducti, Dani & Nortmanni eandem denuò, postquam aliquamdiu defecissent, amplexi sunt: Dignus proinde Princeps, quem *Baronius* pulcho elogio vocat *Decus Religionis Christianæ*. At Romam ad consecrandum se à Pontifice properans, cum jam ante filium suum Ottonem pro successore Imperii Principibus commendasset, paralysi interceptus, placidè obiit, *Memlebiæ* Thuringorum, & Quedlenburgi, quam ipse è fundamento exstruxerat, & *D. Petro* dedicaverat, sepultus, *Anno Christi* 936. ætatis 60. Imp. 16. Symbolum: *Piger ad pœnas, ad præmia velox.* Italici Scriptores hos 3. ultimos Principes in Catalogo Imperatorum omittunt, eò quod à summo Pontifice non consecrati sint.

Recusatio unctionis Papæ, & ritus coronandi.

Marchionatus Brandeburgensis Lusatia, Jutia, Slesvicum.

Otto Magnus.

Cognominis tanti mensuram implevit factis, Magnus pace & bello Princeps. Hic licet à Patre Imperator designatus esset, ex innata tamen modestia titulo illo abstinuit, donec mortuo parente *Aquisgrani* ab *Hildeberto*, summis utriusque Ordinis viris præsentibus, coronatus est. Paternarum virtutum felicissimus extitit imitator. Initio bella civilia feliciter confecit. *Henricum* fratrem Germanum sibi Imperium vindicantem, hujusque confœderatos, *Eberhardum* Franconiæ, nec non *Gilbertum* Lotharingiæ Duces, Rebelles, cum *Tarquardo* fratre notho, in ordinem redegit. *Boleslaum* quoque Bohemiæ Ducem rebellantem, ad obsequium reduxit; *Slavorum* gentem immitem, imposito gravi tributo, ad mitiora instituta flexit. *Heraldum* quoque Daniæ Regem feliciter superavit, ad Christianismum convertit, eumque ut subditis idem injungeret, commovit. *Hungaros* denuò Germaniam invadentes, variis præliis profligavit. Cum 50000. armatorum Italiam ingressus *Berengarium*, & ejus filium *Adelbertum* 154

bertum ad obsequium retraxit. Inde in Galliam abiens, *Ludovicum Franciæ Regem, Hugonis* aliorumque factione carceri inclusum, eripuit, regnoque restituit. Interea *Berengarium* & *Adelbertum* de novo rebellantes, victos captosque in exilium proscripsit. Quamvis autem Otto continuis ferè armis distentus, pacis tamen studia decora innexuit, *Donationes* veterum Romanorum Imperatorum *Ecclesiæ Romanæ factas*, novo decreto sanxit. Infideles victos Christo magis quàm sibi subdidit. Episcopatum *Magdeburgensem, Misnensem & Merseburgensem* liberaliter condidit: templa item & cœnobia plura extruxit, refecit vetera, collapsa restituit: adeò nempe hostes ferro, at cœlum interim auro expugnavit. *Magdeburgum & Coloniam Agrippinam* etiam jure civitatum Imperii decorasse fertur. Tandem Magnus hic Princeps, cum ante Romæ à Pontifice *Joanne XII.* Coronam Imperii sibi imponi passus esset, aliquando media nocte surgens ad psallendum Deo, cum reliquis Agentis, morte tactus placidè obiit, *Menlebii Magdeburgi* in templo Cathedrali à se extructo sepultus, *Anno salutis* 974. Imperii 36. Symbolum ejus: *Aut mors aut vita decora.* Huic surrogatus

Episcopatus Magdeburgensis, Misnensis, Mersebur-gensis.

Otto II.

155 Jam ante à Patre Collega Imperii assumptus, Romæque à Pontifice *Joanne* coronatus, Patre mortuo denuò ab Ordinibus proclamatur Imperator. Invidit ei hanc dignitatem *Henricus* patruelis, Bavariæ Dux, eumque associatis sibi Danorum, Polonorum & Bohemorum auxiliis bello petiit, sed oppressus, mox reliqui omnes armis positis cum Imperatore in gratiam redierunt. *Lotharingiam* à Gallis ereptam, Germaniæ rursus copulavit. In Italiam veniens, Romanos Principes ad convivium vocatos, subitò armis cinxit, & hactenus crebrò ex illis rebellantes securi percussit: unde ab Italis nomen *Sanguinarii* ipsi attributum fuit. Contra Græcos, Saracenorum ope *Calabriam & Apuliam* recuperantes, exercitum ducens, grave passus est infortunium, quod tamen brevi resarsit: cæsis enim primo vultu copiis suis, natando per mare fugiens, interceptus à Pyratis, extremum subiisset discrimen, nisi Græca lingua, quam optimè callebat, se mercatorem simulans, victorum manus effugisset. Collectis tamen paulò post de novo copiarum reliquiis, *Saracenos* tam cruento afflixit prælio, ut *pallida Saracenorum mors* diceretur. Gravem similiter de Beneventanis sumpsit vindictam. Romæ denique, Ottonem filium suum successorem Imperii declarat, privatas opes in quatuor dividens partes, unam filio, duas Ecclesiæ, quartam Aulæ suæ Ministris. Tandè ibi præ mœrore animi, vel ut alii non sine veneni suspicione, extremum diem clausit. *Anno Christi* 983. Imp. 11. vel ut alii 17. ætatis 29. Symbolum: *Pacem cum hominibus, cum vitiis bellum.* Successit huic è voluntate Patris filius

Otto III.

Decem vix annorum puer, unde in communi, Das Kind appellari consuevit. *Mirabilia mundi* dictus, an ob heroica facinora, num verò ancipitem fortunam, incertum est. Cum à Principibus Germaniæ Imperator Romæ salutatus esset, à *Gregorio V.* Pontifice, qui aliàs Bruno cognominatus, Imperatoris hujus propinquo, cum *Maria Augusta*, Augustalibus insignibus decoratur, inde reducem in Germaniam novæ mox revocant turbæ: *Crescentius* enim, Consul Romanus, *Gregorio* deposito, cum *Joannem XVII.* substitueret, aliasque seditiones excitaret; Cæsar irarum plenus, citato agmine Romam repetit, & Crescentium in Castello S. Angeli aliquamdiu obsessum, capit. Isque Majestatis reus, jussu Cæsaris è superiore propugnaculo datus est in præceps: inquiens Imperator: *Dejicite eum, ne Romani dicant, suum nos Principem furatos esse.* Inde asino, vultu ad caudam converso, per urbem vectus, naso auribusque truncatus, demum cum aliis 12. seditiosis, infami trabe suspensus est. *Gregorium* verò, Joanne Pseudo-Pontifice oculis orbato, & in Germaniam relegato, in integrum restituit. Sub hoc Gregorio & Ottone *jus eligendi Cæsaris ad solos Germanos, & ex his ad certos quosdam Principes* arctatum esse creditur, cum ante universis competeret. Forma decreti hæc est: *Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem vendicato: Principes sacri Ordinis tres, Profani totidem cum eliguntο; hi, si discordes fuerint, Bohemiæ Regem cooptanto,* licet alii aliter de hoc Electorum ortu sentiant. In Poloniam sacrum iter, causa visendi sepulchrum *S. Adalberti* Episcopi instituens, *Boleslaum*, illius gentis Principem, à quo exquisitissimis honoribus exceptus & habitus erat, imposita ei corona, *primum Poloniæ Regem creavit.* Roma discessurus à Crescentii suspensi vidua, quæ illo familiariter usa, atque Imperatricem se fore spem conceperat, chirothecas veneno illatas, mira arte factas, dono accepit, quas ille induens vitam exuit, post paucos dies, adeò nempe probatissimum est illud *Sirach.* 42. *v.* 14. *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Fuit de cætero Princeps æque justus ac clemens, munificus in Ecclesias, amans doctorum hominum. Illud aliqui ei passim exprobrant, quod Crescentium Consulem, contra fidem datam, occiderit. Obiit ex Italia redux in itinere, & in Germaniam delatus, Aquisgrani sepultus est, nullam post se relinquens prolem. *Anno Christi* 1002. ætatis 30. Imp. 17. Symbolum: *Unita virtus valet.*

156

Electio Imperatoris.

Primus Rex Poloniæ.

Henricus II.

157 E Ducibus Bavariæ Henrici Aucupis Pro-

Pronepos, à vitæ integritate *Sanctus* dictus. His clarus majoribus, sed clarior parente altero S. Wolffgango, cujus disciplinæ traditus, eas capacissimo animo virtutes induit, quas postea in Rege suspexit orbis universus. A Primoribus Regni Imperator constituitur, Electione facta, *Eckhardum* Thuringum & *Henricum* Austriacum, qui suffragiis reliquorum non consenserant, repressit. Ipse igitur prævalentibus votis ac meritis *Moguntiæ* salutatus est Rex, à *Willigiso* ejus loci Antistite coronatus & unctus est. Et hunc esse illum Willigisum, qui natus Patre hamaxurgo, Moguntinis insignibus primus invexit rotam. Mox Henricus *Hardvvigum*, Italiam tyrannicè occupantem, ad incitas redegit, *Hennetos* ad paganismum regressos coercuit, *Bohemos & Polonos* ad vetera pacta tuenda coegit. Apuliam à Saracenis abreptam, Imperio restituit. Religionis propagandæ studiosissimus fuit; *Giselam* sororem suam, non minus formæ, quàm pietate cultissimam, nuptui dedit *Stephano Ungarorum Regi*, quibus tædis *veræ fidei lumen ingente illa accensum*, novo Henricum elogio illustravit, ut *Hungarorum diceretur Apostolus.* Regiones item Slavorum, & magnum latè Septentrionem Christiana luce perfudit. In extruendis templis & Cœnobiis non minus magnificus quàm munificus fuit; fundavit *Episcopatum Bobiensem in Italia*: adjuvit *Misnensem, Hildesiensem, Paderbornensem, Magdeburgensem & Argentinensem*; *Merseburgensem in Saxonia* nitori pristino restituit, maximam verò liberalitatem suam effudit in *Episcopatum Bambergensem*, quem & Regio sumptu condidit, & amplissimis insuper opibus recreavit. Porrò fuit ingentis in Deum fiduciæ, patientiæ in adversis, moderationis in prosperis plusquam humanæ, erga hostes mitissimus, in rebelles clemens, liberalitatis inusitatæ, non alio fine amavit fluxas opes, nisi ut fluerent in egenos. *Babonis* Abenspergensis 32. *filios*, sibi à Patre dedicatos, dignis honoribus extulit. Afflictas ab hostibus urbes recreavit propria impensa, ubique in id intentus, ut bene agendo & faciendo tempus omne divideret. Denique S. hic Imperator, conjux, & virgo morti proximus, *Kunegundem* conjugem suam, proximis suis memorabili hac voce restituit: *recipite, quam mihi tradidistis, virginem vestram.* Obiit demum pientissimè *Anno Christi* 1029. ætatis 52. Imp. 24. Sepultus *Bambergæ* in Basilica à se extructa, & *Anno* 1152. ab *Eugenio M.* Pontifice in SS. numerum relatus. Illustrior post mortem miraculis, quàm in vita Imperio fuit. Symbolum: *Ne quid nimis.*

Episcopatus Bambergensis.

Conradus II.

158 Post 3. Regnorum interregnum Proceres Germaniæ, hunc Ottonis M. abnepotem Franconiæ Ducem, cognomento *Salicum* elegerunt, & Romæ à Joanne XX summo Pontifice coronatur Augustus, decorarunt inaugurationem Reges Gemini, *Rudolphus* Burgundiæ & *Canettus* Anglorum. Princeps fuit laudatissimus, qui è genio *Caroli M.* omnia ordinavit, in publicis comitiis jura utiliter distribuit, Ecclesias summopere fovit, antiqua beneficia militibus confirmavit, novis eos sibi obstrinxit, tanta cum laude, ut post *Caroli M.* tempora, nemo Imperiali sede ferè dignior habitus fuerit. Primum per *Saxoniam*, *Bavariam, Franciam & Alemanniam* transiens omnes provincias laudabiliter composuit, & Imperium restitutione *Burgundiæ* auxit. Ex post *Hungaros* ad deditionem coegit, *Bohemos* itidem & *Polonos* felici bello compescuit. Exortâ in Italia seditione, plebs contra Magistratum incœpit fremere, miscere cœtus, provocare ad arma: obtentui erat perennis Regis absentia, immoderatio vicariorum, tenuiorum oppressio, legum ac justitiæ neglectus. Ea re comperta *Conradus* dixisse dicitur: *Bene habet, Italia leges esurit, Ego, Deo favente, eam legibus satiabo.* Fecit, & coactis *Ticini* comitiis, leges tulit, defectoribus parum gratas. Hinc designato prius per Proceres Rege ejus filio Henrico III. aliisque rebus peractis *Trajecti* Frisiæ mortuus, & cadaver *Spiræ in Basilica D. Virginis* Regio more reconditum est, *Anno Christi* 1039. Imp. 15. Symbolum: *Omnium mores, tuos imprimis observa.* Huic vita functo filius

Henricus III.

Niger dictus, à nigra cæsarie successit. 159
Princeps in agendo felix, prudensque. Initio Bohemos bello fatigatos, tributum annuum sibi pendere coegit. Post Polonos Rebelles domuit, inde & Hungaros magnis vicit prœliis, eorumque Regem *Petrum* ejectum restituit, totamque Regionem pacavit. Post hæc ingressus Italiam causæ Pontificum se ingerit; abdicante Gregorio VI. in Concilio Sutrino, communi aliorum consensu sufficit *Suitgerum Episcopum Bambergensem*, qui natalitiis Christi consecratus & *Clemens II.* dictus, & ut imposterum quoque summorum Pontificum securitati caveret, jurejurando Romanos adegit, *nunquam se Papam electuros esse sine Imperatoris permissu.* Author deinde fuit novo Pontifici, ut labem Simoniacam, quæ tunc passim affligebat Ecclesiam, coacta Synodo proscriberet. Pacatis ita in Italia rebus, remeat ad Germanos; Proceres res novas molientes, cogit in ordinem. *Henricum* triennem filium, in publicis Comitiis Collegam nuncupat. Tandem accepto tristi nuncio de ingenti suorum clade, in prælio adversus *Lutitios ac Venetos*, obiit præ mœrore animi, Bottfeldii in Saxonia præsente Victore II Pontifice & plurimorum Procerum frequentissimo cœtu, *Anno Christi* 1056. ætatis 39. Imp. 17. Symbolum:

lum: *Qui litem aufert, execrationem in benedictionem mutat.* Successit ei filius

Henricus IV.

Adolescentulus 7. annorum, sub prudente Matre, verùm Principes Germaniæ molestè ferentes, Rempublicam per fœminam geri, *Henrico Tutores Moguntinum & Coloniensem Archi-Episcopos*, penes quos summa rei esset, dederunt, Anno ejus 18. bella passim exarserunt, quæ cum ultra 20. annos durarent, fortitudinis specimina non contemnenda edidit, & sunt, qui scribunt, Martem hunc *bis & sexagies* cum hostibus conflixisse, unde à continuo ferri usu nactus ferreum animum in omne bonum obriguit, mollis duntaxat in probra & flagitia. Ecclesiæ magnus hostis. Pontifices partim armis, partim oppositis Antipapis insectatus est: à quibus aliquoties diris devotus, semel etiam visus est resipuisse, dum Romæ supplex factus, ibique Regio cultu deposito, nudis pedibus, jejunus, frigidissima hyeme per triduum stetit ad exorandam anathematis veniam, quam etiam quarto demum die in Pontificis conspectum admissus, solenni ritu obtinuit. Verum pœnitenda est pœnitentia, quæ solum ideo dolorem concipit, ut mox pariat gravius dolenda. *Henricus* brevi post resumit ingenium, abrumpit pacta, instaurat factiones veteres cum Ecclesiæ perduellibus, & indies deterior, non gradu, sed impetu rui in pejora. Itaque Saniores Germanorum exosi monstrum Principis, magno consensu eum *abdicant*; leguntque novum Regem *Rudolphum* Sueviæ Ducem: is tribus præliis contra Henricum victor, in ultimo amissa dextra occubuit. Interea Proceres Germaniæ cæso Rudolpho *Hermannum* Luzelburgicum Goslariæ in Regem evehunt, sed is in tantam est redactus infamiam, ut per ludibrium *Cæsar Knoblauchius* unicè vocatus sit. Ex post *Conradus*, filius ejus natu major contra Patrem Rex Italiæ salutatus, Regnum hoc per novennium magna moderatione gessit, accensus eo facto Pater, alterum filium *Henricum* Regem Germaniæ nuncupat, sed hic postea hortatu Procerum palam à Patre deficit: armatique uterque parens & filius in mutuam necem, sanguis sanguini, Castra Castris opposita, exutus Imperio parens, Leodii infelix obiit, corpus ejus integro quinquennio sepultura caruit, donec tandem concessu Pontificis, Majorum mausoleo Spiræ reconditum est; obiit *Anno Christi* 1106. ætatis 55. Imp. 50. Symbolum: *Multi mala sciunt, se autem nemo.*

Henricus V.

160 Hic Imperii fasces Parenti vi extortas, nunc in totum retinuit, Romam veniens, partim Imperialis coronæ causa, partim ut dissidium inter Rempublicam & Pontificatum componeret, cum Pontifice ad sanguinem usque ob investituram Clericorum litigavit. Unde ipse saucius milites suos ita concitavit, ut unum hoc vulnus innumeris motibus repræsentaretur. Victus *Paschalis* Papa captusque, Imperatoris voluntati annuit, investituras restituit, & Imperatori in Vaticano Augustalem coronam solenni ritu imposuit. Henrico Italia discedente Papa sententiam revocavit, atque excommunicato Imperatore, maximas in Germania excitavit turbas. Firmata tandem pace, *Ludovico* Gallæ Regi bellum movit, quod & gessit cum *Roberto* Flandriæ Comite, *Colomanno* Hungarorum, & *Boleslao* Polonorum Regibus, nullo vel gloriæ vel fructus laude. Motuum tandem pertæsus, & infausti schismatis, cum *Calixto* II. Pontifice redit in gratiam, *ejurato jure creandi sacros Antistites.* Quo modo discussa tempestate sua Ecclesiæ & Imperio pax & Serenitas refulsit, Imperator diris solutus, triennio post *Trajecti* moritur; nulla relicta virili stirpe. Anno 1125. ætatis 45. Imp. 18. Symbolum: *Mortem optare malum, timere pejus.* Surrogatur huic

Lotharius II.

E Saxoniæ Ducibus, Princeps virtute & Religione præstantissimus, armis & consilio providus, tenax justitiæ. Sacerdotes ut patres honorabat, viduas ut matres, in opes fovebat ut filios, & esurientium cibus, cœcorum baculus, miserorum verò spes & solamen perpetuò fuit, & cum subinde Augusta miserorum pedes ablueret, ipse eos sua Cæsarie tergere, libare osculo, & velut oblitus fastigii accumbentibus ministrare ad mensam solebat. Adversarium præprimis habuit *Conradum* Suevũ, indignè ferentem summam rerum iterum ad Saxones pervenisse. Sed cum laudabiliter Imperium administraret, factum, ut *Conradus* contemneretur, *Lotharius* verò ab omnibus, ut reparator decoris Imperialis amaretur. Bis Exercitum in Italiam duxit, primùm, ut *Innocentium* adversus *Anacletum* juvaret, & deinde, ut *Rogerium* Siciliæ Regem, qui *Campaniam & Apuliam*, aliaque bona Ecclesiæ invaserat, reprimeret. Ex Italia in Germaniam victor rediturus, in itinere non procul *Tridento* in vilissima casa subito morbo, vel ut alii scribunt, peste extinguitur. Anno Salutis 1137. Imp. 13, Princeps nunquam satis laudandus, Symbolum: *Audi & alteram partem.* 161

Conradus III.

Sueviæ Dux. Hic est ille, qui jam ante de hac dignitate cum *Lothario* contenderat, à Proceribus electus est Imperator, frustra ambiente & indignante *Henrico* superbo Duce Bavariæ, quem postea *Conradus* proscripsit, & ditione propria insuper denudavit. Id indignè ferens frater *Welphus* bellum 162

bellum à fratre inceptum continuavit, & *Lupoldum* in fratris bona ab Imperatore evectum, ejecit, nihilominus tamen Conradus *Winsbergam* hac conditione expugnavit, ut quicquid Matronæ humeris efferre possent, id bona pace liceret: arbitrantibus cunctis mundum muliebrem, aurum, gemmas, & similia cimelia, totam fore sarcinam; ipsæ repente succolantes Maritis, & dulcissimi oneris bajulæ, pulcherrimum Conjugalis fidei Specimen totis castris præbuere. Delectatus ingeniosa charitate Cæsar, cœtera quoque efferendi potestatem dedit. Et hic primum nata dicuntur factiosa illa nomina *Guelforum* ac *Gibellinorum*, nam *Guelphi* à Welpho, alii Welfone hoste Cæsaris, Cæsariani verò *Gibellini* dicti, à *Giblinga* natali solo *Conradi*. Itali eas voces postea, putantes *Guelfos* esse, qui studerent Pontifici, *Gibellinos* qui Cæsari, vernaculo Linguæ suæ genio in factionum titulos converterunt. Interea *Saraceni* captâ *Edessâ* Christiana urbe *Mesopotamiam & Syriam* sibi pene subjugarunt, unde bellum sacrum adversus Mahumetanos pro Hierosolymis, S. Bernardo sacrum classicum intonante, conflatum, quo Imperator hic cum *Ludovico* Rege Galliæ exercitu validissimo toti orbi subigendo sufficere viso, Turcis obviam ivit, eosque feliciter prima vice prostravit, sed à Græcis perfidè tractatus, militibus attritis & exhaustis re infecta domum redire coactus est, ubi deinde Domum redux Bambergæ, non sine veneni suspicione occubuit, postquam regnasset annos 14. Anno Christi 1151. Symbolum: *Pauca cum aliis, tecum multa.*

Pulchrum conjugalis fidei specimen.

Fridericus I.

163 A colore rufæ barbæ *Barbarossa* vel *Ahenobardus* dictus, Conradi III. ex fratre nepos, Sueviæ Dux, unanimi Procerum consensu Francofurti Rex salutatur. Vir Heroici spiritus. Initio Principatus pacem sanxit inter *Henricum Leonem* Ducem Saxoniæ, & *Henricum* Austriacum, de possessione Bojariæ contendentes, ea quidem lege, ut Austriacus se abdicaret Boica, orientali Marchia Saxo; ut deinceps Austria liber Ducatus esset, eique cederet provincia omnis, quæ ab *Oeni* ostiis ad *Anassum* usque porrigitur: Marchiones item Austriæ Ducis posthac titulo uterentur. Boicam verò teneret *Henricus Leo*. Italiam septies ingressus, plura in ea gessit bella, Romani tumultuantes domiti; *Derthona* ad deditionem coacta, direpta incensa *Spoletum* ferro & igne vastatum, excisa *Crema*, *Mediolanum* bis expugnatum, semel æquatum solo; *Ancona* in deditionem accepta, omnis porro *Italia* sub jugum missa. Collisus primum cum *Adriano IV.* Pontifice, qui eum coronaverat Augustum, dein cum *Alexandro III.* universam Italiam ad defectionem concitante, quem tamen captâ Româ ad Venetias usque fugientem prosecutus est. Veneti autem Papæ suppetias ferentes Friderici filium *Ottonem* adversus hos missum prælio navali superarunt, virumque cœperunt, Pater amore filii flagrans, diu noctuque de eo liberando cogitat, Veneti tamen non nisi hac conditione *Ottonem* remiserunt, ut ipse Cæsar Venetias veniret, cumque Papa præsens reconciliaretur. Quid fit? *Fridericus* variis implicatus bellis, partim suadente necessitate, partim filii humanitate adductus Venetias veniens Pacem Papæ recepit, eique ante templum *D. Marci* supplicem se dedit, sed non contentus Papa tantâ Imperatoris modestia collum insuper *Friderici* ad terram pro strati, & absolutionem expectantis pede pressit, addita hac dura exclamatione: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.* Ad quæ *Fridericus* cum respondisset: *Non tibi, sed Petro:* illum denuò regessisse scribunt; *& mihi & Petro.* Hanc Imperatoriæ Cervicis suppressionem nonnulli in dubium vocant, licet non pauci summæ autoritatis historici id manifeste confirment. Porrò *Bohemiam* pacavit armis, *Silesiæ* pacem reddidit, *Daniæ* Regem sceptro investivit, *Bavariam Ottoni* Comiti *Wittelsbachio* permisit. *Henrico Leone* ditionibus suis exuto. Difficillimam denique in Orientem adversus Saracenos expeditionem suscepit, quâ his *Siciliam Armeniamque* minorem eripuit, & Turcas in maximi sui nominis terrorem conjecit. Demum rebus sic clarissimè gestis in amnem *Cydni* lavandi causa se immergens, in medio Victoriarum cursu aquis haustus extinguitur, supremo omnium mœrore luctuque, Anno Christi 1190. ætatis 70. Imp. 36. Symbolum: *Qui nescit dissimulare, nescit regnare.*

Marchiones Austriæ fiunt Duces.

Pontificis animadversio in Imperatorem hunc.

Henricus VI.

Barbarossæ filius jam ante ab eo Cæsar dictus, intellecta Patris morte adit Imperium, Romæ à *Cœlestino* III. Pontif. coronatus anno 1192. Hic *Neapolim* cœpit, *Siciliam*, *Ravennam*, *Anconam*, *Hetruriamque* domuit, *Cremonenses* verò & *Genuenses* privilegiis auxit; bellis in Italia adversus tumultuantes prosperè gestis, Exercitum in terram S. ducturus, Messanæ in Sicilia ardenti febri, alii dicunt veneno ab uxore *Constantia*, *Rogeri* Siculi filia, expiravit. Anno Christi 1198. ætat. 27 Imp. 8. Symbolum: *Qui nescit tacere, nescit loqui.* 164

Philippus II.

Neglecto Henrici filio, eò quod juvenis nimis & gubernaculo impar, pars Electorum eligit *Philippum*, *Henrici* fratrem, Pars *Ottonem* Saxonem, uterque Rex inauguratur, ille Moguntiæ, iste Aquisgrani. Unde ingentes in Imperio subortæ turbæ, ita tamen, ut prævaluerit *Philippus*, qui Ottone sæpius fugato rerum summa solus potitus est,

Contentio inter electos duos Rom. Reges, prævalente tamen Philippo.

est indignante etiam Pontifice, qui Ottonem Imperii infulis redimerat. Philippo autem Anno Imperii, 9. per summam injuriam a Palatino Wittelsbachio occiso in regio cubiculo *Bambergæ*, anno *Christi* 1208. cujus Symbolum: *Satius recurrere, quam male currere*; Successit

Otto IV.

165 Cui post cædem *Philippi* Imperium quidem confirmatum, non tamen ei felix & diuturnum fuit. Nam cum Pontificiæ ditionis quædam oppida capere, & *Friderici* Regis Siciliæ regnum, contra fidem datam invadere anniteretur, diris petitus Pontificiis Imperiique titulo privatus est; Ex quo res *Ottonis* vergere in deterius, ipse passim deseri, magisque indies vilescere. Ille tamen nihilominus Coronam per vim à manibus Papæ extorsit, sed nactus *Anti-Cæsarem*, dictum *Fridericum* Siculum, qui approbante Pontifice Imperator electus erat, contra hunc nitens *Otto* memorabili clade à *Philippo* Gallorum Rege victus, refugit in Saxoniam, ubi præ mœrore animi inglorius obiit, annos 4. postquam præfuisset Imperio, *Anno Christi* 1216. Symbolum: *Anser strepit inter olores.* Quo extincto

Fridericus II.

Barbarossæ nepos, Romæ coronatus est,
166 ab *Honorio III.* cum ab Italis mox homagium posceret, Pontificis anathema subiit, alio tamen prætextu, nempe quod expeditionem sacram non absolverat. Ictus hoc fulmine Cæsar movit demum in Palæstinam, & *Hierosolyma*, *Bethlemo*, & *Nazaretho* expugnatis, rem feliciter gessit. Domum redux omnia defectoribus plena reperit, quibus ad obsequiũ reductis, miserè laniavit Italiam. Cæsar enim insectari Pontifices, Patavium, Brixiam, Ferrarã, Sardiniam Insulam, & Petri Patrimonium sui juris facere, Episcopos partim ferro, carcere, exilio plectere, expilare templa, diripere Monasteria, omni denique modo grassari in Pontificios, & dicitur ob hanc causam Cæsar hic quinquies à Pontificibus excommunicatus, & ab iisdem solicitati Principes ad abdicandum illum, quod & factum. Cæsar hic *Duces Austriæ titulo Archiducum* honestavit, fundata *Academia Viennensis*, Neapolitana condita, & amplissimis privilegiis ornata, Bononiensis Patavium translata est. Cæsar, cum omnia sibi adversa cerneret, rediit in Apuliam, paulo post à *Manfredo* filio notho, injectu culcitræ præfocatus, *Anno Christi* 1250. ætatis 57. Imp. 38. Symbolum: *Minarum strepitus, Asinorum crepitus.* Hic fatis postquam concessisset, filius ejus *Conradus IV.* quadriennio ante Patris obitum, in consortium Imperii assumptus, nomen Imperatoris Augusti quidem usurpavit, victumque *Wilhelmum* Comitem Hollandiæ *Anti-Cæsarem* domum redire compulit. Sed veneno tentatus non diu superfuit. Unde in Germania *Interregnum* 22. annorum fuit. Nam etsi *Richardus* Angliæ Regis frater, nec non post eum *Alphonsus*, Rex Hispaniæ, Cæsares à nonnullis fuerint electi, ab omnibus tamen uti pro Imperatoribus habiti non sunt, ita semetipsos sponte abdicarunt. Quare cum Imperium nemo curaret, Electores in Comitiis Francofurtanis *Rudolpho* Comiti Habspurgensi Imperii fasces obtulerunt. 22. annorum interregnum.

Rudolphus I.

Archiducum Austriæ hic fuit *primus* Imperator, Princeps Strenuus, prudens ac in bellis componendis apprimè felix. Natus *Habspurgi anno Christi* 1218. *prid. calend. Maji.* eodem fere tempore, quo Ertuculus Ottomanni Primi Turcarum Sultani Pater. Solet hunc Deus Moysen Pharaoni opponere: nam certè gens Austriaca velut Deus est Turcarum. Egressus puerum, aulam adiit Friderici Imp. ubi gestorum dexteritate omnes tanta sui æstimatione implevit, ut transeunti, quamvis juniori, reliqui Palatini assurgerent. Astrologum fuisse in hac Aula, qui Rudolphum præcipuo quodam honore coleret, cumque ejus rei causam sciscitaretur Cæsar, respondisse, ex *Syderum positu* se habere compertum, hunc virum aliquando imperaturum. Sanctius præsagium, certe à sanctiore causa illud fuit. Venatum forte iverat *Rudolphus*, cum ecce occurrit Sacerdos, *sacram Hostiam*, supremum viaticum ægro laturus, & occurrit pedes, is aspectus pectus viri ita perculit, ut mox equo desiliens: *Et me vehi, te autem qui Servatorem meum portas, peditem incedere, indecorum vel impium sit; conscende igitur, & equum hunc tibi cape.* Jussio erat, non preces, paret ille, & iste nudato capite, humilis sequitur, deducit ad ædes ægri ac reducit. Post hæc translatus ad Aulam *Ottocari*, Regis Bohemiæ, primum Præfectus Palatii, mox summus equitum Ductor creatus, in bello adversus Hungaros, quo pro Ducatu *Stiriæ* pugnatum est, Victoriam non tam Bohemo, quam sibi peperit: destinante ei Numine terras illas, quas tunc alteri occupabat. Ex post *Anno* 1273. Francofurti *Rudolphus*, tum temporis *Basileam* obsidione premens, omnium consensu, excepto Bohemo, *eligitur Imperator*, accepto hoc læto nuncio solvit obsidionem & Francofurtum properavit, & Electorum votis annuit, inde *Aquisgranum* ivit, ubi *solenni ritu unctus est in Regem*, quâ in solennitate, cum Augustale sceptrum non foret ad manum, *Rudolphus Crucifixum arripuit*, inquiens: *Ecce signum, quo nos & totus mundus redemptus est, hoc signo loco sceptri utemur.* Antequam Aquisgrano discessum, Regnum per affinitates firmatum est, datæ in matrimonium filiæ, quas Rudolphus formæ & indole lectissimas ex prima conjuge *Anna* Comitissa Hochbergensi

167 Rudolphus I.

Pietas ergà SS. & Venerabile Sacramentum.

Sceptrum Imp. Rudolphi.

gensi septem, & totidem filios habuit; *Mechildis* Ludovico Palatino, *Agnes* Alberto Saxoni, *Hedvvigis* Ottoni Brandenburgico, secura pignora auspicati Imperii. Romanum Imperium in tranquillum statum reduxit. Adversus *Ottocarum* Regem Bohemiæ præcipuum gessit bellum, qui Legatos suos ob Austriam repetitam ad portas suspenderat, quem tandem non semel acie vicit, & in ultimo prælio interemit, cum quo quatuordecim millia armatorum cecidisse dicuntur; Inde *Wenceslao* occisi filio relicta Bohemia, desponsata ei *Gutha*, Rudolphi filia, Austria cum vicinis locis, à Cæsare *Alberto* filio, in Augustanis Comitiis, magno Principum consensu permissa. Pseudo-Fridericum, qui se pro Friderico II. Suevis ostentarat, *Nevesii*, vel ut alii, in oppido Wezlariæ igne jussit comburi. *Civitates Hetruriæ libertate donavit*, Germaniam ab hostibus immunem reddidit, atque in 14. conflictibus semper victor extitit. *Italiam nunquam ingredi voluit*, prætendens, quod Cæsarum Romam tendentium vestigia læta, magnifica, & bonæ spei plena videret, quæ tamen ex Italia redeuntium tristia misera & luctuosa essent. Princeps certe omni parte meritissimus, hac tamen præcipue, quod sit *Protoparens Augustissimæ Domus Austriacæ*, Clemens quoque ac mitissimus, præsertim post adeptum Imperium: cum rogaretur à familiari, cur modò esset lenior, quàm ante hac? respondit: *Severum & immitem me aliquando fuisse pœnitet, lenem ac placabilem nunquam.* Demum cum Erphordiæ decumbere inciperet, *Spiram*, ubi sepeliri gestiebat, properavit, sed fato præventus, *Germersheimii* obiit, *Anno Christi* 1291. ætat. 73. Imp. 18. Ejus Symbolum: *Melius bene imperare, quam Imperium ampliare.* Quo defuncto

Adolphus

168 *Comes Nassovius* Imperator electus, Princeps rebus gerendis impar, qui neglecto Imperio, privati commodi gratia unicè bella gessit, quo ipso cum omnes offenderet, inita sunt consilia de Adolpho abdicando, tanquã inutili rei gerendæ, quod & factum, suffecto in ejus locum *Alberto Austriaco*: qui acie cum æmulo congressus levi eum vulnere juxta oculum perstrinxit, alii dein circumventum obtruncarunt; alii scribunt, quod in Prælio prope Wormatiam, propria *Alberti* manu confossus perierit, *Anno Christi* 1298. Imp. 7. Symbolum: *Præstat vir sine pecunia, quam pecunia sine viro.*

Albertus Austriacus.

169 Rudolphi Cæsaris filius. Huic Imperium, cæso Adolpho, nullo penitus refragante confirmatum est. Bella varia, ipseque duodecies in acie stetit, multa & is privato commodo quæsivit; Namque *Austriam, Carniolam* atque *Styriam* hereditariam fecit, Marchiones *Thuringiæ* Ducatu exuere gestiens magna clade afficitur. Fuit de cætero Princeps magnanimus, alienus à sævitia, tardus ira, offensionum minime tenax, munificus, diligens veritatis, osor bilinguium, & maximè detractorum alienæ famæ, patiens reprehensionis, etiam in publico. Tria potissimum fertur habuisse in pretio; *devotos Clericos, pudicas mulieres, milites generosos.* Demum Badenâ Rheinfeldam pergens, à *Joanne Rudolphi* fratris filiô, cui tanquam Tutor Sueviæ Ducatum justò diutius obtinuerat, nefario parricidio prope Rhenum confossus est, *Anno Imp.* 10. *Christi* 1308. Symbolum: *Quod optimum, idem jucundissimum.* cui successit

Henricus VII.

Comes Luxemburgicus, magno Electorum consensu obtinet Imperium; cui tunc 170
non obscurè imminebat *Philippus Pulcher*, Rex Galliæ, satagens illud transferre in suam gentem. *Aquisgranum* ductus, ipso *festo Trium Regum coronatur* Rex Germaniæ. *Joannem* filium, ducta Wenceslai Bohemi filia, Regem fecit Bohemiæ, Pacatâ Germaniâ Italiam ingressus, Guelphos studuit cum Gibellinis componere, sed irrito conatu, alii scribunt, quod eos in ordinem redegerit. Invasit tamen Vicentiam, subegit Patavinos, mulctavit ære Cremonam, & deditione captam nudavit mœnibus, *Mediolanum*, invitis Guelphis, subiens recepit regni Longobardici coronam, Roma dehinc potitus, à Legatis Pontificis, qui tunc sedebat *Avenione*, Imperator est salutatus. Comitem Wittebergensem, quod imperata facere detrectarat, suis exuit fortunis. *Robertum, Regem Neapolitanum*, ad Imperatorium Tribunal, ob intentatam sibi necem, evocatum, sed non comparentem, Majestatis reum damnavit. Cumque Florentinos gravi obsidione premeret, à Monacho Bernardino Politiano venenatâ hostiâ sublatus est, *Anno Christi* 1313. Imp. 5. ætat. 51. Symbolum: *Calix vitæ, Calix mortis.* Post 14. mensium interregnum, scissis Electorum studiis duo Cæsares lecti:

Fridericus III. Austriacus, & Ludovicus V. Bavarus.

Uter jure: nam *Ludovicum* Mogun- 171
tinus, Trevir. Bohemus & Brandenburgensis, *Fridericum* verò Coloniensis, Palatinus & Saxo elegerat: hic Bonnæ à Coloniensi, alter Aquisgrani à Trevirensi coronatus; Ambo se pro Cæsare gessêre. Unde bellum civile ortum, quo gravissimis Præliis quinquies dimicatum est. Tandem cum octennio æquo ferè Marte decertassent, *Fridericus*

dericus in prælio victus, captus & custodiæ traditus est. Triennio post, qui erat *Annus Christi* 1325. redditus libertati, & ut quidam tradunt, etiam Imperio, ut una cum Bavaro indivisa potestate præesset, etsi multi eo pacto dimissum scribant, ne deinceps attingeret Rempublicam. Tandem philtro vel lenta tabe extinguitur, & in Cœnobio Maurbacensi à se condito sepelitur, *Anno Christi* 1330. Symbolum ejus: *Morte beata nil beatius. Ludovicus* hinc solus summa rerum potitus, in Italiam ivit; cumq; ibidem, Clero & populo consentiente, Pontificis verò dissensu coronam sumpsisset, à *Joanne XXII. Benedicto XII. & Clemente VI.* diris devotus, appellavit ad Concilium generale. Interea Clemens XVII. Pontifex, Germaniæ Principibus quibusdam persuasit, ut *Carolum* Bohemiæ Regem eligerent Imperatorem. Obiit, cum hæc fierent, inter venandum equo lapsus, vel ut alii, Apoplexia vel veneno, quod agitatione corporis frustra satagebat discutere, *Anno Christi* 1347. ætat. 63. Imp. 33. Symbolum: *Sola bona, quæ honesta.*

Carolus IV.

172 *Joannis* Regis Bohemiæ filius. Licet Imperator vivo adhuc Ludovico creatus sit, nihil tamen pro Imperio egit, dum superfuit Ludovicus, eo autem mortuo Proceres aversati Carolum, primò *Eduardo* Regi Angliæ, post *Friderico* Thuringiæ Landgravio, deinde *Gunthero* Comiti Schwarzburgico coronā obtulerūt; iis tamen partim fraude, partim vi à Carolo præventis, res nihilominus tandem penes eundem mansit. Princeps ambigua laude, & velut ambidexter ad virtutes & vitia, utrisque inclaruit. Literarum fuit amantissimus & Imperiales Aquilas non rarò pavit in amœnis Musarum hortis. Instituit *Universitatem Pragensem*, ut inibi Bohemi sui per mansuetiora studia dediscerent feritatem, cumque aliquando in ea per horas quatuor auscultasset dissertationi publicæ, & Palatini monerent seriò, adesse tempus cœnæ, respondit: *sibi hæc Doctorum fercula gratissimam cœnam esse.* Quinque linguarum peritissimus, Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, Bohemicæ, & quod illo ævo rarissimum in Principe, etiam Latinæ. Justitiæ custos diligens, condidit
A. B. *Auream Bullam*, qua de electione Cæsaris & juribus eligentium amplissimè cavit, ad præcidendas turbas, quæ ante ex hac causa nasci solitæ, convellebant Rempublicam. Sed in cœteris institutis plus sibi & Bohemiæ suæ quam Imperio consuluit, ita ut communi elogio *Pater Bohemiæ, sed Vitricus Imperii* diceretur. Jus enim Regni *Arelatensis*, & tractum *Sequanensem*, ab Imperio alienatum Gallis concessit; *Vectigalia* publica Electoribus oppignoravit, urbesque quamplurimas Imperiales Principibus vendidit; & nullo facto gravius afflixit Rempublicam, quàm nundinatione successionis pro filio suo *Wenceslao*, quem probè scivit hominem ineptissimum, & quod vulgò de ipso jactatum, *Asinum ad lyram esse.* Obiit demum Pragæ *Anno Christi* 1378. ætatis 63. Imp. 32. Symbolum: *Optimum aliena insania frui.*

Wenceslaus.

Monstrum illud triforme, ex sævitia, libidine, gula compositum demum successit, vetera portenta Principum, si non vicit, certè æquavit. Immanis crudelitate per risum & jocum dictavit cædes. Coronatus Porcus voluptatum cœno se totum immersit: alienos thoros adulteriis, proprium fœdabat ambubajarum colluvie, præcipuè verò deperibat Sophiam quandam molitricem: unde frequentior in lustris, quàm in Regia, Sardanapalos & Heliogabalos penè honestos reddidit. Ne autem vel Veneri venter, aut ventri deesset Venus, dies noctesque epulis vinisque immadebat, utriusque sexus infame prostibulum, nec minus fœminarum vir, quàm fœmina virorum. Unde per innatam socordiam Imperii res parum curavit, quin potius latrociniis aliisque injuriis exposuit; indignum verò Imperio cum se ita gereret, tandem ab Electoribus depositus, & orta etiam seditione Pragæ, ex consternatione & incandescentia animi, apoplexiâ tactus, periit. *Anno Christi* 1419. ætat. 57. Symbolum: *Morosophi Moriones optimi.* Plura de his 2. Principibus *vide supra fol.* 87. Exauctorato ita *Wenceslao Pigro*, quod prædicatum ob grandem ipsius ignaviam meritò sortitus est, suffectus est *Brunsuicensium Dux Fridericus*, Princeps prudens & Bellicosus, qui tamen mox in reditu à Comitiis, prope Frizlariam per insidias trucidatus est. Electores novo conventu habito *Rupertum*, Ducem Bavariæ Cæsarem constituerunt, sed pellectus à Florentinis in Italiam, & à *Galeatio* pulsus, domum mox reversus est & decennio post tranquillè obiit. Surrogatur ei *Jodocus Barbatus* Marchio Moraviæ, sed uti is sola barba se virum præbuit, ita diu non superfuit, sed post sextum mensem statim fato succubuit. Excepit autem eum 173

Sigismundus

Caroli IV. ex Conjuge Elisabetha filius, 174
Princeps omnibus virtutibus ornatus, præstanti ingenio, rara eruditione, multitudine linguarum, præsertim Latinæ doctus, tanta insuper facundia, ut hac parte facilè omnes ævi sui Reges præcelleret. Pecuniæ minus amans; cum accepisset ex Hungaria quadraginta millia aureorum, & per noctem de utiliter expendenda sollicitus jaceret insomnis excitatis cubiculariis, jussit ocius accersiri Consiliarios, Ducesque militum, &, *videte*, inquit, *Carnifices meos*, cumulum aureorum ostendens, *qui mihi somnum*

num eripiunt, accipite eos, ac inter vos dividite. Adulatores, agnatam Aulis pestem, ut pestem odit: unde cuidam supra modum se laudanti, & pene Diis exæquanti, impegit colaphum: quærenteque isto, *cur me cædis?* respondit, *cur me mordes?* & certe adulatio morsus est, quò blandior, eò nocentior; quippe non raro ex bonis malos, ex malis verò deteriores efficit. Unde Tacitus: *Pessimum inimicorum genus, laudantes.* Porrò in reddenda Ecclesiæ pace saluberrimam posuit operam, nam cum Ecclesia à 3. Pontificibus, nefando schismate distraheretur, eo authore coactum *Concilium Constantiense*, in quo *Joannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII.* Pontificatu exuti, & *Otto Columna* communi consensu Pontifex est creatus, dictusque *Martinus V.* Eodem conventu duæ Heresis victimæ, *Joannes Huss & Hieronymus Pragensis*, justis ignibus concremati sunt. Dehinc secutum ferale illud *Bellum Hussiticum*, quod Duce quodam *Zisca* omnem latè Bohemiam insanis cladibus funestavit. Sævitum præcipuè in res, hominesque sacros, direpta templa, & supra 50. immanitati hostium immolata; eversa cænobia, Sacerdotes, Monachi, Moniales plurimi ferro flammisque absumpti. Contra hos furentes *Sigismundus* quidem bella movit, sed meliore causa quàm successu, superante fortunæ insolentia belli justitiam, à Turcis similiter initio statim Imperii ingentes perpessus est clades. Licet verò & in cœteris bellicis institutis ambigua fortuna semper dimicarit, *Prussiam* tamen Germaniæ satis feliciter restituit, Princeps certè æquaturus Carolos & Ottones, si ad artes pacis, quibus excelluit, parem belli felicitatem attulisset. Demum annos 26. Imperio ubi præfuerat, nulla prole relicta, & designato utriusque Regni Hungariæ & Bohemiæ successore *Alberto* Austriaco, Genero suo placidè Znoymæ exspiravit, *Anno* 1437. ætat. 70. Symbolum: *Sic cedunt munera fatis.*

Bellum Hussiticum.

Restitutio Prussiæ.

Albertus II.

175 Alberti IV. Austriaci filius, uno anno 3. Regnorum factus Rex, Hungariæ scilicet, Bohemiæ ac Germaniæ, adhuc plura commeruit, dum tertium etiam ausus est recusare; accepto enim nuntio, se omnium votis creatum Cæsarem, primum renuit, modestè inquiens, *se jam ante majora meritis possidere*, tandem victus Legatorum precibus, lacrymans suscepit Imperium. Princeps literatus, & literatorum summus Mecœnas, ferunt eum venatione plurimum delectatum fuisse, ut subinde dixerit: *se qualibet alia voluptate carere posse, venatione non item.* Exiguo licet tempore imperaverit, adversus *Hungaros* tamen, *Moravos* & *Silesios* res magnas gessit; Turcas denique infestantes Hungariam, solo exterruit adventu; inde Austriam repetens, immodico melonum esu, Diarrhæam lethalem sibi contraxit, & naturæ concessit, annum unum & 9. menses Imperium cum tenuisset, *Anno Christi* 1439. ætat. 40. Symbolum: *Amicus optima vitæ possessio.* Post hunc

Fridericus III.

Archi-Ducis Austriæ *Ernesti Ferrei*, cognomento aureus, filius, Francofurti concordibus Electorum votis creatus est Rex Germaniæ. Princeps temperatissimus, dissidentem Ecclesiam, cujus pars colebat *Eugenium IV.* verum Pontificem, pars *Amedæum* Sabaudum, qui *Felicis V.* nomen sumpsit, omni ope studuit pacare, quod etiam post multos labores effecit. Tutor fuit *Ladislai* posthumi ex Alberto II. Imperatore, simulque Successoris in Regna Hungariæ & Bohemiæ, quem, cum insultantibus Hungaris & Bohemis tradere noluerat, & hoc ipsum differret, res ea vertit in bellum, quod tamen mox per arbitros sopitum fuit; cum Alberto fratre propter iniquam hæreditatis paternæ divisionem continuas lites traxit, quem tamen mors anno 48. repentino morbo repressit, postquam ante *Academiam Friburgensem* fundarat. Cum aliquando à Viennensibus obsideretur in arce Regia, & ope *Georgii Podiebradii* Bohemi liberaretur, perduelles omnes Fridericus recepit in fidem, nemo affectus supplicio, omnibus pœnitentia pro pœna fuit. Sic solent *Austriæ Principes cum immanitate offensæ certare clementiæ magnitudine, & contemptores Majestatis opprimere lenitate. Deo hac parte, quàm hominibus similiores.* Rebus in Austria compositis, lustravit Germaniam, accessit Allobroges, visit Helvetios, percurrit Alsatiam, Brisgoiam obiit, aliasque partes, & pacem ubi non invenit, invexit, ubi non invexit, firmavit. Pietatis liberalis fuit cultor, fundavit enim *Episcopatus*, unum *Labaci* in Carniola, duos in Austria *Viennæ* & *Neostadii*. Erexit novum Ordinem Equestrem S. Georgii. Monasteria & Templa quot non passim exstruxit? Sub hoc Principe *Constantinopolis* toto cum Oriente in Turcarum pervenit potestatem. *Helvetia* item sui juris facta, *Borussia* Regno Poloniæ adjuncta fuit. Demum Pacis & otii studiosissimus hic Princeps, ex nimio melonum esu obiit Lincii, *Anno* 1493. ætat. 78. Imp. 54. Symbolum: *Rerum irrecuperabilium felix oblivio.*] 176

Maximilianus I.

Jam ante, vivo adhuc Patre, Rex Romanorum designatus. Princeps eximius, qui heroico ingenio, solertiâ, pietate, animique magnitudine & constantia, secundis pariter & adversis casibus omnes suæ ætatis Principes longè antecellit. Magnanimitatem per omnem vitam constanter tenuit: sœpe læsus, semper lætus, utramque fortunam pari animo cepit; prosperam quidem ita, ut etiam provocaret adversam; 177

adver-

adversam verò ita, ut non nisi prosperrima dignus esset. Casus & pericula, quæ undique incurrebant, vel exterruit Majestate, vel admissa calcavit. Mortem *Mariæ* Burgundæ, Conjugis suavissimæ, ea mente sustinuit, quâ aliquando propriam. Cum ei *Annam* Britannicam jam desponsatam præripuisset Carolus VIII. Franciæ Rex, idque ille resciret per Legatos, quos ad deducendam Sponsam miserat, nullum prorsus turbatæ mentis signum dedit, quin eo ipso die adhuc lusit hasta. Juris & Justitiæ magnam habuit curam, erexit alterum *summum Imperii Tribunal*, quod initio ambulatorium, tandem *Spiræ*, nunc *Wezlariæ* sedem fixit. Si quando transiret loca suppliciis sacra, solebat venerabundus dicere: *Salve Justitia*. Bella gessit plurima, & primò quidem in *Sicambros* & *Belgas* factiosè tumultuantes, quos variis attrivit præliis. A Mathiæ Corvini excessu Bellum Hungaricum aggressus, *Viennam*, quæ cum Austria inferiore in potestatem *Mathiæ* Hungariæ Regis devenerat, intra trium mensium spatium recepit, *Albam Regalem* expugnavit. Turcas ex *Croatia* & *Slavonia* ejecit. Inde *Bavaricum bellum* adversus Palatinum Comitem suscepit, idque annuo spatio feliciter confecit. Abhinc Venetos, qui sibi transitum, cum Romam solennis inaugurationis causa proficisci constituisset, denegaverant, post nonnulla damna in foro Julio accepta, ad pacem petendam adegit. *Carolum VIII*. Regem Galliæ, ad Regnum Neapolitanum deserendum permovit. Ex matrimonio primo cum Maria Burgundica, uti opulentissimas Belgarum ditiones acquisivit, ita ex secundis nuptiis *Ducatum Mediolanensem* ad Imperium deduxit, simili que instituto viam ad Hungariæ & Bohemiæ Regna stravit. Quanto zelo arserit pro salute Religionis, probant ultima ejus verba: *Renunciate*, inquiebat, *Carolo & Ferdinando nepotibus meis, ut majorum insistentes vestigiis, fidem Catholicam à Germanis hactenus cultam, adversus novorum dogmatum authores sectatoresque, etiam cum vitæ periculo defendant*. Præsagiebat enim animo Sapientissimus Cæsar, impendentem Ecclesiæ cladem, ex insanis Lutheri ausis, quæ ille jam tunc moliebatur in perniciem Christiani orbis. Pium hunc ac benignum Principem Deus semel servavit miraculo: Eluctatus aliquando venationis æstu in præruptam rupem, prope *Oenipontum* Tyrolis, eò insequendo damas evasit, ubi nec proferre pedem, nec referre posset, eodem momento stetit in apice montis ac mortis, spes una reliqua stirpis Austriacæ. Tentata omnis humana opera liberandi Principis causâ, sed in cassum: & jam biduum duravit hæc desperata rei facies. Ipse tamen adhuc bene sperare, Deo fidere, inclamare ejus opem: Effertur itaque sub panis specie latens Deus, monstratur è viciniore loco, quo viso *Maximilianus* procumbere, adorare Deum Austriæ, suum & liberatorem, vel mox futurum autorem melioris vitæ: cum ecce accedit vir aliquis habitu montani Pastoris; &, *macte*, *inquit*, *animo Princeps, adest, qui te servare potest, me sequere*, manuque prehensum ducit per ignotas vias, & salvum sistit in valle. Dux ille diligentissime dein quæsitus, nusquam comparuit: ut nemo dubitet, fuisse vel Angelum Custodem, vel alium tutelarem Divum. Ad rei memoriam pius Princeps jussit excidi semitam, & in loco periculi erigi signum Crucis. Ita solet cum Austriacis Deus: perducit ad ultimam lineam extremi discriminis, & mox, velut è sinu mortis eripit, ut omnibus palam fiat, non esse hanc aliam, quàm Divinam opem. Demùm ingravescente ætate operam sedulò dedit, pacatum successori ut relinqueret Imperium. Inde cum Pontifice, Rege Angliæ & Helvetiis fœdus; cum Venetis verò, restitutâ *Brixia Veronaque* pacem iniit. Sic Gallos quoque cum Hispanis reconciliavit, atque ita variis laboribus exantlatis, placidè exspiravit *Welsii anno Christi* 1519. ætat. 60. Imp. 26. Symbolum: *Tene mensuram, & respice finem*. Quo humanis exemto,

Carolus V.

178 Hispanorum, & *Franciscus* Gallorum Reges Imperii dignitatem ambiebant. Illum *Maximilianus* Avus moriturus, hunc Pontifex suffragio suo ornarat. At Carolus, utpote ex *Germano sanguine*, prævaluit, & summam rerum nactus. Natus *Gandavi* Belgarum, *Anno* 1500. 24. Februarii, Patre *Philippo* Hispaniæ Rege, Matre *Joanna* Filia Ferdinandi Regis Hispanorum. Hic est magnus ille Heros, de quo passim tam multa & magna in Historiis leguntur. *Anno Christi* 1520. 23. Octobr. Aquisgrani creatus Imperator, mox *Franciscum* Galliæ Regem Ducatu Mediolanensi, unde Franciscus Sfortia expulsus fuerat, ejecit, cujus cessionem cum Gallus à Cæsare per Legatos petiisset, Cæsarem argutè respondisse ferunt: *Quod Frater meus Rex Galliæ vult, id & ego volo*; ereptas præterea à Gallis Italiæ Provincias recuperavit, ipsumque tandem Gallorum Regem *Franciscum I*. prope *Ticinum*, vulgò *Paviam*, prælio superatum cœpit, sed inita ex post affinitate, post clementem annuam captivitatem Regno restituit. Post hæc autem, cum Pontifex, Gallus, & Veneti fœdus adversus *Carolum V*. pepigissent, arma intulit Italiæ, ipsam *Romam* per Carolum Borbonium occupavit, diripuit, captumque Papam ad magnam pecuniæ solutionem fœderisque Gallici renunciationem coegit. Quo facto Carolus ipse Romam profectus, Papam sibi reconciliavit, & coronam Bononiæ ab eo accepit. Abhinc in Germaniam revertens *Augustæ Vindelicorum* celebravit Comitia. De bellis cum Germanis solebat dicere: *Germanorum robur non nisi contrario Germanorum robore frangendum esse*. Pro instruendo exercitu suadebat hæc: *Caput ex Italia*

sumere, manus & brachia ex Hispania, pectus à Germanis, pedes ac ventrem è reliqua natione. Cum aliquando à nonnullis incitaretur ad fallendam fidem Luthero datam, memorabilem illam vocem edidit: *Fidem rerum promissarum, etsi toto mundo exularet, tamen apud Imperatorem debere consistere.*

Expeditiones quamplurimas suscepit: duas in *Africam*, duas in *Angliam*, quatuor in *Gallias*, sex in *Hispaniam*, septem in *Italiam*, novem in *Germaniam*, decem in *Belgium*. Prælia iniit supra septuaginta, victorias cumulavit insigniores quadraginta, leviores innumeras, Castella centies mille, decies octingentas urbes, hostiles naves totidem dicitur occupasse. Devicta *Mauritania*, expugnata *Libya*, restituta *Insubria*, sedata *Hetruria*, asserta Respublica *Genuensis*, pacata *Geldria*, tranquillata *Flandria*, debellata *Saxonia*, subacta *Germania*, *Italia* propugnata, attrita *Gallia*, *Epirus* edomita, fracta *Peloponnesus*, servata *Hispania*. Maria ferè omnia emensa, Germanicum, Britannicum, Belgicum, Hispanicum, Celticum, Indicum, Mediterraneum, à Piratarum infestationibus purgata. *Lusitania*, *India*, *Peruvia*, *Mexicus*, *Florida*, *nova Hispania*, *Castella aurifera*, *Brasilia*, *Paraquaria*, *Chilus*, *Cuscus* Austriaci juris facta. Reges ac Reguli, quotquot sumpsere arma, vel in fugam acti, vel in vincula. *Americani* Reges 18. totidem præliis fusi. Mexicanus Imperator *Motezuma*, Peruanus *Attabalita*, vincti: *Symbolius*, *Fridericus* Elector Saxoniæ, *Franciscus* Valesius, *Philippus* Hassiæ Landgravius capti, & in ordinem redacti. *Ænobardus* campo, *Draduthus* mari, *Solymannus* Austriâ exturbati, & cum hic *Solymannus* Viennam Austriæ tum temporis gravi obsidione premeret, & Carolus ad eam liberandam acceleraret, Turca hic mox soluta obsidione in hæc verba prorupisse dicitur: *Non te Carole, sed fortunam tuam timeo*: & ita cum ingenti suo exercitu aufugit. Adeò maximus hic Heros tot pene hostes habuit, quot Deus; tot superavit, quot habuit. Eâ sæpe celeritate, ut victoria præveniret pugnam, & sola Carolini nominis fama bellum conficeret aut saltem magnam ejus partem: 40. dierum spatio septies conflixit ac vicit; cæsis 140000. hostium, Saxoniam diebus 40. aliqui 30. sub jugum misit: cui debellandæ totidem annos insumpsit *Carolus M.* Germaniam mensibus non plus 8. perdomuit: ea insuper moderatione, ut pugnaret sine ira, vinceret sine exultatione, magis Victorum commodo quàm suo. Cum ad *Algierum* magis adversum cœlum haberet quàm hostem, disjectâ tempestatibus classe, haustisque pluribus navibus, ultro abrupit bellum, edita pientissima illa voce: *Malle se unum Christianum servare, quàm mille Turcas aut Pœnos occidere.* Denique *Maximus* hic Princeps, hoc enim titulo eum *Paulus* Pontifex honestabat, ærumnis innumeris, & tædio rerum humanarum confectus, *Anno Christi* 1555. apud *Bruxellas* Regnis & Imperio se abdicavit, atque uti antea Imperio, ita nunc Deo vivere incepit, & Monasterium *S. Justi* Hieronymianum, in Lusitaniæ Castellæque finibus, non procul *Placentia* situm, ingressus est, ubi biennio post, piis meditationibus insumpto, cum sensim ad lentam tabem acuta febris accessisset, ad mortem se præparavit, & sacro viatico pastus, inter complexus Crucifixi Christi, prolatis ejusdem supremis verbis: *in manus tuas commendo spiritum meum*, placidissimè discessit 21. *Septemb. Anno* 1558. Imp. 38. ætatis 58. Defuncto cœlum Cometa, tellusque floribus parentavit. Symbolum: *Plus ultra.*

Ferdinandus I.

In hunc Frater Carolus V. in vivis adhuc Imperium, in filium *Philippum* verò Regna Hispaniarum resignavit. Princeps prudentiâ, justitiâ, & liberalitate nulli secundus, pietatis & pacis publicæ studiosissimus, doctus insuper & Doctorum fautor maximus, unde *Universitatem Pragensem* quassante hæresi pene collapsam restituit, Viennensem quoque decoravit privilegiis, auxit stipendiis, beavit orthodoxis Professoribus, qui doctrinæ puritatem, non parum adulteratam, repurgarent. Cum ei aliquando inter venandum offerretur fasciculus scriptorum, jussit Venationum Præfectum brevem inde summam extrahere: deprecante id munus Præfecto, & causante ejus imperitiam, subjecit Cæsar, ut ergo deinceps mitteret insectari viros doctos, *Imperatorem venatoribus carere posse, literatis non item*, quorum sermonibus mirè delectatus solebat subinde dicere, *malle se gemmarum ac similium opum, quàm eruditionis jacturam facere.* Romanam fidem Germana semper fide coluit: id unum summè dolens, Imperium suum pessima hæresum labe funestari. Illitos Bibliis, à Luthero versis, perfidos errores damnavit igni hac sola luce dignissimos. Transactioni *Passaviensi* fertur lacrymans subscripsisse, & credendum eum tunc optasse cum *Nerone*: *O utinam nescirem literas.* Ne autem Lutherus in Germania & Hungaria plus ultra hydresceret, evocavit in has Provincias *PP. Societatis Jesu*, ad domanda ejusdem monstra, quos imprimis & Franciscanos habuit in deliciis, illis *Viennæ* Collegium, his *Oenioponti* Cœnobium, & insignem Basilicam condidit. Inter alia à se exstructa Monasteria, est & illud Viennense ad S. Hieronymum. Bella gessit varia, Turcas hic hostes sensit infensissimos, nimisque felices. Nam utut iisdem fortiter restiterit, *Budam* obsederit, *Sigethum* liberarit, *Agriamque* expugnarit, munitissima tamen alia propugnacula, ut pote *Strigonium*, quinque Ecclesias, ipsam etiam Budam, aliasque arces quamplurimas amisit. Pactis cum Turcis octennalibus induciis, Principes discordes conciliavit, Daniæ itidem, & Sueciæ Regum 179

Regum lites composuit. Fuit porrò *fidei hostibus datæ* servantissimus, arces per inducias sibi proditas recusavit recipere, stupente etiam Solymanno ad tantam animi firmitatem. Et nempe *fides ut fides tractanda* est: utrumque enim si ruperis, male sonat. Morti vicinus, cujus tempus prædixerat, palam vetuit, ne quis eum ultra Cæsaris aut Majestatis titulo, sed solo Ferdinandi nomine appellaret. Annos 7. solus ubi imperaret, in morbum incidens testimonia suæ in Deum fiduciæ & invocationis multa protulit, & longa tabe consumptus placidissimè discessit pientissimus Cæsar, *Anno Christi* 1564. ætatis 61. Symbolum. *Fiat justitia & pereat mundus.* Successit filius

Maximilianus II.

180 Hic Sexto Paterni Imperii anno tres nactus est coronas, Germaniæ, Hungariæ ac Bohemiæ, dignus pluribus, & porrexit quoque quartam Polonia, sed ea per cunctationem neglecta, fortè, ne nimis fœcunda dignitas pareret ambitionem. Princeps magnanimus, prudens & eruditus, multarum linguarum, puta *Germanicæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Hungaricæ & Bohemicæ* peritus, suo quemque idiomate & affabatur & respondebat, stupentibus tum legatis tum aliis, unam linguam tot linguas scire loqui: Quid mirum? quod in aliis prope miraculum, in Austriacis tralatitium est. Accessu facilis, promtus alloquio, omni hominum ordini patebat lubens; nemo ab eo tristis, nemo non suo voto, vel etiam ultra petitus discessit. Ut proin merito dictus fuerit cum Tito, *Amor ac Deliciæ generis humani. Mariam* Caroli V. filiam uxorem habuit, Cæsarum Genitam, Neptem, Abneptem, duorum Matrem, trium magnam Amitam: Heroinam verius quam fœminam; & quod tot decora magis decorat 16. liberorum Matrem. In Bellis præterea sat felix fuit, utpote qui *Joannem Sigismundum*, Transsilvaniæ Principem, in angustias redegit, ipsas Turcas aliquoties cæcidit, & Duce *Lazaro Schvvendi*, urbes *Hatvan, Tocajum, Zerentium* aliasque quamplurimas arces & propugnacula expugnavit, finibusque Hungariæ ultra 40. milliaria propagatis, damnum, quo Sigethum perdidit, egregie resarsit. *Grumbachianam* etiam factionem, jam Ferdinandi temporibus ortam, extinxit. *Gotham* in Thuringia solo æquavit, cumque Turcis pacem tandem fecit. Germaniam & Hungarium serenavit. Denique Ratisbonam ad Comitia profectus, in rate illa passus est naufragium vitæ, extremum scil. in his Comitiis absolvendo diem, *Anno Christi* 1576. ætatis 49. Imp. 12. Symbolum: *Dominus providebit.*

Rudolphus II.

181 Similiter & hic *vivo adhuc Patre* ab Electoribus *Rex Germaniæ* proclamatus, & mox confirmatus est. Parentis vestigiis laudabiliter insistens, Pacem & Concordiam in imperio fovit, iram suam in Turcas, communem Christianitatis hostem, effundens. Et quamvis Barbari Sisceccum, Vesprinum, Palottum, Rabam, Canisiumque partim vi partim fraude expugnarint, egregia tamen felicitate *Villacum, Novigradum, Strigonium, Albam Regalem Pestam* recepit, ipsum quoque Jaurinum, Raab, recuperavit. Sicque Transylvaniam restituit, & Sigismundum Bathoræum ad homagium Cæsari præstandum impulit. Etsi bello sat felix, Pacis tamen avidior fuit, eamque domi ac foris vel imperavit vel suasit, Alsatis, Belgis, Saxonibus, Danis Bohemis, Hungaris, aliis, sapientissima ratione: nam à solis armis magna quidem, sed brevis potentia, è Pacis vero studio etsi parva, fida tamen ac diuturna Imperia. Cum *Achmete* Turca 20. alii 30. annorum pepigit inducias. Fratrem quoque Mathiam, quod alienior à se esset, cessione Hungariæ & Austriæ post & Bohemiæ delinivit. Tanti ei fuit fraterna concordia, ut eam etiam totis Regnis redemerit. Hæresin porro variis modis attrivit. *Gebhardum* Truchsessium Coloniensem septemvirum Apostatã Electoratu exuit. Ex ejus Provinciis hæreditariis hinc inde hæreticos pepulit, surrogatis Orthodoxis, Gregorius XIII. Pontifex hoc tempore Calendarium novum promulgavit, cujus receptionem Acatholici cum admittere nollent, erupit male concors *unio Sectariorum* primùm Aschusii supposita cineri doloso. Cui Catholici opposuerunt *Ligam Sanctam*, utpote pro causa Dei ac fidei ominosa nomina! & ut eventus docuit, præludia subsecuti funestissimi belli. Tandem ætate jam præceps in senium inter ardentes preces & aspirationes, cum imperasset 35. annos, Pragæ piè discessit, *Anno Christi* 1612. ætat. 59. Symbolum: *Omnia ex voluntate Dei.*

Mathias.

Rudolphi Frater, eo mortuo Imperium 182
excepit, & Francofurti, omnium, excepto Brandenburgico, septemvirorum votis Imparator electus. Princeps belli Pacisque artibus clarissimus; prudens, pius, justus, clemens, munificus: verbo Austriacus. Primum Belgii Prorex, post intrans Hungariam, expalluit luna Thraciæ ad adventum hujus solis, & cæsi mox barbari, expugnatæ urbes, Tyrannimones perdomiti, & tota pene Hungaria asserta. Hic *primam sedem, quæ hactenus Pragæ fuerat, Viennam* traduxit, Pacemque cum Turcis instauravit & continuavit. Intercedente Electore Saxoniæ, Bohemis, Silesiis & Moravis *Literas Majestaticas* à *Rudolpho* concessas, confirmavit. Dolendum tamen & stupendum jam sub hoc Imperatore periculosum illud *bellum Bohemicum*, totius orbis Christiani incendium, exortum esse, quo ultra 30. an-

nos protracto, Germania nostra in propria viscera sæviens, misere afflicta, exterisque præda facta fuit, *de quo supra fol.* 83. *&* 84. Denique inter hos motus Bohemicos, dum studeret sanandæ Reipublicæ, Imperator hic miserias illas & calamitates morte prævenit *Viennæ An. Christi* 1619. ætat. 62. Imp. 6. cum ante, ut improlis, *Ferdinandum*, Austriæ Archiducem, patruelem suum, numerosa tum prole, tum & virtute florentem, in filium adoptasset, & omnium Provinciarum Austriacarum heredem nominasset. Ejus morti præluxit Cometa per continuos 30. dies visus, vel nuntius ipsius mortis, vel, quod verius, tricennalis illius funestissimi belli. Symbolum: *Concordi lumine major.* Eo defuncto

Ferdinandus II.

183 *Caroli* Archiducis Austriæ, Dynastæ Styriorum, & *Mariæ* Bavaræ pientissimorum Parentum filius successit. Natus erat *Græcii* in Styria *anno* 1578. 9. *Julii.* Princeps Nemini Cæsarum Regumq; secundus: Davide probior, Constantino Christianior, Carolo M. Major, nec tam felix secundis, quam potius in adversis rebus: habuit enim tot tantosque hostes, quales Regum fere nullus unquam habuit, quos tamen omnes feliciter profligavit, de quibus speciatim *vid. supra verb.* abgehende und ausgezogene Stände/ *fol.* 84. *&* 85. *num.* 175. *& seqq.* Ad Electionem novi Cæsaris (frustra renitentibus Bohemiæ ordinibus, non modo admissus, sed & Cæsar Anno Christi 1619. in Augusto Francofurti renuntiatus & coronatus est: Tradunt nonnulli, Beatam *Joanni Suicardo*, tum temporis Antistiti Moguntino spectabilem, eidem *Ferdinandi* electionem seriè imperasse. Religione sanctissimus, ejus tuendæ ac promovendæ studio sic exarsit, ut non semel eruperit in hæc planè heroica verba: *Mallem cum conjuge ac liberis vili scipione nixus exulare, solo pane & aquavitam ducere, concidi in frusta, quam tolerare graves injurias Dei aut Ecclesiæ. Quin & paratus essem, pro quolibet articulo fidei cruciatus quosvis perpeti, imò & ipsam mortem.* &c. Unde *B. Mariæ* Virgini armorum suorum summam Præfecturam semper commisit: eamque & à Ducibus suis, ut *armorum moderatricem* coli voluit; certò persuasum habens: se nihil unquam ab ea petiisse, quod non impetrarit; Vota, quæ adolescens *Laureti*, de extirpandis Lutheranis vovit, in effectu præstitit, nam Acatholicos omnes exegit Bohemia, frustra deprecante Electore Saxoniæ: omnes item in provinciis hereditariis jussit aut solum vertere, aut redire ad Ecclesiam. Quo validissimo Zelo dicitur *centies centena millia* hominum reduxisse ad veram fidem: Apostolus potius quam Imperator; vel grandiore titulo *Apostolicus Imperator*: Quem Zelum & fervorem in Catholicam fidem, in ultimo suo elogio Ferdinando filio & successoribus injunxit. Cumque aliquando in Processione candentem manu facem portaret, & ab hujus pondere manus tumeret, monitus, ne gestaret, die sequenti, reposuit: *superest adhuc manus altera, quâ Deo serviam.* Occurrente forte in publico Deo Homine, ipse mox desilire curru, in genua ruere, adorare Deum obvium; quin & *pedes & nudo capite* comitari Sacerdotem gestantem: cultu verè hereditario Austriacæ Gentis. Exstructiones, refectiones & ditationes, Ecclesiarum, Collegiorum, Cœnobiorũ, altarium, similesque pias à se munificentissime factas fundationes Notæ hæ non capiunt. Post hanc Virtutem Clementiam ita perdilexit, ut semper habuerit promptam in occursum veniæ. Unde censoria quorundam vox: *præstare Ferdinandum lædere, ac veniam petere, quam nunquam offendere*, quod in effectu experti perduelles non minimi, *Dux Saxo Altenburgicus & Vinariensis, Comes Isenburgicus & Hohenloicus, Princeps Anhaltinus*, etsi turbarum Bohemiæ præcipuus intentor; nam omnes datâ veniâ in gratiam recepit, & hunc ultimum Cæsar insuper mensæ suæ adhibuit, ut simul ederet ac biberet; liquidissimam bonitatem! & impetrasset eam etiam Palatinus, si induratum animum potuisset emollire ad deprecandum. Nec minus amans Justitiæ fuit; fertur aliquando asseverasse: *malle se subire quævis pericula, incendia provinciarum, sui suorumque mendicitatem, quam admittere gravem injustitiam.* Tot tantæque virtutes, etiam barbaris ac hostibus expressere elogia. Gustavus Rex Sueciæ solebat dicere: *sibi solam Ferdinandi virtutem formidabilem esse.* Bethlem Gabor, *Periculosum esse pugnare contra Ferdinandum, ut quem nec adversa dejicerent, nec prospera extollerent* Mustapha Turc. Imp. *Ferdinandus sanctus est; Deus cum illo est, & pro illo pugnat.* Demum habito Ratisbonæ Comitio, Ferdinandum Filium fecit eligi Regem Romanorum, quo facto, paulo post *Viennæ*, in amplexu, ac velut in sinu pietatis exspiravit: *Anno Christi* 1637. ætat. 59. Imp. 16. audita ejus morte Ferdinandus, Elector Coloniensis, fertur dixisse, *Ferdinando II. Imp. nunquam deinceps parem habebimus.* Symbolum: *Legitimè certantibus.*

Ferdinandus III.

Paterni imperii non minus, quam virtutum ac gloriæ ingens hæres: Natus hic *anno* 184
1608. ex *Maria Anna* Wilhelmi Bavariæ Ducis filia. Postquam 30. Sept. 1636. Romanorum Rex coronatus fuerat, à Patre *Ferdinando* supremus belli Præfectus contra Suecos eorumque fœderatos datus, quos etiam ad *Nordlingam* ingenti & funestissima strage, cæsis 12000. captisque 6000. Suedicorum affecit, & Parente mortuo cum bellum adversus Suecos continuaret, expugnavit *Ratisbonam*, debellavit *Augustam*, recepit

cepit *Norimbergam*, subegit *Ulmam*, revocavit *Wormatiam*, vicit *Argentinam*, domuit *Alsatiam*, liberavit *Sueviam*, vindicavit *Boicam*, reposuit *Wirtembergiam*, exemit hostili jugo *Franconiam*, *Moguntiam* suo restituit Principi. Tandem verò impatiens longioris belli, cum *Suecis* eorumque confœderatis *Gallis*. Pacem Anno 1648. *Monasterii & Osnabrugi* Westphalorum iniit & firmavit, sicque *Germaniam* miseram, sanguine quasi natantem, belloque tricennali & amplius pene exhaustam à præsentissimo interitu liberavit. Princeps tranquillitatis amans, *Custos & Conservator Imperii*, nunquam satis laudandus. Beatissimæ Virgini juratus Cliens, Eidem se suosque integrè mancipavit, cum regnis, Provinciis, exercitibus. Marianam devotionem ineffabili Zelo promovit, primusq; autor fuit, ut festum *immaculatæ Conceptionis* per Austriam solenniter coleretur, ejusdem honori posuit *triumphalem colossum* æneum Viennæ in foro aulico, nunc auffm Hoff/ situm, verè perenne monumentum Augustissimæ Pietatis. Tantæ pietati junxit justitiam, qua bonos servavit, & malos sustulit, secundum dictum ejus: *Nihil omninò esse, quod in æquitatis negotiis pœnitendum se commisisse existimaret.* Clementiam ejus cæterasque virtutes hîc deprædicare, paginæ hæ non sufficiunt, & ut verbo dicam omnia, *Austriacus* fuit. Demum Pacificus hic Princeps, de successore Imperii cogitans, in consortium assumpsit *Ferdinandum IV.* filium, qui *Augustæ Vindelicorum* Anno 1653. 24. Maji Rex Romanorum electus, & 8. Junii anni ejusdem, in Comitiis Ratisbonensibus coronatus erat; Sed eheu, hic morte præmatura anno mox sequente abreptus, naturæ debita persolvit. Quem optimus & mitissimus Parens augescente quotidie valetudine, post suprema hæc verba: *Voluntas Dei vita mea*, Viennæ pientissimè secutus, *Anno* 1657. ætat. 49. Imp. 21. Symbolum: *Pietate & justitia*. Defuncto ita Patre & Filio Ferdinando IV. alter filius ter felix

Ferdinandus IV.

Leopoldus.

185 Post varia tandem rerum & votorum discrimina, Romanorum Imperator & Cæsar Augustus, *Anno Christi* 1658. 8. *Julii*, Francofurti electus, ibidemque 1. Aug. coronatus est. Post mortem *Ferdinandi III.* plusquam annuum fuit interregnum: tamdiu enim tardavit virtus coronare *Leopoldum*, non quod alio vergeret, sed ut palam fieret toti orbi; neminem alium, etsi forte quæsitum, tanto fastigio parem esse, præter unicum *Leopoldum*. Hujus gloriosissimæ vitæ non deerunt aliquando decora ingenia, quæ immortalia ejus cuique modo notissima gesta diviniore stylo consecrent æternitati. Princeps humanissimus, literatus & literatorum Mœcenas Optimus, Maximus, cujus virtutes, uti nulla oratio verbis exæquare possit, ita cũ ante funera satius sit silentium, ut bene quondam monuêre *Solon & Euripides*, hisque multo major *Syracides*, horum monitis acquiescimus, hicque filum abrumpimus, tantum ea, quæ *supra* de Magno hoc Principe, verbo abgehende und ausgezogene Ständt/ *fol.* 71. 72. & 85. diximus, breviter hic repetendo, cum epilogo, omnes hactenus in recensitis supra Imperatoribus virtutes, encomia, pietatem, religionem, clementiam, justitiam, liberalitatem, bene regendi felicitatem, gloriam, triumphos, contra omnes insidias & hostes, apertos & occultos, in unum Augustissimum *Leopoldum* cumulatissimè confluere. Testantur hæc omnia ejus, toto Imperii tempore gloriosissimè gesta, & quotidianæ adhuc victoriæ contra Regem Galliarum & ejus adhærentes iniquissimè successionem Hispanicam affectantes, frequentissimæ hostium strages, præcipue victoriosum nuper ad Luzzaram 15. Augusti 1702. commissum prælium, in quo ad 12000. Gallorum occisi, 2000. captivati, & plures vulnerati læsique sunt, assistente Divina Bonitate justissimis Sacratissimi Leopoldi armis, usquedum omnia ipsi jure debita, in Hispania, Sicilia, Neapoli, Italia, plenissimè acquirantur. Hinc & *Landavium*, quod fortalitium Galli, tanquam secundum omnes fortificandi artes exstructum, inexpugnabile & insuperabile esse existimarunt, felici Imperatoris *Leopoldi* ductu, *Consilio* nempe & *industria* sub gloriosa eò missi filii Augusti Regis Romanorum & Hungarorum Regis Josephi I. directione 12. Septemb. 1702. expugnatum occupatumque est, signo apertissimo plurium adhuc insequentium victoriarum.

Josephus I. Rex Romanorum.

186 Natus anno 1676. 26. Julii, coronatus est in Regem Hungariæ hereditarium Posonii 9. Decembris 1687. In Regem verò Romanorum 14. Jan. anno 1690. cui Deus victorias & triumphos! Princeps, ex quô elucent omnes Paternæ, & omnium antè ipsum Imperatorum & Regum gloriosæ virtutes & ornamenta. Nimirum *fortes creantur fortibus & bonis*, *nec imbellem progenerant Aquilæ columbam.* Primum fortitudinis militaris exemplum edidit in expugnatione munitissimæ Civitatis Landau, quam Galli artificiis suis & ingeniosis laboribus fortificatam insuperabilem esse frustrà opinati sunt. Cedunt omnia Regis Romanorum Austriaci potenti dextræ. Symbolum ejus est: *Timore & amore*; præmiis & pœnis Thronum Regium tanquam firmissimis columnis roborat. Accedunt autoris gratulationes, fausta auguria, vota & preces pro ulterioribus victoriis & triumphis, nec nõ fæcunditate plurimorum Principum successorum, ut verificetur, quod *Austria Erit In Orbe Ultima!*

Kayserin. Imperatrix.

SUMMARIA.

1. *Imperatrices quando fuerint dictæ Augustæ.*
2. *An in aliis Regnis Reginæ Augustæ dicantur.*
3. *Quæ persona Augusta esse possit.*
4. *In specie de Augusta ex Comitis genere nata.*
5. *De liberis ex tali Augusta natis.*
6. *Augusta suprema Princeps orbis terrarum, ejusque dignitas & præeminentia.*
7. *Dignitas Augustæ quoad Status Imperii.*
8. *Ignobilem fœminam ab hoc supremo dignitatis gradu excludi.*
9. *Varia recensentur conjugia Imperialia tanto fastigio convenientia.*
10. *De præcedentia Augustæ.*
11. *An habeat Majestatem, & an committatur in eam crimen læsæ Majestatis.*
12. *Potest in consortium Regiminis vel consilii admitti.*
13. *De coronatione Augustæ.*
14. *Augusta LL. testamentariis est soluta.*
15. *Non extendendum ad Principes Imperii.*
16. *Donatio ab Augusto in Augustam facta, valida est.*
17. *Non eget insinuatione.*
18. *Donationes Augustales latissimè interpretandæ.*
19. *Augusta varia cum fisco habet jura communia.*
20. *Officiales Augustæ.*
21. *De Augusta vidua.*
22. *De Augusta vidua ad secunda vota transeunte.*

1 Imperatrices quando fuerint dictæ Augustæ. CÆsarei thori sociam quin Romanæ leges *Augustam* dixerint, nemo est qui ambigit, & ab initio Romanæ Monarchiæ Imperatorum uxoribus non simul, ut Imperator creatus, Augustique titulum adeptus esset, sed tum demum, quando aut Senatui imprimis, aut Imperatori hoc visum, *Augustæ* nomen communicatum legitur, *de Antonio Pio*, Capitolinus ita: *Uxorem*, inquit, *Faustinam Augustam appellari à Senatu permisit.* Quin & post mortem demum Cæsarum hunc *Augustæ* titulum Imperatrici concessum fuisse historiæ nos docent: ceu de *Livia*, Octavii Augusti conjuge, *Tacitus lib. 1. Annal.* testatur, eam testamento Augusti in familiam nomenque *Augustæ* assumptam esse, *vid. Limn. de I. P. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 16. Myler. in Gamolog. cap. 7. n. 3.* Successu postea temporis, ut ipso statim jure, vi solius matrimonii, nullaque SCti accedente confirmatione, Augustorum uxores Augustæ dicerentur, æquitati conveniens visum fuit: Individuum namque & arctum, quod Augustum Augustamque connectit vinculum, dignitatis quoque & tituli communionem suadere videbatur, & hac *Augustæ* compellatione nulla alia persona, quàm Supremi Principis uxor indigitatur; Et in jure Romano, quoties *Augustæ* meminere Imperatores, *Imperatricem*, connubii sibi fœdere junctam, intellexerunt: sic Imperator Leo conjugem suam *Venerabilem Augustam* vocat, *in l. 3. C. de præpos. sacr. cubic. lib. 12.* Nobis dicitur, Ihro Majestät die Römische Kayserin.

2 An in aliis Regnis Reginæ Augustæ dicantur. Cæterum an & in aliis quoque Regnis, præter Romanum, Reginæ vocentur Augustæ, divinandum non est, cùm non tam facile usquam ab exteris Regibus Augusti titulus usurpatus legatur, quem & sibi Reginæ adsciscerent. Nisi in unica forte Galliæ Regina, cum *Lymneo 2. de I. P. cap. 14. n. 10.* exceptio admittenda, quam Gallicam Augustam vocari ex *Choppino de doman. Gall. lib. 3. tit. 5. n. 6. ibidem* asserit, confer *Becman. Notit. Dignit. Illust. dis. 2. c. 1. §. 5.*

3 Quæ persona Augusta esse possit? Augusta ut sit, requiritur, ut ex *Illustri* sit progenita *Stemmate*, nempe ut Regi, Duci, Principi, Marchioni vel Comiti ad minimum natales suos debeat. Sic Henricus I. Imp. *Mechtildem* Comitis Ringelheimii filiam, Conradus III. Comitis Sulzbachii filiam *Gertrudem*, Lotharius II. Henrici Comitis Northeimii filiam *Rixam*, Ludovicus V. Bavarus Comitissam in uxores habuêre; & talis Comitissa Cæsarei thori Socia, eadem honoris eminentia gaudebit, ut non secus ac alia, titulo consueto der Allerdurchleuchtigsten fulgeat, *Fritsch. de*

4 In Specie de Augusta ex Comitis genere orta. *August. cap. 2. n. 10. Besold. cons. 88. p. 374.* Neque enim Cæsari quæ nupsit Comitissa, Comitum amplius haberi numero potest, cum vel in privatorum id juris sit conjunctionibus, ut per connubium de familia Patris esse uxor desinat, inque mariti familiam transeat, *L. fœminæ 8. ff. de Senat. l. 13. C. de dignit.* Imò in Cæsaream injurius Majestatem foret, qui Augustalis præeminentiæ titulum der Allerdurchleuchtigsten ei, quæ eandem cum ipso Imperatore constituit carnem, conferre gravaretur, *arg. l. 1. §. fin. l. eum, qui. 18. §. final. ff. de injur. §. patitur. 2. Inst. eod. Arum. de I. P. vol. 2. discurs. 5. n. 64. p. 60.* Cum in hoc non minima Imperialis dignitatis pars consistat, ne illustris illa societas aliquali honoris inæqualitate turbetur.

5 De liberis ex tali Augusta natis. Unde quoad liberos etiam ex tali Augusta, Comitissa quæ ante fuit, natos, nullum dubium est, quin pro ex liberis ex vero Cæsareo sanguine, auß Kayserlichem Geblüt/ prognatis habendi sint. Adeò enim Augustus Augustaque connexi sunt, ut unam personam unum corpus per unionem conjugalem constituant, sicque, qui in Imperatore residet honor, non possit

6 Augusta suprema Princeps orbis terrarum, ejusque dignitas & præeminentia.

sit non etiam in Augustam descendere. Unde in literis gratulatoriis de primo Matrimonio Sacratissimi Imperatoris nostri LEOPOLDI Augustam Sponsam Margaritham Hispanam titulo der Allerhöchsten Princessin auff Erden/ honoratam esse præter alios, *Frutsch. de Aug. cap.* 3. testatur. Et quidem tanto major Augustæ censendus honor est, quantum cœteros omnes terrarum orbis Reges Principesque dignitate præcellit Imperator, *Lyncker. in præfat. disput. de Commiss. Imper. ad negot. stat.* Etenim Imperatori, ex Neapolitanorum Regis Alphonsi sententia apud *Spreng. Inst. I. P. l.* 1. *c.* 5. *p.* 23. omnes debent reverentiam Reges, ceu Duci, ceu Capiti Regum: cui omnia tacito consensu loco cedunt Christiana capita: assurgunt Principes, quem venerantur omnes, qui super cunctos eminet, & nec Turcarum Imperatoris, ab omni alias abhorrentem humanitate animum, ita extrema obsedit barbaries, quin lucidus dignitatis sol, qua Imperator resplendet, ita sui in admirationem eundem emolliat, ut & hoc modo Imperatori nostro scribat: *Magno & potenti Christianorum Domino uni electo Romanorum Imperatori*: Missisque ab eo Legatis, quos solos sedentes audire solet, primum inter orbis universi Legatos locum attribuat. *Schutz. colleg. I. P. de S. R. I. D.* 3. *thes.* 2. *lit. A. Jurisprud. mea publ. & privat. lib.* 1. *tit.* 5. *part.* 2. *n.* 2. 3. 4. 5. *pag. in* 138.

7 Dignitas Augustæ quoad Status Imperii.

Enim verò ex eo, quod Caput Imperii Imperator est, penes quem solum integra vividaque Majestas residet, propereaque omnes ipsum Electores, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Imperiique membra cœtera, ceu Dominum suum agnoscunt & venerantur, cui homagiali etiam acsubjectionis vinculo adstringuntur, juxta *Myler. ab* Ehrenbach/ *de Princip. & Stat. Imp. part.* 3. *c.* 93. *Boecler. Not. S. R. I. lib.* 22. *cap.* 2. *pag.* 219. Quid aliud inde colligi potest, quam, non præcedentiæ saltem jus, de quo levior dubitatio est, sed & humillimam quoque Augustæ ab iisdem Principibus reverentiam honoremque deberi? Et negari quoque non potest, Principes Statusque Imperii omnes obsequium fidemque suam in Augustam æquè ac ipsum Cæsarem, pari ferè Religionis, & pietatis zelo, sive per literas, sive per Ministros suos quam subjectissimè testari, ejusque gratiam pariter ac benignissimam clementiam optare humiliter, precarique solere; Et si Augustam Principes eorumque Legati invisere velint, eadem tunc ferè solennia observentur, quæ ipsius Sacratissimi Imperatoris audientiam sive præcedere, sive comitari solent, *Pet. Muller. de Princip. German. Legat. cap.* 4. §. 16. quanquam variatum aliquando hac in re fuisse, *Autor* der Grundfeste. *p.* 1. *c.* 6. *pag.* 56. insinuare videatur.

8 Ignobilem fœminam ab hoc su-

Hinc dubium nullum est, plebeiæ conditionis & obscuro natam loco personam, tanti capacem fastigii non esse, cum etiam matrimonium Imperii Principis, Comitis vel Nobilis, cum *ignobili* persona contractum pro decoro non habeatur, tradente *Mylero ab* Ehrenbach. *in Gamolog. cap.* 5. *n.* 59. quantò magis improbabilis esset talis conjunctio in Imperatore, contra cujus Majestatem foret, vulgaris fortunæ personam, in tam arctæ societatis ac amicitiæ fœdus, ipsiusque quasi Majestatis partem admittere, cujus Cæsareæ dignitati ingens decederet pondus, si obscuræ personæ consortio, splendidæ Majestatis fulgorem obscurari, sacramque tantæ præeminentiæ dignitatem contaminari pateretur, cum plerique etiam cum nobili virgine initum Imperatoris Matrimonium improbent, sed ex Illustri natam, Stemmate Imperatricem esse velint, ut nempe Regi, Duci, Principi, Marchioni vel Comiti ad minimum natales suos debeat, ut modo suprà monitum.

premæ dignitatis gradu excludi.

9 Varia recensentur conjugia Imperialia tanto fastigio convenientia.

Hodie frustrà ferè, præsertim in Augusta Domo Austriaca, hæc quæstio instituitur, quæ semper sibi de paribus Imperatorio culmini providit conjugibus, velut *Rudolphus I.* uxorem *primam* habuit *Annam* Bernardi Comitis Hochbergensis filiam, *secundam*, *Agnetem* Burgundicam, Regis Galliæ Neptem. *Albertus I. Elisabetham Meinhardi* Ducis Carinthiæ, Comitis Tyrolis & Goritiæ filiam uxorem habuit, quæ fontes Salis prope Gmundam in Austria superiore reperisse, & coquendi rationem ostendisse scribitur, & *Albertum* Patrem fecit liberorum 21. ex iis 11. tantum ad justam ætatem pervenientium, qui omnes ad summam dignitatem sunt evecti. *Albertus II.* uxorem habuit *Elisabetham Sigismundi Imp.* filiam, & ex ea duas suscepit filias, *Annam* Wilhelmo Saxoniæ Duci, & *Elisabetham* Casimiro Regi Poloniæ nuptam, & Ladislaum Posthumum. *Fridericus III.* Regis Portugalliæ Alphonsi sororem, *Eleonoram* uxorem habuit, ex qua 3. suscepit filios, *Maximilianum* in Imperio successorem, *Christophorum & Joannem*; item 2. filias, *Helenam & Cunegundam. Maximilianus I.* uxores habuit duas. Prima fuit *Maria*, Caroli Burgundiæ Ducis Bellicosi filia, cum hac *Maximilianus* 4. suscepit, filios, *Philippum*, qui ducta in uxorem Johanna Regis Ferdinandi filia universam acquisivit Hispaniam, *Franciscum*, *Georgium*, *& Margaretham*. Altera fuit *Blanca Maria*. Galeatii Vice-Comitis Mediolanensis filia, ex qua nulla ei soboles est nata. *Carolus V.* uxorem habuit *Isabellam*, *Emanuelis* Regis Portugalliæ filiam, ex qua 4. suscepit liberos, *Philippum* Regnorum suorum hæredem, *Ferdinandum*, *Mariam & Joannam*. *Ferdinandus I.* uxorem habuit *Annam* Regis Hungariæ filiam, ex qua quatuor filios suscepit, *Maximilianum II.* Imperii Successorem, *Ferdinandum*, *Joannem & Carolum*, atq; undecim filias. *Maximilianus II.* Conjugem habuit *Mariam* Patrui Caroli V. filiam, ex qua ipsi geniti 16. Liberi, 6. Masculi, ut *Rudolphus* Imperii Successor, *Ernestus*, *Mathias*, *Maximilianus*, *Al-*

bertus, *Wenceslaus*, & 10. fœminæ. *Mathias* conjugem *Annam* Tirolensem habuit, ex qua, cum serò nimis eam duxisset, nullas suscepit proles. *Ferdinandus II.* uxores sibi matrimonio junxit duas, *Mariam Annam* Wilhelmi Ducis Bavariæ filiam, ex qua sex liberos sustulit, mares tres, totidemque femellas, filiorum primus *Joannes Carolus* ad justam ætatem non pervenit. 2. *Ferdinandus* postea Cæsar. 3. *Leopoldus Wilhelmus*. Secunda uxor fuit Eleonora Mantuæ Ducissa. *Ferdinandus III.* tria iniit matrimonia, prima conjux fuit *Maria* Philippi II. Hispaniarum Regis filia, ex quâ genuit *Ferdinandum Franciscum*, *Philippum Augustinum*, *Maximilianum Thomam*, *Leopoldum Ignatium*, & *Mariam Annam*. *Secunda* conjux fuit *Maria Leopoldina LEOPOLDI* Archiducis in Inspruck filia, quæ ipsi genuit *Carolum Josephum*. *Tertia* fuit, *Eleonora* Gonzaga, Caroli II. Ducis Mantuæ filia, ex qua geniti *Theresia Maria Josepha*, *Eleonora Maria*, primò *Michaeli* Polonorum Regi, postea Duci Lotharingiæ Carolo desponsata, *Maria Anna Josepha*, & *Ferdinandus Aloysius Josephus*, in universum ex tribus conjugiis 11. liberi. *LEOPOLDUS* nunc victoriosissimè regnans Imperator ad tertium similiter cum parente pervenit conjugium. *Prima* conjux fuit *Margaritha Theresia*, Philippi IV. Hispaniarum Regis filia, quæ ipsi genuit *Ferdinandum Wenceslaum*, sed anno sequenti 1668. 3. Jan. demortuum. *Mariam Antoniam*, Maximiliano Emanueli Electori Bavariæ 1685. desponsatam, & 1692. 14. *Decemb.* vita functam. *Joannem*, qui 20. *Febr.* 1670. obiit *Mariam Josepham* eodem quo nata mense Febr. 1672. iterum mortuam. *Secunda* fuit *Claudia Felicitas*, Archiducis Austriæ *Ferdinandi Caroli* filia, ex qua progenitæ filiæ duæ, *Anna Maria* nimirum, quæ 12. Decemb. 1674. & *Maria Josepha*, quæ 1. Julii 1676. fatis concesserunt. *Tertia* & adhuc in vivis conjux est *Eleonora Magdalena Theresia*, Electoris Palatini *Friderici Wilhelmi* Filia, 4. *Decemb.* 1676. Cæsari desponsata, ex quo felicissimo conjugio susceptæ proles 9. (1.) *Josephus*, 16. Julii 1678. natus in Regem Hungariæ 9. *Decemb.* 1687. & in Romanorum 14. *Jan.* 1690. coronatus. (2.) *Maria Elisabeth*, nata 3. *Decemb.* 1680. (3.) *Leopold. Joseph.* demortuus 3. *August.* 1684. (4.) *Maria Anna* nata 7. *Sept.* 1683. (5.) *Maria Theresia* denata 18. *Sept.* 1696. (6.) *Carolus Franciscus* natus 1. *Octob.* 1685. (7.) *Maria Joseph.* 6. *Martii* 1687. *genita.* (8.) *Maria Magdalena* 16. *Martii* 1689. nata. (9.) *Maria Margaritha*, 12. *Julii* 1690. nata, sed paulo post denata. *JOSEPHUS* Romanorum & Hungarorum Rex Augustus 24. *Feb.* 1699. conjugem sibi sumpsit *Wilhelminam Amaliam*, *Joannis Friderici* Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis Gnatam, ex qua defuncta, eheu! prole mascula, hactenus filiæ duæ adhuc in vivis, cum indubia spe secuturæ successionis masculinæ.

10 *De præcedentia Augustæ.* In Processionibus actibusque Imperialibus Imperatrix, vel Regina Romanorum, suis Augustalibus amicta insigniis, post Regem vel Imperatorem immediatè subsequitur, secundum *A. B. cap.* 26. §. 5. Quanquam Rex Bohemiæ eandem in publicis hisce actibus præcedere contendat, propter verba *A. B. cap.* 22. *in fin.* ibi: *Rex autem Bohemiæ Imperatorem, seu Regem ipsum immediatè, nullo interveniente, sequatur*; Indubiè enim ab Imperatore secunda in ordine procedit Imperatrix, sicut etiam, die solennis Curiæ, statim sedem suam, mensamque tribus tamen pedibus sive gradibus inferiorem, à latere Imperatoris in Aula paratam & exstructam occupat, juxta *A. B. cap.* 28. §. 2. Sed si *Mater Imperatoris* adsit, & prioris quidem Imperatoris vidua, hæc Imperatrici in processionibus omnino præfertur, non verò, si vel Regali vel Principali saltem dignitate fulgentem maritum habuerit, *arg. l.* 8. *ff. de Senat. L. fin. C. de incol. Novel.* 205. *cap.* 2. *Arum. ad A. B. discurs.* 6. *thes.* 39. *p. m.* 323. Quod Galliæ convenire moribus *Tillet* testatur, Reginam nempe, Mariti sui Regis matrem præcedere, *Si elle n' est pas Reine de France: au recueil des Rois de France citre de l' authorite & prerogative de Reines de France. Chassanaus in Catalog. glor. mund. part.* 5. *consid.* 39. memorat se vidisse in civitate Hadmensi, quod Claudia de Francia, conjux Francisci I. Galliarum Regis, & filia Ludovici XII. præcesserit semper Loysiam Matrem ejusdem Francisci I. *Lymn. in observ. ad A. B. cap.* 26. §. 5. & 8.

11 *An habeat Majestatem, & an committatur in eam crimen læsæ Majestatis?* Hinc Majestatis titulus, qua dignitatis excellentia notatur, Augustæ rectè tribuitur, *arg. Nov.* 105. *c.* 2. *in princ.* prout eadem hodie Ihre Majestät die Römische Kayserin nominatur. *Limn. tamen in not. ad art.* 52. *Capitul. Rudolphi II. pag.* 530. *n.* 33. Majestatem ipsam, ejusque vim eidem attribui non posse asseverat: tametsi enim arctissima Augusti necessitudo, omnis ferè Augustam prærogativæ dignitatisque reddat participem, Majestatis tamen ea natura est, ut communicari, salva Augusti manente, cum Augusta non queat, ita ille. Nihilominus tamen *crimen læsæ Majestatis* in ipsam committitur, licet idem *Limn. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 14. *n.* 29. contrarium videatur statuere, sano tamen sensu postea id crimen in eam committi posse concedit, eò quod per quamlibet Augustæ injuriam illatam ipsius Imperatoris læsa Majestas censeatur; ut ita si non in Augustam, tamen in Augusta, eodem modo quo de Electoribus loquuntur, læsæ Majestatis crimen dicendum sit, *arg. l. quisquis.* 5. *C. ad L. Jul. Majest. Riemer. Illust. quæst. decad.* 15. *q.* 1. Imo Legum ferendarum potestatem Augustæ competere multis ex Goldasto allegatis exemplis *Carpzov.* tuetur *de L. Reg. cap.* 11. *sect.* 11. *n.* 15. 16. 17. exinde Majestatem necessariò competere plurimi asserunt. Legibus

gibus tamen soluta non est, *l. 31. ff. de LL.* cum cessent in Augusta rationes, quæ tantam dederint Augusto authoritatem, *L. f. C. de LL.*

12 Potest in consortium Regiminis vel consilii admitti. Et licet in Gallia, Scotia, aliisque Regnis Reginæ in consortium Regiminis consiliique non recipiantur, Augustas tamen à Cæsaribus posse, imò, si prudentiæ gloria emineant, debere. Et quis enim vel *Octav. Augusti* vel *Justiniani*, divinitus quasi partam famam, decrementi quid inde pati asserat, quod ille *Liviæ*, hic *Theodoræ* suæ, quasi à Deo datæ, *Nov. 8. c. 1. princ.* formosissimæ, & teste *Procopio lib. 1. de bell. Pers.* omnium prudentissimæ fœminæ, usus sæpe consiliis fuerit, *vid. Nov. 8. c. 1. in princ.* Imò tot dicere ausim, earum nationum gentiumve esse, quæ Reginarum æquè ac Regum sceptris parent, quot illarum referri solent, quæ non nisi hos obsequio venerantur. Namque & ipsam Regalis dignitatis splendore fulgentem Archiducatum Austriæ, deficientibus masculis, ad filiam seniorem devolvi, Constitutio Friderici II. *de privileg. Ducat. Aust.* certos nos facit, ibi: *Et si, quod Deus avertat, Dux Austriæ sine hærede filio decesserit, idem Ducatus ad seniorem filiam, quam reliquerit, devolvatur. Lymn. de jur. publ. l. 5. c. 2. n. 30.* Quin eam non rarò muliebria sceptra felicitatem viderunt, ut omnem gloriosè agendi occasionem posteris ademisse, & nonnisi pudendi his reliquisse materiam, visa fuerint. *vid. Jurisprud. meam, lib. 1. tit. 5. p. 1. n. 6. p. m. 112. seqq. Schönborn. lib. 2. Polit. cap. 12. ibique alleg.*

13 De Coronatione Augustæ. Ad amplissimum Majestaticæ dignitatis, qua Augusta præfulget, symbolum spectat, *Coronatio & Unctio*, quæ ceremoniæ inaugurationis ante *Mathiæ* & *Ferdinandi III.* tempora per 200. annos fuerunt intermissæ, quia ante hæc tempora nullam fuisse Augustam publicè coronatam refert *Goldast. in præfat. ad part. 2.* der Reichs-Satzung. Nam *Annæ* Austriacæ Imperatricis *Mathiæ* Augustæ coronatio denuò cœpta, & postliminio quasi revocata; & post hanc binæ Ferdinandi III. Conjuges eodem coronationis splendore sunt gavisæ: anno namque 1626. *Maria Hispanica*, Ferdinandi III. tunc Romanorum Regis, & Anno 1653. *Maria Eleonora Mantuana*, ejusdem Ferdinandi tum temporis Imperatoris, Augustæ coronatæ sunt. *Oldenb. in Lymn. Enucl. lib. 1. cap. 22. n. 5.* Imò Augustissimi Imperatoris nostri *LEOPOLDI*, ex Serenissima Domo Neoburgo-Palatina orta Augustissima Imperatrix *Eleonora Magdalena Theresia* eodem coronationis honore 9. *Decembr.* 1681. Oedenburgi in Reginam Hungariæ, & 26. *Januarii* 1690. Augustæ Vindelicorum in Imperatricem mactata est, Actum autem hujus postremæ coronationis verbotenus videre licet in *Jurisprud. mea, lib. 1. tit. 5. part. 2. fol. 89. & seqq.* Circa ritum & ceremonias coronationis sequentia adhuc notare placuit: (1.) Quod Augustæ coronatio à Cæsaris coronatione mustum vix differat, in eo tamen præcipuè, quod si Electores coronationi Augustali præsentes sint, illi gladios vagina contentos, mucronibus terram versus porrectis præferre, officia verò coram Imperiali mensa præstari solita, non ipsi Electores, sed Imperatoris aliique Regii Ministri & Officiales peragere soleant, *Relat. Coronat. Mariæ Hispan. apud Carpzov. c. 1. p. 781.* (2.) Non in Imperatrices præcisè, sed aliquando in Reginas Roman. aliquando in Hungariæ, aliquando in Bohemiæ Reginas Augustas coronari. (3.) Olim Imperatores ipsos Augustis coronam imposuisse, hodie eorum Præsulibus hunc ritum incumbere. Et quidem si in Imperio peragatur coronatio, Electoris Coloniensis esse, ut consecrationis & unctionis officio fungatur. Impositionem verò coronæ ad Coloniensem, Moguntinensem & Trevirensem Archi-Episcopos pariter pertinere, *Goldast. in Pol. Imp. part. 4. fol. 158.* Si in Hungariæ Reginam coronanda Augusta veniat, Episcopum Vesprinensem, qui & Hungariæ Reginæ Cancellarius est: Sin verò in Bohemiæ Reginam, Archiepiscopum Pragensem coronationem expedire, *Becman. de dignit. Illust. diss. 5. c. 3. §. 3. & D. 15. c. 1. n. 7. in fin.* (4.) Abbatem Fuldensem id muneris obire, ut quoties corona in coronationis actu à capite Imperatricis more vel ordine poscente, deponenda, ipse ministerio obsequioque suo promptus adesse, coronamque accipere ac tenere teneatur. *Goldast. polit. Imp. part. 4. pag. 158.* Quod si absit ille, alium solere loco ejus substitui, facta prius protestatione, de in futurum non præjudicando, ceu in coronatione Mariæ Hispanicæ Ferdinandi III. conjugis anno 1626. factum testatur *Carpz. de L. Reg. c. 81.* (5.) Locum Coronationis Imperatricis ordinarium quidem *Aquisgranum* esse, in cujus Ecclesia B. Virginis Mariæ actus coronationis celebrandus venit, *Goldast. tom. un. Constit. Imp. p. 344.* pro temporum tamen ratione, aliis in locis eam rectè peragi, *Hermes in fascic. jur. publ. l. 1. c. 10. n. 4. & 5. Limn. de I. P. l. 1. cap. 11. n. 118.* & experientia docet. (6.) Licet dum Imperatores coronantur, *Missilia* in promiscuum vulgus spargere more receptum sit, in Imperatricum tamen coronationibus vix unquam ea projecta fuisse teste *Thulemar. de octovirat. cap. de missil. 28. n. 19.* (7.) Imperatrici ut aliàs, sic in coronationis præcipuè actu *Syrmatophoras* assignari, quales in processione Coronationis Imperatricis Mariæ Anno 1626. eine alte Spanische Dame/ und Graff Egon von Fürstenberg Wittib: in Coronatione *Augustæ Leopoldinæ* supremam ejus Moderatricem, die Obrist-Hoff-Meisterin/ Gräffin von Rappach/ id muneris obiisse notum est.

Porrò Augustæ magna sunt privilegia & prærogativæ, primò enim iisdem, quibus aliàs posteritati suæ testamento consulturus alligatus est, solennitatibus ultimum suum confectura elogium Augusta non 14 Augusta LL. testamentariis est soluta.

non tenetur, *arg. l. ex imperfecto 3. ubi DD. C. de test. juncta l. Princeps 31. ff. de LL.* Quod si enim de Imperatore testamentariis, imo positivis omnibus, quicquid etiam opponat *Hippolytus à Lap. de rat. stat. part. 1. cap. 5. sect. 2.* ipsum legibus solutum esse dubitare nefas est, *Godofred. Antonii disp. apolog. de potest. Imp. legib. soluta. Schutz. de Vicar. Imp. conclus. 46. lit. 6. m. N. 1. P. pag.* 170. de Augusta ut idem dicatur, oportet. Hæc namque per Augustale connubium, divini humanique juris socia assumitur, eidemque pleraque jura & Privilegia communicantur, *text. in l. 31. ff. de ll.* Hinc quod de alterutro conjuge dicitur, de utroque propter naturam correlativorum intelligitur, *arg. l. fin. C. de indict. vid. Coler. cons. 30. num. 261.* Quare ex mero naturali Gentiumve jure ultima Augustæ voluntas metienda, ut nequicquam civilium omissio legum firmitati ejus detrahat, *Reinking. de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 3. c. 12. num. 32. Myler ab* **Ehrenbach** *de Princip. & Stat. Imp. p. 1. cap. 26. num. 3. pag.*

15 Quod non extendendum ad Principes Imperii.

270. Quæ omnia tamen de Principibus Comitibusque Imperii eorumque uxoribus nequaquam dicenda; hos enim omnes legibus civilibus teneri, litesque qualescunque omnes, sive testamentarias sive alias, ad juris Civilis normam, & veluti amussim exigi, atque secundum eam efformata sententia, in summis Imperii tribunalibus decidi & terminari. **Seckendorff Teutscher Fürsten Staat** / *part. 2. cap. 2. pag.* 68. Adeo quoque, ut testamentum à privato conditum, juris verò solennitatibus destitutum, ex solius Augustæ, si quidem illi oblatum fuerit, convalidari autoritate possit, cum nec directò hic contra leges Augusta dispenset, quippe quod alias de quolibet Magistratu dicendum foret, quem etiam cuivis imperfecto testamento, actis suis insinuato, robur addere posse tralatitium est; sed quod agit, id ex potestate concessiva Imperatorium fontem suum respiciente, Eandem agere dicendum est.

16 Donatio ab Augusto in Augustam facta valida est.

Et licet Donatio Virum inter & Uxorem absque insinuatione non valeat, in Augustali tamen donatione aliter se res habet, nempe subsistit, quam vel Augustus in Augustam, vel hæc in illum constante adhuc matrimonio contulit; donatio enim (quam rationem ipse addit Justinianus *in l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor.*) Imperialis legis vicem obtinet, proindeque, utpote jam propriam majestatem habens, *l. 34. in fin. pr. C. de donat.* leges, tanquam normam non respicit. *Brunnem. in l. donat. 26. C. de donat. inter vir. & uxor.* nisi forte aliud præter matrimonii respectum Augustali donationi resistat, eamque inutilem reddat; veluti si bona Imperio incorporata ab Imp. Augustæ donata fuerint. *Molin. de just. & jur. disp. 25. num. 3. Gelhausen arb. jud. Civil. C. 1. pag. 8. num. 17. seqq.*

17 Non eget insinuatione.

Et quælibet hæc ab Augusta in privatum procedens valida est, licet ad aliquot aureorum millia ascendat, insinuatione tamen non indiget, per *l. sancimus. 34. in princ. C. de donat.* sicut enim Augustalis præeminentiæ sublimitas cum vulgaris conditionis fece confundi nescit, sic & liberalitates ex illius fastigio descendentes à privatorum concessionibus separari par est, *l. 7. C. de bon. quæ lib.* Et cur insinuatio hic requirenda foret, dum nullus, in hujusmodi donationibus, de fraude dolove præsumptioni locus est, cum semper à latere inque comitatu suo habere Proceres Augusta videatur, ut occultè quid fieri vix queat. *Brunnem. ad l. sancimus. 34. C. de donat. num. 6. Klock. Relat. Camer. 3. num. 389.* Hinc & illud, quod filiofamil. vel filiæfamil. ab Augusta donatum, pleno ipsis jure acquiritur, sic ut ejusdem usumfructum nec Pater nec Avus vel Proavus sibi vindicare queant, sed ad similitudinem Castrensis peculii omnem facultatem in id filii filiæve habent, per *text. in l. 7. C. de bon.* 18 Donationes Augustales latissime interpretandæ.
quæ liber, & propterea de illo uti & de alio peculio adventitio extraordinario rectè testari possunt. Denique cum privatorum donationes non nisi strictissimè, *l. 22. ff. de donat.* Imperatoriæ tamen quàm latissimè interpretandæ sunt, *Brunnem. ad l. 2. ff. de Constit. Princip.* Hincque est quod si duobus communiter aliquid ab Augusta donatum fuerit, & unus, nullo hærede relicto, decesserit, ejus pars non ad fiscum, neque etiam ad ipsam Augustam revertatur, sed ad superstitem condonatarium pertineat, *l. un. C. si liberal. Imp. soc. sine hered. decesserit.* hujus rei ratio non juri accrescendi, sed potius liberali interpretationi Imperatoriæ attribuitur. *Brunnem. in l. un. C. si liberal. Imper. n. 7.*

Gaudet præterea Augusta privilegiis fisci; quodcunque enim privilegii Fisco competit, hoc idem & Cæsaris ratio & Augusta habere solet, *Ulpian. in l. 6. ff. de jur. fisci.* & varia cum fisco habet jura communia: 19 Augusta varia cum fisco habet jura communia.
quod ex causa contractuum cum privatis initorum, tacito pignore habeat bona eorum, quibuscum contraxit, obligata; *l. 2. C. in quib. caus. pig. tac. contrah.* quod denegetur appellatio ei, quem Augustæ debitorem esse constiterit, *arg. l. 4. & 8. C. quor. appell. non recip.* Quod Prædia Augustæ, eorumve conductores, licet necessitatibus publicis (quemadmodum & prædia privata Principis) inservire debeat, habeant tamen immunitatē à sordidis muneribus, qualia sunt ex, quæ *l. 12. C. de excus. muner.* peti possunt, & extraordinariis iis, quæ summa necessitas publica non extorquet, *l. 1. C. de privil. dom. Aug. vel rei priv.* Quod præferatur omnibus creditoribus, *Arg. l. 3. C. de privileg. Fisci.* Quod aliquando bonis fidei commisso relictis fruatur, antequam dies fideicommissi venerit, prout casus est in *l. 48. §. Cornelio Felici. ff. de jur. Fisci.*

Ne autem Augustæ, quoad Augustalem præeminentiam quid desit, constitutus est ei ordinarius & perpetuus *Archi-Sacellanus,* qui est Abbas S. Maximini apud Treviros; 20 Officiales Augustæ.

viros; *Archi-Mareschallus*, qui est Abbas & Imperii Princeps Campidonensis; *Archi-Cancellarius*, qui est Abbas & Princeps Fuldensis, per Germaniam & Galliam Primas. Causam autem hujus, præcipuum Augustalis præeminentiæ decus fuisse, ut tanto sublimius & eminentius, tam potenti sibi adjuncto Archi-Cancellario (qui ex sententia *Riemeri illust. quæst. decad.* 16. *q.* 1. diplomata literasque Augustales ad Imperii Archi-Cancellariorum exemplum, qua de re *Cluten. in Syllog. rer. quotid. conclus.* 24. *lit. K. in num.* 1. *p.* 54. sua subscriptione muniret) redderetur: Quanquam aliis adhuc officiis Archi-Cancellarius non careat.

21 De Augusta Vidua. De Augusta vidua breviter adhuc aliqua. Et quidem Augusti defuncti memoria, omnem in Augusta vidua honorem dignitatisque prærogativam perdurare facit, *Nolden. de Nobil. cap.* 9. *num.* 127. ita enim & in privatis personis obtinet, ut demortui viri viva imago vidua remaneat, inque priori tamdiu matrimonio, quoad privilegiorum juriumque fruitionem stare censeatur, quamdiu alteri non est nupta, *l. fin. C. de bon. quæ lib. l. filii. §. vidua ff. ad municip. l. quoties C. de privil. Scholar.* Quare eundem præcedentiæ locum, eundemque Augustalium titulorum splendorem, eadem privilegia, & quicquid Imperatricis eminentiam absolvit, non minus Augustæ Viduæ competere asserendum est. *Myler. in Gamolog. cap.* 9. *num.* 2. nisi viventis adhuc Imperatoris Augusta adsit; huic enim defuncti viduam non præferri, sed cedere oportere: cum indubium sit, majorem longe *illam* splendorem claritatemque comitari, quippe quæ lucentis adhuc Imperatorii Solis radiis clarescit, quàm *hanc*, cujus dignitatis splendorem mors Imperatoris aliquantulum obvelavit: Nisi tamen hæc, quod *Limn. ad A. B. obs.* 8. bene notavit, regnantis Imperatoris vel Imperatricis mater sit; tunc enim hanc præferri, & honestatis & pietatis ratio suadet.

Augusta Vidua ad secunda vota si transeat, & vel Regi vel Principi alii summo nubat, nequicquam dignitatis vel privilegiorum per secunda vota amittit. Augusta, si Cæsareo sanguini natales suos debeat, & Comitis vel Principis inferioris conjux facta fuerit, eam privilegia quidem à legibus Augustæ concessa amittere statuunt, cum Augusta omnino esse desinat, dū alteri, non Principi summo nubit, naturalem tamen sanguinis sui Cæsarei prærogativam retinere. Si autem Augusta ex Principali aliusve inferioris dignitatis stemmate prognata sit, tum verum est, eam secundo nubendo pristinam Augustalem prærogativā amittere, novique conjugis dignitatem, conditionemq; sequi, atq; sic ad primos suos natales postliminio quasi redire, *arg. l. mulieres* 13. *ibi: posterioris mariti sequetur conditionē C. de dignit.* Sic virgo Viduave nobilis, plebeio nubens, etiamsi multis qualitatibus dotato, nobilitatem perdit, & fit plebeia, *arg. l. fœminæ.* 8. *ff. de Senator.* Aliter tamen se res habet in uxore summum Nobilitatis gradum habente, qualis est ea, ut dictum, quæ Cæsareis natalibus superbit; hæc enim per connubium inferioris propriam familiam non amittit, & proinde titulis ceremoniisque, Generi, unde orta est, debitis, inferiori licet nupta, honorari adhuc solet, prout illud rationum pariter ac exemplorum pondere late deducit *Myler ab* Ehrenbach *in Gamolog. cap.* 5. 22 De Augusta Vidua ad secunda vota transeunte.

Kayserliche Kleinodien.

SUMMARIA.

1. *Quid proprie sint Clinodia.*
2. *Recens eorum descriptio.*
3. *De Aquila Imperiali.*
4. *Sceptrum Imperiale.*
5. *Globus sive pomum aureum.*
6. *Crux in globo sive Pomo.*
7. *Gladius Imperialis.*
8. *De Corona Imperiali & ejus specie.*
9. *De Corona Romana.*
10. *Potestas Imperatoria est à solo Deo.*
11. *Corona Germanica, ejusdem genuina descriptio.*
12. *Plura de Coronis ex Chassanæo.*
13. *Tunica alba & Dalmatica vestis, Chappa Choralis, Mantellum &c.*
14. *De Reliquiis & Lipsanis Imperii in genere.*

1 Quæ propriè sint Clenodia Imperii. IN consignatione *Caroli IV. de anno* 1350. apud Goldastum in Politischen Reichshändlen *part.* 6. vocantur das Heiligthum und die Kleinod des Heiligen Reichs; & Cimelia atque Lipsana Sacri Romani Imperii quod Norimbergæ hodiedum asserventur, nemo est, qui ignoret. Dicuntur etiam S. R. J. Regalia, sicut inscriptio etiam consignationis Carolinæ jam dictæ ostendit apud Goldastum: in qua Regalia des Heiligen Römischen Reichs disertè nominantur: sed hodie nomine Clenodiorum S. R. J. ea fere à Scriptoribus juris publici notari tantum solent, quæ Norimbergæ, ut dixi, asservantur: quæ cæteris Imperii insignibus ita solent adjungere, ut non obscurè ab iisdem distinguant, ita Limn. *de J. P.* 1. 14. 35. annotationem de insignibus Imperii finiturus subjicit: Cæterùm Imperii Insignibus non incommoda relatione Clenodia Imperii jungi possunt. *Talia æstimantur gladius Caroli M. Lancea, quæ Servatoris nostri latus aperuit: dextra portio Sanctæ Crucis: clavus unus, qui Christi perforavit artus: & mappa, quâ ultima mensa Domini strata fuit.* Eodem ferè modo *Arumæus*

maus ad A. B. cap. 22. enumeratis insignibus addit: *sed præter hæc Augustalis dignitatis propria ornamenta, plura sunt Clenodia & reliquiæ, quæ ex parte numerantur in vita Henrici I. Imp.* & paucis interjectis: *sed hæc Clenodia hodie apud Civitatem Norimbergensem asservantur.* Apparet autem *Arumæum* existimasse ea tantum Clenodia & reliquias adservari Norimbergæ, quæ *Goldastus* in Politischen Reichs-Händeln *p. 6. C.* 2. enumerat, cum ibi ea tantum recenseantur quæ in Conventu Electorali Anno 1611, Electoribus exhibita sunt: extant autem longe plura, quorum vix mediam partem ista conficiunt: *Obrecht de Clenod. pag.* 5. Solent autem illa in tres veluti partes dividere, & olim partitim monstrabantur. Ad *primam classem* referunt reliquias varii generis: (1.) Partem Sacri Præsepis, in quo Servator noster vagiit, (2.) Brachium S. Annæ Matris Virginis Deiparæ, (3.) Dentem S. Joannis Baptistæ, (4.) Partem tunicæ S. Joannis Evangelistæ, (5.) Particulas quasdam catenarum, quibus SS. Apostoli Petrus & Paulus, ut & S. Joannes Evangelista, vincti fuerunt. *Secundæ classi* annumerantur: *Cimelia ad Coronationem Imperatoriam* pertinentia, de quibus Hartman. Maurus apud *Goldastum* in Politischen Reichs-Händlen *part.* 3. *cap.* 3. *p.* 271. in descriptione Coronationis Caroli IV. sequentia: *Ornamenta Divi Caroli, quibus ex more coronandi Reges induuntur, Norimbergensis Magistratus summa cum diligentia atque veneratione publicè ad aliquot secula asservavit, quæ tempestivè Aquisgranum delata, ubi Reges coronandi fuerint, rursus coronatione expleta asportantur, subque fida custodia recluduntur. Subnotatas autem reliquias Norimbergenses à Carolo gestatas pro veris habent, traduntque, & inde eximiè coluntur: Dalmaticam albam holosericam, pretiosissimis margaritis gemmisque distinctam: Auream stolam Margaritis quoque adornatam: Unam Cappam holosericam violacei coloris, cui aurum in modum Aquilæ intextum; Alterum amiculum rubei coloris, contextum pari modo magna aurea Aquila: Insuper Coronam Caroli, non ferream, ut vulgus falsò autumat, & quod magis pudendum, passim in juris Professorum commentariis reperitur: sed ex puro puto auro fabrefactam, sic tamen ut in ea veterum laudabilis parcitas satis eluceat. Pomum & sceptrum aurea. Gladium Caroli admodum gravem; utpote à viro robustissimo versatum: verum non tam prodigiosæ magnitudinis quam à tanto Heroe gestatum credi posset. Præter hæc advecta sunt hac tempestate duæ Dalmaticæ, una violacei, alia verò nigri coloris: duæ chirothecæ, unionibus & pretiosissimis lapidibus ornatæ: Socculi duo aurei, stola, Zona coriacea, retinaculumque ejus aureum: quæ omnia pretiosis lapidibus affabre picturata, redimitaque fuere,* quibus aliqui, ex descriptione Conventus Electoralis apud Goldastum, addunt gladium S. Martini, alii S. Mauritii, Thebeæ Legionis Ducis, cujus in consignatione Carolina quoque mentio fit, uti & calcarium Caroli M. *Tertiam* denique *classem* constituunt Sacra Lipsana Dominicæ Passionis: (1.) Lacinia mappæ, supra quam Cœnam ultimam cum discipulis suis Servator noster celebravit, uti & (2.) Lintei quo præcinctus fuit, cum pedes discipulorum ablueret, (3.) Octo Spinæ Coronæ Dominicæ, (4.) Pars almæ crucis, (5.) Lancea qua Servatoris in cruce pendentis corpus perfossum.

Ex his præcipua Carolus IV. Imp. in arce Bohemica *Karlstein* recondidit, tradente *Alberto Kranzio Vandalicorum X.* 40. dum inquit de Karlsteinio, *arx præcipua, quæ multa servabat pretiosa Regni Romani insignia, quæ illuc Carolus IV. invexerat, de manibus perfidorum eripitur:* quæ tamen ex post Sigismundus Imperator inde Anno 1424. Norinbergam transtulit, ejusque custodiæ concredidit. Percenset autem Lipsana hæc singillatim *Martinus V.* Pontifex in bulla sua, qua Sigismundo petenti, ut illorum translationem approbaret, respondet, ex ipsius, quantum apparet, Sigismundi enumeratione, hoc ordine modoque: *Ex devota Charissimi in Christo filii nostri Sigismundi Rom. Hung. & Bohem. Regis insinuatione nobis nuper innotuit, quod cum magna pars vivificæ crucis, in qua Salvator noster JESUS CHRISTUS, pro generis humani salute pendere voluit; lancea quoque ex aliqua parte, quâ latus ejus miles aperuit; clavus, quo manus ipsius eidem unus, cruci affixa extitit; Particula præsepis, in quo Salvator ipse positus fuerat; brachium S. Annæ, & particulæ quædam catenarum SS. Petri & Pauli Apostolorum. Tunica S. Joannis Evangelistæ, dens unus B. Joannis Baptistæ, Gladius S. Mauritii, nec non gladius Caroli Imp. ei angelica, ut dicitur, manu porrectus; Corona quoque, nec non sceptrum & pomum, & singula indumenta Imperialia, ejusdem Magnifici Caroli; Reliquiæ, seu insignia Imperialia communiter appellata, intra Regnum Bohemiæ consisterent.* Indicat in eadem hac Bulla Pontifex, *Sigismundum*, ut quibusvis imposterum periculis eriperet Clenodia Imperialia, de idoneo ad perpetuam illorum custodiam eligendo loco deliberasse: *lustratisque animo cunctis Imperialibus Civitatibus & locis Alemanniæ pervestigatis, multoque ad illos directo reflexu, tandem considerasse, quod Imperialis Civitas Norinbergensis, præ cœteris illarum partium, Imperialibus civitatibus oppidis atque locis potens, insignis & famosa, Ecclesiastico decore conspicua, Christianæ fidei, devotissimis etiam utriusque sexus Zelatoribus præpollens, in regenda Republicæ politia, singularis prudentiæ viris ornata, ac demum ipsi Regi, ex omni parte accommodatior existeret, atque ideo reliquias* & insignia ipsa ad Civitatem eandem cum debita veneratione transferenda, ac ibi ad Laudem Dei & Sacri decorem Imperii reponenda providisse ac decrevisse, perpetuo conservanda.

Schwveder. in Introd. in Jus publ. part. spec. sect. 1. *cap.* 2. §. 34. de Clenodiis Imperialibus sequentia tradit: Imminente Coronatio- 2

Recens descriptio Clinodiorum.

nationis die ad denuntiationem Electorum, *Norimberga* & *Aquisgranum* Imperii Clinodia mittunt. Illa *Coronam* (quam Caroli M. vulgò vocant) ejusque impensis confectam dicunt, cui tamen valdè obstat, quod in semicirculo supernè innexo nomen Imperatoris Conradi insculptum reperiatur) *Annulum*, *Sceptrum*, *Pomum*, *Ensem*, quem ab Angelo Carolo M. datum dicunt, & *Dalmaticam vestem Caroli M.* pretiosis margaritis distinctam, *Paludamentum Cæsareum*, cui Aquilæ aureæ Phrygio opere intextæ sunt, *Stolam auream*, *Amiculum* rubri coloris, *Chirothecas* unionibus ornatas, & ex puro auro textas, *Sandalia, Tibialia*, cum Caroli M. *Zona* sive *cingulo*, quæ Sigismundum ei custodienda tradidisse ferunt, *Vid. Lindenspur ad A. B. C.* 22. Aquisgranum *capsulam gemmis pretiosis ornatam*, in qua Sanguis *S. Stephani* reservari dicitur, *Gladium Caroli M.* ad formam Hungarici factum, cum pendiculo & Evangelio literis aureis scripto. Hæc Electores Ecclesiastici, postquam dies coronationis illuxit, separatim Ecclesiam ingressi, à legatis illarum Civitatum accepta imponunt altari. Regem coronandum in Pontificalibus suis exspectantes. Seculares verò in Curia, interim habitu Electorali ornati, Palatium Regis bini suo ordine, Legatis præsentes sequentibus petunt. His Palatium Regium ingressis Rex descendit, tum Legatis præcedentibus, *Bavarus* cum aureo pomo in medio, *Brandenburgicus* cum Sceptro à dextra, à sinistris cum Corona *Palatinus*, Elector *Saxoniæ* immediate cum districtio gladio, Vicario vaginam præferente, Regem sub throno à Sex vel octo (tot nuper fuerunt *Vid.* Politische Reichs-Händel *art.* 28. *p.* 139.) Senatoribus loci portando sic deducunt ad Ecclesiam campanis sonantibus. Reliqui, Saxonis excepto, absunt Vicarii, ubi præsentes Principales. *hactenus Sueder. cit. loc.*

3 De Aquila. Porrò inter insignia, quæ Imperio nostro Romano Germanico hodie usurpantur, primaria est *Aquila*, quam sibi Imperatores propriam fecere, idcirco quod avium Regina & dominatrix habeatur. Quando autem & quare biceps facta fuerit, non conveniunt autores; non nulli enim existimant, cum Constantinus novam Romam condidisset, & Imperium in Orientale & occidentale divisisset, inde bicipitis aquilæ Insignia nata esse, *Lips. in annal. ad milit. Rom.* Alii ex Variana Clade insigne illud deducunt, quia Germani, devicto Vario Romanorum Duce, Aquilas duas reportarunt. Alii ad Carolum M. cum Nicephoro Græcorum Imperatori Orientis, Carolo autem Occidentis Imperium cederet; Alii ad Carolum V. alii ad alium id referunt. *Josias Nolden. de stat. nob. d. c.* 21. *nu.* 77. *& seqq. Limn. in addit. l.* 6. *c.* 6. *n.* 28. eligenda ex his cuique opinio, quæ placuerit. An vero una, aut duæ simul junctæ sint Aquilæ, pariter dissonans est Autorum propositio. Duas Aquilas nigras concorporatas expansis ad invicem alis dorsa simul jungere, illisque se invicem obtegere nonnulli statuunt. *Lips. in analect. ad milit. Rom. p. mihi* 278. *& alii.* Ut vero hujus assertionis patrocinium quærant, monstrosum asserunt esse, unum corpus duobus affixum capitibus, imô naturam ipsam repugnare. Econtra *Freher. ad Pet. ab Andlo. de Rom. Imp. lib.* 2. *c.* 14. *p. m.* 213. & alii famosissimi Autores non duas, sed unam tantum, eamque bicipitem agnoscunt pro insignibus Nostri Imperii Aquilam, hocque non solum ipse aspectus, qui potius bicipitem unam, quam concorporatas duas Aquilas oculis subjicit, sed etiam uno procerum ore eadem in Recessibus Imp. videtur recepta. Neue Müntz-Ordnung *Ferd. I. de an.* 1559. §. wie auch vorgestelte Sorten etc. ibi: Unser/ und des Reichs Kayserlicher Adler mit zween Köpffen etc. Non obstante, quod quasi monstrosum sit uni corpori duo Capita jungere. Nam non tam corpus naturale hic spectandum, quam Mysticum, in quo naturæ limites egredi non nefas est, Sic in Aristocratia plura unius corporis dantur capita, Imperium quoque si respicias, ejus ut maximè Imperator caput sit, R. A. zu Augspurg / *de Anno* 1530. §. dergleichen wir. R. A. zu Augspurg *de Anno* 1566. §. demnach im Jahr / eo tamen casu, quo Rex Romanorum Imperatori adjungitur, manifestò duo Imperii capita incedunt. Abscheid des Deputations-Tags zu Wormbs *de An.* 1564. §. so unterstunden sich etc. prout hæc omnia jam supra *verbo* Adler *fol.* 244. *num.* 9. deduximus.

Alterum Imperii insigne *Sceptrum* est, quod vetustissimum dicit *Marquard. Freher. ad Pet. de Andl. lib.* 2. *c.* 8. Regibus enim ipsos Deos id in manus dare Ethnici credebant, *Teste Homero lib.* 2. *Iliad.* Antiquiores hastam loco sceptri habuere, Limn. *l.* 2. *c.* 4. *num.* 22. *& seqq. ex Tholozan. lib.* 6. *de Rep. c.* 20. *num.* 20. Notat autem Suidas Sceptrum fuisse virgam ligneam, qua denotatum fuit, Reges Populorum Pastores esse. G. *Pancirol. l.* 1. *var. lection. c.* 9. Unde à Rege Davide *Psalm.* 45. *Vers.* 7. Sceptrum Virga Regni, & contra Virga Regni recte Sceptrum promiscuè vocatur. Virgam autem istam ex querno trunco, ad denotandam Imperii firmitatem elaboratam fuisse, & à Magistratibus ad significandam Imperii potestatem gestari solitam, docent Autores, quo respexisse videtur J. A. Pastorius Histor. Cæsar. in Poësi dedicatoria ad effigiem moderni Imperatoris Augustissimi Leopoldi A. P. F. 4 Sceptrum Imperiale.

Sceptra manu gestans lauri atque virentis olivæ.

Ceu leo confringet, qui fera bella cient.

Facit, quod Deus cum populo suo *Moysen* Principem constitueret, & Ducem, Virgam seu baculum signorum & Prodigiorũ pro sceptro & potestatis symbolo ei dederit,

rit. *Exod. c.* 4. *vers.* 17. quo spectant elegantes *Viterbiensis* versus *p.* 19. *Chron.*

In manibus Regum Regia sceptra tenentur,
Tunc quasi per virgam compescere, cuncta videntur,
Pœnaque præstatur, qua ratione datur.

Et hoc Sceptrum ante faciem Imperialibus Infulis ornati gerit Serenissimus Elector Brandenburgicus *A. B. tit.* 22. aut eo absente quondam Subcamerarius de Falckenstein *A. B. tit.* 28. §. *sunt autem*, hodie Illustrissimus Comes de Hohenzollern tanquam Hereditarius Imperii Camerarius. Confer. *Joan. August. Pastor. in Act. publ. p.* 51. & 54.

5 Globus sive pomum aureum. Alia Imperialis Infula hic sese offert, *Globus*, scilicet ab omni ferè antiquitate, signum universalis Imperii; Germani Imperatores rursus eum à Græcis accepisse videntur, *Lipsius de Cruc. lib.* 3. *c.* 5. *Marq. Freher ad Petr. de Andlo. lib.* 2. *c.* 6. quem pomum pallamque vocarunt, *Godefred. Viterbiensis:*

Aureus ille Globus pomum vel palla vocatur.

Globo isto seu Pomo aureo Mundi Dominium Imperatori Antiquitas tribuit, plane ex mente Antonini, qui se mundi Dominum dixit, *L.* 9. *ff. de L. Rhod. de jact.* quod tamen in sano sensu accipiendum, quoad illam mundi partem tantum, quam Imperator gubernat, *P. Gilken. ad L.* 16 *C. de transact. n.* 17.

6 Crux in Globo sive pomo. *Crux* eidem globo sive pomo est imposita, quæ Imperatorem de pace admoneat, ut paci omni industria, omnibusque conatibus studeat, quemadmodum pacificus Christus Servator Cruce suâ toti Mundo æternam pacem conciliavit. *Lim. in Annot. ad art.* 30. *Capit. Caroli V. verbo* empfahen/ *n.* 57. *Georg. Theod.* Dietrichs *in Not. ad tit.* 26. *A. B.* Pomi hujus lator hodie est Serenissimus Elector Bavariæ, & in ejus absentia Illustrissimus Comes de Zeil & Waldburg / Hæreditarius Imperii Dapifer, *Instrum. Pac. Cæs. Suec. art.* 4. §. & *primo quidem quod attinet.*

7 Gladius Imperialis. Non ignobile porrò Insigne Imperii est *Gladius*, atque vetustum, uti ex Trajani constat dicto: *Hoc pro me utere, si juste imperavero, sin minus contra me.* Præfectus Prætorio olim Imperatoribus gladium præferebat, *Freher. d. l. c.* 6. *p. m.* 180. hodie Serenissimus Elector Saxoniæ *A. B. tit.* 22. In Coronatione Wilhelmi Imp. Ensifer Saxo dixisse legitur: *Accipe ensem Regium, ut rebelles severa correptione potenter affligas, omnesque benevolos in tranquilla pace gubernes, Idem Freher d. l. c.* 8. *p.* 195. Tessera autem est gladius supremæ potestatis, *Philip. Camerar. Cent.* 1. *horar. succis. c.* 76. *Rom.* 13. *vers.* 4. & belli ac justitiæ, *Viterbiensis* hinc *d. part.* 19. *Chronic.*

Judicii signum Gladius monstrare videtur,
Quo malefactorum feritas cessare jubetur,
Præcipitur Gladius vibratus semper haberi,
Puniat ut subitò, potuit quod culpa mereri.

8 De Corona Imperiali & ejus specie. Majestatis Regiæ pervetus quoque signum est *Corona*, ex qua interitum Regni Præsagiorum observatores collegerunt. *Polydorus enim Vergil. lib.* 23. *Histor.* refert, *Henrico II.* Anglorum Regi, paulò antequam ab *Eduardo* Eboracensi Regno dejectus esset, cum in Senatu ornatus Regio habitu consedisset, subitò è capite Coronam in terram decidisse. Varius quemadmodum Coronarum fuit usus: ita earundem varia fuerunt genera; de Imperiali hic quædam attingenda. Hæc qualis fuerit, ex numismatibus *Aureliani, Probi, Diocletiani, Decii & Constantini* repræsentatur, qui omnes Coronis cum apicibus triangularibus acuminatis coronati fuerunt. *Lazius lib.* 9. *de Rep. Rom. c.* 18. Gemmiferam gessisse Imperatores ac Reges verosimile fit ex *Herodiano lib.* 5. ubi Heliogabali luxum Asiaticum describit, his verbis: *Vestitum usurpans luxuriosum, purpura intextum atque auro, coronas item sustinens ad Tiaræ modum auro lapillisque pretiosis insignitas.* Coronam Imperialem triplicem statuit, *Limn. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 539. & *seqq. Lombardicam* nimirum, *Romanam* & *Germanicam.*

Corona Lombardica. *Lombardica*, à Lombardia, Provincia Italiæ fortissima, amœnissimaque dicta, Modetiæ olim, in Basilica S. Joannis, quandoque Mediolani in Ecclesia S. Ambrosii, nonnunquam Alexandriæ; postea Pontificis consensu Romæ peragebatur. *Ferrea* hæc dicitur Corona, indicans firmitatem Romano Imperio, exercitu militari & ferro esse quærendam, vel potius, quia Romanum Imperium per ferrum à Propheta Daniele fuit præfiguratum, & hæc licet ferrea vocetur, quod vel ferream quandam laminam in summitate habuerit, vel circulo ferreo interiore fuerit intexta, tamen aurea est corona, *Limn. d. l.* 2. *c.* 4. *n.* 48. & *ibid. in annot. n.* 51.

9 Corona Romana. Sequitur *Romana*, quæ Tiaræ instar & aurea est, splendens bicipiti fastigio multisque adamantibus. Nominatur Romana, ob quod Romæ ad Altare in Ecclesia S. Petri imponebatur, quanquam postea alibi locorum ritus ille fuerit celebratus. Et exinde Coronationem Romanam non adeò esse necessariam ex notabili Constitutione *Ludovici IV.* Imp. in Comitiis Coloniensibus *Anno* 1339. lata patet, quam *Goldast. tom.* 1. *Constit. Imp. p.* 336. & *tom.* 3. *p.* 409. sic recitat: *De Consilio & consensu Electorum & aliorum Imperii Principum declaramus, quod Imperialis dignitas & Majestas sit immediatè à solo Deo: & quod de Jure & Imperii consuetudine antiquitus approbata, postquam aliquis eligitur in Imperatorem, sive Regem, ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex sola Electione est Rex novus & Imperator Romanorum censendus, & nominandus, & eidem ab omnibus Imperio subjectis obediri debet, & administrandi Jura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet potestatem.*

10 Potestas Imperatoria est à solo Deo.

11 Corona *Germanica* ex puro puto auro est fabricata,

Germanica, ejusque genuina descriptio. ta, ita tamen, ut in ea veterum laudabilis parsimonia & parcitas existat, *Harim. Maur. de coronat. D. Caroli V. ap. Goldast. in Polit. Imp. p. 3. disc. 3. p. 271. & alii;* Eam Imperatores Romani, Regum & Imperatorum Romanorum honores, præcedente legitima Electione ambientes, *Aquisgrani* accipiebant. Quæ etiamnum usitatissima; magis tamen ad solennitatem extrinsecam, quàm necessitatem essentialem pertinet, ita ut per eam & Commissio Imperii quasi renovetur, ad autoritatem Electo stabiliendam, & personam ejus omnibus & singulis notam faciendam. Hujus Coronæ ambitum Mitra Episcopalis cingit, eaque bicorni cacumine exsurgit, ad partem anticam, sive frontem, crucem habens, quinque bene magnis adamantibus distinctam, quàm infinita unionum sive margaritarum series, ad crucis formam se extendens, absolvit. In parte postica, seu occipitio duæ sunt appendiculæ, auro tortili Phrygiatæ, quæ fimbriolis aureis terminantur. Integra verò aurea est, ac per circuitum pretiosissimarum gemmarum, ditissima rubinorum copia, smaragdorum, adamantum, unionum dispuncta, gratiosissimam, splendidissimamque lucem ex se diffudentium. Habet quoque Semicirculum aureum, medium hiatum mitræ dispescentem, sursum instar ansæ repandum, & utrinque in se reflexum, qui auream in apice crucem tenet. Coronam hanc Elector Palatinus, ut Archi-Thesaurarius præfert, & præterea aurum missiliaque in populum spargit. Subofficialis ejus est Comes à Sintzendorff.

12 Plura de coronis ex Chassanæo. *Chassanæus in Catalog. glor. mund. part. 1. consid. 38. Conclus. 2.* varia statuit Coronarum genera, & quis eas invenerit, *Polydorus de inventoribus rerum, lib. 15. cap. 17.* refert, Liberum patrem coronarum repertorem fuisse, qui primus omnium imposuit capiti suo coronam ex hedera; Moyses tamen, qui multis ætatibus Liberum patrem præcessit, coronas aureas fecit, secundum *Josephum in 3. & 8. antiquitatum.* Ægypti Regum, teste *Cælio lect. antiquar. lib. 13. cap. 61.* mos fuit pervetus, Diademata serpentis, aspidis imagine distincta gestare. Principio ex arborum ramis fieri coronas in ludis, & sacris certaminibus mos fuit. Posteà varia florum mixtura componi cœperunt. Has Glycera primò adinvenit. Paulo post subiere, quæ vocatæ sunt Ægyptiæ sive Hyberniæ, factæ è bracteis ligneis sive eburneis, variis coloribus infectis. Deinde subsecutæ sunt è lamina ænea tenui inaurata, aut argentea, quæ propter gracilitatem corollæ dicuntur; Crassus autem Dives primus suis ludis coronam aureis argenteisque foliis dedit, & alii alias. Hinc denique multifariæ coronæ repertæ sunt, & in maximo pretio habitæ, præcipuè apud Romanos, & tempore Consulum. Erant enim militares Coronæ, puta triumphalis, qua donabantur, seu coronabantur in triumphis Imperatores, seu quæ triumphanti dabatur, & ex lauro primitus fiebat: quoniam ea arbor præcipuè est lætitiæ victoriarumque nuntia, sed deinde ex auro fuit facta, & hæc dicitur *aurum coronarium*, erantque ejusdem & virtutis & honorarii præmia; & pergit *cit. Autor. d. loc.* diversa coronarum genera speciatim describere; scil. *Muralis corona*, dabatur ei, qui primus murum hostium subierat, seu oppidum hostium per vim ascendisset, hæc etiam aurea erat, muri pinnis decorata. *Castrensis*, quæ & Vallaris dicitur; quia insigne Valli Castrensis haberet, similiter aurea erat, hæc donabatur ei, qui primus hostium castra pugnando introiisset & irrupisset. *Navalis* pariter aurea erat, & dabatur ei, qui primus maritimo prælio vi & armis in hostium navem transiliebat, ea rostris navium erat insignita. *Oleagina*, qua Victores in Olympiaco certamine donabantur, vel ob conversum hostem. *Ovalis*, quæ & Myrtea dicebatur, dabatur his, qui urbem intrabant ovantes, quando bellum leviter & sine cruore perfecissent, deditione facta; aut cum bella non rectè indicta essent, nec cum justo hoste gesta, aut cum hostium nomen humile esset, ut Servorum aut Piratarum. *Obsidionalis* dabatur Duci, qui exercitum suum ab obsidione hostium liberasset, & dicta est graminea, quia fiebat ex eo gramine, quod ibi natum fuerat, ubi obsidebantur. Hanc S. P. Q. R. Fabio Maximo dedit secundo bello Punico, quod urbem obsidione liberasset, & hanc *Plinius lib. 22.* aliis nobiliorem fuisse dicit. *Civica* erat celeberrima, quam Civis Civi, à quo in bello servatus fuerat, & morte liberatus, testem vitæ salutisque perceptæ dabat: & hæc fiebat ex fronde querna, quoniam quercus primum mortalibus victum præbuit, qui glande vescebantur: vel quia Jovi (in cujus tutela sunt civitates) sacra quercus est; de hac *Plin. lib. 6.* meminit, appellans eam militum virtutis insigne clarissimum. Athenienses primi omnium hanc introduxerunt, hoc honore laudatissimo virtutis alimento primum Periclem decorantes & coronantes. *L. Gell.* vir Censorius censuit, Cic. Consulem hac ornandum corona, quod ejus opera atrocissima illa Catilinæ conjuratio delata vindicataque fuisset. *Hederalis* dabatur Poetis. *Populea* dabatur Juvenibus virtutem imitantibus, & has coronas posuit etiam *Lucas de Pen. in Rubr. C. de auro Coron. lib. 10.* & dicit idem *in leg. 4. C. de vest. holoberis lib. 11.* quod legitur in Historia Scholastica, quod quatuor sunt insignia Regalia, scilicet purpura, fibula aurea, Sceptrum & diadema, vel secundum *Hugon. lib. 2. de Sacram.* sex sunt insignia, quibus excellentia Regalis Ordinis ostenditur, & sacramentum justum figuratur: puta Annulus, per quem desideratur fides; Armilla, per quam bona operatio; Sceptrum, quo Justitia; Gladius, quo Vindicta; Purpura, per quam reverentia; & Diadema, per quod designatur in Rege gloria. Hactenus *Chassanæus*, qui *d. loc. conclus. 1.* ut refert *Polydorus de invent. rer. lib.*

2. *cap.* 3. ulterius tradit, Romanorum Regum insignia *fasces* fuisse cum securi, Corona aurea, sella eburnea, trabeæ curules, Phaleræ, annuli, paludamenta, prætexta, togæ pictæ, tunicæque palmatæ, & omnia denique decora, quibus Imperii dignitas eminebat. Ex 12. Thusciæ populis (quos Tarquinius Priscus subegit) originem habuere, quibus Tarquinius, simul atque id Senatus permisit, primus usus est. Verum Romulus ex moribus 12. Hetruriæ populorum, qui singuli singulos Regi statim creato lictores dabant, antea 12. lictores assumpsit. Alii à numero avium, quæ augurio Regnum portenderant, eum secutum numerum autumant. Hi Magistratus ministrabant, fascesque virgarum alligatos, cum securibus gestabant, & hujusmodi virgæ ex betula arbore fieri consueverant, quæ arbor est Gallica, mirabili candore atque tenuitate, & terribilis Magistratuum virgis, secundum *Plin. lib.* 16. *cap.* 19. *natur. histor.*

13 Tunica alba, & Dalmatica vestis, Cappa Choralis, Mantellum &c.

Alia adhuc Imperii insignia extant, ut *Tunica alba*, Germanicè Die Alben/ ex albo serico facta: item *Dalmatica vestis* Caroli M. quæ violacei coloris est, & Margaritis distincta, cujus fimbriæ ex auro tortili cum subtegmine flavo serico Phrygiatæ, & manicarum limbi unionibus auroque coruscant. Accedit his *Cappa Choralis* & *Mantellum* seu *Paludamentum Cæsareum*, isti ex opere Phrygio intextæ sunt Aquilæ aureæ, hoc duas grandes Aquilas intertextas ex nigro serico habet. Oras illius bene lata fimbria gemmario opere texta ambit; in paludamento Smaragdi, adamantes, saphyri, chrysolithi &c. grandiores conspiciuntur: præterea in posteriori ejus parte inter scapulas, à cervice usque ad balteum, capitium est dependulũ, in quo rutilantissimi lapides positi reperiuntur. Cappam hanc comitatur *stola aurea* ex auro tortili, ac flavo filo serico Phrygiata, in cujus extremitatibus cruces ex meris Margaritis formatæ spectantur. Adjungendæ quoque *Chirothecæ*, unionibus ornatæ, puroque auro textæ: & *Sandalia*, calcei seu *soculi* duo aurei, villoso cocco rubentes. Item *Tibialia*, ac *Ocreæ* Caroli M. quas brussechinas vocant, paululum suprà genua ascendentes. *Knipschild. Tract. Polit. Hist. Jurid. de jur. & privil. Civit. Imp. lib.* 3. *c.* 38. *n.* 13. dictis adhuc adjungendus. De *Gladio Caroli M.* quem Aquisgranenses custodiunt, & quem Legati urbis Aquensis ad Coronationis actum afferunt, uti & aliis Clenodiis apud Aquenses depositis, *vid. Mart. Zeiler. in contin. Itiner. Germ. c.* 21. *p.* 285.

14 De Reliquiis & Lipsanis Imp. in genere.

De *Lipsanis* adhuc quædam, quæ in tanto honore apud omnes Imperii Principes fuerunt, ut non nemo vel ad Crœsi, vel ad Crassi gazas ea comparaverit. Et tantum in illis præsidii Imperatores posuerunt, ut sine eorum possessione Regis Romanorum nec nomen nec Numen penes se esse existimarint. Hinc *Conradus I.* moriens Fratri suo Eberhardo injunxit, ut quamprimum animam exspirasset, Insignia Imperii, & in his *Lanceam Domini* Henrico Aucupi traderet, eumque Regem salutaret. *Sumptis*, inquit Conradus, *his insigniis, lancea sacra, armillis aureis cum chlamyde, lancea ac veterum Regum gladio ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum eo, ut eum fœderatum possis habere in perpetuum. Wittichind. lib.* 1. *Cuspinian. in vita Henr. Aucupis pr. p.* 235. Cum Henricus V. paterno Sceptro jam indepto Regnum Romanum cum potestate obtineret, prima ei cura fuit, ut Augustalis dignitatis propria ornamenta, clinodia & Reliquias in suam redigeret potestatem, & ubi ad extrema cœpit propinquare, vocatis qui secum erant, id est, Regina Mathilde conjuge sua, cœterisque Primatibus, prout potuit, de Regni statu consilium dedit, Coronam cœteraque Regalia usque ad Conventum Principum conservanda in Castello firmissimo *Hamerstein* reponi disposuit, *Abbas Urspergensis, in Chronic. ad A. C.* 1126. *p.* 284. *Cuspin. in virt. Henr. V. p.* 311.

De cœtero *Lipsana* dicuntur reliquiæ, à λείπειν i.e. relinquere, quia à Carolo M. posteris Imperatoribus, & ad hæc usq; tẽpora Imperatori Leopoldo Augusto Pio Felici &c. fuerunt relicta. Quæ autem sint ista lipsana, *vid.* paulò supra in allegata Martini V. Pontificis Bulla, ubi ea specificantur. Dicuntur à Carolo M. relicta fuisse; constans enim est opinio, Carolum M. cum recuperatâ terrâ sanctâ Constantinopolim transiret, aurum, argentum, gemmasque pretiosas ab Orientis Imperatore sibi exhibitas respuisse, solasque Dominicæ passionis & Sanctorum Reliquias postulasse, ac præmisso jejunio & oratione, *partem de Corona Domini, clavum unum Dominicæ passionis, partemque Crucis Domini, Sudarium Domini, Camisiam B. M. V. Fasciam quâ puerum JESUM in cunis texit, & Brachium S. Senis Simeonis* sumpsisse. Qua in re Carolini sanguinis Imperatores gnaviter Caroli M. vestigia calcarunt, & si quid pretiosi adepti sunt, tam Reliquiis quàm Insignibus Caroli M. conjunxerunt. Quod & de Imperatoribus è Saxoniæ Ducibus dicendum: Nam Henricus I. audiens Rudolphum Burgundiorum Regem dono accepisse à Comite quodam Italiæ, *Samsone* nomine, lanceam, arte nova & figura elaboratã, quæ juxtà mediam spinam utrobique quasi fenestram haberet, & in media spina cruces ex clavis, manibus & pedibus Servatoris nostri affixis, præmiis Rudolphum tentavit, ut sibi illam dono daret. At Rudolphus Rex abnuit, cui ferrum & arma minabatur Cæsar, hinc tandem emollitus Rex Cæsari lanceam donabat. *Ott. Frising. lib.* 4. *Chron. c.* 18. *Limn. in annot. ad l.* 1. *c.* 14. *n.* 33. *p.* 175. Deinde tractu temporis ad Successores Imperii Lipsana sunt translata, & quidem Ottoni IV. ab Henrico de Scharphenberg, Spirensi Episcopo data. *Abbas Urspergensis in Chron. ad A. C.* 209. *p.* 226. de hac re sequentia tradit: *Henricus verò de*

Schar-

Scharphenberg Episcopus Spirensis, qui fuerat Protonotarius in Curia Philippi (*scilicet Barbarossæ filii, cujus in Imperio obtinendo Antagonista fuit Otto IV.*) *in potestate habebat Coronam, Crucem, & Insignia Regalia, quæ nec restituere voluit, nisi fieret Cancellarius Imperialis Aulæ, quod & factum est, perduravitque in eo officio usque ad finem vitæ suæ. Mortuo autem Ottone IV. Regalia & Cimelia ad Fridericum II. pervenerunt, ab Henrico Brunsuicensi, minis Honorii III. Pontif. extorta. Abraham Bzovius. Baronii continuator ad A. D.* 1219. *ex Regest. Epist. Honorii III. Erdm. de sacr. Reliq. Imp. c.* 3. Sed & sub aliorum Imperatorum potestate, inque eorum Gazophylaciis Lypsana ista recondita fuere, Ludovico enim Bavaro fatis concedente, Ludovicus filius Marchio Brandeburgicus, Imperialia Insignia cum adjunctis Lipsanis detinuit, quem difficulter Electores perpulerunt, ut ea electo Imperatori Carolo IV. traderet, qui postea hæreditario quodam jure illa ad se pertinere arbitrabatur, quæ omnia clarè prosequitur *Cuspinian. in vita Caroli IV. p.* 384. Eaque eum in finem in forti Bohemica arce Carlstein/ ut dictum supra, recondidit; sed cum post mortem Imperatoris Caroli IV. & ejus filii Wenceslai postea exautorati, Sigismundus Caroli IV. filius natu minimus, in Regno & Imperio succederet, consentiente Pontifice Martino V. iis per Sigismundum Stromer/ & Georg Pfinzing eum in finem ablegatos, ipso S. Benedicti die, anno 1424. ex Bohemia Noribergam transtulit, ubique magno totius Senatus populique Norici applausu, & maximo cum gaudio excepta fuerunt Lipsana cum Insignibus, & tantisper in S. Sebaldi Basilica collocata, donec fixa Sedes in Ecclesia Hospitali sive Spiritus S. ipsis fuit assignata, ubi hucusque recondita manserunt. Electorum si quis absens est, non ad ejus Legatum, sed ad Subofficiales officii administratio spectat, *A. B. tit.* 28. §. *sicut autem hactenus &c.* & observantia pro illis militat in tantum, ut Cæsareæ Majestatis Ministri ejusdem muneris ab Electorum Vicariis excludantur; *Rumelin. ad A. B p.* 3. *dissert.* 5. *thes.* 25. *ibique compluros citati, Limn. lib.* 3. *c.* 7. *de I. P. Dietericus ad A. B. tit.* 28. *d.* §. *sicut autem, &c.*

Kevenhiller.

Vid. Tom. 1. *hoc verbo, & Instr. Pacis Cæs. Suec. art.* 4. §. 45.

Kindbetterin.

De puerperarum securitate & immunitate, & securitate in diffidationibus & bellis, *Refor. Francof. anno* 142. *tit.* Wer in offenen Fehden gefreyet seyn soll. Polic. Ordnung zu Augspurg *anno* 1548. *tit.* 6. Et *vid. supra verb.* Fried. *n.* 14. *& seqq. & verb.* Feldbau. *n.* 6. Von Fürstlichen Kindt-Tauffen. *vid. Speidel. in Spec. obs. fol.* 694. De sumptibus in Baptismis & puerperiis, vid. infra verb. Unkosten.

Kinder-Mord.

Vid. infra verb. Mord. & supra verbo Anzeig. & verbo Bekandtnus. *fol.* 278.

Kirch/ Kirchen-Güter.

Vid. *supra verb. Ecclesiastica Jurisdictio, & infra Pax Relig.* Res Ecclesiæ seu sacræ sunt (1.) omnia loca & ædificia piis usibus destinata verb. grat. colligendis, alendis, refocillandis & curandis pauperibus, orphanis, senibus, ægrotis, debilibus, mancis & vitiosis, (2.) Continentur donaria, sive Anathemata: ut vasa & vestimenta sacra quorum in facienda re divina usus aliquis est, sive quæ ad Divinam Religionem necessaria sunt: ut ait Imp. *in l.* 21. *Sancimus nemini. C. de Ss. Eccles.* Imò etiam, quæ tantum ad ornatum ædium Sacrarum, cultusque divini pertinent. Huc referri possunt Imagines & mensæ Sacræ, quæ in multis Ecclesiis aut Monasteriis scimus esse aurea & argentea, & gemmis pretiosis ornata, (3.) Aggreganda quoque sunt rebus Sacris prædia, agri, vineæ, prata, &c. quæ ad Ecclesias vel Monasteria, vel alia pia ac religiosa seu venerabilia loca pertinent, sive illa sint urbana, sive rustica: item Coloni & servi rustici, per quos illa prædia exercentur, atque excoluntur: quæ proinde *Julianus in Epit. Nov.* eleganter vocat velut membra rerum immobilium, Item Annonæ, seu panes Civiles ut vocantur, *Rittershus. in Novel. pag.* 109. *n.* 9. 10. *&* 11. Res Sacræ aliæ sunt mobiles, aliæ immobiles, *n.* 12. aliæ directò & principaliter ad cultum Divinum spectant, aliæ per consequentiam, *n.* 14. De bonis Eccles. *Klock. de ærar. lib.* 2. *cap.* 83. *Pac. Anal. Cod. p.* 460. *Filesac. in opusc. de Sacrileg. laic.* vom Kirchen-Ornat. *Stephan. Instit. Jur. Can. lib.* 2. *cap.* 2. Daß man solchen in keinem Weg angreiffen solle. Soit pour autres affaires, à cause que c'est chose illicite, de metre la main à l'argenterie des Eglises, docet Meillet. *ad Tacit. lib.* 8. *discurs. Politic. & Militar.* 10. *fol.* 537. & 44. De Templorum opibus, *Lips. cent. miscell. epist.* 27. Von köstlichen Meß-Gewandten. Zeiller. in itin. Galliæ in der Stadt Bourges. De bonis Ecclesiasticis, iisque

iisque alienandus vel non est, *vid. Redoan. & Bonacin. tract. sing. junct. tract. de clausur. Pet. Fontanell. in tract. de pact. ante nupt. fol.* 316. *& fol.* 345. Geistliche Gestifft und Güter seynd Divini juris, und allein Gott und der Kirchen / nach Inhalt der Fundationen gehörig. *vid. Edictum Ferdinandi II. Imp. de Anno* 1629. nec sunt sub Imperio Politico, *Dilling. Pac. composit. fol.* 399. Ac proinde deputata ad pios usus non possunt transmutari, *Marc. Anton. in prax. Archi-Episc. c.* 20. nec debent ad usus bellicos transferri, *Schiopp. in fine Consilii Regii.* Plura videri possunt apud *Speidel. in Specul. observ. verbo* Kirchen-Güter / *& verbo* Geistliche Güter.

Kitzingen.

Kitzingensis controversia per Instrumentum Pacis ad amicabilem compositionem, aut summarium juris Processum, intra biennium terminandum remissa est. Statum totius controversiæ latissimè recenset *Oldenburg in Limn. enucleat. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 14. ubi tandem *fol.* 401. refert sententiam *anno* 1652. 26. *Octob.* latam, sequentis tenoris: In Sachen Herrn Christian und Herren Albrechten Marg-Graffen zu Brandenburg Culmbach und Onoltzbach Klägern / wider Herrn Johann Philipsen / Ertz-Bischoffen zu Mäyntz und Chur-Fürsten / als Bischoffen zu Würtzburg / Beklagten / so dann Melchior Otten / Bischoffen zu Bamberg als intervenienten / die Burg / Ambt / Stadt und Closter Kitzingen in Francken am Mayn betreffend / citationis, & in puncto exceptionis peremptoriæ, ist die Sache von Ambts wegen für beschlossen angenommen / darauff und allem Vorbringen nach zu recht erkant / daß die an Seiten der Herrn Klägeren die 17. August. 1651. eingebrachte Klagen / als zu spät / und erst nach der in dem Frieden-Schluß angesetzter Zeit / einkommen / und zu verwerffen / und die darauff außgegangene Urkunde und reproducirte Kayserliche Ladungen wiederumb zu cassiren / und auffzuheben; allermassen dieselbe hiemit respectivè verworffen / cassiret und auffgehoben / auch den Herren Klägern / dieser Controversien halber / hiemit / in Krafft des Frieden-Schlusses / ein ewiges Stilschweigen aufferlegt wird. Quæ sententia, non attenta Marchionum Brandenburgensium protestatione, eodem anno 18. *Decemb.* à Judicio Imp. Aulico, rejectis multis aliis ex post exhibitis nullis rationibus, relevantibus fundatis, scriptis confirmata est.

Kläger.

Vid. infra verbo: Procesß.

Kleider-Ordnung.

Vid. *Tom.* I. *harum Constit. hoc verbo*, ubi omnia ex ordine, quoad diversitatem personarum, disposita sunt. Et tradit *Carpz. de L. R. c.* 8. *sect.* 3. *n.* 6. multas Respublicas propter luxum & superbiam vestium esse eversas, prout plurimis demonstrat exemplis *Schonborn. lib.* 7. *Polit. cap.* 9. ut hinc etiam meritò *vectigalia* imponantur iis rebus, quæ ad luxum, quæ ad delitias & libidinem spectant: aurea nempe & argentea supellex, odores, innumerabilia vestium ornamenta, colores pretiosissimi, gemmæ, Margaritæ, & cætera hujus generis, ad evertendum luxum & excessum in vestitu meritò sentiunt vectigalium onus. Hinc passim *vestiariæ Leges* ubivis ferè locorum publicantur, *Georg. Lauterbach* im Regenten Buch *part.* 3. *cap* 10. Quales olim Romæ à Tiberio latæ fuerunt, ubi alia vestis erat Senatoris, alia Equitis, alia Coloni, alia Ingenui, & alia Servi. *Dio. lib.* 7. *Hist. Rom.* eòque pertinet Sanctio *Gratiani, Valentiniani & Theodosii Impp. in lib.* 1. *C. quæ res vendi non possunt.* ut capitale sit vendere lanam aut pannum purpura infectum, quod solus Imperator eo amictu uti velit. Hodiernis temporibus passim in Rebus publicis certa vestimentorum genera & pretia constituuntur, pro ratione status & dignitatis cujusque, quod institutum plurimi laudabile prædicant, & excessui in vestitu convenientissimum putant esse remedium, si ipsemet Princeps mediocri incedat vestitu, juxta illud Imp. Severi, *Majestatem Imperatoriam virtute constare, non corporis cultu.* & ideò laudibus effertur *Alphonsus* Arragoniæ Rex, quod maluerit moribus & autoritate suos antecellere, quàm diademate & purpura. Ludovicus XI. Galliarum Rex quoque vestimentis brevibus & ferè neglectissimis usus fuit. Imò *Carolus V.* Imp. etsi in omnibus maximus, in cultu tamen tenuis fuit, & vestitu nec splendido nec affectato, sed simplici usus fertur, nec temerè aliter visus, quàm in laneâ plebejâque veste, adeò ut universæ Europæ fuerit admirationi. *Henr. Lather. de cens. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 16. Et *Rudolphus I.* Imp. ab Ottocaro Rege Bohemiæ homagium accepturus, indutus veste cinerea, ac monitus, ut se cultu ornatiore pararet, inquit: *Rex Bohemiæ vestem meam cineream sæpe derisit, nunc ipsum vestis mea deridebit*, quod & factum. Nam Ottocarus splendidè vestitus, non sine ludibrio supplex Imperatorem adorare visus est. Negari tamen non potest, cultum magnificum vestiumque splendorem ad dignitatem & autoritatem Principibus comparandam non parum momenti afferre, juxta dictum Pontificis *Clementis IV. in*

cap.

cap. 6. de privileg. in 6. Et nec aliam ob causam Ludovicus XI. Rex Galliæ Hispanis ridiculo fuit, quam quod vili panno indutus esset; quod cum ipse rescivit, nulli postea Principi, imo ne Legatis quidem copiam sui fecit, nisi cultu decoro & habili ad Regiam Majestatem, *à Chokier lib. 5. thes. Polit. Aphorism. cap. 15. pag. 271.* Nullum itaq; ad compescendum in vestitu nimium luxum accomodatius est remedium, quam si hoc vectigalium genus iis imponatur, qui varia & innumerabilia vestium ornamenta pretiosa ab exteris advehunt locis, quo facilius Negotiatores ab ejusmodi commerciis abstineant, istorumque ornatuum Venditores deficiant, quo facto, luxui vestimentorum, si non in totum, majori tamen ex parte obventum erit.

König. Römischer König.

SUMMARIA.

1. *Electio Regis Romanorum alia est ordinaria, alia extraordinaria.*
2. *Modus in electione extraordinaria.*
3. *Causæ moventes eligendi Regem Romanorum vivente Imperatore.*
4. *Sublimia jura Regis Romanorum.*
5. *Prærogativæ Imperatoris.*
6. *Qualis, ultra titulum sit Majestas Regis Romanorum.*
7. *Præcedentia Regis Romanorum inter omnes Reges.*
8. *De origine electionis Regis Romanorum.*
9. *Rationes Caroli V. Imp. pro eligendo Fratre Ferdinando in Regem Romanorum; & vid. supra n. 3.*
10. *Causæ eligendi Regis Rom. propositæ ab Aug. Imp. Leopoldo.*
11. *Ordinum concursus in electione Regis Rom. suspensus.*
12. *De consensu Imperatoris in electione Regis Roman.*
13. *Finis electionis.*
14. *Specialia & subsequentia electionis factæ.*

1 *Electio Regis Rom. alia est ordinaria, alia extraordinaria.* REx Romanorum secundum est ab Imperatore Sacri Romani Imperii Caput. Ejus *electio* vel est *ordinaria*, quæ fit vacante per mortem Imperatoris, vel alio modo Imperio, de quâ sola videtur loqui *A. B. tit. 1. §. cum autem.* Et talis electus in casu vacantis Imperii, mox Cæsar inauguratur & talis dicitur. Alia electio *est extraordinaria*, quando vel necessitate vel utilitate Imperii postulante Rex Romanorum ab Electoribus vivo adhuc Imperatore eligitur, ut vel *absente* vel *impedito* Imperatore Imperiũ regat & moderetur, mortuo eo ipso, sine ulteriore electione, in nomen, dignitatem & potestatem Imperatoris succedat, *Limn. J. P. lib. 2. c. 15. nu. 8.* Modum verò procedendi hoc casu exhibet *Hortleder. lib. 3. de caus. bell. German. c. 13. pag. 688.* scilicet daß künfftiglich wann bey Leben eines Römischen Kaysers ein

2 *Modus in electione extraordinariâ.* Römischer König soll erwöhlet werden/ alle Chur-Fürsten zuvor beysammen beschieden werden/ davon zu reden/ ob Ursach gnug vorhanden/ und dem Reich vorträglich seye/ einen Römischen König bey Leben eines Römischen Kaysers oder Königs zuerwöhlen; und wann sie sich des vereiniget/ daß alsdann und nicht ehe die Chur-Fürsten/ vermöge der Guldenen Bull/ sollen zur Königlichen Wahl erfordert/ und zur Wahl geschritten/ und derselben Güldenen Bull unverrücklich in allem nachgegangen werden: und wan in dem Fall etwas anders vorgenommen würde/ und ergienge. Daß dasselbe nichtig/ und durch ein Decretum irritans des Kaysers cassiret seyn soll ꝛc. Wie es aber der Persohn halber/ die zum Römischen König zu erwöhlen/ und nicht Teutscher Sprach und Zungen wäre/ auch ob zwaren drey oder mehr Römische König auß einem Hauß nach einander erwöhlet werden sollen/ darumb sollen sich die Chur-Fürsten inwendig vorbestimmter Zeit vergleichen und vereinigen/ und solches in ihrer Vereinigung geordnet werden. *Add. Limn. ad Capit. Ferdin. I. proœm.* mit folgender Genehmhaltung und ratification, *p. 423. & seqq.*

Causæ eligendi Regem Romanorum vivente Imperatore offerunt se variæ: (1.) Quia per Constitutionem Regis Romanorum Interregna evitantur, & bella domestica, ob æmulationem competitorum, Imperatore absque successore mortuo, sœpe oriri solita, quæ per Vicarios, ob defectum potentiæ & Majestatis, ita sopiri vel supprimi nequeunt, præcaventur, (2.) Hostibus Imperii occasio, facultas & media Imperium turbandi & minuendi adimuntur, ut similiter notum, quod ibidem ob dictam rationem per Vicarios ita inhiberi non potest. (3.) ut absente etiam Imperatore sit aliquis, qui Imperii habenas gerat ac dirigat. Putant quidem libertati electionis aliquo modo præjudicium inferri, dum ea liberius mortuo quàm adhuc vivo Imperatore susciperetur, propter autoritatem & respectum illius, quo isto in casu magis ad familiam illius, maximopere autem tunc, si ipse filium aliàs dignum habeat, attendendum sit. Ast periculo huic apparenti satis præcavetur per Capitulationes juramento corroboratas, quarum nucleus & centrum est libera per Electores Imperii collatio, uti testatur *Capit. Caroli V. art. 28. Ferd. I. art. 26. Maximil. art. 14. Rudolphi II. art. 30. Mathiæ art. 35. Ferdinandi II. art. 35. Ferdinandi III. art. 38. Ferdin. IV. art. 36. Leopoldi. art. eod. Josephi §. 35.* Nec exinde fraus fit A. B. quæ *cap. 5. §. 1.* dispo- 3 *Causæ moventes eligendi Regem Romanorum vivente Imperatore.*

disponit, ut mortuo Imperatore Vicarii gubernationem Imperii suscipiant, id verò intervertitur, quando semper vel ut plurimum vivo illi Rex Rom. adjungitur; Nam, ut taceam, quod in A. B. Regis Rom. plane non fiat mentio, sole tamen meridiano clarius ex ipsis Verbis patescit, hanc dispositionem non esse necessariam, sed provisionalem *arg.* §. 2. *d. tit.* 5. adeoque solum ad casum applicandam, quo Imperator absque jam electo & constituto successore seu Rege Romanorum moritur. Sicut & innuunt ejusdem *tituli* §. 1. verba: *quoties insuper sacrum vacare contingit imperium*: quæ non omnino de simplici, sed ad casum, quo Successor vivo Imperatori constitutus non est, restricta vacantia intelligenda, qua Imperatorem sine Successore, non verò simpliciter mori ad contingentiam referendum. Neque etiam semper ei adjungitur, sed tum demum, cum necessitas & utilitas secundum prædicta illud suadeat, uti praxis demonstrat, *Burgold. p.* 3. *Disc.* 4. *thes.* 2.

4 Sublimia jura Regis Romanorum. Quod si itaque Rex Rom. vivente Imperatore eligitur, primùm sibi in Imperio post Imperatorem vindicat locum, utpotè in quem, defuncto Imperatore, ipso jure Imperii potestas ac titulus transit, *Paurmeister lib.* 2. *d. Jurisd. Imp. Rom. c.* 4. & *c.* 5. *num.* 53. Propterea etiam vivo Imperatore Caput Imperii vocatur, *R. J. de Anno* 1555. §. und im Fall da die Kayserliche Majestät/ ibi. an stat Kayserl. Majestät oder unser als der Häubter. Quod tamen alternativè, absente scilicet Imperatore, intelligendum monet *Reincking. de Regim. Secul. & Ecclesiast. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 14. *nu.* 57. Et perpetuus Imperii Vicarius existit, *Thomas Mich. de jurisd. conclus.* 29. Quâ ratione, *absente* vel *impedito* Imperatore, omnia jura Imperatoria exercet. *O. C. p.* 1. *tit.* 1. §. 3. *R. J. de an.* 1555. §. und sollen in oberzehlten 2c. Creat nobiles, *R. J. an.* 1548. §. wie wohl in der Regierungs-Handlung 2c. confirmat Academias, *O. C. p.* 2. *tit.* 3. §. 3. *ibi:* In Universitäten/ welche zum wenigsten/ von unseren Vorfahren Römischen Kayseren und Königen / die jetzige Kayserliche Majestät oder uns confirmiret. Judicia Imperii summa exercet, *d. O. C. p.* 1. *tit.* 1. Banno Imperiali noxios subjicit, Kayserl. Land-Fried *de Anno* 1548. *tit.* vom aufgerichteten Land-Frieden/ §. und ob jemand 2c. ab eoque rursus absolvit, *R. J. de Anno* 1544. §. Wir und unser freundlicher Bruder 2c. Land-Fried *de Anno* 1544. welche umb Fried-Bruchs willen in die Acht kommen.

Absente Imperatore, utriusque nomine & proprio & Imperatoris potestatem suam exercet, *Limn. J. P. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 40. *Reinking de reg. secul. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 14. *nu.* 50. Quo facit *R. J. de Anno.* 1532. §. so hat dem allen nach. ibi: an statt und im Nahmen Ihrer Kayserlichen Majestät und für uns selbst 2c. *It. R. J. anno* 1555. §. so sich denn abermahls. ibi: dessen Liebden wir an statt Königlicher Majestät und für uns selbst/ als Römischer König/ solches hiemit befehlen 2c. Cum temperamento tamen ex Capitulatione Imp. Rudolphi II. Ferdinandi IV. Augusti Romanorum Regis Josephi §. 47. in verbis: Wir sollen und wollen uns auch zu keiner Regierung oder administration im Heiligen Römischen Reich/ so lang Ihro Kayserliche Majestät im Leben/ oder nach dero Todt/ welchen Gott lang verhüten wolle/ zu præjuditz den Reichs-Vicarien / welche immittels die Reichs-administration führen/ die expedition aber in unserm Nahmen verfügen sollen/ unterziehen/ bis wir das 18. Jahr unsers Alters erreichet / und angefangen haben; Als dann wir uns durch einen Revers gegen die Chur-Fürsten/ nach Inhalt unsers nach der Wahl gethanen Eydes anders nicht/ als wann wir denselben von neuen widerumb abgeschworen hätten / zu Besthaltung dieser Capitulation nochmahls verbinden/ und die Regierung ehender anzutretten nicht befugt seyn sollen noch wollen. Textus in *R. J. de Anno* 1542. §. und damit die Zeit/ ibi: So haben wir an statt und im Nahmen der Kayserlichen Majestät/ den Fried-Stand erstrecket/ und prorogiret. & Textus *in R. J. de anno* 1577. §. 1. ibi: Haben wir im Nahmen und an statt der Kayserlichen Majestät einen anderen Reichs-Tags bestimmet und angesetzet. De potestate Regis Romanorum non omnium eandem esse sententiam dicit *Sued. l. P. sect.* 1. *C.* 3. *p.* 279.

Gaudet tamen instar Cæsaris, titulo Majestatis, *R. Imp. Wormat. de anno* 1535. Competit ei titulus, allezeit sive zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / *R. J. Spir. de Anno* 1542. *in princ. R. J. Norimb. anno* 1542. *in pr. & pluribus aliis*; cum hac distinctione, quod Majestas Imperatoris Kayserliche/ Regis Romanorum Römisch Königliche Majestät vocari soleat. Latinè etiam non modo *Augustus*; *lib. de pac. Const. sed & Semper Augustus* dicitur, ut in sigillo *Ferdinandi III. Rom. Regis.* Utitur aurea Bulla, *Capitulat. Ferdinandi III.* Audit, ut jam dictum, Imperii Caput, & in literis *Caroli V.* ad Commissarios Augustanos legitur: Nach uns im Heyl. Reich das obriste Haubt. Dicitur quoque una cum Cæsare Advocatus Ecclesiæ Christianæ. Quin ut generalis habet Dd. regula, Rex omnia potest, quæ Imperator, licet *non omni tempore*, nec *suo semper nomine*.

Inter utrumque tamen manet adhuc differentia; Rex Romanorum electus, in Sigillis & insignibus *Aquilam* duntaxat *simplicem*, at Imperator bicipitem gerit. *Vid. supra verb. Aquila.* Imperator Regi Romanorum tribuit titulum seiner Liebden / *R. J. anni* 1544. §. und dieweil aber / Rex Romanorum verò Imperatori adscribit Majestatem, *R. J. Norinb. de anno* 1542. *in princ.* & alibi passim. Quin & Dominum suum appellat, cujus rei vel idem *R. J. Norimbergensis*, præter documenta alia innumera, 5 Prærogativæ Imperatoris.

ta, fidem rursus facit. Interdum tamen conjunctim Titulus Liebden und Majestät Cæsari à Rege Romanorum tributus reperitur, uti *in part.* 1. *Ordinat. Camer. Præfatione.* Porrò neque Regi Romanorum titulum *Invictissimi*, qui Imperatoris proprius, non tributum legas; neque Cameræ Spirensis nunc Wetzlariensis Judex & Assessores aliique Camerales jurejurando fidem suam Regi Romanorum, quemadmodum Imperatori adstringunt, ipsis Ordinationibus Cameralibus manifestum ejus rei facientibus indicium. Denique, quod maximum est, Cæsar nunquam Regis Romanorum, sed suo solius nomine Imperii negotia expedit; Rex verò non Imperatoris modo nomine cuncta peragit, sed & Commissarios sibi à Cæsare junctos ferre tenetur. Plura hac de re, *Limn. ad Capit. Maximiliani II. art.* 28.

6 Qualis, ultra titulum sit Majestas Regis Rom. Majestatem Regi Romanorum tribuunt *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 9. *& seqq. Reinckingde Regim. secul. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 14. *nu.* 16. *Schutz. Vol.* 1. *disp.* 5. *thes.* 3. *lit. A. Bechman. ad A. B. Exercit.* 2. *num.* 29. *Lyncker dissert. de Commiss. Imp. num.* 16. *& alii plures.* Ex eo quod titulo Majestatis gaudeat, & ei Majestas passim in R. I. tribuatur, prout patet ex *R. J. August.* 1555. *& R. Spiræ* 1557. Inscriptionibus, Abscheid der Römischen Königlichen Majestät / item *in princ. subscript.* Römischer Königlicher Majestät Cammer 2c. Deinde quod utatur plenitudine potestatis, *R. J.* 1542. §. wird sich aber jemand 2c. ibi. setzen und ordnen auch darauff / aus rechtem Wissen von Römischer Kayserlicher und Königlicher Macht und Vollkommenheit. Quod dicatur Imperii caput. *R. A. de anno* 1555. & quod in ipsum possit committi crimen læsæ Majestatis. Econtra non desunt, qui eam ipsi denegant, ut *Otto de J. P. cap.* 15. *in fin. Paurmeister de Jurisd. l.* 3. *c.* 5. *num.* 8. *Wurmser Exer.* 3. *q.* 3. *Carpzov. de L. R. G. c.* 11. *Sect.* 5. *num.* 23. *Rumelin p.* 3. *D.* 2. *thes.* 6. *& ibid. Myler in addit. Scharschmid in System. J. P. c.* 15. *num.* 4. novissimè haud absonum esse putat, ponere potentiâ Majestatem in ipso, certis casibus exercendam, cum respectu tamen ad Imperatorem, in quo adhuc superstite ipso actu, citra talem respectum eam cerni dicit. Deinde *Paurmeister & Carpzov. dd. ll.* existimant illam, quam demum habeat Potestatem, ei competere ex delegatione Imperatoris, ita ut omnia ejus authoritate teneatur facere. Quem in finem jam citatam supra Capitulat. *Rudolphi II. art.* 32. §. wir sollen und wollen 2c. allegant *Sueder. in Introd. J. P. part. spec. Sect. cap.* 3. rectius dici putat, illam esse ex electione, certo verò modo & tempore exercendam, quo faciunt *R. J. Spir. de anno* 1542. §. So hat dem allen nach / ibi. An statt und im Nahmen Kayserlicher Majestät selbst / qualis locutio occurrit etiam in *eod. R.* §. hierumb und dieweil 2c. & §. damit solches alles. *it. R. J. de an.* 1555. §. So sich dann / & textus, ubi ipsi Königliche Macht und Vollkommenheit tribuitur, ut *in alleg. R. J.* 1542. §. würde sich aber jemand 2c. *it. R. J. Norimb. de anno* 1542. §. und damit aber das Zuziehen 2c. R. J. anno 1555. §. Wir setzen / ordnen / und wollen 2c. ac tenique *text. Cap. Maximiliani II. pr. Ferdin. III. art.* 47. *verb.* Bey unserer Königl. und künfftigen Kayserl. Regierung 2c. Circa Regis Romanorum potestatem; quam vivo Imperatore exercet, *Joann. Christoph. Wagenseilin exercit. Jurid. de Reg. Rom. thes.* 33. notat eandem ipsi cum Imperatore vivo non posse tribui, neque aliam, saltem regulariter & ordinariè quam ex Commissione Imperatoris & plurimorum J. P. Dd. sententia ipsi competere; cum unius rei dominium uno eodemque respectu penes duos in solidum esse nequeat, verumque sit, quod Saxoniæ Electorum adversus Ferdinandum I. tum Regem Romanorum apud *Sleidanum l.* 8. *Comment.* ursisse legimus, Principes & Ordines Imperii non teneri Regi Romano ulla fide vel jurejurando, nisi post mortem Cæsaris. Quod & confirmatur ex literis *Caroli V.* Imp. in Belgium discedentis, ad Ordines & Electores Imperii apud *Goldast.* neque Recessuum Imperii testimonia hic obstare dicit, quibus Ferdinandus I. summam potestatem sua auctoritate exercuisse videatur, scilicet, an statt und im Nahmen Kayserlicher Majestät und für sich selbst; itemque quod ei tribuatur Königliche Macht / Vollkommenheit / und Regierung; Hoc enim, præterquam quod in aliis Imperii Recessibus, Cæsaris solum nomine agenda egisse legatur, non inauditum esse apud JCtos, eũ, qui mandatum suscepit, incipere etiam aliquid tum proprium exercere, *arg. l.* 12. *de offic. Proconſ. juncta l.* 1. §. 1. *de Tutor. & Cur. dat.* Deinde verbis apertissimis, in omnium Regum Romanorum Capitulationibus cautum esse, ne ullam potestatem, Reipublicæ administrationem, aut prærogativam sibi ullatenus vindicent, Cæsare invito, prout habet *art.* 32. *Capitul. Rudolphi II. R. R.* §. wir wollen und sollen. Hæc citati Autores disserunt, nostro Augusto Rom. Regi Josepho, benè convenit cum Augustissimo ejus Patre, Invictissimo Imperatore Leopoldo.

Videamus nunc, quis locus Regi Romanorum, inter Cæteros Orbis Reges competat? Sane cum Rex Romanorum certa designatione ad Imperii successionem proveetus id consequatur, ut eadem fere, qua Imperator dignitate polleat, ipsique, sine novo Procerum consensu aut electione succedat, optimo jure proximum ab Imperatore locum sibi vindicat, cœterisque Imperantibus dignitate superior habetur. Datum quoque hunc ipsi locum esse in Ceremoniali Pontificum libro, quem *Paris de Grassis Magister Ceremoniarum*, tempore *Iulii II.* Pontificis anno 1504. conscripsit, legimus, ubi hæc series reperitur: *Imperator Romanorum, Rex Galliæ, Rex Hispaniæ &c.* Mota tamen Regi Romanorum à Galliarum Rege 7 Præcedentia Regis Romanorum inter omnes Reges.

Rege anno 1533. controversia est, quæ postmodum ab utraque parte inter Scriptores disputata fuit. Argumenta, quæ à Rege Galliæ afferri solent, habet *Limn. l. 2. I. P. c. 15. n. 44. ad quæ respondet Crusius de jur. προεδρίας lib. 3. c. 2.* Vocatur etiam rectè Vicarius Imperatoris; nam etsi Elector Palatinus intercedat, sibi vicarias vices Imperatoris competere, etiam cum is peregrè abest, ex *A. B. C. 5.* & veteri privilegio contendens. Contrarium tamen meritò tuentur alii, reputando, Vicariorum, de qua A. B. loquitur, constitutionem Interregni incommodis saltem oppositam, ad absentiæ casum, aliaque Imperatoris impedimenta produci non posse.

8 De origine Electionis Regis Roman.

Originem Electionis Regis Romanorum quod concernit, ab antiquissimis usque temporibus equidem simulacra quædam illius deprehenduntur. Florente enim Carolina Francorum Regum Imperatorumque familia, tantum non semper filii à parentibus vivis, nunc in spem successionis, nunc in communionem dignitatis Regiæ & Imperatoriæ adsciscebantur. Sic Carolus M. successorem constituit *Ludovicum Pium*, is *Lotharium*, hic *Ludovicum* in Saxonica, Suevica & Austriaca Imperatorum stirpe. Post similiter sæpissimè vivis adhuc parentibus filii Successores designabantur. Sic *Henricus Auceps Ottonem M.* filium; Hic *Ottonem II.* & hoc vivo Rex creatus *Otto III.* Idem observatum circa *Henricos III. IV. V.* Sic & *Friderico I.* vivo in Regem electus est *Henricus VI.* & hoc vivo, licet res successu caruerit, *Fridericus II.* quo vivo *Henricus* initio, mox & Conradus filii electi sunt. Postmodum *Fridericus III.* inaugurari se vivo fecit filium *Maximilianum I. Carolus V.* Fratrem *Ferdinandum I.* Hic filium *Maximilianum II.* & hic iterum filium *Rudolphum II.* ac tandem *Ferdinandus III.* filium *Ferdinandum IV.* & postremò *nostro ævo anno* 1690. Modernus Sacratissimus noster Imp. *LEOPOLDUS* filium *JOSEPHUM* Augustæ Vindelicorum, publicè unanimi Electorum suffragio Regem Romanorum coronari fecit. *Vid. supra verbo* Kayser. in serie Imperatorum.

9 Rationes Imp. Caroli V. pro eligendo Ferdinando fratre in Regem Rom. & vid. suprà n. 3.

Rationes autem ob quas superstite adhuc Imperatore Rex Romanorum eligi soleat, *Carolus V.* Imp. ut *Ferdinando* Fratri Regis Romanorum dignitatem impetraret, tales, prout *ex Sleidano lib. 7. comment.* patet, allegabat: *Se diversis Regnis atque populis imperare, neque posse continenter morari in Germania. Esse turbulentum admodum & periculosum orbis Christiani, præcipuè verò Germaniæ statum, propter dissidium Religionis, propter vim ac potentiam Turcarum, propter nuper excitatam seditionem, atque bellum Rusticanum, & quia per Imperium multa inofficiosè fiant ac minus obsequenter. Fuisse quidem de Ordinum omnium voluntate & consilio, superioribus annis institutum Imperii Senatum, at non præstari illi eam, quam æquum erat, obedientiam. Eam ob causam videri sibi prorsus necessarium, ut creetur aliquis sibi succenturiatus Romanorum Rex, velut alterum Imperii caput, qui sit & ingenio præditus, & vigilans & industrius, & potens & amans pacis atque concordiæ, & rerum Imperii non imperitus, & omnino talis, cui ipse fidere & in quo possit totus acquiescere. His autem dotibus ornatum huic Provinciæ sustinendæ magis aptum non invenisse se alium, præter Ferdinandum Fratrem, Hungariæ & Bohemiæ Regem, cujus etiam Regna atque Regiones, veluti murus quidam & propugnaculum, in totius Germaniæ salutem furori Turcico objiciantur.*

Electorem verò Saxoniæ & Socios Electionem Ferdinandi hujus omnibus modis improbantes à Cæsare desiderasse, ut si, remoto Ferdinando, nihilominus ipsi opus videretur aliquo tanquam Coadjutore, ut tum de voluntate, Consilioque Principum Electorum Legem Carolinam interpretaretur, & Edicto sanciret in perpetuum, ut quidem jure fieri deberet in hunc modum: Ne videlicet posthac unquam vivo Cæsare crearetur Rom. Rex, nisi primum Electores, & his adjuncti sex alii Principes Imperii judicarent, ita fier oportere; & cum appareret ex usu Reipublicæ esse, ut tum Moguntinus Collegas, & 6. reliquos Principes, ad locum idoneum, amplius deliberandi causa conscriberet, & ubi rem omnem diligenter expedivissent, dum soli Principes Electores, & adjunctus his Bohemiæ Rex creandi Regis potestatem haberent; Romanorum Rex vivo Cæsare creatus non suo, sed Cæsaris tantum nomine Rempubl. administraret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium arrogaret. Principes & Ordines Imperii non tenerentur ei ulla fide vel jure jurando, nisi post mortem Cæsaris. Cum crearetur novus Rex non aliter, quàm ex formula Legis Carolinæ juraretur, neque esset in Electorum potestate, formulam hanc immutare. Qui contra jusjurandum illud fecisse convictus, aut alioqui in gravem suspicionem veniret, neque se purgaret, is omni jure Electoratus in perpetuum careret. Posthæc ex eadem Principum familia tres Reges ordine non crearentur vitandæ præscriptionis causa. Nullus crearetur Rom. Rex, qui non sit ex aliqua German. Principum familia progenitus. Quæ Lex Carolina sancivit de creatione Regis, ea neque Cæsar, neque Rom. Rex mutaret. Cum Electoribus appareret, creandum esse Regem, necesse non haberent hoc ante denuntiare Cæsari, neque Cæsari in eo casu liceret Moguntino mandare, ut Electores convocet. Sed cum justis de causis videretur, quibus oportet, Cæsare superstite Regem Romanorum esse creandum, Moguntinus Francofurtum Collegas ad certum diem convocaret, neque esset in ipsius potestate conventum alio loco indicere, nisi Collegæ gravibus de causis id permitterent. Coronam, Sceptrum, & alia Imperii ornamenta, Moguntinus à Norinbergicis minimè peteret, nisi assentirentur Collegæ. Trimestre illud spatium,

quod

quod à denunciatione Principibus datur, ut conveniant, non diminueret. Imperii enim & Reipublicæ plurimum referre, si fortè unus & item alter, tempore exclusi absint. Interea, dum Francofurti deliberarent Electores, omnes alii excluderentur. Si quid harum rerum violaretur, tum Electores non tenerentur, vel eò venire, vel permanere, & quicquid actum ibi fuisset, irritum haberetur, &c. vid *Sleidan. lib.* 8. *Histor. p.* 129. qui *seq. lib.* 9. *p.* 140. quoque addit, quæ ex his conditionibus postea receptæ, vel rejectæ sint.

10 Causas eligendi Regem Romanorum Augustissimus Imperator *LEOPOLDUS*, cum *Anno* 1690. Augustæ Vindelicorum plerique Electores ipsi per se, unà cum Saxonis ac Brandenburgici absentium Legatis convenissent, iis in unum congregatis, gravi æque ac disertissimo sermone prolixè ostendit: quale quantumque periculum Imperio Germanico à Galliæ Rege immineat; quomodo ruptis pacis Neomagensis & Vicennalium Induciarum sacris conventionibus, multa in Imperio loca occuparit, ut seditionibus in Hungaria facem & ferrum prætulerit, ingentique sumptu eas aluerit; quod Turcarum Dominatori quieto & de bello minimè sollicito, ad Imperium immenso exercitu temerè invadendum, Autor, Suasor, Adjutor extiterit; quod munimenta invicta in solo Germanico construxerit; quod Electores ad Rhenum 4. Principesque complures prope ad incitas redegerit; atque hæc omnia eum tantum in finem, ut aut sibi, aut Delphino filio, Imperialem dignitatem vindicet. His igitur tot tamque atrocibus malis, nullum aliud remedium superesse, quàm ut Regis Romanornm creatione, ambitioni Gallicæ obex ponatur, & ut muricibus sternatur via, quâ hactenus ad summum rerum humanarum arbitrium, & Europæ Monarchiam Ludovicus XIV. impigrè grassari cœpit.

Causæ eligendi Regis Roman. propositæ ab Augustissimo Imp. Leopoldo.

Num autem solis Electoribus, an verò reliquis etiam Imperii Ordinibus potestas eligendi Regem Romanorum competat? certum quidem est, nullam ea de re à *Ferdinandi I.* electione ad tempora usque Pacis Westphalicæ motam Electoribus controversiam fuisse. Sed *in Instrum. Pac. Osnab. art.* 8. §. 3. *habeantur, &c.* constitutum est, *quod in proximis Comitiis ex communi Statuum consensu de Electione Romanorum Regum agi & statui deceat*; quæ tamen res eventu caruit. Hincque denuò Ordines Circuli Saxonici Infer. anno 1652. Lunæburgi congregatos, ursisse reperio, ut ceu æquitati congruum de re ad communem salutem pertinente in commune consulatur, prout verba ex *Contin. Theat. Europ. ad An.* 1652. *p.* 306. sonant: Dieweil an Erwehlung eines Römischen Königs den sambtlichen Ständen hoch angelegen/ damit das Römische Reich in seiner Form und legibus fundamentalibus unverruckt bleibe/ so ist nicht unbillig/ wann bey Leb-Zeiten eines Römischen Kaysers/ ein Römischer König zu erwehlen/ daß dessen Ursach sambtlichen Ständen eröffnet / und mit ihnen zu Rahte gestellet werde. Et hinc Author monitorum, secundum quæ formanda perpetua Capitulatio, & quæ *Tomo XI. Diarii Europ.* 1664. inserta habentur, censuit, eam formulam emendandam, & his potius verbis concipiendam esse: Wir sollen und wollen ‥ die Chur-Fürsten / ihre Nachkommen und Erben zu jeglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ nach Inhalt der guldenen Bull/ oder auch bey Leb-Zeiten eines Römischen Kaysers mit/ oder ohne desselben Consens, so offt und fern es Chur-Fürsten und Stände dem H. Römischen Reich nothwendig und nützlich befinden. Ex quo inferri vult, quod publicis legibus hoc nostro sæculo cautum, quod ad Electionem Regis Romanorum Imperatoris Consensus non tantum non sit necessarius, sed & invito eo eligi possit. Cum enim *Rudolphus II.* cujus tempore hæc primum controversia mota, in electionem Fratris *Mathiæ*, qui reluctanti adjungebatur, quamvis ab Electoribus rogatus, ægrè consentiret, prout patet auß Kayser Rudolphs Bescheid und Resolution über die Wahl eines Römischen Königs/ (apud *Goldast. part.* 2. der R. S. *p.* 388.) ut imposterum omnis difficultas tolleretur, expresse *Mathiæ* Cæsaris Capitulatione §. 35. cautum fuit, ut Electoribus Regis Romanorum vel in Cæsaris adjumentum, vel alia Imperii necessitate aut utilitate exigente, vivo Cæsare, eligendi libertas, vel cum consensu ejus, vel sine illo, siquidem citra sufficientes causas recusaretur, integra & illibata esset, quæ talis est tenoris: Wir sollen und wollen die Chur-Fürsten/ ihre Nachkommen und Erben/ zu jeder Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ dieselbe / so offt sie es einem Kayser zu Behülff / oder sonsten dem Heil. Römischen Reich nothwendig und nützlich befinden / auch bey Leb-Zeiten des Römischen Kaysers/ mit/ oder wan dieselbige auff angelegte Bitt der Chur-Fürsten / ohne gnugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte/ ohne eines Regirenden Kaysers Consens vorzunehmen/ geruhiglich bleiben/ und gantz unbeträngt lassen. Et hæc formula iisdem quasi verbis repetitur in *Ferdinandi II. art.* 34. *Ferdinandi III. art.* 38. *Ferdinandi IV. art.* 36. Capitulationibus. In Capitulatione *Leopoldina* §. 36. & *Josephina*, §. 35. sequentia continentur: Und insonderheit sollen und wollen wir ‥ die Chur-Fürsten/ ihre Nachkommen und Erben zu jeglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ nach Inhalt der güldenen Bull/ und dieselbe jedesmahl/ und auff alle Fäll/ wan sie es vor nöhtig/ und zu Erhaltung der Grund-Gesätz und dieser Capitulation, oder sonsten dem H. R. Reich nothwendig und nützlich befinden/ auch bey Leb-Zeiten eines Römischen Kaysers/ mit/

11 Ordinum concursus in electione Regis Rom. suspensus.

12 De consensu Imperatoris in electione Regis Rom.

oder ohne desselben consens, vorzunehmen/ geruhiglich bleiben und gantz unbedrängt lassen. Ex quibus patet, emendatione ista & Electores & Imperatorem pariter suis rebus consulere voluisse: & Electores quidem, ut Regis Romanorum, etiam invito Cæsare, eligendi arbitrium tanto magis sivi vindicarent; Imperatorem verò cavisse, ne se invito electus pro Vicario sibi obtrudi possit.

13 Finis electionis. Finem electionis Regis Romanorum duplicem statuunt: (1.) ut Imperium in certo habeat successorem, nec quicquam turbulenti ex ambiguâ post-electione, vel interregno metuendum habeat. Equidem confusionibus, vacante Imperio, Remp. turbare solitis, saluberrima illa Caroli IV. in A.B. duorum Imperii Vicariorum confirmatio obices quodammodo posuit, attamen ubi bellum externum vel civile imminet, aut Resp. vicinæ bellis ardent, sicque major spe metus est, quidni tempus sit cavendi? tutius subinde est, à periculo longius abesse, quam superandi illius incertâ spe teneri. vid. *Burgold.p.* 3. *Disc.* 4.*th.* 2. *in med.* 2. Ut absente fortè Imperatore sit, qui vices ejus obeat, Imperium moderando.

14 Specialia & subsequentia electionis facta. Specialia ejus sunt sequentia: si Rex Romanorum electus Imperatoris fortè filius, Deputatus Electoralis Collegii Patri denuntiat filii dignitatem. Inde ille, in conclari comparens, Electoribus primò gratias refert pro isto in Familiam suam affectu, suamque pollicetur operam, & opem, tum in informando ad gubernationem tam arduam filio, tum in ferendo, ubicunque res postulaverit, auxilio; dein filium quoque de grato erga Electores animo admonet. Sic gloriosissimus Imperator Ferdinandus III. Ferdinando IV. filio 31. *Maji Anno* 1653. Augustæ in Reg. Rom. electo, postquam Electoribus gratias egisset, filium electum allocutus: *Et tu*, inquit *fili mi, attende sis, quantæ moli humeros supponas, Proin quantopere opus habeas consilio & auxilio DD. Electorum, quorum propensa in nos studia grato per omnem vitam animo complectaris, atque ab eorum consilio pendulus eos, ut par est, revereberis.* Qui mox ex tempore gravi & concinnâ, tum ad Electores, tum ad D. Parentem oratione perquam modestâ habitâ, respondit, quæ in rem præsentem optimè fecerunt. Post actas ita gratias porta conclavis à Mareschallo reseratur, exeuntibus Electoribus & Rege electo, qui, dicto jam in Sacristiâ super Capitulationis punctis Sacramento, ad summam Aram deductus, super eam ab Electoribus elevatur (& si quidem omnes sunt præsentes, id omnes peragunt; si non omnes in personâ adsunt, sed quidam per Legatos, hi ab elevatione illa excluduntur; sicuti & ubi impari sunt numero, v.g. si adsint tres Ecclesiastici, & duo Seculares, duo solum Ecclesiastici, uno excluso, cum duobus Secularibus id officium electo exhibent, ut numerus parificetur) machinis campanisque, & tubis ac tympanis interim sonantibus & applaudentibus, Sic elevato Brandenburgicus Coronam detrahit, à Palatino reponendam. Rege de Altari levato, Vicarii mensam accedentes recipiunt insignia, Electoribus, si adsunt, tradentes, absentibus autem illis, sibi servantes, & competenti ordine Regem in Solium deducunt, singulis sedes & solita latera tenentibus. Hinc unus ex Capitularibus Moguntinis, & ordinariè quidem Præpositus, der Thum-Probst/omnibus electum denunciat, quem postea splendido comitatu in Palatium deducunt. Vid. *Spreng. Inst. Jur. Publ. L.* 1. *c.* 29.*pag.* 179. Descriptionem actus electionis & Coronationis Augusti Regis Roman. Josephi *vid. in Tomo* 1. *Constitut. harum Imp. in fin.*

Kräyß.

Vid. suprà verb. Circulus.

Krieg.

1. *Bellum debet esse justum & cum bona intentione.*
2. *Per fœdera evitatur bellum.*
3. *Non esse ineunda conjugia cum infidelibus & hæreticis.*
4. *Quæ sint justæ belli causæ.*
5. *Denuntiatio belli, & ejus modus sive ritus.*
6. *Belli justitia vel injustitia ex eventu non semper judicanda.*
7. *Consiliarii militares & Secretum, ubi etiam de Ducibus belli.*
8. *An fœmina bello tanquam Duces præesse possint?*
9. *Enumeratio aliquot Heroinarum; vid. supr. verb. Amazones.*
10. *Viris tamen potius competere imperium.*
11. *Rationes, quare fœminis imperium negetur, & Duces belli esse non possint.*
12. *Confirmantur rationes supradictæ.*
13. *Si jus regni ad mulierem devolvatur, illud utique illi relinquendum.*
14. *De conjugiis fœminarum regnantium.*
15. *De qualitatibus Ducum Belli & exercitus.*
16. *An Princeps ipse bello præsens esse debeat?*
17. *Quomodo seditiones præcavendæ.*
18. *Qui potissimum eas excitare solent.*
19. *Frequentiores seditionis causæ enumerantur.*
20. *Seditionis acceptio.*
21. *Qui sunt Cives optimi.*
22. *De captivis in bello.*

23. Quæ

23. *Quæ personæ à captivitate exemptæ sint; vid. supr. verb.* Feind *n.* 14. *& seq.*
24. *De modis liberandi captivos.*
25. *Executio belli decreti.*
26. *Justæ belli causæ; & vid. supr. n.* 4.
27. *Præventio in bello attendenda.*
28. *Potentia legitimis mediis acquisita & aucta, nullam præbet justam belli inferendi causam.*
29. *Debilioris auxilium à potentiore.*
30. *Princeps paratum semper habeat exercitũ.*
31. *Quot & quales exercitui Duces præficiendi? vid supr. n.* 7. *& seqq.*
32. *Quinam milites adscribendi.*
33. *Interni externis militibus præferendi, & quare?*
34. *Mala belli moderni, & quomodo evitanda.*
35. *Plurimum in bello valet celeritas.*
36. *Bellum in hostili agro gerendum.*
37. *Parti debiliori submittenda auxilia.*
38. *Privilegia militum.*
39. *An militia literis præferatur.*

VId. supra verbo Armada, Armandia, fol. 303. ubi dictum de bello Imperatoris olim ipsi soli competente, & postea etiam Statibus Imperii attributo, ita tamen ut semper Majestas Imperatoris ubivis consideretur, quid hodie Statibus & in quibus circumstantiis competat, quæ videri possunt ibidem, nec non verb. Fried / fol. 714. Felix est Respublica, quæ & tempore Pacis cogitat de bello; Regni enim, ut scimus, majestatem non tam Diadema aut sceptrum, quam ferrum conservat, *Besold. lib.* 2. *Polit. c.* 3. *num.* 2. Bellum tamen non nisi ob justam causam suscipiendum, atque tanta subeunda belli magnitudo, ut in pace aliquando & otio vivere liceat; & ferinum esset, nullâ acceptâ injuria, ad cædes & vastationes velle pervenire, quia hoc non tam bellum, quam latrocinium vocant Politici, quique tali modo regnum sibi quærit, Tyranni nomine venit. Ut autem licite bellum geri possit, tria concurrere oportet. 1. *legitima authoritas*, quæ in eos tantum cadit, qui summam potestatem habent, cujus videlicet actus, secundũ *Hug. Grotium lib.* 1. *C.* 3. *num.* 7. *p.* 52. alterius jure non
1 subsunt, ita, ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint reddi. Hæc autem authoritas præcipue in duobus occupata esse debet, tum ut regat, tum ut tueatur Rempubl. Et verò ad regendam Remp. quàm maximè facit potestas legum ferendarum, & magistratus constituendi &c. Ad tuendam autem arma præcipue inserviunt *Forst. in Tac. ann.* 15. *c.* 1. *verb. non enim ignavia.* Hæc autem arma, sicut leges privatæ sive arma forensia statum Civitatis ab intestinis injuriis defendunt, statum publicum ab externo insultantium impetu tegunt. Sunt autem arripienda, ubi in jus ambulari, aut Prætor adiri non potest, omnia enim prius experiri verbis quam armis sapientem decet. Provideat itaque summa Majestas, ne cujuscunque etiam exiguæ litis ansa statum ac tranquillitatem Reip. facile turbari permittat. *arg. l. si quis rei* 8. *in Civil. ff. de Capt. & postlim. reversf. l.* 1. §. 12. *de offic. Præs.*

Bellum debet esse justum, & cum bonâ intentione.

Requisitum secundum belli liciti *bonam* dicunt *intentionem*, quando non privato quodam affectu, sed publici totius Reipubl. commodi gratia suscipitur. Hinc multi crepant, se salutis gladio uti, atque publicam injuriam persequendi & ulciscendi ergò arma sumere, cum reverâ inanis alicujus gloriæ acquirendæ vel augendi Imperii ergo bellum ordinatur, inque ore omnium quidem sanctum piumque nominetur, Consilio tamen, conatu & animo secus agitur. *Forst. in Tac. ann.* 1. *v. consulti per ludibrium. Bernegg. in Tac. q.* 2. *Grot. lib.* 2. *C.* 1. Plurimi tamen *ambitione* & *avaritia* capti ducuntur, quam aliqui Elementa omnium malorum, imo omnium bellorum appellant. *Gustmeier. in fecial. Germ. lib.* 1. *c.* 7. *p.* 102. quia est fames inexplebilis. Morbum hunc Seneca Cæsari & Pompejo, item Mario exprobravit, qui exercitum duxit, ipsum verò duxit ambitio, Quidquid sit, *nulli regnum scelere quæsitum diuturnum fuit*, tali enim ratione plus nocent Patriæ, quam prosunt, exhauriunt Curium opes, luctu funestas domos, omnia latronibus, furibus, stupratoribus implent; Bella suscipere sæpe est voluptatis, maximo enim desiderio bellorum, quæ prosunt, vulgus ducitur, moventur autem sive ad ad tuendos Imperii fines, sive ad amplificandas opes & gloriam acquirendam, sive confœderatos defensandos, sive amicis opitulandum, sive Religionem cultumque Divinum propugnandum, & populo de annonâ sufficienti prospiciendum; Meliori enim imò feliciori vix modo subditorum animus vinci potest, quam ut largiamur id, quod maximopere appetunt, juxta illud Satyrici,

> - - *Duas tantum res anxius optat,*
> *Panem & Circenses.*

Cap. de arc. rer. publ. lib. 6. *c.* 13. *p.* 314. Romani hoc prospicientes, totius anni commeatum habebant repositum in belli usum, nempè frumentum, lardum, acetum, & in usum equorum paleas. *Tholos. lib.* 11. *p.* 663. *Besold. appar. bell. thes.* 19. Subditi enim promptissime operam suam locant iis, qui consiliis & re ipsos juvare possunt, animumque communis hostis vindicta explent, cætera turba sequitur, commeatum adducens, aliaque, quibus opus est: aut domi desidet otiosa votis ardentibus à Deo Opt. Max. victoriam expetens, aut sollicitè eventum Belli exspectans.

Externa verò amplificatio imperii fines 2
tuetur & firmat. Quo pertinent *fœdera*, imò & conjugia Principum, (*vid. supra verb.* Bündnüs *fol.* 412.) quæ mutuam defensionem aut publicum bonum prætendunt, & sunt quasi arietes, quibus pravæ actiones, consilia callida & conatus nefarii improborum adversariorum destruuntur,

Per fœdera evitatur bellum.

evertuntur, & in nihilum rediguntur; si enim discordia dissolvuntur Regna, concordiâ, fœderibus & pactis mutuis conservari debebunt, *arg. l. 5. de pact. Arum. de jur. publ. tom. 1. discurs. 28. th. 27. Wahremund. ab Ehrenberg. lib. 1. de fœd. Paul. Parat. 5. Histor. Venet. Hugo Grotius de I. B. & P. lib. 2. c. 15.* quibus Respublica carere vix posse satis est apertum. Cum omnibus autem, qui Majestatem habent, licet ea inire: cum infidelibus verò in extrema tantum necessitate, si videlicet negotium merè sit politicum, frustra tentatis omnibus, & si nihil Christianæ fidei præjudicetur, aut detrahatur, nec periculum ei aliquod creetur. Prudentius tamen, imò & sanctius ac laudabilius fuerit, si rei Christianæ aliquod detrimentum illinc haud vanè metuatur, ad fœdera & societates cum infidelibus hoc in casu non confugisse, quam cum defensione juris sui Ecclesiam injuriis exposuisse. *Ziegl. in not. ad Hug. Grot. lib. 2. c. 15. num. 11.*

3 Non esse ineunda conjugia cum infidelibus & Hæreticis.

Non tamen sunt ineunda conjugia cum infidelibus & hæreticis, nam sicut deducit *R. P. Grobendonc. de spirit. polit. lib. 1. n. 59.* Quamdiu superstes fuit Adam, ejusque filius Sethus, religiosæ posteritatis parentes, horum filii ac nepotes cum extorri Caino ejusque posteritate nullâ habuêre commercia; *separatum enim erat genus Sethi, & non permiscebatur cum cognatione Cain, propter illatum ei ab omnium Deo maledictionem*, & ab utroque Patriarcha sedulò semper curatum fuit, ne ullus unquam è sua posteritate impiis Cainitis connubio jungeretur. Sciebant enim sapientissimi Patriarchæ, vinculis conjugii magnam inesse vim, ad conjugum animos non solum in mutuum amorem, sed & conjuges in eosdem affectus moresque colligandi, faciliusque fore, ut probi ab improbis seducantur ad impietatem, quàm improbi à probis ad virtutem convertantur.

Quæ etiam ratio fuit, cur Deus multa post sæcula per Moysen lege caverit, *ne Judæorum quisquam uxorem duceret ex gentilitate*, eò quod periculum evidentissimum, ne per talia conjugia Judæi à veri Dei cultu ad impiam simulacrorum adorationem abducerentur. Quod impietatis & dementiæ præcipitium, ne mortalium quidem sapientissimus Salomon, dum legem hanc non observat, potuit evitare. Ut etiam hodie meritò inter Christianos Ecclesiasticâ lege jam pridem cautum sit, non solum ne Christianus cum infideli matrimonium inire tentet, quod quidem inter illos nullum esse potest; sed etiam ne homo Catholicus simile cum Hæretico, *(Concilium Chalcedon. Elibert. Laodicens. Carthag. Agathon. & postea Doctores passim)* contrahere præsumat. Quam Ecclesiæ legem, si Belgæ religiosiùs observassent, sub illa tempora, quibus Hæreses in Germania, Gallia, aliisque vicinis locis vulgari cœperunt, nunquam in eas Hæreses politicismi plenissimas, & quæ ex Hæresibus pseudopolitico genio afflatis, nasci solent, bellorum turbas calamitatesque, quibus cum jam integro seculo conflictantur, incidissent. Et nisi in Germania jam Hæresum colluvione fœdatâ, tanta esset connubiorum, Catholicos inter & Hæreticos, merè politicis de causis, libertas, fortassis major foret Catholicos inter & Hæreticos bonorum malorumque discrepantia. Scio quidem Catholico concedi facultatem Hæreticam ducendi, si hæc promittit, post nuptias Catholicam fidem se accepturam; sicut in veteri testamento Mahalon; & postea Booz, Davidis proavus, in uxorem duxit Ruth Moabitidem, & Salmon Rabab meretricem, quod Judaismum suscipere essent paratæ: sed quam sanctè tales promissiones post nuptias serventur, & num non politicè tantum simuletur conversio ad pervertendum deinde ipsum conversorem, quotidiana satis docet experientia. Quid verò dicendum sit de licentia temerè usurpatâ, & deinde politico usu firmatâ, quâ in Germaniâ, aliisque locis septentrionalibus, Catholici cum Hæreticis liberrimè connubia ineunt; & an talis licentia contra naturale charitatis præceptum dari, & usu politico præscribi possit, judicent prudentes; postquam consideraverint, quanta mala & incommoda spiritualia tum ipsi conjugi Catholico cum Hæreticâ, tum eorum liberis ex tali conjugio soleant evenire. An autem ex talibus conjugiis plerumque major sit spes, quod Hæreticus conjux ad fidem Catholicam sit adducendus, quàm timor, quod Catholicus ad Hæresim seducendus, ex iis, de conjugio piorum Adumeorum cum impiis Cainitis apparet. Caveant Principes disparitatem cultus in thoro, si illam metuunt in throno, seu Regno & Imperio, alias divisum Imperium cum Numine Dagon habebit. *Hactenus R. P. Grobendonc. d. lib.*

Justæ itaque adsint causæ, si justum esse velis bellum, & hæ sunt vel *generales*, quando scil. gravis injuria Principi vel Reipubl. alicui infertur, vel *speciales*, quando Principi vel Reipubl. contumelia quædam inuritur, v. g. si alicujus Legatus sine causa violatur. (2.) Violenta rerum & personarum retentio. (3.) Si quis ex subditis aut confœderatis hostibus suppetias ferat. (4.) Negatio innoxii transitus per alienum territorium, *Num. c. 12. 6.* (5.) Rebellio subditorum, *2. Reg. c. 40.* (6.) Manifesta subditorum Idololatria. Ad justum bellum ulterius requiritur, ut illud antequam actu geratur, adversæ parti, quam Bello justis ex causis adoriri volumus, denuncietur, *Hug. Grot. lib. 3. c. 3. n. 6. I. B. & P.* Apud Hungaros fit plerumque missione acinacis sanguine conspersi & literarum, *vid. Faciem Jur. publ. Hung. Joan. Gravii c. 9. p. 31.* Etenim tali clarigatione vel diffidatione omissâ, non bellum futurum est, sed latrocinium, prædatio & proditio, *L. hostes, 118. ff. de V. S. & l. 24. ff. de captiv. & postlim. revers.* Nisi bellum geratur adver-

4 Quæ sint justæ belli causæ?

5 Denunciatio belli, & ejus modus sive ritus.

versus eum, qui prior alteri vim intulit; tum enim bellum ex parte se defendentis, etiam absque denuntiatione justè geritur, cum contra quovis modo pugnantes, quovis modo liceat se defendere, secundum *Aristot. l. 2. de Sophist. Elench. c. 7.* Clarigatione itaque opus non est adversus hostes perpetuos, cum quibus nobis nullum intercessit pactum, nec contra Rebelles, nec etiam post diuturnas inducias, si fortè tempus earum præterlapsum fuerit. Ritum & modum indicendi bellum apud Romanos describit *Livius lib. 1. decad. 1. Sleid. lib. 17.* olim bellum gesturi, renuntiabant amicitiam, *Bodin. l. 5. de Rep. c. 5.* Causis ita justis suppositis, si cœtera rectè se habeant, de victoria Duci desperandum non erit. Quod si verò præter spem & opinionem succumbat in bello, id quod facilè per accidens fieri potest, vel Deo permittente & puniente propter alia ante hoc bellum in Republ. antegressa grandia peccata, vel aliquando etiam propter imperitiam & negligentiam Ducis & Militum,

6 Belli justitia vel injustitia ex eventu non semper judicanda.

nondum tamen statim argumentandum erit ad belli hujus causam injustam, uti nec etiam ex obtenta victoria semper colligi poterit causæ justitia. Etsi enim Deus ibi esse consueverit, ubi ipsa stat æquitas, sæpius tamen accidit, ut ex sacris luculenter apparet, ut benecœpta, malè cedant, *Vellej. Paterc. lib. 2. c. 14. Curt. lib. 3. c. 8. Liv. lib. 27. c. 46.* Nihilominus belli alea justæ causæ committenda est, ut in exercitu *Dux sit Deus, R. P. Carol. Grobendonc. de Spirit. polit. lib. 9. n. 79.* & exercitui robur cælitus conferatur, prout Augustissimus Imperator Leopoldus sæpius Divinum auxilium expertus est, & magnam copiarum hostilium multitudinem haud numeroso exercitu, & parva militum manu vicit & fudit. Itaque pro majori securitate *militares* etiam *Consiliarii* in bella adsciscendi sunt, cum superbus magis quàm sapiens judicandus sit, qui de sua unius sententia omnia gerit,

7 Consiliarii militares, & secretum, ubi etiam de Ducibus belli.

L. Æmilius, apud Liv. lib. 44. c. 22. cum magna negotia magnis adjutoribus egeant. Quæ tamen ante omnia, ne hostis resciat, arcana habenda sunt; nam nulla consilia meliora sunt, quam, quæ, antequam facias, ignoret adversarius, *Veget. lib. 3. cap. 26. Forstner. ad Tacit. ann. 2. p. 185.* Quod non in venusto significatu innuentes Romani, Deo Consiliorum Præsidi, quem *Consum* dicebant, subterraneas aras erexerunt. *Rosin. libr. antiq. Rom. Savedra symb. 62.* Ultimum est, ut prolata à Consiliariis bellicis in medium fideliter consilia in effectum maturè deducantur.

8 An fœminæ bello, tanquam Duces præesse possint?

Bello olim præficiebantur mulieres, teste *Tacito*, qui dicit, *Britannos solitos esse fœminarum ductu bellare*; In matres suas injurii sunt, qui fœminas omnes malas & ad omne regimen ineptas esse clamitant; *sunt enim mulieres multæ multis viris ad multa præstantiores*, inquit Plato; quales in Sacris Scripturis laudantur: *Jahel, Debora, Judith, Esther, Abigail*, & apud Historicos *Mammea*, Alexandri mater, *Placidia, Pulcheria, Mathildis, Irene*, aliæque. Imò apud aliquos populos mulieres etiam in gubernatione Reipub. viris prælatæ sunt. Nam apud Achæos negotiorum publicorum tractatio penes fœminas residebat, Lycii muliebribus imperiis fuerunt obnoxii; & de Germanis invictis Tacitus: *fœmina dominatur*.

Dicendum tamen est, Imperium viris potius, quàm fœminis convenire. Primò, quia fœminis naturalis est imbecillitas, viris fortitudo; naturæ verò infirmitatem imbecillitas consiliorum sequi solet. Unde vi Legum Romanis mulieribus, quamvis adultis, imò & viduis tutor & curator dabatur; ut Romanæ eloquentiæ Princeps in suis orationibus frequenter inculcat; Multò igitur magis à regimine publico sunt arcendæ; siquidem mulierum imbecillitas obstat, quò minus possint induere fortitudinem necessariam ei, cujus est multitudinem gubernare, eamque in officio continere. Scriptura Sacra laudans à fortitudine Israelitas de tribu Benjamin, de habitatoribus Gabaa ait, quod *fuerint viri fortissimi, ita sinistrâ uti dextrâ prœliantes, Judicum 20. vers. 15.* Similiter loquens de Aod: *suscitavit*, inquit, *eis* (Dominus scilicet Israelitis) *Salvatorem vocabulo Aod, filium Gera, filium Jemini, qui utraque manu pro dextra utebatur, ibid. c. 3. vers. 15.* Et si Hippocrati, uti & Plinio oculatissimis naturarum Scrutatoribus credimus, nulla prorsus mulier invenitur, quæ utraque manu pro dextrâ uti possit, ut ita naturâ ipsâ refragante mulieres videantur in censum fortium venire non posse. Quare etiam Deus ipse fœminas excludit, dum universi populi sui numerum conscribi jubet, dicens: *Quidquid sexus est masculini à vigesimo anno, & supra, omnium virorum fortium ex Israel, Num. c. 1. vers. 2.* insinuans, mulieribus ob imbecillitatem ad difficilia obeunda, uti nec corporis vires, ita nec animi fortitudinem suppetere. Unde Pharao, licet cuperet gentem Hebræorum radicitus exscindere, aut saltem ita atterere, ut ab ea Ægyptus sibi nihil posset timere, tamen non vetuit fœminas educari, eò quod crederet fœminas tantos in pectore spiritus concipere non posse, ut ab iis incommodum aliquod posset in suum Regnum derivari. Celebrantur tamen apud Historicos *Heroinæ* aliquot, quæ in populorum sibi subjectorum regimine magna fortitudinis & generositatis etiam bellicæ, dederunt argumenta.

Sic *Semiramis* solertiâ & fortitudine Babylonem auxit; *Thomyris* Cyrum occisum sanguine exsatiavit, Imperiique sui fines latè propagavit; *Rhodogone* auditâ suorum defectione, cum lavaret, non abstersis capillis, contra rebelles profecta, etiam jurejurando se obstrinxit, non loturam capillos, nisi obtentâ victoriâ, quam gloriosissimam est consecutus, & Patriam vindicavit. Sic *Margarita Angliæ Regina*, Henricum sextum maritum, à conjuratis ca- ptum,

9 Enumeratio aliquot Heroinarum, & vid. supra verb. Amazones.

ptum, bello in libertatem restituit, ipsamet ter Regno ejecta, ter illud infracto animo classe repetivit; sic *Venda Poloniæ Regina* de Marcomannis gloriosè triumphavit.

10 Verùm hæ, aliæque his similes viragines, fortitudinis plus quàm virilis laudem plerumque corruperunt vitiis, per quæ Rebuspubl. quas gubernabant plurimùm incommodarunt; adeò ut comparatione mulierum, quæ fœmineâ inertiâ, mollitie, ac timiditate gubernationem suam penitùs infecerunt, tam numero paucæ hactenus commemorentur, ut non potuerint sexûs sui maculam eluere, quæ ex eo contracta est, quod plurimos populos puduerit, muliebri Imperio subjacere. Certè *Oroles* Thraciæ Rex Dacos ab hostibus ignaviter victos ad sempiternam ignominiam & contumeliam mulieribus parere compulit.

Viris tamen potius competere Imperium.

Lex Salica in Franciæ Regno, etiam deficientibus masculis, à sceptro fœminas omnes excludit; iisdem etiam hodie omnis aditus ad *Sceptrum Polonicum* singulari statuto est præclusus. Bohemos, Croco absque prole mascula defuncto, licet ejus filia *Libussa* placidè molliterque aliquamdiu gubernârit, populus tamen animosus & bellicosus judicavit indecorum ac indignum esse, tantum Imperium unius fœminæ arbitrio subesse, virumque, qui illi dominaretur, expetiit. Et quamvis *Debora* populum Hebræum admodum prudenter judicaverit, instante tamen expeditione bellica contra Sisaram, Dei ipsius jussu, ne tanti esset *Dux fœmina facti*, misit ad Barac, filium Abinoem, *dixitque ad eum: præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade & duc exercitum, Judic. 4. vers. 4. & 6.*

11 Mirum proinde non est, quod legibus Cæsareis cautum sit, ne unquam militaria feuda fœminis concedantur, ob multas rationes, quas reddunt Baldus, aliique jurisconsulti, inter quas primariam esse puto, quod mulieres præstare non possint ea, propter quæ talia feuda constituuntur, defectu fortitudinis. Denique si turpe videtur fœminam veste virili amiciri, virum autem stolâ muliebri indutum prodire in publicum, quod vetatur in *Deuteronomio, c. 22. vers. 5. non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea; abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc*; Sanè etiam apud homines absurdum est, si mulier Imperii habenas occupet, viri autem muliebri dominationi subjiciantur. Verissimè enim Plutarchus: *Naturæ prævaricatio est à muliere gubernari*; & apud Homerum Achivi vocantur Achaides, eò quod mulierum Regimini subjacerent. Unde etiam Romæ summæ contumeliæ erat, dum quis vitam Achaicam vivere dicebatur.

Rationes quare fœminis Imperium negetur, & Duces belli esse non possint.

Secunda ratio, cur virorum potius, quàm fœminarum sit imperare, est, quod infirma mulierum sit prudentia & inops consilii; siquidem, ut *Honorius & Theodosius* loquuntur: *fœminarum consilium plerumque adversus propria commoda laborat.* Quid ergo non aget mulier adversus commoda publica & bonum Reipublicæ? *Sexus enim mulierum* inquit Chrysostomus, *incautus & mollis est; incautus, quia non omnia, quæ videt, aut audit, cum sapientiâ aut ratione considerat; mollis autem, quia facilè flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum.* Quam ob causam Apostolus, 1. *ad Corinth. c. 14. vers.* 26. mulieres à docendo submovet, quia periculum est, ne illæ errores, quibus obnoxiæ sunt, alios doceant, & Reip. magnum adferant detrimentum. Adam, inquit Apostolus, non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit; insinuans, mulieres præ viris facilè in fraudes seduci. Sunt quidem illæ admodum fallaces, & ad viros depravandos sagaces; sed vicissim incautæ, & circumveniri faciles, præsertim in rebus arduis, quales esse solent, quæ Remp. universam concernunt. Et licet Scriptura 12
Sacra mulieres aliquas à prudentiâ politicâ commendet; non tamen ideò Reipub. Imperium iis delatum fuit, multò minùs inde inferri potest generatim, illud mulieribus potius, quàm viris esse deferendum. *Judith* cives suos deditionem meditantes in officio continuit, & vocatis ad se Sacerdotibus Chabri & Charmi persuasit, ne de facienda hostibus deditione amplius cogitarent; non ideo tamen in publicum prodivit, nec cum authoritate populum est allocuta; sed hunc honorem Presbyteris & Senioribus relinquens eis dixit: *Nunc fratres, quoniam vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite.* Occiso deinde Holoferne Judith domum reversa à publico abstinuit, & cum suis ancillis in oratorium, quod sub tecto sibi construxerat, sese recepit. Similiter *Esther* magnum ad deploratas Hebræorum res attulit momentum, sed non tam propriâ, quàm *Mardochæi* Patrui sui prudentiâ fuit usa. Nam etiam postquam in locum Vasthi electa est Regina, *quidquid ille præcipiebat, observabat Esther, & ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat, Ester. c. 2. vers. 20. Abigail* quoque *erat mulier prudentissima*, sed prudentia illa videtur magis œconomica fuisse quam politica; cum per eam non Reipub. sed solum privatæ suæ domûs incolumitatem procurarit. *Debora* quidem *judicabat populum, & sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel, in monte Ephraim, ascendebantque ad eam filii Israel in omne judicium, Judic. c. 4. vers. 4.* sed erat ipsa Prophetis, poteratque præesse populo, eò quòd Spiritu Domini ageretur. Prophanæ quoque historiæ suppeditant aliquas Reginas, quæ populum sibi subjectum cum prudentiæ laude gubernarunt, quæ tamen non potuerunt efficere, quin verum sit illud Aristotelis, *consilium mulieris est invalidum*; atque ita, quidquid masculum, naturâ magis factum esse ad imperandum fœmineo, *Aristot. polit. lib. 8.*

Confirmantur rationes suprà dictæ.

Tertiò, mulieres ad gubernandum minus aptæ censentur ob quandam *voluntatis inconst-*

inconstantiam, uti & affectuum impotentiâ, quibus facilè à recto tramite in devia rapiuntur, & in præcipitia non rarò devolvuntur; totius Reip. ruinam secum trahentes. Illæ siquidem cupiditatum suarum impotentiâ furentes, præsertim si potestate publicâ armentur, tanquam indomitæ feræ, effractis repagulis erumpunt, divina humanaque omnia permiscent, justitiam evertunt, pietatem conculcant, universam denique Remp. perturbant. Nam sicut *non est caput nequius super caput colubri*, ita *non est ira super iram mulieris.* Exemplo sit Athalia, Herodias, & Jezabel, aliæque his similes, quæ, ubi fœmineis cupiditatibus semel fræna laxârunt, quibusvis sceleribus se ipsas, simulque extremis calamitatibus Resp. sibi subjectas involvunt. Quod insinuare voluisse suspicor Sibyllam, quæ dixit, orbis subvertendi signum fore, cùm *mulier toti orbi imperabit.* Mirum inde non est, *Tharsenses & Mallotas seditionem movisse, eò quòd Antiochidi, Regis concubinæ dono essent dati, lib. 2. Machab. c. 14.* meritò enim verebantur, nè sub imperio mulieris, cupiditates suas explere assuetæ, perirent. *Neque enim* (inquit de mulieribus loquens Tacitus) *imbecillis tantùm & impar laboribus sexus est; sed si licentia adsit* (quæ imperantibus abesse non potest) *sævus, ambitiosus, potestatis avidus; omnium rerum libertatem, imo licentiam, si vera dicere volumus, desiderat.* Quid moderati, justi, boni denique Resp. sperare potest à tali indole, si rerum potiatur?

Ex iis, quæ jam annotavimus, patet saltem verum esse, quod olim cecinit Lucretius:

- - - - - - - *longè præstat in arte,*
& solertius est multò genus omne virile.

Proinde semper præferendi sunt fœminis viri, siquidem hi ad virtutem & regimen nati sunt, corpore animoque robustiores, & quos magis verearis ac venereris: mulier autem ex Dei dispositione sub viri potestate est, ut ipse dominetur ei. Unde Apostolus eas monet, ut *viris suis subditæ sint, sicut Domino.* Non igitur probatur, quod veteres Britanni non Regno solùm, sed etiam Bello præfecerint fœminas, ut inquit Tacitus; & eodem teste olim aliqui Germaniæ populi eas viris ipsis anteferebant, *quod inesse ius sanctum aliquid ac providum putabant.* Quod tamen ego sic intelligo, quod feroces Germani muliebri imperio non præliarentur; sed solum Heroinam aliquam Imperatricis titulo decorarent, ut hac ratione Palladem belli Præsidem, aut Bellonam sibi redderent faventem, paganâ superstitione moti; habentes interim virum aliquem fortem, bellique peritum, cujus imperio gubernarentur, eâ ferè ratione, quâ etiã nunc in hastiludiis aliisq; ludicris prælii exercitationibus, nobiles Athletæ alicui matronæ aut virgini deferre solent præmia, quæ generosâ dexteritate in festivis illis certaminibus consequuntur.

13 Si jus regni Sed quid dicendum, si jus Regni ad mulierem aliquam devolvitur? Estne illa illo regnandi jure privanda? hac in quæstione resolvenda notandum est primò, Innocentium III. Pontificem fœminis heroicis & præcellentibus ordinariam in subditos jurisdictionem concessisse; nimirum quando illæ aliquod jus ad regnum sunt consecutæ; uti sæpe contigit in Hispaniâ, Lusitaniâ, Siciliâ, Neapoli, Angliâ, in quibus Provinciis fœminæ ad Principatum admittuntur, ac etiam in Scotiâ & Regno Hierosolymitano, in quibus sexus in imperio discerni non solet. Proinde cum nec divinâ, nec naturæ lege imperium sit mulieribus ablatum, omnino sunt Sceptri capaces, nisi lex aut mos patriæ aliud jubeat; ideoque eis deferendum est imperium, quando secundum Leges regni, illius sunt heredes. ad mulierem devolvatur, illud utique illi relinquendum.

Optandum tamen, ut regnum mulierum, quantùm fieri potest, sit breve; quia multi solent esse mulierum regnantium proci, quando illæ in dotem integra regna secum trahunt, & non rarò tales nuptiæ bello & sanguine ambiuntur. Danda igitur est opera, ut virgo aut vidua imperans citò matrimonio jungatur, virumque sibi adsciscat; nec imitetur Vendam, cui, cum Poloni Imperium detulissent, cælibem vitam eligens, dixit: *malle se Principem quam Principis uxorem esse*; quod etiam *Elisabetham* Angliæ Reginam sensisse compertum est. Intelligebant Reginæ illæ, per matrimonium, propter individuam vitæ societatem, etiam potestatis unitatem constitui, ut pari majestate regnent, nec tantum corporum ac animorum, sed etiam domus ac majestatis, quamdiu vita utrique superest, facta censeatur conjunctio, cum nubendo Majestatem communicent consorti. Sic, postquam *Albertus Austriacus*, Maximiliani Imperatoris filius, *Isabellam Claram Eugeniam* duxit uxorem, & inferioris Germaniæ Provincias in dotem accepit, sic imperii, quod conjux ei attulit, majestatem cum illâ participavit, ut in omnibus Diplomatibus, Rescriptis aliisque publicis instrumentis tam ipsius, quam conjugis nomen cum titulo Serenissimorum Belgii Principum, adscriberetur. Nonnunquam tamen talium nuptiarum pactis inseritur conditio, ut penes solam Reginam tota sit Majestas, ita, ut ipsa sine mariti consensu, possit imperare. Quo casu, non ille Imperator aut Monarcha Regni est, sed in Regni administratione non nisi Reginæ socius. *Vid. suprà verbo* Heurath *fol.* 900. *num.* 20. Ita contigit in nuptiis *Isabellæ Reginæ Castellæ* cum Ferdinando Rege Arragonum; ita in nuptiis Mariæ Anglicanæ cum Philippo secundo Hispaniarum Rege, & Mariæ Reginæ Hungariæ cum Sigismundo Rege Bohemiæ. Tales Reges Baldus audet appellare *miseros maritellos*; & fortassis etiam invenirentur Principes notæ inferioris, qui etsi non essent ab omni ambitione remoti, tales tamen nuptias recusarent cum illo, qui dicebat:

- - - - - *Uxori nubere nolo meæ.*

Idem

Idem experientiâ propriâ doctus sensit, ac dixit Pittacus, qui, cum uxorem longè nobiliorem se duxisset, Draconis scilicet, Principis & Legislatoris sororem, muliebre ipsius imperium, & fastidia, molestissimè tulisse legitur; unde à Ternete interrogatus, qualis ducenda esset uxor? respondit: *æqualis.* Idem sensit, dixitque Plutarchus, monens Parentes, ut Liberis suis uxores despondeant, quæ non sunt multò ditiores, vel potentiores, Quia, ut verè cecinit Poeta:

Intolerabilius nihil est, quàm fœmina dives.

Quid ergo potens, regens, imperans? Nam ut alius observat Poëta:

Non bene inæquales veniunt ad aratra juvenci.

inde inferens hoc præceptum:

Si quâ voles aptè nubere, nube pari.

Quod idem meritò dixeris volenti uxorem ducere; scilicet ut ducat parem Si enim ducere tentaverit longè se potentiorem, periculum est, nè ipse potius ab uxore suâ ducatur.

14 De conjugiis fœminarum regnantium. Notandum est secundò, ex eo quod nuptiæ. cum conditionibus jam allegatis initæ, sint heteroclitæ, & consequenter raræ, vehementer Reip. interesse, ut mulier de jure & facto regnans, non temerè aut præcipitanter nubat. Cum enim in ejus matrimonium admissus, non tantùm Reginam, sed totum Regnum videatur sibi despondere; sequitur (quamvis Regina, cum Regni heres est, cogi nec debeat, nec possit) conveniens, & vix non bono publico conservando necessarium esse, ut ad talium nuptiarum pactionem, Ordinum consensus accedat; partim ut gratior Regno accidat Reginæ maritus, quem ipsi elegerint futurum sibi Regem; partim, quod in Regni hærede extinguatur stirps regia, quæ priùs imperaverat, atque ita Regnum in aliam familiam transferatur (non videtur autem solius esse Reginæ, sed etiam Populi, aut, saltem Ordinum, novum Regno caput constituere) partim etiam, quod hac ratione evitentur magnâ ex parte incommoda, quæ meritò timeri possunt in matrimoniis, quæ mulieres regnantes ita ineunt, ut maritus videatur omnia soli uxori debere, quandoquidem hâc ratione regiam potestatem maritus per Reginæ matrimonium factus Rex non soli uxori, sed & universo populo debeat reddere acceptam. Sic *Maria*, Hungariæ Regina, nonnisi de Procerum suorum consilio nupsit; Sic *Lybussa* Boëmiæ Regina, non priùs ad Primislai nuptias transiit, quàm Procerum non tam consensum habuit, quàm preces vix non armatas; imò etiam operam dedit, ut Primislaus sibi maritus non obtingeret, antequam Deorum is indicatione ad dignitatem illam esset electus. Ex quo factum est. Principem illum non tam Lybussæ, quam Procerum Regni, imò & ipsorum Deorum beneficio regiam dignitatem fuisse consecutum.

Notandum tertiò, quando defuncto Rege heredes sunt liberi, ætate minores, quàm ut imperium administrare possint, utile videtur Reip. ut mater impuberis Principis, cum tutoribus ejus, non tantùm ad consortium Regni, sed etiam præ illis, cum præcipuâ authoritate educandi filii, ac gubernandi, admittatur; quod usus in multis Provinciis ac Regnis jam obtinuit etiam in ipsâ Galliâ, quæ fœminas Regni hæredes esse non sinit, multò minùs ad Regni Gubernacula evehi in illo Regno, Reginæ, quæ tunc *regentes* appellantur, tutorio Nomine Regnum administrant. Quomodo regnavit *Medicæa* pro Ludovico XIII. & *Catharina* pro Francisco I. ac Carolo IX. & in Judæa *Alexandra* nomine Hyrcani & Aristobuli filiorum suorum Regnum gubernabat. Quod rectè fieri probatur ex eo, quòd matri non videatur neganda prolis suæ cura, quæ utique annexam habet curam, hereditatis, id est, Regni. Nec enim satis sibi constabit materna autoritas, nec hæc sufficiet regendo filio, filiique ministris, nisi illa etiam habeat justam in Regno potestatem. Magna quoque pericula Regem infantem ambiunt; multi ejus ætate immaturâ possent abuti ad injuriam; multi res novas moliri, aliasve turbas concitare, ad quæ avertenda nemo facilè erit sagacior matre, nemo Regi fidelior; præsertim cum hujus periculum nisi avertatur, etiam matrem sit involuturum. Accedit quod filius etiam Rex, tam naturæ instinctu, quam divinæ legis præcepto adigatur, ut matrem amet, ac veneretur; adeoque conveniens est, ut eam auxilii causâ adeat, consilium expetat, in rerum communicationem admittat. Cui enim Princeps fidet, si matri non fidat, cui vitam debet, & cujus salus vicissim filii incolumitate nititur? propter quæ etiam tam impuberis Principis tutoribus, quam subditis omnibus expedit, nè matrem ejus regentem offendant, à rerum administratione separent, aut aliter vilipendant. Princeps enim adolescet, Authores offensionis matri illatæ agnoscet, eosque suo tempore fastidiet, & datâ aliquâ occasione, à se removebit. Imo quamvis probaretur matrem in Reip. administratione errorem aliquem commisisse, facilè ipsa filio reconciliabitur, & error tradetur oblivioni. Quod si verò Principis tutores, Regnique administratores, in vicario suo regimine sociam habeant matrem Principis, conscíamque negotiorum, vel etiam authorem, non erit difficilis ratio Regi, gubernationem adepto, matre commendatrice, facta sua probare, & delicta tali deprecatrice excusare. Expedit igitur tali casu, ut mulier summâ cum authoritate Remp. gubernet.

Dux belli magnæ debet esse experientiæ, magnæ item existimationis, nec ignobilis, sit quoque religiosus ac pius, tam animo quam corpore fortis. Studeat bono publico, nec privato affectui sanguinis aut nationis indulgeat; Consiliarios habeat peritos usuque doctos Ducis enim oratio & exemplum potens est ad excitandos commili- 15 De qualitatibus Ducum belli, & exercitus

militonum animos, in eoque totius exercitus versatur periculum & fortuna, & tales Duces magno cum delectu designandi sunt, Pariter Dux Exercitus hostilis, quamvis debilior, periculosè non est contemnendus, & ad fugiendum dispositus per prosecutionem in desperationem conjiciendus, prælianſque exercitus non prius dominari debet prædis quàm hostibus; quin etiam Duci considerandum est, an hostem invadere, an verò cunctatione sustinere debeat, & præcavenda est Ducum æqualium multitudo, quæ exercitui est perniciosa, præsertim ob nationum inter se dissidentium mixturam, & si quælibet natio suum in exercitu videri velit Regem, cujus Imperio, non verò alienis mandatis pareant, quod in auxiliaribus copiis sœpius contingere solet, quando Duces invicem non sunt subordinati, quia sicut cœlum non capit duos soles, ita nec exercitus duos Reges, exemplo hominis, cujus corpus non animatur, nisi ab una anima, vigorem in omnia membra dispertiente. Itaque exercitui unus tantum Dux est præficiendus, & præterea cavendum, ne milites in Duce Dominum agnoscant, atque felix est Rex, qui perpetuum in Regno alit militem, eumque continuo exercet, eique sua præbet stipendia, atque id agit, ut militiæ robur non tam in multitudine quàm in observantia disciplinæ consistat.

Disciplina bellica summè est necessaria *Saved. symb.* 82. *p.* 662. præsertim nobis Germanis, cum hostes nostri ea probè instructi, nos hac in parte sæpius antecellant, *Busbequ. Ep.* 2. *Thuan. lib.* 17. *p.* 878. Bellorum omnium finis *pax* esto, ad quam velut ultimam metam, omnes actiones bellicas dirigi necesse est, cum melior magisque tuta sit certa pax, quàm sperata victoria *Annibal apud Liv. lib.* 30. *c.* 30. In universo enim verum est:

Nulla salus bello, pacem Te poscimus omnes.

16 Non omninò alienum est enodare quæstiunculam quandam, *an expediat, ut Princeps ipse in aciem prodeat, bellis adesse debeat, nec ne?*

An Princeps ipse bello præsens esse debeat?

In utramque partem sexcentis argumentis & rationibus prolixè disputari potest. Usuvenit non rarò, è multis belli Ducibus unum pluresve inveniri, sapientiores, fortiores, feliciores, quàm ipse Imperator: atque hoc casu bellum illorum operâ & industriâ, quàm ab ipso Imperatore geri præstat. Nisi enim virtutibus militaribus & summo Imperatore dignis sit ornatus: multa profectò numero consilia, & quidem saluberrima ipsius præsentiâ impedita evertentur.

Imperator Justinianus, nunquam ab urbe Constantinopolitana, sine consilio, virtute & prudentia suorum Ducum secedendo Italiam è manu Gothorum, Africam verò Wandalis extorsit, Persarumque temerarios tumultus compescuit, felix fortunatusque creditus virtute Belisarii & Narsetis, & aliorum, quibus utebatur. Eodem modo Carolus VI. Rex Galliæ Biturigis castra metatus, virtute Ducum, qui gloria bellicâ erant celeberrimi, Anglos Regno suo ejecit. Hinc nomen Sapientis ipsi datum est.

Verùm cum Princeps talis est, qualem oratio nostra desiderat, atque ipse coràm Exercitum ducit, non tantùm ea conficiet, quæ alias inferior aliquis faceret, verùm etiam Majestate suâ Ducibus addet animum, & in spem meliorem milites eriget. Dici enim rectè solet

- - - *urget præsentia Turni.*

Principem verò virtutibus bellicis conspicuum, ut creare, ita dare solius Dei est. Non facilè Princeps locum mutet, nisi manifesta vis Martis aliave res magni momenti suadeat. Nam expeditiones suscipiuntur, aut ad custodienda nostra, aut ad inferendum damnum, & aliena ad nos pertrahendum. Defensio suscipitur aut ob præcipuam ditionis partem, ubi tibi sedes est, aut ob membrum Imperii, sed longiùs dissitum.

Cum itaque hostis magno & instructo exercitu terræ mœnibusque appropinquat, Principis arcem oppugnaturus, tum sanè lacessitus Princeps hostili exercitui occurrendo circumspectè & cautè agit. Primò enim famam nominis augebit, nobiliumque animos pariter cum plebe commovebit, ut sponte sequantur de gloria & victoria certatim laboraturi: imò animum iis addit pro Regni Regisque salute alacriter pugnaturum, neque quicquam periculi detrectaturum. Plurimùm ad vindictam confert provocantis injuria, quantò magis animus, quem sui & Reip. commodum exacuit.

Præterea tantæ molis tantique momenti res est ordinis & Politiæ conservatio, adeò ut ea nemini nisi Principi accepta referri debeat. Secus si fecerit Princeps, multum dignitati suæ detrahet: ut hoc videre est in Childerico Rege Galliæ.

Abdimarus Rex Hispaniæ plus quadringentis millibus Saracenorum in Galliam irruit, & panico quasi terrore incolis injecto obvia quæque in Xanthonorum & Pictaviorum finibus incendiis & direptionibus divastavit. Interea temporis Childericus domi delitescens voluptatibus indulgendo securus more Sardanapali in diem vivebat. Ast Carolus Martellus ferox & animosus subitò magno exercitu coacto, cui flos nobilitatis Galliæ aderat, Barbaris occurrit, magnoque prælio trecentis septuaginta quinque millibus hostium fusis, victor evasit. Facinus ut erat callidum & egregium, ita quoque in famæ atque existimationis momentû hoc proderat, ut tota nobilitas ab ipso dependeret. Rex verò in fabulam abiret. Unde mirandum non est, cur ipsius filio Pipino Anno Christi *Septingentesimo quinquagesimo secundo*, tam proclivis ad coronam aditus patuerit, Rexque fuerit salutatus.

Subditi verò non tantum obligantur &

devinciuntur ei, qui secularem Remp. administrat, verùm etiam illi, qui politiam Ecclesiasticam regit, maximus enim hic thesaurus est contemnendus nemini: quippe ad omnes generatim pertinens. In Regno Gallico, cujus modo mentionem fecimus, sæpius apparuit, quantum quidem favorem sibi accuratâ fidei cultusque Divini defensione captarint.

Opus tamen non est, ut Princeps omnibus conflictibus & velitationibus intersit, satius est, ut sit cum universo exercitu, & breviter dicendo, talem ibi agat, ut ordinis gubernatio, si non omninò, at saltem bona ex parte ipsius prudentiæ industriæ ac magnanimitati adscribi queat.

In bellis offensivis ut vocant, idem debet observare, modò ea in vicinia maximis viribus atque acriter moveantur. Vicinia enim iis, qui bello colophonem addunt, favorem & gratiam conciliat, & militi etiam ad ardua tentanda animos addit atque robur.

Quod si eminus procul ab Aula Principis bellum geritur, tum Princeps caveat, ne illam Imperii partem, à qua finitima Imperii membra, autoritatem, vires, roburque suum mutuantur, deserat; secus enim si fit, tum ademptâ sibi spe suppetiarum, quas alioquin à suo Principe sperabant, animo deficiunt. Cautè idipsum observasse Imperatorem Tiberium accepimus. Etenim cum Germanorum Legiones non sine magno periculo in seditionem erupissent, & præsentiâ Imperatoriæ Majestatis ad pacandos seditiosorum motus requiri videretur, indignum putavit vulgi aliorumve hominum, quicunque illi tandem essent, judicia attendere, minus decorum potenti Monarchæ ratus, nisi summâ urgente necessitate alio se conferre, relictâ sede Regiâ, unde totius Imperii ordo & gubernatio dependet.

In hanc sententiam Herodotus quoque scripsit: non licuisse Persarum Regi extra Imperii fines in armis esse, nisi ad declinanda bella civilia, domi Vicarium Regio insigni & honore conspicuum constituisset. Ottomanni haud facilè pugnis navalibus se committunt. Inter omnes solus Solimannus in bello, quod contra Rhodum susceperat, Hellespontum, qui terram ab Insula dividit, tranavit.

Non mutet Princeps propriam sedem, nec in Regiones nuper à se occupatas concedat, ne hoc modo subditos suos, quos hucusque obtemperantes habuit, amore peregrinorum, & quod jam possidet propter adventitium, in periculum præcipitet, *Boter. de Rat. Status, lib. 3. c. 3. 4.*

17 Quomodo seditiones præcavendæ? Ut seditionibus ansa præcidatur, attendendum est ad tria hominum genera. Alii valde sunt copiosi & locupletes, alii egentissimi, alii inter hos medii. Ex his medii sunt tranquillitatis studiosiores, & Imperium facilè admittunt, cæteri verò non item. Illi cum Salomone Proverb. 30. cap. precantur: *inopiam & divitias ne dederis mihi, sed fac ut decerpam panem demensi mei.* Hi verò impatientiores fortunam incusant, & adversus etiam Deum ipsum interdum murmurant. Hinc Plato ut Cyrenis leges, ex quarum præscripto viverent, præscriberet rogatus, modestè recusavit addens, difficile esse leges Cyrenis constituere, dum in illa felicitate & fortunæ prosperitate starent. Pauperes autem legibus regi non posse: Siquidem necessitas legibus sit soluta. 18 Qui potissimum eas excitare soleant?

Ex hac autem animorum discrepantiâ, legibusque parendi obstinaciâ, prodit partus ubique immaturus, certissimam Rebuspubl. perniciem afferens, seditio audax, superba, atque insolens, impudentissimè quæque aggrediens, ac nimia celeritate cum scelere conjunctâ, conficiens. Quid enim altissima Civitatum mœnia citius ab ipsis fundamentis concutit, quàm seditio? quid monumenta antiquitatis, & ornamenta pacis furentius invadit, quàm seditio? tempus est edax rerum, at dentatior tempore seditio: nam rapit, vorat, consumit omnia: hæc nunquam concepta est sine pernicie matris, nunquam parta sine naufragio civitatis; ambitiosa hæc est factio, & factiosa ambitio, qua ardentes mali cives novis student, nullâque re magis capiuntur quàm discordiâ, qua semel accensâ, nec alta Carthago, nec tumens Græcia floret; Hæc semper utitur sæva & caperata fortuna in vertendis globulis, rotisque suis, & sanè Imperia, Nationes, Regna, sunt nihil aliud, quàm pilæ fortunæ, si virtutis sceptro non roborentur. Si ergo nihil magis rotam fortunæ in imum vertit quàm seditio, seditio est prima lues & pestis civitatis.

Porrò Aristoteles seditionis membra divisim tractata egregiè in unum locum traxit, ut monstri horribilis species omnium animos ad studium pacis commoveat. Recenset autem tredecim seditionis causas, quæ fibris inter se cohærentes charybdim Rerump. efficiunt; hæ sunt, ut ordine dicam, *injuria, avaritia, honor, excellentia, metus, contemptus, excessus rerum, fortuna, discordia, otium, pravæ occasiones, dissimilitudo, & locus.* 19 Frequentiores seditionis causæ enumerantur?

Nempè *injuria*, est injusta læsio civis, quam nemo, nisi invitus patitur; qui ergo istius aculeos aut per nominis, aut per rerum privatarum damnum & jacturam sentiunt, facilè acuuntur in eos, qui illis injustè nocent.

Avaritia est inextinguibilis sitis & appetitus rerum, qua veluti febricitantes magistratus ad omne sterquilinium fortunæ sordidè rapiuntur. Ista omnium vitiorum fæce contaminati Principes à suis civibus indigni semper Imperio judicantur. Hinc, liquefactum aurum suffocavit Crassum, Stygium tormentum cruciavit Tantalum, nomen asini vulneravit Midam; quid multis! Civitas tuta non est, ubi avaritia regnat.

Honor verus est præmium felicitatis, fal-

falsus verò nihil aliud est, quàm risus fortunæ, & inanis strepitus multitudinis; hujus flatu permulti sic tument, ut omnes præ se insolenter contemnant, perpauci sunt, qui istius voce & nomine non delectentur, nulli pene sunt, qui umbram honoris fugiunt, à quo si vel latum (ut ajunt) unguem coacti discesserint, continuò in maniam aut phrenesin incitantur: nihil ergo truculentiorem scenam in Rep. edit, quàm injusta honoris possessio, nihil majorem luctum efficit, quàm dedecoris metus & ignominia. Circumspice, si placet, & intuere impiorum stadia, ô quantas tragœdias honorum excitavit ambitio.

Excellentia est eminens & insignis unius aut paucorum præ aliis omnibus in civitate potentia; unde Monarchia, aut Dynastia enasci solet. Hanc olim Argivi, Athenienses Romani, Carthaginenses, tam capitali odio prosecuti sunt, ut Herculem, Themistoclem, Scipionem & Hannibalem, præcellentes viros, ostracismo testâque exulum denigrarint. Sed hoc malum (suadente Aristotele) nascens opprimi, & coerceri debet, ne inveteratum robustius fiat.

Metus, est exspectatio futuri mali: hoc animi motu perculsi, qui injurias fecerint, ne dent pœnas, aut ipsi talionis legem patiantur, flabella seditionis fiunt. Sic antiquitus in Insula Rhodo Nobiles, qui jugum populo injecerunt, metuentes utique, ne justè affligerentur, seditiosa arma in populum susceperunt.

Contemptus est superciliosa quædam rejectio & indignatio civium, qui putant non minus se demereri, quàm qui in arce civitatis sedent. Istius carbone notari abhorret humana natura, quippe libera cum sit, sui potius interitum quàm contemptum patietur. Carthago, superba illa civitas, propter unius Legati contemptum deleta est. Thebana, Megarensis, & Syracusana, amplissimæ olim civitates contemptu fractæ conciderunt.

Monstrosa & ultra modum *divitiarum augmentatio*, non aliter ad aurum seditiosos, quàm fames ad prædam Leones movet.

Fortuna est incerta & occulta calamitatis causa. Hujus vulnus olim Tarentini, Argivi & Athenienses periculosè senserunt, quorum Nobiles fortuitò extincti, non solum sui, sed etiam suarum civitatum calamitates extitere. Cæca profectò est rerum humanarum Domina fortuna, quæ ludens, Assyriorum, Græcorum, Persarum, & jam etiam propemodum Romanorum Imperia in pulverem, pene dixeram in nihilum commutavit. Cæcam fortunam causam appello, non quod quicquam fiat sine providentia Dei, qui ortum & occasum Imperatorum videt, sed quia ignota hæc causa est, cur Monarchæ, & eorum sceptra occultis modis tollantur. Est ergo fortuna causa quædam mutationis, si ignorantiam humanam, at nullo modo, si providentiam Divinam spectes.

Discordia est de rebus levioribus civium inter cives invidiosa contentio. Hæc aliquando efficit, ut Democratiæ, in quibus multi locupletes fiunt, in Oligarchias seu paucorum potentias migrent; divites enim ægrè ferunt, ut pauperes sibi in libertate Imperii adæquentur. Huc etiam verecundia, quæ est indignitas magistratus, referri potest, cum non judicio, sed sorte sartores & sutores, fæcesque populi in Magistratum sumuntur.

Incuria, & *negligentia* operatur, in officio laboris tædium & oscitantiam Magistratus, qui oculum in summitate Sceptri vigilantem non habet; hoc modo contigit, ut vulpes & astuti homines alieno animo à Republ. existentes, in Reipubl. viscera se insinuent, eodemque potiti voto lacerent & dilanient.

Otium Reges simul & beatas perdidit urbes:

Scipio Nasica ideò noluit Carthaginem deleri, ne populus Romanus in otio viveret; & sanè civitas illa florere non potest, in qua bos minoris, quàm piscis emitur. Claudius Nero solitus est dicere, Capuam Cannam, id est, perniciem fuisse Hannibali; quippe in ea suos milites meretriculis, balneis, aliisque id genus deliciis mancipatos passus est effœminari.

Parvæ occasiones etiam magnum sæpe momentum habent; quæ sunt res, ut prima specie apparent, parvi momenti, si oscitantiùs aut negligentiùs tractentur, civitatem in magnum periculum & discrimen vocant. Nam ut multis arenis navis immergitur, ut bos culicum multitudine suffocatur, ita rebus minimis ac tricis neglectis magna nonnunquam evertuntur Imperia; sapienter Hippocrates: *Nihil contemne, nam nihil parvum est*: pustula sæpe in peracutum morbum, res parvi ponderis in grande discrimen migrant: non est ergo in leviculis scelerum occasionibus extirpandis morandum. Res parva imprimis videbatur Romanis, Tribunos plebis instituere, sed hæc libertas licentia facta, lumen Consulum obscurasse dicitur.

Dissimilitudo morum in civibus, est inter cætera maxima causa eversionis. Nam ut nihil citius corpus humanum inficit, quàm pestilentium vaporum cum innatis humoribus copulatio: ita nihil velocius corrumpit civitatem, quàm *peregrinorum* hominum admissio, in qua contagio & venenum latet.

Locus quoque sæpius seditionis causa esse solet, præsertim si non tàm pro situ, quàm pro influentia cœli sumitur. Hinc Gentes sub Marte bellicosæ, sub Mercurio leves, sub Jove fortunatæ, sub aliis virtutibus cœli aliis affectæ moribus ac modis dicuntur. Est quoque in situ loci motus quidam & fomes, quo sæpe incitamur ad mutationem; sic teste Aristotele Athenis magis populares erant, qui in Piræeo, quàm qui in urbe habitarunt.

Cæterum rabida tametsi & furiosa res est

est seditio, cujus dente vulnerata Civitas contabescit cito; si tamen fiat edentula, ejusdem latratus (ut quidam volunt) plurimum non nocet. Nam ut fures à tectis arcentur sæpe latratu canis: ita tyranni & oppressores Rerump. strepitu seditionis ab intentis malis propelluntur.

20 Seditionis mitior acceptio. Nomen tamen seditionis mitius aliquando sumitur, non pro concitato furore civium in causâ malâ, sed pro ardore optimorum hominum, qui bonum commune student defendere. Atque hinc est, quod dicit Aristoteles, *virtute excellentes viros justissimè seditiones commovere posse.* Sic Tarquinius Superbus pulsus est Regno, & alii multi: est ergo toleranda seditio, ne Phalaris, Nero, & Dionysius regnent. Tres autem causæ sunt, cur potentes Tyranni (qui aliter placari non possunt) seditionis ense tollendi. Prima est, quia imperant contra naturam; Secunda, quia bono communi non consulunt; tertia, quia populum non secus, quam vultures suam prædam, lacerant ac dilaniant. Injustum ergo est eorum imperium ac violenta administratio civitatis, quæ si Lege & consilio sanari non potest, defectionis impetu coerceri debet. Rectè Hippocrates: *in periculosis tentandum est cum periculo.* Sic enim est in corpore civili, ac est in humano: In hoc potius brevis & acris dolor ferendus est, quam totius interitus: ergo in corpore civili brevis & trunculenta tragœdia sustinenda est potius, quam civitatis ruina & devastatio. Amara hæc medicina est, sed tum necessaria, cum tyrannidis ulcera eousque prorepserint, ut alio modo quam ferro curari non possint. Animadvertendum tamen hic est, curam istam labentis Reip. non à vertigine populi, aut unius cujuscunq; affectu dependere, sed consilio medicorum, hoc est, sapientum virorum manu vulneribus civitatis debere applicari: tum quidem sedatio, non seditio, turbatio quædam humorum, non distractio distinctioque civium appelletur. Est ergo seditio hoc modo nomineque accepta, toleranda, ne crudelis Nero accensâ Româ exitium Trojæ ad lyram cantet, hoc est, ne incurabile monstrum tyrannidis Persico furore civitatem perdat.

21 Qui sint cives optimi? Porro cum ex supradictis satis liqueat, divites plerunque esse petulantes, & contumeliosos, pauperes autem maximâ ex parte leves & malitiosos existere, perspicuum evadit rerum secundarum possessionem mediam omnium esse optimam, civitatemque ex mediis civibus compositam, præ aliis Reip. formis esse eligendam, id quod aliquot etiam argumentis probat Aristoteles *Pol.* 2. *cap.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 3. *&* 4. Nam, ut inquit Aristoteles, qui in excessu rerum secundarum aut amicorum vivunt, imperio parere nolunt, neque rectè imperare sciunt, molles enim sunt, rudes, contumeliosi, invidi & invisi omnibus. Civitas ergo ea, quæ ex mediis constat, optima habetur. Insuper optima civitas est illa, quæ vitam civium, cum virtute conjunctam habet: cujus item cives facilè obtemperant rationis judicio. Talis autem est civitas ex mediis civibus constans, ergo optima. Præterea, ubi nullæ insidiæ, invidia nulla, nulla sitis cupiditasque alieni est, ibi optima civitas est. Sed inter mediocres mediosque cives istorum nihil est: ergo ex mediis civibus optima civitas constituitur, quæque minus seditionum procellis est obnoxia. *Vide Joh. Boter. de ration. Status lib.* 4. *c.* 1.

Cum bellum sine captivis geri vix possit quædam de illis hic notare placuit, & dicitur Captivus persona hostilis ab hoste in bello seu occasione belli capta, Gallis *Prisonnier de guerre.* Germanis ein Kriegs-Gefangener/ & ii potissimum pro captivis habendi, qui in prælio aut armis resistendo capiuntur, eo ipso enim, quo bellum à summa potestate altiori indicitur, omnibus ejus subditis simul indictum censetur, ita ut ad unum omnes in statu belli ponantur, licet quoad effectus differentia sit inter certas personas, quod formulæ in indictione belli usitatæ satis ostendunt, confer *Grot. de J. B. & P. III. num.* 7. *&* 8. Mos autem capiendi primis temporibus originem suam debet, quin ad tempora Nimrodi ascendere *ex Genes. cap.* 10. *v.* 9. *&* 10. *Item Jerem. cap.* 16. *v.* 16. satis apparet, cum homines cœpisse, & suæ subjecisse potestati dicatur, quæ consuetudo dein ortis bellis indies crevit, ut videre est ex pluribus S. Scripturæ locis *Genes.* 14. *v.* 12. *&* 16. *Num.* 21. *v.* 1. non solum, sed & historia profana, ubi imprimis Romana exactissima omnium laudanda. Et certe non abs re hoc inter gentes fuit introductum, cum enim inter nos cognationem quandam natura constituerit, *l.* 3. *ff. de J. & J.* & naturali inclinationi videatur contrariari hostes devictos & inermes trucidare, dimittere tamen ob rationes politicas non conducat, inventum est remedium, quo capti servorum loco servarentur, §. 3. *Inst. de jur. pers.* & hoc de jure Gentium veteri; *Jure* verò *Gentium novo* seu Christiano longe aliter se res habet, hodie enim capti in bello publico servi amplius non fiunt, neque acquisitionem personæ omnia bona sequuntur, *Grot. III.* 21. *num.* 28. sed custodiuntur, & quasi pignoris nexu detinentur, donec liberentur, *Philip. in usufr.* 1. *Eccles.* 37. *nu.* 2. *ibique alleg.* 22 De captivis bellicis.

Capiuntur autem non tantum milites lecti & auctorati, sed omnes omnino subditi ejus, cui ab altero bellum indictum est, si enim omnes in statu belli ponuntur, ad omnes etiam belli effectus pertinebit, cum in hostem quilibet miles sit. Excipiuntur tamen hic *infantes, pueri*, arma nondum tractare scientes, *morbo* sontico laborantes, verbo: natura & vi prohibiti, quales sunt ratione ætatis pueri 12. ann. minores, inermes enim sunt & imbecilles, neminique damnum inferre possunt. *Imp. Ferdinandi III.* articuls-brieff *art.* 60. *ibi.* Auch keine unmündige Kinder rc. ratione sexus 23 Quæ personæ à captivitate exemptæ sint. vid. suprà verb. Feind nu. 14. & seqq.

fœminæ,

fœminæ, fœmina enim hostis nomen non capit, sexus hic rudis insciusque ferri, unde non incongruè Alexander apud Curtium *cum Captivis & fœminis bellum gerere non soleo, armatus sit oportet, quem oderim.* Personæ quoque *Ecclesiasticæ* excipiuntur, ut Pastores, Monachi; nam ut hi ab armis abstinerent, mos ab antiquo fuit gentium omnium, atque ideo vicissim vis in illis temperabatur, *Alb. Gentil. lib. 2. c. 22. pag.* 427. Item *Studiosi*, merito enim his, qui studiis literarum honestis, & humano generi utilibus operam navant, parcendum est, *Grot. III. XI. num.* 10. *confer. Auth. Habita C. ne filius pro Patre* ibi: *quis enim eorum non misereatur.* Ratione utilitatis publicæ, excipiuntur quandoque *Mercatores, agricolæ, opifices*, & *artifices*, quorum quæstus pacem amat, non bellum, hi enim si ferrum tractant, non faciunt, ut noceant, sed ut prosint. *Conf. c. ult. X. de Treuga & Pace.* Ob securitatem publicam immunes quoque sunt *Legati, Feciales, Caduceatores, Tympanistæ, Tubicines, Tympanotrybæ*, qui ad redimendos captivos mittuntur; alias enim & in conflictu capi omnino possunt, & dependent hæc omnia ex speciali conventione, cum conventio legem det huic negotio; & dicta procedunt, nisi hostes antea simile quid in nostros admiserint, *Zachæus jur. fec. part. 2. q.* 28. Nisi personæ hæ nobis consilio vel ope noceant, unde non procedit in pueris, si pubertati proximi, & malitia suppleat ætatem, vel quomodolibet prosint contra hostes, *Alb. Gent. lib. 2. c. 21. pag.* 426. In *Senibus* si consilio polleant, eoque nobis noceant, aut armis, vel alio modo injurii sint, sæpe enim consilio pollet, cui vim natura negavit, & plus quandoque valet *umbra senis, quam ensis Juvenis*, *Abb. Gent. d. l.* Hinc in legibus Castrensibus semper additur, die auff keiner Wehr gefunden. Si fœminæ virum indicant, h. e. contra communem sexum agant virorum munia, cujus rei exempla recenset. *Alb. Gent. pag.* 412. Item, si ad fornicationem nostros seduxerint, aut lue aliqua contagiosa Venerea Exercitum inficiant. Si personæ Ecclesiasticæ arma tractent, quod non semel contigisse notum est, quod & obtinebit in studiosis, quos & recte capi posse puto, si spectatum in castra veniunt, cum rei se immisceant ad se non pertinenti. Si *Mercatores* & cæteri, hostes mediate vel immediate adjuvent, vendendo, vel advehendo, si absq; salvo conductu hinc inde cursitent à nobis ad hostes, & contra, facile enim eo hosti aliquid detegitur. *vid. suprà verb.* Commercia. Item si *Legati* exploratores agant, aut fidem fallant. Acquiruntur autem de jure Gentium singulis capientibus, extra personas eximiæ dignitatis, in has enim Reipublicæ aut ejus capiti jus dant plerarumque gentium mores, *Grot. III. VII. num.* 9. In ipsa Captivitate duriter non sunt habendi captivi, sed pro qualitate officii, tum ratione victus, tum custodiæ tractandi, quod inter se subinde partes paciscuntur, & cujus impensæ una cum Lytro solvi à captivo debent, vid *Feltm. num.* 76. *pag.* 159.

24 De modis liberandi captivos.

Modi liberandi captivos varii sunt; vel enim fit per fugam, quâ quis se in bello justo de jure civili consulere potest, *l. 26. ff. de captiv.* ibi: *nihil interest, quomodo captivus reversus est, utrum dimissus, an vi vel fallacia potestatem hostium evaserit*, de jure Gent. *Grot. III. VII. n. 6. & III. 14. n. 7.* negat, melius hodie distinguūt, an victor pactus fuerit cum victo de non discedendo, an verò nō; si illud, Grotii sententia vera est, hoc, verò casu fugere potest, cum videatur Victor jus suum pro derelicto habuisse, non custodiendo aut fidem sibi non stipulando, *Boeckl. Disp. milit. p.* 159. Interponitur verò fides vel mediante juramento, vel nuda promissione, auff Cavalliers parole, quæ promissio etsi vim juramenti non habet, unde eam violans non perjurus, sed perfidus dicitur, *Lauterb. tr. Synopt. de jurejur.* §. 1. *num.* 26. servanda tamen est, *arg. l. 1. pr. it. l. 5. ff. de pact. Per recuperationem* armata manu, quando captivi, antequam vel in castra hostium perducuntur, vel excursionibus vel expugnatione urbis, qua detinentur, armis & virtute bellica liberantur, ubi statim omnes jure postliminii libertati pristinæ restituuntur, *l. 12. C. de postlim. revers.* etiamsi promiserint se non velle fugere, aut lytrum stipulati fuerint. Per *Permutationem*, die Außwechslung / ubi illa deliberatio tenet, quosnam cum quibus permutare fas sit. Regula est, ne ad permutationem veniatur, donec aliqua æqualitas, cujus diligentes sunt ratiocinatores, qui bellum tractant, videatur offerri; etsi enim ordinarie æquale Cingulum merentes inter se permutari solent, alle Officier und Gemeine von gleicher qualität sollen gegen einander außgewechselt werden / ein Obrister gegen den andern. *Per Lytrum* quoque, Ranzion-Gelder / liberantur captivi. Unde autem Lytrum hoc desumendum? æquitas suadet, ut milites in conflictu vel excursione capti liberentur ex communi ærario militari, quod & observari de consuetudine testatur *Burg. 1. obs.* 34. & solvendum lytrū moneta valida in loco contractus, nisi aliter conventum, & soluto lytro captivi amplius non detinendi, sed statim veniam recedendi impetrant, tempus tamen quoque ex speciali conventione dependet, ultra quod si detineantur, tenentur detentores sumptus & impensas ferre, *Feltman. num.* 76. *pag.* 158. Huc quoque spectat *dimissio sub cautione* aut *promissione*, eâque vel juratoria vel nuda, auff Cavalliers Parole, cui si non steterint, in captivitatem redire tenentur; sin secus, eorum nomina locis publicis inhonestis affiguntur.

25 Executio belli decreti.

Belli jam decreti executio uni Duci committenda, & causa à Principe reticenda, imo ne quidem uxori aut liberis patefacienda belli promulgatio, quod præclare docuit Antigonus Macedoniæ Rex: Philippo filio suo pluribus præsentibus interroganti, quando castra moturus esset, respon-

spondit. *Quid? an metuis, ne solus tubam non audias.* Justa autem an injusta sit belli causa, non est, quod populus aut milites sint solliciti; id enim Principis est, in cujus abditos sensus, & quid occultius paret, illicitum & anceps est inquirere *Tac. lib. 1. ann.* subjectorum est jussa exequi, bona interim fide sibi persuadendo, recte ac juste ita præcipi. De cœtero *denunciatio* in bello defensivo omnino necessaria est, nisi jam publice pro hostibus habeantur, injurias inferant, & jura violent: Hâc enim violanti jus redditur, si jus non præstetur. *Bellum* verò *offensivum* non facile suscipiendum est, sed deliberandum diu, priusquam inferatur. Econtra bellum defensivum magna deliberatione non eget, cum necessitas defensionis consilium non exigat, dummodo hosti injuria illata non sit. Qui autem injustum bellum excitat, omnium belli incommodorum reus est, tot cædium, furtorum, Sacrilegiorum, latrociniorum, raptuum, adulteriorum, publicæ vastitatis.

26 Justæ belli causæ; & vid. suprà n. 4.

Ad *justas* belli *causas* quoque spectat, quando Princeps repetit res sibi debitas, inique detentas, ablatas & invasas vindicat, quando videlicet justitiam à Tribunali obtinere nequit, quia tunc securior est decisio, quæ gladio fit & armis, quam quod jure scripto, fraudi & cavillationi obnoxio. *Rebellionem* quoque jure vindicat Princeps, & hæresin subditorum, violatum fœdus, suppetias latas inimicis. Juste quoque bellum indicit eis, qui piraticam exercent, & vicino innoxium recusanti transitum, qui jure humanæ societatis debetur; ut vel hoc titulo Hispaniæ Rex recte sibi vindicet regnum Navarræ juste occupatum & recuperatum ab injustis possessoribus. Præterea justum est bellum, quod non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geritur, ut mali coerceantur, & boni subleventur, ut ait *D. Augustinus.* Item pro *fide & Religione*, cum quod in eam committitur, in omnium feratur injuriam; quam vindicavit Constantinus, bellum inferens Maxentio & Licinio. Denique pro Reipublicæ salute & dignitate: *nullum bellum*, ait Cicero, *suscipi ab optima Civitate, nisi pro salute vel fide.* Salus ad nos pertinet, fides ad Socios, utrorumque defensio justa est, sed ita tamen pro securitate *sociorum* justè bellum suscipitur, si cum illorum fortuna nostra sit conjuncta, & uterque status periclitetur. Quare summa adhibenda erit prudentia, num conveniat aliorum se implicare difficultatibus, & alienum periculum nostrum facere, aut plane in eo nos ipsos exhaurire.

27 Præventio in bello attendenda.

Cum hostium vis neutiquam exspectanda sit, tum prævenire licet, & obviam ire vicino Potenti, qui nullis contentus est finibus. Id monebat Legatus Persei apud Rhodios *Liv. lib. 42.* agendum esse, ne omnium rerum jus ac potestas ad unum populum perveniret; per victos enim vicinos victor gressum facit ad remotiores. Quod probe intelligens Populus Romanus, justo bello movit contra Philippum, ne subacta Græcia, iis illud prior moveret. Ideò Cæsar dicebat, *puniendum esse vicinum, antequam potentior fiat*, & intulerit quicquam mali, vel inferre conetur. Non autem de nuda voluntate hoc accipiendum, sed de conatu, qui in actum prodiit; quamdiu enim certo non deconstat de animo nocendi, tamdiu non licet prævenire, & obsistere, ne vicini potentia augeatur. Nec ferendum hic, quod Galli tradunt, jure Gentium arma recte sumi ad minuendam Domus Austriacæ potentiam, quod sensim vicina corripiat, & nimium aucta nocere possit: Aucta nim illa citra cujusquam injuriam, per Conjugium *Mariæ* Burgund. & *Joannæ* Castil. & Arag. & per alias affinitates aditum ad tantam potentiam sibi patefecit; per hoc etiam indissolubile vinculum non semel inter Gallos & Hispanos exclusis dissidiis pax coaluit. Quid autem justius, quam Legitimis fœderibus & successionibus potentiam augere? Quid injustius quam illam turbare, & ob nimiæ potentiæ periculum bellum inferre. Hinc vicinitas majoris potentiæ non semper damno esse solet, aut fraudi, sed interdum maris instar est, quod aliorsum recedit, & Provincias integras subductis undis vicino transcribit.

28 Potentia legitimis mediis acquisita & aucta nullam præbet justam belli inferendi causam.

29 Debilioris auxilium à potentiore.

Potest *debilior Potentioris* patrocinium suscipere, & ad tempus illud subire. Sic Pisani & Florentini olim, cum ab externis hostibus sibi metuerent, suarum urbium dominium in annos 5. Roberto Regi Neapolitano transcripserunt, & alio tempore Florentini in decennium Carolo Calabriæ Duci se addixerunt. *Imperium spirituale Ecclesiæ* augescit & conservatur *potentiâ Augustæ Domus Austriacæ*: ejusdem beneficio à Turcarum Tyrannide securi sunt Veneti, & tamen istorum Principum Consiliarii vix hoc beneficium agnoscunt. Debiliores quoque ut sua tueantur adversus potentiorem, quem metuunt, solent *fœdera* inire, & à Potentioribus auxilia petere, quibus adjuti res suas servant, potentes autem suas augent. Ita Romani confœderatos & socios juvando orbem terrarum sibi subjugarunt: Ita Turca inter Christianorum Principum dissidia imperium suum protulit, quamvis fide improba. Sic solent & *Helvetii*, ut à se bellum avertant, vicinos & confœderatos, populos moderatis auxiliis juvare, non tam ut bello vincant, quam ut ne succumbant; illud autem fœdus quod *Helvetii* cum Galliarum Rege sæpe renovant, magis commercii quam amicitiæ causâ fieri videtur, illi sua fœdera argentea privatæ utilitatis ulna admetiuntur, venalesque manus gerunt.

30 Princeps paratum semper habeat exercitum.

Verùm hujusmodi consilia & stratagemata, facilè potentiores eludent, qui sine bello, *nunquam sine armis sunt*, & in pace ita dispositum in suarum provinciarum limitibus exercitum habent, ut moderato sumptu ali & præsto esse possit, quod fecit

cit Philippus II. Hispaniæ Rex, diu antequam Lusitanis bellum moveret, quod & Ferdinandus II. Imp. fecisse perhibetur, dum in finibus Silesiæ, adversus inopinatos hostium concursus, validissimum exercitum alebat, imitatus Ferdinandum II. Parentem, qui exercitum non exauctorasset, nisi id Principes Electores suasissent, unde tanta secuta est Germaniæ clades, & fides Catholica penè à Sueco, aliisque Protestantibus fuisset eliminata. *Unam* igitur *ponat in armis salutem* Princeps, *si magnitudinem suam pace & justitia tueri non possit*, *Tacit. lib. 1. ann. & de morib. Germ. Liv. dec. 3. lib. 5.* Videmus neminem Turcam provocare, aut ditiones ejus invadere, propterea, quod promptum & expeditum semper habeat exercitum, centum quadraginta equitum millium in Europæ finibus & in Asia, quibus agri assignantur, unde equos ad bellum expeditos sustentare queant, nec ob id quidquam ærario decedit. Sunt & in ipso Imperio Turcico quindecim Prætorianorum militum millia, qui *Janizari* appellantur, & in iis belli robur: pedites quidem, ac ideò tardius vincunt, sed securius hostium impetum sustinent, stipendio ex ære publico aluntur.

31 Quot & quales exercitui Duces præficiendi? vid. supra n. 7. & seqq.

Licet olim Augusto suasum, ut duos Præfectos Prætorio constitueret, in eum finem, ut si unus insidias tendere vellet, alter æmulus Principem custodiret, illumque in fide contineret; nihilominus tamen *unum Exercitui Ducem* præficiendum esse, jam supra dictum, ne consilia prodantur, etsi plures sint, inter eos de Imperio fiat contentio, quâ nihil principi periculosius, nihilque magis remedio indiget. Et quo minores sunt Duces exercitus, eò majores sunt contentiones, quod minoribus major insit æmulandi cura, hanc autem æmulationem, & de prærogativa contentionem, dissimulare Princeps non debet, sed punire non eum tantum, in quem culpa conferenda, sed & eum, qui innocentior videri potest: ille, quia causam dedit, hic verò, quia non cessit jure suo, & occasionem rei benè gerendæ labi passus est. Ideò prudenter Romani unum Ducem, non duos pari autoritate exercitui præficiebant, atque hunc Ducem non Senatorem, sed gnarum militiæ, corpore validum, & bello suffecturum, summo cum Imperio, ac libero statuendi arbitrio mittebant, cui cœteri Præfecti, Comites ac Tribuni suberant, & hi quoque tales, quos nullum belli genus non exercuisset, qui novissent, quantis belli nervis opus esset, & unde comparari possent, qui scirent militem in aciem cogere, qui probè cognoscerent vires & loca Provinciæ, cui præficiebantur, vel adversus quem ipsis bellum suscipiendum erat, qui unum ex suis militibus servare mallent, quàm mille hostium perdere. Et hinc plures suadent, non Nobilem præficiendum, si non sit simul providus, & rei militaris peritus, si enim tantum majorum nobilitate resplendeat, eum hostis despiciet, & miles proprius Imperio non parebit: Non enim autoritas Sanguinis, sed fortitudo & industria hostem fundit. Plurimi tamen facienda sanguinis nobilitas, cui libentius quàm novis hominibus milites nostri obtemperant, modò conjuncta sit rei militaris peritia, & regendi disponendique acies dexteritas. Potissimùm verò ii præficiendi, qui per omnes laborum gradus ad summum honorem pervenerunt, qui videlicet *diu manipularis, dein centurio, mox Castris Præfectus. Tacit. lib. 2. Ann.* Nemo enim melius in bello imperat, quàm qui ante paruit, nam talis probe novit, quando expediat pugnare, quando tergiversari, quando domi bellum gerere, quando in agrum hostilem inferre, quando loco manere, eum munire, & impetum sustinere.

In militia præterea necessarium est *consilium*, sine quo nihil conscriptio militum, nihil belli apparatus. Hinc *Tacitus*, ut jam supra dictum, suadet arma consilio temperanda. Ideò *Lysander* dicebat, Ducem exercitus debere esse *Leonem* ad hostes terrendos, & *vulpem* ad evitandas hostium insidias, ita ut fortitudo sine industria non sufficiat, sed utraque magna Imperia conservet.

Quare viri strenui, *velut tela atque arma, bello reservandi*, ac tales militiæ adscribendi, qui arma tractare norint, ictus deflectere, ad signa coire, castra munire, eaque movere: Qui æstus & frigoris patientes, & ad omnes labores impigri, qui famem pro condimento, tabacum pro alimento, humum pro cubili, arbustam pro tabernaculo habent. Sed pauci nunc tales, quod Duces *eos emant & legant, in quibus non, ut olim, virtutis modestiæque, sed procacitatis & petulantiæ certamen est.* Hinc neutiquam adscribendi *inviti*, propter incommoda, quæ Reipublicæ inde possunt obvenire, sed laudandi, qui sponte sua militiæ nomen dant, nec curant, quod *militia ipsa gravis sit, & infructuosa, & denis in diem assibus anima & corpus æstimetur. Tac. lib. 1. ann.* Illi enim verè pro patria & honore pugnant; constantes sunt & fidi. *Mercenarii* recens collecti, nihil firmitatis, nihil securitatis habent, nec alia causa in castris retinentur, quàm stipendiolo, quod profectò non satis eos impellere potest, ut pro alio mortem sibi appetendam putent. Ubi jam militiæ adscripti, & cum hostibus congrediendum est, aut fuga aut discessu sibi consulunt, *hospitibus tantum metuendi*: igitur tales, *militiæ rudes, quibus nec in victoria decus, nec in fuga flagitium est. Idem lib. 2. & 3. hist.* omninò esse exauctorandos, & in præsidiis prius exercendos. Præterea interni milites fideliores sunt, & ardentius pro Patria pugnant, in qua bona possident. Ideo *Galba Imp.* proprio & interno milite semper usus fuit, quod in eo vera esset fortitudo & robur exercitus. Externi enim plerumque stipendia & prædas quærunt, non Patriæ salutem, solis stipendiis in castris reti-

32 Quinam milites adscribendi.

33 Interni externis militibus præferendi & quare?

retinentur, quæ si non solvantur, querimoniæ quotidie & novæ petitiones, imò invasiones fiunt, aut militiæ desertores. Nec tantum, ut inquit *Tacitus lib. 1. ann. luxum & otium capiunt, sed etiam laborem & disciplinam aspernantur.* Graves incolis sunt, *& sine pudore flagitii, sine cura Ducum abeunt, fugiunt. Idem lib. 3. & 4. histor.* & alio loco: *Refragentur,* inquit, *non juberi, non regi amant, verum cuncta ex libidine agere.* Quare periculosa externorum militum auxilia, si aut viribus, aut multitudine internis prævaleant, si in Patria hæreant, ne illico hostium ictibus objiciantur. Accedit, quod illorum Duces domi plerumque desideant, & ingentia accipiant stipendia, præter illa, quæ ex hybernis, per fas & nefas, corradunt, ita ut opulentiores sint sine provinciis, quàm Principes Provincias plures possidentes. Hodie tantum confert militare illud mercimonium, internos milites externis permiscendo, ut periculum sit, ne aliquando eveniat, quod *Cominæus* scribit: *accidere potest tempus, cum externorum furor, & repentinus impetus sit pertimescendus.*

34 Mala belli moderni, & quomodo evitanda.

Imò nostri milites, qui externos mores induêre, nihil aliud, quàm prædas agunt, stupra cædibus, cædes stupris permiscent, profana simul & sacra spoliant, *omnia, tanquam urbes hostium, urunt, vastant. Justin. lib. 2. hist.* miseros rusticos affligunt, fugant, mactant, quibus sublatis quid habent eorum Domini, quo Principem suum juvent? Evitabuntur autem hæc militum scelera, si parcissimè eis detur commeatus & facultas evagandi, sed cum signis propriis in mansionibus solitis remaneant, præterquam quod turpe & perniciosum sit, prædia & possessiones Provincialium militum molestia fatigari, & derelictis suis numeris per aliorum agros insolenter evagari. Vigebit quoque militaris disciplina, si in exercitu nihil deliciarum invehatur, nullus luxus permittatur, nihil cibi cocti vendatur, si institores, lixæ, scorta ejiciantur, unde milites enerventur, & stationes suas deserant, sive, ut ait *Tacitus lib. 3. ann. mox versi in luxum, & capti opulentia, omittere stationes lasciviæ epularum, aut somno aut vino procumbere.* Conservatur porrò *militaris disciplina,* cum Duces legiones suas exercent, ut olim Cajus Cassius etiam pacis tempore, *& quantum sine bello dabatur, revocabat priscum morem, exercitabat legiones, cura provisa agebat, perinde ac si hostis ingrueret,* ait *Tacit. lib. 12. ann.* Ad veterem morem milites reducuntur, si Duces curent, ne quis agmine decedat, nec pugnam, nisi jussus ineat, stationes, vigilia diurna, nocturnaque munia in armis agitentur, utque miles ad Ducis non signum modo, sed nutum intentus illius jussa non interpretetur, sed exequatur, nam parendo potius, quàm Imperia Ducum suscitando, res militares continentur, dicit *Tacit. lib. 11. ann.*

35 Plurimum in bello valet celeritas.

In Negotiis bellicis, ne Principis existimatio minuatur, & contra audacius adversari insurgant, properanda sunt consilia, & exequenda. Huc spectat Alexandri M. Symbolum, *Nihil cunctando,* cui non adversatur illud Augusti: *Festina lente;* hoc enim de pacis, illud de belli negotio intelligendum, in quo plurimùm valet celeritas, qua res maximæ peraguntur. *Sanè Cerialis parum temporis ad exequenda Imperia dabat, subitus consiliis, sed eventu clarus.* Hanc executionis celeritatem, præter cœteras virtutes, coluerunt Carolus V. Imp. & qui sub eo militiam didicit, *Dux Albanus,* qui sæpe lenta Hispanorum consilia improbarunt; Ideò hic nunquam nisi pleno cum Imperio exercitui præfici voluit, ne ipsi accideret, quod Vespasiano in bello civili contra Vitellium, *Tacit. lib. 3. annal. quando ex distantibus terrarum spatiis consilia post res afferebantur.*

Porrò magnæ est prudentiæ in alterius Provincia bellum sustinere & gerere: quàm intra propria viscera illud experiri. Sic olim *fuit proprium populi Romani, longè à domo bellare, & propugnaculis sociorum Imperii fortunas, non sua tecta defendere, Cic. pro L. Manil.* Quid enim bellum, nisi incendium? quod si domi retineatur, omnia brevi absumenda, nisi exercitus in hostili solo sustentetur, agros proprios & una semetipsum pessundabit. Refrigescit quoque & angit virtus, si occasiones desint, quibus sese exserat, & spolia, quibus inflammetur. Ideò *Vocula* exercitum suum in hostili terra hospitari voluit, ut præda ad virtutem incenderetur. Bellum domi suæ diu ferre nequeunt subditi, amicos ac pariter hostes sustentando; crescunt enim sumptus, deficiunt media, augentur pericula, ideò bellum procul habere suadent prudentes, ut domi res tranquillæ esse possint: 36 Bellum in hostili agro gerendum.

Præterea ratio est politica, *parti debiliori* occultè submittere auxilia, non quæ fruendo, sed quæ trahendo in longum bello sufficiant. Quomodo *Alcibiades Tissaferni* suasit, ne nimis enixè Lacedæmonios juvaret, quippe memorem esse debere, alienam se victoriam, non suam instruere, eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur, *Justin. lib. 3. histor.* Hæc ratio movit etiam *Helvetios,* ut quorundam vicinorum populorum susciperent protectionem, tametsi id non careat sumptu & periculo, magis tamen utilitati suæ putant consultum, si longè à finibus suis bellum geratur & protrahatur. 37 Parti debiliori submittenda auxilia.

Ad Bellum sive offensivum, sive defensivum potissimum requiritur, ut simus rectè parati, quod consistit in subditis exercendis, pecunia, commeatu, armis ductilibus & vectilibus comparandis, ut Dux idoneus & milites conscribantur, lustrentur, recipiantur, in certos ordines distribuantur, iisque, ne quid desit, quod exercitum remorari possit, artifices & lixæ adjungantur, maximè si hostis præsens est, debent aptè locari castra, excubiæ, tesseræ, & vexilla constitui, adornari munitiones

& obsidiones, ad quæ cum requirantur consilia, illa occultissima sunto; bene quidem facit Dux, si quid fieri velit, cùm aliis communicet; quid autem facturus sit, cum paucis, imo nemine: Et si consilia conflictum suadeant, etiam ille diebus feriatis suscipi potest; postulante id necessitate & occasione, *Thes. Bas. vol.* 5. *d.* 19. *per tot.* hisque Consiliis bellicis stratagemata adhiberi possunt, dummodo fides non frangatur, *ibid. vol.* 1. *d.* 7. *l. ee.* 2. Ante omnia advertendum est, quod bellum frustra gerere cogitet, quem ejus gerendi nervus deficit. Itaque Princeps semper paratus, rebusque necessariis affluere debet, etiam qui nec de bello cogitat, nec de bello timet, quia semper providentia ipsi incumbit, ne à subito ferocientibus imparatus opprimi possit, quia non semper indicitur bellum, sed sæpius ex improviso, & per insidias clancularias fit oppressio, & non rarò per speciem amicitiæ, ut stratagema bellicum tanto felicius procedat.

38 Privilegia militum. Cum bellum militibus geratur, pauca adhuc hic de eorum privilegiis dicendum: Summa enim & plena gaudent securitate; nam habent securum & inviolabilem transitum, qui ipsis patere debet, modò iis locis, quibus transeunt, omnes ubique illæsi & indemnes custodiantur, Testimonii ferendi causa (vel aliàs veluti per in jus vocationem) à signis militaribus abstrahi nequeunt, & ab omnibus quoque muneribus immunitatem habent. Arrestari item aut personaliter detineri nequeunt pro debito; nequidem in causa criminali torquentur, pœnisve plebeiorum subjiciuntur. Quod cum commeatum, qui tamen difficulter ac parcissimè ipsis datur, impetraverunt, interea temporis lite pulsari non possint, sed liberam habeant remeandi licentiam. A Vectigalium præstatione, etiam pro rebus suis & servientium immunes sunt, quas nec confiteri tenentur; de mercibus verò, etsi vectigal solvere teneantur, tamen earum professionem tutò omittere possunt, sin deprehensi sint, tunc demum pœnitere & vectigal solvere possunt: hinc ut se doceant milites; optime faciunt, si passaportum gestent. Quod domum reversis è militia, quævis omnino damna, quæ absentibus ipsis data, ut & lucra, quæ ipsis interim ablata, interceptave fuerint, resarciuntur, restituuntur. Quod à creditoribus suis conventi habent beneficium competentiæ, ut videlicet in executione distractionis invadere istis non liceat, quæ illi militiæ causa habent, cum arma militibus relinquenda sint, ut libri Scholaribus, & Breviarium Clericis, *Thes. Basil. vol.* 2. *d.* 7. *l. LLL.* 4. Sic milites in exercitu conveniri non possunt, nisi apud Magistratum militum, & hæc fori exceptio cinguli præscriptio dicitur, *ibid. vol.* 3. *d.* 7. *& vol.* 7. *d.* 8. *l. LL.* 4. Milites olim, qui arma sua vendebant, puniebantur, ergò multo minus ea oppignorare poterant; In re ex pecunia sua empta, in concursu creditorum, eundem prælationis favorem habet, quem pupillus, idque obtentu & favore militiæ, *ibid. vol.* 7. *d.* 4. Non immatriculati milites, seu, ut dicuntur, non arrollati, non gaudent dictæ securitatis privilegiis: ita ut nec Freybeuteri, nec Transfugæ aliique desertores & Conspiratores, adversus Magistratum suum insurgentes, pacis turbatores, palantes, grassantesque, latrocinantes, piratæ, *ibid. vol.* 2. *d.* 7. *l. mc Mm.* 1. Habent præterea milites jus hospitandi per ea loca, per quæ transeunt, sed olim commeatum solvebant, nunc plerumque gratis accipiunt, imo licentia illa in rusticorum vexatione, ac diripiendis hospitiorum ædibus contra omnia jura mire abutuntur. Hinc, ut in sedibus timore coerceantur, in expeditione spe meliores efficiantur, certi ipsis præscribantur limites, ut hos transgressi, pœnis debito modo submittantur, fideliter autem dimicantes præmiis & privilegiis ubertim afficiantur, *ibid. vol.* 5. *d.* 19. *l. bbbbb.* 3. 4. ubi varia militum delicta, & quomodo puniantur, videre licet. Tandem vulgò dicitur, arma usu nostro præferri literis, prout quotidie vidimus etiam gregarios milites ad dignitatem Colonellorum & Generalium militiæ, virtute & fortitudinis bellicæ demonstratione ascendere, ut nihil dicatur de iis, qui etiam illustri suæ familiæ splendore ad illam sibi gloriam aditum patefecerunt, & nobilitatem ortus & Proavorum suorum heroicis factis amplius decorarunt & illustraverunt; quales in Aula Imperiali, Regumque & Ordinum Imperii honorari & extolli pro meritis suis quotidie cernimus, & meritò illos veneramur. Antiquus tamen Poetæ versus, & ubique decantatus est: 39 An militia literis præferatur.

Sunt duo, quæ faciunt, ut quis sit Nobilis:
Ars, Mars,
Major ab arte venit gloria, Marte minor.

Videmus enim in omnibus Aulis semper justitiæ præ bello locum esse priorem, nec ad bellum deveniri, nisi cum justitia obtineri non potest. Hinc in ipsa Aula Imperiali post Consiliarios Status sive Secreti Consilii Imperatoris, statim Consiliariis Imperialibus Aulicis præcedentia & honor præ omnibus aliis attribuitur, tanquam Præsidibus & Sacerdotibus justitiæ, quæ virtus inter omnes alias primum obtinet locum, ita ut sicut militaribus officiis dignitas Colonelli, Generalis, & alii tituli attribuuntur; ita pari ratione Consiliariis Justitiæ in Consilio Imperatoris, titulus Generalis militiæ togatæ attribui merito possit, & præcedentia ipsis, in pari alias familiæ suæ gradu concedi & tribui, ut semper justitia præ bellica gloria superiorem sibi vindicet locum.

Kupler/Unterhändler.

SUMMARIA.

1. *Quinam propriè sint proxenetæ?*

2. *Pictura quid hîc efficiat? vid. suprà verb. Adamus, fol. 197. n. 22.*

NOmen Proxenetæ licet variè usurpetur, ut videre est apud *Schard. in Lexico juris, verb. proxeneta*, plerumque tamen sunt pararii, mediatores & conciliatores nuptiarum vel alterius negotii, *l. 2. 3. ff. de proxenet.* & dantur his præmia, proxenetica dicta, quæ vigesimam dotis partem; sin verò dos ultra 200. libras auri sit, decem libras ex pacto non excedunt, *l. fin. Cod. de Sponſ. Schambog. ad Inst. lib. 1. tit. 9.* certè namque in matrimoniis copulandis & ineundis (unde etiam vulgo Kupler/ wie sie die Leuth zusammen koppelen vocantur) isti strenuam operam exercent, ut aliquid lucri & quæstus reportent; quinimo Proxenetici muneris emungendi gratia etiam integros Vannos plenos mendaciorum, proverbiali sermone refertim cumulandos esse, loquax grex famulatus nostri Germanici, atque turba fallax turpiter gloriatur: dann dergleichen Kupler/ welche in solcher materie profession gleichsam machen/ die Lügen mit Wannen zutragen / bis sie gute ehrliche Leut verknüpffet/ bis sie ihre Kuppelbältz/ vel quicquid tali nomine præstandum erlanget. Cui ancillarum, pedissequarumque temeritati, protervia, anilique audaciæ, utpote quæ redundat in injurias non rarò familiarum, eorumque cumprimis, qui mendacissimis persuasionibus matrimonio conglutinati sunt, seriis pœnis à Magistratu non immerito obviandum. Abundant enim mendaciis, & in ambiguo præsumuntur esse mendaces secundum *Strauch. de Proxenet. p. 2. d. offic. Proxenet. num. 4. & part. 4. an proxeneta in negotio, in quo intervenerit, possit esse testis? num. 5.* ubi ait: Proxenetæ communiter sunt homines viles & superant Proxeneticum, unde commodum percipiant, & ex his suspecti & status infimi. *Vran. ad cap. Veniens X. de testib. f. 123.* Sed non omnes Proxenetas tam pravè affectos esse & facto & experientia comprobatur; dann es gibt auch gute ehrliche Leut/ die guter intention, zu Stifftung Freundschafft und anderer löblicher Ursachen halber/ sich für Mittels-Persohnen in ein oder anderer Handlung gebrauchen lassen/ cujus rei etiam testimonium perhibet *text. in L. fin. de proxenet.* sic inquiens: *Est enim Proxenetarum modus in emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis, utiles non adeo improbabili more se exhibent, Strauch d. part. 2. n. 11. & 12.* ubi etiam eorum officium non sordidum esse ostendit, & vocantur tales propriè Unterhändler/ die da anzeigen / wo etwas feil ist / & esse homines mediastinos, voluntates hominum explorantes in negotiis sive ad munera, sive ad contractus? sive ad amicitias, sive alia similia; & hos oportet esse candidos, sinceros, apertos, justitiæ æquitatisque amantes, A studiosos utrique parti, quarum negotia tractant, æquè benè cupientes.

1 Quinam propriè sint proxenetæ.

Proxenetæ, Kupler/ pessimi sunt, qui id agunt, ut *Hanreitas* exerceatur, id est, *ut alius admittatur in jus quod maritus habet*, quod sæpè fit vel lucri causa, vel amicitiæ gratiâ, veluti Cato Uticensis uxorem suam Hortensio concessit, *Plutarch. in ejus vita, Strabo lib. 11.* Et si Hanreitas uxores semel occupavit, extirpari difficillimè potest. Non sequuntur exemplum uxoris Fulvii Torquati, quæ dum maritus in expeditione Asiatica annos undecim abfuisset, à nemine unquam visa fuit, sed solitaria & inclusa vixit, neque marem octenni majorem domum suam ingredi passa est, imo toto illo tempore, nec vir nec fœmina faciem illius detectam vidit; filiolos adhuc impuberes extra domum ad avos amandabat, ne filiorum salutandorum prætextu alii domum suam ingrederentur juvenes, *Guev. Horol. Princip. lib. 2. c. 22.* Sed apud Lithuanos patrio more mulieres unum pluresve, pro facultate Mariti concubinos nutrire consueverunt, qui negligente Marito onera matrimonii subirent, *Æneas Sylv. lib. 4. de dict. & fact. Alph. c. 8.* & tales Coadjutores nominarunt Ehehelffer/ ut asserit *Munster lib. 4. Cosmograph.* & idem scribit de Venetis fœminis, *Nicol. Bellus Rer. Politic. tom. 3. fol. 596.* Quod Peregrinis valde delectentur, eorumque amorem, officiis aut pretio immenso sibi studiosè concilient. Antonio fuit *Cleopatra*, quæ sumpto Cucullo in lupanari prostibulo 106. Virorum concubitus pertulit, in tantum accensa, ut à lupanari quidem, sed non satiata recesserit, testante ipso Antonio *in epist. ad Q. Soran. de incont. libid. Cleopat. Reg.* Imperatori Claudio erat *Messalina*, cujus Virtutes *Tacit. lib. 11. Plin. lib. 10. c. 62. Suet. in vit. Claudii* refert. Hæc Lyciscæ Scorti nomen mentita, Lupanar ingressa, & ex congressu 25. virorum palmam sibi vendicabat, & secundum Poetam.

--- *Lassata viris, nondum satiata recessit.*

Pompejus habebat Martiam, Agamemnon Clytemnestram Cæsar Pompeiam, Otto III. Mariam Arragoniam. Sigismundus Imp. Barbaram Ciliam, illa cum superos & inferos esse negaret, interitumque Vitæ & corporis statueret, vitam omnem censuit inanem, quæ non coitu, luxu, libidine contineretur, quapropter ultro viros in suum complexum invitabat. *Lehm. in Chron. Spir. Bonfin. rer. Hung. lib. 7. Syl. in Pararel. Alph. lib. 3. c. 5. Cuspin. in Sigism.* rectè tamen, ut prudentes censent, artem a te delusit, nam *Munster. in Cosmograph.* teste: Soll der Kayser eben in dem Spital

tal franck gewesen seye. Antonio Pio, Principi Laudabili erat Faustina, portentosæ Libidinis mulier, quæ etiam maritum vario modo fallebat, hæc gladiatorem quendam adeò impensè amabat, ut ad sedandam fœminæ libidinem Chaldæi Gladiatorem interficerent, eiq; ejus sanguinem bibendum propinarent. *Kornman in mort. Vener. cap.* 51. ubi & ipsius monumentum, quod Faustina amatori fecit, recensetur.

Hinc Romulus legibus cavit, ut quicunque in præsentia mulierum usus fuisset sermone lascivo, non secus ac homicida puniretur; & etiamnum de jure nostro *l.* 15. §. 16. 17. 18. 25. *ff. de injur.* §. *injuria.* 1. *Inst. de injur.* edicto injuriarum tenetur, qui frequenter appellat & affectatur fœminam, coram eâ utitur turpibus verbis, vel abducit Comitem, vel proponit aut cantat aliquid, quod ejus pudorem lædat. Spurcitiem verborum & lascivos sermones sequitur

2 *pictura*, quid illa efficere possit *Terentianus*
Pictura quid hic efficiat? vid. supra verb. Adamus, fol. 197. n. 22. *ille Cherea* satis innuit, *Terent. in Eunuch. Act.* 3. *Scen.* 5. *Et Propert. lib.* 2. *Eleg.* Hanreitatis originem obscænis picturis attribuit, quandoquidem has intuentes in libidinis cogitationes ruant. Et ab Æliano refertur de juvene quodam Atheniensi, qui ab adamatam fortunæ effigiem, quam tamen emere prohibebatur, expiravit. Hinc merito Aristoteles publicam pœnam statuit pictoribus, qui talia proponunt, quibus libido inflammatur. Convivia & Spectacula publica, qualia sunt Abendtänz/ Hochzeiten/ Comœdien rc. quodammodo Hanreitatem dilatare solent, *arg. l.* 2. *C. de repud.* quibus omnibus instrumentis utuntur Kuplerii. Hoc suo dedecore expertus Imp. Aurelius, cujus Uxor Faustina, invito Marito, spectaculis quotidie intererat, teste *Guev. Horolog. Princip.* hanc ne Imperator offenderet, amasios ipsius ad summa officia promovit; Benignior certe P. Sempronio Sopho, qui uxorem, quod Ludis interfuisset, repudiavit. *Valer. Maxim. lib.* 6. *cap.* 3. & idem de Q. Antistio scribit, quod uxorem, cum libertino saltem colloquentem, in publico, repudiaverit. Maluit videlicet vir severus initiis suspicionum subvenire, quam perfectum scelus vindicare. Sublatis namque Spectaculis, *choreæ* incipiunt, hic cum illis loqui licet liberè, palpitare, oscula, basia & suavia figere, ex bona charitate in fraternitatem & sororitatem bibere. Hi incertarum solent esse manuum, easque sursum versus in omnes angulos inserere & immittere, & frequenter tanquam oves errant, præsertim si Lumina intercidant, ad latebras, ubi liberiusculè omnia sine periculo peragi possunt, confugiunt. Quod si non saltatur vel bibitur, etiam præsente Marito, sicca & inani tussicula, Ehum, Ehum, oculorum nictu, scalpturitione pedum, compressione & tactu manuum, quæ solet esse fallax, Propinatione poculi, furtiva oculorum luxuriantium mollitie, vel aliis indiciis, affectum suum declarant. Interdum maritus ab amatore inebriatur, ita ut neque oculus, neque pes suo officio fungi possit, domum deducitur, quem uxor, ne forsan cadat, comitari vult, attamen precibus emollita manet, benedictionemque exspectat, quæ si commode ob præsentiam aliorum dari non potest, ad ædes lotricum & netricum se conferunt, ubi actio de communi dividundo intenditur, per quam corporaliter fit rerum divisio. Itaque tales Proxenetæ adulteri, fornicatores, Veneris nepotuli, conciliatores & mancipia, in Republica non tolerandi, sed pro meritis pœnis plectendi, ut omnis causa malæ vitæ & prohibitæ Veneris penitus extirpetur, si enim tales Kuplerii non essent, qui pro mercede vel gratia omnes quærerent suppeditarentque libidinis exercendæ occasiones, raræ sæpius de tali flagitio perpetrando nascerentur cupiditates.

Lit. L.

Landau.

SUMMARIA.

1. *Est libera Civitas Imperialis, sopita lite Episcoporum Spirensium.*
2. *Dispositio Instrumenti Pacis.*
3. *Galli post Instrumentum Pacis illam muniunt & fortificant.*
4. *Attentata Gallorum contra Pacem Risvicensem.*
5. *Declaratio belli.*
6. *Gloriosa occupatio fortalitii & Civitatis Landaviensis.*

IMperialis hæc Civitas *Landavium* seu *Landavia* trans Rhenana ad montes Vogesi versus sita est, & Queicho amne irrigua. Fuit olim hæc civitas multò in angustiorem locum conclusa, quam nunc conspicitur, sed Pomœrium ejus deinde auctum est, augescente quotidie ipsa, & civium multitudine, ob loci amœnitatem, & agrorum ubertatem, omniumque rerum abundantiam, inclusis intra mœnia tribus finitimis pagis, in ea parte civitatis, quæ ad D. Justinum appellatur. Civitas hæc, licet in ipsa Alsatia non sit sita, & in confinibus ejus, cum tamen ad *Landvogteiam Hagenoensem* pertineat, & juxta Constitutionem Imp. Caroli V. *de anno* 1521. quam refert *Limn. de jur. publ. tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 20. Civitas & membrum dictæ Landvogteiæ permanere debeat, ideò inter Civitates Alsatiæ refertur, & cives Landavienses, iisdem libertatibus, immunitatibus & juribus gaudere debent, quibus Cives Hagenoenses, juxta privilegium Rudolphi I. de Anno 1291. quod extat apud *Limn. d. l.* prout cives Landavienses privilegiati sunt contra omnia forensia tribunalia, ita ut nullibi vel conveniri possint vel arrestari, nisi coram Sculteto & judicio der Stadt Landau/ cujus privilegia Cæsarea de annis 1349. 1415. & 1565. extare scribit *Gylm. Symphor. tom.* 6. *cap.* 7. §. 24. *p.* 190. Ante annos plusquam 700. à Franconiæ Ducibus regio hæc possessa & gubernata fuit, antequam ad Imperium Romanum pervenit, *Zeiler apud Merian. Topograph. Alsat. pag.* 22. In dissidio inter Ludovicum IV. & Fridericum III. Landavienses à partibus Austriacis stabant, & Spirensibus à partibus Bavaricis stantibus multa mala inferebant, propterea Ludovicus Bavarus ipsos pro 5500. libris Hallensibus Civitati Spirensi oppignoravit, & mulctavit, *Zeiler d. l.* ubi etiam addit, quod Imp. Carolus V. anno 1552. Hagenoâ Landaviam pervenerit, & ibidem, propter loci amœnitatem, per 16. annos permanserit.

1. Est libera Civitas

Licet autem huic Civitati Episcopus Spirensis de *immediata* subjectione litem anno 1647. in Conventu Pacis Westphalicæ moverit, ipsa tamen libertatem suam & immediatam Imperii subjectionem singulari scripto, & rescriptis Cæsareis, transactionibus, & ex inveterata observantia satis apertè demonstravit, & quidem: (1.) Quod in Imperii matricula contineatur, & in ea certam sibi adscriptam summam equitum & peditum habeat, dann Anno 1545. & 1551. ist diese Stadt umb 4. zu Fuß geringert worden/ und gibt solchem nach Monathlich zu Roß 2. zu Fuß 18. thut an Gulden 96. pro sustentatione autem Cameræ Imperialis annuatim 45. flor. *Limn. tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 28. *in fin.* (2.) Quod ad Comitia semper hactenus fuerit convocata, & in iisdem sæpius comparuerit, sessionem & votum obtinuerit, sicut de vocatione constat ex literis Cæsareis originalibus, adhuc in manibus ejus existentibus, & quod actualiter comparuerit, patet ex ipsorum Recessuum Imperialium subscriptione, pro *annis* 1521. 1529. 1530. 1541. 1544. 1545. 1555. 1567. 1582. 1594. & 1603. Ad Conventus Circulares & probationum monetalium quoque convocatur, & sæpius comparuit, quo nomine complures actus adduci & demonstrari possent, si opus foret, sicuti ad Conventum *Pacificationis Westphalicæ* ab Imperatore convocata fuit *anno* 1645. 29. *Aug.* & per Legatos suos in eodem comparuit, ita ut nullatenus de *immediata subjectione* Imperii dubitandum, cum ab Imperatoribus, Electoribus, Principibus, aliisque Imperii Statibus omnibus, sed & ab Episcopis Spirensibus, pro libera Imperii civitate & Statu hactenus semper habita & agnita fuerit. Neminem nisi Imperatorem agnoscit, & in rescriptis aliisque Cæsareis literis, vocatur Unsere und des Reichs liebe Getreue/ & hinc in prima instantia non alibi, quàm in Camera Imperiali, vel Aula Cæsarea conveniri potest, prout ipsi etiam Episcopi Spirenses eam in Camera convenerunt, & appellationes ab ipsius judiciis & sententiis ad Judicium Imperiale Aulicum, vel ad Cameram immediatè deferuntur. Omnimodam in cives suos exercet jurisdictionem & superioritatem territorialem, aliaque jura & Regalia,

Imperialis, sopita lite Episcoporum Spiren. sium.

lia, Privilegia & libertatem ab Impp. impetravit, Senatum liberè constituit, aliosque actus jurisdictionales exercet, Collectas, Steuras & Contributiones Imperatori & Imperio, ficuti reliqui Status liberi & immediati, solvit.

Et quanquam Episcopus Spirensis, ut Præpositus Weissenburgensis, hujus Civitatis immediatam Imperii subjectionem & libertatem impugnare conatus fuerit, ex eo, quod *Imp. Ludovicus Bavarus* pro certa pecuniæ summa eam sibi oppignoraverit, nihilominus tamen causam directi Dominii & Superioritatis non mutavit, cum pignus causam Dominii non mutet, sed hæc immediata subjectio durante hac oppignoratione per ipsum Imp. Ludovicum confirmata fuit, cujus confirmationis tenorem exhibet *Knipschild de Civit. Imp. lib. 3. cap. 29. n. 23.* Et duravit hæc oppignoratio usque ad tempora Maximiliani I. & cum eam Civitatem Episcopus Spirensis nimium premeret, mandavit Imp. Præfecto Landvogteiæ Hagenoënsis *anno* 1609. ut civitatem contra vim injustam defendat, & in libertate sua tueatur. Mandati hujus copiam similiter *cit. Autor d. l. n.* 24. exhibet. Ac Imperator ipse tandem, *anno* 1511. Civitatem 5000. libris Hallensibus redemit, à juramento, quo ipsi Episcopo obligata erat, liberavit, & pristinæ restituit libertati, prout desuper documenta apud *cit. auctorem d. l. n.* 25. & 26. extant. Et licet propter illiquidum, quod ultra 5000. libras Episcopus acceperat, lites postea fuerint ortæ, tandem tamen *anno* 1517. res est composita, & ab Episcopo Spirensi Georgio, pro integra oppignorationis summa plenaria quietantia data est, literis oppignorationis restitutis, & ipsa Civitas pristinæ libertati omnimodè restituta, prout patet ex quietantia, quam *cit. Aut. d. loc. n.* 27. verbotenus allegat. Quod etiam attestatur, *Guilielm.* **Eisengrein** *in Chron. Spirens. fol.* 259.

Cœterum *Lud. Morery in Dict. suo Hist. verbo* **Landau**. Sequentia de hac Civitate habet: Landau/ Ville d'Allemagne dans la basse Alsace, qui a été cedée à la France, par la Paix de Munster, Elle est située prés de la riviere de Queich, dans le Vasgow, sur les Frontieres du Palatinat, à quatre lieuës de Spire, & autant du Rhin. Les Auteurs Latins la nomment, Landavia. Elle été mal traitée durant les dernieres Guerres.

2. Dispositio Instrumenti Pacis. Verba autem *Instrum. Pacis Cæsar. Gall. de anno* 1648. §. 73. quo civitas hæc Regi Franciæ inter alias cessa est, sunt sequentia. *Tertio, Imperator pro se totaque Serenissima Domo Austriaca, itemque Imperium, cedunt omnibus juribus, proprietatibus, Dominiis, Possessionibus ac jurisdictionibus, quæ hactenus sibi, Imperio & Familiæ Austriacæ competebant, in oppidum Brisacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alsatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque Provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alsatia sitarum, sicut Hagenau, Colmar, Schlestat, Weissenburg. Landau, Obernheim, Rosheim, Munster in Valle S. Georgii, Keisersberg, Turingheim, omnesque pagos & alia quæcunque jura, quæ à dicta præfectura dependent, eaque omnia & singula in Regem Christianissimum Regnumque Galliarum transferunt, ita ut dictum oppidum Brisacum cum villis Hochstad, Nieder-Imsing, Harten & Acharren, ad communitatem Civitatis Brisacensis pertinentibus, cumque omni territorio, & banno, quatenus se ab antiquo extendit, salvis tamen ejusdem privilegiis & immunitatibus antehac à Domo Austriaca obtentis & impetratis.*

Hanc Civitatem Galli sequentibus annis & præsertim anno 1687. & 1688. in fortalitium, ipsorum opinione inexpugnabile, cœperunt erigere, cum maximo vicinorum & totius Imperii detrimento, qua de re placuit annotare, quæ in *Theat. Europ. Tom.* 13. *fol.* 75. habentur, sequentibus verbis: Sonsten war auch Franckreich resolviret/ Landau zu fortificiren/ und dardurch dem Unter-Elsas eine Vormaur zu setzen/ massen dieser Platz nach Straßburg/ Breysach und Freyburg/ eine der considerablesten Vestungen/ mit 7. Bastionen/ und so viel Aussen-Wercken revestiret werden solte/ so daß er fast den district zwischen dem Gebürg und dem Rhein/ occupire und commandire/ damit man mit keiner Armee/ von Philipsburg durchs Unter-Elsas/ herauff passiren könne. Hierzu wurde demnach alle würckliche Anstalt/ sonderlich zu Außfuhr und Erweiterung des neuen Canals, so die Quinich ist/ gemacht/ welchen Fluß zu Beyführung der Materialien schiffreich zu machen/ und davon auch einen Arm in den Rhein zu führen/ über 1000. Bauren auß dem Hagenauischen/ Fleckensteinisch- und Land-Vogteyischen Dorffschafften beordert wurden. So war auch schon ein grosses movement, so wohl von Trouppen als allerhand Handtwercks-Leuthen und Arbeitern/ so dahin gingen/ und alda überwintern solten/ und war vornemblich der General Leutenant Baron de *Monclar* befehliget/ den gantzen Winter alda zu verbleiben/ und mit der einlogirten Reuterey die Arbeit zu bedecken. Des Platzes Vevestigung aber an ihm selbst ist dem Monf. *Mortin*, welcher die Straßburgische Citadelle Kehlerfort und Stadt-Fortification verfertiget/ auffgetragen worden. Et *eod. Tom.* 13. *fol.* 578. sequentia leguntur: Sonsten ließ der König mit der Fortification nicht nur zu **Berfort/ Hüningen/ Straßburg** und **Freyburg** annoch starck fortfahren/ sondern musten auch diesen Sommer hindurch sechszehn Batallionen an dem Vestungs-Bau zu Landau/ vierzehn an Mont Royal, und noch einige an Fort-Louis arbeiten/ so/ daß man nur aus diesen 3. Gräntz-Plätzen/ zu aller Zeit/ auff erfordernden Nothfall/ ein starckes Corpo stündlich haben könte. Zwar als der vornehmste Minister, der *Marquis de Louvois*, zu

3. Galli post Instrumentum Pacis illam muniunt & fortificant.

zu End des Aprilis ins Elsas herauß kame/ den Fortifications-Bau aller Orthen zu besichtigen/ und vornehmlich die Stadt Landau selber in Augenschein zu nehmen/ ob sie so untauglich zu fortificiren seye/ wie einige nach Hoff berichtet/ da hatte man sich eingebildet/ es würde ein anderer Orth in selbiger Gegend/ der gelegener/ und bequemer zu einer Fortification seyn möchte/ außersehen werden: Allein es ist keine Aenderung getroffen worden/ sondern muste alles/ nach dem Entwurff des General-Ingenieurs, *Monsr. de Vauban*, daselbst ins Werck gerichtet werden; gestalt dan Monsr. de *Louvois* solches absolutè approbirt/ und selbst den ersten Stein darzu gelegt/ auch dem Monsr. de Bordes, einem alten Officier die Commendanten Stelle auffgetragen/ wannenhero das Werck/ mit einer grossen Menge Volcks/ so eiffrig getrieben worden/ daß sich jedermänniglich über eine solche fast unmögliche Arbeit verwunderte; doch weil man nachgehends vermuhtete/ daß der Todes-Fall des **Chur-Fürsten von Cölln** einige Weitläufftigkeit/ und neue Unruhe nach sich ziehen dörffte/ so wurden die Fortificationen noch viel schleuniger fortgesetzt/ und wegen continuirlicher Arbeit/ weder Sonn- noch andere heilige Tag verschonet; Ja/ als endlich der König vernommen/ daß der Pabst nicht den **Cardinal von Fürstenberg**/ sondern den Printzen Clemens von Bayern zum Chur-Fürsten von Cölln confirmiert/ waren folgends die præparatoria zum Krieg durch gantz Franckreich überaus groß/ weilen/ wie wir allbereits oben zum Theil gesehen/ der **König die Wahl des Cardinals durchaus** manuteniren wolte/ derowegen an unterschiedliche Trouppen in Flandern so wohl/ als im Elsas/ Ordre ergangen/ nach dem Stifft Cölln zu marchiren/ welche dan auch würcklich gegen die Maaß/ und den Untern Rhein-Strohm auffgebrochen/ und sich mit dem/ unter Commando des Marquis de Boufflers formirten Corpo conjungirt. Nicht minder seynd neue Patenten ausgegeben worden/ noch fünff tausend Mann zu Roß/ und 10000. zu Fuß zu werben. Der Marschall de Duras reisete nach dem Rhein/ die Trouppen auß Burgund/ Lothringen/ Elsas/ und an der Mosel zu commandiren. So befande sich auch der General-Leutn. von der Artillerie, *Marquis de la Frosoliere*, auff expresse Königliche Ordre/ wieder zu Straßburg ein/ und war mit Außrüstung einer Feld-Artillerie beschäfftiget. Mit einem Wort: Es wurden solche Verfassungen und Anstalten gemacht/ als wann der Krieg würcklich declarirt wäre; massen dan solches nicht lang hernach erfolget/ wie droben unter den Teutschen Reichs-Sachen aus des Königs declaration mit mehrern zu ersehen.

In Histor. Noviss. Recens. Vernal. cap. 8. *de reb. Alsat. à M. Jul. ad fin. An.* 1687. *pag.* 87. hæc recensentur: Nondum monumentis suæ securitati satis prospectum credebat Galliarum Rex, quare ut inferioris Alsatiæ fines, adversus invasionem omnem, tuti prorsus redderentur, & ne facilè copiæ hostiles, Philippoburgo emissæ, & per superiorem Alsatiam, in Ditiones Gallicanas infusæ, incolas ibidem infestare possent, de *Landavio* etiam novis plane operibus cingendo, seriò actum fuit his temporibus. Ubi tandem per Rhenum, Queicham amnem, agrestibus è ditione Hagenoensi, Falckensteinensi, vicinisque locis aliis ad has operas passim accitis, Generalique interea militiæ Præfecto, *Monclaro*, ut cum delectis copiis interea laborantibus præsidio esset, evocato, prius navigiorum patientem reddi placuit. Postquam verò totius munimenti, omniumque operum jamjam extruendorum idea à *Vaubano* & *Tarado*, architecturæ militaris peritissimis, rudi penicillo delineata, ejusque rei conficiendæ cura *Martino*, qui ab Argentoratensi urbe, exquisitiùs sua opera jam communita, magnum nomen decursu pridem reportaverat, 16000. libellis Gallicanis, pro hujus operæ præmio promissis, commendata esset, huic operi statim 4000. rustici, multique milites incumbere jussi sunt, eumque laborem etiam postea alacriter, magno successu continuavère. Postquam verò Galli Pacem Riswicensem multis modis violarunt, post obitum Hispaniarum Regis *Caroli II.* ejus Regna & Provincias injustissimè occuparunt, Ducatum Mantuanum cum plurimis aliis Imperii feudis in suam redegerunt potestatem, in *Archi- & Episcopatus Coloniensem & Leodiensem* suas induxerunt copias, extruxerunt munimenta, Archi-Episcopum Coloniensem contra Imperatoris ordinationes incitarunt, titulum Archiducalem Austriæ, Duci Andegaviensi attribuerunt, Electorem Bavariæ à jurata Imperatori & Imperio obedientia & fidelitate abstraxerunt, meritò *declaratio publica belli* ab Imperatore & Imperio contra ipsos publicata est, ut injustissimis & nefariis conatibus, & invasionibus Gallorum occurreretur, & proinde sub felicibus auspiciis Invictissimi Imperatoris *LEOPOLDI*, sub directione Augusti Romanorum Regis *Josephi*, & ductu *Ludovici Marchionis Badensis*, Civitas & Fortalitium Landaviense victoriosè expugnatum, & è Gallica servitute, in devotionem Imperatoris & August. Domus Austriacæ vindicatum & recuperatum est, non obstantibus cunctis Gallorum artibus, quibus animos Electorum Coloniensis & Bavarici, non sine dispendio obtentæ ante hac à se & suis Prædecessoribus gloriæ & fidelitatis erga Imperatorem & Imperium, eo usque perduxerunt, ut ille Archi-Episcopatum & Episcopatum Leodiensem Gallorum armis & potestati subjiceret, hic verò arma sua cum ipsis conjungere, sed vano hactenus conatu tentaverit, Imperatore cum toto Imperio Gallos cum omnibus ipsis adhærentibus, pro publicis Imperii hosti-

4. Attentata Gallorum contra Pacem Riswicensem.

5. Declaratio Belli.

6. Gloriosa expugnatio fortalitii & Civitatis Landaviensis.

hostibus declarando, cujus justissimi belli felicem exitum Galli sociique eorum, sine dubio, cum auxilio Divino, brevi sentient, & vindictam ingentium malorum, cum tanta Christiani sanguinis effusione, & subditis illata calamitate & miseriis, experientur. Ideoque etiam privatio administrationis Provinciarum & exclusio à Consiliis publicis ab Imperatore partim est ordinata, Legatique & Residentes à Comitiis & Aula Imperiali abesse jussi. Declaratio belli in mox subsequenti verbo Land-Fried latius exhibebitur.

Land-Fahrer.

Vid. in Tom. I. *hoc verbo* ubi etiam tractatur von den Singern / Reimen-Sprechern / und Springenden Weibs-Persohnen.

Land-Fried.

SUMMARIA.

1. *De requisitis fractæ pacis & actionibus contra eam.*
2. *Recensentur breviter contenta de hoc crimine in Recessu Imp.*
3. *De Ganerbinatibus & eorum origine.*
4. *Mandata avocatoria & auxiliatoria.*
5. *Pax Religiosa, & vid. infra verbo Religio.*
6. *De Prædonibus & latronibus.*
7. *De spoliato via Regia.*
8. *Pax profana, ubi de Wilhelmo Grumbachio & Civitate Gotha.*
9. *De libertate Germaniæ.*
10. *De Civitate Magdeburgensi quoad fractam pacem publicam.*
11. *Recensentur varia Conclusa & Decreta Cæsarea & Comitialia, nec non copiæ literarum.*
12. *Pacis publicæ Constitutio conservat tranquilitatem Imperii, & est salus totius orbis.*
13. *Imperator inductionem peregrinorum militum in Imperium de facto promittit impedire & avertere.*
14. *Decretum relegationis à Comitiis Legati Gallici Alberti de Gravel.*
15. *Decretum suspensionis à sessione & voto in Comitiis Principis Furstenbergii.*
16. *Imperator solus Elect. Palatinum Fridericum in bannum declaravit.*
17. *Recensentur quædam de Electore Friderico.*
18. *Recensentur sparsa hinc inde argumenta Elect. Colon. & Bavar. & Gallorum.*
19. *Refelluntur obiter enumeratæ Argutiæ, &c.*

HÆc materia explicatissimè tractatur *in Tom.* I. *harum Constitut. sub hoc tit.* ubi ex omnibus Imperii Recessibus omnia secundum ordinem traduntur, ut nihil hic specialiter possit moneri. Videri insuper possunt notata supra sub verbo Absag/ *fol.* 130. ubi fusè de hac materia actum, verb. Acht. *fol.* 186. verbo *Avocatoria, fol.* 715. *n.* 5. verbo Auffruhr. *fol.* 314. verbo Befehden. *fol.* 360. verbo *Crimen læsæ Majestatis, fol.* 629. verbo Ganerben. *fol.* 781. *n.* 3. Pacis verò publicæ constitutio in Imperio nostro est vel *religiosa*, vel *profana*, inter quas hæc est sanctio pragmatica perpetuò valitura, unanimi Imperatoris & Ordinum Imperii consensu inita, de vim publicam non inferendo, aut illatam mutuis viribus removendo. *Pax* autem *Religiosa* similis est sanctio de dissidio Religionis, & de se invicem ejus intuitu non turbando, in Comitiis Augustanis *anno* 1555. inita. Utriusque articulos breviter exhibet *Ahasv. Fritsch. in manual. I. P. Lit. P. verb. Pacis Religiosæ Constitutio.* Confirmata sunt omnia per *Instrumentum Pacis. art.* 22. §. *Veruntamen*, ibi: *Nulli omninò Statuum Imperii liceat Jus suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ, sive jam exortum sit, sive posthac inciderit, unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ pacis.*

Ut verò Pax publica fracta dici possit, tria alleganda & probanda sunt, *primò*, quod vis illata sit publica; *secundò*, quod facta sit coadunatis hominibus armatis, mit gewehrter Hand; *tertiò*, quod dolo malo, freventlich/ perpetrata sit. Positis his circumstantiis *accusatio* fractæ Pacis competit *læso*, ejusque hæredibus, *cuivis de populo*, & *Fiscali Cæsareo*, adversus Pacifragos, cujuscunque sint qualitatis. De Pace publica specialem scripsit Tractatum *Andreas Gail.* & multa traduntur *in Gilmanno tom.* I. *Symphorem. Klock. in vot. Cameral. Roding. in pandect. Blum. in Process. Cameral.* 1. De requisitis fractæ pacis, & actionibus contra eam.

In *Jurisprud.* quoque mea *lib.* I. *tit.* 5. *part* 7. *fol.* 193. notata sunt aliqua de adjuvantibus Pacifragos, de Conatu, de seposito respectu personarum, & gravissima Pacifragii pœna, banno scilicet Imperiali, qua gravior pœna esse non potest, quamvis etiam in constitutione von Handhabung des Land Friedens/ hæc pœna in pecuniariam, certis tamen sub conditionibus, in commutata.

In Recessu *Imp. anno* 1500. §. 2. & 5. disponitur, quod Status per pacifragium læsis promptè debeant subvenire. Hoc am- 2. Recensentur brevi-

ter contenta de hoc crimine in Rec. Imperii.

ampliatur hic §. 2. ut etiam non implorati talia auxilia præstent. Ut nulla ratione ejusmodi deprædationes tolerent, si modo sciant tales esse. Ut præfectis severè omnibus mandent, ad ejusmodi latrones acriter & conjunctis viribus insequendos. Contra eos autem, qui tali ratione auxilium denegant, graviter Imp. in §. 3. detonat, quod tamen Imperatoris effatum ex *l.* 50. *ff. de R. J.* explicandum videtur, ubi JCtus ait, *culpa caret, qui scit prohibere, sed tamen non potest.* Quamvis & unà omnes pacis transgressores secunda vice in pœnas §. 4. Pacis publicæ constitutas condemnet. Si verò hujusmodi auxiliator damnum pateretur ob præstita auxilia, tum illam coram Regimento Regni causam defert. *In* §. 5. sancitur *modus procedendi* in causa fractæ Pacis publicæ contra eos, qui de hoc crimine sunt suspecti. Hunc procedendi modum Imp. hic non solum ad delinquentes ipsos, sed & ad eos extendit, qui aliqua suspicione præstiti latibuli aut victus laborant, ita ut receptores similiter se juramento purgare debeant, hoc verò detrectantes criminis habeantur rei. In §. 5. P. P. ibi Möcht der Chur-Fürst/ 2c. conceditur Statibus facultas, Pac. publ. ruptores & ejusmodi violentos Prædatores à suo ordinario judicio ad se evocandi & citandi; Cum verò rei forum declinarent, iniquum esse rati coram offenso à se judice litigare, & eum, cujus jurisdictioni subjecti non sunt, pro judice agnoscere, multa impunè patrabantur, imò fundamentum ipsius Pacis P. evertebatur; quare Imp. *hic in* §. Darumb und solchen. hanc libertatem Statibus, quibus damnum per latrocinium & deprædationem datum fuit, adimit, & de novo statuit, ut Fractores Pacis P. conveniantur, aut (1.) coram ordinario judice, (2.) aut coram Judicio Imperiali Aulico, (3.) coram Camera Imperiali, aut denique (4.) coram Regni Regimento, quibus omnibus Dicasteriis Imp. plenam concedit potestatem, reos citandi & causam decidendi; Optio autem, quodnam judicium ex hisce quatuor eligere velit, datur læso, cui tali deprædatione injuria & jactura est illata: Et sane hæc Legis correctio cum recta ratione & LL. Civilibus convenit, quæ, etiam omnium Dd. calculo, non concedunt, ut ex aliis territoriis ad peregrinum Tribunal invita fiat evocatio; ea enim & periculum rei, etsi salvus conductus concedatur, propter dubium litis eventum adauget, & Magistratui, cui reus subditus est, injuria fit, & jurisdictionis detrimentum.

Porrò in §. 6. dictæ P. P. seriò interdicit Principibus, ut nulli Pacis P. turbatori aut Bannito concedi debeat salvus Conductus, aut alia aliqua liberè versandi & vivendi copia; hoc mandatum hic extendit Imp. & vult, ut nempe in omnibus Salvis Conductibus, Securitatibus, Fidentiis, Assecuramentis, ita enim Practici reddunt verba, quibus hic utitur Imperator, Tröstung/ Sicherheit/ Fürwort/ Geleit/ expressa nomina Bannitorum, & Pacis P. turbatorum debeant exprimi, ut ita nullibi locorum quietè vivere, & pace publica, quam ipsi violarunt, & turbarunt, perfrui possint; ubi tamen Imp. excipit casum, nisi forte excusationis & purgationis suæ gratia aliò commigrare & comparere velint. Erat autem in § 7. P. P. Cameræ Imperiali concessa Facultas, convocandi nonnullos status ad certum locum, ut, si propter PP. turbationem milites cogi oporteat, quo læso ablata restituerentur, & turbator justè puniretur, hoc Imp. hic in §. 7. corrigit & præcipit, ut in eo casu Regimento Regni id denuncietur, die werden alsdann / nach Gestalt der Sachen darinnen nachtrücklich wissen zu handlen.

Ut autem Imperator omnem omninò causam præscindat Prædonibus ac Pacis Publicæ turbatoribus, in §. 11. statuit ut cuncti *Ganerbinatuum* possessores ab omni rapina, prædatione & violenta invasione debeant abstinere. *de quo supra verbo* Ganerben. Originem autem Ganerbinatuum talem facit *Kyllinger tr. de Ganerb. Wehner in obs. verb.* Ganerben/ *& alii.* Cum ante Pacem publicam, ut dictum, latrocinia & rapinæ insigniter patrarentur, Asyla illi Prædatores habebant, in præruptis suis arcibus, & aliis concameratis cavernis; ut autem funestam hanc latronum manum honestiores & probiores effugerent, duo vel plures firmam arcem condiderunt, in eamque bona sua detulerunt, ut ita, conjunctis viribus, nefariis illis hominibus possent resistere, ac sua bona à rapinis tuta & immunia conservare, in quem finem ejusmodi nobiles in tutelam ac protectionem Vicinorum Principum, tanquam Vasalli, sese dediderunt; ita, juxta *Rosenthal. de feud. c. 7. conclus. 78. Ganerbinatus sunt Castra, oppida, arces,* sine vel cum pagis, certis quibusdam nobilibus communia, in hoc vel empta vel infeudata, ut illi, ac sui posteri, secundum certas leges & statuta, Vermög ihrer Verträg und Burg-Frieden/ ibidem habitare possint. Cæterum cum res etsi optimo fine instituta, si malos habeat administratores, & consultores. in pejus vergere incipit, ita etiam de hac societate dicendum est, quæ, etsi ex honestis ac licitis causis instituta sit, tamen in abusum tandem venit, & Nobiles illi Condomini, sive Ganerbii, freti arcibus & munitionibus suis, eadem, quæ latrones & prædones facere solebant, vicinos invadere, rapinas agere, ingentem exercere petulantiam, aut etiam similis farinæ homines, injusta patrantes, receptare; quam ob causam eorum audacia & insolentia publicis legibus fuit refrænanda.

3. De Ganerbinatibus & eorum origine.

In §. 11. Imp. severè prohibuit, ne Condomini sive Ganerbii eum, qui in bannum Imperiale ob fractam P. P. incidit, quamvis participet de jure illius arcis, secum esse patiantur, sed proscriptum à sua societate exturbent, foresque ipsi occludant, quamprimum declaratio Banni ipsis

fuerit

fuerit, insinuat; sin secus fecerint, ac bannitum & P. P. turbatorem secum manere ac vivere permiserint, tunc ordinat Imp. daß sie durch solchen ihren Ungehorsam in die Pöen/ in unserer Landfriedens-Handlung und Declaration begriffen / gefallen seyn/ und darauff in die Acht verkündet und denuntiiret werden sollen / rationem egregiam suppeditat *JCtus Paulus lib.* 5. *sent. tit.* 3. Quod sublatis Susceptoribus cupido grassantium conquiescat, quoniam, ut JCtus ait, in *lib.* 1. *ff. de recept.* fine receptatoribus nemo diu latere potest.

In R. J. de anno 1510. §. 17. confirmatur in genere pax publica, & *in R. J. de anno* 1512. §. 3. eadem confirmatio repetitur, §. 8. agitur de ejus executione & persecutione. §. 18. de *pacifragio Bambergensi*. *R. J. de anno* 1521. Mandatum pacis contra omnes turbatores, *tit.* 3. de conservatione pacis publicæ & pæna transgressorum, etiam pecuniaria 2000. *m. a, tit.* 4. confirmatio articulorum, mandatum ad omnes officiales, persecutio pacifragorum officium & manutentio Directorum Circularium; *tit.* 6. *&* 7. pœna negligentium, progressus contra suspectos. Actor læsus habet electionem fori, *tit.* 8. 9. *& seqq.* repetuntur omnia jam in præcedentibus Recessibus ordinata. *R. J. anno* 1522. de executione Pac. Publ. per 10. Circulos. *R. J. de anno* 1521. §. 11. *& seqq.* agitur de mandatis super pace, processu Fiscalis contra inobedientes, mandatis *avocatoriis* & *auxiliatoriis*.

4. Mandata avocatoria, auxiliatoria. *R. J. anno* 1541. 1542. 1543. 1545. 1546. 1548. repetitur mandatum pacis in Ecclesiasticis causis & profanis, tractatur de bonis banniti *feudalibus*, de mandatis, de sumptibus, de persecutione hæredum, sive ante sive post litis contestationem defuncti, de mutatione pœnæ banni in *pœnam pecuniariam*. *R. J. anno* 1557. §. 14. 15. continet adhortationem pro pacis publicæ cultu & observantia. §. 16. agit de rebellione *Civitatis Magdeburgensis*. Magdeburgam.

5. Pax religiosa & vid. infra verbo Religio. *R. J. anno* 1555. Hic latissime tractatur de pace religiosa & profana, & quidem de religiosa §. 15. 16. 17. 18. *& seqq.* de mutatione Religionis & resignatione beneficiorum §. 19. De profana ordinat Imp. §. 33. ut pax à Maximiliano I. Imp. primum promulgata, à se verò repetita & confirmata, juxta pacem Religionis, id est, *Transactionem Passaviensem*, anno 1552. sanctè & inviolabiliter observetur. Hinc prohibet in Imperio omnes *clancularias lustrationes*, militum coactiones, per quas non solùm pax patriæ turbatur, & subditi gravibus damnis afficiuntur. Deinde §. 57. agit Imperator de Præfectis Militiæ & Directoribus Circulorum, ut pro conservanda pace publica sedulò dispiciant, an periculum vel causa tanti sit momenti, ut magnum desideret auxilium, disponit de præcedentia inter convenientes diversos Circuli Præfectos, §. 79. *&* 80. tractat de *Sumptibus* ad expeditionem necessarius §. 81. de quibus *supra verb. Circulus & verb. Bannum*. Sumptus.

WIr LEOPOLD von GOttes Gnaden Erwählter Römischer Käyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien/ und Sclavonien ꝛc. König/ Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ Steyer/ Kärndten/ Crain und Würtenberg/ Graff zu Tyrol ꝛc. fügen allen und jeden des Churfürsten zu Bayern Maximilian Emanuels Kriegs-Generalen und Obersten/ auch allen anderen hoch und niederen Befehlshabern und gemeinen Soldaten/ zu Roß und Fuß/ welche in Unserer und des Heiligen Reichs Bottmässigkeit und Landen gebürtig/ oder gesessen/ denen dieses Unser offentliches Käyserliches Mandat oder glaubwürdige Abschrifft davon vorkommt/ hiemit zu wissen: Demnach obgedachtes Churfürsten zu Bayern Liebden seithero einiger Zeit eine grosse/ und die Kräfften seiner Lande übersteigende Menge Kriegs-Volcks mit Frantzösischem Gelde im Römischen Reich angeworben/ und nicht allein Unsere und des Heiligen Reichs Stadt Ulm mit Niedermachung der Wacht gewaltthätig überfallen und eingenommen / sondern auch der von Uns sowohl/ als vom gesammten Reich an ihm ergangenen treuhertzigen Ermahnungen ohngeachtet ferner zugefahren / und Unsere und des Heiligen Reichs Stadt Memmingen zur Ubergabe gezwungen/ nicht weniger auch die übrige Fränck- und Schwäbische Creyß-Stände / im Fall sie Uns beystehen würden / mit feindseeliger Uberziehung bedrohet/ und zwar dieses alles/ wie aus des bey ihm sich aufhaltenden Frantzösischen Ministri eigenhändigen aufgefangenen Briefe erhellet/ mit Einverständnüß der von Uns und von dem Reich für Feind erklärter Cron Franckreich ; Und nun diese eigenmächtige unverantwortliche Unternehmungen so wohl wider GOtt und das Gewissen/ auch die Eyd und Pflichten / womit Seine Liebden Uns als Römischem Kayser verwandt seynd / als auch wider alle Reichs-Satzungen/ den Profan-Frieden / Executions-Ordnung und Westphälischen Friedens-Schluß directè streben/ auch nicht anders als für einen öffentlichen Friedens-Bruch angesehen oder geachtet werden können / allermassen dann auch gesammte Churfürsten / Fürsten und Stände solche dafür angesehen und erkläret / und Uns durch zwey einhellige Gutachten unterthänigst ersuchet / dagegen Unser Kayserliches Amt zu gebrauchen / und alle Reichs-Satzungs-mässige Mittel mit Nachdruck vorzukehren / mithin auch Unsere Kayserliche Mandata avocatoria & inhibitoria zu erkennen und publiciren zu lassen; Als gebiethen und befehlen Wir von Römisch-Kayserl. Amts wegen euch / obberührten Churfürstens zu Bayern Liebden Kriegs-Generalen/ Obristen/ und anderen hohen und niedern Befehlshabern / auch gemeinen Soldaten / welche unter Unser und deß Heiligen Reichs Bottmässigkeit und Landen gebürtig oder gesessen seynd / bey Vermeidung Unserer und deß Heiligen Reichs Acht und Ober-Acht / und also unnachläßlicher Straffe Leib und Lebens / auch bey Verlierung aller und jeder euerer habenden Privilegien / Ehren / Würden / Aemter/ Freyheiten / Gnaden / Recht und Gerechtigkeiten / nicht weniger Confiscation aller euerer Haab und Güter / Lehen und Eigenthums / hiemit ernstlich / und wollen / daß ihr alsobald / nach Verkündigung dieses Unsers Kayserlichen Gebots / euere Kriegs-Dienste bey mehrbesagtem Churfürsten ohne einigen Anstand verlasset / quittirt und davon absteht / euch auch wider Uns / das Reich/ dessen Stände / und die darzu gehörige Lande / Städte/ Schlösser und Plätze/ deren Bürger / Unterthanen und Angehörige / oder deren Haab und Güter / weder selbst noch durch andere / heim- oder öffentlich / in- und bey allen denen jenigen / so wider dieselbe von obmehrbesagtem Churfürsten/ dessen Helffern und Helffers-Helffern/ oder sonst männiglichen / wer der auch seye/ mit Gewalt / es sey mit derselben Besetzung/ Belagerung / Blocquirung / Executionen/ Exactionen / Sperrungen / Angriffen/ Stürmen / Schlachten und allen andern dergleichen eigenmächtigen friedbrüchigen Thaten vorgenommen werden möchte/ unter was Prætext solches auch von ihme Churfürsten und dessen Helffern immerhin begehrt würde (massen dann die von euch darüber geleistete Eyds-Pflichte ohne dem wider Uns und das Heil. Reich gantz unkräff-

kräfftig und nichtig/ Wir auch solche hiemit zum Uberfluß für unkräfftig und nichtig/ und euch daran nicht gebunden zu seyn erklären/ mit nichten gebrauchen lässet/ noch darzu einigen Vorschub oder Hülffe leistet/ euch auch dessen im geringsten nicht theilhafftig machet/ noch dasselbe zu geschehen verstattet oder verhänget/ sondern allen Falls eueren Kräfften nach/ euch darwider setzet/ und da ihr ja euere Dienste und Tapfferkeit erweisen wollet/ solche zu Rettung und Wolstand deß Heiligen Römischen Reichs eueres Vatterlands anwendet/ und euch zu dem Ende bey Uns oder Unseren Bundsgenossen anmeldet/ immassen Wir dann alle und jede/ so diesem Unserem Gebot schuldigsten Gehorsam leisten/ und sich bey Uns oder Unserer Generalität angeben werden/ in Unsere Dienste anzunehmen erbiethig seynd. Welche aber obbeschriebenen Unserem Gebot und Verbot freventlich zuwider handeln/ und in deß Churfürsten Diensten verharren/ und sich obgedachter massen gebrauchen lassen werden/ selbige sollen für meineydige/ Ehr- und Pflicht-lose Leute/ und als Aechter deß Reichs und Verräther deß Vatterlands angesehen/ und mit ihren Namen nächsten durch das gantze Römische Reich publicirt/ darzu auch nicht allein aller ihrer Haab und Güter/ Lehen/ Ehr und Würde verlustigt seyn/ sondern auch/ da man sie erdappet/ an Leib und Leben unnachläßlich/ wie obgedacht/ gestrafft werden. Darnach sich denn ein jeder zu richten/ und geschicht daran Unserernstgerechtester Wille und Meinung. Zu Urkund dieses Brieffs/ besiegelt mit Unserem Kayserlichen Insiegel/ der geben ist zu Eberstorff den zehenden Octobris, Anno siebenzehenhundert und zwey/ Unserer Reiche deß Römischen im fünff- deß Hungarischen im acht- und deß Böheimischen im sieben und viertzigsten.

Leopold.

(L.S.)

Vt. D.A.G. v. Kaunitz.

Ad Mandatum Sac. Caes. Majest. proprium,

C.F. Consbruch.

Kayserl. Commission-Decret, an das Reichs-Convent zu Regenspurg.

DIe Röm. Kayserl. Majestät unser allergnädigster Herr/ haben ob dem Ihro durch deroselben gevollmächtigsten Principal-Commissarium, den Hochwürdigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Johann Philipp, der Heil. Röm. Kirchen Titulo Sancti Silvestri, Priester Cardinalen von Lamberg/ Bischoffen zu Passau/ deß Heil. Röm. Reichs Fürsten/ Ihrer Kayserl. Majestät würcklichen geheimen Rath ꝛc. allerunterthänigst eingeschicktem Reichs-Gutachten von 9. Octobr. auch anderem seithero erstattetem Bericht allergnädigst gern ersehen/ mit was rühmlichen Eiffer der Churfürsten/ Fürsten und Ständen anwesende vortreffliche Räthe/ Bottschafften und Gesandte ihnen das gemeine Heyl und und die fördersamste Rettung der von Chur-Bayern wieder alle Recht unterdruckten/ und je länger je härter beschwehrenden Schwäbischen Creyß-Ständen immerhin angelegen seyn lassen. In gleichmässigen Absehen haben Ihre Kayserl. Majestät nicht unterlassen/ über die ausgefertigte und der Reichs-Versammlung bereits mitgetheilte Kriegs-Verkündigung wider den König in Franckreich/ den Hertzogen von Anjou und ihren Anhang/ auch die zweyerley Avocatoria der in Chur-Bayrischen oder anderen dergleichen Diensten befindliche Soldatesca/ ferners die benachbarte Creyse/ und andere Bunds-Verwandte zur schleunigen Beyhülff aufzumuntern.

Von Ihrer Kayserl. Maj. ist nicht minder ihrem Ihrem General Lieutenant anbefohlen worden/ die Erhalt- und Rettung der Gewalt leidenden Ständen seine fürnehmste Sorg seyn zu lassen/ und ihnen nach äusserstem Vermögen beyzuspringen: dieselbe haben auch anderwärtige diensame Verfügung gethan/ und werden weiters alles mögliche vorkehren/ was sowohl die Reichs-Satzungen und Ihr Kayserl. Amt/ als andere Verbündlichkeiten erforderen und zu dem angezielten Ende gereichen mag. Ihre Hochfürstl. Eminentz verbleiben im übrigen der Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen/ Räthen Pottschafften und Gesandten mit freundlich geneigtem auch gnädigen Willen und allem Guten stets wol beygethan. Regenspurg den 26. Octobr. 1702.

J. Philipp Card. von Lamberg B. und Fürst zu Passau.

(L.S.)

12. Pacis publicæ constitutio conservat tranquillitatem Imperii, & est salus totius orbis.

Pax itaque publica tam religiosa quàm profana saluberrimum est in toto Romano Imperio remedium, quod si semper excultum & conservatum fuisset, melior Imperii facies nobis restaret, cum in tranquillitate Romani Imperii totius Orbis salus conquiescat. Hinc Cæsarea Majestas, ad præcavendum fractæ pacis publicæ crimen, in sua *capitulatione art.* 13. sancire dignata est; da auch von einem oder mehr Ständen des Reichs/ oder auch fremden Regenten fremdes Kriegs-Volck in oder durch das Reichs/ wem sie auch gehören/ unter was Schein und Vorwand es auch immer seyn möchte geführet würde/ dasselbe wollen wir mit Ernst abschaffen/ Gewalt mit Gewalt hintertreiben/ und denen beleidigten Ständen unsere Käyserliche Hülff/ Handbieth- und Rettungs-Mittel kräfftiglich widerfahren/ und nach Inhalt der Reichs- und Executions-Ordnung gedeyen lassen. Quæ Sanctio contra Electorem Coloniensem & Bavaricum meritò observata est, prout etiam, tradente *Londorpio part.* 10. *vel Contin.*

13. Imperator inductionem peregrinorum militum in Imperium de facto promittit impedire & avertere.

6. 8.

6.8. *Octobris* 1674. idem tunc temporis in effectum deductum, & 28. *Octobris*. per dictaturam in Comitiis publicatum. Insuper legato Plenipotentiario Gallico *Roberto de Gravell.* decretum insinuatum est, ut è Comitiis se in Galliam recipiat, tenoris sequentis: *Sacræ Cæsar. Majestatis, Domini nostri Clementissimi, nomine Serenissimi Galliarum Regis Christianissimi ad Comitia Imperialia Ratisbon. Præsenti Legato Plenipotentiario Domino Roberto de Gravel hisce intimandum. Quem in modum cum alte memorata Majestas sua Cæsar. hactenus observavit, eundem de Gravel toto quo ibidem commoratus est tempore, in id unice intendisse, atque allaborasse, quo sacra Imperii membra atque Status non solum per frivolas sinistrasque informationes, à supremo suo capite abstraheret, sed per dolosas etiam suggestiones inter se collideret, nihilque de cætero in se reliquum faceret, quod ad totalem Status publici confusionem, Sacrique Imperii eversionem quoquo modo conferre posset: cumque adhuc in propatulo sit, supra dictum Regem ejus Dominum contra pacis Monaster. Osnabrug. pacta multifariam egisse, atque agere, dumque copias suas suapte sponte & Marte proprio per Imperium ducit, in quartiria seu hospitia distribuit, contributionum onera imponit & exigit, omniaque ferro flammaque devastat, Urbes item munit atque loca vi armata occupat, demoliturque atque evertit, ac alias insuper enormissimas hostilitates exercet, dictam pacem Westphalicam manifeste ac irrefragabiliter violasse, sicque re ipsa Cæsareæ Suæ Majestatis, Sacrique Imperii hostem factum esse. Et verò rei totius Germaniæ publicæ summo præjudicio, vituperioque ac universali etiam scandalo cessurum esset, si manifesti ejusmodi hostis minister in præsentibus Comitiis Imperialibus Ratisbonæ diutius toleraretur. Eadem Sac. Sua Cæsar. Maj. his aliisque gravissimis ex causis ad relegationem Instrumenti adeò nocivi, juste permota fuerit, quæ proinde eidem Roberto de Gravel, vigore præsentis Decreti intimari serio voluit, ut intra spatium ter viginti quatuor horarum illico à præsentatione hujus decreti, sibi facta, computandarum Ratisbona utpote Comitiorum loco se prorspiat, atque abscedat, quem in finem eidem adjacente sive salvo conductu provisum esse voluit hac cautione addita, quod si decreto huic debite ita non paruerit, præscripto abitus sui termino effluxo, omnis ipsi securitas (cujus postmodum impos sit) simul sit exspiratura. De quo eidem notum esse velint, hujus decreti vi, quod signabatur in Cancellaria Imperiali aulica sub Sigillo Sac. Cæs. Maj. Secreto Viennæ 19. Martii Anno 1674.*

14. Decretum relegationis è Comitiis Legati Gallici Alberti de Gravel.

Non transeundum hic est porrò decretum publicatum à Commissione Cæsarea ratione suspensionis à sessione & voto in Consilio Principum contra Episcopum Argentinensem 22. *Novemb.* 1674. sequentis tenoris: Des Heil. Röm. Reichs Chur-Fürsten und Ständen zu gegenwärtigem Reichs-Tag Gevollmächtigten Räthen/ Bottschafften und Gesandten/ ruhet vorhin in frischem Andencken/ mit was für treu-vätterlicher Sorgfalt die Röm. Käyserl. Majest. Unser Allergnädigster Herr/ Ihro die Rettung der Teutschen Libertæt bißhero haben angelegen seyn lassen/ und daß sie zu solchem Ende nicht allein in jüngst verwichenen Jahren denen vom feindlichen Gewalt betrangten Chur-Fürsten und Ständen zu Hülff/ einen so ansehentlichen Exercitum hinaus ins Reich geschicket/ und daselbsten mit fast unerschwinglichen Spesen und Unkosten noch beständig erhalten/ sondern auch was gestalten die bereits vor einem Jahr zu Eger ergangene Avocatoria, auff der Löbl. Ständen/ vermög der dißfalls zu verschiedenen mahlen ausgefallener Reichs-Conclusorum, beschehene unterthänigste Erinnerung/ den 22. Julii nechsthin wiederholet und publiciret worden.

15. Decretum suspensionis à sessione & voto in Comitiis Principis Furstenbergii.

Wann nun darinnen unter andern ausdrücklich vorgesehen/ daß sich niemand bey der Cron Franckreich/ noch dero gegenwärtig- oder künfftigen Adhærenten/ und Helfers Helffern aufhalten solle/ herentgegen jedermänniglichen bekant ist/ daß des Hn. Bischoffs zu Straßburg Fürstliche Gnaden/ dessen alles ohnerachtet/ und daß er von denen allgemeinen Reichs-Schlüssen/ so wohl als reiterirten Avocatoriis gute Wissenschafft getragen/ sich dannoch gantz unverantwortlicher Weise/ von des H. Röm. Reichs Boden hinweg/ zu dessen declarirtem offentlichen Feind begeben habe/ und der Orten beständig verharret/ dergleichen aber also stillschweigend hingehen zu lassen/ auch eines solchen Subjecti, so nichts anders/ als die Dismembration zwischen des Reichs höchstem Oberhaupt/ und dessen getreuen Mitgliedern/ zu suchen scheinet/ Gesandschafft noch länger bey dem Reichstag zu geduldẽ/ allzu scandolos fallen würde/ und dannenhero allerhöchst ernante Ihre Käyserliche Majestät nicht ohngleich zu verdencken wären/ weilen offterwehnter Herr Bischoff sich unter andern auch in deme vergriffen/ daß er mit Hintansetzung seiner Pflichten/ zum Feind übergangen/ wann sie gegen ihn/ mit denen in vorberührten Avocatoriis enthaltenen Straffen/ der Schärffe nach/ alsobald executivè verfahren thäten/ auch dessen von Rechts und Reichs wegen befugt seynd.

Als haben dieselbe hierzu einen Anfang zu machen/ und gedachten Bischoffen vors erste seiner Ihme/ wie obgedacht/ **im löblichen Reichs-Fürsten-Rath zukommender** Session **und Stimm** so lang zu suspendiren/ der Nothdurfft erachtet/ biß er zuruck kehren/ und sich mit Allerhöchst besagter Ihrer Käyserlichen Majestät/ wie es einem Stand des Reichs/ der sich solcher Gestalt gegen seinem von GOtt vorgesetzten höchsten Oberhaupt/ und das Heilige Römische Reich gröblich vergriffen/ zukommt/ wiederum versöhnen möge/ haben auch zu diesem Ende/ nicht allein dero Reichs-Hoff-Fiscalen gegen demselben/ nach Ausweisung mehr angezogener Avocatorien/ und den heilsamen Reichs-Constitutionen ferners legaliter zu verfahren/ gemessen anbefohlen/

fohlen / sondern benebenst dero zu annoch währendem Reichs-Tag zu Regenspurg gevollmächtigtem hochansehentlichem Käyserlichen Principal Commissario des Herrn Bischoffen zu Eichstatt Hochfürstlichen Gnaden gnädigst mitgegeben / solches so wohl der Löblichen Reichs-Versammlung ad notitiam und zur Nachricht zu hinterbringen / als den Herrn Reichs-Erb-Marschallen zu erinnern / daß er von obhabenden Amts wegen / hinfüro mehrermeltes Herrn Bischoffen zu Straßburg Fürstlichen Gnaden daselbst habende Gesandschafft ad votandum weiters nicht anruffe / sondern derselben ernstlich bedeute / sich ins künfftig des votirens gäntzlich zu enthalten. Welches alles höchstgedachten Herrn Principal-Commissarii Hochfürstl. Gnaden auff empfangenem gemessenem Befelch der Churfürsten und Ständen anwesenden Räthen / Bottschafftern und Gesandten pro notitia nachrichtlich ohnangefügt nicht lassen sollen; und verbleiben denenselben zumalen mit freundlichen auch günstig- und gnädigen Willen beständig wohl beygethan und gewogen. Signatum Regenspurg den 22. Novemb. 1674.

(L. S.)

Marquard.

16. Imperator solus El. Palat. Fridericum in bannum declaravit.

NOtandum hic porrò, Electorem Palatinum Fridericum anno 1621. à solo Imperatore in Bannum Imperii declaratum esse, quam declarationem exhibet *Londorp. actor. publ. lib. 6. pag.* 306. & mentionem facit **Schau-Bühne der Welt** *lib.* 21. *c.* 2. *anno* 1621. non solùm Elect. Friderici, sed & aliorum tunc temporis bannitorum Imperii Statuum. Tota rei series ad longum & à capite usque ad calcem exhibetur *in Theatro Europæo circa annum* 1621. *fol.* 470. ubi quoque habetur declaratio Banni, nec non multa antecedentia & consequentia *fol.* 164. 194. 201. & quam plurimis sequentibus. *Zuer. Boxhorn. in Histor. univers. circa annum* 1619. *pag.* 1163. tradit sequentia: Bohemi, cum defuncto Mathia Imperatore & Bohemiæ Rege, vacuum esset Regnum, atque eligendi pro arbitrio Regem statuerent sibi esse potestatem aliorum Germaniæ Principum animis frustra tentatis, Fridericum V. Electorem Palatinum Regem creant; sed anno proximo, regno, & mox omnibus avitis & hæreditariis ditionibus exutum. Maximorum ea res non in Bohemia tantum, sed omni Germania, ac pene dixerim Europa, motuum turbarumque causa & veluti fax quædam fuit. *Jacob Wilhelm Imhoff in notit. S. R. I. Procer. lib. 2. cap.* 9. hæc sequentis tenoris habet: Comes Palatinus Rheni, is olim secundum & proximum à Rege Bohemiæ locum inter Electores Seculares suo merito obtinuit, nunc verò, qui fortunæ ludus est, quo incertos honores transmutat, extremum occupat: ab illo videlicet tempore, quo Fridericus V. Elector Palatinus Coronam Bohemicam, à Proceribus ejus Regni, vetus Imperium fastidientibus, & novum Regem, novum Statum, novam quærentibus Rempublicam, sibi delatam, uxoris Regiæ, suorumque stimulis accensus acceptavit; anno autem sequenti, qui fuit seculi, quo agimus, die 8. Novembris, pugna decretoria, in conspectu urbis Pragæ, collatis cum Cæsareis Bavaricisque copiis signis, commissa, victus, nec regno tantùm, sed & paulo post avitis ditionibus exutus, *à Ferdinando II. Imp.* proscriptus, atque Electorali dignitate mulctatus est. Inde quidem in *Pacis Westphalicæ pactis*, pars avitarum possessionum, nempè inferior Palatinatus ejus filio *Carolo Ludovico* restitutus est, Superior verò cum Electoratu in Bavaricam domum transiit, instituto tamen in gratiam Palatinæ familiæ & publicæ tranquillitatis ergo, *octavo Electoratu*, sub *Archithesaurarii* Imperii titulo. Itaque septimo nunc loco in Electione Imperatoris votum dicit Palatinus, in Processu solenni Coronam gestat: in celebratione verò Curiæ Imperialis equo vectus, missiles nummos in populum spargit, atque in hujus muneris vices Comites de Sinzendorf ascivit.

17. Recensentur quædam de Electore Friderico.

Multa quoque de hac causa referuntur in *Mercurio Germano*, sive ut se nuncupat *Sincero Germano à Lapide fol.* 414. *& seqq.* ubi refert Palatinum olim fuisse secutum statim post Regem Bohemiæ inter Electores, secundum A. B. cum hodie ultimus saltem locus ei relictus *per Instrum. Pac. art.* 4. & porrò refert rationes pro Bohemis & Friderico V. in variis deductionibus publicatas, & quod instinctu Conjugis Elisabethæ, Jacobi VI. Angliæ Regis filiæ, anno 1619. Pragæ sit inauguratus, & Moraviam Silesiam atque Lusatiam utramque in fidem per homagium receperit, brevi tamen expertus, nullam sortem longam esse, tùm in pugna ad *album montem* copiæ ejus dissipatæ sunt, ipse verò, postquam Cæsariani Bohemiam, Saxonicæ Copiæ Lusatiam utramque, cum Silesia, Bavarici Austriam & Palatinatum debellassent, se *Wratislaviam*, *Custrinum*, atque *Hamburgum*, tandemque *in Belgium* contulit, postquam in Conventu *Mulhusii* pro Cæsaris Rebelli declaratus esset. Et quamvis per *Pacem Monasteriensem in Palatinatum Rheni*, seu inferiorem sit restitutus, tamen Palatinatum Superiorem, cum Electoratu, Archidapiferatu & Comitatu Chamensi, Bavaro relinquere debuit, constituto *Electoratu octavo*, qui tam diu penes lineam Rudolphinam permaneat, quoad superstes ex ea quis fuerit, vel Archidapiferatus cum Superiore Palatinatu, aliisque, deficiente linea Wilhelmina, ad pristinam redierit domum. Eodem quoque loco *citatus Mercurius* quæstionem quoque movet, *an rectè Ditionibus & Electoratu privatus fuerit Elector Carolus Ludovicus?* & dicit multos negativam defendere, quos *ibid.* allegat, cum tamen frustrà, contra crimen immane læsæ Majestatis, justitia Impera- Qu. Mercurii.

peratoris & Ordinum Imperii, non sine gravi injuria vocetur in dubium, cum illi optimi sint legum Interpretes, quam ulli à Mercurio allegati privati Domini.

18. Recensentur sparsa hincinde argumenta El. Colon. & Bavarici, & Gallorum. Ut redeamus ad *Electorem Coloniensem & Bavaricum*, inanis & nullo plane fundamento subnixa est exceptio Electoris & Gallorum, quasi bellum hoc non *Imperatorem*, sed *Domum* tantùm *Austriacam* concerneret, ut qualitas Archiducis Austriæ à qualitate Romani Imperatoris probè sit separanda, eò quod à Principibus & Vasallis juramentum Cæsari præstitum Archiducem Austriæ non afficiat, nec perfidiam vel feloniam commisisse dici possit erga Cæsarem, qui arma sua *Archiducali Domui* sociare recusaverit, cum tamen pro summa Imperii lege haberi non possit, quicquid ad Domus Austriacæ scopum non conducit. Christianissimum Regem *investituram Ducatus Mediolanensis, & aliorum feudorum* ab Imperatore petiisse, & in Comitiis efflagitasse: Imperio autem proindè esse, quoad jus suum manutenendum, quis unum alterumve possideat, dummodo is jura Imperii recognoscat. Status Imperii liberrimo fœderum jure uti, non tantùm inter se, sed etiam cum exteris, ut proinde Pacis publicæ violator dici nequeat, qui, propriæ defensionis gratia, vicinioris Burgundici Circuli opem efflagitat, ut in Electoratu & Provinciis non opprimatur ab externo hostili Exercitu. *Consilium Imperiale Aulicum* festinanter & citra præviam cum Imperio, vel saltem Electorali Collegio participationem, mandata decrevisse, avocatis insuper, sub pœna banni, à vexillis & insignibus universis suis militibus, absolutisque à vinculo juramenti ipsi præstiti omnibus Ministris ac subditis, ut ipsi amplius non pareant, donec resipuerit, cum tamen *unio patriæ* à Capitulo Coloniensi ipsi opposita, quod sine consensu ordinum Provincialium, nec fœdus contrahere, nec bellum movere possit intelligenda tantùm sit, *de fœdere & bello offensivo*, non verò *defensivo*, illamque unionem ab invito Principe olim extortam, nec subditorum arbitrio relinquendum sit, ut, nulla habita Patriæ consideratione, media denegare & contra proprium Dominum insurgere possint. Talem certe unionem non posse Principi ligare manus, in iis quæ Imperii & Patriæ salutem respiciunt. Imperatorem promisisse in sua *Capitulatione*, se nihil majoris momenti sine Statuum præscitu & consensu decreturum, nec ad pœnas banni, sine consensu Electoralis Collegii processurum, consequenter pro nullis declaranda esse omnia, quæ Consilium Imperiale Aulicum, ultra potestatis suæ limites, præcipitanter & præpostere contra ipsum decreverit, & assignato ad defensionem termino interim pœnas banno annexas, inhibendo Ministris & subditis debitam ipsi obedientiam, contra ipsum sit executum, cum tamen *Pontifex* ipsi plenam temporalium administrationem commiserit, quæ nisi à concedente ipsi auferri non possit, sicut Consilium Imperiale Aulicum, per subtractionem subditorum ab obedientia, inaudito exemplo præsumpserit, cum tamen Status & subditi Principi suo duplici titulo, homagii & Jurisdictionis specialis, arctissimè obstringantur; Cæsari verò non subsint, nisi remotè, & intuitu generalis jurisdictionis, ut alio nomine ipsius subditi vocari non possint.

Bellissimæ profectò, adversus Imperatorem & Dominum Feudi directum, cui obedientia & fidelitas solenniter jurata est, inaniter coacervatæ exceptiones: Quas tamen approbarunt & amplius extenderunt Galli, in parvo Tractatu inscripto: *Diverses reflexions sur les mandements de l'Empereur contre M. L'Electeur de Cologne*, in quo deducere conati sunt, Electorem à Consilio Imperiali Aulico citari non posse, sed causas similes ad *Comitia Imperii* remittendas esse, in quibus tantùm de Statu & honore Electorum tractari possit, cum dignitas eorum id omninò requirat, præsertim si de casu Præscriptionis & declarationis in bannum deliberatio suscipiatur, in quo casu *Instrumentum pacis Westphalicæ*, reliquæque Imperii constitutiones nullam consilio Imperiali Aulico tribuant jurisdictionem, cum in eo nullæ sint personæ nobiles, vel saltem noviter ab Imperatore nobilitati, & reliqui Jurium. Doctores, qui non sint personæ ejus qualitatis, ut super causis Electorum & Principum judicare possint, vel in causis Status ullam exercere jurisdictionem; sed tantùm lites in causis levibus & civilibus dirimere, cum aliàs necessarium foret illis ab omnibus Imperii Statibus sublimiorem potestatem tribui, velut in Gallia, Anglia, Polonia, observatur, ut causæ similes solum in *Parlamento*, tanquam *Curia des Pairs de Royaume* deliberentur & tractentur: In Imperio verò Romano debere partes altioris dignitatis à Statibus Imperii citari, aliàs omnia directè contra Capitulationem Cæsaream & Instrumentum Pacis Westphalicæ agitari. Quod si enim Consilium Imperiale Aulicum de juribus Statuum Imperii posset judicare, tunc foret Supremum totius orbis Tribunal, in quod assumi omnes certatim desiderarent. Electorem Coloniensem nihil peccasse contra Cæsarem vel Imperium, quia Imperator, tanquam Cæsar, nullum vel cum Hispano vel Gallo gesserit bellum, ad quod alias requireretur consensus Statuum, qui hactenus se pro bello non declaraverint. Nec verò induci posse, ut *Imperator & Archidux Austriæ*, pro una considerentur persona, ita ut quod Archidux facit, Imperator etiam fecisse videatur, cum tamen hæ qualitates in Capitulatione Cæsarea *art.* 110. & 31. expressè separentur. Ex quibus omnibus sequatur, *Ducem Sabaudiæ & Mantuæ*, nec non Electorem Coloniensem mandatis & citationibus nullatenus potuisse gravari, nec unquam auditum fuisse, Principem Electorem, ex Illustrissima Domo, & Archiepisco-

chiepiscopum, nihil intendentem, quam conservationem suarum Provinciarum, & qui Imperatores in sui Domus Prædecessoribus demonstrare possit, à male proportionato Tribunali, tali modo citatum, imò processum ab Executione contra ipsum inchoatum esse. Ex quibus omnibus appareat, vilipendi Status Imperii, quasi essent corpus sine anima, sine auctoritate & potentia, & vana solum umbra, quæ despotica Regiminis forma statim opprimi possit;

19. Refelluntur obiter enumeratæ argutiæ. Sed prodit ignorantiam & crassam inscitiam suam Author supra citati libelli, in rebus Imperii, & confingit omnia ex vacuo suo cerebello. Compositum enim est *Judicium Imperiale Aulicum* ex personis Illustrissimis, & non solum novæ, sed antiquissimæ nobilitatis, Principibus, Comitibus, Baronibus, & ex Nobilibus Imperii Ordinis Equestris, quorum plerique ipsimet sunt Status Imperii, quibus meritò personæ doctæ, & non tantùm in jure Civili sed etiam jure publico versatissimi, & Status Imperii gnari adjunguntur, cum quibus *Senatores Parlamenti Gallici* nullam merentur comparationem, cum de illis dici verius possit, quod inter eos non sint Nobiles, nisi paucissimi, reliqui omnes literati, & ex plebe nati, qui ultra Codicem Ludovicianum de Statu Imperii nullam possident scientiam. Id quod auctor libelli in suis falsis suppositis clarè comprobat. Insuper Consilium Imperiale Aulicum plerasque causas, præsertim in Statum publicum incurrentes, refert Sacratissimæ Majestati Cæsareæ, quæ in Consilio Status accurate discutiuntur. Errat Autor Gallicus, dum putat processum in crimine fractæ pacis ad Consilium Imperiale Aulicum non spectare, & eo ipso inscitiam suam in lucem producit, cum Constitutiones antiquæ, Ordinatio Consilii & Cameræ Imperialis, nec non Capitulatio Cæsarea Leopoldina & Josephina, *art.* 28. *& respectivè* 27. clarissimis verbis hoc contineant; *quod Imperator solus processum banni contra Status Imperii instruere possit*, & solum, ante realem declarationem Principum Electorum, non interessatorum, votum exquirere debeat, quod etiam Electores in his præsentibus conjuncturis adhuc contestati sunt, nec ullus est, qui Imperatori hoc negare voluerit, quin potius in causa Sabaudica & Mantuana Imperatoris emanatos processus approbaverint, *prout supra verbo Crimen læsæ Majestatis, fol.* 634. nec non *verbo* Acht/ *fol.* 189. *n.* 10. pluribus est notatum.

Quis Electori Coloniensi vim intulit, & causam dedit ad se defendendum externo milite? Quis ipsi largitur investituram Electoratus & Provinciarum? an Pontifex, an Imperator? cui fidelitatem juravit, & obedientiam? Quis cum consensu omnium Statuum est in possessione decidendi illorum controversias, & commissa delicta? obmutescit Gallus! Nec exempla in fine libelli ex antiquis temporibus allegata, quando adhuc Principes ipsi Aulam Cæsaream, antè constituta Suprema Tribunalia, sequebantur, & Consiliariorum Aulicorum munus implebant, ipsi quidquam prosunt. Nec pro umbra reputatur autoritas Imperii Statuum, quâ sub Clementissimo Imperatore gaudent. Mirum potius est, fascinare aliquos & obcæcare Regem Galliæ posse, ut nullis exemplis prioribus territi, relictâ maximâ autoritate, in illius se servitutem, quasi sensibus cunctis exuti, præcipitent.

Fabulam plane narrat Autor Gallicus, dum scribit Electorem Coloniensem, nec non Ducem Sabaudicum & Mantuanum nihil peccasse contra Imperatorem; qui tamen feuda sua, Feuda scilicet Imperii, sine consensu Imperatoris, in alienam transtulerunt potestatem. *An non hæc est causa Imperatoris & Imperii*, non verò solius Augustissimæ Domus Austriacæ? quod negare rusticum plane & ineptum esset. Et convincitur Gallus per declarationem belli publicam totius Imperii, quod causam non solum Domus Austriacæ, sed totius Imperii hic agitari confitetur, & Galli frivolas propositiones confundit, ut mussitare amplius non possit. Hæc inserenda hic putavimus, ut falsissimæ argutiæ Gallorum, quas publicis Typis evulgare non erubuerunt, tanto magis evertantur, & in apricum prodeat, quàm immaniter contra pacem Imperii publicam sit peccatum, & sanguis miseriaque Innocentium Subditorum pro vindicta clamet ad cœlum.

Lautern.

De controversia super Principatibus Lauteracensi & Simerensi dictum est in Recessu Imperii *de anno* 1654. §. 187. quod eadem in præsentia Electoris Moguntini *anno* 1653. composita, & postmodum à Cæsarea Majestate confirmata sit.

Leder.

In Ord. Polit. Francofurtensi anno 1577. prohibita evectio corii sale conditi extra Imperium sub pœna confiscationis & aliarum animadversionum.

Legation.

Vid. supra verbo Commissio fol. 552. *& verbo* Gesandte/ *fol.* 790. *aliisque locis citatis in tom.* 1. *har. Constit. hoc verb. Legation.*

Lehen.

SUMMARIA.

1. *Quando Vasallo successionem prætendenti, contra Dominum feudi decernatur mandatum de restituendo?*
2. *Quando Dominus feudi possit licitè & justè feudum apprehendere?*
3. *Vasallus spoliatus quid probare debeat.*

4. *Possessio*

4. *Possessio ejus quomodo probetur, & quæ ad eam declarandam requirantur.*
5. *Ei qui facto proprio cadit possessione, non datur interdictum recuperandæ.*
6. *Unius rei hæreditariæ apprehensione reliquarum possessionem non acquiri; vid. tamen infra n. 17.*
7. *Actorem tamen probasse possessionem.*
8. *Renuntiationem vel cessionem voluntariam non præsumi.*
9. *Quando liceat Domino possessionem feudi vacantis apprehendere.*
10. *Possessionem antiquiorem esse manutenendam.*
11. *Dominum in dubio debere Vasallum investire.*
12. *Latam esse contra Dominum paritoriam ad restitutionem totius feudi, & quare?*
13. *De probatione filiationis & agnationis in successione feudi.*
14. *Proponitur facti species.*
15. *Referuntur Exceptiones agnati cum ejusdem documentis.*
16. *Agnatos à primo acquirente descendentes in infinitum succedere.*
17. *Instrumenta publicè recognita probant instar originalium.*
18. *Quomodo legitimitas possit probari, etiam aliis documentis quam libris baptismalibus; & n. 21. & 30.*
19. *Pro matrimonio esse præsumptionem; & n. 30.*
20. *Quando feudum censeatur esse antiquum? etiamsi in eo postea fuerit introducta primogenitura.*
21. *Genealogia quatenus probet.*
22. *Probationem non debere esse ambiguam, sed concludentem, præsertim contra possessorem.*
23. *Instrumenta inter privatos confecta contra tertium non probare, præsertim in demonstranda filiatione.*
24. *Contra possessorem etiam in antiquis, leviores probationes non admitti.*
25. *Testes non legitime examinati non probant.*
26. *Verba enuntiativa in antiquis contra tertium possessorem nil probare.*
27. *Quando feudum novum concedatur jure feudi antiqui.*
28. *Investituram ad Fratres vel Collaterales non extendi sine expresso pacto.*
29. *Considerationes super argumentis utriusque partis.*
30. *Præsumitur pro matrimonio & per tractationem pro filio aliquis constituitur in quasi possessione filiationis.*
31. *In feudo novo concesso jure feudi antiqui collaterales in infinitum succedere; & vid. sup. n. 27.*
32. *In dubio contra Dominum vel fiscum pronuntiandum.*
33. *Fama & leviores probationes in antiquis admittuntur pro filiatione demonstranda; & vid. supra. n. 18.*
34. *Varia argumenta pro filiatione probanda.*
35. *Inter duas præsumptiones eligenda est illa, quæ excludit delictum.*
36. *Recensentur aliæ à fisco motæ rationes.*
37. *Quomodo agnatio probanda sit.*
38. *Filium non possidentem, sed agentem, non præsumi legitimum, sed probare debere.*
39. *Pro Agnato pronunciatum.*
40. *Proponuntur quæstiones circa probationem agnationis in feudo, & quidem per genealogiam, instrumenta, & testes.*
41. *Per identitatem insignium.*
42. *Facilè posse evenire, ut eodem tempore duo vivant ejusdem nominis.*
43. *Adferuntur alia argumenta pro Fisco.*
44. *Agnatos teneri probare consanguinitatem per singulos gradus, usque ad gradum, de quo quæritur, & quidem descendentiam legitimam.*
45. *Legitimitatem non præsumi.*
46. *In antiquis admitti leviores probationes.*
47. *Agnatos tantùm admitti ad septimum gradum.*
48. *Itenditatem armorum & insignium non probare agnationem.*
49. *Documenta Agnationis ex libris baptismalibus esse transsumenda.*
50. *Probationes Ambiguas, præsertim contrà possidentem, non admitti.*
51. *Idem observari in probatione filiationis.*
52. *Instrumenta privata adversus tertium nil probare.*
53. *Non Epistolis, nec assertionibus probari consanguinitatem.*
54. *In antiquis etiam, probationes leviores non prævalere contrà possessorem.*
55. *Sequuntur argumenta pro agnatis, quod non semper specificè, sed genericè in antiquis sufficiat probare agnationem.*
56. *In quibus quasi possessio sufficit, & transfert onus probandi in contrarium.*
57. *Non attentâ successione ultrà gradum decimum, utpotè in materiâ transitoria ad consanguineos.*
58. *Legitimitatem filiorum præsumi, & ex quâ ratione.*
59. *Agnatos non teneri probare, quam quod sint agnati ultimi possessoris.*
60. *Esse præsumptionem pro matrimonio, & negans debet contrarium probare.*
61. *Quid operetur investitura etiam nova, facta tamen tanquam de feudo antiquo!*
62. *In dubio contrà dominum, & fiscum pronuntiandum.*
63. *Fama publica constituit aliquem in quasi possessione, præsertim vestita aliis argumentis.*
64. *Filiatio probatur conjecturis, nominatione Filii, tractatione, quia directè & evidenter probari non potest.*
65. *Inter duas præsumptiones obtinere debere illam, quæ delictum excludit.*
66. *In antiquis non requiruntur tam exacta probationes.*

De primis Clientelarium beneficiorum initiis, multivarias fovent opiniones & alii â Romanis, alii ab antiquis Solduriis, alii ab Asiaticis populis derivant, alii à Germanicis primum populis feuda inventa esse arbitrantur, & ab illis ad alias

quoque gentes sensim traducta, cum formulæ in jure feudali expressæ, maximam partem Nationis Germanicæ contineant, & Germanicam proinde originem arguant, & quod de liberis ex *matrimonio* ad *Morganaticam* contracto natis in 2. feud. 29. dispositum est, Item quod feudum non nisi triginta annorum possessione præscribatur, 2. *feud.* 9. §. 1. *Item* 2. *feud.* 26. §. 4. quod intra annum & diem investitura renovanda sit, 2. *feud.* 24. *&* 2. *feud.* 52. à Germanicis institutis profluxere, prout latius deducit *Itter. de feud. Imp. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. *& Wilhelm Ludwel. in Synopsi feudal. cap.* 1. *fol.* 5. Dividuntur feuda in propria & impropria, Regalia & Noblia, nec non communia, ex pacto & providentia, masculina & Fœminina, nec non hæreditaria, de quibus divisionibus passim ad longum tractant, quotquot extant Feudistæ. Sed quia hujus materiæ latitudinem præsentes notæ non capiunt, ideò placuit saltem hic annotare quædam, quæ circa feudorũ controversias in Consilio Imperiali Aulico agitata & decisa sunt, prout primo sequitur, de Vasallo feudi successionem prætendente, & contra Domini directi voluntatem illam apprehendente.

1. Quando Vasallo in successione & apprehensione feudi contrà Dominum directum decernatur mandatum de restituendo?

Decernuntur Vasalli successoribus tanquam proximis agnatis mandata S. C. ad restituendum feudum si illius possessio præproperè sit occupata, sed ut interdicto redintegrandæ experiri possessor possit, opus est, ut possessionem feudi apprehenderit, saltem in aliquo feudi loco principali, cum castro principali apprehenso reliqua omnia apprehensa præsumantur, eoque magis, si defunctus Vasallus omnes reditus & servitia subditorum ubicunque sitorum, in illo castro percepisset, *Rosenth. c.* 6. *concl.* 14. *in not. lit. g.* possessio verò probatur per detentionem & insistentiam rei animo acquirendæ hæreditatis, *Mascard. vol.* 3. *concl.* 1179. 1184. *&* 1189. per instrumentorum seu actorum adeptionem & separationem animo possidendi & jure suo factam, per incisionem ligni, per homagium subditorum, per tractatum cum hæredibus allodialibus super culturâ bonorum & reditibus feudi, nec non ex inhabitatione domus defuncti, si fiat animo adeundi, *Mascard. concl.* 64. *n.* 2. & licet successor feudalis tam ex constitutione *Cod. unde vi.* quam *ex can. redintegrandæ* 4. *q.* 1. actionem possit instituere: tamen quia illa famam spoliantis gravare dicitur, idcirco potius hâc in factum experitur, cum etiam remedium redintegrandæ contra quemvis possessorem, licet non violentum obtineat, *Minder. de mandat. lib.* 2. *c.* 56. *n.* 1. & secundum *Can. redintegr.* solium committat is quoque, qui anteriorem possessorem admittere recusat. *Mascard. vol.* 3. *concl.* 1329. *n.* 7.

2. Quando Dominus feudi possit licitè & justè feudum apprehendere.

Licet enim hodiernâ praxi obtinere videatur, quod feuda aperta à Domino propriâ authoritate, etiam absque sententiâ declaratoriâ apprehendi possint: id tamen eo saltem casu admittitur, si jus Domini sit clarum, & nemo ei resistat; secus verò, si jus illius controvertatur; & Vasallus Domino vel factis vel verbis controversiam moveat. *Rosenth. c.* 3. *concl.* 60. *n.* 14. *& c.* 10. *concl.* 41. *n.* 89. Hinc cavendum esse esse Vasallo, ne voluntariâ clavium traditione, vel suo successu è feudo, Domini occupationem tacitè vel expressè approbet, monet *Rosenth. d. loc.* Nametsi Dominus contra Vasallum tanquam inidoneum excipiat; tamen, quia illa quæstio alterioris est indaginis, Dominus tenetur interim Vasallum investire & possessionem ei tradere, idem *Rosenth. d. loc.* Itaque duo extrema Vasallus spoliatus probare debet, possessionem ex parte suâ, & dejectionem ex parte rei: primum quod attinet, videtur extra dubium esse, quod actor fuerit in possessione, utpote quem reus in ea reperit, & refragantem ejecit. Certum autem est, solam etiam deambulationem in loco probare possessionem, cum sit insistentia, & solâ insistentiâ possessio acquiratur. *l.* 1. *in pr. & §. si jusserim ff. de acquir. possess. Meisner. tom.* 3. *decis.* 9. *n.* 130. nec præsumitur jure familiaritatis quæsita possessio talis, quia nemo ita possidere præsumitur, qui titulum vel habet, vel prætendit, ut tradit *Meisner. d. loc.* ut possessio eo magis hoc casu probata dicatur, quod Vasallus acta feudalia secum sumpserit, & per incisionem ligni acquisiverit possessionem, quâ suppositâ posterior præsumitur vitiosa. Licet verò his omnibus haud invalidè opponatur, quod actor possessionem suam non demonstraverit, quippe cum solùm venerit in feudum, visitandi sui cognati gratiâ, non animo accipiendi possessionem, jam verò juris expediti est, quod nemo causam possessionis solâ animi destinatione mutare possit. *Rosenth. c.* 6. *concl.* 80. *n.* 2. Sed semper eodem modo & jure, quo possessionem ingressus est, possidere præsumatur, cum à primordio tituli, posterior formetur eventus *l.* 3. §. *illud quoque à veteribus ff. de acquir. possess.* nisi nova causa superveniat, prout dictum axioma limitat *Bruneman. ad cit. l.* 3. *ff. de acquir. possess.* qualis causa licet supervenisse videatur, eò quod post mortem Vasalli non amplius ut hospes in feudo moratus sit, sed in aliâ, & tali qualitate, ut applicari eidem possit, quod pro hærede possideat, qui se hæredem putat, necesse tamen est, ut hæres vel possessor ex causa nova superveniente se possidere velle declaret. *Grev. in Gail. lib.* 2. *concl.* 129. *n.* 15. ubi ait: Ea propter, ut hæres jus possidendi acquisitum habeat, necesse est, ut faciat se à Colonis in Dominum & possessorem ipso actu recognosci, daß von den Eigenthums-Leuten oder Pfächteren ihn vor Eigenthums-Herrn zu erkennen Versprechung gethan seye. Et cautè (porrò ait) agat hæres, nimirum, ut de recognitione docere valeat, quandoquidem ante declarationem animi sui, & subsecutam recognitionem, spoliatus remedio recuperandæ destitueretur, secundùm notata *Putei decis.* 462. *n.* 45. *p.* 2. & resolutionem *Rotæ Bononiens.*

3. Vasallus spoliatus quid probare debeat.

4. Possessio ejus quomodo probetur, & quæ ad eam declarandam requirantur.

niens. decis. 12. ad Bennin. Jam vero actorem animum possidendi, post mortem Vasalli, nec verbis nec factis declarasse, claves ad portam arcis non apprehendisse, nec à subditis exegisse homagium; cum tamen possessio potius per receptionem & retentionem clavium, per administrationem bonorum, perceptionem fructuum & subditorum fidei præstationem probetur, *per vulg. Menoch. 3. remed. retinend. n. 561. & seqq. Meisner. tom. 3. decis. 13. n. 76.* tales verò actus ab actore non esse exercitos, & ex sola instrumentorum apprehensione non acquiritur possessio rei ipsius, nisi tradens instrumentum rem ipsam possideat. *Thes. Basil. vol. 2. disp. 14. lit. E. 1. 2. 3.* Hinc ex hac instrumentorum apprehensione non nisi aditionem hæreditatis inferri posse, sine ullâ occupatione possessionis, eò quod possessionem capere non dicatur, qui solùm adit hæreditatem *per L. hæredes ff. de acquir. hæred. Scacc. de judic. lib. 2. c. 9. n. 1240.* adeoque per actum æquivocum non probetur possessio, *Cyriac. Controv. 10. n. 51.* ita ut actor nec nudâ insistentiâ, nec ex assumptione instrumentorum, possessionem feudi astruere possit Atque posito casu, quod actor possessionem juridicè apprehenderit, eâ tamen iterum cecidisse, posteaquam advenientem adversarium in præcipuâ feudalis arcis conclavia introduxerit, propositionem ejus de apprehendendâ feudi possessione sine ullâ contradictione perceperit, de apprehensione possessionis ex parte suâ altum siluerit, & nudum sibi jus successionis reservando, claves portarum & suæ habitationis ultrò tradiderit; si autem quis factô proprio cadit possessione, non datur ei interdictum recuperandæ. *Cyriac. controv. 380. n. 46. Menoch. recuper. remed. 15. n. 95. Meisner. tom. 3. decis. 13. n. 127.* quia tali actori obstat exceptio voluntariæ renuntiationis, nec datur restitutio ei, qui suâ negligentiâ spoliatus est; *Scacc. de jud. lib. 2. c. 9. n. 1280.* ubi multos citat in hanc sententiam, quod cadens à possessione culpâ & facto suo proprio, non restituatur, & quod renuntians, si postea violenter ejiciatur, non possit prætendere spoliationem aptam ad restitutionem, quia spoliatus ex suâ negligentiâ non restituitur, quam sententiam dicit esse communem & non habere difficultatem, quia sic fuerit pluries judicatum, & fundari *in c. 2. & 3. de rest. spoliat.* ex ratione, quod nemo possit objicere id, in quo causam præbuit, quæ jura contra actorem tantò potentiùs stringunt, quia apprehensioni possessionis ab adversario se non opposuit, sed imò consensum & approbationem suam contestatus est, per voluntariam clavium traditionem, cum per traditionem clavium possessionem transferri extra omne dubium sit, & potentiùs facta quam verba operentur, & tacens utique pro consentiente habeatur, si insuper actus positivus interveniat, *ut ex Barbat. Bart. Abbat. deducit Textor. in loc. commun. verbo facere.*

5. Ei, qui facto proprio cadit possessione, non datur interdictum recuperandæ.

His accedit, quod etsi actor possessionem verè apprehendisset, & continuasset, illum tamen ultra limites arcis occupatæ sive apprehensæ extendere non posset, cum determinati juris sit, unis rei hæreditariæ apprehensione reliquarum possessionem non acquiri. *Gail. lib. 2. observ. 129. n. 67. & ibid. Grev. Consid. 1. ubi n. 2.* ampliat propositionem quod procedat non duntaxat, quando plures res distinctæ, & separatæ essent, sed etiam quando plures sub universitate juris hæreditatis scilicet continerentur. Nam & singulæ partes hæreditatis essent apprehendendæ, ut effectu juris possessio possit in omnibus acquiri: citans porro, *Anton. peregr. de fideicommiss. art. 48. n. 72. & seqq. Mynf. centur. 3. observ. 39. Menoch. adipisc. possess. 4. n. 799. per text. in L. 1. § veteres, & L. prædia, ff. de acquir. possess. Surd. cons. 160. Natt. cons. 429. Mascard. de probat. concl. 271. n. 7. & seqq. Borchold. de feud. c. 7. n. 11. & n. 3. dict.* Grevens annectit, *Johann Petri Surd.* eximii practici traditionem in ejus *cons. 135. ubi n. 63. & seqq.* in hæc verba respondit, quod voluit Immola post Nattam, quod concesso castro cum pertinentiis, sufficiat ingredi castri possessionem; ad id pro responsione dico hoc intelligendum esse de rebus castro connexis, & facientibus unum totum cum castro, licet sint res diversæ, ut sunt plures Cameræ, stabulum, hortus, & alia, quæ simul juncta constituunt unum castrum: eo enim casu non est necesse, singulas cameras, vel mansiones ingredi, sed intrando partem castri, adipiscimur totius castri possessionem. Atque ita declarat *Bart. in l. 3. in fin. Alexand. & Jason.* nec non *Salycet. in L. licet. C. de acquir. possess.* Sed ubi diversæ sunt res & separatæ, ut sunt Castrum & prædia, tunc, ut quis acquirat rerum possessionem, non sufficiet castrum ingredi, sed cujuscunque rei possessionem apprehendere necesse est, alias apprehensio unius rei non includit apprehensionem alterius. *Specul. de primo & secundo Decreto §. jam de effectu.* Et quamvis aliqui dubiam esse hanc resolutionem non diffiteantur, prout *Rosenth. t. 2. de feud. c. 6. concl. 14. in Gl. lit. G.* ubi putat, apprehenso castro principali reliqua omnia bona apprehensa præsumi, præsertim si defunctus Vasallus omnes reditus & servitia subditorum, ubicunque sitorum in illo castro percepisset, wann er ihme die Frohnen / und alles dahin leisten lassen / licet aliàs illa prædia non sint partes integrantes illius castri, sed tantum à patrefamilias longo tempore eò destinata. Tamen alii ferè omnes contrarium sustinent, ut videre est apud *Cyriac. controv. 300. n. 35. Martam ff. noviss. tom. 3. verb. possessio c. 75. Scacc. de Jud. lib. 2. cap. 9. n. 1244. & seqq.* ubi ait: quod si sunt fundi separati, ut ad nullum totum respiciant, tunc captâ possessione unius non dicitur capta possessio aliorum, itaque licèt duo castra veniant sub communi titulo, & nomine hæreditatis, tamen quoad acquisitionem possessionis,

6. Unius rei hæreditariæ apprehensione reliquarũ possessionem non acquiri. vid. infra n. 12.

nis, intelliguntur separata, & ideo capiendo possessionem unius, non acquiritur possessio alterius, quæ sunt verba *Scacc.* & ita quoque resolvit hanc quæstionem *Vult. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 20. quod ita demum per fundi principalis apprehensionem, possessio reliquorum etiam acquiratur, si reliqui fundi sub illo tanquam partes sub toto contineantur.

Itaque de jure non videtur actor restituendus, ex eo, quod 1. possessionem legitimè non apprehenderit, quæ neque in Vasallum successoum transit, sed occupanda est. *Gail.* 2. *obs.* 152. *n.* 16. *seqq.* 2. quod posito casu possessionis apprehensæ eam iterum voluntariâ Clavium traditione amiserit. 3. Quod solam arcem, non verò fundos & pertinentias apprehenderit. 4. Quod Dominus feudi ob commissam tam à defuncto, quam ejus successore feloniam, ipsum pro Vasallo non agnoscat, & suam à primo acquirente descendentiam nequeat demonstrare. Actor enim restitui non debet, si vel injustè possederit, vel reus justiorem habeat detinendi causam. *Menoch. retinend. remed.* 3. *n.* 602.

7. Actorem tamen possessionem probasse.

Quamvis autem considerabiles hæ videantur esse rationes; tamen profectò negari non potest possessio actoris, cujus insistentia Corporalis in feudo ex actis notoria est, & confessa, & ex quâ possessionem probari ex *Meisnero tom.* 3. *decis.* 9. *n.* 139. supra deductum est. Cum etiam Vasallus defunctus ipsum in possessionem immiserit, ipseque post fata Vasalli omnia fecerit, quæ successori conveniunt, & à quibus non fuit impeditus. Nec verò Claves arcis voluntariè reddidit Domino feudi, sed invitus & nolens minitanti; quo in casu an amissio possessionis fuerit voluntaria, vel aliâ de causâ contigerit, statur assertioni dicentis se spoliatum esse, cujus declaratio magis attendi debet, quam verba, vel facta æquivoca, vel ambigua, quia, cum per ea possessio non probetur, nec etiam debet admitti, ut deducit. *Cyriac. Niger controv.* 389. *n.* 27. statur enim assertioni dicentis, se possessionem animo retinuisse. *Pruckmann.*

8. Renuntiationem vel cessionem voluntariam non præsumi.

Cons. 22. *n.* 82. Sicut nec verba urbanitatis inducunt renunciationem possessionis, imo renuntiatio expressa, facta à spoliato, ei non nocet, quia non est verisimile, quod sponte eam fecerit, ut ait *Pontifex in c. sollicite* 2. *de restit. spoliatorum.* Unde nec voluntaria clavium traditio nec possessionis resignatio imputari potest actori stante præsenti metu executionis minarum, cui repellendæ par ipse non fuit. Atque hinc etiam taciturnitas ipsi non nocet, quod Domino possessione apprehendente non sit protestatus, quia, quando tacens contradicendo actum impedire non potest, tunc consentire non censetur *L.* 39. *ff. de pignor. act. Gratian. discept. forens. c.* 28. *n.* 21. & quamvis distingui soleat, inter taciturnitatem simplicem & cum actu externo conjunctam: tamen ille actus hoc in casu non est voluntarius, sicque non infert præjudicium, præsertim cum partes spoliati semper sint favorabiles, ne quis sibi ipsi jus dicat, & alterum per violentiam quovis modo turbet. Quamvis enim cæteris paribus

9. Quando liceat Domino possessionem feudi vacantis apprehendere.

Dominus possessionem feudi vacantis propriâ authoritate ad se trahere possit, attestante praxi totius imperii & deducente *Rosenth. de feud. c.* 7. *concl.* 60. *n.* 14. tamen *idem Rosenth.* hanc propositionem limitat, si de juribus Domini nulla sit dubitatio, nec adsit Vasallus vel hæres, qui ei resistit, tunc enim requiritur judicium & sententia: & sic possessio rei non vacuæ authoritate propriâ occupari nequit, *Pruckmann cons.* 34. *n.* 97. sed qui possessione an-

10. Possessionem antiquiorem esse manutenendam.

tiquiore gaudet, in eâ est manutenendus *Franc. Pfeil. cons.* 172. *n.* 7. Atque licet possessio feudi Vasallo notorie inhabili & indigno tradenda non sit, si tamen res altiorem requirat indaginem, Dominus salvo jure suo provisionaliter Vasallum investire tenetur, & in possessionem mittere, per tradita *Rosenth. c.* 15. *concl.* 4. *n.* 41. Ergo Va-

11. Dominum in dubio debere Vasallum investire.

sallus in possessionem restitutus est, publicatâ super mandato paritoria: & quidem in feudum integrum ex Doctrinâ dicti sæpius *Rosenth. c.* 6. *concl.* 14. *in Gl. lit. g.* ubi tradit fundi parte apprehensâ, totius fundi possessionem apprehensam censeri, si sub parte apprehensâ tanquam toto reliqua membra, ut partes totius,

12. Latum esse contra Dominum paritoriam ad restitutionem totius feudi & quare?

contineantur; si enim conceditur Castrum unà cum territorio, & sic una res continet plures, tunc apprehensâ possessione castri, tanquam Principalis, cæteræ quoque partes apprehensæ censentur, si feudum sub se contineat alios fundos, tanquam partes totius universalis. Imo si sit arx vel castrum, in quod ex aliquot prædiis seu fundis reditus solvi solebant, apprehendens castrum, cæterorum quoque fundorum possessionem adeptus est, si vel prædia illa sint veræ castri pertinentiæ, vel saltem paterfamilias illorum usum multis annis ad castrum destinaverit, reditus longissimo tempore ibidem percipiendo, prout multis authoritatibus firmat *Rosenth. d. loc.*

13. de probatione filiationis & agnationis in successione.

Variæ semper circa feuda, & eorum successionem occurrunt controversiæ, & imprimis de probatione filiationis & agnationis, de quâ sequens in Consil. Imp. Aulico agitata & decisa est quæstio. Impetravit Cajus 14. *Maji anno* 1665. exspectativam super feudo N. in casum, quo Sempronius Anno 1659. pro se & filiis atque hæredibus

14. Proponitur facti species.

& successoribus suis legitimis investitus, vel per defectum feudi capacium decederet, vel aliâ quâcunque de causâ feudum Domino aperiretur. Evenit casus, quod dictus Vasallus Anno 1668. mense Octobri improlis decederet, quapropter supplicavit Cajus, vellet sua Cæsarea Majestas eum nunc absolutè pro se & descendentibus, masculis & fœminis investire, simulque vasallo alicui demandare, ut in feudum immittatur. 24. Decembris Anno 1668. admissus est ad juramentum, quod præstitit 25. Februarii 1669. & insuper obtinuit commissionem ad im-

ad immittendum, nec non patentes ad subditos feudales ipsi tanquam Vasallo immediato pareant.

15. Reïterantur exceptiones agnati cum ejusdem documentis.

Decimâ autem octavâ Julii Anno 1669. Sempronius legitimavit procuratorem ad acta, produxit Genealogiam typis impressam & investituram Caroli V. nec non ultimam à Sempronio defuncto receptam, cum supplicatione, quia satis clarè appareat ex Genealogicâ demonstratione, Jacobum ab Imperatore Carolo V. investitum fuisse quidem ut primogenitum, sed non ut primum acquirentem, & tam fratrem Jacobi Franchinum, quam illum fuisse descendentem ex primo acquirente, & propterea idem jus descendentibus ex Franchino deficiente lineâ Jacobi tanquam primogeniti, quod descendentibus ex Jacobo competere unquam potuit, de facto casu eveniente, competere ad antiquissimum Nobilissimæ Familiæ Semproniorum feudum N. ideò petiit, cassatâ Caji investiturâ non ritè obtentâ, se benignissimè investiri; in oppositâ verò deductione typis impressa asseruit, Tatium & Rubicondum fratres Sempronios, jam *ann*. 962. Imperatore Ottone Magno in recompensationem maximorum beneficiorum per eos fratres in ipsum Cæsarem collatorum, creatos esse Imperii Comites, & donatos Imperiali feudo N. Hoc privilegium postea cunfirmasse Imperatorem Henricum IV, Anno 110. favore Ottonis N. Anno autem 1158. idem fecisse Imperatorem Fridericum Oenobardum, favore Comitis Anselmi, nec non Rubicondi 2. & Guidonis fratrum, filiorum quondam Comitis Tatii. Anno 1536. eadem privilegia confirmasse, sive de novo concessisse Imper. Carolum V. favore Comitis Jacobi Sempronii, ex dictis primis investitis descendentis pro se & ejus filiis hæredibus & successoribus, ob servitia & inviolatam fidem versus Romanum Imperium, per ipsum Comitem Jacobum & ejus prædecessores servatam; ordinando ut Comites Sac. Rom. Imperii semper haberentur, & concedendo facultatem instituendi Curtem Regalem, nec non mercatum omnium animalium, quæ privilegia iterum sunt confirmata ab Imperatore Rudolpho secundo, favore Comitis Tatij Sempronii, præfati Jacobi primogeniti iisdemque quoque gavisum esse Jacobum juniorem Tatii filium, eoque mortuo Comitem Joannem Sempronium, de cujus successione modo disputatur.

Superesse ex hoc stipite Semproniorum Francum & Joannem Petrum fratres Sempronios, ultimò defuncti Comitis Joannis Patrueles, quia hi patrem habuerint Jacobum filium Nicolai, filii Franchini fratris Jacobi, ab Imper. *Carolo V.* investiti, quia Jacobus & Franchinus Patrem habuerint alterum Nicolaum. Hos esse residuos ex antiquâ Semproniorum familiâ, tanquam descendentes ex Tatio & Rubicondo & Comitibus Anselmo, Rubicondo secundo & Guidone, ad quos tanquam descendentes à primis investitis de jure pertineat feudum.

Sed cum Cajus omnibus istis purè contradiceret, eò quod exhibita Genealogia & reliqua parata, nullâ planè fide communita & vallata sint, proindeque nullam penitus considerationem mereantur, petendo actorem cum sua prætensione à limine Judicii rejici; decreta est 2. Septembris 1669. communicatio Sempronio injungendo, ut quascunque probationes habeat, intra terminum 3. mensium in formâ authenticâ exhibeat, sub comminatione perpetui silentii, tum demum 21. *Octobris Anno* 1669. Sempronius sua documenta produxit, & primò quidem per Investituram Imperatoris Caroli V. investitum, non fuisse primum acquirentem, sed idem jus ad feudum competiisse Franchino ejus fratri, licet per primogenituram eo tempore suo consensu fuerit exclusus.

Quod autem Franchinus frater fuerit Jacobi, & ambo à Nicolao ex una eademque matre progeniti, & quod Franchinus uxorem deduxerit, demonstrari sub Num. 3. instrumento assecurationis dotis *anno* 1530. ubi Julia de Vicemalis, relicta Nicolai de Semproniis dicitur mater Jacobi & Franchini fratrum de Sempronio filiorum quondam Nicolai habitantium in loco de Valle Madrariâ, & Franchini uxor Lucia de Serbellionibus, cui & ejus fratri Gabrieli de Serbellionibus, Julia, Jacobus, & Franchinus permiserunt restitutionem dotis, casu eveniente.

Ex num. 4. demonstrari, quod idem Franchinus tertia Octobris 1530. cesserit Jacobo fratri suo, natu majori, feudum libero consensu, qui sine dubio hac cessione & pacto non possit dici præcludere voluisse viam suis descendentibus deficiente linea Jacobi vocatis, & eandem sternere impetrato extraneo.

Sub Num. 5. ex instrumento emptionis iterum demonstrari & clarè dici: magnifico Domino Comiti Jacobo, Magnifici Comitis Nicolai, Johannis, Petri & Jacobi omnium fratrum & Semproniis, filiorum Franchini olim fratris prædicti Comitis Jacobi.

Sub Num. 6. iterum ostendi per litteras Investituræ, quibus Nicolaus Sempronius investivit alium Francum de Verzaga dictum, de certis terris *Anno* 1580. quod sit filius Franchini in verbis: Illustr. & Magnificus Dominus Nicolaus Sempronius III. Dominum Franchinum investivit.

Ex compromisso de Anno 1623. sub n. 7. apparere, Joannem Jacobum esse filium Nicolai in verbis: *Dominus Joannes Jacobus Sempronius filius Domini Nicolai*; ubi non dicitur Comes, & ab hoc tempore facilè probari potest Baptismus & Matrimonium.

Sub Num. 8. in Instrumento executionis Francus Sempronius Capitaneus dicitur filius quondam Illustrissimi Jacobi. Ex quibus omnibus appareat, Francum Sempronium & fratrem Petrum, deficiente linea Jacobi, secundum agnationis proximitatem

mitatem admittendum esse, sive consideremus primum acquirentem, sive ultimò defunctum trahere enim suam originem ex Nicolao Seniore, Patre Jacobi & Franchini, qui, attestante Carolo V. & Rudolpho Imperatoribus, ex iis descenderunt, qui per quadragintos & plures annos feudum N. indisputabiliter possederunt. Quod autem ultimò defuncto Vasallo Francus sit proximus, id ostendere Genealogiam non solùm, sed & testes omni exceptione majores, examinatos ad perpetuam rei memoriam, quorum primus dixit: sono sessanta anni ch' io ho servito in Casa del S. Conte Giovanni pro Agente come dalle procure & mandati in me dal detto, S. Conte fatti & anche dalsu Sr. Conte Jacobo Padre, appare, & ero Salariato à raggione di cento feudi l'anno finche morse il Sr. Conte Giovanni l'anno 1668. nel mese d' Ottobre, ne doppo se ha lasciato alcuni figlioli legitimi & naturali, ne vi sono altri parenti piu prossimi, agnati ne cognati, eccettuato il supra nominato Sr. Capitano Franco Semproni & suo fratello, come è notorio, & per quello hò sentito à dire dalli medemi Sr. Conti Jacobo & Conte Giovanni, il feudo di Macagno Corte Regale & feudo Imperiale dopo loco era diretto, nel medemo Sr. Capitano Franco, come quello che è della medema descendenza annorum 84.

Alter testis deposuit: dale anno 1628. in qua, conosco il Sr. Giovanni Conte Semproni, & con lui ho parbato & pratticato in diverse occasioni, questo mese, come si sa publicamente, morse, sentza havere dopo di se lasciato alcuni figlioli legitimi ne naturali, ne altri parenti Agnati ne Cognati, à lui più prossimo suor che il supra nominato Sr. Capitano Franco Semproni, & suo fratello il quale Sr. Capitaneo per quello si dice come Agnato più prossimo di detto Sr. Conte Giovanni, succede nel feudo N. & Corte Regale.

16. Agnatos à primo acquirente descendentes in infinitum succedere.

Ex his omnibus inferri agnatum à primo acquirente descendentem in infinitum succedere, *Gail.* 1. *Observ.* 150. *n.* 4. *per text. in c.* 1. *de natur. success. feudi. Rosenth. c.* 7. *c.* 56. *n.* 6. ita ut si etiam illam sententiam sequi malimus, qua agnati usque ad decimum tantum gradum ad successionem admittuntur, adhuc tamen Francum Sempronium intra 10. gradum reperiri supplicando, ut cassatâ investiturâ Caji, ipse de novo investiatur & impetratus ad restitutionem omnium fructuum in dicto feudo condemnetur.

Trigesimo Aprilis Anno 1670. porrò produxit documentum à Prætoribus feudi N. quod nihil magis exoptent, quam regi & gubernari à Franco Sempronio, utpote ultimo successori agnatione proximo. Porrò sub *præsentato* 1. *Decembris Anno* 1671. legitimavit Francus suam personam per attestatum ex libro Baptismi, quod anno 1607. natus sit ex Joanne Jacobo & Octaviâ N. & in Baptismo nominatus Francus, additque non posse dubitari de suis instrumentis productis, utpote quæ ex attestatis tot Notariorum, ab originalibus integris, illæsis, & non suspectis sint desumpta, Judice seu Prætore specialiter ad ea recognoscenda pro Tribunali sedente unde fides tanta illis adhibenda sit, quanta ipsis originalibus, *c. fin. x. de fide instr. Vallens. eod.* §. 2. & 4. *Zoës. in ff. eod. tit. n.* 4. Nec obstare, si dicatur, probationem legitimationis propriè esse fori Ecclesiastici, cum sine dubio etiam fieri possit per instrumenta sæcularium, prout talis modus per totam admittatur Italiam, ne fiat obligatio ad impossibile, si præcisè per libros Baptismales descendentia & legitimitas probanda esset, tum quod ob bella tempore *Caroli V.* & longo tempore post, *teste Thuano*, per multos annos in Italiâ continuata, annotationes Parochorum de Baptizatis de se infantibus deperierint, tum quod non nisi post Concilium Tridentinum librorum Baptismalium usus paulatim introductus.

17. Instrumenta publicè recognita probant instar originalium.

18. Quomodo legitimitas possit probari, etiam aliis documentis quam libris baptismalibus & n. 21, & 30.

Neque obstare, quod ex instrumentis productis nullum attestetur de legitimitate descendentiæ, quia cum illud *sub n.* 3. dicat Jacobum & Franchinum esse filios Nicolai & Juliæ, illud *sub num.* 5. Nicolaum, Joannem, Petrum, & Joannem Jacobum, filios Franchini, illud *sub num.* 7. Joannem Jacobum filium Nicolai & tandem illud *sub. n.* 8. Francum filium modo dicti Jacobi, potiorem esse præsumptionem pro matrimonio, cum & nominatio filii nominatum constituat in quasi possessione filiationis, præsertim cum illud Notariis eo tempore recipientibus instrumenta & partibus contrahentibus fuit notum, ut in negantem transferatur probatio, *Gail.* 2. *obs.* 97. *n.* 6. quia probatio quasi possessionis, etiam in decisoriis, ubi agitur ad obtinendam hæreditatem, sufficiat. *Thes. comm. opin. litt. F. verbo filiatio.* Nec nudam illegitimitatis exceptionem sufficere, sed eam probandam esse, præsertim cum hæc negativa affirmativam includat.

19. Pro matrimonio esse præsumptionem, & n. 30.

Nec subsistere alterum adversæ partis fundamentum, quasi Jacobus senior de novo fuerit ab Imperatore *Carolo V.* investitus, ut propterea feudum ad transversales pertinere non possit, quia in Jacobi personâ cum onere primogenituræ initium sumpserit. Huic enim assertioni contradicere clara investituræ verba, quod feudum illud jam per 4. centum annos apud Jacobi prædecessores fuerit, & quod Jacobus de eo tanquam feudo avito, antiquo, nec non tritavito & antiquissimo fuerit investitus, ex claro tenore litterarum Investituræ, ut hinc feudum etiamsi ex personâ Jacobi initium sumpsisset, tamen jure feudi antiqui debeat censeri, ejusque naturam & qualitatem induat, *Myns.* 4. *obs.* 84. *Gail.* 1. 51. *Clarus* §. *feudum q.* 8. *n.* 2. & in quo propterea etiam collaterales in infinitum succedant, *Rosenth. c.* 2. *concl.* 13. *lib.* 1. *feud. tit.* 31. & 50. *Myns.* 4. 48. *Gail.* 2. 150. Quamvis

20. Quando feudum censeatur esse antiquum? etiamsi in eo postea fuerit introducta primogenitura, & n. 33.

itaque novam formam dederit feudo investitura Imperatoris *Caroli V.* per introductionem primogenituræ, eam tamen tantùm esse accidentalem, & feudum in suâ intrinsecâ qualitate remansisse antiquum, quia Franchinus in divisione non sit pactus cum fratre, nisi in favorem ejusdem & descendentium, ordine primogenituræ servato nullatenus verò in favorem extraneorum, cum, receptis multis allodialibus, se & suos tantùm excluserit, donec aliquis ex Jacobi descendentia reperiretur, non verò in infinitum, quod verba: *in feudum antiquum*, satis demonstrant, quibus implicitè omnes agnati vocantur: *sub præsentato* 28. *Junii Anno* 1673. Iterum exhibuit Sempronius alia duo documenta; & primò quidem constitutionem tutelæ Luciæ uxoris Franchini, pro tribus filiis, Nicolao, Joanne Petro & Joanne Jacobo, quo documento iterum probare intendit Franchinum fuisse fratrem Jacobi, & filios Franchini legitimos. Secundo examen 4. testium de *anno* 1640. qui deponunt, quod Nicolaus Sempronius habuerit uxorem Addam, & ex iis nati sint Joannes Jacobus, & Joannes Baptista Sempronii, & Joannes Jacobus, iterum cum Octaviâ Marchesi procreaverit filios Nicolaum, Joannem Baptistam, Francum, & Joannem Petrum. *Tertiâ Julii Anno* 1673. produxit attestatum, quod Mediolani ad plenè & validè probandam lineam ascendentium illius, qui in ordinem Comitum, Equitum, & Judicum adscribi petit, sufficiat productio & præsentatio instrumentorum authenticorum dictam lineam successivè probantium.

Sub *præsentato* 13. *Februarii anno* 1678. exhibuit instrumentum, quod Anno 1514. subditi præstiterint homagium Jacobo & Franchino, & ulterius sub B. quod *Anno* 1674. sit declaratus hæres fideicommissarius defuncti Comitis Joannis Sempronii: Ex quibus omnibus actionem suam satis probatam esse existimavit Sempronius, & proinde sibi feudum adjudicandum cum fructibus perceptis & percipiendis, seque de eo investiendum esse, nullus dubitavit.

21. Genealogia quatenus probet.

Verùm elidendo actionem negavit reus, 1. productam ab actore Genealogiam universim, prout etiam 2. descendentiam legitimam à Nicolao prætenso Patre Jacobi Senioris, ab Imperatore Carolo V. de novo investiti, & 3. si etiam hæc probata essent, prætendenti tamen ea ad intentum finem nequicquam prodesse posse. Ac primò *Genealogiam* non probare in propatulo esse, cum sit informis & à nemine signata. Nec secundò probari descendentiam legitimam vel à Nicolao, vel Jacobo, vel exhibita instrumenta, quia, posito quod authentica essent, nullum tamen ex iis de legitimitate descendentiæ testetur; & ut aliquid testarentur, fidem tamen, quoad hanc legitimitatis probationem, non mereantur, utpote ex seculari scrinio tantùm deprompta & consarcinata, cum talia documenta potissimum ex *libris Baptismalibus* sint desumenda, de quibus tamen nusquam ulla in omnibus productis sit mentio, atque, ut citra præjudicium ponatur, Franchinum fuisse fratrem legitimum Jacobi, certè eandem qualitatem de filiis, ipsi in prætensâ Genealogia assignatis, Joanne Petro, Joanni Jacobo & Nicolao non probari. Ex eo enim, quod asseritur, Franchinum uxorem habuisse neutiquam concludi eosdem filios ex ea procreatos esse, cum etiam ex concubina suspici potuerint, nec gravi suspicione careat, quod prætendens ipse, ad removendam hanc suspicionem, planè nihil dicat; cum si fulcrum aliquod suæ intentionis habuisset, id non minùs ad eam sustentandam fuisset adducturus, quàm quoad alios gradus adducere non omisit; Probationem namque non debere esse ambiguam, sed plenam, & necessariò concludentem, inprimis contra illum, qui justo titulo est in possessione rei, quam actor petit, & per actionem reo è manibus suis vult aufferre; *possessor enim habet pro se præsumptionem juris*, contra quam si quis contendere velit, debet apertissimas probationes afferre, ut dicit *L. fin. in pr. ff. quod metus caus. §. 12. instit. de inutil. stipulat. l. 24. ff. de probat.* Quod etiam in controversiis feudalibus, cum actor à possessore feudum aliquod petere vel vindicare vult, inprimis necessarium, uti demonstrat egregiè, & in Camera Imperiali judicatum docet *Rosenth. de feud. c. 2. conclus. 26. n. 7. 8. 9. & concl. 27. & 31. n. 5. 6.* ubi dicit, illud esse jus & commodum possessoris & possessionis, ut etiam is, qui revera est, & habetur agnatus defuncti Vasalli, si non sit in possessione feudi, sed alius illud possideat, teneatur concludenter & plenè probare se à communi parente & stipite descendere, & proximum esse feudi agnatum, nec ad id sufficere judicia, conjecturas, vel præsumptiones; quod idem quoque confirmat *Cravetta. cons. 276. n. 4.* Ubi latè deducit, quod si assertio illius, qui petit rem feudalem, non sit clarè probata, sed aliquâ saltem ratione, per oppositiones à reo factas, reddatur dubia & incerta, debeat actor succumbere, quod & urget, *Gail. 2. obs. 149. n. 1. 5. in fin. & n. 6.* id quod etiam in probatione filiationis non minùs in cæteris causis necessarium *l. 13. 14. C. de probat. l. 15. C. de fid. instrum.* quia debet concludenter probare, se filium esse, qui id asserit & hæreditatem, vel simile quid auferre vult è manu possessoris. *Pacian. lib. 2. de probat. c. 7. n. 17. 22. 24. & seqq.*

22. Probationem non debere esse ambiguam, sed concludentem, præsertim contra possessorem.

Horum omnium nihil præstitisse Francum: nam quod *sub num.* 3. chartam producat, in qua scriptum, quod Jacobus & Franchinus quondam fuerint fratres, & Nicolai cujusdam filii, dein *sub n.* 4. quod Franchinus cedat locum N. fratri suo Jacobo natu majori, & sub *n.* 5. quod Franchinus Sempronius fuerit frater Jacobi, & quod Nicolaus, Joannes Petrus, & Joannes Jacobus fuerint filii Franchini: His tamen obstare, quod documenta nec integra nec in originali exhibeantur,

23. Instrumenta inter privatos confecta contra tertium non probare, præsertim in demonstranda filiatione.

beantur, atque quod potissimum est, ad intentionem Franci non prosint, eò quod sint instrumenta privata inter alios composita, quæ adversus tertium aliquem non probant; multa enim intervenire possunt, cur in instrumentis à privatis contrahentibus aliud scribatur, quam quod gestum, aut in rei veritate inventum fuerit, ut ideo, instrumenta inter privatos concepta adversus tertium non probent, sed saltem inter partes, inter quas concepta sunt, velut est textus in terminis filiationis *in l.* 13. *Cod. de probat.* ibi: *non epistolis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus vel adoptionis solennitate conjungitur*; & in *L. seq. non nudis asseverationibus, nec ementita professione licet utrique consentiant, sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solenni civili jure patri constituuntur. tot. tit. C. plus valere, quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. Rosenth. de feud. c.* 2. *concl.* 34. *in fin. gloss.* quemadmodum nec res in judicio examinata & judicata contra alium, qui in lite non fuit, probare potest, per *L.* 63. *ff. de re jud.* nec verba enunciativa fidem faciunt contra tertium, *Rosenth. d. loc.* ubi post *Alexand.* docet, verba enunciativa in actu inter avos vel proavos, vel alios gesto, prolata, pro contrahente quidem adversus contrahentem, non autem pro tertio, nec pro nepotibus aut pronepotibus, & multo minùs contra tertium probare; cum præsertim instrumenta producta non evincant, nec dicant, quod Nicolaus Sempronius præcisè fuerit pater illius Jacobi senioris, qui à Carolo V. est investitus, vel quod Jacobi istius frater fuerit idem ibi relatus Franchinus, hujus verò filius alter Nicolaus: quia quidem cognationes istæ singulis privatis Scripturis conquirantur, sciri tamen ex iis non possit, quod & quinam Nicolai Franchini, Jacobi, aliive Sempronii fuerint in rerum natura, multò minùs istos nominatos per ordinem nativitatis à Nicolao per Franchinum, usque ad modernum actorem à linea recta legitimè descendisse; præsertim cum de loco & ordine patris Franci actoris, quem ipse Jacobum fuisse dicit, nil in hisce instrumentis confirmatur, cujus filius ipse fuerit, & an in eadem linea à Franchino cum cæteris nomininatis descendat, unde tota actoris Genealogia deliquium patiatur.

Et quis etiam Jurisconsultus inter omnes tradidit, quod per instrumenta, ex placito privatorum conscripta, ob solam nominationem filii in iis contentam, legitimatio probata sit? cum contrarium pateat *ex* §. *ult. instit. de adopt.* & supra modò citatis legibus 14. & 15. *Cod. de adopt.* etiamsi enim in antiquis leviores admitti videantur probationes, id tamē locum non habet contra possessorem, à quo actor rem legitimò titulo possessam vindicare vult, quo casu actor plenè probare debet, non obstante temporis antiquitate, *Gars. tract. de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 270. multi siquidem esse potuerunt Nicolai, Jacobi, Franchini, qui etiam avorum, patrum, fratrum locum inter se obtinuerint, eo tamen nativitatis, gentis & agnationis ordine

24. Contra possessorem etiam in antiquis leviores probationes non admitti

te non contigerint, quem actor intendit, uti probat exemplo suæ personæ Jurisconsultus Jacobus Sempronius, qui de Semproniorum quidem prosapiâ natus, & Jacobus dictus est, incertum tamen an, & quo gradu Jacobum Sempronium ab Imperatore Carolo V. investitum contigerit. Ex his patere, quod actor nullâ planè ratione impleverit probationem sibi incumbentem, sed per *libros publicos Parochiales*, aliaque instrumenta indubitata, quibus directè & per se descendentia ob oculos ponitur, id debuisset præstare.

Testes porrò ab actore productos, eorumque testimonia nil probare, quia non legitimè nullis comunicatis articulis, nec datis interrogatoriis, nec citato reo ad videndum jurare, sint examinati. *Auth. sed etsi. C. de Test.* 25. Testes non legitimè examinati non probant.

Probari insuper ab actore debuisse, feudum N. esse antiquum, quod ad omnes prætensi Nicolai posteros, ordine successivo feudali, continuâ, nec unquam per aliquem intermedium possessorem vel titulum interruptâ serie, in personam Jacobi, ejusque & Franchini descendentes fuerit devolutum, quæ probatio omninò requiritur & in Camera Imperiali sæpiùs sic judicatum esse tradit *Rosenth. c.* 2. *concl.* 26. *n.* 7. 8. 9. & *concl.* 27. *n.* 31. ita ut præsumptio feudi antiqui hoc casu in petente contra possessorem, nullum planè obtineat locum, neque continuam possessionem majorum Jacobi à Carolo V. investiti probari per litteras investituræ de *anno* 1536. utpote quas quidem asserunt, quod Imperator edoctus sit, ferè annis quatuor centum per Divos Prædecessores suos, locum N. concessum fuisse in feudum, sub titulo Comitatus, antecessoribus Jacobi; non verò, quod continuâ, & non interruptâ serie locum istum possederint, prout etiam verba enunciativa instrumentorum nec in antiquis probent contra tertium *Nicol. de Passer de verb. enunciat. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 27. 101. *q.* 5. *n.* 105. & *lib.* 3. *q.* 4. *Guid. pap. dec.* 24. *Mascard. de probat. concl.* 541. *n.* 14. *vol.* 1. quia contra possessorem actor debet plenissimè probare, non obstante temporis antiquitate. *Nicol. de Passer. lib.* 2. *additament. ad tract. suum de verb. enunc. quæst.* 27. *n.* 10. *Pacian. lib.* 1. *de probat. c.* 66. *n.* 27. 28. Et verba investituræ enunciativa sine præcedenti causæ cognitione prolata, ipsamet demonstrant privilegia, & investituras anteriores, ex quibus tamen solis vera & specifica cognitio acquiri potuisset, bellorum calamitatibus fuisse deperdita. Quid quod collationes feudorum non sunt actus contentiosæ jurisdictionis, in quibus proinde etiam non requiritur accurata causarum seu probationum deductio, nec talia in foro contentioso pro veritate & probatione adferri possunt, *Nicol de Passer. de verb. enunc. q.* 5. *n.* 53. & 59. Idcirco si princeps in talibus dicat, se edoctum esse, intelligi tantùm, quantùm ad gratiam faciendam attinet. *Decian. conf.* 41. *n.* 21. *vol.* 1.

26. Verba enunciativa in antiquis contra tertium possessorem nihil probare.

Insuper quamvis hoc feudum videatur esse concessum jure feudi antiqui, seu in feudum

27. Quando feudum novum concedatus jure feudi antiqui.

dum antiquum, ut sic quoque in eo collaterales succedant, *Clarus in §. feudum q.* 8. magna tamen est differentia, an princeps feudum novum scienter, eo singulari pacto & provisione constituat, ut licet sit feudum novum, tamen jus feudi antiqui obtineat, an verò saltem antiquum nominet, ob majorum Vasalli possessionē antiquam, quia in hoc nihilominus probare debet actor feudum ordine successionis à primo acquirente ad se devolutum esse. *Rosenth. c. 2. concl.* 13. *n.* 4. *& concl.* 15. *n.* 4. *concl.* 28. *n.* 8. eo enim solo confertur effectu, ut feudum, quod antea in familiâ noviter investiti fuit, habeatur, & in illo succedatur eo jure, quod verè ab atiquo & à præcedentibus possessoribus in eo obtinuit; unde in feudo novo concesso, jure feudi antiqui agnati præcisè succedunt jure illius pacti, quo jus feudi antiqui specialiter est constitutum, in feudo verò antiquo, quod datur, sicut ab aliis est possessum, debet probari, possessores priores revera ita tenuisse; sicut etiam Imperator *Carolus V.* non concedit hoc feudum jure antiqui, sed saltem nominat antiquum, & antehac infeudari solitum

28. Investituram ad fratres collaterales non extendi sine expresso pacto.

in ascendentibus, unde nulla infertur ad collaterales extensio, sed verba tantùm accipienda sunt in favorem Jacobi, & ejus descendentium, quatenus eis utilia esse possint, nempe in honore & dignitate Comitum Imperii, quia Imperator, de reductâ antiquæ Comitivæ dignitate singulariter in litteris investituræ prospicit. Et frater fratri non succedit, nisi de eo specialiter sit actum *Gail.* 2. *obs.* 161. ut quæ ad descendentes Jacobi specialiter expressa sunt, non debeant ad alios extendi, præsertim cum feudum hoc antiquum tantùm Jacobo & ejus descendentibus sit collatum, intuitu Jacobi, ut ex verbo investituræ apparet; ipse enim Jacobus solus petiit, & illi ejusque descendentibus solis datum est, ob bene merita, itaque ad Collaterales non pertinet *c.* 9. *memb.* 2. *concl.* 66. *n.* 39. cum etiam primogenitura & mercatus ipsis de novo sint attributa, idque propter perpessa damna & jacturas, dum Jacobus Imperatori militavit, nullâ unquam factâ Franchini, vel ejus descendentium mentione, adeo ut locus N. tempore divisionis fraternæ *Anno* 1530. non fuerit habitus pro feudo, quia de tali qualitate in instrumento divisionis non fit mentio, & Jacobus demum *anno* 1536. in feudum recepit, & aliàs minùs in divisione accepisset, cum allodialia semper pluris quam feudalia æstimentur.

Ex quibus omnibus pateat intentionem Imperatoris vocantis tantùm filios seu descendentes Jacobi legitimos nunquam se extendisse ad extraneos, deficiente lineâ vocati Jacobi, cum transversales nunquam vocentur, nisi ex aliquo privilegio de ipsorum vocatione appareat. *Intrigliol. de feud. cent.* 1. *q.* 50. *n.* 12. *Michaloc. de fratrib. p.* 2. *c.* 24. vel quod aliquis transversalis antiquo tempore fuerit in feudi possessione. *Fontanell. decis.* 586. *n.* 17. 19. *Jul. Clar. in §. feud. q.* 83. *Tuscus lit. P. concl.* 552. *n.* 4. nusquam tamen probatum, quod duobus fratribus, Jacobo & Franchino scilicet, concessa fuerit investitura cum qualitate, ut finitâ lineâ unius transmitteretur ad aliam; quia Jacocus nullo verbo stipulatus est pro Franchino, sed tantùm pro se & descendentibus suis; Hinc fatetur actor Sempronius, novam ab Imperatore Carolo V. feudo inductam esse formam, quam tamen accidentalem esse appellat, quod tamen est absurdum, quia hæc forma non potest ampliùs à feudo separari, & jam à temporibus *Caroli V.* hucusque est continuata; hæcque forma sine dubio eâ ratione tributa est, quia neglecta erat magno annorum intervallo feudi investitura, prout ex divisione fratrum Jacobi & Franchini apparet, quæ facta est *anno* 1530. & demum post sexennium *anno* 1536. investituram ab Imperatore *Carolo V.* obtinuit, sed ex gratiâ propter merita sua in bello pro se & suis descendentibus, quæ gratia Franchino non petenti prodesse non debet. Ut ex his eluceat, verba, *tanquam de feudo antiquo, avito, & tritavito*, non tollere novam formam inductam clarè per novam concessionem, cum respiciant tantùm antiquitatem in principe concedente, quod feudum fuerit solitum infeudari in ascendentibus olim dicti Jacobi noviter investiti; aliàs concessio contineret contraria, nempe investituram super feudo novo pro filiis & descendentibus Jacobi, & simul confirmationem feudi antiqui pro collateralibus, quod non præsumitur; præsertim cum solus Jacobus præstiterit servitia, intuitu quorum Imperator feudum de novo concessit, quæ causa movens non reperitur in Franchino; Et si Imperator voluisset largo modo concedere, ut finitâ lineâ Jacobi succederet linea Franchini, utique id expressisset.

Quin etiam quia Francus se Comitem nominaverit in primodio judicii, qualis tamen non sit, ideò commisisse crimen stellionatus, quod importat privationem ab omni audientiâ, *t.t. de ambitiosis*; hinc contra Fiscum non posse, nec debere audiri; tum etiam quia feudum dicatur in novissimis concessionibus *hæreditarium*, in eo non possit aliquis succedere, *qui non sit hæres ultimi Vasalli*, cujus tamen hæreditas vacans declarata sit ad instantiam Regii Fisci coram Magistratu extraordinario Mediolani, quemadmodum etiam defunctus adhuc vivens se nullum in feudo successorem habere scripserit.

Testes ab actore Mediolani productos, & ad perpetuam rei memoriam examinatos, nihil probare, cum id factum sit contra prohibitionem novissimarum constitutionum Mediolani, *c. nemini de probat. lib.* 2. sub pænâ aureorum viginti quinque pro quolibet teste ac nullitate totius examinis, ita ut nullam fidem nec præsumptionem inducant, nec suspicionem faciant, cum præsertim examinati fuerint, non auditâ nec citatâ parte, contra jura municipalia Provinciæ Mediolani: Testis insuper primus Bartholomæus Castellus excesserit fines interrogationis, nil possideat in bonis, & ad testimonium sit inductus, servus diu carceratus ob delictum, deponens de auditu: Alter Baptista Rubeus de-

deponit pariter de auditu tantùm, *il qualle Sr. Capitaneo per quello si dice come agnato più prossimo*, quæ verba tantum relativa sunt, ut testes videantur ad ita deponendum conducti, præsertim cum hic fuerit Stator Turmæ actoris Capitanei Franchi militiæ popularis Mediolani, cui proinde nulla fides adhibenda, maximè cum agatur de interesse Fisci Imperialis, quo casu nequeunt testes examinari, nisi præsente Fisco, quod maximò observetur in Provinciâ Mediolanensi ex *noviss. const. tit. de jure & privileg. Fisci & tit. de judic.*

Porro non obstare productũ sub *n.*3. *de An.* 1530. in quo Luciæ de Serbellionibus Franchini uxoris dos assecuratur, cum illud ipsum suspicionem illegitimitatis inducat, quia certum sit in jure, quod fidejussores dotium non dentur, nisi agatur de fratris illegitimitate, cum etiam liqueat ex Genealogiâ appositâ, quod ipse Franchinus non potuerit esse frater Jacobi primi, & ideo supprimi ab actoribus originale Testamentum Nicolai, recensitum in Instrumento renuntiationis factæ à Dominâ de Vice Malâ.

Hinc quoque non obstare Instrumentum Divisionis inter fratres Jacobum & Franchinum, quia remaneat eadem simulatio personarum ab actore dilucidanda, an sit Franchinus primus, qui obiit sine liberis; an verò Franchinus secundus, & hoc etiam posito, tamen feudum relictum esse Jacobo, qui solus pro se & descendentibus de eo investitus.

Reliqua instrumenta sub *n.*4. 5. 6. & 7. quoque non juvare actorem, quia tantum dicant de jure Comitis Jacobi, stipitis diversi ab actore, imo Comitem Jacobum in suo testamento *anno* 1530. instituisse heredem Hieronymum de populo nepotem ex sorore Altadonâ, eâ lege & conditione, ut vocari deberet de Sempronio, prout appareat sub *lit.* C. id quod Franchinus non permisisset, si aliquod jus ipsi competere potuisset in feudo: *Anno* 1538. Comitem Jacobum duxisse Barbatam Siccam, & ex eâ suscepisse filium Titium, successorem feudi. Ultimo Comite Joanne mortuo, ad instantiam Regii Fisci propositis Edictis, nullum comparuisse Agnatum, & hinc hæreditatem ejus declaratam esse vacantem. Nec sufficere, probare agnationem in genere, quod sint gentiles ejusdem familiæ, iisdem utantur armis & Majorum imaginibus, quia tamen exclusi remaneant. *Gail. obs.* 150. *n.* 12. 13. Hæc sunt argumenta partium.

29. Considerationes super argumentis utriusque partis.

Non irrelevantibus argumentis actor intentionem suam jusq; succedendi in feudum demonstrasse videtur. Patet enim ex Investiturâ Imperatoris Caroli V. feudum hoc in familiâ Semproniorum fuisse antiquissimum, utpote quod jam *Anno* 1536. quatuor centum annis fuisse in possessione Semproniorum, in dictis Investituræ litteris asseritur: Ex quo dubium superesse non potest, quin omnes â primo acquirente descendentes in eo succedant, & ad feudum admitti debeant. Patet autem ex Instrumentis à Franco actore allatis, & quidem sub *N.* 3. quod Nicolaus communis pater fuerit Jacobi & Franchini, â quo Franchino actor originem derivat. sub *n.* 4. quod Franchinus in divisione fraternâ *anno* 1530. fratri Jacobo cesserit feudum, sub *n.* 5. quod Franchinus tres habuerit filios, Nicolaum, Joannem Petrum, & Jacobum, sub *n.* 6. quod Nicolaus fuerit Franchini filius, sub *n.* 7. quod Nicolai filius fuerit Joannes Jacobus, ex quo, vi quoque testimonii ex libro Baptismi, descendit actor Francus, sicque originem ducit à communi patre fratrum Jacobi & Franchini, quorum prædecessores per quadringentos & plures annos feudum controversum possederunt: Ista documenta corroborantur dictis testium ad perpetuam rei memoriam, sub *lit. B.* nec non alio examine testium 4. de *anno* 1640. qui deponunt Nicolaum Sempronium actoris Avum habuisse uxorem Addam, & cum eâ procreasse Joannem Jacobum, & Joannem Baptistam, ex quo Joanne Jacobo natus sit actor Francus, & illius frater Joannes Petrus: quæ omnia ulterius firmantur ex sententiâ Mediolanensi de 1674. qua declaratus est actor hæres fideicommissarius defuncti Comitis Joannis tanquam legitimus descendens ex Franchino. Juris autem est, quod Agnati descendentes â primo acquirente in infinitum succedant. *Gail.* 2. *obs.* 149. 150. & 154. Atque etsi ex Instrumentis productis nullum attestetur de legitimitate descendentiæ, cujus probatio ferè sit fori Ecclesiastici, & per libros parochiales Baptismalesque soleat impleri, tamen est præsumptio pro matrimonio, & nominatio tractatioque pro filio constituit, in quasi possessione filiationis, ita ut in negantem transferatur probatio, *Gail.* 2. *obs.* 97. *n.* 6. & probatio legitimitatis etiam fieri potest, admittiturque passim in Italiâ per instrumenta sæcularium, ne fiat obligatio ad impossibile, si præcisè per libros Baptismales fieri deberet, qui ob bella, per multos annos in Italiâ continuata, facilè poterunt petire, eorumque usus non nisi post Concilium Tridentinum paulisper est introductus.

30. Præsumitur pro matrimonio, & per tractationem pro filio aliquis constituitur in quasi possessione filiationis.

Nec nocet actori, quod Jacobus Sempronius ab Imper. *Carolo V. anno* 1536. de novo, tanquam de feudo caduco, ex gratiâ, & propter benemerita, pro se & suis descendentibus solum fuerit investitus, quia posito, non concesso, quæ de novitate feudi in personâ Jacobi asseruntur, tamen illa Investitura facta est *de feudo tanquam avito, tritavito & antiquissimo*, quo casu feudum etiam revera novum, tamen censetur jure antiqui, ejusque naturam induit, ut omnes collaterales in infinitum in eo succedant. *Mynf.* 4. *obs.* 84. *Gail.* 1. 51. *Jul. Clarus* §. *feudum q.* 8. *n.* 2. *Rosenth. c.* 2. *concl.* 13. ut proinde etiam hoc casu actor veniat admittendus, neque etiam reum rationem habere tantopere gloriandi de suâ possessione, & de transferendo in actorem petitorio, cum legitima non sit ipsius possessio, quia non possideat proprio jure ut Agnatus, neque jure Fisci possidere possit, quia Fiscus necdum obtinuerit sententiam

31. In feudo novo concesso jure feudi antiqui collaterales in infinitum succedere.

pro

pro se, qua non latâ, non possit aufferri Vasallo feudum: *Rosenth. c. 11. concl. 19.* eò

32. In dubio contra Dominum vel fiscum pronunciandum.

quod odiosa sit feudi devolutio ad Dominum, & in dubio pro non finitâ lineâ contra Dominum judicandum. *Thessaur. quæst. forens. lib. 1. q. 61. n. 2.*

His accedit publica vox & fama, de qua asserunt testes anno 1640. quod Nicolaus & Adda pro conjugibus, ipsorumque filii & nepotes pro talibus publicè sint nominati, reputati & habiti, fama verò publica constituit aliquem in quasi possessione. *Escobar. in tr. de purit. & nobil. proband. p. 1. q. 10. n. 15.*

33. Fama & leviores probationes in antiquis admittuntur pro filiatione demonstranda.

& probat in antiquis, quæ aliàs sunt difficilis probationis, ut est filiatio stirps, descendentia, ne similes antiquæ & incorporeæ qualitates destituantur probatione, si ad famam recurrere non liceret, *idem Escobard. §. 2. per tot.* præsertim si fama vestita sit aliis pluribus argumentis, & circumstantiis, velut hic adductis documentis & sententiâ Mediolanensi: filiatio enim tanquam difficilis probationis probatur conjecturis, V. G. nominatione & assertione patris spontaneâ, præsertim Judiciali, alimentatione & tractatione pro filio, nec non famâ, per text. *in L. si mater ff. ne de stat. def.* quæ præsumptiones simul junctæ plenam faciunt probationem, *Besold p. 2. consl. 296. n. 1. & seqq. Menoch. 6. præf. 53. n. 1. & de arb. jud. lib. 2. cas. 89.* Si quis enim tractatus fuerit ut

34. Varia argumenta pro filiatione probanda.

frater, ait *Michalor tn tr. de fratrib. p. 2. c. 58,* licet id plenam & necessariam probationem non efficiat, sed tantùm præsumptionem, tamen constituit in quasi possessione fraternitatis, & onus probandi rejicit in adversarium; Si enim concurrunt conjecturæ concludentes, ut tractatus & recognitio, ab utroque parente testes deponentes de commercio parentum tempore conceptionis, ita ut coarctetur negativa alterius accessus ad mulierem, omnesque deponunt per publicam vocem & famam, satis probata videtur filiatio, etiam quoad successionem in fideicommisso tradit *Fautin. decis. 57. per tot. & decis. 37. per tot.* ubi adfert exemplum in patre, qui statim à Baptismo, ubi in libro Baptizatorum inscriptus erat tanquam ejus filius, ipsum ut filium educaverit, quod insuper vox & fama publica, effigies patris in vultu accesserit, & quod omnes conjecturas longè superat, quod ipse adversarius eum antehac pro tali agnoverit, ut in præjudicium nominantis sit in quasi possessione, præsertim cum etiam testes deponant, quod tempore conceptionis & nativitatis ejus nullus habuerit cum muliere commercium; filiatio namque directè & evidenter ratione progenitoris probari non potest, nisi conjecturis & præsumptionibus coacervatis, si pater in morte sit protestatus, & continuo filium ut talem nominaverit, & tractaverit. *Ant. de Pilaja in tr. de protest. consid. 35. per tot.* Hinc ut probatio filiationis dextrè procedat, quidam existimant, solam possessionem filiationis articulandam esse, quod sustinet *Fabricius in Gail. lib. 2. obs. 97.* ut scilicet onus probandi eo ipso transferatur in adversarium; filius namque natus ex legitimâ uxore, cum qua Maritus cohabitat, præsumitur legitimus, *L. filium definimus. ff. qui sunt sui vel alien. jur. l. si vicinis. C. de nupt. c. per tuas 10. de probat.* ita ut in natis ex tali uxore præsumptio sit juris & de jure, vel saltem præsumptio juris, quod sint filii mariti, *d. l. filium. Arias de Mesavar. resol. lib. 3. c. 39. n. 1. & 2.*

Imo præsumptio est pro legitimitate & matrimonio; cum enim necesse sit, aliquem nasci ex legitimo & licito, aut illegitimo concubitu, præsumendus est potiùs natus esse ex licito; Nam ub duo præsumptiones oriuntur, illa potius obtinere debet, quæ excludit delictum, *unde in c. lator. qui filii sunt legit.* patet, illi onus probandi incubuisse, qui filium ex legitimo matrimonio natū non esse objecit, quia filium ex viro & uxore natum esse præsumitur, licet uxor adulterium aliquando comiserit *l. miles §. defuncto ff. ad L. Jul. de adult. Fachin. controv. lib. 3. c. 35. & de probat. agnationis*, tradit *Joh. Baptista Ciarlin. Controv. forens. lib. 1. c. 23.* nec non de probatione matrimonii, *Andreol. controvers. 277. per tot.* ut ex his omnibus vix dubium superesse possit, actorem ad feudum admittendum esse.

35. Inter duas præsumptiones eligenda est illa, quæ excludit delictum.

Sed institit denuò Fiscus variis argumentis, & posuit duas rationes. Quia *primò* actor excluditur, quia feudum in personâ Jacobi penitus est novum, quod collaterales, qualis est actor ex Jacobi fratre descendens, non admittit; *secundò*, posito feudum esse antiquum, actor tamen suam agnationem & legitimitatē ad succedendum in eo non probavit.

36. Recensentur aliæ fisco motæ rationes.

Quod ad primum attinet, non potest producere actor antiquiores Investituræ Litteras, quam illas ab Imperatore Carolo V. de anno 1536. in quibus quidem enunciat Imperator, se edoctum esse, quod jam ab annis ferè quatuor centum per prædecessores suos concessus fuerit in feudum locus N. antecessoribus Comitis Jacobi ex Nobili familiâ Semproniorum, per quos possessa fuerit Curia Regalis, & ab ipso Jacobo possideatur, virtute antiquorum privilegiorum & investiturarum, etsi ob calamitates & ex longo temporum tractu deperdita sint: sed non probatur exinde feudum antiquum in personâ Jacobi; *primò*, quia ipsemet Jacobus petiit ab Imperatore Carolo V. de novo investiri, qui etiam de novo, quatenus expediat, concessit, quo ipso Jacobus agnovit feudum olim antecessoribus suis concessum fuisse caducum, ut ipse de novo investiri ex gratiâ Cæsarea debuerit. Idque apparet clarè *secundò*, ex documento ab ipsomet actore producto sub *præsentato* 3. Febr. 1678. nimirum quod anno 1514. post mortem patris Nicolai, ambo fratres, Jacobus & Franchinus homagium susceperint à subditis feudalibus loci N.

Nec non *tertio*, ex instrumento divisionis sub præsentato 21. *Octobris 1669.* de *anno* 1530. ubi Franchinus cessit locum N. fratri suo Jacobo. Cum itaque ab anno 1514. usque ad annum 1536. omiserint investituræ renovationem, indubium est, feudum domino directo devolutum esse, quia Vasallus committendo feloniam ipso jure amittit feudum, *Gail. 2. obs. 81.*

Idcirco *quarto*, Imperator fecit gratiam soli Jacobopetenti, pro se & suis filiis, heredibusque & successoribus, ordine primogeniturae, quia gratia ad Franchinum non petentem extendi non potest; cum natura feudi novi haec sit, ut *collaterales* ab ejus successione excludantur 2. *f.* 11. *vers. quod ita intell.*

Et quamvis *quinto* actor captare velit verba Investiturae, quasi Imperator Carolus V. investiverit Jacobum de terrâ N. tanquam *feudo antiquo, avito, tritavito*, & antiquissimo, in quo etiam collaterales admittuntur, atque extra omne dubium sit, *feudum novum concedi posse jure antiqui*, nach Art und Eigenschafft eines rechten Stamm- und Altvätterl. Lehen/ quia pacta dant legem contractui, & ex tenore Investiturae tota natura & conditio feudi dependet, *Finckelthaus. controv. feud. disput.* 2. *concl.* 15. tamen in his investiturae litteris non invenitur, quod Imperator expressè pronuntiaverit & consenserit (id quod tamen ad constitutionem feudi antiqui ex novo requiritur *Rosenth. de feud. c.* 2. *concl.* 13.) quod Jacobus locum N. habere debeat jure feudi antiqui, vel ut sit antiquum, & antiqui feudi naturam assumat; quia Comes Jacobus nihil aliud petiit, nisi Investituram de terra N. in feudum Comitatus antiqui, Nobilis & Gentilis cum eodem titulo Comitatus: Et Imperator creavit Jacobum ejusque filios Comitem & Comites, eosque de terra N. in Comitatum antiquum, Nobilem & Gentilem nedum avitum & tritavitum investivit; Quae verba tantùm ad dignitatem Comitatus, ejusque antiquitatem in hâc familia Semproniorum renovandum tendunt, quod apertè elucet ex verbis statim sequentibus: *privilegia confirmamus, approbamus, & quatenus expediat, de novo, & ex superabundanti ipsum Jacobum ejusque filios, haeredes & successores legitimos, ordine semper primogeniturae servato, in infinitum Comitem & Comites dictae terrae erigimus, insignimus, creamus, facimus, ipsumque & filios suos de dictâ terra in Comitatum antiquum, Nobilem, Gentilem, nedum avitum & tritavitum investimus, decernentes, ipsos Comites nominari, teneri, honorari, sicut alii Sac. Romani Imperii Comites, etiam antiquissimae & dignissimae prosapiae*, ita ut haec verba, quoad ipsum feudum in praejudicium concedentis Imperatoris trahi non debeant; praesertim cum illa sententia, quod feudum novum jure feudi antiqui, vel tanquam antiquum concessum, in omnibus secundùm naturam feudi antiqui debeat censeri, suos habeat contradictores, *Oldrad. Castr. Alexand. Jason. Alberic. Ant. Gabr. Rom. in comm. opin. Brunn.* teste ipso *Rosenth. c.* 2. *concl.* 13. *lit. b.* qui in eodem *c. concl.* 15. explicat effectus feudi novi, jure antiqui concessi, quod scilicet solùm consideretur ut antiquum favore Vasalli, qui propterea sine consensu Agnatorum illud tanquam novum possit alienare, quod Agnati in eo non succedant, nisi sint haeredes ultimò defuncti, & qnod tunc demum ut antiquum concessum censeatur, si clausula illa, *jure feudi antiqui*, sit prolata per verba dispositiva; secus si tantùm aliàs asserat feudum esse antiquum: Cui consentit *Niger Cyriac. controv.* 595. sed cum de tali clausula in his investiturae litteris nihil reperiatur, per se collabitur praetensio collateralium. Itaque non datur locus actori Franco tanquam Collaterali Jacobi in feudo novo, quod est fundamentum primum.

Secundum fundamentum est, quod supposito etiam feudo antiquo, vel novo jure antiqui concesso, actor tamen *agnationem & legitimitatem* suam pro praetenso jure successionis in feudum neutiquam probaverit; qui enim agit tanquam Agnatus, debet probare, se esse talem, incipiendo à communi stipite, vel saltem à germanis fratribus, & descendendo per singulos gradus ex utroque latere, clarâ computatione omnes distinguendo propriisque nominibus & aequipollentibus indiciis designando, *C. tua* 7. *de consang. Mascard. de probat. concl.* 73. *n.* 4. *& concl.* 410. *n.* 21. *Niger Cyriac. Controv. forens.* 281. *n.* 12. *& seqq.* ubi multos alios allegat. Secundò demonstrandum esse actori, qui uti Agnatus agit, se & eos, à quibus descendit, usque ad gradum controversum fuisse *legitimos*, quia agnatio non causatur, nisi mediante legitimâ conjunctione, §. *adversùs. instit. de nupt. l.* 2. *& l.* 4. *ff. unde cognati*; non enim satis est probare filiationem, sed etiam oportet *probare legitimitatē*, & filiatio est plenè probanda, quando non agitur de bonis nominantis aliquem filium, sed aliunde proventis, quia tunc illa nominatio est res inter alios acta, *Ciarlin. Controv. forens. c.* 111. *n.* 6. *&* 14. *Gratian. discept. forens.* 562. *n.* 78. 79. Nam cum fundamentum actionis sit in actore, tam suâ, quam Majorum legitimitas, ex qua deducitur agnatio, necesse habet probare & suam & Majorū legitimitatem, quia fundans se in aliqua qualitate, liquidò eam demonstrare debet, nec praesumptiones juris ad eam sufficiunt. *Cothman.* 2. *resp.* 54. *n.* 11. non obstante opinione *Menochii lib* 6. *praesumpt.* 54. *n.* 20. quam *Niger Cyriac.* modò supra allegato loco *n.* 18. tradit non esse veram, nec procedere, quando is, qui facit fundamentum in legitimitate, est actor, sive eam deducat incidenter, sive principaliter, prout etiam ipsemet *Menoch. in consiliis suis, cons.* 27. *n.* 39. *Versu: respondetur secundò &c.* seipsum declarans edocuit, opinionem suam non procedere in actore, quam sententiam quoque *Cyriac. d. loc. n.* 18. ait: se quadraginta quatuor autoribus corroborasse; eamque defendunt *Socin. sen. cons.* 39. *vol.* 1. *n.* 1. ubi *n.* 2. dicit esse communem. *Decius cons.* 471. *n.* 2. ubi ait: ita judicatum *Pasett. cons.* 109. *n.* 5. ubi de veriori & communiori testatur, *Bursat. cons.* 88. *n.* 5. *Borgnin. decis.* 12. *n.* 5. & haec fundamenta Consilium Imperiale Aulicum in gravi causâ *mense Martio anno* 1672. commoverunt; magnum enim pondus in eo situm est, an agnatus actor sit vel reus, quia filius potius praesumitur spurius quam naturalis, & potius naturalis quam legitimus, si non sit in possessione, ita ut teneatur ad probatio-

37. Quomodo agnatio probanda sit.

probationem per text. clarum *in l. 14. §. 1. ff. de probat.* ubi *Ulpianus* ait: *circa eum qui se ex libertinitate ingenuum dicat, referendum est, quis actoris partibus fungatur? & siquidem in possessione libertinitatis sit sine dubio ipsum oportebit ingenuitatis causam agere, docereque se ingenuum esse; sin vero in possessione ingenuitatis sit, & libertinus dicatur, scilicet ejus, qui ei controversiam movet, hoc probare debet, qui eum dicit libertum suum.* Ex quo textu clarè probatur distinctio suprà ex Cyriaco relata, qui etiam in hunc finem refertur *à Cresp. de Valdaura obs. 23. q. 5. per tot. Castillo tom. 3. c. 124. n. 12.* quod si itaque legitimitas & sua & majorum ab actore probanda est, atque alio modo ad successionem feudi pervenire, & possessori illud extorquere non potest: Habemus judicialem ejus confessionem sub præsentato 1. Decembris 1671. ubi disertis verbis ait: non obstat quartò nullum ex Instrumentis recensitis de legitimitate descendentiæ testari; cùm enim in Instrumentis nominentur filii, potior est præsumptio pro matrimonio, & nominatio filii tribuit quasi possessionem filiationis: quibus verbis, ex doctrina modò suprà relatâ, se ipsum condemnavit actor, quia in actore, quoad obtinendam successionem, cessat præsumptio legitimationis, nec prodest possessio filiationis; Quia etsi nominatione in filium quis constituatur aliàs in quasi possessione filiationis, id tamen non fit aliter, nisi in nominantis tantùm præjudicium, vel habentium causam ab eo, non in præjudicium tertii, aut ipsius Domini directi, quoniam in his casibus aliunde probanda est filiatio, & quasi possessio non attenditur in judiciis decisoriis seu petitoriis, *Fantin. decis. 42. n. 18. & seqq.* ubi multos allegat *Marescot. resol. 18. n. 24. Mascard. concl.* 786. *n.* 3. 4. 6. *& concl.* 799. *n.* 18. Quod egregiè firmat *Fachin. lib. 1. controv. 73. ex l. filium de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Ubi ICtus ait: *filium definimus, qui ex viro & uxore* ejus nascitur, ergò id probare debet qui se filium asserit, quia in judiciis petitoriis non sufficit præsumptio, quæ ex educatione & alimentatione, nec non nominatione filii oritur; quod patere ait *Fachin. d. loc.* ex eo, quod ex possessione dominium præsumitur secundum Bartholi sententiam communiter receptam *in L. quidam in suo ff. de condit. instit.* & tamen hæc præsumptio non sufficit in rei vindicatione, sed probanda sunt titulus, traditio, pretii numeratio, & diuturna possessio: Sic etiam in vindicanda hæreditate præsumptio filiationis non sufficit. Hactenus Fachin. Et profectò plenioribus demonstrationibus implenda est filiationis & agnationis probatio, nimirū, ut testes deponant filium conceptum constāte matrimonio, ex legitima uxore in domo mariti, quā ipse cohabitabat, *d. l. filiū definimus ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt. l. vicinis C. de nupt. c. per tuas* 10. *de probat.* ut sit nominatus & publica reputatione habitus ut filius, ut testes sint conformiter examinati, & concurrant extractus *à Parocho, ex libris matrimoniorum & Baptismatum, Dom. Fantin. decis. 27. n. 23. Urceol. consult. forens. c. 80. n. 51. Arias de Mesa variar. resol. lib. 3. c. 39. n. 1. & 7.* quia

38. Filium non præsumi legitimum, sed probare debere.

ex justis demum nuptiis nascuntur liberi legitimi, per *Instit. de patr. potest. d. l. 4. ff. de his qui sui vel alien. juris sunt;* ac proinde aliis jus succedendi non est, cum hoc sit matrimonii sequela, *Cons. Marpurg. vol. 3. cons. 34. n. 56.* Quod si enim favore antiquitatis per conjecturas admitteretur agnationis probatio, & legitimus possessor ex præsumptionibus & generalibus Instrumentis, in quibus incidenter aliqua fit mentio, posset condemnari, nulla familia secura esset, quia quilibet ingeniosus Tritavum sibi Principem aut Comitem ex Nobilissima prosapia fingere & legitimis possessoribus bona intervertere posset: Itaque sicut grave esse videtur, agnato probationem suæ agnationis constringere, ut sæpiùs non ipsi jus deficiat, sed melior probatio: ita æquè grave esse videtur, possessori rem justo titulo possessam auferre & actori plenè non probanti adjudicare.

Uno igitur ictu concidunt omnia actoris decantata argumenta & eó magis redduntur suspecta, quia recusat eadem testimonio *librorum Baptismalium & matrimoniorum* confirmare, sub prætextu ac si per bellicas calamitates omnes illi libri periissent, cum tamen nullum adferat ex locis illis authenticum amissionis attestatū, & tales libri saltem ab initio hujus sæculi haberi facilè possint.

Sed fortiora fuerunt argumenta agnati contra *Fiscum,* qui *sub bono Principe malam plerumque habet causam.* Itaque agnato feudum adjudicatum, & ipse investitus est, in feudo hoc antiquo, quod possidebat, demonstrata sufficienter suâ legitimâ à primo acquirente descendentiâ & jure successionis.

39. Pro agnato pronunciatum.

Graves & magnæ disputationes sæpius incidunt in feudorum successionibus circa probationem agnationis, quæ præsertim in factis antiquis solet esse difficillima, hinc ulterior disquisitio de hac materia sequitur, in qua examinatur, *quando feudum ad Agnatos, & quando ad fiscum devolvatur.* Hac in re varias in contingentia facti attuleruntagnati intentionis suæ probationes, apponendo *Genealogiam* à primo stipite, qui treshabuerit filios, Augustinum, Joannem & Pulcheriū, inter quos ab Augustino ipsi suam derivant originem, quā ut doceant, produxere apud Commissarium Imperialem duo instrumenta, alterum de *Anno* 1391. in quo dicitur, quod nobilis vir D. Augustinus de Titionibus fuerit filius quondam nobilis Domini Ricardi de Titionibus: Alterum de *Anno* 1502. in quo iterum Augustinus nominatur filius Ricardi de Titionibus, adeòque porrò probant Augustinum reliquisse filios Antonium & Ricardum, & porrò demonstrant descendentiam de gradu in gradum, usque ad modernum actorem. Cum verò à *Fiscali* in dubium revocetur, an Augustinus verè fuerit Filius Ricardi, adeòque frater Joannis & Pulcherii, cum facilè potuerit evenire, nod quidem habuerit patrem nominatum Ricardum, sed tamen non eundem, qui Joannem & Pulcherium progenuit, hinc ipsi ut Agnationem suam cum Joannis & Pulcherii lineâ demonstrent, inter documenta â Commissario transmissa hanc probatio-

40. Proponuntur ulteriores quæstiones de agnationis probatione, & quidem 1. per Genealogiam.

bationem producunt, quod Antonius & Nicolaus, filii Nicolai ex lineâ Joannis vendiderint Georgio Titionio filio Aeneæ ex linea Augustini certa quædam bona, & in literis contractus ipsum nominaverint propinquum, & de eadem familia. Item *folio dictorum Actorum* 151. quod Joannes & Petrus, cùm Joannes & Dominicus, & Joannes secundus fratres filii Joannis Antonii, ex linea Pulcherii pariter vendiderint certa bona dicto Georgio Filio Aeneæ, ipsum quoque appellando suum propinquum, & de eadem familia. Idem fecit *Anno* 1573. Delphinus Titionus, filius Joannis Mariæ, appellando itidem Georgium Titionum, emptorem suum propinquum, & de eadem familia. Quod etiam præstitit Hieronymus filius Georgii Titioni, sub iisdem formalibus *folio Actorum* 135. quibus fundamentis Agnati sperant suam satis demonstrare consanguinitatem, præsertim cum etiam testes produxerint, & quidem totum consilium Civitatis *Vercellensis*, quòd familia Titionorum delle Prive pariter atque familia di N. semper tenuerit principalem in consilio locum, & Baldaquinum portaverit sicut reliquæ lineæ, quod non fuisset admissum, si fuissent ex linea separata & communiter in tota civitate
41. Peridentitatem insignium. æstimari agnationem Titionorum, di N. & delle N. esse unam & eandem, prout etiam iisdem utantur insignibus, iisdem planè prærogativis, id quod porrò demonstraverunt per varios extractus antiquissimorum librorum, quod familia Titionorum delle N. in Consilio N. semper eosdem honores cum reliquis obtinuerit, ex quibus argumentis ipsi petunt ad feudi successionem admitti, eo quod in literis investituræ clarè expressum sit, quod finitâ unâ lineâ, proximior ex linea transversali admitti debeat ad feudum.

Multa tamen sunt, quæ huic Agnatorum intentioni ex parte fisci opponuntur; Et primò quidem negat fiscus, Augustinum fuisse filium illius Ricardi, qui pater fuerit Joannis & Pulcherii, sed alterius cujusdam Ricardi Coëtanei, de quo mentio fit in Instrumento divisionis sub 22. *Maji*, *Anno* 1417. ab ipsismet Agnatis producto, in verbis, quod dividentium bona sint contigua bonis hæredum Ricardi; Ex his enim verbis non posse intelligi, Ricardum esse avum & stipitem, à quo omnes originem suam trahunt; aliàs enim dividentes ipsimet fuissent hæredes avi sui Ricardi, & non potuissent toties repetere in instrumento, quod bona ipsorum contigerint bona hæredum Ricardi, cum aliàs se ipsos nominâssent, unde per necessariam consequentiam concludi debeat, alium adhuc tunc temporis fuisse Ricardum, alterius familiæ, qui potuerit esse pater Augustini;
42. Facilè posse convenire, ut eodem tempore duo vivant ejusdem nominis. idque *secundo* ex eo clarius evinci, quod linea Joannis & Pulcherii speciale habuerit cognomen, & dicti fuerint Berlossæ, de Tribus Cerris, prout instrumenta producta clara doceant, quod prædicatum lineæ Augustini nunquam legatur esse attributum. Nec 3. ullum Instrumentum produci possit, in quo Augustinus nominetur frater Joannis & Pulcherii; sicut contra diversa producta fuerint, in quibus Joannes & Pulcherius fratres appellentur; 4. adeòque exindè majus dubium fraternitatis enasci, quod Augustinus in suo testamento constituendo tutores suis filiis inter eos non nominaverit Joannem tunc temporis adhuc vivum, sed alios plures etiam extraneos, cum tamen utiq; Joannem potiùs filiis suis pro tutore præfecisset, si dictus Joannes fuisset verè Augustini frater. 5. Ista omnia exindè confirmari, quod Cajus Cæsar ultimus Comes N. ex linea Joannis non nominaverit Augustinum in arbore suæ Agnationis, sed tantùm eandem inceperit à Joanne & Pulcherio fratribus, insertâ insuper protestatione, se sincerè ejusdem arboris figuram concepisse, cum tamen utique non omisisset Augustinum, si iste pariter Joannis & Pulcherii fuisset frater. Prout 6. si fraternitas inter Joannem & Pulcherium nec non Augustinum constitisset, utique in donatione de Masis 30. nemoris & Zerbi ab Imperatore Ludovico facta Bertolino, & Francisco natis Jacobi de Titionibus *anno* 1329. 25. *Octobris*, portionem suam prætendisset, quod tamen ab ipso factum nunquam legitur; Imò Imperator ipse videtur in donatione hanc familiam voluisse à reliquis distinguere, & separare, dum dixit: Tam vos, quam vestri Agnati de Trium Cerrorum progenie; quasi jam tum hæc agnatio fuisset à reliquis distincta, prout & de donatione facta Jacobo à Marchione Montisferrati, sub 10. Martii anno 1299. de Tribus Cerris.

43. Adferuntur alia instrumenta pro fisco.

Ex quibus sufficienter constare videtur, quod Augustinus non descendat ab eodem stipite, & consequenter quod Augustinus non fuerit frater Joannis & Pulcherii. Quæ omnia corroborantur 7. exindè, quod in testamentis in actis productis multæ ex utraque parte factæ fuerint substitutiones progressivæ, neutra tamen familiarum substituerit favore alterius familiæ; 8. ex nullis Instrumentis aut Epistolis appareat, quod prognatos ex linea Augustini, reliqui ex lineis Joannis & Pulcherii suos vocaverint Agnatos, sed tantùm propinquos & parentes de familiâ, scilicet de nomine Titionorum. 9. quod in Testamento Augustini sæpius fiat mentio de testamento Ricardi ipsius Patris, ex quo testamento omnes difficultates tolli possent, si prætensi Agnati illud vellent producere; prout etiam 10. Ex Instrumento divisionis subsecutæ inter fratres, ex quâ numerus filiorum Ricardi clarè posset conspici, quæ tamen omnia artificiosè occultent Agnati, ne falsitas ab ipsis convictæ arboris, seu Genealogiæ producatur in lucem; Denique 11. Si Augustinus esset frater Joannis & Pulcherii, esset pronepos Jacobi, & inter fratres primogenitus, ad quem consequenter necessariò feudum D. debuisset pervenire per successionem, de qua tamen re nec vestigium ex omnibus documentis apparet. Undè constare videtur familiam Titionorum de Ripis esse diversam à familia Titiono-

tionorum de Tribus Cerris, & quod prætensi Agnati nec descendant à stipite Comitum D. datâ suprà adductâ diversitate Ricardorum. Id quod porrò etiam ex eo evincitur, 12. quod in sententia *sub* 26. *Octobris* 1581. Delphinus declaratus est legitimus successor Caji Cæsaris, & verus Dominus loc D. quibus verbis tacitè excluditur Augustinus ab omni successione in dicto feudo, aliàs Delphinus non fuisset declaratus legitimus successor, sed proximior, si tantùm de proximitate eo tempore fuisset actum. Quin

44. Agnatos teneri probare consanguinitatem per singulos gradus.

imò 13. Cum isti Agnati sint Actores, duo probare tenentur, primo consanguinitatem ex utroque latere per singulos gradus à stipite descendentes. *c. tua de consanguin. Mascard. de prob. conc.* 73. *n.* 4 & 410. *n.* 21. *Secundò* legitimitatem usq; ad gradum, de quo agitur, quia agnitio non causatur, nisi mediante legitimâ agnatione. *§. si adversus. Instit. de nupt. l.* 2. & 4. *unde Agnati.* Nec legitimitas in actore præsumitur; *Menoch. l.* 6. *de præsumpt.* 54. *n.* 33. quamvis itaque in aliquibus gradibus, in quibus filii in testamentis productis nominantur naturales & legitimi, legitimitas videtur satis

45. Legitimitatem non præsumi.

probata; tamen in aliis, in quibus solum nominantur fratres & filii, per consequentiam necessariam non probantur legitimi, *Mascard. in verbo descendentia, concl.* 512. *n.* 12.

46. In antiquis admitti leviores probationes.

Et quamvis versemur in antiquis concurrente famâ & depositione testium de auditu, ac etiam simultaneo tractatu, inter ipsos Agnatos, & ex literis familiaribus, & iisdem insignibus, probari videatur Agnatio ex congestis per *Surd. consil.* 177. ex ratione, quia in antiquis admittuntur leviores probationes, & maximè quando agitur de feudo agnatitio, in quo non est plenè probanda descendentia à primo acquirente, ut de consuetudine Germaniæ attestantur, *Rosenth. de feud. c.* 2. *q.* 28. *n.* 3. *Gail.* 2. *obs.* 149. ubi ita in Consilio Imperiali Aulico aliquoties judicatum esse refert; tamen hic probatio etiam in antiquis casibus requisita deficit.

Deindè licet feudum, quod semel ad descendentes pervenit, posteà verò ad collaterales transiit, in infinitum apud successionem agnatorum permaneat, per *text. in cap. pen. de natur. success. feud.* si tamen à primo

47. Agnatos tantum admitti ad septimum gradum.

acquirente ad collaterales pervenit, tunc successio saltem ad septimum usque gradum obtinet, *Gail.* 2. *obs.* 150. *n.* 5. *Zas. par.* 8. *n.* 5. & 34. *de feud.* Undè quia hic agitur de successione non pervenientium à primo acquirente, non etiam extenditur agnatio ultra septimum gradum; Nec repugnat tenor investituræ, ex qua vocantur agnati, ex linea transversali in infinitum, quia vel non datur agnatio in infinitum, cum etiam de jure communi in bonis allodialibus non detur jus successionis ultra decimum gradum, per *text. in §. fin. Inst. de success. cognat.* Ut sic clausula in infinitum non extendatur ultra gradus à jure consideratos, vel ista clausula in infinitum jam est consumata in prima linea collaterali, nec recipit reiterationem, ut ab una linea transversali, in qua jam effectum habuit, transeat ad secundam. Nec his omnibus officit, quod Augustinus deprædicetur esse filius Ricardi, fraterque Joannis & Andovatii, nam quamvis adferantur documenta, quod Augustinus fuerit filius Ricardi Titioni, tamen nuspiam clarè probatur, quod Ricardus fuerit communis parens Augustini, Joannis & Pulcherii, sed tantùm infertur ex eo, quod Pater Augustini vocetur Ricardus, veluti etiam pater Joannis & Pulcherii, cum tamen suprà demonstratum sit, patrem Joannis & Pulcherii fuisse diversũ à Ricardo patre Augustini, quia qualitas de Berloffis & de Tribus Cerris nunquam est attributa lineæ Augustini, prout in documentis productis reperitur esse assignata lineæ Joannis & Pulcherii, nec unquam linea Augustini habuerit portionem in bonis trium Cerrorũ, aut in massis 30. nemoris, in quibus tamen participâsset, si Augustinus fuisset frater Joannis & Pulcherii; Nam quamvis Ricardus pater Augustini fuerit etiam Titionus & Civis Vercellarum, undè colligi posset, quod fuisset idem cum patre Joannis & Pulcherii, tamen distingitur ex qualitatibus de Berloffis & Tribus Cerris, veluti Valerii & Cornelii omnes erant cives Romani, sed tamen ex adjunctis qualitatibus distinguebantur.

Neque identitas armorum atque insignium probant consanguinitatem, quia probatâ semel, uti hic, familiarum distinctione, cessant conjecturæ; Imò arma comunia gentilitia non probant agnationem, secundum *Fichard. cons.* 13. *vol.* 2. *col.* 2. *Gail.* 2. *obs.* 149. *n.* 1. *Rosenth. de feud. c.* 2. *concl.* 27. *n.* 8. Ubi dicit, ita esse in Camera judicatum; nec ob differentiam armorum identitas familiæ mutatur, cũ insignium auctio vel mutatio ab Imperatore obtineri, ab alio verò antiquâ formâ retineri possit; *Höpping. de Insignib. c.* 13. Et commune nomen Titionorum non familiæ, aut agnationis, sed gentis est, partes autem seu familiæ gentis sunt Titioni de Ripis, de Tribus Cerris & Comites Decianæ. Et ex sola identitate nominis agnatio non probatur, per *text. in l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad municip.* Ubi dicitur, ex ipsis etiam rebus probationes sumi oportere, nam solùm nominis similitudinem ad confirmandam cujusque originem non sufficere; undè pariter concidunt argumenta, quæ ex communi famâ, vehementi hominum opinione, & existimatione, depositione testium de auditu, possessione agnationis in Consilio Vercellarum, & aliis prærogativis deducuntur, quia cessant omnia per probationes suprà in contrarium adductas & attestantes ipsimet admiserunt ramos gentis. Titioni scilicet de Ripis, Tribus Cerris & Castellatis, ex quibus unusquisque, ramus propriam constituit familiam & agnationem distinctam, ut testium dicta nihil pro agnatis probent.

48. Identitatem armorum & insignium non probare agnationem.

Consarcinates esse tantùmmodò omnes has probationes, cum potius documenta agnationis ex libris Baptismalibus sint desumenda, de quibus tamen nulla in omnibus productis fit mentio. Probatio verò non debet esse ambigua, sed plena & necessariò concludens, inprimis contra illum, qui justo titulo est in possessione rei, quam Actor petit, & per actionem suam reo è manibus

49. Documenta agnationis ex libris Baptismalibus esse transsumenda.

50. Probatio ambigua, præsertim contra possidentem non admittitur.

vult aufferre. Quod etiam in controversiis feudalibus observatur. Cum Actor à possessore feudum aliquod petere vel vindicare vult, uti demonstrat egregiè, & in Camera Imperiali judicatum docet. *Rosenth. de feud. c. 2. concl. 26. n. 7. 8. 9. & concl. 27. & 31. n. 5.* ubi dicit: illud esse ejus & commodum possessoris, ut etiam is, qui revera est, & habetur agnatus defuncti Vasalli, si non sit in possessione feudi, sed alius illud possideat, teneatur concludenter & plenè probare, se à communi parente & stipite descendere & proximum esse feudi agnatum; nec ad id sufficere conjecturas vel præsumptiones, quod idem quoque confirmat *Cravetta. cons. 276. n. 4.* ubi latè deducit, quod si assertio illius, qui petit rem feudalem, non ut clarè probata, sed aliquâ saltem ratione per oppositiones à reo factas reddatur dubia & incerta, debeat Actor succumbere, quod urget *Gail. 2. obs. 149. n. 1. 5. in fin. & n. 6.*

51. Idem observari in probatione filiationis.

Id quod etiam in probatione filiationis non minùs ac in cæteris causis necessarium *l. 15. 14. C. de probat. l. 15. C. de fid. Instrum.* quia debet concludenter probare, se filium esse, qui id asserit, & hæreditatem vel simile quid aufferre vult, è manu possessoris, *Pacian. lib. 2. de prob. c. 6. n. 17. 22. 24. & seqq.*

52. Instrumenta privata adversus tertium nihil probare.

Deinde non prosunt Agnatis documenta producta, eò quod sint instrumenta privata, in alios composita, quæ adversus tertium aliquem non probant; multa enim intervenire possunt, cur in instrumentis à privatis contrahentibus aliud scribatur, quam quod gestum, aut in rei veritate inventum fuerit, ut ideò instrumenta inter privatos concepta, adversus tertium non probent, sed saltem inter partes, inter quas concepta sunt, veluti est textus in terminis filiationis. *in l. 13. C. de probat.* ibi: *non Epistolis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus & adoptionis solennitate conjungitur*, & in *l. seq. non nudis assertionibus, nec ementitâ professione, licet utrique consentiant, sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solenni filii civili jure patri constituuntur. tot. tit. C. plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur*, *Rosenth. de feud. c. 22. conclus. 44. in fin. glos.*

53. Non epistolis nec assertionibus probari consanguinitatem.

quemadmodum nec res in judicio examinata & judicata contrà alium, qui in lite non fuit, probare potest, *per l. 63. ff. de re jud.* nec verba enuntiativa fidem faciunt contrà tertium, *Rosenth. d. loc.* ubi post *Alexand.* docet, verba enunciativa in actu inter avos vel proavos, vel alios gesto, prolata, pro contrahente quidem adversùs contrahentem, non autem pro tertio, nec pro nepotibus, aut pronepotibus, & multò minùs contra tertium probare; cum præsertim instrumenta producta non evincant, nec dicant, quod Ricardus præcisè fuerit pater illius Jacobi Senioris, qui à Carolo V. est investitus, vel quod Jacobi istius frater fuerit idem ibi relatus Franchinus, hujus verò filius alter Nicolaus.

54. In antiquis etiam probationes leviores non prævalere contra possessorem.

Etiamsi enim in antiquis leviores admitti videantur probationes, id tamen locum non habet contra possessorem, à quo Actor rem vindicare intendit, quo casu Actor plenè probare debet, non obstante temporis antiquitate, *Garf. tr. de benef. p. 12. c. 2. n. 270.* Multi siquidem potuerunt esse Ricardi, Augustini, Titioni, qui etiam avorum, patrum, fratrum locum inter se obtinuerint, eo tamen nativitatis, gentis, & agnationis ordine se non contigerint, quem Actores intendunt, qui proindè probationem sibi incumbentem non impleverunt, quam per libros parochiales, aliaque instrumenta indubitata præstitisse debuissent.

Non irrelevantibus argumentis contra actores nititur fiscalis Cæsareus, sed profectò non minùs robustæ, & fundatæ videntur esse rationes, quæ in diversam & contrariam movent sententiam: Etenim admitto facilè, quod Actores probare debeant qualitatem, in quâ se fundant, sed non semper identificè & specificè id fieri, necesse est, cum sufficiat quandoque genericè & præsumptivè probare, præsertim cum sumus in antiquis, quia consanguinitas difficilis est probationis. *Pacian. de probat. lib. 2. c. 12. n. 24.* cum non cedat sub sensu hominum, undè præsumptionibus, conjecturis, & levioribus indiciis in tali casu contenti fuerunt, majores nostri, & sufficit quasi possessio, veluti per Tractatum, vel per Epistolam, in quâ quis consanguineus vel propinquus nominatur, quibus addi potest publica vox & fama, ex quâ tutissima agnationis probatio resultat. Hæc omnia præstiterunt agnati, probando de gradu in gradum suam successionem à Ricardo Titiono communi stipite, usque ad modernos actores per documenta à commissario transmissa.

55. Sequuntur argumenta pro agnatis.

Et quandò versamur in materia successionis transitoriæ in infinitum, ut in hypothesi, tunc sola quasi possessio consanguinitatis prodest, absque aliâ probatione graduum, & transfertonus probandi in adversam partem, *Cavalcan. cons. 8. n. 2. & cons. 9. n. 2. Cephal. cons. 90. vol. 1. n. 18.* ubi adfert rationem, quia rarò accidit, ut qui eodem cognomine utuntur, cognati non sint, potissimùm si dispositio excedat decimum gradum: Et *Pacian. d. c. 12. vol. 2.*

56. In quibus quasi possessio sufficit & transfert onus probandi in contrarium.

Adducit Exemplum legati facti favore progeniei, in quo satis legatarium præstare asserit, si per habitum seu tractatum, per nominationem, & communem reputationem probaverit, se esse de dicta progenie, & satis sumi de unitate sanguinis, quamvis initium parentelæ non demonstretur.

57. Non attenta successione ultra gradum decimum.

Idem asserit in fideicommisso, in quo erant vocati proximiores de domo, adducens rationem, quia testator non restrinxit substitutionem ad certum gradum, sed illam usque ad infinitum protraxit; Et denique sic argumentatur, licet fideicommissum regulari debeat juxta constitutionem juris civilis, quæ ab intestato non excedit decimum gradum, & legatum factum favore proximiorum, illis tantùm præstandum sit, qui à jure civili gradatim admittuntur; tamen hæc regula non procedit, quando sumus in materia transitoria ad sanguineos usque in infinitum, vel quando provisio hominis successionem in infinitum protrahit, velut in hoc præsenti casu, ex litteris investituræ admittuntur transversales in infinitum, quæ

verba

verba plenè probant contra Dominum concedentem.

58. *Legitimitatem filiorum præsumi, & ex qua ratione.*

Et quamvis matrimonium, à quo pendet legitimitas, sit aliquid facti, qualia non præsumuntur, sed probari debent, tamen pro legitimitate filii melior est præsumptio, quia de honesto procedit, estque inducta favore prolis, imò si concurreret utraque fama, altera pro altera contra filii legitimitatem, illa meritò debet prævalere, maximè in antiquis, secundum *Baldum*, *conf.* 437. *lib.* 5. ubi favore instrumentorum & scripturarum continentium enunciativas filiationis, & descendentias judicatum refert pro legitimitate. Atque cum Ludovicus Titionus investitus sit de hoc feudo cum successoribus, tanquam de feudo antiquo & paterno, addita clausula, ita, & taliter, ut in omnibus & per omnia sequatur naturam feudi antiqui, gentilis, aviti, & paterni, non tenentur collaterales probare descendentiam à primo acquirente, sed tantùm quod sint Agnati ultimi possessoris. *Gail.* 2. *obs.* 50. *n.* 13. ubi commendat *Conf. Nattæ.* 468. *vol.* 2. *& obs.* 149. *n.* 10. Approbat consuetudinem de non probando primo acquirente, nedum propter juris præsumptionem, antiquitatem familiæ, atque difficultatem probationis, & ita in Camera judicatum esse testatur. Patet insuper ex investituris, feudum hoc in Titionorum familia esse antiquissimum, utpote jam 400. & amplius annis in illorum fuit possessione. Elucescit ex instrumentis, Agnatos descendere à Ricardo Communi stipite, & verificatur à gradu dicti Ricardi eorum descendentia usque ad præsentes actores; Ita documenta corroborantur ex dictis testium fide dignorum, utpote à Senatoribus & toto Consilio Civitatis Vercellensis, qui deponunt, lineam actorum semper fuisse existimatam, & habitam de Agnatione, & familia Titionorum, iisdemque prærogativis esse usam, quæ reliquis lineis fuerint attributæ, cum additâ testificatione, quod si istorum Agnatorum linea non fuisset de Agnatione & eadem familia Titionorum, nunquam fuisset admissa ad privilegia in Senatu Vercellensi, sed aliæ nobiles familiæ ibidem statim in locum ipsorum subintrassent. Atque licet multa objiciantur de legitimitate descendentiæ, cujus probatio ferè sit fori Ecclesiastici, & per libros parochiales, Baptismalesque soleat impleri, tamen est præsumptio pro matrimonio, & nominatio, tractatioque pro filio constituit in quasi possessione filiationis, ita ut in negantem transferatur probatio, *Gail.* 2. *obs.* 97. *n.* 6. Et probatio legitimitatis etiam fieri potest, admittiturque passim in Italia per instrumenta sæcularium, ne fiat obligatio ad impossibile. si præcisè per libros baptismales fieri deberet, qui ob bella per multos annos in Italiâ continuata facilè potuerunt perire, eorumque usus non nisi post Concilium Tridentinum paulatim est introductus.

59. *Agnatos non teneri probare, quam quod sint agnati ultimi possessoris.*

60. *Esse præsumptionem pro matrimonio, & negans probet contrarium.*

Nec nocet, quod Ludovicus Titionus & ultimi quoque possessoris pater, de novo tanquam de feudo caduco, ex gratiâ fuerint investiti, quia nihilominus investitura facta est, *tanquam de feuto avito*, gentili, paterno quo casu feudum reverâ novum tamen censetur esse antiquum, ejusque naturam induit, ut omnes collaterales in infinitum in eo succedant; *Mynf.* 4. *obs.* 84. *Gail.* 1. 51. *Rosenth. c.* 2. *conclus.* 13. ut proinde Actores hac de causâ non possint excludi, & eò minus nam sive vidua, vel fiscus sit in possessione, quia neutra persona possideat in Agnatus, & fisco possessio non competat, quamdiu pro eo est lata sententia. *Rosenth. c.* 11. *concl.* 9. Eò quod odiosa sit feudi devolutio ad Dominum, & in dubio pro non finitâ lineâ contra Dominum judicandum, ut firmat *Tessaur. quæst. forens. lib.* 1. *q.* 61. *n.* 2. His accedit publica vox & fama, nec non testes omni exceptione majores, qui affirmant, Actores semper fuisse pro Agnatis ex eadem familiâ publicè nominatos, reputatos & habitos, fama verò publica constituit aliquem in quasi possessione filiationis & Agnationis. *Escobar. de purit. & nobil. probant. p.* 1. *q.* 10. *n.* 15. & probat in antiquis, quæ aliàs sunt difficilis probationis, ut est filiatio, stirps, descendentia, ne similes antiquæ & incorporeæ qualitates destituantur probatione, si ad famam recurrere non liceret; *Idem Escobar.* §. 2. *per tot.* præsertim si fama vestita sit aliis pluribus argumentis, & sententia Mediolanensi, filiatio enim tanquam difficilis probationis probatur conjecturis V. G. nominatione & assertione patris spontaneâ, præsertim judiciali, alimentatione & tractatione pro filio, nec non fama, per *text. in l. si mater ff. ne de stat. def.* quæ prætensiones simul junctæ plenam faciunt probationem, *Besold. p.* 6. *conf.* 296. *n.* 1. *& seqq. Menoch.* 6. *præs.* 53. *n.* 1. *& de arb. jud. lib.* 2. *cas.* 89. si quis enim tractatus fuerit ut frater, ait, *Michalor. in tr. de fratr. p.* 3. *c.* 58. licet id plenam & necessariam probationem non efficiat, sed tantùm præsumptivam, tamen constituit in quasi possessione fraternitatis, & onus probandi rejicit in adversarium.

61. *Quid operetur investitura etiam nova, facta tamen tanquam de feudo antiquo.*

62. *In dubio contra Dominum & fiscum pronunciandum.*

63. *Fama publica constituit aliquem in quasi possessione.*

64. *Filiatio probatur conjecturis, nominatione filii, tractatione.*

Si enim concurrunt conjecturæ concludentes, ut tractatus & recognitio ab utroque parente testes deponentes de Commercio parentum, de tempore Conceptionis, ita ut coarctetur negativa ulteriùs accessûs ad mulierem, omnesque deponunt per publicam vocem & famam, satis probata videtur filiatio etiam quoad successionem in fidei commisso, tradit *Tautin. decis.* 57. *per tot. & decis.* 37. *per tot.* Ubi adfert exemplum in patre, qui statim à baptismo, ubi in libro baptizatorum inscriptus erat tanquam ejus filius ipsum ut filium educaverit, quod insuper vox & fama publica, effigies patris in vultu accesserit, & quod omnes conjecturas superat, quod ipse adversarius eum antehac pro agnoverit, ut in præjudiciû nominantis sit in quasi possessione, præsertim cum etiam testes deponant, quod tempore conceptionis & nativitatis ejus nullus habuerit cum muliere commercium; filiatio namque directè & evidenter ratione progenitoris probari non potest, nisi conjecturis, & præsumptionibus

coacervatis, si pater in morte sit protestatus, & continuò filium ut talem nominaverit & tractaverit. *Ant. de Pilaja in tr. de protest. consid.* 35. *per tot.* Hinc, ut probatio filiationis dextrè procedat, quidam existimant, solam possessionem filiationis articulandam esse, quod sustinet *Fabricius in Gail. lib. 2. obs.* 97. ut scilicet onus probandi eo ipso transferatur in adversarium; filius namq; natus ex legitimâ uxore, cum quâ maritus cohabitat, præsumitur legitimus. *L. filium definimus ff. qui sunt sui vel alieni juris, l. si vicinis. C. de nupt. C. per tuas.* 10. *de probat.* Ita ut in natis ex tali uxore præsumptio sit juris, & de jure, vel saltem præsumptio juris, quod sint filii mariti. *d. l. filium. Arias de resol. lib. 3. c. 30. n. 1. & 2.* Imo præsumptio est pro legitimitate, & matrimonio; Cum enim necesse sit, aliquê nasci ex legitimo & licito, aut illegitimo
65. Inter duas præsumptiones obtinere debere illam, quæ delictum excludit. concubitu, præsumendus est potius natus esse ex licito; nam ubi duæ præsumptiones oriuntur, illa potius obtinere debet, quæ delictũ excludit, undè in *c. lator. qui filii sunt legit.* patet illi onus probandi incubuisse, qui filium ex legitimo matrimonio natum non esse objecit, qui filium ex viro & uxore natum esse præsumitur, licet uxor adulterium aliquando commiserit. *L. miles. §. defuncto. ff. ad l. Jul. de Adult. Fachin. controv. lib. 3. c. 35.* & de probat. Agnationis egregiè tradit *Joan. Baptist. Ciarlin. controv. forens. lib. 1. c. 23.* Nec non de probatione matrimonii. *Andreol. controv. 277. per tot.* ut ex his omnibus vix dubium superesse possit, actorem ad feudum admittendum.

Neque obstant his omnibus exceptiones à fisco contra agnatos allatæ, quasi ideò de diversa essent familia, quia illi, quibus succedere contendunt, antiquitus fuerint appellati Titioni Barlossæ & de Tribus Cerris, quod prædicatum his prætendentibus Agnatis nullo documento, ex omnibus ab ipsis productis, unquam fuerit attributum, & proinde appareat, Ricardum, à quo ipsi suam originem derivant, alium fuisse ab illo Ricardo, qui communis parens primæ & secundæ lineæ statuitur: Nam hæ exceptiones exindè facilè eliduntur, quod ex dictis testium in antiquioribus actis clarè elucet, tres ab antiquo fuisse Titionorum lineas, Castellatii, Trium Cerrorum, & de Ripis, quæ tamen cognomina, à possessione bonorum desumpta, non mutant agnationem sanguinis, nec separatas & distinctas planè constituunt familias, quæ inter se successionis sunt incapaces, quia aliàs extincta prima linea Caji Cæsaris, non potuisset successio devolvi ad lineam Delphini, qui ex Fisci interpretatione, tantum de gente, non verò de familia & agnatione alterius lineæ fuisset. Nam etsi Fiscus inferre velit ex Instrumento divisionis anno 1401. quod alius adhuc Ricardus coætaneus cum illo Ricardo fuerit, quem utraque pars in genealogia pro stirpite suæ descendentiæ deprædicat, qui fuerit pater Augustini, tamen hæc Assertio eâ facilitate rejicitur, qua in medium profertur, utpotè omni alio fundamento destituta. Nec enim probatur, alium Ricardum Coætaneum fuisse, cum Instrumentum divisionis factum sit *anno* 1417. Ricardus verò decantatus jam *anno* 1398. fuerit mortuus. Et deniquesi supponeretur, alium eo tempore Coetaneum fuisse Ricardum, ille fuisset vel ex familia Titionorum de Ripis, vel de alia, de qua tamen non constat, si processisset ex linea de Ripis, jam fuisset Agnatus, & consanguinitate attigisset reliquas duas lineas. Si verò de alia processisset familia, non potuisset dici horum agnatorum pater, quia tota hæc familia ex Titionibus derivatur; Id quod etiam magis confirmat, quam evertit testamentum Augustini, in quo non dicitur, quod pater Ricardus ipsum solùm gravaverit legatis, & proindè Joannes & Pulcherius non fuerint ipsius fratres, quia id solũ in testamento continetur, quod filii Augustini debeant solvere legata, quibus gravaverit ipsum Ricardus pater, minimè verò, quod ipsum solum gravaverit, & si etiam hoc admitteretur, exindè non posset concludi, quod ideò Augustinus non fuisset frater Joannis & Pulcherii, quia utique in patris est potestate, filium unum præ reliquis majoribus gravare legatis, & ipsi vicissim majorem partem hæreditatis; attribuere; Unde etiam concidit Argumentum, quod in nullo ex productis documentis probetur, Augustinum, Joannem & Pulcherium fuisse fratres, imò alias Augustinus in suo testamento filiis suis potius fratrem Joannem, 66. In antiquis non requiruntur probationes tam exactæ.
quam personas extraneas pro tutoribus constituisset; quia in antiquis probationes tam exactæ non requiruntur, & probatâ paternitate in personâ Ricardi ergà Augustinum, Joannem, & Pulcherium per consequentiam etiam probatur eorum fraternitas: Neque novum est, ut frater, omisso fratre, filiis suis potius Agnatos in eodem loco existentes, vel etiam personas extraneas constituat, ut exindè nullum desumi possit excludens agnationis argumentum; Neque etiam exindè, quod Cajus Cæsar in sua Genealogia lineam Augustini non expresserit, vel Augustini descendentes ex donatione de Massis 30. nemoris, & cerri, item de bonis Trium Cerrorum non participaverint, quia ex actis antiquioribus satis colligitur, quod lineæ Augustini alia bona Zelii, Balsolæ & Riparum fuerint attributa in divisione, quæ posteà in ipsius linea, sicut alia bona in lineis reliquorum agnatorum permanserunt, & exindè tres fratrum familiæ à diversis bonis diversa acceperunt cognomina.

Quod verò de nominatione agnatorum attulit Fiscus, quasi Actores nunquam agnati, sed tantùm propinqui fuerint appellati, id fides actorum & Instrumenta suprà in principio voti allegata, per se satis confutant; quod verò objicitur Agnatis, quasi testamentum Ricardi stipitis occultarent, ex quo numerus filiorum ejus posset conspici, id Agnati in Fiscum, & ejus assistentes retorquent.

Et quod locus seu feudum nunquam pervenerit ad lineam Augustini, illa est ratio, quod habitum fuerit pluribus annis pro Allodio, ex quo Imperator Maximilianus anno

no 1510. Illud Fisco devolutum esse declaravit, & Ludovicum Titionum ex gratia saltem Cæsarea iterum investivit, à cujus linea, post mortem Caji Cæsaris, ad Joannem Mariam Titionum Delphinum est devolutum.

Nec dicatur, Augustinum per sententiam de *anno* 1581. fuisse penitus à feudo exclusum, tanquam familiam Titionorum nulla cognatione attingentem, dum sententia Delphinum illi non prætulit, tanquam proximiorem, sed præcisè determinet, atque declaret, Delphinum legitimum successorem Caji Cæsaris, & verum Dominum Decianæ. Sed etiam hic animadvertendum est, Augustinum Titionum ex donatione sibi à Cajo Cæsare facta, & exindè adepta possessione, sub Imperatore Ferdinando I. *anno* 1564. vicisse contra Joannem Mariam Titionum in possessorio, posteà verò in petitorio succubuisse tanquam agnatum remotiorem, quia licet id in sententia non exprimatur, utpotè cui non inserantur rationes decidendi, tamen ex literis investituræ, & ex actis, & ex donatione Caji Cæsaris, & ex supplicâ Delphini, quæ adhuc in actis reperitur, sufficienter apparet, quod Augustinus tanquam remotior succubuerit quia literæ investituræ expressè vocant proximiorem agnatum ex transversalibus, & aliàs si Augustinus planè nullum jus succedendi habuisset, expensæ in sententia non fuissent compensatæ. Nec obstat, quod ex ipsâ ab Agnatis producta Genealogia appareat, Augustinum cum Delphino pari gradu distare à Ricardo communi stipite, & sic nullam proximitatem in sententia potuisse considerari; quia actio incepit contra Joannem Mariam Delphini patrem, qui fuit gradu proximior, & cui facta est prima donatio à Cajo Cæsare, quique filium suum Delphinum statim procuratorem suum constituit in judicio. Deindè etiamsi, ponamus ambos contendentes in pari tunc fuisse gradu, tamen vel ideò Delphinus debuit præferri, quia donationem primam pro se habuit, donatione Augustino & ejus fratribus factâ, ex capite vis & metus cassata, & revocatâ. Itaque ex his omnibus 12. *Februarii* 1683. conclusum & decisum, absolvendos esse agnatos ab actione Fiscali, & ad successionem feudi admittendos.

CONTINUATIO
De
Materia probationis Agnationis, Filiationis & Legitimitatis.

SUMMARIA.

67. *Proponuntur Principalia actorum fundamenta.*
68. *Qui agit ut agnatus, debet probare, se esse talem, & quomodo?*
69. *Debet etiam probare majorem suorum legitimitatem.*
70. *Non obstante opinione Menochii, qui se ipsum etiam in consiliis declarat.*
71. *Debet actor primò probare se esse agnatum, antequam dicat se esse proximiorem.*
72. *Exceptio agnationis removet exceptionem proximitatis.*
73. *Actores sæpius variâsse in suis Genealogiis.*
74. *Eas ajunt se tantùm ex superabundanti pro fundamento adduxisse, cum abundantia argumenta non noceant.*
75. *Studii Genealogici utilitas.*
76. *Multum tamen illi inesse imperfectionis.*
77. *Ad miras Vanitates quosdam Genealogistas procedere.*
78. *Ex libris Genethliacis & Chronicis non probari descendentiam, nisi de publico sit recepta eorum fides.*
79. *Genealogias à privatis confectas nullam mereri fidem.*
80. *Sanguinis qualitatem non posse ullo pacto constitui vel everti.*
81. *Genealogias non habere necessariam probationem.*
82. *Errorem ex facto alieno & antiquo non officere.*
83. *Famam communem & publicam aliquem constituere in quasi possessionem, saltem præsumptivè.*
84. *Ex fama & facto alterius neminem pati debere damnum.*
85. *Fama per se nihil probat, licet vetusta sit, contra justum possessorem, quia est debile fundamentum.*
86. *An fama probet in antiquis, & quæ sunt difficilis probationis?*
87. *Filiationem difficillimè posse probari.*
88. *Fama ut probet, debet esse vestita pluribus argumentis & circumstantiis.*
89. *Fama antiqua præfertur recentiori.*
90. *Famam pugnare contra actores, & quare?*
91. *Causas Famæ & honoris esse arduas, & comparari criminalibus.*
92. *Idcircò mitissimè deberi tractari.*
93. *Infamatum publicè jus bonæ famæ amisisse.*
94. *Refertur tenor edicti Imp. Friderici III. de anno* 1484.
95. *Quibus argumentis glorientur actores.*
96. *Ex nominatione filii in testamento factâ filium censeri legitimum.*
97. *Agnationem probari per agnitionem parentum & propinquorum.*
98. *Imp. Fridericum in mand. restitutorio asseverare allata sibi esse documenta.*
99. *Sola instrumenta probare agnationem.*
100. *Nominatione Filii in testamento probare secundum Menoch. si pater dicat filium naturalem, ergò etiam si dicat legitimum.*

101. *Maxime si nuptiæ, cohabitatio, tractatio matrimonialis, & alia adminicula concurrant.*
102. *Leges, sententias, instrumenta cassata sine delicto, & pœna non posse amplius allegari.*
103. *Fatuus est, qui omissâ exceptione litis finitæ ad novas se patitur, probandi difficultates deduci.*
104. *Quæstionem status moveri post quinquennium amplius non posse.*
105. *In fama diversa attendendam esse ultimam.*
106. *Exempla à persona publica vidimata fidem facere, præsertim in antiquis.*
107. *In antiquis præsumi omnia ritè acta.*
108. *Edictum de anno* 1484. *fuisse sub- & obreptitium, ideoque solâ declaratione posse annullari.*
109. *Subreptio quomodo fiat?*
110. *Prædones non posse conqueri, si bona rapta jubeantur restituere.*
111. *Referuntur contra mandatum restitutorium exceptiones rei.*
112. *Ostenditur prima contrarietas mandati & testamenti.*
113. *Aperitur secunda.*
114. *Demonstratur tertia, quod prætensum mandatum decretum esset contra ante* 39. *annos jam mortuum.*
115. *Instrumenta inter se pugnantia nullius esse momenti.*
116. *Declaratur quarta contrarietas.*
117. *Mandatum restitutorium nemini esse insinuatum.*
118. *Hinc nunquam actores esse restitutos.*
119. *Potius res Majores obtinuisse protectorium.*
120. *Quare prætensa ab agnatis, approbatio testamenti sit suspecta?*
121. *Edictum de anno* 1484. *quod in rem judicatam transierat, non potuisse cessari impetrantibus non citatis vel auditis.*
122. *Actores fateri nullum adesse mandati restitutorii originale.*
123. *Referuntur eorum circa originale perditum variationes.*
124. *Rescripta sub- & obreptitia nihil operari.*
125. *Etiamsi habeant clausulam, motu proprio.*
126. *Clausulam ex certa scientia non operari quoad incognita.*
127. *Clausulam, salvo jure quorumcunque semper in concessionibus subintelligi.*
128. *Copiam sine originali non probare.*
129. *Probationem miraculosam esse in pelle animalis extincti.*
130. *Referens non probat sine relato.*
131. *Producens, debet stare instrumento producto in omnibus.*
132. *A reo tamen potest illud ex parte impugnari, & ex parte acceptari.*
133. *Non probato mandato restitutorio esse contra actores ex edicto de anno* 1484. *rem judicatam.*
134. *Rei judicatæ effectus.*
135. *Testatorem pro libitu posse prædia sua locare, quod tamen hic factum esse negatur.*
136. *Verba mandati restitutorii expressè contra mortuum ante* 39. *annos esse directa.*
137. *Sigismundum anno* 1452. *mortuum demum anno* 1484. *Imperatorem informare non potuisse.*
138. *Instrumenti falsitas unde probetur?*
139. *Nominationem filii non probare, præsertim si pater id faciat ad tegendum scelus.*
140. *Favori antiquitatis hic non nimium attribuendum.*
141 *Examinatur tertium actorum fundamentum, & impugnatur variis rationibus.*
142. *Nullum adesse testamenti originale, sicut nec approbationes agnatorum.*
143. *Testatorem ipsum Mich. & Wolff. non ut filios legitimos tractasse.*
144. *Agnatos nunquam consensisse in testamentum & quare?*
145. *In materia feudali factum antecessorum non nocere.*
146. *Revocatam esse agnationem, si quæ intervenisset.*
147. *Successorem debere probare, legitimam suam descendentiam, idque clare & plene, alias non admitti ad successionem ex ullis præsumptionibus.*
148. *Confessiones ascendentium in materia natalium & nobilitatis non nocere.*
149. *Refertur quartum actorum fundamentum.*
150. *Matrimonium secundum Mich. I. non esse probatum.*
151. *Matrimonium secundum non præsumi.*
152. *Ne quidem ex longi temporis cohabitatione.*
153. *Si matrimonium non probetur, potius filium præsumi spurium.*
154. *Aliquos hic multum tribuere antiquitati & longitudini temporis, & quare id in præsenti casu non procedat.*
155. *Examinatur quintum actorum fundamentum.*
156. *Exempla non probare.*
157. *Removetur argumentum ab antiquitate desumptum.*
158. *Instrumentum sine die & consule non probare.*
159. *Quare protectorio fuerit opus?*
160. *Protectorium datum esse ab ipsis illis negari, à quibus sibi datum esse actores asserunt.*
161. *Suspectum esse instrumentum, cujus fides tot objectionibus impugnatur.*
162. *Natum etiam ex matre ignobili succedere in feudis dignitatum.*
163. *Unumquemque præsumi eligere viam meliorem.*
164. *Legitimatos per subsequens matrimonium in feudis succedere.*
165. *Redditur hujus rei ratio.*
166. *Taliter legitimatorum jura patria cum legitime natis.*
167. §. *Naturales in lib.* 2. *feud. t.* 26. *de his legitimatis non loqui.*
168. *Idque procedere etiam de matrimonio nobilis cum concubina ignobili.*
169. *Respondetur ad argumenta contraria.*

170. *Aliud*

170. *Aliud tamen statui in primogenituris & quare.*
171. *Distinguendum esse inter uxorem vilem conditione, & vita simul, & vilem conditione tantum.*
172. *Opinionem communem esse sequendam.*
173. *Ab antiquis ludis equestribus* von Thurniern / *non posse duci argumentum.*
174. *Referuntur argumenta contraria.*
175. *Autores ex adverso citatos loqui tantum de Nobilibus, non de Comitibus aut Baronibus.*
176. *Maximam esse differentiam inter feuda communia, & dignitatem annexam habentia.*
177. *Filios sine dotalibus instrumentis per subsequens matrimonium legitimatos non succedere.*
178. *Praesertim si mater sit vilis.*
179. *Demonstratur, authores ex adverso male citatos esse.*
180. *Refertur sententia Vultei de legitimatis per subsequens matrimonium.*
181. *Nec non sententia Rittershusii.*
182. *Non sequi, legitimati habentur pro legitimis, ergo possunt etiam in feudis succedere.*
183. *Refertur opinio Bart. Agricol.*
184. *Quando opinioni communi non sit inhaerendum.*
185. *Sententia unius Doctoris melioribus rationibus fundata, praeferenda est opinioni communi.*
186. *Leges Torneamentorum circa matrimonia Nobilium & circa legitimatos.*
187. *Legitimationem Pontificum non praejudicare agnatis.*
188. *Agnationem non probari ex nominatione agnati.*
189. *Dubia probatio agnationis contra producentem est interpretanda.*
190. *Ex matrimonio cum Illustris familiae filia non inferri sponsi legitimitatem.*
191. *Respondetur ad argumentum à lapide sepulchrali desumptum.*
192. *Leviores probationes admitti in antiquis, si agnati agant contra Dominum, non arco vero si agnati inter se.*
193. *Referuntur porro argumenta rei.*
194. *Dominum feudi & Vasallum possessorem praesumi cognitos habere proximos agnatos & successores.*
195. *Actores in Curiis feudalibus fuisse incognitos.*

67. Proponuntur principalia actorum fundamenta.

Sine praeambulis judiciorum formalibus, quae praesuppono, ad rem ipsam statim recto gradu procedo, potissima Actorum fundamenta in eo consistunt, ut per testamentum paternum Mich. I. inter filios (ex cujus secundo matrimonio suam ipsi derivant originem) per investituras feudorum, per mandatum Cassatorium Imp. *Friderici III.* suam probent agnationem, & legitimitatem. Et profecto ita in jure comparatum est, ut qui agit tanquam agnatus, debeat probare se esse talem. Primo gradum demonstrando consanguinitatis, incipiendo à communi stipite, vel saltem, fratribus germanis, & descendendo per singulos gradus ex utroque latere, clarâ computatione omnes distinguendo, propriisque nominibus, vel aequipollentibus indiciis designando. *c. tua 7. de consanguin. & aff. Mascard. de probat. conclus. 73. n. 4. & conclus. 410. n. 21. Niger Cyriac. controvers. forens. 281. n. 13. & seqq.* ubi multos alios allegat. Secundò demonstrandum est actori, qui uti agnatus agit, se & eos à quibus descendit, usque ad gradum controversum, fuisse legitimos, quia agnatio non causatur, nisi mediante legitimâ conjunctione. §. *adversus. Instit. de Nupt. l. 2. & l. 4. ff. Unde cognati part. in l. tutelas 7. n. 3. ff. de capit. dim. dec. cons. 471. n. 5. peregrin. de fideicommiss. art. 22. n. 82. Honded. cons. 57. n. 45. vol. 5.*

68. Qui agit ut agnatus, debet probare se esse talem & quomodo?

69. Debet etiam probare Majorum suorum legitimitatem.

Cum enim fundamentum intentionis sit in actore tam sua, quam Majorum legitimitas, ex qua deducitur agnatio, necesse habet probare, & suam propriam, & majorum legitimitatem, quia fundans se in aliqua qualitate, liquidò eam demonstrare debet, nec praesumptiones juris ad eam ostendendam sufficiunt, *Cothman. 2. resp. 54. n. 11. non obstante opinione. Menoch. lib. 6. praesumpt. 54. n. 20.* quam *Cyriac. Niger modo suprà allegato loco n. 18.* tradit non esse veram, nec procedere, quando is, qui facit fundamentum in legitimitate est actor, sivè eam deducat incidenter, sive principaliter, prout etiam ipsemet *Menochius in consiliis suis. Cons. 927. n. 39. vers. respondetur. 2.* se ipsum declarans docuit, opinionem suam non procedere in actore, quam sententiam quoque *Cyriac. d. l. n. 18.* ait, se quadraginta quatuor auctoribus corroborâsse, eamque defendunt, *Sociz. sen. cons. 39. n. 1. vol. 1. ubi n. 2. dicit esse communem. dec. cons. 471. n. 2. Natta cons. 421. n. 1. & cons. 473. n. 30. 31.* ubi ait ita judicatum. *Paset. cons. 109. n. 5.* ubi de veriori & communiori testatur. *Bursat. cons. 88. n. 5. & cons. 268. n. 2. Borgnin. decis. 12. n. 5. cum seqq. p. 1. Menoch. cons. 614. n. 2. & dicto cons. 927. n. 39. latè Pacian. de probat. lib. 2. c. 16. n. 1. & 56.* Itaque non sufficit, quod Actor probet se esse legitimum, nisi insuper demonstret, se descendere à legitimis, quia agnati non dicuntur descendentes ab illegitimo, licet ipsi sint legitimi, *l. fin. ubi Gloss. in verbis Consequentia. C. de natural. lib.* uti haec omnia latè deducit *Cyriac. d. loc.* Debent ergò antè omnia demonstrare Actores, se agnatos esse, antequam deveniatur ad ducendas lineas, & gradus Genealogicos indagine accuratiori examinandos. Hoc enim prius non praestitô actoribus nullâ ratione proximitatis competit actio. Sed hac exceptione praejudiciali ita removentur, ut per quaestionem ab adversariis obmotam huic majori praejudicium fieri non possit. *l. 18. ff. de exc. Zanger. tr. de exc. p. 2. c. 10. n. 1. & 2.* neque enim, *inquit ibidem Zanger.* per minorem causam majori cognitioni praejudicium fieri debet, cum major quaestio, minorem ad se trahat, & prius judicandum sit de quaestione majori, antequam ad minorem perveniatur, *Grav. cons. 280. vol. 2. Pacian. de probat. lib. 1. c. 58. n. 13.*

70. Non obstante opinione Menochii, qui se ipsum etiam in consiliis declarat.

71. Debet actor primo probare se esse agnatum, antequam dicat se esse proximiorem.

72. Exceptio agnationis removet exceptionem proximitatis.

n. 13. qui ergò successionis suæ rationem haberi vult pro legitimâ, debet primò causam natalium demonstrare, ne ordo juris planè invertatur, *c. pen. x. de ordin. cognit. Barbaros. lib.* 14. *cap.* 59. *n.* 9. Nemo enim pro tali, quem se jactat, admittitur, nisi qui probat se talem esse, & qui dicit se esse agnatum, habereque jus succedendi, debet prius probare, se revera talem esse, quia, qui agit ut agnatus compellitur ad probandum se agnatum esse, & quidem legitimum, cum jus agnationis tantùm resideat in legitimè natis, per tradita *Bart. in l. tutelas. ff. de cap. dimin. Mascard. de probat. concl.* 74. *n.* 3. *& conclus.* 799. *n.* 6. *Joh. Castillo quotid. controv. lib.* 4. *c.* 31. *n.* 21.

Quoniam ergò negatur Authoribus à reo, & agnatio, & legitimitas Majorum, ad demonstrandam intentionem suam primò illi

73. Actores sæpius variasse in suis Genealogiis.

genealogiam allegant, quam in deductione suâ typis impressâ purissimam rectissimamque reperiri asserunt; Sed cum toties variaverint in suis genealogiis apud curias feudales productis, nihil solidæ probationis indè exstruere possunt; prout etiam ipsimet Actores fundamentum ex genealogiâ deductum,

74. Quas ex superabundanti pro fundamento allegasse ajunt.

in replicis deserunt, asserendo, se non uti argumentis tabularum feudalium & genealogicarum principaliter, sed ex abundanti, cum abundantia argumenta rei illustrandæ causæ adjecta non soleant nocere. *l. non soleant.* 94. *ff. de Reg. jur. Cothman.* 2. *resp.* 88. *n.* 1. principaliter verò confessioni majorum, rebus judicatis & transactis, inniti.

75. Studii Genealogici utilitas.

Nam ut præstantissimum sit, utilissimumque *studium genealogicum*, & inæstimabilis hujus scientiæ usus, in decisionibus causarum, in contractibus, tutelis, bonorum possessionibus, *per l. jurisconsultus.* 10. *in pr. ff. de grad. & affin.* in factura & aperiturâ testamentorum, & codicillorum, in casibus successionis, & hæreditatum; undè pleræque actiones, bella, lites, & controversiæ inter Magnates promanant: ut per scientiam genealogicam nobis constet; quis ultimo defuncto hæres sit proximus, ut disserit *Just. Winckelman. in arbore genealog. Heroum Europæorum.* §. 94. Idem tamen §. 19. *& seqq.* apertè

76. Multum tamen illi inesse imperfectionis.

profitetur, nulli scientiæ humanæ plus inesse imperfectionis, quod propter tantam historiarum & genealogiarum copiam & difformitates veritas in occulto lateat, ut propter rerum varietatem difficulter errores vitari possint, nec se in hunc usque diem authorem vidisse, vel Latinum, vel Francicum, vel Belgicum, affirmat. *d.* §. 29. *Winckelman* qui non erraverit, quia ab uno homine hæc absolvi non possint. Ut itaque genealogiis haud multum attribui possit, nisi instrumentis publicis, documentisque in Archivis asservatis eadem confirmentur.

77. Ad miras vanitates quosdam Genealogistas procedere.

Cæterum namque eò vanitatis procedere genealogistas, ut Magnatum originem ab Adamo, Noha, & ejus filiis, à Priamo & Alexandro Magno, vel aliis deducere non erubescant, quemadmodum assentator quispiam pollicitus est, se posse familiæ Habsburgicæ progeniem ex ipsa arca Noæ ducere, & à Japheto per seriem quandam pomposam probare, ad Trojanum usque Priamum recensere, aut ab eo, ad nescio quem Antonium Sugambrorum regulum extendere; Imò Judæi credere, & dicere audent; Deum primò homini duas creâsse mulieres, ex quibus texunt genealogias infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones, & stolidas contentionum nugas; omnia hæc tradente 78.

78. Ex libris Genethliacis & Chronicis non probari descendentiam, nisi publico sit recepta eorum fides.

Winckelman. d. loc. §. 16. *& seqq.* Hinc quamvis prudenter faciant magnæ familiæ, quæ libros genethliacos sive gentilitios conficiunt, quos probare tradit. *Gail.* 2. *obs.* 149. *n.* 7. *Grev. ibid. n.* 5. *Anton. Thesaur. decis. ult. n.* 33. & pluribus firmat, *Klock. tom.* 2. *cons.* 6. *n.* 99. *& seqq.* per arborem, sive designationem genealogiæ, vulgo den Stammbaum / descendentiam alicujus familiæ probari similiter ex identitate insignium & armorum, testimonio propinquorum, literis investiturarum instrumentis antiquis divisionum, picturis, scripturis vel sculptis columnis, epitaphiis, lapidibus; muris seu parietibus, vel aliis monumentis, quæ vel in Ecclesiis, vel aliis publicis vel privatis locis reperiuntur, probationes accersi posse, approbante præjudicio Cameræ Imperialis, juxta *Gilman. tom.* 2. *decis.* 43. *n.* 78. *Besold. in thesaur. lit. A. n.* 40. Idem tamen *Klock. d. loc. n.* 106. tradit, descendentiam alicujus non probari ex Chronicis etiam antiquis, nisi constet earum fidem esse de publico jam receptam. Licet enim agnati de eadem domo aliquando sint, possunt tamen ex alia esse descendentiâ, alioque ex ramo & Colonello, ut passim in quam plurimis familiis videmus. Ita *Klock. cum ibidem allegatis.*

Et genealogias à privatis confectas nullam 79.

79. Genealogias à privatis confectas nullam mereri fidem.

mereri fidem, nec magis videri tribui scripturæ debere, quam scribenti, egregiè docuit *Joh. Escobar. in tr. de purit. & nobilit. probând. p.* 2. *q.* 9. ubi *n.* 6. ait: quod si in his, quæ à voluntate & consensu hominum producuntur, ut sunt obligationes, qui vires & exitum indè capiunt, annotationi privatæ non creditur: Multò minus id procedet in sanguinis qualitatibus, quæ constitui voluntate non possunt, sed ex natura ita inhærent ut nec voluntate evelli, nec pactionibus subverti, nec scripto possit earum necessitudo contineri. Quippè quæ ex natalibus 80.

80. Sanguinis qualitatem non posse constitui vel everti ex voluntate.

personæ, & sanguini semel cohærent, ex neutrius facto tolli queunt, *l. assumptio* 6. *l. ordine.* 15. §. *fin. ad municipal.* Atque ideò *in l. non Epistolis.* 13. *C. de probat.* constitutum est, quod consanguinitas, quæ à natura & sanguine provenit, non possit Epistolis conjungi, nec ejus qualitas constitui ex cujuscunque consensu, nisi conceptionis tempore insita à natura fuerit. *text. in l. jus agnationis.* 34. *ff. de pact. l. jura sanguinis.* 8. *de reg. jur. l. si te.* 7. *C. de ingent. & manumiss.*

Cum ergò genealogiæ nullam secum tra- 81.

81. Genealogias non habere necessariam probationem.

hant necessariam probationem, secundum jus & rectam rationem, nisi aliis Scripturis authenticis, documentisque ex Archivo publico vestiantur, aut ipsæ in Archivo reperiantur; non est operæ pretium, plura de genea-

genealogiis toties ab Actoribus varitatis facere verba, sed aliæ ab iis allatæ rationes examinandæ.

82. Errorem ex facto alieno & antiquo officere.

Quamvis enim ultimam deductioni suæ typis publicatæ insertam genealogiam pro rectissimâ accuratissimâque deprædicent; Cum tamen antecedenter productas toties correxerint actores, allegando, quod error nemini officere debeat, maximè si is contigerit ex facto alieno, vel ex facto dependeat antiquo, juxta *Vult. vol.* 4. *Consil. Marpurg.* 34. *n.* 186. *Gadd. vol.* 3. *cons.* 241. quia in antiquis difficilior sit originis, & circumstantiarum investigatio, *arg. l. si arbitr.* 28. *de probat. Rheinking. de regim. sec. & Eccles. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 3. *n.* 11. quis eam ab omni errore solam, vacuamque immutabilis veritatis magistram esse, sibi persuadere potest.

83. Famam communem & publicam aliquem constituere in quasi possessione saltem præsumptive.

Alterum Actores fundamentum *à famâ communi & publicâ* deducunt, quod nimirùm semper ab omnibus, præsertim verò curiis feudalibus, undè feuda avita dependent, pro legitimis familiæ agnatis habiti sint & honorati. Et profectò fama publica constituit aliquem in quasi possessione nobilitatis & puritatis; *Escobar. intr. de puritat. & nobilit. proband. p.* 1. *q.* 10. *n.* 15. *Tiraquell. de nobil. c.* 12. *n.* 8. *in fin.* ubi tamen *n.* 17. limitat, quòd fama tantùm generet aliquam præsumptionem, & conjecturam, si reputatio & communis opinio fuerit immemorabilis, usque dum probetur contrarium. Ex famâ enim & facto alterius damnum ac præjudicium pati nemo debet, per *l. si unus* 27. §. 4. *vers. ante omnia. ff. de pact. Surd. Cons.* 173. *n.* 84. Nisi ex ejus mandato factum sit. *Paul. de Castro. Cons.* 335. *in pr. vol.* 1. Nec fama, adminiculis aliis destituta, in præjudicium tertii quicquam probat. *Abbas in c. veniens.* 1. *n.* 8. *& Joh. Imola. ibid. n.* 9. *de testib. Philipp. Corneus. Cons.* 304. *n.* 7. *vol.* 3. *Schurff. cons.* 90. *n.* 24. *cent.* 3. quia fama per se non est ejus efficaciæ, ut plenè probet, sed ut probationem aliquo modo factam adjuvet, & credibiliorem efficiat. *Philipp. Dec. cons.* 36. *n.* 8. *Cravett. de antiq. temp. p.* 1. *sect.* 11. *n.* 2. *Wesenbec. cons.* 23. *n.* 38. *p.* 1. quia fama est debile fundamentum, nec potest reperiri levior testis quam fama, cujus testimonium facile prosternitur. *Ciarlin. controv. forens. c.* 10. *lib.* 1. *n.* 130. Idque adeò, ut ex famâ quamvis vetustâ, & instrumentis antiquis, tum demùm contra possessores probatio desumi queat, si eos injustè possidere vel certò constet, vel conjecturis probabiliter affirmari possit, quia contrà possessores justos tale probationis genus non admittitur. *Cothman. vol.* 1. *resp.* 45. *n.* 141. *citans consilia Lofred. & Purpurat.*

84. Ex fama & facto alterius neminem pati debere damnum.

85. Fama per se nihil probat, licet vetusta sit, contra justum possessorem.

86. An famâ probet in antiquis, & quæ sunt difficilis probationis?

Et quamvis non desint, qui famam putant in antiquis, quæ sunt difficilis probationis, sicut est filiatio, origo, stirps, descendentia, plenè probare, cum paria sint, esse talem & haberi pro tali, ex communi famâ & reputatione, ne similes antiquæ & incorporeæ qualitates omni destituantur probatione, si ad famam recurrere non liceret, prout latè deducit *Escobar. in d. tr. de purit. & nobilit. prob. p.* 1. *q.* 10. §. 2. *per tot.* Atque probatio filiationis adeò censeatur difficilis, ut ICt. *Paulus in l. Lucius. ff. de condit. & de demonstr.* asserat conditionem illam, *si filium se probaverit*, annullare testamentum, quia hæres illi satisfacere non possit. Ut idcircò probabiles & præsumptivæ probationes admittendæ sint; de quibus latè tractat *Menoch. de arbitrar. Jud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 89. *per tot.* Id tamen de qualibet famâ non intelligendum esse monet *Escobar. d. loc.* §. 4. Sed de illâ tantùm quæ pluribus vestita argumentis, & circumstantiis corroborata judicum animos ad credendum inducere valet, quæ scilicet probatur per testes & alias demonstratione de quibus *Cothman. vol.* 1. *respons.* 12. *n.* 167. *& seqq. Klock. relat.* 169. *n.* 26. *Tuscus. lit. F. concl.* 64. quæ est antiqua, inconcussa & stabilis, quia aliàs interpretatio fit adversùs eum, qui se in tali probatione dubiâ firmat. Quod sit fama uniformis & constans, non varia, à nemine controversa, à bona origine, & ex causa rationabili orta, à personis sufficientem cognitionem habentibus. *Klock. relat. Cameral.* 169. *n.* 468. quin & fama antiquior præferenda est recentiori, *Escobar. d. loc.* §. 5. *n.* 16. *Idem p.* 2. *q.* 9. §. 1. 2. 23.

87. Filiationem difficillimè posse probari.

88. Fama ut probet, debet esse vestita pluribus argumentis & circumstantiis.

89. Fama antiqua Præfertur juniori.

At verò famam antiquam fuisse contra Actores ipsimet illi fatentur in triplicis, daß sie Anno 1469. und zuvor (sicque circà annos, ex quibus illi originem suam derivant) weit und breit als naturales diffamirt gewesen; Ergò omnia argumenta de famâ, ex propriâ confessione actorum pugnant contra ipsos; Præsertim si porrò his adjungatur pactum Pauli & Honorii junioris, nec non Danielis junioris, de anno 1455. Atque insuper edictum Friderici Imp. de anno 1484. ex quibus documentis, aliisque infrà discutiendis probationibus, pessimam contrà actores famam jam tùm temporis increbuisse clariùs patescit, quam ut inficiando possit negari.

90. Famam pugnare contra actores & quare?

91. Causas famæ & honoris esse arduas & comparari criminalibus.

Quamvis itaque arduæ sint causæ, quæ famam & honorem concernunt, *l. in inimicitia.* 9. *ff. de his quæ ut indign.* Ut nulla possit esse gravior illa, in quâ de famâ & honore familiarum agitur, pro quibus conservandis & vindicandis, tanquam pro aris & focis, decertari solet, & quæ idcircò causis criminalibus comparantur, in quibus fama, licet plenè & legitimè probata tamen nil demonstrat. *Menoch. de præs. lib.* 1. *q.* 41. *n.* 11. *Mascard. concl.* 754. *n.* 15. quia causa dedecoris mitissimè debet tractari, *Escobar. d. tr. q.* 1. §. 1. *n.* 32. Quandoquidem tamen hic militat Regina probationum, propria scilicet actorum confessio, applicari hùc non incommodè potest, quod *Escobar. d. modo suprà loc. n.* 22. tradit: Infamatum nempè publicè jus bonæ famæ amisisse; Et quamvis Actores allegatis multa documenta in sui favorem opponant, examen rei tamen demonstrabit, quibus fides adhibenda sit, cùm famæ contrariæ invicem confundantur, nisi major pro unâ quam pro alterâ militet ratio, idem *Escobar. d. l.* §. 5. *n.* 4. Tertium fundamentum suæ intentionis collocant *in mandato restitutorio Imp. Friderici III. de anno* 1491. quo tamen ipso fatentur, ab eodem Imperatore anno 1484. edictum publicatum esse, quo mandatum, daß niemand N. und N. für Herrn zu N. hinfüro mehr nennen/

92. Idcirco mitissimè debere tractari.

93. Infamatū publice jus bonæ famæ amisisse.

94. Refertur tenor edicti Imp. Friderici III. de anno 1484.

halten heissen/ noch schreiben/ noch den Jhrigen zu thun gestatten/ noch sie auf Tägen/ Versammlungen/ noch andern Enden an Herrn statt nicht setzen solle/ bey Käyserlicher schwerer Ungnad und Straff/ so lang biß genugsam beygebracht wird/ daß vor ihrer Geburt/ Weyl. zu N. und Frau N. nach Ordnung und Aussetzung der Heil. Kirchen ehelich einander gehabt/ contra hoc edictum se restitutos esse ajunt Actores ab eodem Imperatore Friderico III. *anno* 1491.

95. Quibus argumentis glorientur Actores.

Gloriantur in hoc mandato restitutorio Actores, utpotè in quo etiam relativè contineatur Testamentum Danielis I. Ubi Rudolph & Daniel (unde originem suam derivant Actores) filii nominentur testatoris legitimi: Hinc ipsos non tanquam fungos, & stipites ad alienas posse relegari familias, quia non in nudo nomine, sed in immediatâ generatione, & succ essione, & quidem in feuda Equestria Avita, Insignibus similibus, publicâ apud omnes Franconiæ familias famâ, nominis Identitate, titulis Baronum, & Dominorum, contractibus & Instrumentis, inscriptionibus quâ sepulchralibus, quâ aliis) de quibus omnibus probationis argumentis infrà speciatim tractabitur) se fundent, ut alius legitimam agnationem, & proximitatem probandi non detur modus, *Menoch. cons.* 816. *Tusc. lit. A. concl.* 516. *Sixtin. vol. 2. cons. Marpurg. 28. eosque* sequens *Knipschild. de fideicomm. n.* 21. Ubi demonstrat, quod possessio insignium similium, & nominis Identitas, onus probandi in adversarium transferat.

96. Ex nominatione filii in testamento facta filium censeri legitimum

Nominatio verò filii à patre apud acta, vel in Instrumento facta, facit probationem pro matrimonio legitimo sufficientem, adeò ut ejusmodi à patre nominatus filius, non adjecto verbo naturalis, ex nominatione & professione patris censeatur legitimus, donec contrarium probetur, textus apertus in *nov.* 17. *c.* 2. ibi: *ex hoc enim, & cum eorum matre legitimum monstratur matrimonium, ut neque ab eâ pro nuptiarum fide alia probatio requiratur*, ubi *Angel. Bart. Dec. Aretin. Nev. & alii plures.*

97. Agnationem probari per agnitionem parentum & propinquorum.

Ex his indubitati juris esse, agnationem legitimam plenè probari per agnitionem parentum & propinquorum, inprimis eorum, de quorum præjudicio agitur. *Joh. Andr. de Consanguin. & affin. n.* 92. *Mascard. de prob. concl.* 410. *n.* 33. *& seqq.* Et qui non agunt de auditu, sed notitiâ propriâ, *c. licet ex quadam* 47. *extr. de testib. c.* 1. *de consanguin. & affin. Gozadin. cons.* 13. *n.* 34. *Dec. Cons.* 272. *col.* 4. *Paris.* 4. *Cons.* 58. *n.* 22. Consanguinei enim maximè præsumuntur scire conditionem cognatorum, *l. Octavi.* 9. *§. un. in fin. Unde cognati. Tuscus. lit. c. conclusione.* 741.

98. Imp. Fridericum in mand. restitutorio observare, allata sibi esse documenta.

Hinc Imper. *Fridericum Tertium* in dicto mandato restitutorio de anno 1491. præcepisse omnibus & singulis, Daniel und Rudolphen für Herrn zu N. zu halten/ additâ ratione, daß Jhro Käyserl. Majestät die brieffliche Urkunden vorgebracht worden.

99. Sola instrumenta probare agnationem.

Sola verò Instrumenta legitimam probare agnationem, ne dum conjuncta cùm testium asseveratione, *c. series*, 26. ibi: *Ad corroborandam assertionem suam Testes offerens, quam publicum instrumentum de Testib. peregrin. de fideicomm. art.* 43. *n.* 83.

100. Nominatio filii in testamento patris probatur.

Et cum *Menoch. Cons.* 614. *n.* 4. appellationem filii naturalis in testamento paterno factam, pro sufficienti probatione habeat ejusmodi qualitatis: Idem operabitur eadem appellatio & nominatio patris in testamento facta per verba, Eheliche Kinder/ pro liberorum legitimitate, fatente iterum *Menoch. d. n.* 4. *vers. ita etiam*, quod quis sit legitimus, nominatio patris operatur; facit *l. ult. C. de arb. tut.* maximè nuptiis & aliis adminiculis concurrentibus,

101. Maximè si nuptiæ, cohabitatio, & similia concurrant.

Cephal. lib. 3. *Cons.* 435. *n.* 60. *&* 74. puta cohabitatione & tractatione matrimoniali, *Gl. & Canonistæ in can.* 1. *caus.* 30. *q.* 5. *Joh. Lupus in tr. de matrim. p.* 2. *n.* 12. *Curt. Jun. Cons.* 52. *n.* 3. *Paris.* 2. *Cons.* 13. *n.* 22.

Non itaque retorqueri adversùs actores posse edictū Friderici III. Imp. de anno 1484. utpote, quod per mandatum restitutorium de anno 1491. penitùs sit sublatum.

102. Leges, sententias, instrumenta cassata sine delicto non posse amplius allegari.

Quemadmodùm autem, qui leges abolitas, & antiquatas allegat, falsi criminis reum se facit, *l.* 2. *§. hac igitur* 19. *l. dedit.* 3. *§.* 19. *c. de jur. vet. enucl.* Ita etiam qui conventiones & Instrumenta abolita, extincta & inania citat, prout *Menoch. Tractat. in causa Finariensi resp.* 2. *n.* 6. *& seqq.* talia enim documenta legitimè extincta nihil aliud sunt quàm inanes tabulæ, *l. emptor.* 47. *§. Lucius* 1. ibi: *vanum & pro cancellato habetur ff. de pact.* & pro nullis habentur, *l.* 4. *§.* 8. *C. de SS. Eccl. Gail.* 2. *obs.* 4. *n.* 4. Sic ut hæredibus ex talibus pactis agentibus opponi possit exceptio doli, *l. avunculo.* 28. *de mort. caus. donat. Wesenb.* 5. *cons.* 241. *pag.* 1361. *n.* 28. Et pœnam constituendam esse pro mensurâ delicti in eos, qui instrumenta protulerunt, quæ probare non possunt. *l. Divus Pius.* 31. *ad l. Cornel. de fals. &* ibi: *Wesenb. n.* 8.

103. Fatuus est, qui omissa exceptione litis finitæ ad novas se patitur probandi difficultates deduci.

Nec non calumniam inferre censetur, qui sententiam vel annotationem cassatam allegare ausus fuerit, *l. cum indulgentiâ* 20. *C. de sent. pass. & restit.* prout etiam stultissimus foret, qui omissâ exceptione litis finitæ, ad novas se probandi difficultates pateretur deduci, ut loquitur Justinianus, *in §. cæterum.* 5. *vers. sed erit. Inst. quod cum eo.*

104. Quæstionem status non moveri post quinquennium.

præsertim si post unum tandem & alterum seculum quæstio status alicui moveatur, quod fieri tamen de jure non possit, *t. t. C. ne de stat. defunct. post quinquen. quærat.*

105. In fama diversa attendenda est ultima.

Et cum etiam eo casu, quo diversa fama de aliquo increbuit, attendenda sit ultima, *Mathesitan.* 51. *n.* 17. *Menoch. const.* 27. *Natta const.* 473. *n.* 20.

106. Exempla à persona publica vidimata fidem facere, præsertim in antiquis.

Indè concludunt Actores, nullâ ratione edictum de anno 1484. tanquam plenè sublatum, per mandatum restitutorium de anno 1491. adversùs ipsos ampliùs allegari aut objici posse; Nec obstare defectum originalis mandati restitutorii, cum exempla à personâ publicâ vidimata plenam fidem faciant, *arg. l. in fraudem* 45. *§.* 7. *de jure fisci.* quod maximè obtinet in antiquis, *c. ult. de fid. instrum. Ant. Gabriel. lib.* 1. *tit. de præsumpt. concl.* 1. *n.* 2. *Mynf.* 6. *obs.* 7. aut ex Archivis publicis de promptis. *Auth. & hæc. vers. & carta C. de fidei Instr. Matth. Coler. de process. execut. p.*

3. c.

3.c.1.n.53.& seqq. Carpzov. jurispr. lib.1. const. 17.n.38. cum is honor sit habendus antiquitati, ut quando in antiquis versamur, præsumamus omnia ritè fuisse acta, arg. l. si filius familias. c. de petit. hared. Cravett. de antiq. temp. p. 2. n. 65. Ut non addatur ex edicto de anno 1484. per sub- & obreptionem impetrato nullum jus reis acquisitum esse, l. 2. pen. & ult. c. si conra jus vel util. publ. Imò nec opus esse ad cassationem illius mandati processu, cum sola cognitio & declaratio subreptionis rescriptum prius ipso jure annullet, Leonell. de subrept. rescr. q. 5. art. 2. Zanger. de Except. p. 2. c. 17. n. 20. posteriori verò rescripto, seu mandato restitutorio eò minùs subreptionem imputari posse, quia ipsummet de subreptione antecedentis Edicti corrigendâ tractet, clarisque nitatur documentis, cum subreptio fiat contra veritatem, ejusque liquidam & claram probationem, d. l. 2. pen. & ult. C. si contrà jus. & util. publ. ut nec damnum vel præjudicinm prætendere possint illi, qui ab Imperatore inspectis Instrumentorum tabulis impostores pronunciati sunt; nisi etiam prædones damnum se pati querantur, quando vim passis bona rapta vel occupata jubentur restituere. l. 31. §. 1. depositi. facit l. quod quis ex culpa sua 203. de reg. jur.

107. In antiquis præsumi omnia ritè acta.

108. Edictum de anno 1484. fuisse sub- & obreptitum.

109. Subreptio quomodo fiat?

110. Prædones non posse conqueri, si bona rapta jubeantur restituere.

Sed ut plausibiliter ista dicantur, resistit tamen actoribus 1. propria confessio, quod nullum mandati hujus originale amplius extet in rerum naturâ, quod mox in divisione fraterna deperditum esse, mox incendio, mox verò naufragio periisse mirâ variatione perhibetur, 2. quod in ipso prætenso mandato restitutorio sequentia referuntur formalia: Der Rudolph und Daniel / hätten durch briefliche Urkunden berichtet/ daß/ weil Daniel Herr zu N. bey guter Vernunfft/ und wohlmögenden Leib / künfftige Irrung und Unrath zu verhüten/ ein ordentlich Geschäfft gethan darinnen er seine Schlösser / Haab/ und Güter zertheilet/ und also geordnet/ und geschicket/ daß die gemeldten/ Rudolph/ und Daniel / als seine ehliche Söhn / das obberührte Schloß zu Martinsberg haben / und erben sollen/ cum tamen ipsum testamentum ab Actoribus exhibitum demonstret, quod arx Martinsberg/ non Rudolpho & Danieli III. sed Danieli II. in testamento sint relicta, ut aut falsum exhibuisse oporteat actorum prætensos antecessores Imperatori testamentum, aut mandatum hoc falsitatem, & irreconciliabilem cum testamento contrarietatem contineat. 3. Reperitur in mandato, daß auff Anbringen des jüngeren Herren N. der Käyser das Edict ausgehen lassen / cum tamen Edictum faciat mentionem, des gantzen Geschlechts zu N. uti & in fine mandati hæc verba leguntur; den gemeldten Honorii und seiner Helffer Helffer Unterrichtung und Ungestümmes Ansuchen / ex quibus patet, quod Honorius solus mandatum non impetraverit. 4. Præcipitur in mandato, von unser und des Reichs wegen bey dem ehegemelten Honorio dem jüngern daran zu seyn / und zu verfügen / damit er ihnen das obberührte Schloß Martinsberg mit samt andern ihren Vätter- und Mütterlichen Erb- und Gütern wiederum zu Handen stelle / und um seine Spruch und Forderung/ da er einige zu haben vermeinet / Rechts vor uns/ als Römischen Käyser/ sich begnügen lasse / cum tamen Honorius junior jam anno 1452. fatis concessisset, sicque post 39. annos contra defunctum nec mandatum decerni, nec ulla ei injunctio injungi potuerit, eò quod sententia in mortuum lata, & intrà 30. annos non intimata parti, sit ipso jure nulla; Imò de stylo excelsi Consilii Imp. Aulici Mandata parti non insinuata solum sint annalia; Atque determinati juris sit, quod instrumenta inter se pugnantia nullius sit momenti, Cothman. vol. 3. resp. 83. & vol. 2. resp. 56. num. 82.

111. Referuntur contra mandatum restitutorium exceptiones rei.

112. Ostenditur prima contrarietas mandati & testamenti.

113. Aperitur secunda.

114. Demonstratur tertia.

115. Instrumenta inter se pugnantia nullius sunt momenti.

Quibus accedit 5. quod Frater Actorum Fridericus I. in memoriali anno 1637. exhibito affirmavit Rudolphum & Danielem tempore edicti Friderici tertii Imperatoris adhuc fuisse pupillos, cum tamen ex actis, & ipsâmet actorum confessione & genealogiâ constet, ipsos jam anno 1463. fuisse uxoratos, & in ætate virili constitutos, ut iterùm hæc aperta falsitas producatur in lucem. Quid quod 6. Mandatum hoc restitutorium nullibi sit insinuatum, nec partes auditæ cum tamen probationes parte alterâ citatâ, & audita fieri debeant, prout edictum præcedens non ad simplicem partis implorationem, sed cum causæ cognitione emanâsse, ipsa Mandati restitutorii verba, jetzt berührte unsere Käyserliche Gebot-Brief mit allen und jeglichen Handlungen darauff beschehen / satis evincunt, & hinc ista omnia corroborantur ex evidentia facti, quod 7. actores nunquam restituti sunt in arcem Martinsberg/ sed ea ipsis scientibus, videntibusque est vendita. Quin insuper 8. à Rege Maximiliano anno 1489. datum est rei majoribus protectorium pro manutenentiâ arcis Martinsberg/ ex quo elucet, Majores actorum ab anno 1455. usque in illud tempus pro legitimis habitos non fuisse, ut planè non verosimile sit, eos demùm anno 1471. suam potuisse legitimitatem demonstrare, cum singulis horis testamentum Danielis I. approbationesque agnatorum, quæ in mandato restitutorio, tanquam probationes legitimæ eorum descendentiæ allegantur, producere facilè fuisset, si tales ab anno 1460. & 67. in authenticâ formâ in rerum naturâ extitissent; vivebant adhuc 9. Anno 1484. Daniel II. vivebat Honorius senior, quos suæ approbationis convincere; manus & sigilla eorum ostendere, Mandatum restitutorium ubivis publicare, curiis feudalibus id insinuare, plusquam facilè fuisset, de quibus tamen omnibus altum ubique silentium.

116. Declaratur 4. contrarietas.

117. Mandatum restitutorium nemini esse insinuatum.

118. Hinc nunquam actores fuisse restitutos.

119. Potius rei majores obtinuisse protectorium.

120. Quare prætensa ab agnatis approbatio testamenti sit suspecta?

Nec spernendæ sunt 10. Rationes, quas Reus adducit, quod supposito quoque mandato, Edictum prius tamen, quod anno 1484. publicatum in rem judicatam abierat nor potuerit interessatis non auditis, cum tam gravi eorundem præjudicio cassari, eò quod etiam Principis assertioni non stetur, quatenus illa tendit in præjudicium tertii. Petr. Anton. de de petrâ in tr. de jure quæsit. per princip.

121. Edictum de anno 1484. quod in rem judicatam transierat non potuisse cassari, impetrantibus non citatis nec auditis.

cip. non tollend. c. 15. n. 73. & per jura supra deducta. Cum nemini jus suum prævia causæ cognitione acquisitum, ad nudam alterius instantiam, & parte alterâ nec citatâ, nec auditâ aufferri queat; per jura vulgata. Et cum Imperator Fridericus III. anno 1484. nec non Rex Maximilianus I. anno 1489. Herrn Danielen/Honorio dem ältern/Theodosio/Honorio dem jüngern/und Paulo, dederit protectorium ratione arcis Martinsberg / quis credat statim duobus annis post nimirum anno 1491. ad nudam Fratrum Rudolphi & Danielis III. Instantiam, reliquis non citatis nec auditis, mandatum restitutorium emisisse? quæ autem vero similia non sunt falsitatis habent imaginem.

122. Actores fateri nullum adesse Mandati restitutorii originale. Denique II. omnem circà hoc mandatum restitutorium specietenus occurrentem difficultatem absorbet actorum intriplicis rotunda confessio, quod nullum mandati hujus originale, sed illud forsan (ut sunt formula triplicæ) justa attestatum factæ depositionis quorundam documentorum Senatus N. apud quem cum aliis illustris familiæ instrumentis, depositum fuerit, vielleicht an-
123. Referuntur eorum circa originale perditum variationes. dern verbronnen/ oder bey der Brüder Separation, ubi major natu plerumque originalia asservare soleat, von Handen kommen/ aut denique tempore Caroli V. Imp. unà cum aliis literariis documentis, mari haustum esse, & naufragio periisse; Cum tamen in dictâ designatione, in qua omnia deposita documenta specificè describuntur, hujus mandati restitutorii nulla fiat mentio, nec de ullo incendio, aut alio casu, quo perire hæc probatio potuerit, doceatur, & tempora Caroli V. Imp. non nisi ineptissimâ applicatione huc trahantur, cum non in Archivo Cæsaris, sed in manibus actorum fuerit (si quod unquam erat) mandati originale. Unde tota hæc narratio de restitutorio mandato merum potius patet commentum esse, actoresque fortissimâ juris præsumptione gravat, ipsos circà alia documenta allegata haud meliori fide versatos esse, juxtà Menoch.

124. Rescripta sub- & obreptitia nihil operari. Quod si etiam decretum cassatorium ad importunas fratrum Rudolphi & Danielis preces emanâsset unquam, determinati juris est; quod sub- & obreptitiè à principe circumventa ejus religione, impetrata, nullum operentur juris effectum, præsertim contrà
125. Etiamsi habeant clausulam Motu proprio. autoritatem rei judicatæ, nec enim præsumitur princeps alterum, maximè non citatum vel auditum lædere velle, ut prosit alteri, l. 2. C. si contr. jus. vel util. publ. & l. nec avus. de
126. Clausulam Ex certa scientia non operari quoad incognita. mancipar. Etiamsi enim rescripta clausulam habeant, motu proprio, nihilominus tamen pro obreptitiis reputantur, si imprimis aliunde appareat principi omnes circumstantias non fuisse fideliter narratas, Crav. Conf. 103. n. 17. lib. 3. Alexandr. Conf. 122.
127. Clausulam Salvo jure quorumcunque semper in concessionibus intelligi. n. 8. lib. 4. Curt. Sen. Conf. 41. lib. 3. Hinc causulam. Ex certâ scientiâ non operari, quod incognita, & imò ex consuetudine & stylo solum opponi, tradit Ant. de Petrâ de jur. quæsit. per princip. non tollend. cap. 32. de Clauf. ex certâ scientiâ. n. 15. Atque è contrario, clausula, sine præjudicio quorumcunque jurium semper in concessione principis intelligitur, etiamsi specialiter adjecta non sit, Flamin. de Rubeis. conf. 82. n. 61. & addit ibi n. 62. & 63. quod tantùm hæc clausula, etiam subintellecta operatur, ut contra neminem tertium, qui non adfuit, præjudicium induci possit, cum Princeps, maximè supremus, multitudine negotiorum præventus, ad omnia per eum emanata advertere non possit, Gail. 1. obs. 14. 128. Copiam sine originali non probare.
n. 6. Nulla itaque fides haberi potest mandato restitutorio, cujus originale non apparet, eò quod documentum originaliter non productum nil quicquam probet pro producente per l. 2. ff. de fid. Instr. & c. 1. X. eod. Covar. pr. q. 19. Maximè si contra id tot argumenta falsitatis pugnant, de quibus videri potest, Alvarez Pegas res. forens. c. 19. per tot. Etsi enim miraculosam dicat esse probationem, Mascard. vol. 1. q. 5. n. 15. Ut credatur pelli 129. Probationem miraculosam esse in pelle animalis extincti.
alicujus animalis jam extincti, Instrumento scilicet publico, id tamen, ut fidem mereatur, omnibus numeris debet esse absolutum, ut nullâ planè falsitatis præsumptione laboret. Præterea Instrumentum referens quod se coarctat ad relatum, de quo tamen nil certi constat, in judicio nullam obtinet fidem, nisi quatenus ipsum relatum probat, & de eo apparet, Auth. si quis in aliquo. C. de edend. 130. Referens non probat sine relato.
Gail. 1. obs. 82. n. pen. Ruland. de commissar. p. 2. lib. 5. c. 35. Surd. Conf. 5. n. 57. si enim pars adversa contradicat referenti, imprimis si illud referens relati tenorem non satis explicet, sine relato non creditur, Cothman. vol. 1. resp. 17. n. 71. & referens eo casu planè nullum est, Natta Conf. 673. n. 4. t. 4. Cephal. Conf. 200. n. 7. lib. 2. Wesenb. Conf. 15. n. 52.

Quia tamen Actores produxerunt copiam 131. Producens debet stare instrumento in omnibus.
istius mandati restitutorii, in quo fatentur duos fratres Rudolphum & Danielem pro illegitimis olim declaratos esse, ideò sine limitatione, exceptione aut protestatione stare illi debent etiam in iis quæ contra eos faciunt, Mascard. de prob. Concl. 916. n. 17. & Dec. in l. fin. n. 6. c. de edend. Econtra rei aliqua ab Actore in instrumento exhibito producta capita rejicere, aliqua verò acceptare, non prohibentur. Qui enim instrumentum, plura complectens capitula, in aliquibus impugnata, nihilominus illud in aliis non impugnatis articulis jure allegare & in vim probationis pro suâ intentione rectè exhibere potest, per tradita Dd. in l. quadam. §. nummularios. & ibi Bart. n. 2. ff. de edend. Bald. Conf. 156. n. 3. Rom. conf. 346. n. 4. Angel. Conf. 304. n. 2. qui præcipuè doctrinam istam de instrumento habente plura, & distincta seu separata Capitula, quæ loco unius haberi possunt, confirmat, cum quibus etiam consentiunt Canonistæ Abbas in c. 2. n. 10. X. de fid. Instrum. Geminian. conf. 9. in fin. quemadmodum pariter, si sententia plura contineat separata capitula, ab uno vel altero appellari potest, reliquis in rem judicatam transeuntibus; Imò si instrumentum quoddam ob defectum solemnitatis fuerit impugnatum, nihilominus in aliis capitulis separatis, & ad alium effectum tendentibus 132. à reo tamen potest illud ex parte impugnari & ex parte acceptari.

im-

impugnans, illud pro se adducere potest. *Cothman. vol. 3. resp. 50. n. 60.* Cum itaque Actores mandatum restitutorium contradictum de anno 1484. vel esse vel fuisse in rerum naturâ, docere non possint, manet confessione Actorum, & Archivis Curiarum feudalium, chalybeo inscripta stylo, contra Actores per edictum de anno 1484. res judicata, quæ retrahi amplius non potest, nec debet. *l. 1. §. pari modo. ff. de lib. exhib.* quia uni liti unum judicati finem sufficere placuit, ne aliter modus litium multiplicatus, summam atque inexplicabilem faciat difficultatem, *l. singulis. 6. de Except. rei jud.*

133. Non probato mandato restitutorio esse contra Actores ex Edicto de 1484. rem judicatā.

134. Rei judicatæ effectus.

Vanissima porro est Actorum responsio, quasi sub verbo, Burg zu Eißleben / quæ duobus fratribus Danieli & Rudolpho in testamento assignata est, continetque etiam arcem Martinsberg / eò quod testator pro libitu prædia sociare, & alteri alterum conjungere possit, exemplo, *l. Titia. 34. §. Lucius Titius, 1. ibi cum impositionibus suis de legat. 2. l. Cajus. 12. de ann. legat. l. 6. de fund. instruct. vel. instrum. leg.* aut fortassis per Codicillum, aliamvè ultimam voluntatem arx Martinsberg / dictis fratribus possit esse relicta; prout etiam inanes conjecturæ contra possessorem legitimo munitum titulo nihil operantur in jure, ita pariter verba testamenti actoribus obstant, quibus dispositum, alle übrige Güter / so nicht mit sinnenden Worten hierinn begriffen / solln Danieli dem Aeltern bleiben; Irrelevantia pari laborat, altera responsio, quasi Imperator Fridericus III. Mandatum cassatorium non decreverit, adversus Honorium tunc temporis jam ante 39. annos vitâ functum, sed saltem ejus injustitiam in vivis commissam eo mandato correxerit & reprobarit, siquidem clarissima mandati verba ostendunt, illud in personam Honorii, tanquam viventis esse directum, in formalibus: Gebieten darauf allen und jeglichen Churfürsten / Fürsten / Geist- und Weltlichen/ Prälaten/ Grafen/ Freyen/ rc. Ernstlich mit diesem Brief/ und wollen/ daß sie die obgenannte Rudolph und Daniel für Herren zu N. nennen/ heissen und schreiben/ auch auf Tägen/ Versammlungen / und andern Enden dafür ehren/ und halten/ und von unser und deß Heil. Reichs wegen/ bey dem ehegemeldten Honorio dem Jüngern Herrn zu N. durch zimliche Mittel und Weg daran seyn/ und verfügen/ damit er ihnen/ das obberührte Schloß Martinsberg/ mit samt andern ihren Vätter- und Mütterlichen Erb- und Gütern/ was er ihnen deß unbillicher Weiß mit Gewalt abgetrungen hat/ wiederum zu ihren Handen stelle/ und um seine Spruch/ und Gerechtigkeit/ ob er die darzu zu haben vermeine/ Rechts vor Uns als Römischen Kayser/ ihrer/ und seinem rechten Herrn begnügen lassen / bey Unser und deß Reichs schweren Ungnad/ und dazu einer Pöen von fünffzig Marck löthigs Golds rc. Quis enim negare ausit verba hæc omnia in Honorium, tanquam eo tempore adhuc in vivis agentem, esse directa? quomodo vero Honorius junior, qui jam anno 1452. naturæ debitum persolverat an. 1484. Imp. Fridericum III. sollicitare & informare potuit, ut edictum contra fratres publicaret, prout in prætenso Mandato id refertur: Als wir vormahls auf Anbringen deß Edlen/ unsers und deß Reichs lieben getreuen Honorii deß jüngern Herrn zu N. allen und jeglichen/ unsern/ und deß H. Reichs Churfürsten rc. ernstlich geschrieben/ und gebotten rc. Et in verbis und durch deß obgemelten Honorii, und seiner Helffer Unterrichtung/ und ungestümmes Ansuchen/ die obbestimmte unsere Brieff ausgehen lassen rc. Ex quibus omnibus commentum istius malè consarcinati Mandati restitutorii ad oculum patet. Nec enim dubium est, falsum esse hoc instrumentum, quod tale esse tam concludenter ex argumentis demonstrationis suprà deductis probatur. Nam quando instrumenta inter se sunt contraria, vel quando repugnantia in eodem apparet instrumento, quando evidentia facti instrumento contrariatur, quando verisimilia non continet, quando diù occultatum est, nec tamen unquam publicatum, de ejus falsitete dubitare non licet, ut latè deducit *Alvarez. Pegas. resol. forens. c. 19. n. 28. 29. 30. 42. 61. & 91.*

135. Testatorē pro libitu posse prædia sua sociare.

136. Verba mandati restitutorii expresse contra mortuum ante 39. annos esse directa.

137. Sigismundum anno 1452. mortuum demum anno 1484. Imperatorem informare non potuisse.

138. Instrumenti falsitas unde probetur.

Quodnam igitur in nominatione filii, fratris aut Agnati actores invenient præsidium? Cum in jure notum sit, quod nominatio fratris vel consanguinei non probet aliquem consanguineum vel agnatum esse, quia sæpè fratrem ex charitate nominamus, qui frater non est, prout inquit JCtus *Paulus in l. nemo. 56. ff. de hæred. instit. Hinc Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gl. 16. n. 1.*

139. Nominationem filii non probare, præsertim si pater id faciat ad tegendum id scelus.

Statuit ad probationem consanguinitatis necessè esse gradus distinctos probari, nec satis esse, si probetur, quod se pro consanguineis habuerunt, & tractaverunt, quia hujusmodi probationis genus non reperitur in jure proditum in aliis, quam in patre & filio, viro & uxore, non etiam inter alios, ac ne fratres quidem, per tradita *Cyni. in l. non Epistol. C. de probat.* Undè actores ipsi in triplicâ suâ ex *Menoch. Cons. 1614. n. 1. & seqq.* fatentur, non sufficere nominationem filii, si pater fornicator, ad tegendum scelus suum, concubinam suam appellet Conjugem, Bastardos seu natura-es suos filios, nisi matrimonium probetur, *quâ de re plurib. infrà.* quod si enim favore antiquitatis & propter longitudinem temporis, per merissimas conjecturas agnationis probationes implere liceret, si legitimus possessor ex præsumptionibus, atque imperfectis, imò falsis instrumentis posset condemnari, nulla familia esset secura, quin quilibet ingeniosus Tritavum sibi Principem, Comitemve ex nobilissimâ prosapia fingere; & legitimis descendentibus jus succedendi intervertere posset. Ideo licet aliquid antiquitati indulgendum esse videatur, nemo tamen sine plenâ probatione condemnandus est, præsertim quando rei oppositiones ex eâdem ætate & longitudine temporis accersuntur, quibus omnis fides probationum ab actoribus allatarum, si non extinguitur, saltem suspenditur.

140. Favori antiquitatis hic non nimium attribuendum.

141. Examinatur 3. actorum fundamentum.

Tertium actorum fundamentum est *Testamentum Danielis I.* quod ajunt insuper à Daniele II. an eines rechten Eydes statt/ esse approbatum sabbatho post festum S. Nicolai anno 1460. atque insuper Honorium & Paulum fratres pro majori robore sua isti approbationi sigilla appendisse. Idemque præstitisse Theodosium III. anno 1467. per vidimus Abbatis N. ubi omnes apertè fateantur, daß Herr Daniel I. mit Frau N. seiner ehelichen Gemahl ihrer Stieffmutter/ eheliche Kinder/ die ihre Stieff-Geschwistrigt seyn/ habe. Ut jam istis Majorum suorum confessionibus contravenire Dominus reus nullâ ratione possit.

Verùm utut hæc omnia veritatis & boni juris aliquam speciem præseferant, expendendum tamen econtra, *primò* allatas esse Abbati vidimanti N. litteras, welche mit deß requirenten besten Insigel: und in einem andern Pergament versiegelten Brief/ welcher an seinem Dato stund/ am Donnerstag der H. Drey König Abend/ nach Christi unsers Herrn Geburt 1464. transfigirt/ und eingehenckt war/ und darvon glaublich vidimus gebeten; & tamen illæ litteræ quas Abbas transsumpsit non sunt datæ anno 1464. sed demum *an.* 1467. die Mercurii post festum

142. Nullum adesse testamenti originale, sicut nec approbationis agnatorum

S. Viti. insuper actores post decretum de *an.* 1663, quo ipsis injunctum est, ut documenta sua in authenticâ producant formâ, nec testamentum nec ejus deprædicatam confirmationem in originali, vel vidimata copia, extra istam copiam copiæ, exhibuisse, ut proinde non satisfactum sit decreto. 2. Alio ab actorum fratre copia testamenti an. 1637. est producta, alia ab actoribus in sua deductione typis mandata est. 3. Ipsimet rei fatentur, originalia usque ad conclusionem causæ tantùm exhiberi posse, quod tamen hactenus non præstiterunt, & licet pro exhibendis Originalibus petierint commissionem, tamen in vim decreti de anno 1663. copias vidimatas producere debuissent. 4. Etsi supponatur, testamentum tale, prout ab actoribus asseritur, à Daniele I. conditum esse, ex ejus tamen tenore clarissime patet ipsum testa-

143 Testatorem ipsum Mich. & Wolff. non ut filios legitimos tractasse.

torem, Danielem & Rudolphum, non ut filios naturales & legitimos, sed ut naturales tantum tractasse, utpote quibus minimam suæ substantiæ reliquerit partem. Erat nimirum Daniel I. post mortem Hermanni fratris omnium bonorum avitorum hæres ex asse, uti apparet ex divisione bonorum anno 1438. exceptionibus oppositâ sub *n.* 6. Ex quibus tamen omnibus nihil attributum est in testamento paterno Rudolpho & Danieli. Unde apparet, vix ferè vicesimam hæreditatis partem fratribus istis attributam esse, sic ut ab ipso patre tanquam legitimi ejus filii non sint tractati, quippe quibus nec legitimam integram reliquit. Quibus accedit 5. quod in litteris Joannis Episcopi, quibus testamentum confirmavit, tantum nominetur Rudolph und Daniel N. omisso penitus familiæ controversæ prædicato, ut ita 6. Daniel II. filiali ductus reverentiâ facile consentire potuisset in dispositionem patris, si Daniel & Rudolphus portione tam modicâ contenti à reliquis omnibus bonis feudisque avitis penitus excluderentur, & hactenus ipsos parcendo ipsorum famæ, pro fratribus nominare. Verùm 7. quod nunquam con- 144.

senserint, aut ipsi aut reliqui Agnati, in Danielis I. si quod unquam conditum est testamentum, id quidem exinde luce meridianâ clarius apparet, quod persequendo intentionem suam jam *an.* 1455. cæptam an. 1484. publicum ab Imper. Friderico III. impetrarunt Edictum, daß Rudolph und Daniel Gebrüdere/ so weiland Daniel Herr zu N. mit weiland N. als die dannoch einen ehelichen Mann gehabt/ und nach desselben ihres Mannes Abgang erworben/ wiewohl dieselbe beede Personen unehelich beyeinander gesessen/ und also in ihrem Todt blieben/ und niemand wissentlich gewesen/ und noch nicht seye/ daß sie nach Ordnung Christlicher Kirchen zusammen verehelight wären worden; So wird bey deß H. Reichs schwerer Ungnad allen gebotten/ daß sie die genannten Rudolph und Daniel hinfüro vor Herren zu N. nicht mehr nennen/ heissen/ halten/ noch schreiben/ so lang biß gnugsamlich beygebracht wird/ daß vor ihrer Geburt weiland der obgenandte Daniel zu N. nach Ordnung und Einsetzung der H. Christlichen Kirchen ehelich einander gehabt. Ex quo mandato nullus aut Danielis II. aut Agnatorum consensus apparet in testamentum aut legitimationem Rudolphi aut Danielis, cum tamen hoc edictum emanasse ipsimet actores fateantur, utpote quod archivis feudalibus insinuatum adhuc ibidem asservatur.

Agnatos nunquam consensisse in testamentum, & quare?

Quod si itaque 8. legitimum fuisset Daniel I. cum N. Matrimonium, id sine dubio *an.* 1484. ubi adhuc omnia in recenti erant memoriâ, probari potuisset, neque integri 7. anni, usque ad *annum* 1491. quo demum actores perhibent, Mandatum restitutorium atque edicti de *an.* 1484. cassatorium publicatum esse, fuissent necessarii. Quinimo in eodem Mandato restitutorio, sicut est facta testamenti Danielis I. mentio, & desuper tota mandati ratio, tanquam fundamento & Basi constructa potuisset facili ratione etiam adjungi testamentum illud ab ipso Daniele II. uti & Honorio & Paulo ejus patruis *anno* 1460. nec non Theodosio III. *anno* 1467. agnitum approbatumque esse, si talis agnitio unquam præcessisset; Quemadmodum verò 8. talis decantata agnitio etiam exinde corruit, quod Paulus N. de quo dicitur, quod proximo sabbatho post festum Nicolai *an.* 1460. testamentum illud confirmaverit, jam eodem anno in festo Viti, quod 15. *Mensis Julii* celebratur, attestante mortuario Carthusiæ N. diem suum obierit, ita vel hinc etiam testamentariæ approbationis falsitas manibus quasi palpanda se cuivis prodit.

Et posito, non concesso 9. Danielem II. aliosque agnatos, ultimam Dan. I. voluntatem agnovisse, illa tamen agnitio in suis accipienda esset terminis, ut scilicet Rudolphus & Daniel à feudis avitis reliquaque hereditate extra portionem modicam, loco alimentorum

torum ipsis assignatam penitùs maneant exclusi; ad qualem consensum Daniel I. filium suum Michaelem II. hac ratione cogere & constringere voluisse videtur, dum testamento suo ordinavit: Es solte die übrige Haab und gut / an den Herrschafften gantz und gar folgen dem alten Sohn Daniel / so fern er dieser Verschreibung / Ordnung und Satzung unverruckt und unverbrüchlich nachkommen / und keinen Einspruch oder Eintrag darinn thun werde: Et quid fuisset his in testamento cautelis & comminationibus opus; si Rudolphus & Daniel tanquam filii legitimi suam potuissent vindicare legitimam.

145. In materia feudali factum antecessorum agnatis non nocere.

146 Revocatam esse agnationem si quæ intervenisset.

Et denique 10. quia in successione feudali versamur, etiam positus Danielis II. nec non Honorii & Pauli in testamentum Danielis I. consensus atque nominatio fratrum Novercæ, non potest successoribus feudalibus præjudicare, qui non ex ratione horum agnatorum, sed ex successione primi acquirentis jura sua metiuntur, præsertim cum consensum vel approbationem testamenti, si qua intervenisset, publice dictis factisque revocaverint, ut his successoribus ex facto, præjudicium creari in feudali successione nullum potuerit, cum ad successionem feudi nemo admittatur, nisi doceat se à communi stipite per legitimam agnationem descendere, ita, ut neque antiquitas, nec communis opinio, & fama, nec identitas nominis & insignium, nec quod ab aliis ut agnatus, als ein Vetter / habitus & tractatus sit, sufficiant, sed omnino verè, non præsumptive tantum probare debeat, se à primo acquirente legitima successione descendere, ut deducit *Rosenthal. de feud. cap. 2. concl. 27. & 28.*

147. Successorem debere probare legitimam suam descendentiam.

148. Confessiones ascendentium in materia natalium & nobilitatis non nocere.

Ut non addam 11. quod in materia natalium & nobilitatis confessiones ascendentium filiis reliquisque descendentibus non nocent, ex ratione, quod veritas per confessionem alterius non tollatur, puritasque vel macula nobilitatis ex natalibus vel sanguine proveniens, à privatorum non dependeat voluntate. Hinc sicut legitimis natus ex nuptiis per confessionem Patris non potest effici spurius, ita nec legitimi natales per confessionem Patris possunt tolli, si vel confessionis error vel ejus revocatio ostendatur, cum extra dubium sit, confessionem extrajudicialem revocari posse, ut nec confitenti, nec aliis noceat, præsertim cum hic eidem agnati contrarium ante & post professi sint, ut deprædicata agnitio per confessiones alias & antiquiores falsa simul & erronea esse ostendatur, prout late deducit, multisque rationibus, & authoritatibus firmat *Escobar. in tr. de purit. & nobil. proband. p. 2. q. 6. §. 2. & 3. Cyriac. controv. lib. 2. C. 169 n. 50.*

149. Refertur 4. actorum fundamentum.

Quartum intentionis suæ fundamentum ponunt actores in literis investiturarum, quæ demonstrant ipsos de feudis avitis *an.* 1463. nec non 72. investitos esse, apertissimo testimonio & confirmatione, ipsos ex legitimo natos matrimonio, verosque agnatos & successores feudales, cum illegitimi ad feuda non admittantur; Sed, si etiam hæc documenta concurrentesque circumstantiæ penitus inspiciantur, patebit, frustra investituras feudis avitis ab actoribus allegatas esse. Tametsi *anno* 1463. Rudolphus tempore diffidationis inter Episcopum N. & reliquos agnatos semel investitus fuerit, idem tamen factum est, ut verba sonant: Von besondern Gnaden / & quidem non de omnibus feudis, sed solum das Dorff Hurbloch mit allen seinen Eingehörungen Recht und Gerechtigkeiten / quam investituram D. Reus ait, Siculis vesperis fuisse simillimam. Cum enim *anno* 1472. lites inter Episcopum N. necnon Honorium & Danielem componerentur, inter alias conditiones etiam hæc est apposita, auch an der Lehenschafft / Recht / und Gewohnheit / an und auf den Lehenstücken / so die gemelten N. jetzt von uns zu Lehen empfangen haben / unvergriffen / und unschädlich seyn. Errant autem gravissime actores dum investituram *anno* 72. Danieli juniori factam, de suo Daniele III. interpretantur exceptione verbi, Daniel der jünger / quasi post mortem Danielis I. Danielis II. postea Senior, tertius verò junior cognominatus sit, sed refutantur aperte per investituram sequentem *anno* 1503. Honorio factam, in qua dicitur: Verleihen unserm Freund / und lieben getreuen Honorio Herrn zu N. dem Jüngern zu rechten Mannlehen / das Dorff Zurblach / wie das von Herrn Daniel seinem Vettern auf ihn kommen ist. Quâ tollitur omne dubium, cum ipsi actores confiteri, debeant quod Daniel III. filium nomine Honorium non habuerit; sicque investitura Danieli antea data, non de III. sed de II. possit accipi. Quæ argumenta confirmat evidentia facti, cum actores docere non possint fint, quod post annum 1465. nullus ex Rudolpho vel Daniele III. descendens amplius investitus sit, ut sic hoc quoque argumentum actorum ab institutis feudalibus desumptum penitus collabatur.

150. Matrimonium secundum Mich. I. non est probatum.

151. Matrimonium secundum non præsumi.

152. Ne quidem ex longi temporis cohabitatione.

153. Si matrimonium non probetur, potius filium præsumi spurium.

154. Aliquos hic multum tribuere lon:

Itaque quintò matrimonium Danielis I. cum N. nullâ ratione probatum est. Et certè matrimonium, præsertim secundum, contractum esse non præsumitur, nisi id evidentissimis rationibus demonstretur. Consistit enim matrimonium in facto & voluntate hominum, quæ velut facta non præsumuntur, per textum *in L. consilio. 7. §. quæsitum est. 3. de curat. furios.* & hinc asserens matrimonium, tenetur id probare, *Cardin. Tuscus tom. 5. litt. M. conclus.* 128. hæcque est sententia communis, *Mascard. de probat. concl.* 1022. *n.* 2. & 3. nec ex longi temporis cohabitatione matrimonium præsumitur, sed eo non apparente filius potius pro illegitimo habetur. *Pacian. lib. 2. de probat. c.* 16. *n.* 1. *Mascard. conclus.* 786. *n.* 7. *Castillo L.* 5. *controv.* 124. ita ut quamvis probetur filiatio, tamen non inferatur legitimitas, cum bene sequatur, filium esse, sed non legitimum, nisi aut matrimonium inter genitores probetur, aut quasi possessio legitimitatis; nempe habitum aut reputatum communiter fuisse pro filio legitimo, ut bene *Marescotus 2. Variar. discept. c.* 83. *n.* 16. *Gratian. 2. discept.* 136. *n.* 34. *Mascard. concl.* 799. *n.* 28. *Casanate consf.* 8. *n.* 6. Ut quamvis aliqui multum tribuant longitudini temporis, ita,

tita, ut si versemur in antiquis, non solùm quoad filiationem, sed etiam legitimitatem, quasi possessio quod parentes habiti & reputati sint pro conjugib⁹, sufficiat, secundùm *Pacian. d.l.2.de prob.c.16.n.60.& seqq. Gratian. discept. 83.n.1.& 2.& tom.3.discept.468.34.& seqq.& discept.554.n.48.& 49. Castillo 5.controv.124. per tot.* Hic tamen in antiquis non versamur, cum anno 1484. causa recens fuerit, & ab anno 1460. nec non 1467. vix viginti anni effluxerint. Ut taceam quod *Fontanella de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. p. 4. n. 5.* tradit, quasi possessionem saltem operari in probanda filiatione summariè ad alimenta & similia, secùs verò si agatur, ordinariè, tunc enim planæ probationes requiruntur. Et ideò magis in hoc casu, quia Daniel I. & N. nunquam fuerunt in bona fide, cum Dan. II. & reliqui agnati jam anno 1455. ipsam pro scorto, für eine Hurn/ publicè habuerint, quod actores ipsimet in triplicis confitentur. *fol. 59. & 61.* daß Daniel und sein Sohn Honorius anno 1469. & seqq. die N. und ihre Söhne bey mäniglich zu verunglimpffen gesucht/ und ihre diffamationes weit und breit ausgegossen/ Quæ omnia robur accipiunt ex eo, quod nulla hic monstrentur sponsalia pacta dotalia nulla, nullus liber Ecclesiæ, in quo conjugia notari solent, nullus testis propinquus, aut consanguineus additur, qui vel minimum desponsalibus aut nuptiis perhibeat testimonium. Nec ad antiquitatem in respectu temporis præsentis recurrendum est; jam anno 1455. & anno 1484. ista omnia agitabantur, ubi factum recens, non antiquum erat, & quis dubitat propter motam status controversiam actorum Majores omnia documenta, quæ ad tuendum statum honoremque, & ad conservanda familiæ bona pertinent, sollicitè custodivisse, præsertim cum N. qui primus domicilium suum in N. transtulisse dicitur, filium suum N. anno 1573. in Germaniam miserit, qui ipse omnia familiæ documenta apportavit, ut ipsimet actores in deductione typis impressâ *fol. 48.* id asserunt.

(Marginal note: gitudini temporis, & quare hoc hic non procedat.)

155. Examinatur quintum actorum fundamentum.

Frustra itaque quintò innituntur actores testimonio Episcopi, ubi in quodam protectorio à dicto Episcopo dato habetur, quod vidisset Bullam Papæ Calixti, und zu einem Urtheil und Verfügung derselbigen Päbstlichen Bullen/ und Brieff von Mauritio Abbten zu den Schotten zu N. als Commissarien/ darinnen er eigentlich befunden/ daß der Edel Daniel / Herr zu N. der älter unser besonder Freund/ Rath/ und lieber Getreuer/ und Frau N. rechte Eheleut / und also zu dem Sacrament der Heil. Ehe bestättiget seyen rc. Sed etiam documentum saltem in copia copiæ producitur, & primùm quidem transsumtum est ab Abbate ad requisitionem Rudolphi N. anno 1485. tum temporis Præfecti illius loci, sub quo dictum Monasterium situm est.

156. Exempla non probare.

2. indubitati juris est regula, quod exemplum non probet, non ostenso originali, nisi mutuo consensu partium descriptum, vel jam semel approbatum sit *l. 3. Cod. de divers. Reformat.* & ibi: *Bruneman.* ubi ait: exempla enim referunt se ad originalia, & fidem ex originalibus habent; Ergo non exhibitis originalibus non probant nisi præsente parte sint collationata. *Christin. vol. 2. decis. 78. n. 4. vide Myns. 6. obs. 73. & duab. seqq. Gail. 1. obs. 94. n. 1. Hahn in Wesenbec. de fide instr. n. 3. §. exemplar.* latè *Tuscus litt. L. concl. 374.* Et quamvis hic rursus attribueretur multùm antiquitati, *Myns. 6. obs. 75.* quæ efficit, ut omnes intervenisse solennitates præsumantur, *Tuscus d. loc.* Tamen 3. in præsenti casu duo consideranda occurrunt, *primum*, quod hoc transsumptum, & ipsum si adesset originale, se refert ad aliud Instrumentum nempe ad Bullam Pontificis. *Secundum* quod originale nullum ostendi possit. Quoad illud textus clarus est in *Auth. si quis Cod. de edendo.* Cujus hæc verba: *si quis in aliquo documento mentionem facit alterius documenti, nulla ex hac memoria fiat exactio, in secundo facta est, proferatur. Novell. 119. c. 3.* Relatum enim debet probari, ad hoc ut terminus vel scriptura referens, probet id, quod refertur, ait *Cardin. Tuscus lit. R. concl. 128. & litt. I. concl. 139.* quia non creditur relationi factæ in Instrumento, quo Notarius dicit, constare aliquid ex alio instrumento per eum viso & lecto, etiamsi inserat illius copiam de verbo ad verbum, quia non creditur, nisi constet de relato ex ratione, quia instrumentum, ad quod habetur relatio, intelligitur pars scripturæ se referentis ad illud, ita, ut si instrumentum relatum non producatur, scriptura referens non sit integra, *Tuscus d. loc. Gail. 1. obs. 28. n. 1. pen. Cacheran. decis. 71. n. 12. & decis. 39. n. 4.* ubi ait, nisi sciatur, quid specificè in relato contineatur, relatio est irrelevans. Cum dubium non sit, principale illud esse, ad quod fit relatio, non autem id quod sese ad illud refert, ideoque tanquam principale à referente tanquam accessorio declarationem accipere nullam potest, ut latè probat *Otto Tabor in locis commun. ex axiomatib. August. Barbosa litt. L. verbo relatum.* Quæ omnia 4. in hoc præsenti casu eò magis inveniunt locum, quia bullæ tenor instrumento non est insertus, nec apparet, an Papa matrimonium prætensum per se legitimum esse declaraverit. Cum enim Imperator *Fridericus III.* in Edicto de *anno 1484.* dicat, daß die Berwingerin einen Mann gehabt/ notus est juris Canonici titulus, *quod non liceat ducere in matrimonium, quam quis polluit per adulterium;* ut fortassis ex hac ratione Bulla & dispensatio Pontificia fuerit necessaria. In hoc enim consistit cardo negotii, ut sciamus Bullæ conditiones, an liberi ante vel post eam nati? an sententia ab ipso Papâ, an ab ejus Commissario Abbate Scotensi lata sit, de quibus tamen substantialibus circumstantiis ne jota quidem apparet. Quæ ergo fides illi tribui posset?

157. Removetur argumentum ab antiquitate desumptum.

158. Instrumentum sine die & consule non probare.

præsertim, si porrò consideretur 5. quod nec de anno nec de mense aut die Bullæ Papalis fiat mentio, qui defectus tam magnus est, ut licet aliquod instrumentum originale produceretur, sine anno, die, & consule, illud nullam probationis vim obtineret, *Nov. 47. c. 1. in pr. & 1. Cothman. vol. 3. resp. 47. n. 216.* Quantò minorem obtinebit

tinebit fidem aliquod relatum, de cujus anno, mense vel die nihil monstrari potest? Accedente insuper 6. tam justâ suspicione, tam contra Episcopum, cujus Consiliarius erat Dan. I. per verba vidimus, unser besonder Freund/Rath/und lieber Getreuer. & ibi: und wir angesehen seine getreue/willig/und unverdrossene Dienst/ so er uns und unserm Stifft offt nützlich und williglich gethan / und noch ins künfftig wol thun mag ꝛc. quam etiam contra vidimantem Abbatem, qui Rudolpho suo Præfecto hoc vidimus dedit, sub cujus ipse quodammodò imperio, & directione erat? quod corroboratur 7. ex eo, quod Episcopus Dan. I. tantùm protectorium dedit, & incidenter matrimonii Bullæque mentionem fecit. Cum verò testator Rudolpho Danielique III. tam tenuem in testamento assignaverit portionem, mirum est, quod nihilominùs ad testamenti effectum Episcopali potectorio sibi opus esse existimaverit? qui timidus animus malam in ipso

159. Quare protectorio fuerit opus. conscientiam manifestè potius evincit. Atque cum nulla fortior probatio esse possit, 8. quam quæ per evidentiam facti deducitur, quis credat, cum Daniel I. tantopere pro ostendenda legitimitate filiorum Rudolphi & Danielis III. ut prætenditur, in Curiâ quoque Romanâ desudavit, cum ut actores quidem asserunt, Bullam Pontificiam obtinuisset, cum à filio Daniele I. tanquam scortator aut adulter atrociter esset diffamatus, & offensus, cum Episcopi protectionem, & auxilium à suis partibus haberet; cum nihilominus filio Danieli secundo omnia bona in Testamento attributurum fuisse, Rudolpho & Daniele exclusis, & ne quidem in legitimâ institutis, nisi causa ipsius magnoperè laborasset, quod nemini dubium esse potest, qui rationem rerum vel personarum ex pendit. Atque falsitas hujus documenti apertè elucet, 9. ex deductione actorum typis impressâ *fol.* 72. ubi narrant, daß der Bischoff zu N. auff Anhalten Friderichs deß ältern/sich gantz keines Schutzes oder Schirms über deß Daniels erstes Testament zu erinnern wisse. Qua fronte igitur copiam hu-

160. Protectorium datum esse ab ipsis illis negari, à quibus sibi datum actores asserunt. jus protectorii producunt actores? Cum ipsimet illi, à quibus se originale habere jactitant, illud negent, pernegentque, & actores omni probatione legitimâ destituantur. Potius profectò nil probat documentum, & pro suspecto falsoque habetur, cujus fides per oppositas tot objectiones, & probationes fortiores, non suspenditur tantùm, sed extinguitur, *Mascard. p.* 907. *Escobar. de purit. & nobil. proband. p.* 1. *q.* 15. §. 1. *n.* 18.

161. Suspectum esse instrumentum, cujus fides tot objectionibus impugnatur. præcipuè cum Instrumentum etiam ex eo falsum præsumatur, quando producens solitus est falsa instrumenta producere, ut ex *Bald. Alex. Castr.* deducit *Thesaur. lib.* 1. *q.* 47. *n.* 8. atque hoc vitium suprà de mandato restitutorio ex parte actorum sufficienter sit demonstratum.

Occasione hujus Bullæ Pontificiæ, & ex his formalibus replicæ, welches dann auch unfehlbar wahr/ wann schon ungestandenen falls bemeldte Söhn per subsequens matrimonium nur legitimirt wären; traxêre partes in argumentum fusissimæ disputationis, an legitimati per subsequens matrimonium in feudis dignitatum succedere possint? Asseruêre primò actores Nobilitatem suæ matris, atque etiamsi fuisset plebeja, juris tamen esse expeditissimi, & in supremis Romani Imperii Tribunalibus recepti, quod ille, qui natus est ex Patre Principe, Comite, Barone, vel Nobili, matre verò plebejâ vel ignobili, potiatur eâdem patris dignitate, Privilegiis & succedendi jure etiam in feudis, ac si mater parilis dignitatis cum patre fuisset, uti per textus, rationes eximias, ICtorumque probatissimorum tradita deducunt ad longum *Besold. p.* 2. *cons.* 88. *n.* 49. *& seqq. Matth. Steph. de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *membr.* 2. *n.* 42. ita ut hoc procedat hodie in terris Imperii, & Ecclesiæ, etiamsi instrumenta dotalia nulla confecta sint, per ea, quæ docet *Wesenbec. p.* 7. *cons.* 319. *n.* 106. *& seqq. Vult. vol.* 3. *cons. Marpurg.* 34. *n.* 77. *Schurff. cent.* 1. *cons.* 1. *n.* 15. 162. Natum etiam ex matre ignobili succedere in feudis dignitatum.

Nec respiciendum esse ad Bullam Pontificiam, quasi ex ejus rescripto, in præsenti casu filii legitimarentur, sed potius præsumendum, eos per matrimonium in articulo mortis contractum legitimatos esse, siquidem quisque maximè in eo, quod tam enixè desiderat, validiorem viam præ debiliore videtur elegisse *l.* 3. *ff. de test. milit. l.* 1. §. 15. *quoque.* 3. *de O. & A.* §. *idemque juris.* 2. *Instit. qui & ex quibus caus. manum. & Ant. Faber. in l.* 27. §. 34. *ad l. Aquil.* 163. Unumquemque præsumi eligere viam meliorem. Communem verò omnium opinionem esse, legitimatos per subsequens matrimonium in feudis succedere, *Borchold. c.* 7. *de feud. p.* 2. *n.* 48. *Clarus* §. *feudum quæst.* 82. *n.* 4. *Schrader. p.* 7. *c.* 5. *n.* 21. *Rosenthal. c.* 7. *de feud. c.* 18. *n.* 1. & 2. *Arumæ. disp. feud.* 6. §. 25. Finckelthauß / *disput. feud.* 6. *th.* 13. *Gail.* 2. *obs.* 141. *n.* 2. *Myns.* 5. 42. *n.* 2. eò quod legitimati per subsequens matrimonium inter legitimatos optimi sint & indistinctò jure in feudis quoque succedant, meritò tam eâ præcipuè ratione, quia per matrimonium subsequens omnia vitia, quæ fuissent circa natales, sint sublata, & tempus legitimationis hujus conjungatur cum tempore conceptionis, ut proinde omne tempus intermedium, censeatur in rerum naturâ nunquam fuisse, ideoque legitimatos ejusmodi nunquam illegitimos fuisse, sed justis ortos natalibus rectè statuatur, juxta *text. in c. tanta* 6. & *c. lator. ibi Gloss. Panormit. & DD. x. qui filii sint legitimi*, quia filii tales omnia jura legitimorum adipiscuntur, ut nihil à legitimis differant, fiantque sui hæredes patris, nec soli duntaxat successionis jure successione fruantur, sed etiam cum legitimè natis per *text. expres. in Nov.* 74. *c.* 1. & 2. *Nov.* 69. *c.* 11. § 4. *Instit. de hæred. qui ab intest.* ibique communiter DD. 164. Legitimatos per subsequens matrimonium in feudis succedere. 165 Redditur hujus rei ratio. 166. Taliter legitimatorum jura patria cum legitimè natis.

Non obstante §. *naturales in lib.* 2. *feud. tit.* 26. ex quo Doctores quidam contrarium asserere conantur, istum enim § ad hunc legitimandi modum non spectare, neque de his qui per subsequens matrimonium invictè & eleganter docent *ad eund.* §. *Jacob. de Bellov. item* 167. § Naturales in lib. 2. feud. t. 26. de his legitimatis non loqui.

item *Afflict.& Baro à Tautenberg. Andr. de Isern. n.* 7. *Zas. de feud. p.* 8. *n.* 76. *vers. hoc tamen.* Hancque sententiam amplectuntur & in Camera Imperiali approbatam esse testantur *Myns. cent.* 5. *obs.* 42. *Gail.* 2. *obs.* 141. *n.* 2. *Wesenbec. part.* 3. *consf.* 101. *n.* 33. *Eman. Soarez. recept. sentent. litt. L. n.* 124.

Adeò ut legitimati per subsequens matrimonium succedant etiam in feudis Imperii, in Regnis, in Electoratibus, & aliis Dignitatibus Regalibus, nec non in jure primogenituræ & Majoratûs, *Mart. Rumelinus ad A.B. dissert.* 6. *concl.* 12. *Phil. Knipsch. de fideicommiss. fam. nob. c.* 8. *n.* 335. *& seqq.* cum pluribus ibidem allegatis, quibus accedit, quod etiam quando nobilis per subsequens
168. Idque procedere etiam de matrimonio nobilis cum concubina ignobili. matrimonium legitimat liberos ex ignobili concubinâ susceptos, hi nonminùs, quàm ex nobili concubinâ procreati nobiles fiant, *Covar. Bursat. Vult. Sixtin. & alii*, qui recensentur à *Knipsch. d. c.* 8. *n.* 341. *Hermes in fasciculo jur. publ. c.* 32. *n.* 56. quibus Authoribus indubitatum sit, natum ex Principe, Comite & Barone, & matre plebejâ vel ignobili in feudis nihilominus succedere.

169 Respondetur ad argumenta contraria. Nec obstare, quod aliqui Authores contrarium sentire videantur in feudis dignitatum, velut *Trentacinq. lib.* 1. *resol.* 1. *n.* 20. *in fine vers. isti filii*; quia consulentes favore partium ita respondeant, & quidem in eo saltem casu, quando verba investituræ respiciunt initium nativitatis, & originis, prout ipse *Trentacinq. d. loc. n.* 20. *vers. sed sibi*, tradit: *si feudum esset concessum pro te, & hæredibus ex te legitimè descendentibus*; Itaque in simplici casu, ubi non tractatur de tali clausulâ speciali legitimatos etiam per subsequens matrimonium in dignitatibus succedere, *Menoch. cons.* 18. *n.* 13. *Cephal.* 2. *consf.* 239. *n.* 12. *&* 13. quia à *Trentacinq. d. loc.* in hanc sententiam allegatur. Eandem quoque defendi à *Knipschild. d. tr. de fideicommiss. famil. Illustr. c.* 8. 341. ubi loquitur de Nobilibus quibuscunque etiam vilissimam conjugem ducentibus & explicat mentem suam specificè 6. *c.* 3. *n.* 335. *&* 337. quod hæc legitimatio non tantùm procedat in dignitatibus simplicibus & inferioribus, sed etiam summis, tam sacris quam civilibus, imò etiam in Regnis, Electoratibus, & aliis dignitatibus. His astipulari *Mylerum de Gamolog. c.* 24. §. 2 asserentem, quod legitimatio per subsequens matrimonium plenissimum effectum habeat, idque apud omnes Christianas Curias communiore calculo receptum esse.

170. Aliud tamen statui in primogenituris & quare? Aliud quidem in primogenituris & Majoratibus statui, *teste Gail.* 2. *obs.* 141. *n.* 3. ubi ait: jus primogenituræ in legitimatis per subsequens matrimonium non habere locum: unde stante consuetudine, ut primogenitus succedat in dignitate, legitimatus per subsequens matrimonium non excludet secundò genitum, natum ex uxore legitimâ, si ea mortua pater concubinam in uxorem ducat, ex qua ante filium naturalem susceperit; rationem hujus conclusionis claram esse, quia legitimatio non præcessit verum matrimonium, sed subsecuta est. Aliud ergò dicendum foret, si legitimatio verum matrimonium præcesserit. *Knipsch. d. c.* 8. §. 8. *n.* 337.

Quanquam hæc disputatio sit extra casum, & terminos hic propositos longè excedat, Atque etiamsi *Mylerus d. loc.* multas suæ propositioni addat limitationes, probè tamen distinguendum esse inter personam vi è conditione, & vitâ simul, & inter personas tenuioris conditionis, sed vitæ inculpatæ, sive inter personas humilioris conditionis & personam vilem pro turpi & probrosâ acceptam. 171. Distinctio inter uxorem hic facienda. De ista vix credibile est, generosam personam eam in matrimonium recepturam: Quod si autem persona humilioris conditionis ducta probatur, veluti à nobilissimo viro fæmina plebeja, moribus honestis prædita, nihil hoc liberorum legitimorum per subsequens matrimonium successioni officiet, prout per multas autoritates probat *Regner. Sixt.* 2. *cons.* 9. *n.* 36. *& seqq. Menoch.* 1. *cons.* 18. *n.* 13. quam sententiam confirmat *Hermes in fasciculo jur. publ. c.* 32. *n.* 56. etiam in eo casu, si vir nobilissimus vilissimam meretricem uxorem ducat, nihilominùs prolem naturalem effici legitimam.

Cum itaque propositio de successione legitimati per subsequens matrimonium apud omnes recepta, & communis sit, cordato judici facilè apparere, an sententiam communem complecti in judicando debeat. 172. Opinionem communem esse sequendam. Cum ad opinionem communem, & in judiciis approbatam unicè judici sit respiciendum *l.* 1. §. *sanè crebrior de off. quæst eam novimus.* 27. *de constit.* ita ut illi, qui contra communem judicando respondent magis puniendi quàm imitandi sint, secundùm *Mar. Corasium tr. de commun. opin. lib.* 3. *inspect.* 1. *&* 2. *Wesenbec. cons.* 88. *n.* 25. Nec hoc in casu pro jure publico allegari posse ludos Equestres, 173. Von Thurniern non posse duci argumentum. die alte Saalbücher und Thurnieren / cum non de talibus ludis, sed de successione tractetur quæstio, ut vanitates ejusmodi nil hic operentur, secundum *Besold. in thes. pr. verb.* Thurnier / *Goldast. in rational. ad lib.* 1. der Reichs=Satz. *p.* 305. *Nolden. in tr. de statu Nobilium c.* 8. §. 62. *vers.* 5.

Ansam huic disputationi dederunt ipsimet rei, varia de legitimatis per subsequens matrimonium allegando, sed multa sunt iis reposita, & primò plerosque auctores loqui tantùm de viris Nobilibus, non de Baronibus, & Comitibus aut successione in Baronatum vel Comitatum, prout patet ex *Carpzov. Jurispr. Consistor. def.* 11. *Sixtin. vol.* 2. *consf. Marpurg.* 9. *n.* 97. *Vult. vol.* 3. *cons. Marpurg.* 17. *n.* 42. *Klock. tom.* 3. *consf.* 106. *n.* 44. *&* 45. & quamvis *Matth. Steph. de jurisd.* loquatur de filio Ducis, vel Comitis, quod etiam is ex matre plebejâ genitus, tam in feudalia quam allodialia succedat, allegatum tamen ab eodem *Gail.* 2. *obs.* 141. nullam facere mentionem de successione in feudis, *Schurffium verò consf.* 1. *n.* 14. *& seqq.* hæc tantùm habere; quod ex concubinâ & viro nobili nati, & per subsequens matrimonium legitimati, etsi nulla dotalia instrumenta confecta sint, etiam in terris Imperii, quoad ordines & honores, 174. Referuntur argumenta contraria. 175. Autores ex adverso citati loqui tantùm de nobilibus.

item

item quoad feuda succedant; sine ulla tamen mentione de feudis regalem dignitatem annexam habentibus. Id quod etiam docet allegatus *Wesenbec. p.7. cons.* 319. *n.* 106. cum tamen inter feuda communia & feuda dignitatum latissima sit differentia, vel ipsa teste hodierna Imperii praxi; Hinc probatissimi juris interpretes sine ulla hæsitatione tradunt, quod in terris Ecclesiæ, quoad Jurisdict. temporalem non subjectis sine dotalibus instrumentis filii per subsequens matrimonium legitimati non succedant, prout hoc deducit *Alex. Trentacinq. var. res. lib.* 1. *de legitimitate. n.* 3. per multos ibidem allegatos & quod ab hac opinione communi non sit recedendum. Juxta quæ, si consideretur consuetudo & observantia totius Imperii, per se patet, actorum opinionem maximopere laborare, prout multa possent ex historiis adferri exempla. Idque maximè in eo casu, quando vertitur præjudicium tertii, quia vix videtur ex subsecuto matrimonio effici legitimus, qui ex matre ignobili, sive vilis & abjectæ conditionis illegitimè natus est, quod non obscurè innuit, *Justinianus in Auth. quib. mod. naturales efficiantur legitimi* §. *sed & aliud*, ubi neque dignam existimet legitimo quodam nomine, quæ etiam semetipsam injuraverat. Hinc *Angelus in d.* §. notat: quod licet quis ducat in uxorem concubinam, tamen filii ex eâ nati non legitimantur, si talis mulier matrimonio non erat digna, quia scilicet erat vilis & sordidæ conditionis; quod etiam *Glossa* affirmat *in* §. *sit igitur licentia in dictâ Auth.* quod naturales non efficiantur legitimi nisi in subsidium: tradente idem quoque *Bartolo in disput.* 11. quod tunc hujusmodi filii naturales fiant legitimi, quando mater eorum fuit talis, cum qua matrimonium honestè secundùm bonos mores contrahi potuit, secùs, si fuit vilis & abjectæ conditionis, nec enim posse dicimus, quod honestè non possumus; *l. nepos. ff. de V. S.*

176. Differentia inter feuda communia & dignitatem annexam habentia.

177. Filios sine dotalibus instrumentis per subsequens matrimonium legitimatos non succedere.

178. Præsertim si mater sit vilis.

Quod verò *Mylerum* attinet, etiamsi ille in *Gamologia personarum illust. c.*24. *n.* 1. & 2. scribat, legitimatum per subsequens matrimonium succedere, etiam in feuda titulata & dignitates, *idem* tamen *d. loc.* §. 3. insignes has addit limitationes; 1. nisi forma tenorque investituræ repugnet; 2. nisi feudalis curiæ consuetudo, vel illustris familiæ pacta reluctentur; 3. nisi ipsa feudi qualitas refragetur. Prout etiam citatus ex adverso *Hermes in fasciculo jur. publ. c.* 32. *n.* 26. hanc tantùm tractat quæstionem, an Electores, Archiduces, Duces, aliique Principes Germaniæ in districtu suo possint nobilitare, nullo addito verbo, de quæstione præsenti, an nobiles per subsequens matrimonium legitiment liberos ex ignobili concubina procreatos. Atque *Vultej. lib.* 1. *de feud. c.*9. *fol* 437. *n.* 195. accuratè sequentia tradit: *sed*, inquit, *ut quocunque etiam modo legitimati à feudorum successione arceantur, veritati theoricæ mihi magis videtur esse consentaneum, utcunque aliud communiter statuerint pragmatici in judiciis approbati, est enim hæc quæstio de legitimatorum naturalium successione ipso jure feudali satis clarè decisa, ut vel ad textus juris civilis aut Pontificii, vel ad rationes, quibus ea decidantur, confugere necessum non sit, & vulgatum est, quod ubi textus non distinguit, nec nos distinguere debeamus, potissimum verò tum, si ipse etiam textus omnem distinctionem repudiare videtur: Quamvis enim matrimonio subsequenti omnia vitia præterita purgata esse videantur, id tamen in fictione potius quam veritate consistit, & prout certum est, à principio filium fuisse naturalem, ita opinio ejus apud viros graves semper manet prægravata, ut differentia ejus sit talis respectu legitimè nati, prout est hominis valetudini quidem restituti, relicto tamen aliquo morbi vestigio, & velut vulneris consolidati cicatrice, cum tamen Dominus feudi & Pares Curiæ omnem potius maculam à feudali curiâ velint esse remotam.*

179. Demonstratur autores ex adverso male citatos esse.

180. Refertur sententia Vultej, de legitimatis per subsequens matrimonium.

Eadem ferè tradit *Conrad. Rittershus. in partitionibus Jur. feud. lib.* 1. *c.* 13. *fol.* 167. & *seqq.* ubi discussis contrariæ opinionis Doctoribus *fol.* 170. tandem nervosè subjungit: *atque hæc ratio pertinet ad feuda antiqua, cur legitimati in illis non debeant succedere, de novis autem hæc est ratio, quia ejusmodi feuda non tam ex patris hæreditate quam ex beneficio Domini feudum concedentis æstimanda sunt. Dominus autem feudum Vasallo concedens prolem ejus legitimam potius videtur in animo habuisse, quam de legitimatione cogitasse eorum, qui extra justas nuptias procreantur.* His & aliud addatur fundamentum ex *lib.* 6. *c.* 16. *Epistolar. Petr. de vineis* ubi sic ait, sub persona Friderici II. Imperatoris, cujus Cancellarius fuit: *de plenitudine potestatis nostræ ex certa scientia spurios esse, scientes legitimavimus, & omnia jura legitima restituimus, ut tanquam legitimi & legitimo thoro nati in bonis paternis & maternis, quâ feudalia non existunt, succedant; quæ enim talia sunt* (pergit ibidem Rittersh.) *verius videtur legitimatos in feudis nunquam succedere, sive per subsequens matrimonium, sive per rescriptum Principis legitimentur, quo magis etiam probandæ sunt constitutiones Illustrissimorum quorundam Germaniæ Principum, quibus successionem feudalem denegarunt legitimitatis, qualem scio, non ita pridem ab Illustrissimo Duce Brunschvvicensi Domino Henrico Julio &c. esse promulgatam, cum hac de re lis mota esset inter agnatos quosdam qui fratris sui liberos legitimatos per subsequens matrimonium excludere volebant.* Et similem Constitutionem Mauritii Elect. Saxon. laudat *Hartm. Pist. l.* 2. *q.* 41. *in fin.* Quod autem Princeps hanc potestatem habeat denegandi successionem legitimatis, latè probatur in Responso Facultatis Ingolstadiensis, ibidem post *quæst.* 41. relato.

181. Nec non sententia Rittershusii.

Nec obstat, quod ex jure Pontificio in contrarium objicitur, tantam esse vim matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi censeantur per *C.* 6. *extr. qui filii sint legitimi.* Non enim sequitur; legitimati habentur pro legitimis, ergo etiam in feudis succedunt, nam eâdem ratione possumus quoque de adoptivis colligere, quos tamen non succedere certissimum est,

182. Non sequi legitimati habentur pro legitimis, ergo possunt etiam in feudis succedere.

est, & quæ porrò *Rittersh. d. loc.* deducit, eique consentiens *Bartol. Agric. in tr. de qualit. & off. Advocati, sive in relect. ad L. Advocati* 14. *C. de Advoc. diverſ. Judic. c.* 17. *fol.* 67. *& ſeqq.* ubi ait: *Sed quicquid communi placito receptum ſit, contraria tamen ſententia, quod legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis non ſuccedant, de jure verior videtur; tantum enim communi opinioni tribuendum non eſt, ut, ubi evidens vel aperta concludensque eſt juris ratio, aut textus juris expreſſus, in contrarium tamen eo ſpreto & neglecto (quod ferè in communibus DD. opinionibus haud rarò fieri videmus) communem opinionem, vel potius communem errorem (quod pace aliorum dictum velim:) amplecti debeamus. Nam communi eſt inhærendum, quando melioribus rationibus ea evinci poteſt, & ſuperari, Maſcard. concl.* 1134. *n.* 3. *nec ex numero & multitudine ſcribentium, ſed ex rationibus argumentisque fortioribus communis auctoritas æſtimanda eſt. Unde Joh. Andr. in c.* 1. *x. de conſtit. haud malè ſcriptum reliquit, novam opinionem unius Doctoris, contra communem, in judicando poſſe teneri, ſi melioribus eſt rationibus fundata, Coras. in L. conſulari, n.* 21. *ff. de Senator. Curt. Jun. Conſ.* 160. *n.* 11. *p.* 2. *Nam intelligentia ex cauſis aſſumenda eſt, neque quis vel quot, ſed quid dicatur ponderandum. C. ego diſt.* 9. *tantùmque credendum DD. quantum probant, Bart. in l. non ſolum §.* 8. *n.* 7. *ff. de libert. leg.* quibus præmiſſis, ait *Agric. d. loc. in §. naturales,* 2. *Feud. tit.* 26. *omnes utique naturales nullis planè exceptis, comprehendi, nec inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum Principis ullam poſſe dari condignam diverſitatis rationem, cum in omnibus eadem militet ratio.*

183. Refertur opinio Bart. Agricol.

184. Quando communi opinioni non ſit inhærendum.

185. Sententia unius Doctoris melioribus rationibus fundata, præferenda eſt opinioni communi.

His accedit, quod Pharamundus anno poſt Chriſtum natum 422. teſte *Revesbaro in M. S. ſuâ hiſtoriâ Franc. Tripartitâ* ſequentem præſcripſerit legem: Ein Fränckiſcher Edelmann / ſo eine Unedle freyet / wird auch vor unedel gehalten / wird er aber eine Dienſt-Magd zur Ehe nehmen / ſoll er aller adelichen Freyheiten entſetzt ſeyn. Quam legem Carolus Magnus Imp. *Anno* 802. renovavit & ſtabilivit. Atque prima Torneamentorum Conſtitutio *de Anno* 938. *art.* 12. ſequentem habet ſanctionem: welcher von Adel wolt einreiten und tournieren / der nicht von ſeinen Eltern edel gebohren / und herkommen wäre / und das mit ſeinen vier Anichen nicht beweiſen könte / der mag mit recht der Tournier keinen beſuchen / ob aber einer oder mehr ſeyn werden / der ſolche Freyheit verachten / und nichts davon halten wolte / ſondern gewaltiglich in Vertrauen ihres neuen Adels einbrechen / und den alten Geſchlechten / die ihren Adel / wie obſtehet / beweiſſen mögen / gleich reiten / der oder dieſelbe ſollen nach Erkandtnuß der Tournier Freyheit / in offenen Tournieren von männiglich geſtrafft / und mit ihm um das Pferd getourt veret / er ſelbſt auch auff die Schrancken geſetzt werden. In legibus quoque torneamenti Herbipolenſis *Anno* 1479. ſequentia leguntur formalia: alle / die ſich unehrlich beweiben auſſerhalb des Adels &c. alle / die nicht in der Ehe gebohren ſeyn / die ſoll man nicht theilen. Eadem ſanctio repetita eſt in Torneamentis Heidelbergenſibus: Alle die / ſo nicht in der Ehe gebohren ſeynd / ſoll man nicht theilen und zulaſſen.

186. Leges Torneamentorum circa matrimonia Nobilium, & circa legitimatos.

Porrò *Tiraquell. de Nobil. c.* 17. ex adverſo malè allegatus, numeros *in eod. c.* 17. tantùm 4. habet, nec aliam illic quæſtionem tractat, quam, an nobilitas progrediatur ad transverſales? *cap.* verò 18. *n.* 11. & 12. ſequentia ſtatuit: Nobilitatem, quam uxor ex perſona viri nobilis conſequitur, non tantum habere ponderis & virium, quantum ea, quæ eſt ex genere, aut quam alias ex ſua ipſius perſonâ obtinet, *per ibid. allegata.* Et hoc quidem, inquit, facilè comprobatur, quod ejusmodi dignitas faciliùs amittitur, ut conſtat ex *l. fœminæ. & ibi Gl. ff. de ſenator.* Quemadmodum etiam *Matth. Steph. de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *membr.* 1. *n.* 38. tradit de ſpuriis & naturalibus, quod agnationem à patre non conſequantur, neque Nobilitatem participent, & *n.* 42. ſubjungit: quod ſecus ſit in prole legitima, & quod filio Nobilis, uti & Ducis, Comitis, vel cujuslibet alterius nihil neque quoad nobilitatem, & ejus privilegia, neque quoad ſucceſſionem bonorum tam feudalium, quam allodialium præjudicet, quod matre plebejâ vel ignobili ſit procreatus. Verùm ibidem de legitimatis filiis nec minimam facit mentionem. Quin potius fatetur *idem Stephani n.* 44. *ex lib.* 2. *feud.* §. 29. quod pacto introduci poſſit, ut filii nati ex conjuge ignobiliore à ſucceſſione feudorum repellantur. Quod ſi pacto fieri poteſt, cui non conſuetudine & obſervantia multarum in Germania familiarum illuſtrium pariter poſſet introduci? & ponderandus hic eſt *Greveus in Gail.* 1. *obs.* 141. *conſid.* 1. *n.* 4. ubi *ex Gabriel Rom. & Fernand. Vasquez* matrimonium viri nobilis cum vili fœmina valere quidem tradit quoad ſubſtantiam, ſed non quoad deferendas ſucceſſiones alios q; effectus juris civilis, *Menoch. vol.* 1. *cons.* 16. *n.* 21. ubi fusè id tractat, ſed hac omiſſâ quæſtione transeamus ad reliqua actorum argumenta.

Quo enim alias effectu contra Danielem ſecundum cum conſortibus 10. decretum eſſet Edictum anno 1484. daß ſich Daniel und Rudolph. nicht Herren zu N. nennen / heiſſen noch ſchreiben / auch niemand ihnen ſolches Prædicat geben ſolle / ſi per autoritatem judicati, & Bullæ Pontificiæ, omnes iſtæ lites ſtatim in exortu ſuo & primâ nativitate potuiſſent ſopiri, propitio præſertim ad omnia Epiſcopo loci, qui Danieli & Rudolpho manutenentiam & protectionem firmiter promiſerat. Ad quid 11. proceſſus ſeptem annorum ab anno 1484. usque ad annum 1491. quo primùm prætenſum mandatum reſtitutorium, ſine ulla Bullæ Pontificiæ mentione, prætensè impetratum eſt, fuiſſet neceſſarius? Cum tamen exceptio judicati, deciſionis ſcilicet Pontificiæ impediat litis ingreſſum, niſi de originali, aut Bullæ, aut mandati, apparet veſtigium? Quibus omnibus addi debet 12. quod legitimatio Pontificia Domino & Agnatis invitis in feudo 187. Legitimationem

Pontificiam non præjudicare Agnatis.

do antiquo præjudicare non possit, *Schrader. de feud.p.7.c.5. n.23.* nec immorari amplius huic transsumpto libet, quod primò per se, tanquam nudum exemplar non probat; secundò quia tanquam referens relatæ Bullæ tenorem non continet; tertiò quia nullus Bullæ insinuatæ effectus demonstrari potest, quo ipso subvertitur, & nullam apud Judicem, etiamsi originale produceretur, fidem mereri potest. Idemque judicium est de altero Abbatis N. transumpto eodem anno 1485. quasi nepos quoque N. Avi sui testamentum approbasset, de qua approbatione supra jam sufficienter est dictum.

188. Agnationem non probari ex nominatione Agnati.

His fundamentis adjungunt actores, septimò litteras, quibus reliqui ipsos agnatos vocaverint, quod ipsi tanquam veri agnati & patroni habuerint litteras fundationis, & alia Documenta Carthusiæ à majoribus fundatæ, quod Daniel anno 1479. duxerit in uxorem Comitissam, quod agnati ipsorum Ecclesiarum Cathedralium fuerint Canonici, quod in lapide sepulchrali ipsorum mater vocetur conjux Danielis I. Nunquam etenim daturum fuisse Comitem filiam suam in uxorem, si tam gravi natalium maculâ sponsus fuisset oneratus, cum æqualitas sit firmissimum amicitiæ, & societatis conjugalis fundamentum, ne ex inæqualitate contemptus amicorum, aliaque incommoda inevitabiliter sequantur. Porrò in dubio fidem habendam venerandis monumentorum inscriptionibus, per tradita *Kirchmanni de funerib. Roman. lib. 3.c. 19.* cum maximè scriptura lapidi incisa pro publicâ habeatur, & ej⁹ tolerantia approbationem inducat.

Verùm enim verò prout ipsi actores fatentur, argumenta hæc saltem accessoria esse, rei magis illustrandæ gratiâ adjecta; ita modicâ planè opera resolvi possunt. Vulgatum enim est ex nominatione filii à patre, aut agnati à consanguineo factâ, filiationem tamen & agnationem non probari, prout etiam ipsimet actores in triplicis præsertim iteratis vicibus ajunt, nominationem filii tunc demùm operari, si sponsalia & nuptiæ concurrant. Quia alias, nec ex eo, quod quis tractatus habitusque sit ut consanguineus, nec ex nominatione, nec ex quasi possessione agnatio probatur, *Pruckman. vol. 1. consf. 21. n. 17. Tiraq. in tr. de jur. retr. p. 1. §. 1. gl. 16. n. 1. Mascard. de probat. concl. 73. n. 6.* quin imò, certa est interpretum traditio,

189. Dubia probatio agnationis contra producentem est interpretanda.

dubiam agnationis probationem contra producentem interpretandam esse, ubi *Alex. de Imola Card. Pariens. Wesenbec. Jason. in L. non hoc. C. unde legitimi tradit. Pruckman. d. loc. n. 23.* Atque etiamsi quædam jura & autoritates DD. hic adduci possint, quod *in antiquis* nominatio geminata aliquem producat probationis effectum, *Escobar. in tr. de purit. & Nobil. proband. p. 1. q. 17. §. 4. n. 17.* omnia tamen illa jura huic casui præsenti applicari non posse, quia cohabitationi dictæ, tanquam illegitimæ, ab initio statim est contradictum, ut nullam pro se præsumptionem potuerit generare conjugium cum

190. Ex matri-

Comitissâ vel ideò nullam probationem operatur, quia plurima ubivis exempla sunt obvia, quod filii naturales ex Illustrissimis familiis duxerint uxores. Hic verò in specie illud notandum, quod sponsæ pater, ex confessione actorum, non reformidaverit diffamationem sponsi tunc temporis gliscentem, sed, eâ non attentâ, filiam suam in matrimonium ei collocaverit. Quod dotem admodum tenuem filiæ dederit, quod ex veris agnatis nullus pactis dotalibus subscripserit, quantumvis tribus saltem milliaribus à loco contracti matrimonii distarent, quod mater sponsi in pactis dotalibus, quasi ex alia familia esset oriunda, inscripta sit, ex quibus omnibus ad legitimam agnationem cum familiâ controversâ nulla conclusio formari potest.

monio cum illustri persona non inferri sponsi legitimitatem.

Quod insuper actores de receptione majorum suorum in Ecclesias Cathedrales deprædicaverunt, id à reis simpliciter negatum est, & contradictum. Fuisse quidem Canonicos in Ecclesiis istis ex familia, sed eosdem ex actorum Majoribus descendisse, hujus rei probationem ab ipsis exspectari, quam hactenus non præstiterunt. Quia enim in confesso est, plures hujus nominis & prædicati personas in iisdem & aliis locis vixisse, hinc identitas unius familiæ non præsumitur, *Escobar. d. loc. q. 16. §. 5. n. 2.*

Quin imò non opus erat demonstrare agnationes, quam quatuor veluti

Pater N.	Mater N.
Patris Pater N.	Matris mater N.

unde apparet, ad avum usque itum non fuisse, ut nepos potuerit in Cathedrales Ecclesias suscipi sine ulla avi sui consideratione.

Quod ad *lapidem sepulchralem* attinet, fatentur diversitatem ipsimet actores, inter eum, qui veræ conjugi Danielis I. & eum, qui N. positus est tempore belli rustici, absentibus veris agnatis, cum defunctæ Nepos Monasterium invasisset, sicque pro stabiliendo prætenso matrimonio, suique Patris legitimitate, ingenio usus (quis enim nescit omnia pro fama & honore tentari?) lapidem sepulchralem posuerit. Nec aliud Elogium Nepos Aviæ suæ ponere poterat, nisi quod honori famæque suæ & suorum conveniens esset. An verò ex proprio actorum facto & Encomio sepulchrali agnatio eorum legitima probari possit, huic assertioni omnia jura resistere videntur. Quod autem lapis iste non sit amotus, ratio in duplica *pag. 68.* assignatur. Et quid operari posset positio hujus monumenti contra Edictum *Friderici III. Imp.* in quo prohibitum majoribus actorum, daß sie sich nicht Herren zu N. heissen / schreiben oder nennen sollen? Cujus cassatorium, cum actores ostendere non possint, manet contra ipsos res judicata. 191. Respondetur ad argumentum à lapide sepulchrali desumptum.

Atque etsi fortassis actores pro se quasdam habere videantur præsumptiones & conjecturas, præsertim cum in antiquis leviores & præsumptivæ probationes admittantur. *Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 61. n. 8.* eò quòd consanguinitas, agnatio, & descendentia difficilis sit probationis, & aliàs in antiquis vix ejus daretur demon- 192. Leviores probationes admitti in antiquis in hac materia.

monstratio. Tamen idem *Thesaur. n.* 9. hanc doctrinam limitat eo in casu, si feudum deberet ad Dominum redire, quia feudi devolutio est odiosa, & in dubio contra Dominum pro non finitâ lineâ, judicandum: Aliud verò esse cum Cognati inter se contendunt & unus comparet, qui dicit se proximiorem, tunc enim agnatio & gradus concludenter probari debet, *Thesaur. de loc.* perpetua successionum regula est, ait: *Pruckm. vol.* 1. *consf.* 21. *n.* 11. & 13. Quod quidam alicui succedere volens, ante omnia probare debeat, se ex eâdem familiâ descendere, ex qua defunctus fuit; præsertim si contradictorem habeat, qui se agnatum esse asserit, & alteri hanc qualitatem negat. Cum itaque actores agnationem suam ex omnibus supra dictis non probaverint, regula juris meritò debet succedere, ut actore non probante reus absolvatur, etiamsi nihil præstiterit.

193. Referuntur porrò argumenta rei. Quod si verò etiam consideraverimus, qualia Dominus reus ex superabundanti tulerit argumenta, nemini porro dubium esse potest, quin condemnari actores, reique absolvi à frivola actione omni jure debeant. Et 1. pridem possidet Dominus reus ex resignatione ultimi Vasalli, cum consensu & investiturâ Domini directi, in se tanquam indubitatum & proximiorem agnatum factâ, qua in re duplex juris ratio concurrit, non solum

194. Dominum feudi & Vasallum possessorem præsumi cognitos habere proximos agnatos & successores. quod Dominus feudi suos Vasallus & proximos in feudo successores, sed etiam ultimus Vasallus, velut consanguineus, suos cognitos habeat consanguineos. *Pruckman. sæpius allegat con.* 21. *n.* 14. Unde juxta legitimam possessionem, quæ onus probandi transfert in adversarium, & in pari etiam causâ melior est conditio possidentis, fortissima juris præsumptio, si non plena probatio, pro Domino reo consurgit. Quæ corroboratur 2.

195. Actores in Curiis feudalibus fuisse incognitos. quod actoribus apud Curias feudales instantibus nulla fuerit eorum notitia, sed ad preces Mandatarii decretum in Curiâ feudali 25. Octobris *an.* 1644. Wann aber dabey die geringste Anleitung / welchergestalten den benannten Herrn N. N. in dem angegebenen Stammbaum / nicht weniger sonsten aus den actis zu befinden / daß von denselben wegen jemahls die geringste Anmeldung zu bedeuten Lehen geschehen / als wolle man fordersist die Beschleunung ihres Anbringens erwarten / simileque Decretum etiam in alterâ Curiâ expeditum.

Et attestatur 3. feudorum Secretarius, N. in litteris *de dato* 25. *Aug. anno* 61. Daß die actores und ihre Vorfahren niemahlen mit diesem Lehen belehnet worden / quam attestationem 4. res ipsa & evidentia facti confirmat, dum actores docere non possunt, quod post & obreptitiam investituram, quam Rudolphus tempore belli diffidationisque *anno* 1463. obtinuerat, ullus eorum sit amplius investitus, cum tamen Daniel III. filios & nepotes reliquerit. Et cum 5. pluralitas familiarum hujus nominis in eodem & aliis locis per documentum, exceptionibus *sub n.* 4. appositum, probetur, aliasque in confesso & notoria sit, quo argumento identitatem suæ descendentiæ ex hac præcisè familiâ actores volunt evincere? præsertim quia 6. Mandatum restitutorium ab actoribus *anno* 1491. prætensâ obtentum, tam ex eo, quod originale nullum ostendi possit, quam quod falsitates & contrarietates irreconciliabiles contineat, omnino corruit, & inde actores Edicto Friderici Imp. III. daß sie sich Herren von N. weder schreiben / heissen / noch nennen sollen / planè succumbunt, & rei judicatæ autoritate, contra quam nullum remedium juris, aut probatio in contrarium producta est, omnes eorum machinationes supprimuntur.

Idque eo magis 7. quod actores post prætensum Mandatum restitutorium nunquam tamen recuperaverint arcem Martinsberg / nec de insinuatione Mandati, aut parti adversæ aut Curiis feudalibus facta ullo verbo docere possint, sed potiùs 8. ipsis obsistit, quod in Genealogiis suis multoties variaverint, cum tamen certi sit juris, allegantem contraria non esse audiendum, & variantem non mereri, ut fides ipsi ulla adhibeatur. Præsertim 9. cum in Epitaphio Beetgumano tanquam præcipuo suæ intentionis fundamento eas ponant suæ familiæ agnationes, quæ cum legitimâ gentis controversæ descendentiâ planè non conveniunt. 10. quod eadem non gerant insignia, quibus accedit 11. unio Pauli, Honorii, & Danielis junioris de *an.* 1455. daß sie den Handel mit Herrn N. dem ältern der Dirn halber genandt die Bermingerin / angefangen / biß zum End vollführen wollen / quam unionem ipsimet actores in deductione typis vulgata allegant. Quam quoque 12. anno 1484. subsecutum est edictum Friderici III. Imp. daß sich Rudolph und Daniel Herren von N. nit nennen / heissen noch schreiben sollen; Unde apparet ab *anno* 1455. & ante usque ad hæc tempora dictos fratres pro legitimis filiis nunquam habitos, sed pro naturalibus tractatos semper fuisse: id quod apertè apparet ex verbis *Mand. Frid. Imp. III. anno* 1484. supra jam relatis.

Quod si non facto ipso ita contigisset, cui dubium in esse potest, 13. aliter hanc contumeliam contra filium & duos fratres Danielem I. vindicaturum fuisse, de quo tamen nullibi nec vestigium se prodit. Hinc etiam 14. cum *anno* 1507. causa caducitatis ratione Hüblach / agitaretur, & omnes interesse habentes edictaliter quarto & quinto citarentur, ex actorum tamen Majoribus (qui omnes adhuc in illis locis degebant) ad causam defendendam nemo comparuit, sed solus Honorius, tanquam verus agnatus eam in se suscepit, & à sententiâ latâ ad Cameram Spirensem appellavit.

Si hæ circumstantiæ, hic rerum gestarum ordo de tempore in tempus benè considerentur, quid probationis restabit actoribus, quod non ab his argumentis penitus absorbeatur? probatio enim dubia & incerta, si quam actores afferrent, non relevat, sed potius pro nulla habetur, præsertim in deferendis honoribus & successionibus, ubi tantò plenio-

res

res exiguntur probationes, quantò de graviori causâ agitur, ut probationis dubiæ, & necessitate non concludentis nullus debeat esse effectus, quippe quæ à *Pacian. lib. 1. c. 3. n. 19.* nocti comparatur, ubi spissitudo tenebrarum visum prohibet *Escobar de pur. & nobil. proband. p. 2. q. 4. art. 2. n. 99.* Nihil enim attulêre actores, ex quo legitima probatio concludi possit. Econtra rei habent p o se mandatum seu Edictum Frideric. III. de *anno* 1484. quod sublatum esse iterum aut cassatum, actores hactenus, post tot annorum decursum demonstrare non potuerunt, habent continuam investiturarum seriem cum exclusione Rudolphi & Danielis III. eorumque descendentium. Habent possessionem feudorum avitorum tanquam proximi agnati, judicio Dominorum feudalium, & Vasalli ultimò defuncti. Atque cum actores intentionem suam, quod nimirum agnati sint, & à legitimis agnatis descendant, hactenus non probaverint, nec eorum Majores ante ducentos ferè annos cum adhuc factum recens esset, id demonstrare, & per nuptias patrem ex hac familiâ controversâ demonstrare potuerint, æquus justitiæ arbiter facili consideratione penetrabit, an pro actoribus, an verò pro reo dicenda sit sententia:

Si imponat æquissimæ lanci justitiæ rectissimam juris regulam; *actore non probante reus est absolvendus*, pro quo scilicet pronunciare ipsa justitia jussit Mense Martio *anni* 1672. ipsumque à multorum annorum tædiosissima lite tandem absolvere.

CONTINUATIO
De Qualitatibus Vasallorum in feudo succedere volentium.

SUMMARIA.

1. *Quatenus mutus ad feudum admittatur.*
2. *In feudo Electorali inhabilis à Successione excluditur.*
3. *De eo, qui tempore delatæ successionis imperfectus casu est.*
4. *Feudum, quod mutus retinere non potest, ad quem devolvatur?*
5. *Feudum novum superveniente Vasalli vitio amittitur, ad Dominumque revertitur, ut defuncto Vasallo nec filii ejus, agnative eo potiantur.*
6. *Quid præstandum sit ex feudo ad ejus successionem inhabilibus?*
7. *De secundo-genitis in feudo primogenituræ subjecto.*
8. *Alimentorum nomine quid veniat.*
9. *Dos filiabus, & dotalitium viduis in feudis constituitur, vid. supra* Aussteuer der armen Jungfrauen *fol.* 333. *n.* 69. *& seqq.*
10. Filii tenentur solvere debita patris ex feudo, etiamsi sit feudum ex pacto & providentia.
11. *Quando & quomodo debeantur alimenta ex feudis.*
12. *Quare constituta sint alimenta ex feudis, & quando differant ab Apanagio?*
13. *Quibus casibus aliàs inhabiles ad feuda admittantur, & alimenta cessent.*

DE qualitatibus quoque Vasallorum est dispiciendum, quia jus feudale 2. *feud.* 36. imperfectos etiam ad feudi successionem vocat, cui textui opponitur alius in *Lib. 1. feud. tit.* 6. §. 2. circa quos duos textus mirum in modum inter se contendunt auctores, ut videre est *apud Hartm. Pistor. lib. 2. q. 32. n. 38. Vultejum lib. 1. cap. 9. n. 64. Rosenthal. cap. 7. conclus. 27. n. 19.* & alios, videtur tamen tota res huc redire, ut quoties quis natura mutus est, toties feudum paternum retinere non possit, ex accidenti verò mutus factus illud retinere queat; Si enim
1. Quatenus mutus ad feudum admittatur. tempore successionis habilis fuit ad servitia præstanda, & postea ex accidenti vel in prælio debilitatus, vel ob diuturnos militiæ labores aliquo vitio laborare cœperit, iniquum esset, illum feudo privari, præsertim cum per substitutum servire cogatur *arg. 2. feud.* 55. §. *firmiter.* Novum autem feudum retinere non potest, 1. *feud.* 6. §. 2. Ita tamen, ut si ablato eo egestate laboraturus sit, tum pietatis aut humanitatis ratione illud ei relinquendum sit, ut inde se alere possit, 1. *feud.* 6. §. 2. *in fin.* Et eadem ubique æquitatis ratio militare videtur, sive successor feudi natura mutus sit, sive ex accidenti. Hodiernâ etiam observantiâ hoc ita rigidè non observatur, cum plerique Vasalli Vicaria opera Dominis servitia præstare soleant, quod tamen in Electorali feudo non procedit, quia secundum A *B. cap.* 25. §. 2. sec[illegible] genitus ad successionem vocatur, si p[illegible] genitus mente captus sit, vel alio vitio la[illegible]ret, ob quod non posset ex dignitate Electorum munus obire quem textum etiam ad alios illustres Vasallos extendunt *Iterus de feud. Imp. c.* 15. *n.* 9. *Ludvvel. in Synops. jur. feud. c.* 9. *fol.* 199. 2. In feudo Electorali inhabilis à successione excluditur. Laudatur verò *Constitutio Saxonica lib.* 1. Land-Recht *art.* 4. *Si eveniat, quod puer surdus, aut mutus, aut altero aut utroque pede, aut manu carens nascatur, talis jure Civili heres existere potest, sed non jure feudali, si autem feudum, antequam hujusmodi impedimentum illi obvenisset, sit sortitus, propter superveniens impedimentum, id, quod jam acquisitum sibi habet, non amittit, quod similiter de leproso homine asserendum.* Quæ sententia tam æqua est, & benigna, *ut Hartm. Pistor. d. q.* 32. *n.* 20. illam meritò tueatur, ne videlicet is, qui semel de feudo est investitus, præter suam culpam illo destituatur, & afflicto nova addatur afflictio.

Quod si autem is, qui eo tempore, quo ad successionem feudi vocatur, imperfectus est, ille sive natura sive casu mutus sit tempore successionis delatæ, in feudo succedere non potest, pactum enim antecessorum tacitam hanc censetur habere annexam conditionem, si nempe successores habiles & idonei 3. De eo, qui tempore delatæ successionis imperfectus casu est.

idonei fuerint. Cum itaque successionis tempore inhabilis reperiatur, sive natura sive casu nullam certe justam causam conquerendi habere poterit, domino ipsum non admittente. Quando verò quis de feudo jam est investitus, tum etsi ex casu quodam supervenienteinhabilis reddatur, æquitatis ratio suggerit, ne Dominus id quod præter culpam Vasallo evenit, ipsi imputet, neve afflicto afflictionem addat, sed potius hunc adversæ fortunæ casum patienter ferat, atque concedat, ut Vasallus interim per substitutum militaria præstet servitia, prout clarè habetur 2. *feud.* 106.

4. Feudum, quod mutus retinere non potest, ad quem devolvatur. Cum jam, ut dictum, feudum mutus à naturâ retinere non possit, feudum antiquum, sive de eo pater primum, sive aliquis ex majoribus investitus sit, ad filios muti habiles, aut his deficientibus ad agnatos, & jure Saxonum simultaneè investitos defertur, pro ut omnes fatentur, teste *Rosenthal. c. 7. concl.* 28. *n.* 5. & Dominus muto, aliive imperfecto gratiam facere, feudumque ei paternum relinquere potest, ut per substitutum serviat, sed in sui, non agnatorum, præjudicium, intellige, quando feudum ad Dominum esset reversurum, cum juri pro se introducto renunciare non prohibeatur, sed sine damno eorum, qui remoto muto, proximam habent spem in feudo succedendi, eò quod contractu feudali, atque adeo investitura primâ, saltem comprehensi intelligantur natura apti masculi, ii verò, qui natura inhabiles procreantur, ipso jure pro incapacibus, quoad effectum successionis feudalis pro non natis habentur. Hinc cum mutus naturâ proprie feudum amittere dici non possit, utpote quod nunquam habuit, nec habere quidem potuit, videndum de muto ex accidenti tali facto: & hic feudum novum, de quo antea investitus erat, amittit, paternum, ante superveniens vitium acquisitum, retinet, in nondum verò acquisito non succedit, consequenter nec illud proprie amittit, *& ad Dominum*, exclusis agnatis, utpoti qui in feudo novo non succedunt, imo & filiis, *revertitur.* 1. *feud.* 6. §. *fin.* quia feudum sub modo tacito eoque resolutivo datum intelligitur, quoad Vasallus servitia præstare possit, quo quidem modo cessante necesse est, ipsum feudum resolvi: quamvis *Rosenthal c. 7. concl.* 27. *n.* 19. remotiores agnatos hic Domino anteferendos putet. Ex quibus fluit, quod feudum novum superveniente Vasalli vitio amittatur, ad Dominumq; revertatur, ut nec decedente deinceps Vasallo, filii ejus agnative eo potiantur, quia in feudo novo agnati non succedunt, filiorum verò, post vitium Patris natorum, nulla habetur ratio, cum Domino jus semel quæsitum supervenientia filiorum ejus, qui Vasallus esse desiit, adimi non possit; Neque investitura in feudo novo descendentibus masculis aliter jus tribuit, quam si patre adhucdum Vasallo nati fuerint. Aliud est in filiis tam ante patris infirmitatem existentibus, hi enim, uti investitura continentur, ita remoto deinceps, ob imperfe-

5. Feudum novum superveniente Vasalli vitio amittitur, ad Dominumque revertitur, ut defuncto Vasallo nec filii ejus, agnatique eo potiantur.

ctionem adventitiam patre, & veluti pro mortuo habito, statim feudum obtinent. Pro majori difficilis hujus materiæ dilucidatione, sequentes constituendæ regulæ, ac 1. quidem Vasallus superveniente vitio, feudum amittit novum, salvis tamen in subsidium alimentis. 2. Qui tempore delatæ successionis vitio laborat, eoque sive naturali sive adventitio non admittitur, quamquam tum etiam eidem, si aliunde non habeat, de quo diu vivere possit, necessaria vitæ subsidia ex feudo sunt relinquenda. 3. Vasallus feudum novum superveniente deinceps vitio, etiam jure communi tum retinet, cum vel personale servitium domino præstare non tenetur, vel non ineptus est ad illud præstandum. 4. Etiam is, qui tempore successionis delatæ morbo laborat, toties admittitur, quoties ei Dominus gratiam facit, modo agnati nulli extent; iis enim extantibus, domino licet consentiente non admittitur 5. Vasallus feudum antiquum semel acquisitum, vitio deinceps superveniente non amittit, sed retinet, dato tamen ei, si minus ad administrationem idoneus sit, curatore, hoc quoque addito temperamento, nisi vitium illud accidentale culpa Vasalli obvenerit, ut si oculos in duello amisisset, vel vel ob crimen quoddam ei evulsi fuerint.

6. Quid præstandum sit ex feudo ad ejus successionem inhabilibus?

Itaque omnibus illis qui vel ob *corporis* vel etiam ob *animi vitium* ad successionem feudalem *inhabiles* sunt, sivè sint filii, sive etiam agnati, ex feudo *alimenta* debentur, quales quoad corporis vitium sunt muti, surdi, coeci, claudi &c. ob animi verò vitium sunt *furiosi*, dementes ac mente capti; licet textus 2. *feud.* 31. nihil dicat de imperfectis, ad hos tamen per identitatem rationis, quod servire nequeant, applicari potest, *Rosenth. conclus.* 28. *n.* 1. Non tamen idem de *prodigo* dicendum, potest enim servire, & administratio bonorum feudalium, uti & allodialium per curatorem fieri, *Vultej. de feud. cap.* 9. *n.* 63. *sub fin.* Non inconcinne quoque huc referuntur liberi, non quidem propter animi vel corporis vitium, sed ob *primogenituræ* receptæ jus ad successionem inhabiles, scilicet *postgeniti*, olim *Domnicelli*, his pro modo facultatum alimenta tribuenda esse, argumento est *A. B. cap.* 25. §. 2. *Tiraquel. de jur. primogen. q.* 4. *n.* 33. *Hartm. Pistor. lib.* 2. *q.* 37. *n.* 3. *Carpzov. P.* 2. *Constit.* 46. *def.* 28. nisi dispositione paterna, lege vel conventione, certum quid determinatum sit, & [illegible]icit si respondeant alimenta dignitati per[illegible]æ, quamvis non æquent quantitatem le[illegible]imæ, *Springsfeld. de Apanag. cap.* 3. Imo idem de ipso primogenito Regis seu Principis, quem natura mente judicioque privavit, statuendum esse tradit *Forster. de succession. lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 64. Si ergitur in aliquo Ducatu, Principatu, Comitatu &c. primogenitura, statim determinatur secundogenitis certum apanagium pro ratione proventuum feudi & numero liberorum, nec prius, nisi omnibus circumstantiis benè ponderatis, primogenitura ab Imperatore confirmatur. Quod de Masculis inhabilibus dictum, ad

7. De secundo-genitis in feudo primogenituræ subjecto.

fami-

fœminas quoque extendendum est, ut licet in feudo non succedant, si tamen bona hereditaria non supersint, ex feudo dotari atque educari debeant, non solum à fratre, sed à quovis agnato, ad quem feudum devolvitur, *Vultei d. cap. 9. n. 57.* & moribus quoque ex æquitate receptum, ut deficientibus, bonis allodialibus, alimenta & dos congrua ex feudo fœminis suppeditari, vel saltem suppleri debeat, à quolibet feudi possessore; *Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 37. n. 1. & 2.* quod & de *nepte* affirmat *Carpzov. P. 2. Constit. 46. def. 16. & lib. 4. respons. 65. n. 19. & seqq.* Repelluntur tamen, neque alimentis ex feudo gaudent *liberi ex illicito coitu* procreati, *arg. 2. feud. 26. §. natural.* sive *incestuosi*, sive Spurii, sive adulterini sint. *Vultei lib. 1. cap. 9. n. 91. Struv. S. J. F. cap. 9. aph. 3.* etiamsi defunctus nullos alios relinquat liberos, *Hartm. Pistor. lib. 2. q. 40. n. 3.* in tantum, ut hi nec in feudo fœmineo matri, neque etiam eorum nepotes & pronepotes postea legitime nati, aviæ & proaviæ succedere, aut alimenta ex eodem petere queant, *Schrader cap. 5. n. 20.*

8. Alimentorum nomine quid veniat? Alimentorum autem nomine veniunt omnia ea, quæ ad vitæ sustentationem opus sunt, *L. 6. ff. de alim. vel cib. leg.* Successor igitur feudalis aut Dominus suppeditabit inhabili cibum, *d. l. eod.* Potum *L. 1. eod.* Vestes, *l. 43. eod.* medicamenta, *arg. l. 44.* Lectum, *l. 234. §. 2. de V. S.* Calceos, *l. 8. §. 14. ff. de transact.* habitationem *l. 6. ff. de alim. vel cib. leg.* nec non sumptus in Magistros liberalium artium erogandos, *arg. l. 2. §. 4. & L. 4. ff. ubi pup. educ. vel mor. deb.* Quoties enim alimenta ex jure naturæ, vel sicuti in nostro casu, ex dispositione legis debentur, toties etiam sumptus studiorum comprehenduntur, *Horat. Luc. in tract. de priv. Scholar. privil. ib.* Et sunt hæc alimenta inhabilibus aliisque, qui à successione feudi excluduntur, non tantùm ex feudo antiquo, sed & ex novo præstanda; si tamen feudum tam exigui pretii est, ut ejusdem reditus nec ad alimenta, nec etiam ad servitia feudalia sufficiant, potiorem servitiorum, quam alimentorum habendam esse rationem monet *Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 32. num. 12.* quod de alimentis est dictum, illud quoque, de jure communi ad *dotem sumptus nuptiales*, & ornamenta extendendum, ut non aliter feudo, quam si ad præstanda illa onera hereditas non sufficiat, sicque in subsidium debeantur, nisi consuetudine aliud sit receptum. Solent Domini Directi, & agnati consensum suum tribuere, & tenentur

9. Dos filiabus, & dotalitium viduis in feudis constituitur, vid. verb. Aussteuer armer Jungfrauen / fol. 331. n. 69. & seq. illum dare pro *filia* ex feudo *dotanda*, atque moribus invaluit, ut nobilium viduis *dotalitia* constituantur in feudis, in compensationem dotis, quod onus nec Dominus nec agnati possunt detrectare, ita ut nisi vivus maritus uxori de dotalitio non prospexit, tamen postea viduæ veniat constituendum, *Hartm. Pistor. p. 3. q. 4. n. 2. 3. 35. Köpen. decis. 39. n. 39. Schultz. de feud. c. 8. n. 243. Carpzov. pag. 2. c. 42. def. 5. & 6. & lib. 6. resp. 55. Rothschutz tr. de dotal. act. 1. quos omnes allegat Struv. de feud. c. 14. aphor. 19.* idem tradit *Knipschild intr. de privil. Ord. Equest. l. 2. c. 1. n. 72.* cum multis allegatis, ubi ait: quod in Germania usu receptum sit, daß denen Adelichen Wittwen ein Leibgeding auf das Lehen verschrieben werde. Atque filii Parentis debita ex feudo solvere tenentur, *per text. in lib. 2. feud. tit. 45. Rhet. ad jus feud. lib. 1. t. 8. num. 7. fol. 328.* egregie *Struvius cap. 7. aphor. 11. & cap. 14. aphor. 30.* ubi firmat hanc sententiam cum capitulum, loquatur generaliter, sine distinctione inter feudum *ex pacto & providentiâ* vel hereditarium, addendo quod quando textus juris feudalis agit *simpliciter* de feudo, intelligi feudum proprium *ex pacto & providentia*, & quod sit differentia inter agnatos & filios, quia filius descendit, & succedit per patrem quo mediante bona feudalia ad ipsum perveniunt, non verò agnati, quia filius tenetur solvere æs alienum, ut dedecus patris avertat, *Schnobel. disput. feud. 7. thes. 23. fol. 279. Mynsinger. observ. 67.* ubi ait: ob honorem patris, & si bona allodialia non sufficiant, filium teneri satisfacere Creditoribus ex fructibus feudi, *Mev. 2. d. 119.* præsertim in feudo hereditario, *Gail. 2. observ. 154. Rosenthal. observ. 33. Gilman. tom. 1. pag. 2. t. 8. vol. 8. n. 48.* & consuetudine est introductum, quod Domini directi, in securitatem illatorum bonorum dotalium, consensum suum præbeant, aliàs difficile filiabus esset bonum acquirendi matrimonium, si uxores bona sua dotalia amittere deberent, nullusque iis in bona feudalia regressus superesset.

10. Filii tenentur solvere debita patris ex feudo, etiamsi sit feudum ex pacto & providentia, vid. d. loc. verb. Aussteuer n. 77. & verb. Heurath.

Quamvis enim *Gail. 2. obs. 144. & Mynsing. 3. observ. 67.* tradant, filium posse repudiata hereditate in solo feudo succedere, tamen contrarium in Consilio Imp. Aulico semper observatum & judicatum est, idque per textum expressum *in lib. 2. feud. tit. 45.* ubi traditur, *quod filius repudiare non possit hereditatem Patris & feudum retinere*: ex quo textu Dd. colligunt, quod filius in feudum succedat tanquam heres patris, & quemadmodum heredi non licet, partem hereditatis apprehendere, partem verò negligere, *l. 1. & 2. ff. de acquir. vel omittend. hered. l. 20 de jur. de liber.* ita nec filius feudum retinere possit, repudiata hereditate, juxta textum allegatum, quod tamen ipsi liceret, si in persona ejus non annumeraretur rebus hereditariis, adeoque omni dubitatione caret, filium ad factum parentis præstandum obligatum esse, tanquam heredem in universum jus defuncti succedentem *Lib. 24. de V. Obl.* quod etiam exinde firmatur, quod jus revocandi feudum in jure feudali solum agnatis tribuatur, non verò filiis *2. feud. tit. 3. §. 2. & 2. feud. tot. 9. §. porro & tit. 30.* & quod etiam alienatio feudi subsistat, quamdiu alienans & ejus filii vivunt, *1. feud. 8. §. hoc quoque, & tit. 18. 2. feud 9.* quia filius mediante patris persona in feudum succedit, atq; sic feudum æque patri ac primo acquirenti acceptum referre

 debet,

debet, unde etiam feudum ob delictum Parentis amissum ad filios non revertitur, 2. *feud.* 31. nec refert, sive filii cum inventario, sive absque eo hæreditatem Patris adierint, quia utroque casu feudum rebus hereditariis accensetur, *Hartm. Pistor. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 33. *Sonsbec. tract. de feud. part.* 9. *num.* 159. *Vultej. de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 114. *Berlich. lib.* 2. *conclus.* 56. *num.* 11. *Richter. decis.* 97. *num.* 4. & 7. *Volrad. Brandio de oblig. Successor. feudal. ex fact. Antecess. cap.* 2. *num.* 45. ubi ait: etiamsi feudum fuerit ex *pacto & providentia*, tamen quoad filios esse quandam juris paterni mediante sanguine derivationem, *Strick. in Exam. jur. feud. c.* 4. *quæst.* 48. ut hinc, cum feudum non proprio, ut Agnati, sed heredis quodammodo jure capiant, facto patris contravenire nequeant, sed ipsum ab injuria teneantur liberare, qua afficeretur, si omnia ejus debita non solverentur, *Carpzov. part.* 2, *Constitut.* 46. *defin.* 5. *num.* 5. Et ita pronuntiatum est in causa Correggio contra Modena, Striteberg contra Marschal, Malaspina contra Malaspina. *Quando* autem debeantur alimenta, innuit textus 1. *feud.*

11. Quando & quomodo debeantur alimenta ex feudis. 6. §. 2. *quo ei oblato se exhibere non valeat &c.* unde consentiunt Dd. ea denegari imperfecto diviti, habenti opima bona allodialia, cum non nisi in subsidium à successore præstanda sint, *Rosenthal. de feud. cap.* 7. *conclus.* 28. *num.* 24. *& plures alii.* Et in loco debitoris præstanda sunt alimenta, qui facilius in sua vel suorum mensa inhabilem alere, quam ei potum & cibum foris mittere potest. *Bald. ad lib.* 1. *C. de leg. num.* 3. *Coler. de aliment. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. Hinc & alias creditor, recepturus, quod sibi debetur, cogitur adire domum debitoris, *L.* 18. *ff. de constit. pecun. l.* 2. §. 1. *ff. quod leg.* tenetur itaque inhabilis agnato suo cohabitare, & ejus convictu uti, nisi inter illos ortæ sint inimicitiæ, *Menoch. l.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 55. vel agnatus sit homo rixosus, qui in domesticos sæviat, *Menoch de A. J. Q. l.* 2. *cas.* 120. *num.* 14. vel meretrices foveat. *Arg. l. pen. ff. ubi pup. educ. vel mor.* & evitandum famæ periculum, *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 13. Si verò certa ab initio determinata sit inhabili pecuniæ quantitas, neque expresse pactum, quo in loco debeat morari, ubique larem suum poterit constituere, & pecuninm, alimentorum loco sibi destinatam, consumere, *Coler. de aliment. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 52. Præterea in quantitate alimentorum, ante omnia ejus, cui debentur, consideranda venit *ætas*, nam ætate crescente pariter alimenta crescunt eorumque præstatio augetur *Lib.* 10. §. 2. *ff. de alim. vel cib. leg.* dignitas item attendenda, *lib.* 8. §. 11. *ff. de transact.* in tantum, ut nonnunquam, si sine diminutione existimationis alimentarius equis & famulis carere nequit, hi quoq; ipsi comparandi æque ac alendi sint, *Joh. Bapt. Pont. de alim. c.* 7. *n.* 3. Denique habenda ratio ejus, qui debet alimenta, & feudi, ex quo debentur scilicet, ut non talia exhibeantur, quæ omnes feudi fructus absorbent, sed ut ei, ad quem feudum devolvitur, tantum relinquatur, unde servitia præstare possit, qui potius debentur Domino, feudum ea lege concedenti, quam alimentario, *Hartm. Pistor. l.* 2. *q.* 32. *n.* 12. imo alimenta præstanda secundum nobilitatem personæ alimentarii, *L. pen. de alim. & cib. leg.* habita tamen consideratione qualitatis feudi, utrum magnum vel parvum sit, *Hartm. Pistor. lib.* 2. *q.* 32. *n.* 12. *sub fin.* Idem de *dote*, illis casibus, quibus ex feudo præstari debet, dicendum, quod scilicet ejusdem æstimatio secundum facultatem dotantis, dignitatem parentis, qualitatem mulieris atque mariti, nec non liberorum numerum, facienda sit, præprimis verò consuetudo hac in parte attendenda est.

Constituta autem hæc alimenta sunt propterea, ut aliquo modo liberis, qui ipsi non habent, quo se exhibeant, nec tamen ad feudi successionem aspirare queunt, consulatur, nam afflictis afflictionem addere eosque plane alimentis vel privare, vel servitiorum onere gravare, erubuere legislatores. Imo prima fronte hoc adhuc iniquum videretur, quod hujusmodi inhabiles, contra notissimam juris regulam, nulli præter culpam quid subtrahentem, *arg. l.* 14. *ff. de offic. præsid.* ipso feudo exuantur, & alimentis saltim contenti esse debeant, si illis casus vocem aufert vel aures concludit. Alimenta hæc, quæ majori interdum favore quam pia causa, *Novel.* 123. *c.* 37. *in fin. Coler. de alim l.* 2. *c.* 7. *n* 4. & quorum processus est summarius, *l.* 2. *ff. de fer. Coler. l* 3. *c.* 1. *n.* 2. *Brunnem. process. civ. c.* 1. *n.* 16. differunt ab *Apanagio* in eo, quod *Apanagium* præstetur liberis postgenitis, ob primogenituræ jus ad successionem inhabilibus; alimentatio verò liberis vitio corporis vel animi laborantibus, ut filiabus à successione feudi exclusis, 2. quod apanagium debeatur etiam liberis divitiis abundantibus, illa tantum in subsidium liberis fortunæ tenuioris. Differunt à *Paragio* in eo, quod hoc transmittatur ad hæredes, alimentatio autem exspirat morte alimentarii. A *legitima*, quoq; differunt, quippe qui de jure *per Nov.* 18. *A. C.* 1. determinata, *Merlin. de Legit. l.* 1. *tit.* 3. *q.* 1. *n.* 2. Illa verò Feudistæ non metiuntur modulo juris civilis, sed sufficere statuunt, si tantum inhabilis consequatur, quantum pro ratione dignitatis alimentarii, ad vitam tolerandam opus habet, vel pro quantitate feudi præstari potest. Denique ab *alimentis testamento* relictis differunt, quod de nostris pro libitu, de illis minime gentium sine prætore transigere liceat, *L.* 8. §. 2. *ff. de Transact.* ob favore ultimæ voluntatis. 12. Quare constituta sint alimenta ex feudis, & quomodo differant ab apanagio?

Constitutionem alimentorum impediunt illi casus, quibus vel ob qualitatem feudi, vel etiam ob gratiã Domini inhabiles ad successionem admittuntur, quales sunt, si feudum sit *francum* sive *liberum* à servitiis, item si sit tale, pro quo annuus canon, sive annua pensio in pecunia vel in aliis rebus consistens, præstatur, item si feudum fuerit concessum Vasallo ad certum atq; determinatum servitium, quod æque per mutum & surdum, quam per alium explicari potest, his casibus cum inha- 13. Quibus casibus inhabiles ad feuda admittantur, & alimenta cessent.

inhabiles ad successionem feudi perinde ut alii admittantur, prout *cum Bald. aliisque* demonstrant Matth. de *Afflict. ad text. 2. feud. 36. n. 8. Schrader. de feud. p. 7. c. 5. n. 32.* alimenta quoque cessant, quod & dicendum de illo, qui tardiuscule loquitur, aut ubi quis quidem est inhabilis, vitio tamen non duraturo, sed temporali & tali laborat, quod ope medicorum sanari potest. Denique quando per gratiam Domini aut Agnatorum, si scilicet feudum fuerit antiquum, ad successionem feudi admittitur. Constitutorum vero alimentorum debitum tollit *alimentarii opulentia*, vel semel exhibendi facultas, sive tempore exclusionis â successore feudali adsit, sive postmodum superveniat, cessante enim causa, meritò cessat effectus, *C. 61. X. de appellat.* Constitutionem porrò alimentorum impedit *indigentia successoris*, si scilicet tanta prematur paupertate, ut vix semet ipsum exhibere, aut ex proventibus feudi servitia præstare possit. Unde & in simili, si pater tam inops sit, ut se ipsum vix alere queat, ab alimentis filiorum excusatur, per ea quæ in hanc rem adducit *Coler. de alim. l. 1. c. 2. n. 28. & seqq.* Denique prædii feudalis interitus constituta alimenta tollit, *arg. l. 96. §. 2. l. 108. §. 12. ff. de leg.* sublato enim corpore, tollitur jus, quod quis in eo habuit; *l. 8. ff. de pugn. §. 3. Inst. de usuf.* Mors item alimentarii, quia post obitum nemo amplius victu indiget, hinc merito cum vita exspirant alimenta, *l. 8. ff. de transact. §. 10.* quapropter & alimentorum debitum annuum est ejus natura, ut hanc in se tacitam conditionem habeat, si alimentarius vivat, *l. 4. ff. de ann. leg. l. 22. ff. de usufr. leg. Coler. d. tr. l. 2. c. 12. n. 44.*

CONTINUATIO.

De successione illegitimorum & legitimatorum in feudis.

SUMMARIA.

1. *De filiis naturalibus.*
2. *Adulterinas proles non gaudere privilegiis subsecuti matrimonii, & ab hæreditate excludi.*
3. *De crimine adulterii.*
4. *Maculam esse indelebilem, & jam Domino feudi jus ex infami adulterio quæsitum, quod ipsi auferri non potest.*
5. *Nec in fideicommissis admittuntur adulterini.*
6. *In feudo non potest constitui fideicommissum.*
7. *Naturales per subsequens matrimonium legitimatos succedere in feudis ex communi sententia.*
8. *Contra hanc sententiam pugnat textus in §. naturales, multaque rationes & autoritates.*
9. *In feudis esse particularem considerationem, quia non tam ex paterna hæreditate, quam D. concedentis voluntate dependent.*
10. *Præsertim in feudis illustribus decere, ut naturales excludantur.*
11. *Naturales legitimitates per subsequens matrimonium in multis locis ad successionem feudorum non admitti.*
12. *Refertur casus, filii ex secundo matrimonio nati inter Conjuges A C. nondum publicata sententia divortii matrimonii primi, an filius sit legitimus?*
13. *De matrimonii legitimi requisitis, & ejus dissolutione inter Conjuges A C.*
14. *Propter bonam fidem saltem unius ex Conjugibus filios esse legitimos.*

HAud rarò illegitimi & legitimati prætendunt successionem in feudis, quibus fortiter contradicitur, & passim de hac materiâ tractant Feudistæ. Non abs re tamen existimavimus esse, hic apponere duo præjudicia Consilii Imp. Aulici, in quibus hæc materia ex factorum contingentia est discussa; Nimirum de filio naturali, qui ex soluta, inter quos tempore generationis non erat impedimentum dirimens conjugium, res ex jure Canonico & Civili certa & determinata est, quod talis filius per subsequens matrimonium legitimatus in hæreditate parentum succedere possit, *per Cap. conquestus 1. qui filii sint legitimi*, quia tales filii ex juris fictione seu dispositione reputantur, ac si ex legitimo Matrimonio nati essent. Si verò proles ex *Adulterio* nata sit, talis ad successionem non admittitur, licet postea matrimonium subsequatur nam in hoc casu fictio juris non invenit locum, quia habet principium prohibitum, & vitiosum, dum parentes peccarunt contra matrimonium, ei proinde ex eo non debet eis in prolis legitimitate subveniri. *Covaruv. in lib. 4. Decret. part. 1. cap. 8. §. 2. n. 2. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 7. n. 19. Layman. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 5. n. 2.* Et textus apertus est, *in cap. tanta 6. qui filii sint legitimi.* ubi Pontifex ita rescribit: *Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur; Si autem vir, uxore sua vivente, aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit: licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus Spurius erit filius & ab hæreditate repellendus: præsertim si in mortem prioris uxoris alterutrum eorum aliquid fuerit machinatus;* ubi verbum *præsertim* accipiendum est pro maximè, quia idem est hoc casu, etiamsi neuter fuerit machinatus mortem, non enim legitimatur per subsequens matrimonium filius conceptus vel natus ex adulterio, dato etiam, quod matrimonium teneat inter adulterum & adulteram mortua legitima uxore: Multò magis talis Spurius non potest legitimari, si matrimonium non teneat; Quod si inter adulterum & adulteram intervenisset machinatio mortis, non potest etiam inter eos matrimonium consistere. *Cap. ult. de eo qui duxit in matrim. Alex. de Navo adtit. qui filii*

1\. De filiis naturalibus.

2\. Adulterinas proles non gaudere privilegiis subsecuti matrimonii, & ab hæreditate excludi.

filii sint legitimi, n. 8. quinimo etiamsi nulla machinatio mortis intervenisset, tamen prohibentur contrahere matrimonium ante peractam pœnitentiam, *per text. apert. in C. illud vero 3. caus. 31. quæst. 1. & cap. si quis vivente. 5. ead. caus. & quæst.*

3. De criminе adulterii.

De adulterii gravissimo crimine, & ejus pœnis apud varias gentes, etiam in feudis, quæ ad filios extenduntur, dum adulterium ipso jure infamat, etiam sine sententiâ condemnatoria. Quod conjugatus se commiscens cum solutâ nihilominùs committat adulterium, & tales filii ab hæreditate excludantur. Imò etiamsi Adulter mortua uxore legitima ex pellice sua filium progeneret, eamque progeneret, eamque postea matrimonio sibi jungat, nihilominus talis filius privilegiis legitimatorum per subsequens matrimonium non gaudet, cujus rei ratio est, quod non liceat ducere, quam prius polluit per adulterium, quæ omnia latius deducta sunt *supra verb.* Ehebruch *fol.* 677. Hæcque omnia obtinent tam in feudis quam fideicommissis, quia per Adulterium antea commissum Domino feudi jus acquisitum est per maculam adulterii indelebilem, quod ei postea per subsequens matrimonium aut etiam per rescriptum Principis non potest amplius auferri, quia legitimatio superveniens non præjudicat Domino in jure jam quæsito, nec retrotrahitur in præjudicium juris medio temporis acquisiti. *Klock. tom. 3. consil. 143. n. 1. & seqq.* ubi infinitas Doctorum authoritates allegat; Lex enim fingit quidem translativè, de tempore in tempus retrò in præteritum filium fuisse legitimum *§. si igitur quib. mod. natur. effic. legit. L. fin. ff. de nat. restitut.* hæc tamen fictio translativa nihil immutat vel auffert de jure quæsito. *cap. quamvis de rescript. in 6.* textus clarus *in §. liceat.* ibi: *de cæteris authent. quib. mod. nat. effic. legitimi.* præsertim si adulter post mortem uxoris legitimæ, consortium infamè continuavit, ex quo crimine & scandalo, nec ipse nec proles per matrimonium multis dilatum in præjudicium Domini directi, gratiam vel favorem reportare debent.

4. Maculam esse indelebilem, & jam Domino feudi ius ex infamia adulterio quæsitum, quod ipsi auferri non potest.

5. Nec in fideicommissis admittuntur adulterini.

Atque ista omnia procedunt non solùm in feudis, sed etiam *in fideicommissis*, quia liberi adulterini, spurii, incestuosi, ad fideicommissa familiarum nobilium non admittuntur, *Peregrin. de fideicom. art. 12. n. 83. Fusar. de fideicom. substit. q. 354. n. 3. Knipsch. de fideicom. famil. nobil. cap. 8. n. 291.* quia jus agnationis & familiæ non habent, & proinde neque patri neque matri succedunt, *Novell. 74. cap. ult. & Novell. 89. cap. ult. L. si quis incesti. 6. & authent. 6. & authent. ex complexu Cod. de incest. in inut. nupt.* Hinc filius adulterinus ad *fideicommissi successionem* aspirare non potest, perinde sicuti à successione feudi excluditur. Quamvis enim in fideicommissis licitum sit, ultimò ex familiâ per testamentum hæredem instituere, atque ita videatur, sicut alium quemvis, ita quoque filium adulterinum testamento institutum, si non ut filium, ad minimum tanquam hæredem institutum, fideicommissum posse consequi, id tamen non procedit, quando Fisco jam ex delicto ultimi possessoris jus quæsitum est, quod ipsi amplius auferri nequit.

6. In feudo non potest constitui fideicommissum.

Deinde verò *in feudo non potest lex fideicommissi constitui*, & licet imponeretur, eo ipso tamen feudum non fit allodiale, sed manet feudum, quia Vasallus testamento vel pacto suo non potest immutare naturam feudi in præjudicium Domini, & Vasallus negans feudum esse feudum, eo privatur, per textum expressum *in lib. 2. feud. tit. 26. si de feud. defunct. content. sit. cap. 3. Vasallus si feudum. item cap. Vasallus feudum. Rosenth. de feud. cap. 10. concl. 32. n. 1. & seqq.* Et quamvis diceretur ab initio in loco aliquo feudali fuisse constitutum fideicommissum, sed postea in naturam feudalem commutatum; si tamen per duo & amplius sæcula, nulla in omnibus investituris fideicommissi mentione facta, sub sola feudi qualitate fuisset possessum, certè amisisset naturam fideicommissi, & præsumeretur potius castrum superstructum feudali fundo inædificatum esse. Quoties enim Vasallus Castrum in feudo ædificat, non tamen feudum in allodium convertit; & supposito, quod revera aliquando allodium, & fideicommissum fuisset, tamen extinctâ per adulterium lineâ, nullus amplius patet filiis adulterinis ad illud gradus vel successio, quia linea successorum in fideicommissis per adulterium est perempta.

Deinceps frustrà reclamat filius vel nepos successionem prætendens, quasi non ex adulterio, sed mortuâ primâ patris uxore, & matrimonio contracto cum suâ matre, per subsequens matrimonium esset legitimatus. Prout enim jam supra dictum est, de jure ex delicto infami fisco acquisito, quis sibi persuaderi patitur, hunc prætendentem ejusque patrem ante annos sexaginta & amplius summo nisu capacitatem suam defendere conantem, atque in eum finem celeberrimos Jurisconsultos in patrocinium causæ suæ adsciscentem, non protulisse attestata de tempore nativitatis suæ, & mortis primæ uxoris? non enim agebatur de glande legenda, sed de summa rerum, de feudo dignitatis, & magnæ considerationis, pro quô obtinendo sine dubio omnes probationes, quæ pro legitimitate suppetebant, conquisitæ & allatæ sunt; Item album demortuorum & copulatorum, tunc æquè præstò erat, atque in eo loco, ubi pater erat in possessione, & illi liberi asservantur; nulla tamen unquam solida probatio, nec tunc nec hucusque apparuit, sed potius contrariæ suppositiones. Supinæ profectò fuisse negligentiæ, si privationem feudi aliquo ex illis liberis attestato averruncare potuisset, & nihilominus omisisset, verùm probationes tales afferri ab ipso non potuisse, ipsius propria scripta & sententia subsecuta denunciant. Quibus rationibus denuò adjungitur, ex adulterio fisco jus quæsitum jam fuisse, cum in confesso sit fratrem prætendentis ex adulterio, & vivente primâ uxore fuisse conceptum & natum.

Tandem tota disputatio de successione legiti-

7. Naturales per subsequens matrimonium legitimatos succedere in feudis ex communi sententia.

gitimatorum recidit ad filios *naturales per subsequens matrimonium legitimatos*, de quorum successione in feudis si instituatur quæstio, communis Doctorum traditio illos etiam ad successionem feudorum admittit, idque in honorem, ut ajunt, matrimonii, & quia tam in jure Canonico quam Civili sancitum, quod isti legitimati omnia jura justorum & legitimorum liberorum consequantur *d. supra c. tant.* 16. *qui filii sint legit. Novell.* 89. *c.* 8. quia filius legitimatus per subsequens matrimonium rectè dicitur ex iis, qui jam maritus & uxor sunt, descendisse, atque hinc inter legitimos descendentes primi acquirentis refertur, *Rosenth. de feud. c.* 7. *concl.* 18. *Hartman. Pistor. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 41. *per tot.* Quam sententiam adeò communem & multarum Curiarum præjudiciis confirmatam usuque receptam esse testatur *Schepliz. ad consuetud. Brandenb. part.* 3. *tit.* 3. *n.* 51. *Leuwen. in censur. forens. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 12. *ad Struv. in Syntagm. jur. feudal. c.* 9. *concl.* 2. ubi citat *Schurff. centur.* 2. *cons.* 56. *n.* 4. *Mynsing.* 5. *obs.* 41. *Schulz Synops. feud. c.* 8. *n.* 43. *& seqq. Jan. ab Arcedura concl.* 7. *n.* 22. *Arum. disp.* 6. *feud. thes.* 25. *Finckelthaus. disp.* 6. *th.* 13. *Rumelin. ad A. B. part.* 1. *diss.* 6. *art.* 12. ubi ait, quod subsequens matrimonium omnem maculam tollat, ut à legitimis nihil differant legitimati, atque ideò nec à successione Electorali arceri possint, ex *Buxtorff. dissert. ad A. B. thes.* 85. *litt. C. Quirin. Cubach. lib.* 2. *Jurispr. publ. c.* 31. *n.* 14. *& seqq. Gabr. lib.* 6. *t. de legitimat. Merlin. decis.* 48. *Trentacinq. lib.* 1. *resol. tit. de legitimat. resol.* 1. *Wurmser in exercit. jur. publ.* 2. *concl.* 9. *Gail.* 2. *obs.* 141.

8. Contra hanc sententiam pugnat textus in §. naturales, multæque rationes & autoritates.

Sed contra hanc opinionem pugnant multi alii magnæ autoritatis Doctores, & textus expressus, & rationes multæ & observantia multarum Curiarum. Textus expressus, & non distinguens est *in* §. *naturales si de feud. defunct. controv. sit* ubi dicitur: quod *naturales non succedant, etsi postea legitimi fiant*, atque ubi textus juris est, ibi nulla est dubitatio. *Zas. cons.* 4. *n.* 2. *&* 13. *lib.* 1. quia in textu est veritas in Glossâ verò & Doctoribus opinio, quæ, stante textu, non est curanda, quia opinio legibus & rationibus non suffulta non præjudicat *Finkelth. obs.* 1. *n.* 11. *&* 12. *& obs.* 32. *n.* 23. Doctorum enim dicta eatenus tantùm sunt attendenda quatenus legibus sunt consentanea *Myns.* 5. *obs.* 61. *n.* 6. *Carpzov. decis.* 33. *n.* 5.

Inter DD. Authoritates qui naturales à successione feudi excludunt, est *Vultei. de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 195. *Carpzov. disp. feudal.* 5. *n.* 31. 32. 33. *Rittershus. partit. feudal. lib.* 1. *cap.* 13. *q.* 13. quem cum aliis argumentis allegatum *vide supra lib.* 2. *tit.* 27. *n.* 113. *& seqq. Borcholt. de feud. cap.* 7. *tit. de success. n.* 53. *Sonsbec. de feud. part.* 9. *n.* 66. *Andreas Knichen de Investitur. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 76. *Hotoman. in* §. *naturales & cons.* 10. *vol.* 1. *Rhetius in Instr. jur. publ. lib.* 1. *tit.* 20. §. *ult. & lib.* 3. *tit.* 1. §. 8. *Pet. Heigius part.* 1. *q.* 21. *n.* 62. *Nicol. Reusnerus lib.* 2. *decis.* 4. *Menoch. cons.* 16. *n.* 8. *Socinus jun. cons.* 52. *n.* 2. *vol. Curtius jun. cons.* 136. *n.* 10. *Cephalus. cons.* 82. *n.* 11. *vol.* 1. *Sylvanus cons.* 3. *n.* 4. *Lymn. lib.* 6. *jur publ. cap.* 5. *n.* 63. *Natta.* 624. *n.* 21. *Roland. à Valle cons.* 100. *n.* 47. ubi hanc opinionem dicit esse communem. *Alciatus Resp.* 507. *relatus à Menoch. cons.* 519. *n.* 31. *vol.* 7. ubi ait: Senatum Mediolanensem bis ita judicasse, & Rotam Luciensem ita decidisse testatur *Franc. Merlin. decis.* 98. *n.* 2. *Itterus de feud. Imperii cap.* 14. *n.* 1. *&* 2. *Wilhelm. Ludwel. in Synops. Jur. feud. cap.* 50. *n.* 5. sive enim legitimentur naturales per subsequens matrimonium, & hinc ut placuit supra relatis, macula abstergatur, interim tamen actu hoc nunquam efficietur, eos legitimè & justo matrimonio natos esse: sed inde nihil videntur consequi aliud, quam honestum suæ inquinationis testimonium, aut certè subsequens matrimonium hoc loco concedat, oportet, quod nec natura nec lex concessit quæ legitimatum planè suum & agnatum fieri noluit *cap.* 2. *auth. ut lic. Mat. & avi*, adeoque adoptivum eum comparabat *cap.* 3. *auth. quib mod. natur. effic. legit.* Deinde favor matrimonii tantus esse non potest, ut Principis concedentis favori queat derogare, cum præsertim feuda non tam ex patris hæreditate, quam ex Domini liberalitate sint æstimanda *cap.* 1. §. 1. *de success. feud. cap.* 1. §. 1. *de capit. qui Cur. Vend.* Quare non attentâ opinione communi, melius videtur statuere, legitimatos in feudis non succedere, nisi disertè in prima investitura ita cautum reperiatur, aut etiam Princeps feudum dans, non alius eos ad hoc specialiter legitimaverit, prout eleganter tradit *Sichard. ad L.* 6. *Cod. de inst. & substit. Vultej. de feud. cap.* 9. *n.* 94. *Niell. disp. feud.* 5. *Thes.* 7. *litt. D. Hartman. Pist. quæst.* 40. *n.* 10. *cum ibid. allegatis, Obrecht. disp.* 4. *n.* 234. *Giphan. de feud. cap.* 12. *n.* 15. *& seqq. Hillinus de success. ab intest. Civil. de feudal. thes.* 8. Hinc *Arnisæus in oper. polit. cap.* 2. *sect.* 14. *n.* 30. ait: Si tam jus civile quam Canonicum consideremus, naturales, quos legitimis adscripsit, aut subsecutum matrimonium aut rescriptum Principis, consensus subditorum aliorumque quorum interest, una cum legitimis succedere arbitramur; si tamen intentionem legum regni fundamentalium, si summam Principum dignitatem, si confusionem & labem sanguinis; quam nec matrimonii favor, nec authoritas Majestatis extergere potest, respicimus, magis ex republica est, ut legitimatis fores ad sceptra & dignitates non aperiantur, cum regulariter, ubi de honoribus agitur, nedum summis, sordes excludantur; Et Pontifex *in cap. innotuit de elect.* ad Episcopatum non admittit illegitimum, nisi vita honestè peracta antevertisset omnem sinistram præsumptionem, quæ spurios & per consequens legitimatos solet comitari; Fieri enim vix potest, quin sanguis ille inquinatus in tantum ebulliat & stirpem inficiat, à qua fas est removeri, quidquid sordidum, quidquid servile, & summi honoris apice indignum reputatur; quæ verba sunt *Arnis. supra cit loc. pa-*

9. In feudis esse particularem considerationem, quia non ex paterna hereditate, quam D. concedentis voluntate dependent.

riter *Nicol. Bets. in tract. de pact. famil. Illust. cap. 7. §. cæterum circa hanc pag. 275. tradit;* Legitimatos etiam per subsequens matrimonium â feudorum successione arcendos esse, tum quod ipse textus feudalis omnem distinctionem repudiet (quam aliàs Autores contrariæ sententiæ ad legitimatos per rescriptum limitare allaborant) tum etiam, quod inter legitimè natum & legitimatum per subsequens matrimonium semper maneat aliqua differentia, cum certum sit â principio illum naturalem fuisse, atque adeò opinionem ejus apud viros graves prægravatam, cum id, quod semel factum est, infectum fieri nequeat. Et *cap. 6. §. 4. investigandum fol. 174.* tradit quoque *Betsius,* legitimatus gerit tantùm figuram legitimi, cum tamen eandem non habeat in substantiâ. Et cum hæc obtineant in privatis hominibus, quantò magis obtinere debent in Regum, Principumque personis, quas Provinciarum suarum hæreditates atque successiones puro suo atque incontaminabili sanguine propagare, & tueri decet; DEI præceptis institutisque obsequi, ut eò facilius ejus benedictionem impetrare possint. *Eod. capite 6. fol. 156. tradit Bets.* pro regulâ tenaciter observandâ ab *Illustriis familiis,* ne concubinas maritali amore complectantur, & natos ex eis liberos ad Regnorum aut Principatuum successionem promovere in animum inducant. Indignas verò nuptias non secus ac scopulos, ad quos plurimi impingentes lamentabile naufragium fecêre prudenter vitent, semper enim in conjunctionibus non solùm, quid liceat, considerandum est, sed etiam quid honestum sit, ut ait *Modest. in L. 42. ff. de ritu nupt. Nicol. Myler. in Gamolog. cap. 24. §. 2.* admittit quidem filios naturales Patrum Illustrium per subsequens matrimonium legitimatos ad arma & insignia paterna, nec non ad feuda titulata, & Majoratus, asserens omnium ferè terrarum orbis, ubi civiliter vivitur, interpretes juris hanc amplecti sententiam, quos ex Italiâ, Hispaniâ, Galliâ & Scotiâ latè recenset. Limitat tamen hanc sententiam, nisi tenor formaque primæ investituræ repugnet, secundùm *Baldum in §. naturales lib. 2. feud. 26.* Nisi feudalis Curiæ consuetudo aut illustris familiæ pacta reluctentur: nisi ipsa feudi qualitas refragetur. Quid enim, si feudum sit dignitatis? quid si insigniter sit nobile? profectò aliam hunc casum efflagitare considerationem tradit *Baro Schenck de feud. lib. 3. tit. 4. §. natur. n. 10.* Quod de hoc casu accipit *Myler dict. loc. §. 3.* si Princeps aut Comes Imperii ex vili personâ prognatum, mediante conjugio, natalibus restituat, & concubinam infimæ conditionis in uxorem ducat, quoniam vix est, ut filii per tam vile consortium legitimati in Curiâ Domini honestè comparere possint, cum vilitas Matris dignitati filii legitimati officiat, nec matrimonium cum patre omnem maculam abstergat, sed liberos Imperio indignos efficiat, *arg. L. 1. ibi: abjectam personam Cod. de natur. lib. Bart. in L. final ff. de concub. Pet. Heig. part. 1. quæst. 21. n. 62. & seqq. Nicol. Reusner. lib. 2. decis. 4. Lymn. lib. 6. Jur. publ. c. 5. n. 63. & seqq.* quæ omnia in nostro casu tantò magis inveniunt locum, si quis fœminam adulterio multis annis contaminatam in uxorem ducat, & postea successionem in Principatu feudali pro filio prætendere velit; Quamvis enim verum & legitimum sit matrimonium, quando Princeps aut Comes Imperii uxorem ignobilem ex civico aut plebejo ordine in uxorem ducat, præsertim si virtutibus sit exornata, si divitiis abundet, sive aliis qualitatibus vilitatem status sui suppleat, cum etiam haud rarò res angusta domi Comitem aut Nobilem urgeat, ut ad conservandum familiæ suæ splendorem, uxorem, dignitate quidem imparem, sed tamen divitem quærat: dissuadet tamen tale matrimonium Principibus & Comitibus Imperii *Myl. d. tract. de Gamolog. cap. 5. §. 59.* ne famæ & posteritati suæ in conventu & consortio aliorum Principum malè consulant. Multò minùs Princeps filium ex concubina natum per matrimonium subsequens ad feuda Imperialia evehere potest, quia in familias honoratas tali modo dedecus inducitur, adeò ut *Socinus* respondeat, non posse cum tali personâ matrimonium contrahi, quæ honestè uxor esse non possit, veluti, si vir nobilis Scortum ducat, & ita de communi sententia testatur, â quâ nec consulendo, nec judicando sit recedendum, *Socin. jun. cons. 52. vol. 1. Zephal. cons. 82. Albert. Gentil. de nupt. lib. 1. cap. 3.* Multò magis si quis ducat pellicem, cum qua multis annis detestabile adulterium exercuit, & post mortem legitimæ uxoris consortium infame multis annis continuavit, cum sine dubio matrimonium cum tali tam indignum sit, ut liberi ex eo nulla ratione ad feuda dignitatis admitti possint.

10. Præsertim in feudis illustribus decere, ut naturales excludantur.

Addendum superioribus dictis est, quod Auctores, qui *Naturales legitimatos,* & quidem saltem in qualitate, ubi *solutus cum solutâ æqualis conditionis,* filium progeneravit, & per subsequens matrimonium legitimavit, tamen fatentur, quod secundùm speciales constitutiones quibusdam in locis nec legitimati per subsequens matrimonium ad successionem feudorum admittantur, prout tradit *Struv. de feud. cap. 9. §. 2. n. 13. Hartm. Pistor. quæst. 4. n. 36. & seqq. Hahn ad Wesenbec. tit. de his qui sui vel alien. jur. sunt, verb. per subsequens matrimonium.* Legitimatos per subsequens matrimonium ex statutis multarum Germaniæ Regionum â feudis arceri tradit *Frid. Rhetius in commentar. ad jus feud. lib. 1. t. 8. n. 13.* ubi in specie adducit Ducatum Luneburgensem & Brunsvicensem, Wolfferbytanum, ex constitutione *Henr. Julii Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis de anno 1529. die 3. Febr.* **wegen Ehebruch und Hurerey** deducente *Joh. Volckmar. Bechman. exerc. 4. ad A. B. n. 61.* idque tam in feudis antiquis quam novis per *constitutionem provincialem de 1601. §. 1.* In Marchiâ Brandenburgicâ idem dispositum reperitur, **in der Cammerger. Ord.** *p. 3. t. 13.* Et in

11. Naturales legitimatos per subsequens matrimonium, in multis locis ad successionem feudorum non admitti.

in *ordin. polit. Archiepisc. Magdeburg. c.* 40. §. **und ob wir wohl.** Atque licet *Gail. lib.* 2. *obs.* 141. legitimatos per subsequens matrimonium ad successionem feudorum admittat, *Bernh. Grev.* tamen in *suis ad eundem conclusionibus n.* 23. inter feuda illustria & minora distinguit, cum aliis supra relatis, quibus astipulatur *Phil. Paschal. in tract. de virib. patr. potest. part.* 2. *c.* 4. *n.* 65.

Ex dictis apparent fundamenta utriusque sententiæ, unde facilè erui potest, quod etsi supponatur sententiam priorem de successione legitimatorum in feudis esse communem, si tamen Judex, præsertim Supremus, pro alterâ opinione; quæ textu expresso, quæ rationibus, quæ authoritatibus non contemnendis nititur, pronuntiaverit, talis sententia per revisionem vel querelam nullitatis everti non possit. Ut enim hic non discutiam quæstionem, an judex possit relictâ sententiâ probabiliori sequi minùs probabilem, certè sententia communis non est semper probabilior, nec DD. authoritas potest movere animum judicis ad illam sequendam, quando validæ rationes, & solida fundamenta conscientiam ipsius potius urgent, ut erroneam putet esse opinionem alias pro communi celebratam, prout latè deducit *R. P. Gonzal. de rect. usu opin. probabil. dissert.* 5. §. 7. Idque eò magis, quia decantantur opiniones communes contra communes, & sæpius alii scriptores Doctorem celebrem præeuntem, tanquam Grues suum Regem, turmatim sequuntur, cum tamen facile considerabilis circumstantia totum casum mutare, & animum judicis in opinionem contrariam inclinare possit. Sufficere profectò debet legitimatis per subsequens matrimonium, successio in bonis allodialibus, quam honor matrimonii ipsis conciliat, nec patefacienda est concubinatui & vitiis carnalibus tam lata via, ut etiam ad feuda facili conniventiâ admittantur, quia argumenta pro successione illorum ex jure Civili & Canonico deducta, ad feudalem successionem non semper quadrant, cum diversa planè sit utriusque juris ratio.

12. Refertur casus filii ex secundo matrimonio nati, inter Conjuges A. Conf. nondum publicata sententiâ divortii matrimonii primi, an filius sit legitimus?

Contigit quoque nuper casus inter consortes A. C. ut stante processu de divortio, partim propter alterius partis malitiosam desertionem, partim propter alterius prætense commissum adulterium, cum jam sententia concepta esset, & Maritus ejus conceptæ notitiam haberet ante publicationem sententiæ ad secunda transierit vota, filiumque ante publicationem sententiæ, quam uxor impediebat, procreaverit, dum secunda uxor in bona esset fide, divortium jam esse factum, atque ita non solùm à Sponso, sed etiam parentibus suis persuaderetur, quod omninò licitè matrimonium contrahere posset. Nihilominùs tamen lis postea mota est filio ex hoc secundo matrimonio nato, à fratribus suis ex tertio matrimonio progenitis. Causæ ipsi oppositæ potissimùm erant, quod Sententia divortii nondum fuerit publicata, sicque primum matrimonium nondum fuerit dissolutum, & consequenter filium hunc tanquam ex Bigamia natum pro legitimo haberi, & ad successionem in feudis admitti non posse. Eò minùs, quia nullæ ante copulationem præcesserint denunciationes, & copulatio non â proprio, nec in facie Ecclesiæ sit celebrata, cum nulli alii adfuerint testes, præter Patrem & Matrem Sponsæ, cum aliquo officiali & peregrino Parocho, qui Parochus etiam copulationem peragere noluerit, nisi datis sibi à Sponso prius reversalibus, de indemnitate ipsi præstanda, & quod sententia divortii demum post novem menses à tempore copulationis elapsos fuerit publicata. Ex quibus omnibus circumstantiis clarè elucescat, Matrimonium hoc esse nullum & invalidum, & consequenter filium pro legitimo & capace successionis non posse considerari.

13. De matrimonii legitimi requisitis, & ejus dissolutione inter consortes A. C.

Sed è contrario pro legitimitate filii allatæ sunt rationes, quod Parochus proprius Sponsæ copulationem peregerit, quod omninò satis est, cum in locis, ubi Concilium Tridentinum non est receptum, quilibet parochus Sponsos copulare possit, prout quotidie etiam apparet in matrimoniis vagorum, & quando Sponsi impedimentum aliquod vel parentum, vel Agnatorum timentes, à quolibet in alio loco se copulari faciunt. Atque si unus ex Conjugibus habitet in alia parochia, alter verò in alia, tum parochus unius Parochiæ etiam in Parochia alterius copulationem perficere potest, quia verè parochus est, respectu matrimonii inter illos duos, quorum unus est saltem ipsius parochianus, quia connexorum eadem est ratio, imò in aliena & tertia parochia potest ista copulatio fieri, deducente *P. Tamburno in moral. exposit. Jur. Div. natural. & Eccles. lib.* 8. *cap.* 2. §. 17 & 18. Unde concidit tota ista prima oppositio, nec error Parochi petentis reversales copulatis potest nocere.

Tum verò etiam copulatio ista facta est in facie Ecclesiæ, quia illud matrimonium dicitur initum in facie Ecclesiæ, quod fit coram parocho & testibus, & sufficit ad validitatem matrimonii, ut testes adsint, qui usu rationis polleant, & advertant quid agatur, ita ut etiam infames, propinqui, fæminæ, Servi, imò etiam infideles admittantur, quia Concilium Tridentinum nihil disponit de testium qualitate, & si qualitas aliqua necessaria foret, illa suppleretur à parocho, secundum *Tambur. d. l.* Imò publicatio sententiæ divortii non videtur esse necessaria ante copulationem secundam, quia propter desertionem malitiosam vel adulterium jam altera pars jus cohabitandi amisit, ut nihil ipsi obsistere possit, ad statum suum mutandum, præsertim in his circumstantiis sententiæ divortii jam conceptæ. Quoad proclamationes verò faciles ex omni causa admittuntur dispensationes, & si Copulatio illis omissis fiat, tamen matrimonium propterea non est nullum, sed saltem pœna ad-

adversus Parochum vel animadversio quædam contra Copulatos posset inferri.

14. Propter bonam fidem saltem unius ex conjugibus filios esse legitimos.

Tandem omnibus istis sepositis filius ex hoc 2. Matrimonio natis propter solam bonam fidem saltem unius ex conjugibus pro legitimo habendus est, ex toto *tit. Jur. Canonici lib. 4. tit. 27. qui filii sint legitimi.* Ubi & *P. Pyrring. ad capit. cum. inter secundum* dicit, quod quando Parentes bona fide matrimonium contraxerunt, ignorantes impedimentum successisse, tunc excusantur à peccato, etiamsi postea impedimentum detegatur, quia tunc nihilominus in favorem prolis judicandum est, filium esse legitimum, quam ut sententia divortii postea lata debeat illi nocere. Quod si unus parentum sciat impedimentum, adeoque sit in mala fide, nihilominus filii nati legitimi habentur, quia monstrum esset, si quis partim legitimus partim illegitimus haberetur, cum tamen proles, quæ nihil mali fecit, merito ratione bonæ fidei alterius parentis pro legitima reputatur, & præsumitur bona fides in matrimonio, quia delictum nunquam præsumitur. Et quis præsertim in hoc casu sibi persuadere poterit, Parentes nobiles filiam suam bigamo conjungere, & velut prostituere voluisse, si non ambo in bona constituti fuissent fide, quod argumentum ratio naturalis, & præsumptio, qua quilibet æstimatur pro bono, per se suggerit, & innocentibus filiis justitiam successionis vindicat.

Consideremus, quod si mulier non satis certa de morte Conjugis cum secundo contraxit, & postea alter redeat, tamen favore prolis filius ex secundo matrimonio natus, habetur pro legitimo, & filii nati ex clandestino matrimonio postea ab Ecclesia approbato legitimi sunt judicandi, etiamsi postea matrimonium separetur, quia approbatio Ecclesiæ superveniens retrotrahitur & censetur ab initio adfuisse, tanquam si à principio matrimonium legitime fuisset contractum, prout *cit. P. Pyrring. in tit. qui filii sint legit.* plures ejusmodi textus ex jure Canonico adducit. Sicut etiam indubitatum est apud omnes, quod filii per subsequens matrimonium legitimati Parentibus in omnibus bonis succedant, & perpetua est regula, quod etiam in dubio semper pro favore matrimonii & bona fide, nec non legitimitate prolis sit pronuntiandum, id quod etiam Augustanæ Confessionis consortes admittunt, & idcirco ipsorum Consistorium & aliquæ Universitates pro legitimitate filii responderunt, & respective sententiam, in rem judicatum prolapsam pronuntiarunt, non obstantibus conjecturis malæ fidei, quas quidam effingere conati sunt, cum tamen ipsi quoque Domini Directi, tam Catholici quam A. C. addicti ipsum in feudi, successionem admiserint, tantò minùs frater ex tertio matrimonio post sententiam divortii publicatam natus, potest hunc filium ex secundo matrimonio progenitum excludere, quia si res inter Catholicos versaretur uterque prolis adulterinæ infamiam incurreret, cum matrimonium in vita alterius uxoris apud Catholicos dissolvi nunquam possit: Sed cum inter Augustanæ Confessioni addictos aliter se res habeat, bona fides filium hunc facit legitimum, prout etiam ea operatur apud Catholicos, in exemplis supra euumeratis. Itaque pro filii legitimitate est pronunciatum.

CONTINUATIO.

De

Transactione super feudo & quatenus illa Successores obliget.

SUMMARIA.

1. *Proponitur facti species.*
2. *In feudo antiquo successori non obstare nec delictum nec transactionem patris.*
3. *Refertur sententia condemnatoria.*
4. *Condemnatus de novo investitus de feudo.*
5. *Novum Vasalli delictum.*
6. *Nova condemnatio in pœnam pecuniariam.*
7. *Subsecutam transactionem impugnat transigentis filius.*
8. *Quando feudum dicatur antiquum.*
9. *Feudum antiquum non posse mutari in novum, in præjudicium agnatorum.*
10. *Ex investituræ clausulis colligi qualitatem feudi antiqui.*
11. *Eliduntur actoris argumenta.*
12. *Quinam legitimati in feudo succedere possint.*
13. *Investitura nova, facta jure antiqui feudi quid importet?*
14. *Feudum in hoc casu fuisse novum, in quo successores tenentur ad omnia debita & pœnas primi acquirentis.*
15. *Ut propter æs alienum transigere Vasalli super feudo, & illud alienare possint.*
16. *Filios alienantis feudum revocare non posse.*
17. *Quæ sententia pluribus confirmatur.*

Causa de Principatu in Italiâ post plurimos annos nimirùm ab ann. 1649. & 50. transactionem inter Serenissimum N. Ducem & Nicolaum initam, quievit usque ad annum 1693. quo transigentis filius novas suscitavit querelas, sub prætextu, quasi Avus ipsius ab Austriâ, ex denuntiatione fabricatæ monetæ adulterinæ anno 1633. injustè, & non sufficienter instructâ & cognitâ causâ, multatus & condemnatus esset in pœnam tercentum millium florenorum, cum remotione ab administratione totius Principatûs, ita tamen, ut liberum sit filio ejus multam hanc pro quocunque tempore reluere. Eandem multam posteà remissam & moderatam esse ad bis centum triginta millia

1. Proponitur facti species.

lia florenorum, Regique Hispaniarum ab Imperatore cessam, sub interesse quinque per centum unà cum possessione Principatûs jure pignoris & Hypothecæ, tamdiu fruendi, usque dum dicta summa plenariè esset persoluta, ita tamen, ut condemnato, ejusque uxori & filio alimenta ex superfluis redditibus ultrà 5. per centum subministrentur. Sed haud multò post anno 1635. Regem Hispaniæ cum consensu Imperatoris, & sub iisdem pactis, & conditionibus Duci N. principatum cessisse, à quo tamen Nicolao ejusq; Conjugi, & filio nihil penitùs alimentorum nomine sit solutum, ita, ut in summâ egestate diem supremum clauserit, Adeò ut adhuc vivens conquestus fuerit, sibi omnibus bonis exuto vix strophiolum superesse, quod detergat lacrymas, quas uxor & liberi ad famam & frigus pellendum excutiunt. Filium posteà pari paupertate, famâ & miseriis oppressum, summa cogente necessitate, eò adactum esse, ut anno 1649. Cum Duce super feudo transactionem inire coactus fuerit, eidemque totum Principatum cedere, accedente Cæsareo consensu. Illum verò naturæ debitum persolvisse *anno* 1672. relicto post se filio moderno actore, qui post silentium viginti trium annorum tandem *anno* 1693. apud Imperatorem conqueri cœpit, quod Principatûs post mortem patris ad se sit devolutus, atque omni jure pertineat, tanquam feudum avitum, gentilitium & primogeniale, in quo neque imputatum avo suo Nicolao delictum falsæ monetæ, & propterea dictatæ multæ nec transactio patris cum Duce N. suæ possit obstare legitimæ successioni. Senatum esse 13. *Octobris anno* 1653. Sicque actioni revocatoriæ feudi, à morte parentis nondum esse præscriptum, prout etiam parentis sui hæres non extiterit. In jure autem feudali clarè provisum, & determinatum esse, quod Dominium utile in feudis præsertim ex pacto & providentiâ avitis & gentilitiis, statim omnibus descendentibus tam natis, quam nasciturus jus sit quæsitum, quod ipsis auferri à nemine possit, nec per publicationem aut confiscationem bonorum possit admitti, præsertim si feudum concessum sit familiæ vel generi in perpetuum, & infinitum, uti in hoc feudo factum, in quo proinde delictum patris nunquam possit nocere filio; Atq; hæc jura tantò magis locum habere in præsenti casu, quia sententia contra Nicolaum lata sit in contumaciam sine prævià trina citatione, & absq; probationibus legitimis, undè repetitis precibus institit, quia transactio patris in præjudicium filii, non beneficio patris, sed ex providentiâ majorum succedentis, nullo jure possit subsistere, sed penitùs nulla & invalida sit, velut simul extremâ necessitate, nec non vi quoq; & minis extorta, ut proindè diuturnior possessio Duci indulgeri nequeat, vellet sua Cæs. Majestas ipsum in Principatum immittere, posteaque commissionem ad liquidandum super hactenus perceptis fructibus clementissime decernere. Cum per lapsum annorum lateret rei ab initio hujus seculi cum Camillo

2. In feudo antiquo successori non obstare nec delictum nec transactionem Patris.

Nicolai patre gestæ veritas, præsertim sententiæ *anno* 1612. publicatæ abesset notitia, moverunt actoris preces animum judicis, ut communicationem Duci faciendam sub term. 4. Mensium decerneret; Sed cum causæ circumstantiæ per exceptiones replicas atque duplicas dilucidarentur, alia rerum facies apparuit. Demonstratum est nimirum ex antiquioribus actis, jam *anno* 1612. latam esse contra Camillum sententiam tenoris sequentis: *per obitum Comitis Camilli lineam ipsius Comitis esse finitam, & extinctam; & proindè portionem illam feudi Corregiensis, & pertinentiarum, quam vel quas dictus Comes Camillus & ante, vel cum ipso fratres ipsius Guibertus & Fabritius Comites Corregienses habuerunt & possederunt, per sæpè dictam Comitis Camilli mortem ipso jure caducam sivè caducas factas, & Majestati suæ Cæsareæ tanquam vero, & indubitato feudi Domino apertam sivè apertas esse; Quâ de causa Majestas sua Cæsarea in executionem hujus sententiæ suæ declaratoriæ supradictum Nicolaum tanquam incapacem, sæpe dicto feudo Corregiensi omnibusque ejus pertinentiis, regalibus, juribus & emolumentis privat atque exuit, inque ejusdem feudi, sic jure ipso devoluti, possessionem, fiscum suum Cæsareum immisit & immittit.*

3. Refertur sententia condemnatoria.

Cujus sententiæ executio demandata est posteà Principi Castilionensi, sed impedita ab Hispanis, qui præsidium militare tunc habebant in Civitate Corregii, atque Nicolao favebant intercedente pro eodem apud Cæs. Majestatem ipso rege Hispaniarum eo fine, ut si sua Cæs. Maj. feudum hoc sibi devolutum alteri concedere vel vendere vellet, Nicolao præ reliquis gratiam facere, illique pro certâ pecuniæ summâ largiri velit. Motus his precibus Imperator atque cum Nicolaus simul mandatarium ad tractandum misisset, consensit novam conferre Nicolao ex gratiâ Cæsareâ investituram, si Cameræ Imperiali Aulicæ viginti millia florenorum in parata pecuniâ exsolveret. Hac conditione impleta Nicolaus de novo investitus est; Itaque feudum hoc, quod alias longâ serie tanquam antiquum perstiterat, apud Comites Corregii, in personâ Nicolai factum est novum, anno 1615. sed simul cum creatione Comitatus in Principatum, & cum privilegio primogenituræ.

4. Condemnatus de novo investitus de feudo.

Sed ab his omnibus gratiis iterum dejecit Nicolaum propria culpâ. Cum enim falsificaret monetam sub imagine Imperatoris, & Principum Imperii, eamque in maximâ quantitate, & numero hinc inde dispergeret, cum ingenti damno, mox fiscalis Cæsareus binas contrà ipsum citationes impetravit atque 2. *Maji* 1631. sententiam in contumaciam contra ipsum obtinuit, Nicolaum in pœnas citationibus insertas incidisse, completoque porro desuper processu *anno* 1633. lata est sententia, Nicolaum mulctandum esse pœnâ tercentum millium florenorum, quæ posteà ad 230. millia florenorum moderata, & demum transactio cum Serenissimo Duce subsecuta est, quæ novissimè ab actore impugnatur. Et licet facilè advertere potuerit, ex sententiâ de *anno* 1612. vacillare præcipuum

5. Novum Vasalli delictum.

6. Nova condemnatio in pœnam pecuniariam.

7. *Subſecutam tranſactionem impugnat tranſigentis filius.*

cipuum ipſius fundamentum, quaſi feudum in perſonâ Nicolai adhuc fuiſſet antiquum & gentilitium, attamen replicavit, quod Nicolaus primus acquirens hujus feudi non fuerit, ſed à longâ ſerie ejus anteceſſores jam à ſæculis illud poſſederint, & ad illud omnes deſcendentes, & poſteri vocati ſint, ſicque feudum à majoribus ad Nicolaum ſit derivatum, jam verò incontroverſi juris ſit, illud feudum eſſe antiquum quod ab anteceſſoribus per ſucceſſionem alicui eſt quæſitum.

8. *Quando feudum dicatur antiquum.*

Roſenthal. de feud. concl. 10. *n.* 1. Quod procedit, etiamſi in perſonâ filii primi acquirentis unico momento feudum duraſſet, quia adhuc dicitur feudum paternum, & antiquum, ut, ſi Titius acquiſiverit feudum, quod nunc tenet & poſſidet ejus filius, aut nepos ex filio, hoc feudum dicitur antiquum, quia ex primi acquirentis perſonâ ad deſcendentes eſt devolutum. *Roſenthal. d. cap.* 1. *& concluſ.* 9. *n.* 1. Inveſtituras autem monſtrare, quod feudum à Camillo ad ejus filium Nicolaum ſit devolutum, ut ne ſomniari quidem poſſit, hoc feudum in perſonâ Nicolai novum fuiſſe, atque feudum antiquum jure novi feudi non poſſe dari in

9. *Feudum antiquum non poſſe mutari in novum in præjudicium agnatorum.*

præjudicium Succeſſorum, quinimò inveſtituras clare monſtrare, quod Manfredus & Camillus anteceſſores & Majores Nicolai, non ſibi ſolis, ſed pro filiis cæterisque deſcendentibus in infinitum, feudum hoc quæſiverint, quale feudum nullâ conventione nullove pacto in novum poſſit converti, aſſerente id famoſo Germaniæ practico *Gailio l.* 2. *obſ.* 49 Eò quod deſcendentibus jus à majoribus quæſitum non poſſit auferri, quia primus acquirens deferat feudum ad poſteros, ſicut fons aquam ad rivulos, nec unquam poſſit præjudicari Succeſſoribus, nec in re, nec in ſpe, cum illa ſpes ſit ipſis debita jure contractûs, ideò conſenſus & confirmatio principis non noceat Agnatis. *Gail.* 2. *obſ.* 94. *n.* 7.

10. *Ex inveſtituræ clauſulis colligi qualitatem feudi antiqui.*

Inſuper ex clauſulis inveſtituræ colligi antiquitatem feudi, ſi quis videlicet inveſtiatur eo modo, quo majores & anteceſſores ipſius feudum poſſidebant, tali enim modo feudum etiam novum jure antiqui feudi conceſſum eſſe intelligi, *Roſenthal. de feud. cap.* 2. *Concluſ.* 19. *num.* 2. prout hoc caſu Nicolaus inveſtitus fuerit ſimili modo, prout Pater ipſius Camillus, cum etiam in dubio feudum ſemper feudum præſumatur antiquum, *Roſenthal. cap.* 2. *Concluſ.* 26. *num.* 2. Et Vaſallus aſſerens feudum eſſe antiquum, in ejus poſſeſſionem ſit immittendus. *Roſenthal. cap.* 2. *Concluſ.* 29. *num.* 1. *& cnocl.* 28. *n.* 8.

Hinc Imperatorem Ferdinand. feudum Nicolao non de novo conceſſiſſe, ſed tantùm prædeceſſorum ſuorum inveſtituras renovâſſe & confirmâſſe, id quod etiam eruatur ex verbis inveſtituræ: *Non obſtantibus in præmiſſis omnibus quibuscunque legibus, decretis, ſtatutis, Conſtitutionibus, & aliis quibuscunque in contrarium facientibus*, quibus omnibus & ſingulis, ad effectum præmiſſorum tantum derogamus, & derogatum eſſe volumus &c.

Et quamvis objici velit, Nicolaum extra Matrimonium eſſe natum, in jure tamen feudali clarè definitum eſſe, quod legitimati per ſubſequens matrimonium etiam in feudis ſuccedant, ex quacunque muliere ſint nati, ſi modo tempore conceptionis cum illâ potuerit eſſe matrimonium. *Gail.* 2. *obſerv.* 141. *num.* 1. *&* 2. *Decius Conſ.* 155. *in fin. Vultej.* 1. *feud. fol.* 430. *n.* 136. jam verò Nicolai legitimationem apparere ex inſtrumento inveſtituræ, quia inveſtitus fuerit tanquam filius Camilli patris, & ex aliis documentis in proceſſu productis; lineam itaque Vaſallorum feudi Corregii in Camillo non defeciſſe, atque Nicolaum tempore ſententiæ *anno* 1612. pronuntiatæ adhuc fuiſſe minorennem, non citatum, ſententiam ipſi non fuiſſe legitimè inſinuatam, ac proinde ipſo jure nullam.

Nicolaum poſteà ſolviſſe centum viginti millia florenorum Cameræ Imperiali, non ut feudum de novo acquireret, ſed à ſe vexâ litis liberaret, atque inſuper pro erectione Comitatus in Principatum, & ut jure antiqui feudi iterum inveſtiretur, quæ omnia ſua Majeſtas Cæſar. *anno* 1615. ipſi conceſſerit, omnes defectus ſupplendo. Tum porro Nicolaum per ſententiam 7. *Maji anno* 1631. in contumaciam latam non fuiſſe feudo privatum, cum Vaſallus ex contumacia feudo privari non poſſit.

Nec obſtare Nicolao vel modò ejus filio ſententiam *de* 11. *Octobris anno* 33. *&* 15. *Februar. anno* 34. in quibus privatus eſt jure monetandi, mulctatus pœna 300000. floren. & adminiſtratione totius principatûs remotus, quia nihilominus filio renovatio inveſtituræ ſit concedenda, eò quod ob delictum Vaſalli etiam in Dominum commiſſum, Agnati, Deſcendentes & Poſteri, feudo ſive antiquo ſive novo pri-

privari non possint, ipsisvè aliquod præjudicium inferri, quia in feudo per se & posteris concesso, singulis personis tam natis, quam nascituris usus fructus videtur constitutus, & tot sunt donationes, quot personæ, *Rosenth. cap.* 11. *conclus.* 7. *n.* 1. 2. 5. 6. quod etiam clementiæ & benignitati congruum, ne filius portet iniquitatem patris.

Tandem allegat *Molin. de primogen. seu Majoratu Tract.* 2. *disput.* 657. qui dicit, delinquentem solùm privari fructibus quoad vivit. Sicque etiam non obstare filio patris transactionem cum Duce, cum durum & lugubre sit, bona feudalia, generi seu familiæ concessa, in manibus extraneorum videre, præsertim cum Dominus Dux à tot annis jam ultrà millionem ex iis perceperit, petendo administrationem justitiæ & concessionem investituræ.

11. Eliduntur actoris argumenta. Verùm omnibus pro Actore suprà deductis non obstantibus, demonstrat clara sententiæ litera de *anno* 1612. Camillum & Syrum, non sine prævia citatione, vel auditis eorum probationibus & argumentis, sed imò omnibus abundanter discussis & examinatis, justissimè condemnatos esse; sic enim habent verba sententiæ: *Visis & probè ponderatis omnibus, &c.*

Ex qua sententiâ apparet, lineam Vasallorum in Camillo fuisse finitam, & Nicolaum incapacem esse declaratum, adeoque feudum Fisco Cæsareo devolutum. Neque hic obstat assertio Actoris, avum suum per subsequens matrimonium fuisse legitimatum, & consequenter feudi capacem. *Rosenth. cap.* 7. *concl.* 18. quoniam sententia demonstrat, quod legitimationem per subsequens matrimonium non probaverit, quæ sententia sine ullo contrà eam intentato juris beneficio transivit in rem judicatam; res autem judicata pro veritate habetur, *l.* 26. §. 11. *ff. de Condict. indeb. l.* 36. *ff. famil. erciscund.* quia præsumitur ritè & rectè lata, faciens de albo nigrum & de nigro album, atque jus irretractabile inter partes, velut multis textibus & autoritatibus deducit *Tabor. in locis commun. verb. sententia & res judicata*; ut dubium nullum sit, Judicem salvâ justitiâ, totâque conscientiâ fundare se posse super re judicatâ. Eò magis, quia licet legitimati per subsequens matrimonium in feudis succedant, tamen

12. Quinam legitimati in feudo succedere possint. *Rosenth. dict. c.* 7. id limitat, nisi investitura expressè de liberis legitimè natis loquatur, vel nisi liberi ex damnato coitu sint nati, quibus legitimatio per subsequens matrimonium non prodest. *Rosenth. d. loc.* jam verò acta demonstrant, quod Nicolaus vel ex adulterio, vel saltem ex eâ muliere natus sit, quam pater anteà per adulterium polluerat, qualem in matrimonium ducere non licet, nisi factâ prius pœnitentiâ. *P. Pyrring. ad jus Canon. tit. non licet ducere in matrim.* Verùm haud opus est isti argumento fusius inhærere, quia agnovit Nicolaus sententiam, feudum de novo pretio viginti millium florenorum comparavit, quod opus non fuisset, si feudum tanquam antiquum, jure successionis & sanguinis potuisset consequi; Nec inferri aliquid ex eo potest, quod Imperator feudum hoc fisco suo non vindicârit; sed Nicolaum denuò de eo investiverit: quia si feudum apertum Dominus pro usibus suis retinere nolit, sed aliis iterùm malis concedere, benè facit, si ultimi possessoris agnatos vel cognatos extraneis præferat licet nullâ obligatione ad id teneatur. *Hartm. Pist. obs.* 226. *n.* 12. & 17. Unde tamen nullum argumentum pro qualitate feudi antiqui deduci posse.

Nec relevat actorem assertio, quod Nicolaus jure feudi antiqui denuò de principatu investitus sit, eò quod feudum antiquum, si Vasallus iterùm de eo investiatur, antiquum maneat; quia fallit hæc doctrina si feudum Domino sit apertum, & jam lata sit sententia, tunc enim feudum ipso jure amissum fit novum, nisi expressè iterum jure feudi antiqui concedatur. *Zas. de feud. part.* 3. *n.* 2. *DD. communiter in* §. *insuper de prohib. feudi alienation. Clar. q.* 8. §. *fin. Borchol. c.* 8. *n.* 155. *Thes. Basil. volum.* 5. *disp.* 44. Idque declarant varia in actis existentia decreta, quod feudum Nicolai noviter ex gratiâ sit collatum: & ex doctrinâ *Klockii. tom.* 2. *consil.* 6. *n.* 66. & *consil.* 10. *n.* 18. feudum sine dubio fit novum, si ad illud admittatur is, qui de jure succedere non poterat, vel si feudum emptione acquirat, vel si Dominus ad se avocaverit possessionem feudi finiti, & rursùm concesserit, *Klock. d. loc.* quæ omnes circumstantiæ hic concurrunt. Et quamvis actor pro se alleget verba investituræ Syro datæ: *Renovamus & confirmamus &c.* tamen *Klock. d. loc.* ait: ita moris esse, ut emptoribus renoventur investituræ ad normam antiquarum investiturarũ, ex quo tamen feudi antiqui qualitas concludi non potest, quia alias expeditio talis maximum Domino feudi præjudicium inferre posset; Denique totum hoc dubium solvitur ex doctrinâ *Gailii lib.* 2. *obs.* 50. & *Minsing. lib.* 4. *obs.* 84. Ubi ajunt, nunquam præsumi feudum novum concessum jure feudi antiqui, nisi id conceptis verbis exprimatur, quod investiat jure feudi antiqui.

13. Investitura nova, facta jure antiqui feudi quid importet?

Qualis expressio in investiturâ Nicolai non solùm non reperitur, sed omnia superius recensita argumenta militant in contrarium. imò qualis mens & intentio Imperatoris fuerit, principatum tanquam feudum novum, minimè verò jure feudi antiqui conferendi, vel ex eo clarissimè apparet, quod posteà Nicolao propter crimen falsæ monetæ pœna tercentum millium florenorum est dictata, & pro eâ feudum hypothecatum, tali modo, ut etiam successores ejus pœna ista afficere debeat. Undè filio Nicolai Mauritio nihil præter jus reluendi est reservatum, quod fieri non potuisset in casu feudi antiqui, sed Mauritius, non obstante delicto Nicolai, gratis debuisset admitti.

Quod si porrò actor objicere velit, sententiam de *anno* 1612. nunquam fuisse publicatam vel ritè intimatam, impedientibus intimationem Hispanis, atque ita vires rei judicatæ non esse consecutam; id ex eo diluitur, quod publicata sit sententia, de stylo consilii Imperialis aulici per protocollũ, quod condemnatus habuerit

habuerit

habuerit procuratorem apud acta, quod sententia pervenerit ad ipsius notitiam, quod Commissio ad eam exequendam decreta, quod intimationi & executioni præfracto animose opposuerit, & ex eo nullum commodum reportare debeat, quod procuratorem ad tractandum super emptione feudi instruxerit, tractaverit, & summam præscriptam realiter exsolverit, ex quibus omnibus de sententiæ publicatione dubitari nequit. Et *Barbos. in repertor. conclus. pract. verb. sententia*, ait: non esse necessarium, ut sententia publicetur, sed sufficere, quod in actis appareat scripta & pronuntiata, & per quamvis viam venisse ad notitiam partis, citans *Gammam, decis.* 57. *n.* 1. *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *q.* 66.

14. Feudum in hoc casu fuisse novum, in quo successores tenentur ad omnia debita & pœnas primi acquirentis.

Supposito ex omnibus fundamentis antecedentibus argumento feudi novi in persona Nicolai, sequitur pœnam eidem dictatam esse onus feudo inhærens, & proindè ad debita vel pœnas à primo acquirente contractas omnes successores teneri, *Carpzov. de onerib. Vasall. possit.* 8. *per tot.* Ita ut super feudo transigi, & illud in solutum dari possit, *per l. ante restitutionem* 104. *ff. de solut. & ibid. Imola.* quia talis solutio est necessaria, quæ successori in feudo incumbit, quia à primo acquirente debitum provenit, atque ideò licita est, *Peregrin. de fideicomm. art.* 52. *n.* 88. *Petra, de fideicomm. q.* 8. *n.* 67. *Fusar. de substit. q.* 562. *n.* 2. *Knipschild de fideicomm. famil. nobil. c.* 11. *n.* 96. ubi ait: bona fideicommisso subjecta vel feudalia posse alienari ad exsolutionem æris alieni per textum *in L. filiusfamilias* 114. §. *divi* 14. *ff. de legat.* 1. *L.* 38. *in princ. ff. de legat.* 3. *L. cum fidei* 9. *de fideicommiss. libertate L.* 36. *ff. ad SC. Trebellian. Knipsch. d. loc.* cum plurimis authoritatibus allegatis *Gail.* 2. *obs.* 137. *per tot.* Creditoribus enim, & sic etiam Fisco, qui hactenus Creditoris loco est, jus suum interverti non potest, quin bona vendantur, & alienentur, ut creditoribus satisfiat per *d. L.* 114. §. 14. *ff. de leg.* 1. ut hinc prohibità alienatione, necessaria tamen nunquam prohibita censeatur, *Knipsch. d. loc. n.* 453. quia in omni dispositione exceptus præsumitur, qui fit ex causa necessaria, & actus ex necessitate factus non comprehenditur sub lege actum fieri prohibente, quia necessitas non habet legem, redditque licitum de illicito, latè *Knipsch. d. loc. n.* 454. *& seqq.* Ex quibus rationibus valida & justa est transactio Mauritii cum Serenissimo Duce sive in persona Mauritii transigentis feudum consideretur ut paternum vel avitum sive ut novum, si modò debitum eidem inhærens à primo acquirente sit contractum.

15. Ut propter æs alienum transigere Vasalli super feudo, & illud alienare possint.

Quod si porrò consideremus jura de transactione Vasallorum super feudis disponentia habemus textum apertum in *lib.* 2. *feud. tit.* 26. §. *si Vasallus de beneficio*, ibi: nam & transigere rectè poterit & *lib.* 2. *feud. tit.* 43. ibi: vel cum adversario transegerit, modò bona fide res gesta sit, nihil obstante, an feudum Vasallus retineat, vel in alium transferat. *Finckelthaus. in controv. feudal. illustr. disp.* 9. *th.* 13. ne in odium Vasalli detorqueatur, quod in ipsius favorem est introductum, *Henr. Hahn de feud. disp.* 9. *concl.* 13. ita, ut transactio etiam agnatis noceat, si transactionis causa à primo acquirente provenit, & sic agnatis quoque obstat, qui pariter ad solvendum tenentur, *Struv. de feud. c.* 12. *concl.* 8. Maximè verò sustinentur transactiones super feudis, si Dominus consentiat, si tertius aliquis jam feudum possideat, si transactio à supremo Domino sit confirmata *Rosenth. c.* 9. *concl.* 21. *Valeron. de transact. tit.* 4. *q.* 2. *n.* 17. *& 60.* quæ omnes conditiones hoc in casu verificantur.

Sed si finaliter consideremus, hîc non de jure & successione agnatorum, sed filiorum tractari, tota decisio causæ faciliorem inveniet exitum, cum enim actor intenter actionem revocatoriam feudi contra transactionem patris, certum est jus revocandi quidem agnatis, sed filiis nullibi in jure feudali esse attributum, *Lib.* 2. *feud. tit.* 39. §. *porrò.* Eò quod filius in feudo non nisi mediante patre, à quo jus sanguinis habet, succedere possit. Pater verò cum consensu Domini feudum alienante filio successio à patre non defertur, ideò feudum ad se non transmissum petere non potest: quemadmodum si ex delicto pater amittat feudum, filius etiam feudo privatur, *lib.* 2. *feud. tit.* 13. non ob aliam rationem, quam quod non nisi per intermediam personam patris feudum possit habere filius, & illud ad filium non devolvi, quia pater jam amisit. Hinc factum patris, quod filii præstare tenentur, removet ipsos à revocatione feudi egregiè, *Zoes. de feud. c.* 14. *n.* 11. *Struv. de feud. c.* 13. §. 16. *Thes. Basileens. vol.* 1. *disp.* 12. *th.* 85. Et ex eadem ratione alienatio feudi subsistit, quamdiu alienans & ejus filii hæredes vivunt, *Lib.* 1. *feud. t.* 8. *& tit.* 18. *& 2. feud. tit.* 9.

16. Filios alienantis feudum revocari non posse.

Contra omnes dissentientes inconcussis rationibus & claris textibus hanc assertionem, quod filii Vasalli contra factum patris ad revocationem feudi non admittantur, defendit & astruit *Hartm. Pistor. part.* 2. *quæst.* 13. ubi pro regulâ supponit ex jure communi civili: Hominibus liberis omnibus permissam esse rerum suarum alienationem *L. si in re mandatâ C. mandati L.* 2. *si quis à parente fuerit manumiss. L. qua ratione.* §. *hoc quoque. ff. de acquir. rer. Domin.* nec cuiquam vel agnationis vel cognationis jure licitum esse impedimentum alteri objicere, quo minùs de re suâ liberâ disponit *L. dudum C. de contrah. empt.* potissimum verò liberis est interdictum, ne ea, quæ à parentibus ipsorum gesta sunt, in irritum revocent *L. ea quæ à patre C. restit. milit.* quantumvis bona, de quibus contraxit pater, ab avo vel familiâ descenderint, num ne hoc quidem filiis probabilem præbere causam, ut factum Patris impugnent, rescripserunt Impp. *in L. si avia, C. de donat.* quibus juribus tenaciter insistendum, donec monstretur contraria dispositio. Et licet videri possit regula solùm procedere in illis rebus, quæ pleno jure ad patrem pertinent, cum feudum tali modo non spectet ad Vasallum, sed solùm quoad Dominium utile, & quidem non simpliciter, sed eatenus tantùm, quoad usura hujus vitæ fruitur, ut

patet

pater filio spem successionis foventi, non nisi ad tempus vitæ suæ præjudicare possit, sicut usufructuarius: Non est tamen ita coarctatum jus Vasalli patris, sicut clarè demonstrat *textus in c. 1. §. etsi clientulus de alienat. feud.* ubi contractus à Vasallo initus non solùm eo superstite, sed & quamdiu filii ejus extiterint, robur suum obtinet, *c. 1. vers. si autem dissentiente. Qualiter olim feud. poterat alien. c. 1. §. rursus. Quib. modis feuda amitt. c. 1. §. si aliquis, apud quem vel quos.* Unde semper libera est Vasallo patri disponendi potestas, quamdiu illa lege prohibita non demonstratur, id quod in solis agnatis jura feudalia disponunt nullâ filiorum factâ mentione *c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. §. porro. Qualiter olim feud. poter. alienari c. 1. §. econtrario de investit. de re alien. facta. c. 1. §. sed etiam res per quos fiat investit.* atque hinc filii ab agnatis expressè distinguuntur, *C. 1. in princ. & §. his verò deficientibus, de gradib. succedent. in feud. c. 1. §. hoc quoque de succes. feud. c. 1. si Vasallus. si de feud. defunct. content.* & alias. Ut capitula de agnatis disponentia minimè de filiis sint accipienda per textum expressum *in C. 1. §. si aliquis de Capitan. apud quem vel quos Controv. feud. de fin.* ubi statuitur, si quis beneficium suum vel totum vel partem alienaverit, & ipse vel hæredes *ejus sine hærede decesserit, quia Domino feudum aperitur, totum, quod fecit, revocari debet.* Ex quibus verbis clarè apparet, filio existente interim validam manere alienationem, neque filio permitti revocationem. Ita æquè *in c. 1. §. si verò vel totum; Qualiter olim feud. patern. poter. alien.* Tum demùm in irritum revocatur alienatio, si sine hærede masculo decesserit alienator. Et in *c. 1. §. hoc quoque de succes. feud.* dicitur, *si alienans sine hærede masculo decesserit, feudum ad agnatos nihilominus reverti.* Cujus rei ratio est, quia agnatus collateralis feudum non ab eo qui alienavit, obtinet, sicut filius, qui non tam ex beneficio primi acquirentis, quam mediante personâ Patris sui succedit, & ab ipso patre capere videtur, per *c. 1. §. si Capitanei de feud. March.* & notata *Bald. & DD. in c. 1. an agnatus vel filius*, ubi Cujavius manifestam affert rationem, quoniam si filius censeretur feudum non à patre proximè defuncto, sed ab avo obtinere, tum sanè patruus filii, qui avo proximior est gradu, filium excluderet, unde clarum est, filium à patre suo feudum nancisci. Hinc filii in materiâ feudali hæredes patris appellantur, ut in *c. 1. §. hoc quoque de success. feud. c. 1. §. si vero vel totum. Qualiter olim feuda poter. alien. c. 1. §. his verò de gradibus succedent in feud. & in c. 1. §. hisce consequenter. Hic finit. Lex c. 1. an agnatus vel filius.* & multis aliis. Ac expressa constituitur differentia inter filium & agnatum in *c. 1. an agnatus vel filius & in c. 1. §. filius de Capitan. qui cur. vendit.* ubi filio injungitur, ut una cum feudo simul paternam hæreditatem adeat, & de feudo etiam debita hæreditaria persolvat, quod secus est in agnatis, quia filii tantùm factum patris præstare tenentur *L. cum matre. C. de rei vindic. L. si uxor. C. de bon. autor. jud. possid. L. si ab eo. C. de negot. gest. L. solutum §. solutam. ff. de pignor. act. l. si ab eo. C. de liber.* Filii enim etiam ratione feudi multò magis obstricti sunt parentibus, quorum honorem servare tenentur, & æs alienum de feudo persolvere, scilicet, quia simul hæres quoque patris est, & immediatè res à patre ad ipsum pervenit, ex qua eâdem ratione etiam in reliquis factum patris præstare debet. Ideò nusquam in jure filiis concessum est jus revocandi, sed potius feudum potest alienari cum consensu Domini & agnatorum in præjudicium filiorum jam natorum vel nasciturorum, ita, ut filii consentientium non possint feudum revocare, sed etiam hypothecationem feudi teneantur agnoscere. *Struv. de feud. c. 12. n. 19. & c. 13. §. 19. & c. 14. §. 23.*

17. Quæ sententia pluribus confirmatur.

Quid quod delictum Vasalli obest filiis, sed non nocet agnatis *c. 1. si Vasallus feudo privetur*, ibi, *licet feudum Vasalli delinquentis ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aspirabit, nisi id iterum à Domino licitè acquirat, gratiam sibi faciente; & §. in c. 1. §. si Vasallus de feud. defunct. content.* dicitur. Si Vasallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius neque descendentes ad id feudum revocabuntur, sed agnati, qui quarto gradu sunt, dummodo ad eos pertineat. Idem probatur in *c. 1. §. fin. qua fuer. prima causa benef. amitt.* Ex quibus manifestum est, filios in feudo, non eodem jure, uti cum agnatis, sed factum patris luere & præstare debere. Quæ sententia cum claris juris textibus & rationibus sit comprobata, actorem à revocatione feudi à patre Mauritio alienati excludit, non obstante contrarium sentientium doctrinâ, nam ut *Zas.* ait: *cons. 4. n. 2. & 13. lib. 1.* ubi est textus juris, ibi nulla est dubitatio, & non curamus Glossam & DD. quia in textu est veritas, in Gl. & DD. opinio.

Tandem frustrà lamentatur actor super transactione Patris Mauritii tanquam per vim & metum, nec non fame & necessitate extrema ipsi extortam, dum Serenis. Dux nulla ipsi alimenta ex reditibus feudi suppeditaverit: quia non tenebatur ad illa Serenitas sua, nisi ex reditibus, interesse capitalis superantibus. Quod autem nihil superfuerit, fatetur ipse Mauritius in juratâ transactione verbis sequentibus: Quod ex informationibus habitis recognoverit, fructus & proventus per Serenis. Ducem hucusque habitos & perceptos ex Statu & Principatu non sufficisse pro illis, quos dictus Dominus Dux vigore cessionis Sac. Cæs. Majestatis & Regis Hispaniarum consequi debebat, & Mauritium de prædictis bene instructum & informatum fuisse. Potius igitur pro beneficio reputare debet actor, quod Seren. Dux cum patre ipsius transactionem iniverit, ipsique magnam partem bonorum Principatus, ex quibus adhuc non modicum tenet retrocesserit, cum alias absque omni spe reluitionis, Mauritium in egestate relinquere, & nihilominùs Princi-

Principatum jure pignoris fruendum potuisset retinere. Ex his omnibus argumentis Sereniss. Dux ab institutâ actione absolutus, eidemque investituræ renovatio decreta, actori autem justè denegata est.

CONTINUATIO.

De alienatione feudi cum facultate alienandi concessi.

SUMMARIA.

1. *Proponitur facti species de venditione feudi cum facultate alienandi concessi.*
2. *Si Vasallo & ejus heredibus masculis sit datum, an alienatio in eorum præjudicium valeat?*
3. *Quodnam sit feudum Francum.*
4. *Investituram derogare omni feudorum naturæ.*
5. *Substantia feudi in quo consistat?*
6. *Verba rebus, non res verbis servire.*
7. *Alienationem repugnare naturæ feudi.*
8. *Non esse aliquid admittendum in præjudicium Vocatorum.*
9. *Præsertim in feudo antiquo & pacto ex providentia.*
10. *Nisi Dominus conceptis verbis alienationem cum tali præjudicio concesserit.*
11. *Prætenso emptori consensum esse denegatum.*

1. Proponitur facti species de venditione feudi cum facultate alienandi concessi. QUæstio orta est, utrum contractus à defuncto Comite Vasallo super feudo in Italiâ cum suo Genero Marchione N. celebratus jure subsistat, & confirmandus sit? pro affirmativâ sat fortia argumenta adfert emptor, & primò quidem quod ex primordiali concessione & Investiturâ factâ Ludovico juniori *anno* 1610. clarè pateat *facultas alienandi*. Nam cum feudum hoc ob non petitam debito tempore investituram & factas alienationes pronuntiatum esset apertum, & fisco devolutum, sicque Imperatoris allodiū, cum res sua nemini servire possit, Imperator illud iterum titulo donationis transtulit in Ludovicum cum denominatione Comitatus & Vicariatus Imperii; *in feudum liberum & francum, nobile, gentile, & antiquum, avitum & paternum, ita & taliter, quod in omnibus, & per omnia sequatur naturam feudi gentilis, antiqui, aviti & paterni*: Quod autem Imperator simul tribuerit facultatem disponendi & alienandi, id clarè dignosci ex verbis sequentibus: *ita & taliter, quod de cætero ipse Ludovicus & successores, de ipso loco cum pertinentiis & aliis, ut supra donatis, facere possit, & valeat ad sua libitum voluntatis, & prout nos facere potuissemus & poteramus ante donationem præsentem, transferentes in eum plenum & liberum dominium dictæ terræ cum pertinentiis & juribus*, quæ verba, quod quis facere possit ad libitum suæ voluntatis, important facultatem liberè disponendi in quemcunque, uti tradit *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 23. *t.* 24. *n.* 1. Ubi ponit exemplum, si nimirum dictum sit, quod Vasallus facere possit, quidquid velit, vel ipsi placuerit, vel sicut exigit appetitus, secundùm cor vel libitum suum, quod tunc concessa sit libera dispositio, præsertim si nulla adsit clausula restrictiva, salvo jure feudi, vel secundùm jus & consuetudinem feudi: *Mantic. d. lib.* 23. *tit.* 23. *n.* 6.

Quod magis etiam eruitur ex verbis, prout nos facere potuissemus & poteramus ante donationem præsentem, ex quibus resultat concessa facultas eadem faciendi de rebus donatis, quam habebat antea concedens vel Dominus directus, ex dictione, prout; quæ similitudinem importat, & donatarium, quoad effectum liberæ dispositionis, donanti æquiparat: attento quod insuper in illum claris Investituræ verbis, transtulerit plenum & liberum feudi dominium solâ sibi superioritate & obedientia reservatâ: Ex quibus aliud concludi non potest, nisi libera disponendi facultas, quia plenum Dominium includit directum & utile, ex quibus scilicet plenitudo componi; Dictio verò Liberum excludit quodcunque impedimentum. *Barbos. de dict. usu frequentior. Dict.* 190. *per tot.* ut idem sit habere plenum dominium ac habere potestatem alienandi, *Barbos. de clausf.* 5. *n.* 15.

Atque etiamsi videatur esse feudum *pro Ludovico, & ejus hæredibus masculis*, & consequenter ex pacto & providentiâ, pro omnibus vocatis, quæ vocatio excludit alienationem, utpote per quam everteretur providentia successionis masculorum descendentium: Attamen attendendum est, nos hic non versari in terminis feudi recti & proprii, sed improprii & mixti, adeoque tum demùm feudum ad successivè vocatos pervenire, si istius possessor illud non alienaverit, ut tradit *Cyriac. controv.* 581. *n.* 15. 29. 30. 32. & 55. & *controv.* 312. *n.* 25. *Gratian. decis. March.* 65. *n.* 1. 5. & *seqq.* quia pactum alienandi in Investiturâ appositum feudi naturam ita informat, ut acquirens, & ejus descendentes illo uti possint *Rosenth. c.* 9. *concl.* 42. *n.* 4. estque agnatis in illo solum casu jus quæsitum, si possessor non alienet, *ibid.* Non debent enim pacta inter Dominum & Vasallum carere virtute operandi, *Rosenth. de feud. c.* 9. *concl.* 40. *n.* 3. & in dubio interpretatio pro donatario facienda est contra donantem: Idque eo magis, quia *anno* 1581. in concurrentiâ Ludovici & Augustini, Augustinus per sententiam est exclusus, cujus posteri nec jam admitti debent; Tum quia in Investiturâ de *anno* 1510. vocatur tantum ille ex primoribus masculis, quem Ludovicus vel ipsius posteri per actum inter vivos, vel 2. Si Vasallo & ejus hæredibus Masculis sit datum, an alienatio in eorum præjudicium valeat.

vel in ultimâ voluntate essent electuri, qui cum elegerint Delphinum excluso Augustino, non possunt amplius alii ad successionem aspirare, cum electio semel facta sit, & in electione comprehensi expiraverint, ita, ut his quoque non obstet Investitura Delphini de anno 1583. in qua omnibus Delphini masculis deficientibus, proximior legitimè natus vel nasciturus ex transversali lineâ agnationis suæ descendens vel descensurus, ordine succedendi in infinitum successivè vocatur; quia ab eo tempore præter Augustinum supra dictum nullus comparuit, & cum tamen Augustinus deficiente lineâ Delphini vocatus non sit, signum est, aut eum non fuisse Agnatum aut Imperatorem ipsum noluisse admittere; Quid, quod ad successionem feudi N. tanquam feudi hæreditarii mixti nullus possit admitti, qui non simul est hæres Comitis, seu Vasalli ultimò defuncti, qui tamen filias hæredes reliquit, & consequenter arcendi omnes agnati, quibus deficit altera qualitas ad succedendum necessaria: Denique ista verba: *Quod Vasallus agere possit, & valeat ad sua libitum voluntatis, prout ipse Dominus ante concessionem facere poterat.* Non sunt accipienda de solo dominio utili, & exercitio jurisdictionis, utpote quæ etiam sine expressione tam emphaticâ transeunt: sed important alienationis facultatem, præsertim cum feudum datum sit francum & liberum, de quibus feudis tanquam de allodiis disponi potest *Henr. Rhet. in Comment. jur. feud. lib.* 1. *tit. n.* 8. Et quamvis feudistæ omnes non conveniant in definitione *feudi franci,* dum aliqui putant illud saltem importare libertatem à servitiis, in reliquis verò quoad successionem, alienationem, & reliqua omnia retinere naturam feudi recti & proprii, *Vultej. de feud. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 91. *Schultzen in Synops. feud. cap.* 3. *num.* 22. *Bechmann. in usu pract. feud. lib.* 2. *exercit.* 3. *num.* 57. Alii verò quod sit instar allodii & ipsum quoque Dominium Directum in Vasallum transferatur. Hanc posteriorem opinionem in præsenti casu satis confirmare litteras Investituræ, in quibus Imperator nil sibi reservaverit præter solam superioritatem & obedientiam, transferens in Vasallum plenum & liberum Dominium, ut facere possit & valeat, ad suæ libitum voluntatis, prout Imperator ipse ante donationem seu concessionem in feudum facere poterat, quæ pacta inter Dominum & Vasallum servanda sunt, quia Investitura omni feudorum naturæ derogat. *Rosenthal. de feud. cap.* 6. *conclus.* 22. *num.* 1. & ideo Imperator in litteris Investituræ solùm exclusit personam Clerici, ut ad ipsum feudum non possit pervenire, ergo in reliquos omnes alienari potest, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ex quibus omnibus Marchio concludit se validè feudum comparasse, adeoque contractum emptionis confirmandum, seque de feudo investiendum esse.

3. Quidnam sit feudum francum.

4. Investituram derogare omni feudorum naturæ.

Verum tamen êcontrario quoque fundamenta non debilia se offerunt: Et primò quidem noti juris est, substantiam feudi in duobus consistere, nempe, quod res sit immobilis & præstetur fidelitas *Rosenthal. de feud. cap.* 7. *conclus.* 53. cætera omnia versantur tantùm circa feudi naturam, quæ, utcunque alterata, efficiunt quidem feudum improprium quoad partem alteratam, sed ea reliquas partes non inficit, quin legibus feudalibus subjectæ maneant, *Rosenthal. cap.* 2. *conclus.* 53. *&* *conclus.* 54. *Capyc. Latro decis.* 705. *num.* 307. Atque hinc licet verba: *Concedimus & donamus*; ex naturâ suâ importent donationem puram in allodium, *Oldrad. cons.* 157. tamen in verba rebus deserviant, non res verbis, ideo si addatur nomen feudi, si Vasallus investiatur, si juramentum fidelitatis præstetur, si concedatur Castrum, jurisdictio, vel alia res solita in feudum concedi, cedit verborum sonus ponderi actus, & verba secundùm subjectam materiam accipiuntur, ut contra *Oldrad.* firmat *Lassar. repetit. feud. pag.* 418. *num.* 138. *& seqq.* Ideo etiamsi aliquando Princeps in Vasallum videatur quoque transferre dominium directum, velut hic per verba, *transferentes in eum plenum & liberum dominium.* Tamen etsi verba hunc post se traherent effectum, alteratâ in hac solâ parte feudi natura, in cæteris suo staret robore *Lassar. d. loc. pag.* 416. *num.* 124. *Tonduti resol. Civil.* 4. *num.* 26. 27. & facultas alienandi ex verbis quibuscunque generalibus non concluditur, sed imò, si etiam expressa esset, non alteraret naturam feudi, sed ipsa potius restringeretur, nec posset exerceri, nisi iis modis, eaque fide, prout natura feudi, *Cyriac. Controv.* 324. *num.* 20. *Rosenthal. cap.* 9. *conclus.* 40. *num.* 6. *& conclus.* 41. *num.* 11. nec obstat, quod feudum appelletur francum & liberum, quia liberum solummodo est à servitiis in reliquis à vinculis feudalibus non eximitur, *Andreol. Controv.* 253. *num.* 6. *Lassar. pag.* 418. *Rosenthal. cap.* 7. *conclus.* 2. *num.* 6. *& cap.* 2. *conclus.* 59. *Tonduti quæst. Civil. c.* 41. *n.* 25.

5. Substantia feudi in quo consistat.

6. Verba rebus, non verò res verbis deservire.

Cum itaq; alienatio repugnet naturæ feudi, illa plene probanda est *Intrigl. de feud. cent.* 2. *c.* 5. *n.* 10. & tanquam in re dependente à voluntate concedentis, de ipsa potiùs voluntate assequenda, quam de verborum proprietate judices debent esse soliciti; *Castillo controv. jur. c.* 8. *l.* 4. quia non tam à verbis, quam à conjecturis quæstio dependet, *Capyc. Latro dec.* 75. *n.* 124. considerandum itaq; 1. feudum hoc ab antiquo fuisse concessum Vasallis cum prohibitione alienationis, cum Investitura secum ferat, Imperatorem hoc feudum olim declarasse caducum & devolutum *ob alienationem injacturam Imperii factam* per Ludovici reinvestiti *anno* 1510. avum hinc præsumitur iterum concessum cum iisdem qualitatibus qui-

7. Alienationem repugnare naturæ feudi.

quibus ab origine fuerat erectum, cum res facilè reincidat in causam suam, *Capyc. Latro consult.* 80. *n.*75. præsertim cùm Ludovicus reinvestitus sit ob merita antecessorum, ut proinde verisimile sit, plus illi attributum esse quam habuerint, quorum contemplatione feudum illi denuò est concessum: Et quia patet ex verbis Investituræ voluntas Imperatoris conservandi feudum inter vocatos, ibi: *considerando magna & egregia per familiam, & Agnationem Titionorum & maximè per antecessores Ludovici merita &c.* proinde statim post descendentes Ludovici vocat omnes agnatos hujus familiæ ex lineâ transversali, ut non sit verisimile Imperatorem voluisse pati, ut alteri per alterum inferretur iniqua conditio, per feudi alienationem in extraneos, & maximè in ipsius Cæsaris præjudicium, *dum investitura data est, ut omnes de hac familiâ infideli* suâ servitute delectentur, quo sine posset ipse Imperator per cujusvis Vasalli arbitrium, ut notat *Capyc. Latro decis.* 75. *n.* 226. Et cum Imperator Ludovico *anno* 1510. concesserit feudum etiam contemplatione ejus liberorum, qui actu Cæsari eo tempore inserviebant, non est præsumendum Cæsarem simul voluisse conconcedere Ludovico facultatem alienandi, quam potuisset exercere in præjudicium filiorum, quorum tamen merita in concessione feudi Imperator consideravit, *Rosenth. c.*9. *conclus.* 66. *n.* 3. *Cancer. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 137. *in fin.*

8. Non esse aliquid in præjudicium Agnatorum admittendum.

Idque eò minus cum agatur de feudo concesso *Comiti Ludovico ejusque filiis masculis*, ex legitimo matrimonio descendentibus, & descensuris in infinitum ex lineâ masculinâ: Ita etiam quod omnibus ejus masculis deficientibus proximior legitime natus sive nasciturus ex transversali lineâ suæ agnationis descendens, vel descensurus, succedendi ordine in infinitum successivè admittatur, ita tamen, ut primogenitus, vel eligendus solus succedat; Ex quibus verbis negari non potest, feudum hoc esse ex pacto & providentiâ, *Rosenth. c.* 2. *conclus.* 34. *Caren. resol.* 233. *n.* 2. cum etiam in Investiturâ *avitum & paternum* dicatur: feuda verò ex pacto & providentiâ suâ natura sunt inalienabilia, utpote quia per se ferunt in unaquaque personâ jus proprium, *Capyc. Latro consult.* 8. *n.*71. ut facultas alienandi in eis omnino sit extranea, nec nisi expressis verbis introduci possit: quia alias pactum & providentiâ ad hunc præcisè effectum tendit, ut feudum perpetuo in familiâ remaneat, & non transeat ad extraneos: maximè quando concedens suam voluntatem exprimit, per dictionem *in infinitum*, repetitum in descendentibus & transversalibus, quæ indicat naturam feudi non esse alteratam, sed potius conservationem perpetuam in familiâ confirmat.

9. Præsertim in feudo antiquo ex pacto & providentia.

Amplius consideranda sunt verba Investituræ, in quibus Imperator primo loco exprimit personas, quas vocat, secundò inducit ordinem primogenituræ, tertiò se refert ad ea, quæ infra in titulo Comitatus disponit, ibique vocat, *eum solum ex masculis superstitibus*, quem Ludovicus vel successivè ultimus Vasallus, inter vivos vel ultimâ voluntate expresè, & in scriptis elegerit, nullaque facta electione in scriptis ultimi Vasalli primogenitum. Ex quibus ad oculum patet, quod cum Imperator solum dederit Ludovico vel ejus successoribus potestatem disponendi per viam electionis, inter masculos vocatos & superstites tempore mortis; ècontrario esse denegatam quamcunque aliam disponendi facultatem tum alio modo, tum inter alias personas *Fusar. q.* 678. *n.* 26. quia si voluisset concedere liberam disponendi facultatem, in quemcunque tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, non fuisset necesse, illam certis modis & formis restringere, prout factum, inter masculos superstites expresè & in scriptis.

Quibus accedit, quod feudum concessum sit sub hac conditione, ita ut taliter quod in omnibus & per omnia sequatur *naturam feudi gentilis, antiqui & paterni*, cujus feudi natura est, ut in præjudicium vocatorum alienari non possit. Equidem negari non potest Imperatorem posse feudum cum facultate alienandi concedere & vocatis solum favere, in eo casu, quo Vasallus possessor feudum non alienasset, quemadmodum etiam sustinentur fideicommissa cum facultate alienandi, sed ex dictis de concessâ tali facultate nihil, sed potius contrarium apparet.

10. Nisi Dominus conceptis verbis alienationem cum tali præjudicio concesserit.

Nam quod emptor objicit, feudum concessum esse francum & liberum, scilicet à servitiis, id alienabilitatem non importat; *Rosenth. de feud. c.* 9. *conclus.* 5. *n.* 2. *& c.* 7. *conclus.* 2. *n.*6. sicut nec verba transferentes *plenum & liberum Dominium* &c. omnia alia & singula &c. pleno jure &c. quia quando talia verba adjiciuntur feudo jam ex pacto & providentia erecto, ob resultantem implicantiam, restringenda sunt ad pacti limites, *Andreol. controv.* 253. *n.* 6. 7. 8. quemadmodum Vicariatum Generalem in Investiturâ concessum Vasallus exercere non potest, tanquam Dominus, sed tanquam repræsentans Imperatorem concedentem, quia nullum ejus verum habet & plenum dominium, & consequenter clausula pleno jure restringenda est, ne repugnet actui, qui principaliter intenditur, *Censel. decis. Luc.* 17. *n.* 8. 84. 85. Deinde ipsum Dominium directum potest dari quoque in feudum retentâ superioritate, & juramento fidelitatis *Peregrin. de jur. fisci lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 73. *Bald. cons.* 328. *n.* 7. 8. 9. *Rosenth. c.* 5. *concl.* 10. *n.* 2. 3. *Gloss. A. B.* & nihilominus interest Domini, ne hoc Dominium directum tanquam solummodo in feudum datum, alienetur, sed potius juxta naturam feudalis concessionis, legibus feudalibus subjiciatur. Quemadmodum Rex Hispaniæ Dominium Directum in statu Mediolanensi tenet, *Rosenth. c.* 5. *concl.* 13. *tit.* 6. *Reincking. de regim. sæc. Eccl. Lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. *n.* 2. & tamen alienationem sine beneplacito Cæsaris, non præsumit, ut proinde ex translatione Dominii Directi concessa facultas alienandi inferri non possit.

Neque

Neque etiam eadem evincunt verba Investituræ sequentia: *ut de dicto loco disponere possit ad suæ libitum voluntatis; & ea facere, quæ nos ipsi ante præsentem donationem facere poteramus*; quia istæ clausulæ non sunt adjectæ concessioni in feudum vel ejus investituræ, sed dignitati vicariatûs, in litt. investituræ comprehensi, quocirca aliud est posse absolute disponere, cum exercitio quarumcunque actionum, tanquam Vicarium Generalem, aliud verò jure proprio tanquam Vasallum Imperii, cum facultas ista non sit data Ludovico & successoribus ut Vasallis, sed ut Vicariis; Et illa verba æquiparantur quidem clausulis, *ad habitandum, tenendum, quidquid voluerit faciendum*, non tamen æquiparantur clausulæ *cui dederit*, ut notat *Rosenth. c. 9. concl. 41. n. 1.* consequenter intelliguntur secundùm subjectā materiam feudi, ex pacto & providentiā, ut non possit alienari in extraneum in præjudicium vocatorum, quibus ex pacto jus est quæsitum. *Censal. dec. Luc. 28. n. 11. Andreol. d. contr. 153. ferè per tot.* præsertim ex rationibus supra deductis, ex quibus patet, quomodo & in quas personas facultas alienandi concessa & restricta sit: Et hinc etiam Imperator Clericos à feudo exclusit, quia si voluisset omnem qualitatem feudalem evertere, & instar allodii cum facultate alienandi liberā concedere, haud ipsius interfuisset, potius in Clericum quam in alium bona transferri. Cum itaque habeamus claram voluntatem concedentis, quod feudum transire debeat ad filios masculos & agnatos; facultas verò alienandi tantum deducatur ex contortā verborum interpretatione, contra feudi naturam, quæ non nisi pactis expressis mutari potest, meritò inhæremus voluntati expressæ, quā feudum conservatur in agnatis, *Rosenth. c. 2. concl. 37.* Et hinc prætenso emptori consensus, seu confirmatio contractus tanquam invalidi & nullius momenti denegatus est. 11. Prætenso emptori consensum esse denegatum.

Quamvis enim vidua defuncti Vasalli & filiæ in memorialibus primo exhibitis ipsæmet etiam pro confirmatione contractus institerint, adeoque ipsarum Advocatus adhuc in ultimo scripto typis dato substinuerit, feudum hoc alienabile esse tanquam allodium in præjudicium Agnatorum, & irrequisito Domino, cum tamen contrarium supra demonstratum sit, & nuper in feudo N. non obstantibus iisdem clausulis facultatem alienandi simpliciter denegaverimus, hinc idem in hoc casu omnino statuendum, prout factum & decisum Anno 1676.

CONTINUATIO.

De amissione feudi propter neglectam investituræ renovationem.

SUMMARIA.

1. *Vasallum intra annum & diem feudum non requirentem illud amittere.*
2. *Sed ad hoc contemptum Domini & dolum Vasalli requiri.*
3. *Vasallo mortuo privationem feudi contra filios, hoc in casu non habere locum.*
4. *Moram purgari, si Vasallus sponte suā, antequam à Domino in jus vocatur, investituram petat.*
5. *Si fiscus aliquot annis contra exceptiones Vasalli nihil replicet, illas approbatas censeri.*
6. *Scientiam feudalitatis fiscum contra Vasallos probare teneri.*
7. *Actioni in judicium deductæ non præscribi nisi 40. & contra Imperatorem & Imperium centum annis.*
8. *Exemplar ex Archivo publico productum æque probare sicut originale.*
9. *Ignorantiam feudalitatis non excusare hæredes Vasallorum quia ex antecessorum negligentia condemnatur: imò præsumi scientiam in hæredibus.*
10. *Actioni non præscribi, quando in causa est conclusum, & ex morā Judicis differtur sententia.*
11. *De copiis sive transsumptis ex Archivo vid. etiam n. 8.*
12. *Quare ignorantia hæredem Vasalli excusare non possit, & quomodo perjurium evitandum.*
13. *Delictum Vasalli nocere etiam filiis.*
14. *Explicatur quænam, & quando ignorantia Vasallo non noceat.*
15. *Dominos directos rigorem juris erga Vasallos ob neglectam investituram, cessante contemptu, non observare.*
16. *Refelluntur argumenta contra ignorantiam superius proposita.*
17. *Quomodo perjurium Vasallorum evitetur.*
18. *Hæredem habere ignorantiæ præsumptionem pro se.*
19. *Vasalli dolum debere demonstrari.*
20. *Ex culpā pœnam aliquam posse imponi.*
21. *Vasallos ex rationibus allatis absolutos esse.*
22. *De feudis Sabaudicis.*
23. *Hetruriæ.*
24. *Filii revocare non possunt factum & alienationem patris.*
25. *Mantua.*
26. *Feuda Lombardica.*
27. *Feuda Liguriensia.*
28. *Feuda Bononiensia.*
29. *Feuda Toscanensia.*
30. *Feuda Tirnisanensia.*
31. *Citatio Imperialis ad Vasallos.*
32. *Contra Edictum Pontificis.*
33. *Responsio Imperatoris ad litteras Pontificias.*

QUotidianæ ferè sunt lites, quas Fiscalis Imperialis Aulicus movet contra Vasallos, qui intra terminum in jure feudali præstitutum renovationē investituræ à Domino directo non requirunt, cum clarè determinatum sit, quod intrā añum & diem non petens investituram, feudum perdat, *c. 1. in princ. quæ fit caus. prim. benef. amitt.* varias tamen exceptiones Vasalli afferunt contra actiones à Fiscali institutas, quod dolus ex parte Vasalli in neglecto 1. Vasallum intra annum & diem feudum non requirentem illud amittere.

glecto investituræ termino requiratur,& contumax Domini contemptus, cum Vasallus feudum propter amissam investituram non amittat, nisi id dolo facere prætermiserit, *Rosenth.de feud. cap. 6. conclus. 56. num. 2. per text. in cap. 1. quo temp. miles. §. fin. de prohib. feud. alien. Schrader. part. 6. conclus. num. 2. 56. Vult. de feud. cap. 7. num. 72. & 82. in fin. lib. 1.* præsertim verò privationem non invenire locum, quando Vasallus, cui contemptus & omissio imputatur, jam sit mortuus, cum pœnæ tenere debeat suos autores & delictum patris filiis in feudo avito, hoc in casu non noceat, *Rosenthal. cap. 10. conclus. 40. num. 1. & 60. & cap. 11. conclus. 5. num. 9.* Imò moram ex æquitate purgari, si Vasallus sponte suâ, antequam à Domino in jus vocatus fuerit, renovationem investituræ petat; Hinc non solere summos principes ob solam omissionem investituræ Vasallos privare, tradit *lib. 1. c. 11. n. 25. Vultej. Struv. de feud. c. 10. n. 33. p. 388. de Afflict. de feud. in §. præterea si quisquam. cap. 1. de prohibit. feud. alienat.* Et in *c. 1. quæ fuit prima causa benef. amitt.* ubi ait: pessimos consiliarios esse, qui aliud Principi persuadent. Insuper Vasalli excipiunt, quod si Fiscalis exceptionibus ipsi oppositis acquiescat, & aliquot annis ab actione desistat, eo ipso exceptiones esse approbatas. *Carpz. respons. Elect. lib. 6. tit. 10. resp. 101. n. fin.* ut exceptio litis finitæ, & non amplius competentis actionis ipsi opponi possit, *Klock. rel. Cam. 47. num. 16.* Et si hæredes Vasalli dicant, nullam se de feudalitate habuisse scientiam, Fiscus illam scientiam probare debet, præsertim, si hæredes ad juramentum ignorantiæ se offerant, *Meichsner. dec. Cam. vol. 3. dec. 18.* Idq; tantò magis, si de feudo oblato sit controversia.

2. Sed ad hoc contemptum Domini & dolum Vasalli requiri.

3. Vasallo mortuo privationem feudi contra filios, hoc in casu, non habere locum.

4. Moram purgari, si Vasallus sponte sua antequam à Domino in jus vocatur, investituram petat.

5. Si Fiscus aliquot annis contra exceptiones Vasalli nihil replicet illas approbatas censeri.

6. Scientiam feudalitatis fiscum contra Vasallos probare teneri.

Atque licet Fiscus regerat actionem suam aliquo tempore delatam, non propterea renuntiatam, & desertam dici posse, cum is demum destitisse censendus sit, qui liti in totum renuntiavit, non qui eam distulit, *l. 21. ff. de minor. l. 40. de jud.* cum causa semel in judicium deducta spatio 40. annorum duret. Atq; contra actiones & jura Imperii nulla currat præscriptio nisi centenaria, *Schneid. ad tit. Instit. de usucap. n. 29.* Et negligentia officialium Cæsari & Imperio nocere non possit, *Gail. 1. obs. 89. in fin.* Atque contra investituras in loco publico, sub custode publico, in Archivo publico repositas nulla admittatur exceptio. Cum copiis ex Archivo publico desumptis plena fides adhibeatur, & pro authenticis ubivis acceptentur, ita ut talis scriptura Archivi non solùm probet, sed etiam Exemplar ab eâ desumptum, hinc Vasallos exceptiones similes nihil relevare; Sicut nec etiam ignorantia feudalitatis hæredes Vasallorum excusare possit, cum condemnentur ex personâ antecessorum, qui jam propter neglectam investituram feudi privationem incurrerint, *Carpz. p. 3. const. 27. defin. 3. n. 12. & seqq. & defin. 6. n. 23. nec non defin. 11. n. 1. 2. 7.* Atq; præsumptio contrà hæredem militet, quod sciat factum defuncti, ita ut prætensa ignorantia hæredi etiam exindè non prosit cum sufficiat semel ex personâ patris vel avi obligationem esse contractam, *Faber. in cod. l. 7. tit. 13. defin. 21.* cum præsertim etiam ignorantiam verisimilem allegare non possint, quæ scilicet caret dolo & culpâ, & quæ causatur ex probabilib⁹ argumentis, neq; tendit in præjudiciū tertii, secundùm tradita *Felin. in c. ad audientiam de præscr. n. 5.* quibus omnibus accedit, quod hic omissio investituræ non semel, sed sæpius intervenerit, atque contemptus multoties repetitus & reiteratus sit, dum à tempore Imp. Caroli V. investituræ renovatio nunquam requisita.

7. Actioni in judicium deductæ non præscribi, nisi 40. & contra Imp. & Imperium 100. annis.

8. Exemplar ex Archivo publico productum æque probat, sicut originale.

9. Ignorantia feudalitatis non excusat hæredes Vasallorum.

Sed quod supradictum est, actionem per spacium quadraginta annorum in judicio continuari, illud tantum locum invenit, quando litis contestatio est facta, & posteà ab actione supersedetur, sed quando causa est conclusa & ad sententiam submissa, tunc si ex culpâ judicis sententia multis annis protrahitur, ita partibus nocere non potest. Deinde, quod suprà exceptum est, quod Fiscalis nullum originale sed solum exemplū investituræ produxerit, id propterea vanum & frivolum est, quia Archivum non solum publicum continet testimonium, adeoq; plenam fidem facit, sed omnia quoq;, quæ exindè proferuntur exemplaria seu copiæ vel transsumpta eandem fidem merentur. per *text. in auth. ord. hac. Cod. de fid. Instrum. Nov. 49. §. 2. c. cum causam. 13. X. de prob.* prout Doctores omnes unanimiter tradunt, teste, *Tusch. concl. 486. in voce Archiv. n. 1. & 4. Rul. de Commiss. part. 2. l. 5. c. 8 Knipsch. de Civ. l. 2. c. 12. n. 16.* Novissimè *Fritsch. concl. 43.* Exceptionem ignorantiæ reum propterea relevare non posse, quia si exceptio illa necessariò deberet attendi, & Vasallum à pœnâ privationis posset excusare, tunc Dominus directus nunquam caducitatem feudi ex neglectâ investiturâ consequi posset, quia quilibet Vasallus ignorantiam prætenderet, & pro ea probanda ad juramentum se offerre posset; quo ipso multis perjuriis ansa præberetur. Quinimò non verisimile, & verè incredibile est, quod proximior hæres, & imediatus successor Vasalli nullam feudi scientiam acquisiverit, cum tamen conjunctus præsumatur scire factum defuncti, *Tabor. in locis communibus, verbo scientia.* Atque ignorantia tantum justa & probabilis, non verò culposa, & crasso errore affectata excuset, in iis scilicet, quæ quis scire tenetur. v. g. an bona allodialia, an verò feudalia ad ipsum pervenerint: cum crassa & stolida nec ferenda videatur esse ignorantia, hæredem non scrutari ea, quæ in hæreditate sunt, ut ait *Rosenth. de feud. conc. 47. n. 9.* quia alias rarissimi casus darentur, ubi Vasalli dolus, & lata culpâ in neglectâ investitura; sicque manifestus Domini contemptus doceri posset; Et quamvis Vasallus modernus fortè caruisset scientiâ, de qualitate feudali, tamen ejus avus & pater scientiam illam habuerunt, atque in jure feudali determinatum est, quod delictum Vasalli, etiam extra personam Domini comissum, noceat liberis, sive feudum sit novum sive antiquū; per *text. in c. 1. vers. filius tamen ad id nullatenus aspirabit. tit. si Vasallus feudo privatur, cui deferatur, c. 1. §. Vasallus si de feudo defuncti controversia sit;* quia filii non tam beneficio primi acquirentis, quam mediante personâ patris

10. Actioni non præscribi, quando in causa est conclusum, & ex mora judicis differtur sententia.

11. De copiis seu transsumptis ex archivo vid. n. 8.

12. Quare ignorantia heredem Vasalli excusare non possit, & quomodo perjurium evitandum.

13. Delictum Vasalli nocere etiam filiis.

patris succedunt, ab eoque feudum capiunt, juxta, *Dd. in cap.* 1. *an Agnati vel filii*, ut delictum patris hactenus filiis noceat.

14. Explicatur, quænam & quando ignorantia Vasallo non noceat.

Enim verò supradictis non obstantibus, verior est opinio, quod ignorantia feudalis qualitatis reos à pœnâ caducitatis & privationis excuset, cum *Matth. afflict. de feud. lib.* 3. *tit. si de feud. fuer. controvers. inter Dom. & Agnat.* §. *si Vasallus*, *fol.* 451. ubi ait: quod si Vasallus vendidit feudum sine consensu, quia credebat rem esse allodialem, in quâ successit patri suo, qui multo tempore non servierat; justam esse ignorantiæ causam, ex quo alteri successit *per l. qui alterius ff. de Reg. jur.* ubi Cajus ait: *qui in alterius locum succedunt, justam habent ignorantiæ causam, an id, quod peteretur, deberetur*, fide jussores quoque non minùs quam hæredes, ignorantiam possunt allegare, *L. Si sterilis* §. 1. ibi: *Si venditor prædii non dicat de tributo sciens, tenetur ex empto; quod si ignorans non prædixerit, quod fortè hæreditarium prædium erat, non tenetur. ff. de act. empti. l. fin. ff. pro suo.* ibi: *usu quo procedit, si probabilis error possidentis non obstet, veluti si ob id aliquid possideam, quod servum meum, aut ejus, in cujus locum hæreditario jure successi, emisse id falsè existimem; quia in alieni facti ignorantia tollerabilis error est, c. cum quis in jus. de Reg. jur. in* 6. Atque hinc Dominus si velit movere controversiam, asserendo rem esse feudalem, & sibi devolutam, probare debet Vasalli scientiam, aliàs per allegatam ignorantiam Dominus & Agnati excluduntur; Ignoranti enim succurritur, quando tractatur de damno vitando. Et scientia, non verò ignorantia punitur, nisi ignorantia crassa sit & supina in facto proprio, quo casu paria sunt scire & scire debere, quæ formalia. *Matth. de afflict. cit. loc.* cum hoc consentit, *Schrad. de feud. part.* 9. *cap.* 1. *n.* 39. *usque* 55. *& seqq.* ubi tradit ignorantiam probabilem excusare, & in hærede præsumi, nisi sit ignorantia crassa & supina, utpotè si communis vox & fama fuit, bona ista esse feudalia, vel instrumenta feudalia in hæreditate fuerint reperta, quo casu præsumitur Vasallus contenta cognovisse; quamvis & sic *Rosenth. d. loc.* relinquat arbitrio judicis, an non Vasallus, pro circumstantiis, juramento se purgare possit, cum in pœnalibus mitiores nos esse deceat, & plerique requirant, quod dolus Vasalli debeat probari. Quibus porrò calculum addit *Vult. de feud. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 114. *Georg.* Schützen *in Synops. jur. feud. c.* 11. *n.* 47. *Joh. Volckm. Bechman in usu pr. feud. Exerc.* 2. *n.* 52. ubi ait: Collegium *jurid. Jenense an.* 34. respondisse: Daß der Lehen-Herr das Lehen einzuziehen nicht befugt / es sey denn / daß deß Lehemanns boßhaffter und betrüglicher Vorsatz / daß er aus Frevel und Verachtung deß Lehen-Herrn um die Belehnung nicht angehalten / genugsam bescheinigt. Idque per *text. in c.* 1. *quo temp. miles investit. pet. deb.* ibi: nisi justa causa intervenerit, *c. quoniam de prohib. feud. alien.* 2. *feud.* 52. ibi: *Si Vasallus non dolosè per annum & diem steterit, quod à Domino beneficii sui investituram non petierit, feudum non ob hoc amittat*, dolus enim abesse videtur, si justa causa impediente steterit. *Rubr. & de voc. non amittere feudum eum, qui sine dolo cessavit per ann. l. in pet. investit.* quibus addit idem *Bechman. cit. loc. n.* 54. daß heutiges Tages / vornehmer Rechtslehrer / und Ausleger Meinung nach / wegen unterlassener Lehens-Muthung / nicht leichtlich zu Einziehung der Güter geschritten werde. ex traditis *Wesenb. Herm. Schrader. Hart. Pistor.* Tum quod Dominus ergà Vasallos potius æquitatis rationem habere debeat, quam secundum rigorem juris procedere; tum quod istiusmodi pœnæ magis ad terrorem quàm ut executioni mandari debeant, impositæ sint, ceu post *Nattam Cons.* 593. *n.* 6. scribit *Anton. Thessaur. dec.* 227. *n.* 2. *hactenus Bechman.* cui consentit *Adam Struv. in Syntagm. jur. feud. c.* 10. *aphor.* 8. *&* 9. ubi ait: Scientiam Vasalli Dominum probare debere, *citans Pfeil. cons.* 65. *n.* 1. *Berlich.* 2. *concl.* 53. *n.* 37. Ulteriusque tradit: in genere notare interpretes, quod Principes & Domini feudi non soleant rigorem juris feudalis observare, & feudo Vasallum, ob solam neglectam investituræ renovationem privare; sed potius condonare hanc culpam, saltem pœnâ aliquâ dictata; *Afflict. lib.* 3. *feud. tit. de prohib. feud. alien.* §. *præterea si quis. fol.* 698.

15. D. Directos rigorem juris erga Vasallos, ob neglectam investituram, cessante contemptu, non observare.

Quæ omnia confirmantur à practicis expertissimis, *Mynf. cent.* 5. *obs.* 9. *n.* 8. *& seqq. Gail. lib.* 2. *obs.* 48. *n.* 8. *& seqq.* ubi tradunt privationem non habere locum ob non petitam debito tempore investituram, propter justam ignorantiam: Ex ratione, quia qui sciens, prudensque legitimo tempore investituram non petit, Dominum contemnere, & feudum intervertere velle videtur, proindeque feudo indignum se facit; & eo meritò privatur: At talis contemptus cessat ob justam ignorantiam, qua ignorans Dominum non contemnit, ideoque tali casu ad privationem feudi scientia & contemptus requiritur probatio, quod videlicet malitiosè & fraudulenter omissa sit petitio renovationis investituræ. Quæ diligenter in praxi observanda esse monet, quia sæpissimè contingit, ob impedimentum vel justam ignorantiam investituram in termino juris non peti; Justam autem ignorantiam esse, si aliquis defuncto Vasallo succedat, ignorans illum Vasallum fuisse non repertis in hæreditate investituris; ideò talem excusari & conventum à Domino super felonia absolvendum esse, cum justam habuerit, tanquam hæres, causam ignorantiæ. Et ita in magna & ardua quadam causa in Camera judicatum & observatum esse *hactenus Gail.* refert; addi potest *Meichsner. tom.* 3. *decis. Cameral.* 18. *num.* 5. *& seqq.* Ex quibus omnibus apparet Vasallis & textus juris feudalis *in cap.* 1. *quo tempore miles investit. pet. deb. c. quamvis. de prohibend. feud. alien. c. un. non amitt. feudum eum qui sine dolo cessavit per annum pet. investit.* æquitatem feudalem, autoritatem Dd. & opinionem communem, nec non præjudicia Cameræ & inferiorum tribunalium assistere. Hinc non obstant Vasalli rationes superiùs adductæ, quasi nul-

si nulla unquam caducitas feudi locum inveniret, si præsumptio ignorantiæ pro Vasallo attenderetur, atque juramentum pro eâ probandâ Vasallum posset excusare; sicut enim ex parte Domini directi hoc durum esse videtur:

16. Repelluntur argumenta contra Ignorantiã superius proposita.

Ita multò gravius est Vasallo, si, non obstante justâ ignorantiâ, feudo posset privari, contrà naturalem æquitatis regulam; *quod ibi pœna esse non possit, ubi non adest delictum*; Neque hic perjurium est timendum, quia tum demùm Vasallus allegatam ignorantiam per juramentum plenè probare potest, si sit persona honesta, si Dominus feudi non paratus sit, probare contrarium, si Vasallus contrarius sibi non fuerit,

17. Quomodo perjurium Vasallorum evitetur.

si ex dictis illius non appareat juramentum esse iniquum, si nullæ conjecturæ juris aut facti adsint, quæ suadeant, Vasallum scivisse rem, feudalem esse, *Schrad. de feud. part. 9. c. 1. n. 45. Henr. Rhetius de jur. feud. lib. 1. tit. 2. verbo veluti num. 2.* per quas circumstantias perjurium facilè evitari potest, præsertim cum in præsenti casu unicam tantùm Investituræ instrumentum fuerit expeditum, quod facilè perdi potuit, ut tanto credibilius sit, Vasallos nullam ejus habuisse scientiam, quibus accedit, quod hæres habeat præsumptionem ignorantiæ pro se, in rebus defuncti.

18. Habere heredem ignorantiæ præsumptionem pro se.

l. qui in alterius ff. de R. J. Atque etiam dubitans pro ignorante habeatur. Itaque nullum Domino directo infertur præjudicium, si Vasallus ex capite ignorantiæ à feloniâ absolvatur, cum Domino semper liberum sit Vasalli culpam per documenta, vel testes demonstrare.

19. Vasalli dolum debere demonstrari.

Hinc plerique sustinent, quod dolus Vasalli debeat probari. *Rosenth. de feud. l. 6. conclus. 47. n. 2. & seqq. Vult. de feud. lib. 1. t. 7. n. 114. Georg. Schultz. in Synops. Jur. feud. c. 11. num. 47. Volckm. Bechman. in usu pr. feud. exerc. 2. num. 52.* ubi ait: Collegium Jenense anno 34. respondisse; daß der Lehen-Herr das Lehen einzuziehen nicht befugt/ es seye dann des Lehmanns boßhaffter und betrüglicher Vorsatz/ daß er aus Frevel und Verachtung deß Lehen-Herrn um die Belehnung nicht angehalten/ genugsam bescheiniget; & idem *Bechman. cit. loc. n. 54.* tradit: Daß heutiges Tags fürnehmer Rechts-Lehrer Meinung nach/ wegen unterlassener Lehens-Muthung nicht leichtlich zu Einziehung der Lehen geschritten werde/ ex traditis *Wesenb. Isern. Schrad. Hartm. Pistor.* Tum quod Dominus ergà Vasallos potius æquitatis rationem habere debeat, quam secundum rigorem juris procedere, Tùm quod ejusmodi pœnæ, magis ad terrorem, quam ut executioni mandari debeant, impositæ sint, ceu post *Nattam* scripsit *Anton. Thessaur. dec. 227. n. 2. vid. Gail. 2. obs. 48. Mynsing. cent. 5. obs. 9. Meisner tom. 3. dec. 18. n. 5. Struv. in Syntag. jur. feud. c. 10. Aphor. 8. & 9.* ubi tradit:

20. Ex culpa pœnam aliquam posse imponi.

In genere notare interpretes, quod Principes & Domini feudi non soleant rigorem juris feudalis exercere, & Vasallum, ob neglectam investituræ renovationem feudo privare, sed potius condonare hanc culpam saltem pœnâ aliquâ dictatâ, *Afflict. lib. 3. feud. tit. de prohib. feud. alien. §. præterea si quis. folio 698. & in cap. 1. quæ fuerit prima causa amitt.* ait: pessimos consiliarios esse, qui aliud Principi persuadent, cum mora hæc ex æquitate purgetur, si nimirum Vasallus, sponte sua, antequam à Domino in jus vocatus fuerit, renovationem investituræ petat. 21. Vasallos rationibus allatis absolutos esse.

Ex his omnibus Vasalli absolutoriam à Fiscali actione, non obstantibus in contrarium allatis, reportaverunt.

De Feudis Italicis.

De Feudis Italicis hic quoque aliquid notandum, cum Terræ Italicæ splendore suo prætereuntium oculos rapiant, teneantque, ut hic merito paulisper sit subsistendum, præsertim quoad Italicos Imperii Vasallos, inter quos primus occurrit *Sabaudiæ Dux*, 22. Sabaudia.

de quo singulariter aliquid notabitur sub verbo *Sabaudia*, præsertim de Pedemontio, & Montisferrati Ducatu. Sequitur *Magnus Hetruriæ Dux*, 23. Hetruria.

de quo supra dictum, verbo *Hetruria fol. 887.* & plura videri possunt apud *Gail. Itterum de feud. Imp. cap. 6. n. 21.* ubi ex *Thuano lib. 54.* refert, quod cum tempore Maximiliani II. Imp. Cosmus Florentiæ Dux cum Alphonso Ferrariensi litem foveret, & Cæsar juris sui memor, *Cosmum tanquam Imperii beneficiarium* ad causam dicendam evocasset, rejectis non minus Cosmi quam Pontificis Protestationibus, is coram Tribunali Cæsaris comparere coactus fuerit, sicut hujus rei successum atque eventum prolixius descripsit *Thuanus lib. 60.* ad annum 1575. ubi Franciscum Cosmi successorem, ut sibi *tanquam Imperii beneficiario* titulus Magni Hetruriæ Ducis confirmaretur amplissimo à Cæsare Diplomate impetrato, tandem obtinuisse refert. Propter *Filateriæ* feudum M. Ducem esse Vasallum Imperii, tanto minus est dubium, postquam Filateriæ feudum non obstantibus Marchionum de Malaspina querelis, cassata ipsorum investitura, Magnus Dux, præstitis solennibus solitis, ad investituram admissus est, propter alienationes à Malaspinis ante ducentos & amplius annis ab ipsorum Majoribus factas cum plenissima renuntiatione pro se & suis posteris; cum renuntiatio feudi noceat filiis & agnatis, præsertim si de illis in renuntiatione facta est mentio, *Rosenthal. de feud. cap. 9. num. 79.* 24. Filii revocare non possunt factum & alienationem patris.

ubi *num. 11.* tradit, quod si contrahens etiam de facto heredis promisit, quod contravenire non debeat, vel ex consensu aliunde constet, quod juri Agnatorum futuro etiam derogare voluerit, quod tunc obligationi acquiescere & consensum ratum habere teneatur, nec feudum recuperare possit, quia obligatio descendit in hæredem, eumque non minus obligat quam defunctum, prout latius deducit cit. *Rosenth. conclus. 71.* & ita judicatum est in causa Principis *Corregii contra Modena*, ubi late deductum est, quod filius actio re-

revocatoria feudi contra factum Patris nulli competat, per *text. exprefs. in lib. 2. feud. tit. 39. §. 1.* Quia filius non nisi mediante patre in feudo succedere potest, & hinc si pater ex delicto amittat feudum, filius etiam feudo privatur, *lib. 2. feud. tit. 13.* factum enim patris filii præstare tenentur, & idcirco removentur à revocatione feudi. *Zoes. de feud. cap. 14. n. 11. Struv. cap. 13. §. 16.* latè *Hartm. Pistor. part. 2. q. 13.* vide modò supra passim hoc verbo Lehen; Quo in casu filii ab Agnatis expresse distinguuntur, & secundum hanc sententiam pronunciatum est in illa causa; *vid. Jurisprud. lib. 2. tit. 27. n. 16.* Quamvis liceat Dominis revocare alienationes feudi factas nulla obstante præscriptione, *lib. 2. feud. tit. 40. 52. & 55.* atque aliàs etiam Regalia per tempus immemoriale præscribantur. *R. I. anno 1548. §.* und soll unser *& seq. Gail. 1. obs. 21. n. 15. & de pace publ. cap. 6. n. 11. cap. super quibus 26. X. de V. S.* cum aliis pluribus argumentis. *Ilvam* quoque insulam Imperiale feudum esse refert *Thuanus lib. 5. ad annum 1548.* & *Senensem Rempublicam* fiduciario jure ab Imperio dependere; quia Carolus V. Imp. Ditionem Senensium, jure Imperii ad se devolutam, Philippo filio concesserit, *Thuan. lib. 15.* quam cum Hispaniæ beneficio Hetruriæ Dux jam possideat, ideo subfeudi Imperialis titulo ad M. Hetruriæ Ducem devolutam esse, tradit *Sprenger in font. jur. publ. cap. 22. pag. 220. & in Lucerna cap. 8. pag. 51.* & hinc Hispanum se non tantùm Reipublicæ Senensis, sed & Ilvæ nomine Imperii Vasallum agnoscere, *Conring. de finib. Imp. cap. 23. pag. 376.* Quamvis enim Cosmus Senensium libertatem vi & armis oppresserit, non tamen sibi vindicasse jura Majestatis, sed Imperii Germanici clientem & Vasallum se beneficio Regis Hispani professum esse *Bodin. 1. de Republ. cap. 9. n. 124.* & Civitatis *Pontremuli* investituram anno 1650. 23. Julii obtinuisse *Limn. ad Capitul. Ferd. IV. art. 31. pag. 845.*

25. Mantua. Mantuæ quoque Duces Vasallos Imperii esse, publicè constat etiam *per Instrum. Pac. Monast. §. item conventum est. 97.* & plurimas investiturarum literas de quibus porrò infrà *verb. Mantua.*

Dux Mutinæ, Mirandulæ, Sabionettæ, Massæ, Guastallæ, Bozoli, Corregii, Marchio Castillionæi, Masserani, Malaspinæ, Torrigliæ, Mandolæ, Comes de Millesimo, de quibus omnibus suis locis & titulis aliquid notabitur, & *vid. suprà verb. Italia fol. 1028. n. 14. & multis seqq. Marchio Finariensis* & alii, qui omnes Vasalli recensentur in relatione *Garzweileri anno 1595.* propter contributiones in Italiam ablegati, ubi primo recenset difficultates tum temporis motas, & recenset modum contribuendi de *Ducatu Sabaudico, Mantuano, Montferrato, Castiglione, Solforino, Castel Godofredo, Sabionetta, Jezolo, Belhord, Bozolo, Guastaldo, Vascenado, Guastalla, Ostiano, San Martino Givarolo, Giudola Isola, Hazzalo, Pompameno, Commissagio, Novellara, Bagnuolo, Valetifano, Basili, Congigeane, Baldi, Compiano, Machario, inferioris Curiæ Regalis, Adificeo, Coneggio, Fabrico, Rosana, Mirandula, Concordia, Modena, Reggio, Colli,* quæ feuda omnia sita sunt in *Lombardia,* & unius cujusque Subditi enumerantur quantumque contribuerint. Videatur *Sueder. de I. P. part. general. c. 4. n. 46. de tribut. Venetorum,* et *Retius Instit. Jur. pub. lib. 1. tit. 4. §. 60.* ubi dicit Fridericum I. Imp. ex Fisci juribus in Italia 3000. talentorum quot annis intulisse legitur, Italiam verò hodiè non contribuere Imperio, & multos Status esse exemptos, ut Italici Principes tantùm aliquid pro renovatione & concessione investiturarum exsolvant.

26. Feuda Lombardica.

27. Feuda Liguriensia. In Liguria, *Stananello, Festico è Chiese, Dolce Aqua, Garlenda, Luciarello, Palastrina, Dalisavo, Carabero, Maximo, Oxilia, Bormida, Ronco di Malse, Millesimo, Santa Julia, Monselio, Perzenga, Gavanzone, Cerce, Arguillo, Novello, Monzero, Monfortino, Castelletto, Rochoverano, Castole, Olmo, Varico, Menerigo, Hornaiola, cellarocina, Godilgiani, Riva, Nazalo, Pozuolo, Dortaua, Custellano, Pitigliano, Sarro, Petigliano, Petogliano, Sorano, Bisi, Arnasio.*

28. Feuda Bononiensia. In *Bononiensi* districtu sunt feuda Imperii: *Fonglia, S. Stephano, Loano, Germinasco, S. Bastiano, Grondena, Carega, Garbogna, Ottone, Cromente, Gabolla, Satello, San Christoffano, Corosio, Pallavicino, Pietra, Cordena, Pardo, Silvano, Campi, Villafranca, Arquata, Isola, Pietra Bisarra, Mongiardino, Vergani, Salatta, Battalo, Borgo, Montechoro, Monte, Contalupa, Mornese, Dermie, Masone, Sarrigone, Fieschi, Fontana, Rossa.*

29. Feuda Toscanensia. In Toscania, *Piombino, Populonia, Elba, Cartino, Soneretto, Pitogliano, Sorano, S. Iloro, Vernio, Castiglione del Gatto, Monte di santa Maria, Monte Aguto, Monte Dolio, Aspello, Monte Fobrio, S. Leo, il Sasso Reip. di S. Maria Urbano, Comacchio.*

30. Feuda Tirnisanensia. In Tirnisania *Masta, Carrara, Lavenza, Ulonetta, Fostinovo, Pontane, Peudola, Giorono, Publica, Moraso, Postelli, Aquila, Granguola, Cordula, Voraudio, Viano, Olivalo, Palarono, Dioloro, Bastia il Ponte, Luciana, Pavigalo, Terra rossa, Castro vero, Gascuole, Villa Franca, Virgoletta, Villa Rocchetta, Buvren, Tresti, Malgrado, Josetto, Mojoron, Altricano, Isola, Gorda, Malazza, Monte regio, Suvero, Cavella, Podenzana, Filateira, Lusala, Rico, Geovagalo, Ferrigana, Aubla, Bibola, Monte di Vaghi, Iropoli, Calice, Veppe, Fraiano, Belnelo, Amasse, Ernezo, Fuentes, Camerando, Frincki.* Quorum tamen minima pars amplius debitum feudale observat.

Omnia ista sunt feuda Imperii, & inter illa quoque *Mediolanensis Ducatus, & Marchionatus Finalis,* in cujus superioritatem prætendit Genua, *item Plumbinum, Orbitellum,* & Comachium, ad mare Adriatricum, & alia feuda in ipso *Statu Romano* sita, quæ ab Imperio adhuc feudi titulo dependent, velut novissime *Princeps Savelli* petiit renovationem investituræ super *Civitate Albani,* & denominando quoque *Aritiam, Arignano, Pon-*

Uuuuuuu 3 *tiano*

tiano & *Flaciano*, producendo antiquas Imperialium investiturarum literas; Item designata sunt pro feudis Imperialibus à perito rerum Italicarum nuperrimè *Baronia di Collaldo*, de qua extant literæ investituræ, *Farnesa*, *Riccia*, *Malatesta*, *Monadeschi*, *Garpina in Romania*, *Rigatti*, *Anguillara*, *Lamendana in agro Romano*, *Viano*, *Castelnovo*, *Civitella*, *Liprignano*, *Vaccareccia*, *Longhezza*, *Artea*, *S. Polo*, *S Victorino*, *Norluco*, *Farmelo*, *Ascoli in Marca Pontificia*: pro quibus recuperandis, juxta Capitulationem Cæsaream nihil intermittitur, sic enim habent verba Capitulationis de *anno* 1658. §. 12. Dieweil vorkommen / daß etliche ansehnliche / dem Reich angehörige Herrschafften / und Lehen in Italien und sonsten veräussert worden seyn sollen / eigentliche Nachforschung derentwegen anzustellen / wie es mit solchen Alienationen bewandt / und die eingeholte Bericht zu Churfürstl. Mayntzischer Cantzley / um solches zu der übrigen Churfürsten Wissenschafft zu bringen / inner Jahrs-Frist von unserer angetrettenen Königlichen Regierung anzurechnen / unfehlbarlich einzuschicken / auch in diesem und obigen allen / mit Rath / Hülff und Beystand der sieben Churfürsten allein / oder nach Gelegenheit der Sache / auch anderer Fürsten und Stände / jederzeit an die Hand zu nehmen / was uns und sie vor rathsam / nützlich und gut angesehen und verglichen seyn wird. Idcirco Cæsarea Majestas ad demonstrandam suam sollicitudinem & curam circa recuperanda Imperii feuda, Edictum sive citationem Imperialem ad Vasallos publicavit, sequentis tenoris.

31. Citatio Imperialis ad Vasallos.

Leopoldus, divinâ favente Clementiâ, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. &c.

Omnibus & singulis nostris, Sacrique Imperii in terris, ac Provinciæ Italiæ Vasallis & feudatariis, fidelibus dilectis, gratiam nostram Cæsaream & omne bonum: Quemadmodum providentiâ Divinâ, cujus benignitate S. R. I. Sceptrum & Diadema gerimus, æternæ veritatis verbo, quæ sua, quæ Cæsaris sunt, unicuique reddenda decreverit; ita Nos ejusdem exemplo justitiam in hisce terris administrantes, muneri Nostro omninò congruum existimamus, ea quæ ad Divos Prædecessores Nostros, Romanorum Imperatores & Reges, atque modò ad Nos & Imperium spectant, solicitè non conservare tantùm, sed etiam recuperare, & supremo ac legitimo Domino suo asserere. Postquam igitur certiores redditi sumus, de evidentissimis quorundam feudorum Imperialium, nec non dignitatum, jurisdictionum, præeminentiarum, privilegiorum, Regalium, aliorumque usurpationibus, per non nullos, seu perversâ ipsorum voluntate, seu dolo, seu negligentiâ, sibi arrogatis: quandoquidem Vasalli iiti, debita recognitione supremi ac Directi Dominii nostri post tergum relictâ, à consueto Homagii fidelitatisque juramento sese eximere satagant: Ex certa scientia, animoque deliberato, sano & maturo Tribunalis Nostri Imperialis Aulici accedente Consilio, eos, qui à Nobis & Prædecessoribus Nostris, de feudis ejusmodi investiti sunt, Auctoritate Nostrâ Imperiali confirmandos, & immittendos injustosque detentores, & usurpatores indè removendos esse resolvimus, ac proinde seriò districtè benignèque mandamus, ut intra trium mensium terminum, ab harum promulgationis, & affixionis die proximè computandum, quarum tenori (sivè manuscriptæ sivè typo expressæ exhibeantur) plenam fidem haberi cupimus, adeò quidem, ut nullam à transgressoribus, inobedientibus à contumacibus, vel excusationem vel subterfugium admissuri simus, debeant Vasalli & feudatarii Nostri, vel ad Cancellariam Nostram Imperialem, vel in manus nostras, sive ad manus Oratoris Nostri Cæsarei, Illustris ac Generosi Consiliarii Nostri Arcani, Camerarii, Sacrique Imperii fidelis dilecti *Georgii Adami Comitis de Martinitz &c.* Aliorumque Nostrorum Agentium dare, ac dedisse designationem Authenticam, & feudalem, non modò feudorum, sed etiam dignitatum, jurisdictionum, ac præeminentiarum Privilegiorum, Regalium, cujuscunque ea generis existant, quæ quilibet ipsorum, quantumvis etiam ex lineâ spuriâ prodiens, retinet, aut eorum majores & Antecessores retinuerunt, sive investiturâ, sive concessione, sive Dominatione Cæsareâ, sive quocunque alio modo, aut formâ, quamvis hic non expressis, & quæ exprimi debuissent, quemadmodum ea omnia pro expressis haberi volumus; Seriò insuper præcipientes, ut simul quoque supplicem libellum pro confirmatione, renovatione investituræ, novâque concessione ritè exhibeant, quorum precibus benignas aures præbituri simus, concessurique ipsis omnia ista, cum iisdem conditionibus, præeminentibus, & qualitatibus, quibus semetipsos aut Majores suos gavisos esse probaverint, & quidem citrà distinctionem, an à lineâ Masculinâ, an verò à fæminina supplicationes ejusmodi procedant, & quo majores stimulos addamus eorum animis, qui potiori jure feuda Imperialia, Jurisdictiones, dignitates, præeminentias, privilegia & regalia prætendunt, quoque vigilantiores eos, ad Clementiam Nostram, pro confirmatione, Renovatione investituræ, concessionisque Cæsareæ implorandam reddamus, locum iis præcipuè dabimus, qui intra præscriptum terminū primi Nobis supplicaverint: quò si fortè feuda ista, aut bona, ære alieno, impositionib⁹, illegitimiq; distinctionib⁹ & citrà Imperialem licentiam, & consensum gravata reperirentur, ea nihilominùs ipsis confirmanda, & respectivè cum infeudatione, & investitura libera, exempta & immunia concedenda decernimus. Quandoquidem pro Imperiali Nostrâ Clementia & Magnanimitate omnibus iis Vasallis Nostris ac feudatariis, qui patentibus hisce litteris Nostris Cæsareis

sareis debitè obtemperabunt, Gratiam impertiri intendimus confirmantes, infeudantes de novo, & condonantes, supplentesque tam commissionis, quam omissionis defectus, sivè ab ipsismet Vasallis, sivè ab eorum majoribus, fraudulenter licet, atque etiam, ut cuipiam alii, quanquam illegitimo Domino se subjicerent, commissos. Cumque humana malitia, ac perversitas quempiam Vasallorum Nostrorum eò audaciæ adigere posset, ut oblata hac Imperiali & paterna clementia abuteretur: Nos ad cæcam illorum mentem, quantum possibile sit, illuminandam harum quoque vigore notum facimus, quod elapso trium mensium termino hisce præfixo, si ea, quæ hactenùs enunciavimus & præcepimus, non adimpleverint, paritionemque debitam non præstiterint, aliis litteris patentibus, tunc publicandis inobedientes, ac contumaces, Feudis, Dignitatibus, Jurisdictionibus, præeminentiis, ac privilegiis & regalibus exutos, & tanquam veros usurpatores, ac rebelles severè, ac sine spe veniæ punitos & tractatos, eademque feuda, & dignitates, jurisdictiones, præeminentias, & Regalia aliis collata nominati declaraturi simus; Utque eò magis prædictorum malitiæ, ac cæcitati obviam eamus, volumus ut unicuique liberum lic tumque sit de Vasallis feudatariis hisce litteris Nostris morem non gerentibus, uti etiam de ipsorum dignitatibus, jurisdictionibus, præeminentiis privilegiis & Regalibus subticitis, cujuscunque generis probationes afferre; Quod si delatores eas probationes attulerint, ejusque fuerint conditionis, ut feudorum, Dignitatum, jurisdictionum, præeminentiarum, privilegiorum, atque Regalium celatorum capaces desiderantesque censeri queant, hos ipsos delatores ad dimidium vero rei valore minus investiendos, ac infeudandos; Si verò tales non reperiantur, in summo secreto, sumptibus Cameræ Nostræ Imperialis Aulicæ, adæquatè, & secundum munificentiam Nostram Cæsaream, tertiâ parte veri valoris eorum, quæ per dictas cujuscunque generis probationes revelata erunt, decernimus remunerandos, non obstante quod probationes istæ allatæ in actis & Registris nostris Imperialibus, inventæ fuerint; Hæc enim est seria mens, ac voluntas Nostra, quâ pariter declaramus, ut postquam hæ litteræ Nostræ, à Nuncio, vel cursore, seu Nunciis ac cursoribus, hunc in finem à dicto Oratore Nostro Imperiali, Comite de Martinitz Romæ, toties, quoties opus fuerit, deputandis, quibus peculiariter facultates ad hunc eundem scopum necessarias, & opportunas hisce clementer tribuimus, in publicis Civitatum, Terrarum, Castellorumque locis affixæ, vel alio modo publicatæ fuerint, eædem unumquemque DD. Vasallorum, ac Feudatariorum ita ad paritionem adstringant, & obligent, quasi ejusdem personæ, ac propriis manibus consignatæ, intimatæque fuissent, quatenus prædictam indignationem Nostram Cæsaream, ac supra recensitas pœnas evitare voluerit. Datum in Civitate Nostrâ Viennæ die 29. Aprilis 1697. Regnorum Nostrorum Romani 39. Hungarici. 42. Bohemici. 41.

LEOPOLDUS.

(L.S.)

V. C. Sebastianus Wunibaldus Comes à Zeyhl.

Ad mandatum S. C. M. proprium.

Franciscus Winandus de Bertram m. p.

Sic conferuntur ab Imperatore feuda & regalia, & apparatus ille solennis, wann Reichs-Lehen empfangen werden / vocatur Majestas ; verbi gratia ; Wir Sigmund von GOttes Gnaden Römischer Käyser ꝛc. da wir sassen in unserer Königlichen Majestät/ gezieret mit solcher Würde und Schönheit/ als sich das recht gebühret. *Besold. in Thes. pract. verb.* **Majestät.** von denen erst obgesetzten Curialien / und herrlichen Majestätischen Ceremonien / dreymahligen Fußfällen auff beyde Knie / indem Ein- und Ausgehen/ Ansuchen um die Lehen-Ceremonien bey derselben Ertheilung/Abschwörung deß Juraments und Dancksagung / *vid. Electa jur. publ. curiosa Cassand. Thucelii C. 5. pag. mihi* 234. ubi quoque recenset, wie es bey denen Königl. Böheimischen Belehnungen auff einem Knie / wie auch mit den Hertzogen von Oesterreich gehalten werde / da / wann einer vom Käyser die Lehen empfängt / thut er solches zu Pferd sitzend / mit bedecktem Haupt/ eine Plumage auff dem Haupt habend. *Münster. in Cosmograph. lib. 3. C.* 499. *in Privileg. Archid. Aust. vid.* Chur-Mayntzisches Vidimus der Oesterreichischen Privilegien/ *in Privileg. Imp. Friderici I.* atque tradit *Thucel. d. l.* exosculationem gladii investito porrecti denotare, quod jurisdictionem Cæsaream reverenter agnoscat. Talis Majestas est potestas divina, de cœlo delapsa , *Camman. de jur. Majest. disp.* 1. *thes.* 18. atque sumitur pro potestate vel eminentia, quam solus Imperator habet, qui omnes supereminet. *C.* 6. *de re jud. Nov.* 30. & cui proinde omnes Principes primas cedunt. *Besold in Thes. Pract. verb.* Majestät / Nec attribuitur vel confertur hæc Majestas Imperatori in terris, sed solum nominatur & eligitur persona, quæ potestatem è cœlo pervenientem exercere debeat.

9 Extollitur solennitas Imperialium investiturarum.

CONTINUATIO.

De cognitione & jurisdictione super Feudis Regalibus.

SUMMARIA.

1. *Jurisdictionem in controversiis super feudis Regalibus solius esse Imperatoris.*
2. *Referuntur præjudicia.*
3. *Nullibi plane contrarium stabiliri.*
4. *Asseritur jurisdictio Imperatoris universalis super omnes personas & causas.*
5. *Describitur officium & potestas Directorum Circularium in Imperio.*
6. *Ostenduntur perniciosæ consequentiæ, si Imperatoris jurisdictio affligatur.*
7. *Directoribus Circulorum incumbere executionem sententiarum Imperialium & ad eam faciendam mandatis pœnalibus S. C. posse compelli.*
8. *De Commissionibus & Commissariis in similibus causis, principaliter quoad punctum religionis determinandis.*
9. *Quisnam actus occupatæ possessionis inter duos litigantes, sit approbandus?*
10. *Nullam esse in hoc negotio cognitionem Circulorum.*
11. *Super possessorio prius esse pronuntiandum.*
12. *In possessorio, quoad investituram & possessionem feudi consequendam, non esse opus formali processu.*
13. *Quis secundum priores investituras & Capitul. Cæs. sit investiendus, & in possessionem feudi immittendus?*
14. *Quæ sit linealis successio?*
15. *Quare Dominus simultaneè investito vel exspectantiam habenti possessionem tradere teneatur?*
16. *Effectus investituræ simultaneæ.*
17. *Quando processu formali non sit opus.*
18. *Omne jus succedendi in feudis dependere ab investitura.*
19. *Titulum requiri, & titulatam possessionem esse manutenendam.*
20. *Primogenitura potest etiam constitui in bonis acquirendis.*
21. *Inæquales portiones in feudo inter filios.*
22. *In Comitatu Imperii immediato licet*

Comes non immediate ab Imperatore, sed ab aliquo statu investituram recipiat, tamen Imperator est judex.

Si de feudis Regalibus, & eorum successionibus inter agnatos moveatur controversia, illius determinatio sine omni dubio ad Imperatorē pertinet; prout *supra verb.* Fürst/ *fol.* 767. *n.* 18. *& plurimis seqq.* fusius demonstratum *ex ord. Cam. part.* 2. *tit.* 27. *Ord. Regim. Wormat. Anno* 1521. §. ob auch Sachen vorfielen. *Instrum. pacis art.* 4. §. 51. *& art.* 5. §. 5. Ex jure feudali, *c. Un. apud quem vel quos controv. feud. c. un. de lege Corradi*, & ibidem infinitæ Dd. autoritates *d. loc.* relatæ, & inter alios citatus *Adam. Struv. in Syntag. jur. feud. c.* 16. §. *Fridericus Rhet. de jure feud. lib.* 1. *tit.* 18. Et novissimè *Wolffgangus Textor. in jur. publ. Cæsareo tit.* 12. *n.* 61. *& multis seqq.* Ubi revocatâ priori sententiâ, quam approbaverat, *in tr. de rat. Stat. German. c.* 2. *p.* 23. *& seqq.* omnia argumenta contraria examinat & elidit, provocans ad leges, usum, & publica testimonia: leges jam suprà citatæ sunt, præsertim *Instrum. pacis art.* 5. Ex quo si liberum est Imperatori in causis arduis, & unde tumultus in Imperio metui possunt (quales utique sunt controversiæ feudorum regalium) quorundam Electorum vel Principum vota adsciscere, ergò hoc ipsum non incumbit ex necessitate, quod enim liberum est facere, ad id quis non obstringitur de jure. Quoad usum & Exercitium seu præjudicia allegat *Textor. d. loc.* Cognitionem & dijudicationem *Imperatoris Caroli V.* inter Ferdinandum Primum Regem Romanorum & Würtenbergiæ Ducem Ulricum. *Imp. Rudolphi II.* in causâ Juliacensi, in quâ concessium Parium Curiæ Electori Brandenburgico denegavit, referente *Londorp. Act. publ. tom.* 1. *pag.* 85. *& seqq.* Nec unquam nisi liberè, & citrà omnem consequentiam concessit; Atque in eadem Electores, Principes, & Status Pragæ congregati, Consilii Imperialis Aulici jurisdictionem agnoverunt, ut patet *ex resolut. eorundem de dato* 28. *Maji* 1670. *apud Londorp. tom.* 1. *pag.* 92. Imp. Matthiæ, in causa Hessen contra Hessen, in qua fori declinatorias Judicii Principum rejecit, & litis contestationem sub præjudicio injunxit; sed & in causa Lüneburg & Braunschweig/ das Fürstenthum Grubenhagen betreffend/ definitivè pronuntiavit Imp. Ferd. II. qui modò dictam causam Hessen contra Hessen/ nec non Baden contra Baden per sententiam decidit. Causam Holstein contra Holstein/ quoad Comitatum Oldenburgensem solus Invictissimus Imperator Leopoldus determinavit, quoad successionem in Principatu Veldensi prætendentes Imperatoris decisionem implorant.

1. Jurisdictionem in controversiis super feudis regalibus solius esse Imperatoris.

2. Referuntur præjudicia.

Antiquiora itaque Exempla, quæ *Klock. & Lymn.* adducunt, non demonstrant, quod vota Principum fuerint decisiva, quasi scilicet Imperator debuisset dicere sententiam votis eorum conformem; Cum in contrarium etiam ex ipsius Imperatoris Sigismundi (cujus Epistolam contrariæ sententiæ defensores in tantum extollunt) testimonio Principum vota tantùm fuerint consultativa, in verbis: Und sprechen darum/ als sie uns auch gerathen haben / mit unserm Kayserlichen Spruch und Urtheil: Id quod etiam subsecuti actus recentiores declarant, per quos vetusta consuetudo, si quæ unquam fuisset, abolita & mutata est; Neque in ullâ Capitulatione vel minimâ juris Principum (uti appellari solet) deß Fürsten-Rechts/ fit mentio. Atque frustra in contrarium adducitur *Art.* 30. 31. *&* 32. *ex capitulatione Leopoldinâ.* ubi cautum esse ajunt, ne Imperator inconsultis Electoribus & Principibus de feudis regalibus disponat; quia tota hæc propositio ex ipsâ inspectione verborum Capitulationis facilè refellitur. *Articulo* enim *tricesimo* agitur de *feudis apertis*, quorum nova Investitura connectitur consensui Electorum; Minimè verò cognitio Cæsarea in contradictorio judicio, vel jurisdictione contentiosa: prout pariter in *Articulo tricesimo primo* nihil de jurisdictione Cæsareâ, vel adhibendis Statibus disponitur. *Articulus tricesimus secundus* feudorum in futurum aperiendorum Contributiones Imperio reservat, sed de cognitione super feudis nihil tractat. Econtra Constitutiones Imperii expresse Imperatori cognitionem super feudis regalibus reservant, prout deductum, *& modo* suprà *ex jure feudali, ordinatione Cameræ, Regimenti, & Instrumento pacis*, demonstratum. Imperator enim universalem habet jurisdictionem quoad personas & causas, cui scilicet competit potestas mandandi, injungendique omnibus decem Imperii Circulis. *R. J. Anno* 1576. §. derhalben. 118. *& R. J. Anno* 1603. §. Insonderheit aber 56. omnibusque & Universis Imperii Electoribus, Principibus & Statibus, atque aliis R. J. *anno* 1495. *rubrica*, Friedbott. & *rubr.* welche um Friedbott willen in die Acht kommen/ Ordnung deß Land-Friedens. *anno* 1521. *rubr.* wie der Landfried zu halten gebotten und verpönt ist. *Et rubr.* Handhabung Friedens/ Rechts. §. darauf befehlen; Landfried *anno* 1548. *& rubr.* wie der Landfried. *& rubr.* Handhabung deß Friedens-Rechts §. und gebiethen. *R. J. de anno* 1555. §. Setzen demnach 14. *&* 34. *R. J. anno* 1600. §. Dieweil aber 5. *vers.* So wollen wir. *R. J. anno* 1654. §. Setzen demnach. 6. *ordin. Consil. Imp. Aulic. tit.* Von Sachen in Reichs-Hoffrath gehörig / *in pr.*

3. Nullibi plane contrarium stabiliri.

4. Asseritur Jurisdictio Imperatoris universalis super omnes personas & causas.

Cum itaque Imperator sit fons omnis jurisdictionis, à quo illa posteà in reliquos omnes Imperii Status per investituras & concessiones Imperiales dimanat, nullum profectò dubium superest omnia apud Imperatorem residere, ipsique soli competere, quæ Statibus per investituras, vel alias concessiones & Constitutiones specialiter non sunt attributa. Quapropter nullum jurisdictioni Imperiali inferendum est præjudicium, nec quicquam ei detrahendum, nec à Statibus in particulari, nec à Directoribus Circulorum, quorum jura describuntur in

5. Describitur officium & potestas Directorum Circularium in Imperio.

R. J. anno 1555. Atque eorum determinatur obligatio & officium *d. R.* §. Und obwohlen wie gemeldt. 73. quod juramentum corporale non præstent, sondern versprechen allein bey Fürstlichen Würden / und wahren Worten / daß sie keinen Stand Geist- oder Weltlichen / vor den andern ansehen / sondern sich gegen alle gleichmässig halten / auch deß Creyses Hülff nicht in eigen / sondern deß Creyses / und desselben Stånden gemeine Sachen / dazu sie von dem Creyß bewilliget / und verstattet / gebrauchen wollen; In hâc autem Constitutione nulla potestas attribuitur Directoribus Circulorum, ut jurisdictionem supremam Imperatoris, sub prætextu vel conscientiæ vel officii se ingerant, & judicata Cæsarea sub suum Examen revocent, utpote quibus solum conservatio pacis publicæ & Circulorum quies est demandata. Hinc principaliter in eodem Recessu, *de anno* 1555. §. Und obwohl wie obgemelt. 73. Circuli Directoribus omnis superioritas in reliquos Circuli status, & consequenter eò magis erga Sacram Cæsaream Majestatem, & ejus supremam jurisdictionem est adempta, & prohibita in clarissimis Recessûs verbis, quorum tenor sequens est: Daß die Churfürsten / Fürsten / und Stånde / so zu solchem Amt gezogen / hierdurch sich keiner Hochheit über die andere Stånd annehmen / oder sich unter dem Schein dieser Amts-Verwaltung / in einige Superioritæt über die andere einzudringen / oder fernern Gewalts / und Macht über sie / dann ihnen vermög dieser ordnung zustehet / anmassen sollen. Et ut minorem ansam haberent Circulares Directores, immiscendi se in alia Imperialia, & Cæsari soli reservata negotia, porro in eodem Recessu *de anno* 1555. §. auf daß auch desto weniger in Zweiffel zu stehen / in was Sachen die Hülff eines oder mehr Creyses / ein Stand oder Creyß auf sein Ansuchen zu leisten / so soll diese Ordnung / wie hiebevor angeregt / wieder alle Vergatterung / Aufwicklung und Versammlung / Ritter und Knecht / auch alle thåtliche Handlungen der jenigen / so sich im Heil. Reich an Gleich und Recht nicht begnügen lassen / und da ihnen solches fürgeschlagen / dasselbe nicht geben / oder nehmen wolten / verstanden werden: & *vide supra verb. Circulus. fol.* 48. *n.* 15. *& seqq.* Ex quibus omnibus apparet, nec religiosum conscientiæ, nec speciosum officii Circularis titulum tribuere, ut sphæram activitatis in Constitutionibus determinatam Principes Directores egrediantur. Licet magnum Justitiæ zelum similes prætextus præ se ferant. Quia utique & Circuli omnes & eorum Directores Imperialem agnoscunt jurisdictionem, cum Imperator etiam illorum sit supremus generalis Capitaneus. *R. J. anno* 1569. §. 47. Et ad justitiam Imperialem omnes decisiones similium Causarum pertineant, ad evitandam confusionem, quæ aliàs exoriretur, maximam. Tot enim in Imperio futuri essent Imperatores, quot in singulis Imperii Circulis Directores numerantur, si jurisdictio & Judicata Imperatoris, nec non eorundem revisio, ab eorum arbitrio dependerit; Cum tamen Constitutiones Imperiales, formam, modumque & remedium satis clarè determinent & præscribant, quibus experiri illa pars possit, quæ si per sententiam Imperialem injustè gravatam esse arbitratur: quæ omnes Constitutiones Imperiales è medio tollerentur, si sententiæ Imperiales, & earum effectus, executioque in suspenso tamdiu remanere deberent, usque dum directorum Circuli beneplacitum iis accederet; Verum tamen in Constitutionibus Imperii aliud longe ordinatum & decisum est, quod nimirum Directores Circulorum, & alii, quibus Executio sententiarum Imperialium committitur, illam realiter perficere, & in effectum deducere, ex obligatione sui officii teneantur, & per mandata sine clausula ad eam compelli possint, ut tantò minus jurisdictionem sibi aliquam, aut superioritatem noviter arrogare queant, cum potius juramenta fidelitatis, quæ Imperatori, ipsos cum jurisdictione in suis provinciis investiendi, solenniter præstant ipsos ad obedientiam, & fidelitatem ergà suam Cæsaream Majestatem perpetuò observandam arctissimè obstringant.

6. Ostenduntur perniciosæ consequentiæ, si Imperatoris jurisdictio affligatur.

7. Directoribus Circulorum incumbere executionem sententiarum Imperialium, & ad eam faciendam mandatis pœnalibus S. C. posse compelli.

Porrò si Imperator in similibus, aut aliis Causis inter Status Imperii unius Religionis Commissiones Imperiales decernat, atque Commissario Catholico illos deferat, talis ordinatio Instrumento Pacis *art.* 5. §. 50. non contrariatur, præsertim si partes litigantes se Commissioni sic decretæ submittant, cum jam commissiones quam plurimæ post Instrumentum Pacis in Comissarios Catholicos, ordinatæ sint, atque Directores Circulorum à multis Commissionibus & expeditionibus se ipsos excluderent, si principio illi firmiter insistere vellent. Tum verò Commissarius Imperatoris minimè recusari potest, si jam antea in locis controversis personaliter subsistat, tunc enim omnia, quæ à Directoribus Circuli peraguntur, cum ipso communicanda sunt ex *præscripto Recessus Imperii de an.* 1555. quibus accedit, quod omnis sinistra suspicio cesset, quando partes litigantes uni Religioni sunt addictæ, utpote quo in casu nullus religionis favor prætendi potest; Neque unquam supradicta dispositio pacis ad effectum & observantiam deducta est, cum etiam in causâ Danicâ contra Ducem Holsatum *an.* 1688. Catholici Commissarii deputati sint, & adhuc hodiernâ die tales illic commorentur, ex certo & firmo principio, quod Status Imperii per votum Imperiale in Comitiis Ratisbonensibus Imperatorem requisiverint, ut Commissarios Imperiales ex Aulâ suâ Imperiali ad illam commissionem mittere, & destinare vellet, qui etiam sine contradictione admissi, & causa per eosdem illo tempore amicabiliter composita est; Unde in similibus comissionibus, ratione Commissariorum Catholicorum, inter partes Confessioni Augustanæ addictas, de consensu & approbatione totius Imperii abundanter constat: ut hic taceam: quod Directores circulorum recusari possint

8. De Commissionibus & Commissariis in similibus causis principaliter quo ad punctum Religionis determinandis.

possint, si causæ recusationis contra ipsos existant. *R. 7. Anno* 1654.

9. Quisnam actus occupatæ possessionis, inter duos litigantes, sit approbandus.

Quod si pars una vel altera ex litigantibus vel ambæ, vacantis Principatus possessionem apprehendere studeant, obstat illis Doctrina *Gailii in tract. de Arrest. Imper. cap. 1. n. 22.* ubi dicit: *quod ille solum in possessione sit tuendus, qui eam non vi, non clam, non precario, sed legitimè acquisivit, quia culpantur capaces hæredes qui, nimiâ sibi opinione præventæ possessionis blandiuntur, dùm callidè & occultè extremum exhalantis animæ spiritum cupidè exspectant, ut cæteros cohæredes, quos ordo successionis ex æquo contingit, absentes vel ignorantes, præventione quâdam antiquioris possessionis antevertant; quorum anticipata possessio, cum sit violenta, vel saltem clandestina, & initio vitiosa, non debet ullum juris effectum operari, quia videtur hæredem possessione suâ spoliare, & quod vi vel clam factum est, neminem debet tueri, sed potius Magistratus providere, ne quid simile, malo exemplo, in rempublicam irrepat, sed potius à judiciis excludatur.* Quæ jura in hoc casu tantò potentius applicari possunt, quia ambæ partes apprehensionem possessionis tentârunt, ita ut illa, quæ residentiam occupavit, gloriari non possit, quasi per eam totum Principatum apprehendisset, cum præsertim Imperator, ante mortem ultimi Ducis, utrique possessionis apprehensionem inhibuisset, cui prohibitioni debitam obedientiam, ambæ partes promiserunt; Atque exindè altera pars declaravit, quod nunquam possessionis apprehensionem in animo habuisset, sed decisionem Imperialem quietè exspectasset, nisi pars alterâ suâ possessione illam studuisset prævenire; reliquisset tamen reliqua omnia in statu quo, & denuò in manus Imperatoris omnes actus possessionis resignare. Quemadmodum etiam sua Cæsarea Majestas possessionem totius Principatus per suum commissarium apprehendit, atque ejus administrationem, usque ad litis decisionem, vel amicabilem compositionem ordinavit. Itaque ex actibus ambarum partium nulla potest justa possessio derivari, cum ambæ asserant, se animum possidendi non habuisse, sine quo tamen possessio nulla acquiritur, præsertim ex doctrinâ *Gailii supra citati* tam vitiosa.

10. Nullam esse in hoc negotio cognitionem Circulorum.

In quâ etiam possessionis controversia Directores Circulorum nullum inveniunt locum; utpote quibus nulla Constitutio Imperii, decisionem similium causarum, vel apprehensionem Principatûs vacantis, ubi nullus armorum strepitus publicam quietem turbans, ullibi apparet, nequaquam tribuit; Nec verò prætensio vel prætextus, quasi causæ legitima cognitio, & ordo processus omissus esset, Circulari Directorio quicquam attribuit. Major est præsumptio pro Imperatore, ejusque supremo tribunali, quam ut tales fictæ imputationes ullum inveniant locum;

Ut silentio prætereatur, quod omnia sint partis unius vanissima figmenta, cum in causâ possessorii sæpius sit submissum, & pro sententiâ maturandâ imploratum judicis supremum officium, sicuti acta passim docent, atque in jure determinatum est, quod partium consensu super possessorio soleat & debeat pronunciari, *Menoch. Remed. Adipisc. 4. n. 858.* intantum, ut Judex sententiam in possessorio, partibus petentibus, denegare non possit; qui priùs semper de possessione quam de proprietate tractandum est, ita, ut inchoato jam licet petitorio, possit nihilominus possessorium intentari & decidi, *per textum Expressum in C. pastoralis. de caus. possess. & propriet.*

11. Super possessorio prius pronunciandum.

Neque semper in tali casu processu formali, & conclusione partium, inrolulationeque Actorum opus est, sed ex clarâ dispositione *Cap. Cæsar. art. 39.* Atque juris feudalis, si exhibeantur anteriores investituræ, altera pars litigantium in possessionem feudi est immittenda, & altera ad processum, judicialem remittenda; apparuit autem ex actis ventilatis, quod *anno* 1621. in divisione fratrum alteri Principatus N. & alteri Principatus O. quam Divisionem Imperator suô Diplomate approbavit, sed cum tali conditione & formâ: Daß nichts destoweniger beede mit dem gantzen Hertzogthum in gesambten Hand/ jeder mit dem halben Theil belehnet werden/ also daß es sich begeben thäte/ daß einer unter ihnen von Todts wegen abgehen/ und keine Männliche Lehens-Erben hinter sich verlassen würde/ daß alsdann sein Land und Leute/ an den andern/ und dessen Lehens-Erben kommen/ und fallen solten etc. Und dieselbe Ihrer beeden Hertzogen und Leut/ Fürstenthum/ Graffschafften/ und Herrschafften sollen allezeit von ihnen und ihren Lehens-Erben in ungeschiedenen Lehen bleiben/ immassen auch die von Weyl. Hertzog N. und Hertzog N. Gebrüdern/ vermög deß von 3. Martii 1621. verfasseten Theilungs-Recess, und Erb-Vertrages vorgenommen/ und vom Kayser Ferdinando dem 3ten letztmahls im jüngst-gegebenen Lehen-Brief confirmirte Ertheilung ihrer Lande/ ihnen und ihren Lehens-Erben/ in ihrer gesambten Hand keinen Schaden bringen/ sondern dieselbe Ihrer Hertzog- und Fürstenthum/ Herrschafften/ Land und Leut/ sollen allezeit/ nach Väterlichen Stammens-Linien/ und darnach von einem auf den andern kommen und fallen/ gleicherweiß/ als ob sie von einander nicht gesetzt/ noch zertheilt wären/ alles ohn Gefährde etc.

12. In possessorio quo ad investituram, & possessionem feudi consequendam, non esse opus formali processu.

13. Quis secundum priores investituras & cap. Cæs. sit investiendus & in possessionem feudi immittendus.

Similes investituræ litteræ expeditæ sunt, ab anno 1621. Ab Imperatore Ferdinando II. *Anno* 1651. à moderno glorosissimo Imperatore *Anno* 1659. & denique renovatæ pro moderno feudi possessore *Anno* 1693. Nec poterat illi denegari investitura & possessio feudi secundum tenorem præcedentium investiturarum, & Capitulationis Cæsareæ *supra citato articulo 39.* cujus formalia sunt sequentia: Wir wollen auch die

die Lehen und Lehen-Brieff nach dem vorigen Tenor unverweigerlich / und aller Contradiction als welche zum rechtlichen Austrag zu verweisen: ungehindert wiederfahren / dabey auch dieselbe über die Edition der alten pactorum familiæ, mit Exhibition neuer ein oder anderer Hauß concernirender und von dem Lehenthum keine Dependenz habender / nicht beschweren / vielweniger die Reichs-Belehnung wegen Erstgedachter Edition der pactorum familiæ, die seyen neu oder alt / aufhalten lassen. Itaque altera pars ad processum judicialem est remittenda, quia Communis sententia sine contradictione, est hæc, quod Dominus Directus teneatur Vasallum investire, eique possessionem feudi tradere, cui illud promisit. Textus in jure feudali sunt clarissimi *in lib. 2. feud. tit. 26.* in quo sequentia reperiuntur verba: *si facta de feudo investitura pœniteat Dominum, antequàm possessionem transferat, an præstando interesse liberetur? quæsitum fuit: Responsum est: prætermissa illa condemnatione, Dominum possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellendum.* Et alius textus clarus *in lib. 2. feud. tit. 7. §. fin.* cujus verba sunt sequentia: *Investiturâ vero factâ, & fidelitate subsecutâ omni modo cogatur Dominus in vacuam possessionem mittere, quod si differat, omnem utilitatem præstabit.* Ad dandam ergò investituram eò fortiùs obligatus est Dominus feudi, si Vasallus eam petens cum defuncto in simultaneâ stetit investitura, & qui in successione lineali, nach Vätterlichen Stammens Linien / primogenitus & proximus est successor. Nam linealis successio est jus, quod restringitur ad lineas filiorum, ut semper linea prior subsequentem excludat, *Schilter. in Corp. Jur. feud. de natur. success. feud. cap. 4. §. 2. cum ibid. alleg.* Ita ut alter succedere non possit, donec ordo primogenituræ ad ipsum pertingat. Pro primogenito autem, & simultaneè investito militant omnia jura, ita, ut etiam in sola exspectativa Dominus Directus existente conditione, feudum apertum Cessionario vel ejus hæredibus tradere, & in possessionem mittere teneatur, per textum supra citatum. *2. feud. 26. §. quod si facta.* in tantum, ut ad præstationem quoque fructuum & omnis utilitatis teneatur, si traditionem differat. *2. feud. 7. ult.* Hoc est ad omne illud, quod habuisset Vasallus, si ab initio statim possessio feudi tradita fuisset. Uti *Dd. notant ad dict. text. Schneidvv. de feud. p. 4. n. 1. in fin. Schrad. part. 5. c. 2. n. 18.* Ubi rationem addunt, quia mora Domini hoc meretur, *Rosenth. de feud. c. 6. conclus. 7. n. 4.* Et amplius progrediuntur, quod si Dominus rei feudalis possessionem Vasallo tradere nolit, proprietate feudi privari, eaque Vasallo petenti applicari possit, *Matth. de Afflict. 2. feud. 26. n. 27. Schrad. de feud. p. 8. c. 2. n. 7. Rosenthal. Concl. 7. n. 2.* Imò Vasallus licentiam habeat feudi vacantis possessionem propria authoritate apprehendendi. *Gail. 2. obs. 152. n. 14. Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 16. Coler. decis. 93. num. 5. p. 1. Burchard.* Uffelen *de gratiis exspectat. posit. 10. §. 7. & seqq.*

14. Quæ sit linealis successio?

15. Quare Dominus simultaneè investito vel exspectantiam habenti possessionem tradere teneatur?

Quantò magis si Vasallus in simultaneâ investitura cum defuncto stetit, juramentum fidelitatis præstitit, & cum adhuc tum vivente Vasallo simultaneè investitus est; Simultanea enim investitura tribuit jus in feudo cum possessore commune seu simultaneum, plus quam expectativa, ac per illud investitus, ac descendentes eorum succedunt, ut nulla dispositio in feudo in ipsorum præjudicium fieri possit, *Struv. de feud. c. 9. concl. 16.* ubi varia præjudicia adfert; nam in casu simultaneæ investituræ coinvestitus Vasallus succedit defuncto, *lib. 2. feud. tit. 12. & 18. Schambogen. de feud. tit. 14. §. 11.* Atque etiam in abusiva investitura consequitur Vasallus jus irrevocabile ad feudum consequendum, quod Dominus ei tradere tenetur, *per d. text. in lib. 2. feud. 67.* præsertim si investitus jam fidelitatem promiserit; *Schambogen d. c. 14. §. 37. & seqq.*

16. Effectus investituræ simultaneæ.

Hæc sententia est tam communis, & ab omnibus approbata, ut nullum habeat contradictorem. Investitus agere potest, ait *Schilter. in Corp. Jur. feud. ad c. 20. §. 1.* Ut Dominus ei possessionem Corporalem tradat. *d. l. §. 2. & 4.* ubi allegat *Instrum. pac. art. 11. Teneatur Dominus Elector Comiti à Tattenbach investituram renovare.* Item: *Teneatur Domino Electori Episcopus Halberstadiensis in feudum perpetuum, & in possessione ejusdem quieta constituatur.* Item: *Concedatur Domino Electori Expectantia in Archi-Episcopatum Magdeburgensem; ita, ut post mortem Administratoris ei tradatur, & conferatur in feudum perpetuum, sitque eidem jus autoritate propria vacantem apprehendendi possessionem.* Ex quibus omnibus apparet, quod Dominus Directus Vasallo, cui investituram simultaneam, vel expectativam concessit, in possessionem feudi immittere teneatur. *Schilter. in corpore juris feud. de simult. investit. princip.* Ubi *c. 2. §. 4.* tradit: in Marchionatu Hohenbergico non successisse lineam Badensem, nisi ex pacto simultaneæ Investituræ *Lymn. J. P. lib. 5. c. 5.* quia simultanea Investitura Jus reale tribuit. *ibid.* Hinc *Struv. de feud. c. 8. Aphor. 9. num. 3.* ait: Consistit obligatio Domini in eo, ut feudum tradat Vasallo, vel patiatur illũ ipsum ingredi possessionem, & rem occupare, & quidem taliter, ut Dominium utile revera in Vasallum transferatur, ne ex morâ omnem utilitatem Vasallo præstare teneatur. Ad quod consequendum datur Vasallo Actio ex Contractu feudali seu investitura, & tribuitur ipsi, ut propriâ auctoritate possit feudum occupare, vel actio ex interdicto adipiscendæ, vel imploratio officii judicis, ut in possessionem mittatur, *Struv. dict. loc. aphor. 10.*

Hinc in præsenti casu nullo processu formali opus est, ex capitulatione Imperiali supra citata; Prout Consil. Imperiale aulicum, ubi de facti veritate constat, ad solennitates processus non adstringitur, *Ord. Consil. Imp. Aul. tit. 2. §. 9.* Atque sic jam observatum est, inter easdem partes *anno* 1693. quo tempore altera pars ad investituram admissa, altera ad processum remissa; post-

17. Quando processu formali non est opus.

poſteaque cauſa amicabiliter compoſita eſt. **18 Omne jus ſuccedendi in feudo dependet ab inveſtitura.** Omne enim jus ſuccedendi dependet ab inveſtitura, & ille ſucceſſionis ordo tenendus eſt, qui verbis inveſtituræ præfigitur. *Hartmann. Piſtor. quæſt.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.* quia tenor inveſtituræ omni feudorum naturæ derogat: Conſequenter illi parti poſſeſſio tribui non poteſt, quæ nec exſpectativam immediatam, nec ſimultaneam inveſtituram, nec alium titulum pro hoc tempore poteſt oſtendere. **19. Titulum requiri & titulatam poſſeſſionem eſſe manutenendam.** Neque reflectendum eſt ad aliquam feſtinatam occupationem, cum feudum occupare nemo poſſit ſine titulo, ſed talis occupatio tanquam improba & vitioſa conſiderari non debeat. Potius verò ille in poſſeſſione tuendus ſit, cujus jura ſunt potiora; quia titulata poſſeſſio præfertur non titulatæ, *Menoch. remed. retin.* 3. *num.* 734. *Mev. part.* 2. *deciſ.* 247. Et cum verſemur in remedio potius adipiſcendæ, quam retinendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis, poſtquam partes omnia in manus Imperatoris reſignârunt, illa potius in poſſeſſionem immittenda eſt, quæ tenorem priorum inveſtiturarum, & ſimultaneam inveſtituram pro ſe habet, atque confirmationi Imperiali fraterni pacti, deſuperque multis annis ſecutarum inveſtiturarum innititur.

20. Primogenitura poteſt etiam conſtitui in bonis acquirendis. Si verò de primogenitura moveatur quæſtio, utrum & quando in feudo introducta ſit, cùm teſtator tempore conditi ſui teſtamenti Principatum, de quo quæſtio eſt, nondum poſſederit, tamen attendenda ſunt verba teſtamenti, in quibus mentio facta eſt, daß auch der Zufall vor oder nach ſeinem Todt darunter verſtanden ſey/ und die Güter/ ſo ſeine Brüder beſitzen/wann dieſelbe nach ſeinem Todt ſeinen Kindern zufallen / bey dem regierenden Herrn bleiben / und derſelbe ſeinem jüngern Bruder alsdann deſto gröſſeres Apanagium reichen ſolle; quale teſtamentum ſine dubio in jure eſt validiſſimum: Cum interpretes communiter tradant, quod primogenium etiam in re alienâ conſtitui poſſit, & hæres teneatur eam emere, & in ſucceſſorem primogenii transferre, *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 70. Imo quod conſtitui poſſit primogenitura, non ſolum in bonis præſentibus, ſed etiam futuris imo etiam in iis, quæ poſt mortem teſtatoris ab hæredibus ipſi ſuccedentibus acquiruntur, *Beſold. part.* 3. *conſ.* 133. *num.* 151. *Knipſchild. de fideicommiſſ. cap.* 5. *num.* 93. *& ſeqq.* Cum primogenituræ conſervationem Principatuum, & ſplendorem familiæ poſt ſe trahant, *Knipſchild. d. tr. cap.* 9. *num.* 26. Id quod etiam juri communi conſonum eſt, quo res aliena, & hæredis propria legari poteſt, ut hæres eam retinere, & legatum præſtare teneatur, *l. unum* 67. §. *ſi rem.* 8. *ff. de legat.* 2. *l.* 14. §. *fin. ff. de legat.* 3. *l.* 10. *quod licet. de legat. Schambogen. Inſtitut. lib.* 2. *tit.* 26. quæ doctrina tanto potentius operatur, quando bona, quæ tempore teſtamenti adhuc ab aliis poſſidentur neceſſariò ad teſtatorem vel ejus hæredes recidunt, ſicut hic teſtator, & ejus fratres in ſimultaneâ inveſtitura comprehenſi fuerunt, ut eò majorem Teſtator habuerit poteſtatem de talibus feudis diſponendi, cum in jure notiſſimum ſit, quales effectus inveſtitura ſimultanea poſt ſe trahat, *C. J. it princip. de frat. de nov. feud. inveſtit. cap.* 1. §. *ſin autem unus ex fratribus de his qui feud. dare poſſ.* Quia inveſtitura ſimultanea eamdem vim habet, ſicut feudum antiquum. *Hart. Piſtor. quæſt.* 20. *num.* 19. & tribuit jus ſuccedendi validum. Nam quamvis regulariter de feudo teſtari haud licitum ſit, id tamen limitatur in conſtitutione primogenituræ, quæ abſque conſenſu agnatorum, & ſecundogenitorum introduci poteſt, præſertim ſi etiam in caſum bonorum adhuc acquirendorum ſecundogenito convenienti Apanagio ſit proſpectum. **21. Inæquales portiones in feudo inter filios.** Poteſt enim pater in feudo, etiam antiquo, inæquales portiones inter filios diſtribuere, dum ejus quoque in allodiis hæredes ſunt neceſſarii, 2. *feud.* 55. *&* 2. *feud.* 51. §. *filius*, ſicque eum repræſentantes illius elogium ſervare teneantur, *L.* 14. *Cod. de rei vind.* §. 1. *Rhet. de feud. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 1.

In hoc autem caſu omnis dubietas, & controverſia ceſſat, poſtquam paternum teſtamentum filii agnoverunt deſuperque tranſegerunt, ut proindè illud amplius detrectare non poſſint, ſed paternam voluntatem ſemel agnitam ſequi teneantur, *l. cum à matre.* 13. *Cod. de rei Vind. L. parentibus.* 8. §. 1. *l. ſi quando* 35. *Cod. de inoffic. teſt. Knipſchild. de fideicommiſſ. cap.* 5. *num.* 121. quibus adjungitur confirmatio Imperatoris Maximiliani II. qui *anno* 1574. ultimam teſtatoris voluntatem, in eâque erectam primogenituram, in omnibus clauſulis, punctis, Articulis, & expreſſionibus taliter confirmavit: Daß es in allem vollzogen/ und weder von deß Teſtatoris Söhnen und Erbnehmen / auch deren Nachkommen / noch ſonſt jemand anderm inner und auſſer Gerichts / dawieder etwas fürgenommen / gehandelt oder verſtanden werden ſolle / in gar keine Weiß: wie wir dann über daſſelbig alles hiemit unſer Kayſerliches Decretum und Authoritæt interponirt, und alle Mängel und Gebrechen / ob einige in ſolchem Teſtament vorhanden/ oder etwas deß jenigen / ſo von Rechts und Gewohnheit wegen gebraucht ſeyn ſolte/wäre unterlaſſen worden/ aus Römiſcher Kayſerlicher Macht Vollkommenheit erfüllt/ und erſtattet haben wollen. Ex quibus abundanter apparet, quod Elogium Teſtatoris, & in eo facta erectio primogenituræ eò minus impugnari poſſit, quaſi Teſtator eo tempore quædam bona in ſua poſſeſſione non habuiſſet, quia eadem neceſſario ipſius filiis, tanquam ſimultaneè inveſtitis atti-

attribui debuerunt, ex quo fundamento primogenitura à Testatore erecta ad illa etiam bona extendi potuit. Atque e circa hoc eo minùs dubium occurrit quia filii & Nepotes in ultimam Testatoris voluntatem ultroneè consenserunt, atque illa confirmatione Cæsareâ, secundum modò supra dicta, confirmata est, quæ postmodùm ab aliis successoribus mutari aut everti ampliùs non potuit, quia non minùs in his, quàm in illis, militat ratio conservandi in integro principatum, & splendorum familiæ; Et primogenitus, si renunciaret, juri quidem suo, nullâ tamen ratione in liberorum præjudicium renuntiare posset. *Tiraquel. de jur. primog. q.* 26. *n.* 4. *Vitriar. Inst. Jur. publ. lib.* 3. *tit.* 20. *Myler. de princ. & stat. Imp. cap.* 21. *Springsfeld. de Apanag. cap.* 3. *n.* 228. quia posteris in jure primogenituræ jam introducto, & jure quæsito ampliùs præjudicari non potest; præsertim cùm ab *Anno* 1621. omnes Vasalli investiti fuerint, nach våtterlichen Stamms-Linien / & quidem sub tali expressâ conditione, ut in casu extinctæ unius lineæ altera succedere debeat, in toto Principatu simili modo, ac si principatus nunquam divisus vel separatus fuisset. Undè nullum ex eo deducitur validum argumentum, quod Principatus à duobus olim divisim possessus, semper divisus manere debeat, quia unius possessio alteri non prodest, nec hæredi datur manutentio ex possessione defuncti, absque novâ apprehensione, *Posth. de manuten. observ.* 55. *n.* 1. *&* 2. si præsertim clara pacta posteriora & investituræ obsistant, Et in hoc nostro casu alia quæstio non occurrit, nisi cui ex duobus prætendentibus possessio & investitura, juxtà tenorem priorum investiturarum tribuenda sit, ubi pro primogenito, & simultaneè investito omnes rationes concurrant, & qui proindè meritò victoriam reportavit.

22. *In Comitatu Imperii immediato, licet Comes non immediatè ab Imperatore, sed ab aliquo statu investituram recipiat, tamen Imperator est Judex.*

Annectenda hic est controversia acerrimè nuper disputata, *an Comitatus, qui sessionem & Votum in Comitiis habet, & collectas Imperio persolvit, sicque Comes Imperii status immediatus est, nihilominus tamen ab alio Imperii statu de Comitatu illo investitur, quis in lite inter Vasallos suborta legitimus sit Judex, sicque Camera Imperialis Jurisdictionem in hoc casu exercere possit?* Camera Imperialis litem hanc ad se trahere conata est, ideoque mandatum de non alienando & dilapidando fideicommisso, nec non Citationem ad videndum se declarari hæredem ex semisse in bonis feudalibus decrevit, allegando insuper præventionem præ Consilio Imperiali Aulico, & quod non sit feudum Imperii immediatum, sed mediatum saltem, utpote cujus investituram alius Imperii status Vasallo largiatur, neque de toto feudo, sed tantummodo de parte sit controversia, quo in casu Imperator sibi nihil reservaverit, neque proinde Camera cogi possit, ut jurisdictionem sibi impetentem derelinquat, cum id fieret contra *Recessum Imperii de anno* 1654. ebenmåssig 166. Neque Cameram teneri rationem reddere de suis processibus decretis, sed solum submississimo respectu Imperatori quandam transmittere informationem, cum soli Visitatores ejus judicata possint examinare, aliàs verò omnia præjudicia jurisdictioni suæ inferenda; & liberum justitiæ cursum impedientia, posse negligere.

Verum enim verò Imperator & ejus Consilium Imperiale Aulicum meritò sustinuerunt, Cameræ nullam in hoc casu competere jurisdictionem, cum Comitatus iste feudum sit immediatum Imperii, licet ab alio statu Vasallus de eo investiatur, quia illa investitura peragitur nomine Imperatoris, tanquam ipsius Commissario *Strauch. dissert.* 10. *thes.* 22. *Itter de feud. Imp. cap.* 6. *n.* 11. ubi refert, quod investitura Ducatus Holsatiæ, Stormariæ, & Ditmarsiæ antiquioribus temporibus, ab Episcopo Lubecensi, tanquam Cæsaris ad hoc deputato perpetuo Commissario fuerit peracta, annotante *Limn. tom.* 1. *addit. ad lib.* 5. *n.* 9. §. 874. & hunc morem durasse usque ad tempora Christiani II. Daniæ Regis, hunc enim ab Imperatore de Holsatiæ Ducatu hoc pacto investitum fuisse, ut imposterum ab ipso Rege investituram consequerentur, quod tamen iterum mutatum & in hodiernum Holsatiæ investituram Imperator largitur. Atque id meritò, quia nemo potest de feudo Regali investire, nisi solus Imperator. *C.* 1. *de feud. Marchiæ C.* 1. *quis dicatur Dux. Rosenthal de feud. lib.* 2. *conclus.* 1. *Paurmeister cap.* 8. *n.* 3. *Consil. Marpurg. vol.* 4. *cons.* 37. *n.* 47. ut idcircò investituræ ab aliis Statibus, non nisi nomine Imperatoris, & ex ejus commissione celebratæ esse dici possint, & ad Cæsarem pertinet interpretatio, quid sibi in his causis reservaverit, cum Camera prætendere nihil possit, quod ab Imperatore non est illi communicatum. Et hinc allegata præventio nullum hic obtinet locum, quia nulla in hoc casu Cameræ competit concurrentia, ita, ut nec per compromissum Camera de feudis regalibus possit indicare, *Itter. cap.* 23. *n.* 5. idcirco verba in Constit. Imp. welche von dem Reich zu Lehen rühren / intelligenda sunt vel mediate vel immediate, quia Imperator per alium Statum Vasallo investituram largitur Regiments-Ord. *Anno* 1521. §. 6. Deinceps verò plurima ad sunt præjudicia in similibus casibus, veluti in Comitatu Comitum de Reussen / qui Comitatus est feudum Bohemiæ, & nihilominus controversia super jure primogenituræ in Consilio Imperiali Aulico tractatur, de successione Comitatus Rittbergensis; qui est feudum Hasso-Cassellanum, res in Consilio Imperiali Aulico discutitur. Idem apparet in Comitatu Falckensteinensi, feudo Lotharingico, in Oberstein / feudo Trevirensi, & quampluribus aliis, ut proinde rectè moneat *Grotius lib.* 1. *de I. P. & B.* cavendum esse, ne ambiguo nominis sono decipiamur, Ut taceam alias hic specialiter concurrentes circumstantias, quod scilicet tractetur de primogenitura in feudo erecta, & ab Imperatore non confirmata, atque tota privilegii substan-

stantia trahatur in controversiam, qualis causa nullam omnino Cameræ discussionem admittit, prout etiã, quando de divisione feudi Regalis controversia movetur, & Sub-Vasallus dependet quoque à superiori Domino, à quo investiens jus & commissionem habet. Itaque asserta est ab Imperatore Jurisdictio Consilii Imperialis Aulici, & cassata Cameræ omnia judicata, cum non solum ob qualitatem feudalem, sed etiam magnitudinem causæ, & eminentiam personarum Imperatori jurisdictio super omnibus Principatibus & Comitatibus Imperii, si de illis uni vel alteri parti adjudicandis agatur, sit reservata, sive talia bona & provinciæ titulo investituræ, sive alio quovis, donationis scilicet, remunerationis, venditionis, privilegii, vel simplicis concessionis sint collata, & sive de toto, sive de parte Comitatus agatur, ut omnia in contrarium acta, si quæ ostendi possent pro meris usurpationibus sint habenda, prout in hoc & aliis pluribus contingentiis supra hinc inde allegatis Cæsarea Majestas declaravit.

CONTINUATIO.

De Retractu feudali.

SUMMARIA.

1. *Proponitur facti species.*
2. *Retractum feudalem esse in jure feudali expressè fundatum.*
3. *Imo esse favorabiliorem retractu gentilitio.*
4. *Recensentur exceptiones reorum.*
5. *Vicinorum locorum consuetudinem attendi.*
6. *Jus retractûs non pertinere ad regem aut Principem, nec ad Ecclesiam vid. n. 11.*
7. *Si res, pendente retractu pereat, perire retrahenti; ex Masver.*
8. *Stabilitur jus retractûs feudalis textibus & rationibus.*
9. *Etiamsi ex pacto Investituræ Vasallus possit vendere sine licentia Domini.*
10. *Nisi in aliquo loco jus retractûs non sit in usu; secus non.*
11. *Longi temporis non usum hic non nocere.*
12. *Paponium concedere retractum feudalem Regi & Principi Ecclesiastico.*
13. *Syndicos Principum & Collegiorum posse agere sine speciali mandato.*
14. *Quæ sint requisita hujus Contractûs.*
15. *Quid si plures res sint venditæ, quanam possint retrahi.*

1. Proponitur facti species. FActi species, quæ de retractu feudali proposita est, sequenti modo se habuit: Baro N. vendidit Villicaturam sive Præturam cum pertinentiis pretio N. quæ est feudum dependens à Principe. Sed Syndicus Principis impedivit Contractus approbationem, eò quod Dominus feudi nollet consentire alienationi feudi factæ in extraneum, sed potius uti potestate suâ feudali, & illud retinere, seu ab emptore retrahere reddendo Emptori pretium, quem idcirco petiit citari ad illud recipiendum, cum expensis, offerens aliàs pretii depositum. Fundamenta Actoris potissimum hæc sunt: quod
2. Retractum feudalem esse in jure feudali expresse fundatum. hoc jus retractus feudalis fundatum sit in expressâ constitutione juris feudalis, nimirùm in *lib. 2. feud. 1. 9. §. porrò.* in his verbis: *Porrò de consuetudine concessa erat Domino feudi pro æquali pretio redemptio, nisi hoc beneficium amiserit Dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo scivitt, computando.* Et *arg. l. 3. C. de jure Emphyt.* in verbis: *Et siquidem Dominus hoc jure uti voluerit, & tantam præstare quantitatem, quantam Emphyteuta ab alio recipere potest, ipsum Dominum omnimodo hoc comparare.*

Quia hoc jus retractûs feudalis in Gallia & passim in omnibus provinciis, ubi communia feudorum jura obtinent, sit radicatum, *teste Rosenth. de feud. memb. 2. cap. 9. Concl. 87. du Mulin. ad consuetud. Paris. tit. 1. art. 20. n. 20.* ubi ait: quod retractus feudalis tacitè insit ipsi investituræ, quia censetur celebrata secundum consuetudinem loci, & naturam actus, ut istud jus retractûs sit tacita conventio, existens ipsi pacto feudi inter Dominum & Vasallum contracto, adeoque favorabilior contractu gentilitio, cum sit connaturalis, ipsi feudo originaliter existens; *de Moulin. d. loco gl. 4. n. 8. in novis.* Cui consentiunt unanimiter Doctores, & inter eos *Wesenb. Cons. 73. n. 40. & seqq. p. 2. Chassan. ad Consuetud. Burgund. rubr. de fiefs. §. 1. in verb. sens le consentement. n. 4. Mulin. ad Consult. Paris. tit. 1. §. 13. in text. & gl. 1. n. 5. & 6. in antiq. edit. Tizaq. du retrait. Linag. §. 1. gl. 9. n. 146. & n. 149. & seqq. Masuer. in suâ praxi tit. de fiefs. n. 3. Rosenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 87. per tot.* quia sine dubio constitutiones feudales apud omnes, & ubique locorum ubi aliud consuetudine vel statuto introductum demonstrari non potest, jus commune faciunt, ut tradit *Guido Pap. decis. 279. n. 1.* Et hoc jus retractûs in feudis, non propter particulares locorum consuetudines, vel leges statutarias retractum indulgentes, sed ex generali feudorum consuetudine, in bonis feudalibus, ubicunq; Regionum sitis, ubi usus feudorum viget, Dominis Directis competit, aut authoritatibus sat multis comprobat *Rosenthal. de feudis. d. c. 9. memb. 2. concl. 87. memb. 2.* Ex quibus fundamentis Syndicus petiit emptorem citari ad pretium recipiendum, vel illud consignari, & de se præturâ investiri.

[Margin, beside "adeoque favorabilior contractu gentilitio": 3. Imò esse favorabiliorem Retractu gentilitio.]

Sed

Sed varias reus Actori exceptiones objecit, & primo quidem, Retractum dominicalem, seu feudalem, nec de consuetudine, nec de jure in patriâ N. esse fundatum. Non de consuetudine, quia nullus actus exercitus demonstrari possit, non de jure, quia nec jura Communia feudalia, nec statuta de eo quidquam disponant. Quod enim Actor pro se adferat textum in *lib. 2. feud. tit. 9. §. porrò.* in eo tantùm contineri relationem, seu narrationē antiquati & aboliti juris seu Retractus dominicalis, quod olim in usu erat, cum vigeret consuetudo facultatis alienandi, quæ etiam, ut antiquata, in eodem titulo recenseatur. Quod si etiam juxta jus novum, quo alienari feuda non possunt sine consensu Domini, res consideretur frustrà fit sermo de feudi prohibitâ alienatione; Posita verò licentiâ alienandi à Domino concessâ, non competit amplius Domino Retractus, cui consentiendo alienationi renuntiavit, & in alium transtulit rei possidendæ & habendæ facultatem. Hinc in statutis solum de Retractu gentilitio, nullam verò planè de retractu Dominicali fieri mentionem. Id quod procul dubio non fuisset omissum, si jus illud Domino directo competiisset. Hinc nullâ apparente consuetudine, vel statuto patriæ, quod tale jus tribuat, rectè inferri, quod non habeat locum, præsertim cum nec in Viciniâ exerceatur, & alias etiam vicinorum locorum attendatur consuetudo. *Molin ad consuet. Paris. t. 11. §. 47. gl. 5. n. 3. Menoch. Cons. 228.* Imò æquitatem & usum commerciorum hunc Retractum impedire, eò quod imposterum ejus intuitu nemo à Vasallis sit empturus. Hac de Causâ in Galliâ jus Retractus non pertinere ad Regem, referente *Papon. in suis Arrest. lib. 11. tit. art. 7.* Et multò minus spectare posse ad Principem aut Dominum Ecclesiasticum cum respectu Officiorum secularium, quorum Ecclesiastici sint incapaces; Cum etiam in patriis, in quibus consuetudine tale jus est receptum, tamen ordinariè excludantur Ecclesiæ. *Papon. d. loco Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 20. gl. 1. n. 26.* His accedere, quod Syndicus instituerit actionem citra Principis speciale mandatum, cùm tamen ad instituendum Retractum speciale mandatum requiratur. *Covar. c. 6. Tiraq. de Retr. lin. §. 1. gl. 10. n. 97. & 99.* quia actio Retractûs est gravissimi momenti, utpote à qua intentata recedere non licet, & si eâ pendente res pereat, perit retrahenti, *Masv. in suâ prax. c. 27. n. 25.* in iis, à quibus sunt gravioris momenti, mandatum cum liberâ non sufficit, nec habet vim specialis. *Faber. in Cod. lib. 2. tit. 8. def. 1. fol. 33.*

4. Recensentur rei exceptiones.

5. Vicinorum locorum consuetudines.

6. Jus Retractus non pertinere ad Regem aut Principem, nec ad Ecclesiam; vid. n. 11.

7. Si res pendente Retractu pereat perire retrahenti.

Verùm ego Rationibus appellati non obstantibus pro Syndico Principis quod retractus feudalis locum habeat, existimo esse pronuntiandum; cum iste retractus fundatus sit in expressâ dispositione juris feudalis. *in c. 1. §. porrò. t. 9. qualiter olim feud. pot. alien. lib. 2. feud.* Et in *l. 3. C. de jur. Emphyt.* Ubi *communiter Doctores,* qui omnes textum illum non de jure antiquo & abolito, sed adhuc hodie in viridi observantiâ existente accipiunt, Retractus enim prærogativam agnoscunt omnia jura, Divinum, Canonicum, Civile, feudale, & omnium fero locorum statuta & consuetudinis, ut deducitur in *tom. 1. disput. Basil. disput. de retr. jure, concl. 1. & 7.* In specie de retractu feudali hæc habentur; communi jure retractus receptum est, quod vendito feudo novo vel Emphyteusi, competit Domino adversus extraneum, qui feudum vel Emphyteusim emit, tam ratione Dominii directi, quam consolidationis illius cum utili jus retractûs, & proponit quæstionem. *Wesenbec. Cons. 73. n. 41.* An Dominus habeat jus redimendi feudum, seu præstationis excluso primo emptore, & respondet: Cum Directum Dominium sit penes Dominum, æquum est, eum præferri extraneo. *l. fin. c. de jur. Emphyt. citans Bart. Lucam de Penna, Plotum, Molin. & Alios.*

8. Stabilitur jus Retractus feudalis textibus & rationibus.

Propter favorem scilicet unionis & reversionis ad pristinam causam, seu consolidationis Dominii directi cum utili, *l. si unus, 27. §. pactus. ff. de pact.* quibus accedit tertia ratio, videlicet interesse Domini & subditorum à se invicem separentur per alienationem in extraneum factam. Et hoc jus Dominus exercere potest, etiamsi ex investituræ vel in feudetionis pacto Vasallus possit vendere sine licentiâ Domini, quia propterea non privatus est Dominus jure suo directo, *Andr. de Isern. Alvarot. Jacobin. Tiraq. in retr. prax. §. 1. gl. 9. n. 136.* Nec licet Vasallo dicere, Contractum esse nullum ob defectum consensus Domini, & proindè Retractum non habere locum, quia Vasallus non est audiendus in allegatione suæ propriæ turpitudinis, quod videlicet absque consensu Domini contra fidelitatem suam alienaverit. *Card. Alex. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Feder.* quam refert. *Tiraq. in retract. proxim. §. 1. gl. 2. n. 6.* Cum itaque contractus ex solâ personâ Domini, propter deficientem ejus consensum esset nullus, jus Domini non debet Vasallo parere exceptionem, sed Dominus potest rem in fraudem sui alienatam retrahere. *c. 1. §. 1. per quos fiat investit.* Et datur Domino jus Retractûs intra annum à tempore scientiæ computandum, intrà quem terminum debet realiter offerre pretium, aut saltem controversiam retractûs, citato emptore judicialiter movere, & pecuniam consignare. Hactenus *Wesenb. d. l.*

9. Etiamsi ex pacto investituræ Vasallus possit vendere sine licentia Domini.

Cum Wesenbecio consentit communis omnium Feudistarum opinio, teste *Chassane. ad consuet. Burgund. Rubrica, de fiefs. §. 8. in verb. sens le consentemens. n. 4. Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. in text. & gl. 1. num. 5. & 6. in Antiq. edit. Tiraq. du retract. Linag. §. 1. glos. 9. n. 146. & 149. & seqq. Masver. in sua praxi. tit. de fiefs. n. 3. Rosenth. de feud. c. 9. membr. 2. conclus. 87. per totum,* ubi ait: Dominum rem feudalem à Vasallo venditam ab emptore recuperare, & redimere posse oblato pretio, & hoc esse de mente omnium, *citans gl. in c. 1. §. porro, qualiter olim feudum pot. alien. & ibidem Belis. Isern. Alvaro. Præpos. Laudens. Ravenn. Afflict. Schenck. Equin. Baronem. Balzaran. Joh. de Anan. Cujac. Hottoman. Jacobin. de S. Georg.*

S. Georg. Curt. Zaſ. Sansbet. Weſenb. Parid. de Puteo, Schneidvv. Piſtor. Borſcholt. Schrader. Vult. c. 11. *n.*91. *Intrigriol. Dec. Cephat. Cozodin. Schurff.* quam doctrinam extendit *d. loco Roſenth. n.*2. ut procedat, niſi in illo loco, ubi feudum ſitum eſt, vel Curia Domini habetur, jus Retractûs in aliis Rebus non ſit in uſu, tanquam per *l.* 14. *C. de contrah. empt.* abrogatum. Quia jus Retractûs in feudis non propter conſuetudines aut leges Provinciarum, conſanguineis aut Dominis jus Retrahendi indulgentes, ſed ex generali feudorum conſuetudine, in bonis feudalibus ubique locorum, ubi uſus feudorum vigent, Dominis feudorum & Agnatis competit, confirmans authoritate ſuprà citatorum. *Et d. l.* 14. tantùm abrogat retractum gentilitium, cum appoſitâ conditione, niſi lex ſpecialis vel ſtatutum municipale aliud conſtituat, qualis lex reperitur in jure feudali, *in c.* 1. *§. porrò qual. olim feud. pot. alien. ut ibid. tradit Brunnem.* ut fruſtrà quæratur à pleriſque? an conſuetudo retractus quoad alia bona, locum etiam habeat in feudis, quia ſtatuta quoad alia bona, feuda non tangunt, & retractus feudalis non merè legalis, ſed partim conventionalis eſt, proveniens ex propriâ & genuinâ feudi naturâ, & inexiſtens pacto feudi inter Dominum & Vaſallum contracto, *Molin. ad conſult. Pariſ. tit.* 1. §. 13. *n.* 2. *& eod.* §. 13. *gl.* 1. *n.* 20. Hactenus *Roſenth. dict. loc.*

10. Niſi in aliquo loco jus retractus non ſit in uſu; ſecus non.

Conſentit Roſenthalio *Gudelin. de jure feud. p.*4. *c.*3. *n.*1. tradens: Ubi moribus permiſſa eſt feudi alienatio, conceſſa eſt Domino pro æquali pretio redemptio. *lib.* 2. *feud. t.* 9. *§. porro.* quæ retractus ſeu redemptio feudalis dici ſolet. Idque optimè conſtitutum, ne Dominus, quem habere non vult, cogatur habere Vaſallum, & ipſe potius rem habeat, quàm apud alium eſſe pati debeat: quod idem quoque tradit *Zaſ. in tract. de jure feud. c.* 15. *de jure retract.* Nec ullus inter omnes, qui textu juris feudalis in *§. porrò* pro abolito habeat, aut antiquato. Ex quibus cùm pateat, jure feudali conſtitutum & firmatum eſſe retractum feudalem, fruſtrà requirit appellans N. ut de conſuetudine vel ſtatuto ſpeciali doceatur, cum N. in jure aperto fundatam habeat intentionem. *Boer. Conſ.*42. *n.*1. *Papon. in ſuis Areſt.*6. Ubi præjudicia refert: quia ſine dubio Conſtitutiones feudales jus commune faciunt, & valent ubivis locorum, ubi uſus feudales vigent, ſecundum *Roſenth. de concl.*87. *n.*2. *Guid. Pap. dec.*297. *n.*1. Atque gravis nimium eſſet conditio principis, ſi per tam liberas non ſolùm feudorum, ſed etiam officiorum alienationes, ipſi invito non tantùm Vaſallus extraneus, ſed etiam officialis obtrudi poſſet.

Hinc non refert, quod ſtatuta nullam hujus retractus feudalis in ſpecie faciant mentionem, cum tamen retractus gentilitii meminerint: quia dudum reſpondit ad hanc objectionem, *Roſenth. d. concl.*87. *n.*4. quod ſtatuta nunquam præſumantur in præjudicium Dominorum lata, aut ſcripta, ut ſcilicet feuda transferri poſſint Dominis invitis, ſed intelligi ſalvo jure tertii, & ne quis indebitè damnum patiatur, imò concepta de rebus allodialibus ad feuda planè non extendi. Hinc ſalva manet Domino Diſpoſitio juris communis, in quâ fundatam habet intentionem, donec per ſtatutum ſpeciale aut conſuetudinem localem expreſsè illi derogatum eſſe doceatur. *Roſenth. d. loc. n.*3. *Guid. Pap. dec.*297. *n.*2. *Weſenb. Conſ.* 74. *n.*25. *& ſeq.* facultas enim retrahendi Domino ſemper manet firma, etiamſi eâ non ſit uſus, quia fortè à longo tempore ſimilis alienatio in extraneum non contigit, vel retractus fuiſſet Domino damnoſus magis, quam utilis; ideoque omiſſus, cum cuilibet liceat jus in ſui favorem conceſſum, quoties voluerit, diſſimulare & negligere, *l. ſi quis conſcribendo. C. de pact.*

11. Longi temporis non uſum hic non nocere.

Quin etiam non pugnat cum jure & æquitate, ſed potius iiſdem maximè eſt conforme, ut feudum per retractum potius revertatur ad Dominum directum, quam ut per alienationem illicitam abeat in partem extranei & in manus Vaſalli Domino invito. Cùm tamen hic retractus feudalis ſit favorabilior gentilitio ſeu lineari; quia ex propriâ feudi naturâ Domino competit, *Tiraquell. de retr. gentil.* §. 35. *gl.* 4. *n.* 13. *in fin. Roſenth. d. concluſ.* 87. *num.* 3. Idque tam ratione perſonæ patroni, quam ratione reunionis, & Conſolidationis Dominii directi cum utili, quod velut pars eſt dominii directi, cujus proindè excluſio ſemper evitanda.

Hinc lapſus eſt appellans, quando in actis *ex Papon. in ſuis Arreſt.* allegavit, in Gallia jus retractûs non pertinere ad Regem, minùs ad Dominos & Principes Eccleſiaſticos, quia *Paponius citato loco lib.* 11. *tit.* 5. *arreſt.* 6. *&* 7. ſuſtinet omninò contrarium, dum refert præjudicia retractuum feudalium in favorem Eccleſiaſticorum, & in ſpecie Epiſcopi de Senlis, & Epiſcopi Sylvaneotenſis. Idemque reſpectu Dominorum Eccleſiaſticorum tradit *Carol. Molin. ad Conſuetud. Pariſiens. tit.* 1. §. 13. *gl.* 1. *n.* 1. *& ſeq. &* §. 42. *n.*71. *Maſver. in ſuâ praxi. tit.* 27. *de retract. n.* 12. ubi aſſerunt. Eadem omnia jura in patronis perſonis Eccleſiaſticis etiam habere locum. Nec res hæc in Imperio apud Principes Eccleſiaſticos, qui omnia regalia velut ſeculares exercent, ullum poteſt habere dubium.

12. Paponium concedere retractum feudalem Regi & Principi Eccleſiaſtico.

Quod porrò appellans Syndici mandatum impugnat, quaſi actionem citrà mandatum ſpeciale inſtituiſſet. Id exindè concidit, quod Syndici Principum & collegiorum cenſentur à lege habere mandatum cum liberâ, ex quo omnia poſſunt agere & expedire, quæ mandatum ſpeciale aliàs requirunt. *Natta tom.* 1. *conſ.*45. *n.*4. *&* 5. *Tiraq. de retr. linear.* §. 1. *gl.* 10. *n.*98. Ubi in Taruccinis tradit, procuratorem cum liberâ ad mittendum eſſe ad retractum, ac ſi haberet ſpeciale mandatum, *& d.* §. 1. *gl.* 13. *n.*32. tradit, mandatum Syndici cum liberâ æquipollere

13. Syndicos Principum & Collegiorum poſſe agere ſine ſpeciali mandato.

pollere speciali mandato, quod præsertim attendendum est in Syndico Principis, qui non exercet aliter similes actiones, nisi per suos Syndicos. *Rosenth. de feud. c.3. concl. 9. n.10.* Minùs roboris habet objectio, quasi Syndicus formalitates à statutis præscriptas in hoc retractu non observasset; nam cum Appellans, secundum supradicta asserat, statuta Stabulensia tantùm disponere de retractu gentilitio, à quo retractus feudalis planè sit distinctus, jam non potest ex illis statutis ad hunc retractum ducere argumentum.

14. Quæ sint requisita hujus contractus.

Feudalis enim retractus non ex statutis, ut supradictum, sed ex jure communi conceditur Domino directo, quod nullam aliam formalitatem præscribit, quàm ut retractum judicialiter petat ab emptore, ad hunc effectum competenter citato, in anno & die, à notificatione contractûs, offerendo emptori pretium feudi in judicio cum sumptibus: *d.c.1.§.porrò, qualiter olim feudum pot. alien. Wesenb. Conf.73.n.66 Rosent. c.9. memb.2. concl.94. n.2. & seqq. Molin. ad Consuet. Parif. tit.1. §.13. gl.10. n.5. Gudelin. de jure feud. p.4. c.3. n.2.* ubi ait: Et quidem Domino, ut feudum redimat vel retineat, annale spatium, ex quo rescierit factam feudi alienationem fuit prostitutum, sicut adhuc hodiè observatur, quodsi ignoraverit alienationem hic retractus, exemplo cæterarum actionum, 30. Annorum præscriptione demum præcluditur. Idemque tradit *Zoës de jure feud. c.15. de jure retract. n.2.* quæ omnia accuratè à Syndico observata, & pretium feudi cum legalibus sumptibus judicialiter consignatum est.

Quod autem appellans postremò huic assertioni inhæret; quia Villicatura N. simul vendita sunt, quod Syndicus unam tantùm partem, & videlicet solam villicaturam absque Domino N. retrahere non possit, id fundamento juris ex his circumstantiis caret, quia quando in uno contractu seu instrumento venditæ sunt res plures, divisis in singulas res seu distinctis pretiis, prout hoc in casu, tunc censentur plures venditiones, & una res absque alia retrahi potest, contractusque per partes resolvi, ut

15. Quid si plures res sint venditæ, quænam possint retrahi.

tradit *Tiraq. de retract. Consang. §.23. gl. 1. n.17. Mean. obs. 216. n.4.* quod procedit, etiamsi plures res in contractûs initio fuerint emptæ unico pretio, sed quod posteà tamen in eodem contractu fuit distinctum seu divisum in res singulas, ut in terminis resolvit *Tiraq. d.§.23. gl.1. n.18.* per *l. plura manicipia. & l. ædiles ajunt. §. si plura ff. de ædil. edict.* Nisi in contractu emptionis expressè conventum sit, quod emptor, nisi omnes res nolit emptas habere, juxta *l. quod si nno, & ibi gl. ff. de in diem. Addict. & l. cum ejusdem. 34. circa finem ff. de ædil. edict. Mean. d. obs. 216. n.4.* de quâ conditione nulla tamen hic mentio, imò aliter se res habet in feudalibus, in quibus Dominus cujusque rei potest retrahere tam rem, quæ ab ipso movet in feudum, & relinquere alias, si velit; prout docet *Griman. de retract. lib.1. c.11. Rosenth. c.9. membr.2. conclus.91. n.1. & seqq. Tiraq. de retract. linear. §. 23. gl.2. n. 1. & 2.* Ubi hanc inter feudalem & linearem retractum reddunt differentiam, quod lineeris non dividatur, sed feudalis divisionem pati possit, retractus enim feudalis constringitur limitibus feudi, & extrà illos Dominus nullam habet retrahendi partem; aliàs possent partes fraudare Dominum, emendo juxtà feudum res magni pretii Domino non commodas, ad ipsum à retractu avertendum, ut notavit *Tiraq. & Griman. d. loc.* Undè, ut puto, satis clarè patet, quod retractus feudalis tam in clara dispositione juris feudalis, quam in communi omnium feudistarum opinione & doctrinâ fundatus sit, ut proindè Syndico non possit denegari.

Nec obstant ea, quæ in hac instantia appellationis emptor pro se produxit recordia seu attestationes, quia primò talia recordia Princeps jam anno 1659. rejecit publico decreto, uti relexata parte alterâ non auditâ, omnibus curiis ordinans, quatenus talia non amplius admittant sub pœnâ reddendi se reos inconvenientium, sub *præs.18. April. 73.* cui acquieverunt. 2. Principaliter quæstio hic non vertitur, an Dominium sit independens à Curiâ. Nec 3. ea, An Domini feudi consensus in alienationibus feudorum sit necessarius, in quem finem & sensum attestata collimant, sed tantum hoc in quæstione versatur; An Dominus feudi jus retractûs exercere possit, si feudum in extraneum extra patriam alienetur; in quâ quæstione affirmativam hactenùs ex legibus feudalibus & feudistarum communi opinione deduxi.

Nec solvo puto esse dilemma: Aut consensus Domini ad feudum alienandum in patria Stabulensi est necessarius, & N. tanquam venditor & appellans emptor amiserunt: quia sine Domini consensu contractus ab ipsis celebratus, possessio feudi tradita est; Vel non est præcisè necessarius consensus, sed res manet in terminis juris antiqui, & sine dubio Domino retractûs debetur, ex clarâ juris dispositione, ut utroque casu causa cadere debeat, sive per feudi amissionem, sive per retractum, ut principi gratias potius debeat, quod omisso posthabitoque jure commissi feudi, viam mitiorem elegerit retractus, quod facere eum posse extra omnem disputationem esse tradit: *Wesenb. Conf.73. n.4. & seqq.* Et quidem omni casu, sive Dominus assensum suum præbuerit alienationi sive non, vel sivè statim in investiturâ seu infeudatione concessisset Vasallo alienandi facultatem, *Masuer. in pr. t.26. de feud. n.3. Tiraq. de retr. linear. §. 1. gl.9. n. 146. & seq. Molin. ad consuet. Parif. d. cap. §.13. gl.1. n.5. & 6. Rosent. de feud. cap.9. membr.2. conclus. 87. num. 1.* Aliàs enim sequeretur, duas consuetudines contra jus feudorum in principatu esse introductas: 1. Quod in feudis non requiratur Domini Consensus: 2. Quod Domino non competat jus retractus, quarum tamen neu-

neutram probavit appellans; Consuetudo enim facti est, & ab allegante probari solet. *Gail.* 1. *obs.*36. *Myns.*2. *obs.*96. quæ omnia corroborantur ex eo clarissimè, quod in privilegio Friderici Imp. hoc datum sit Principi, ut retinere valeat, nisi quamdiu cum gratiâ Abbatis deservire queat, sed quotiescunque jussus fuerit reddere, sine contradictione reddat.

Atque etiamsi dicatur, omnia officia esse hæreditaria in illa patria, prout tamen hanc assertionem non probat, ita econtrà satis constat, quo sensu aliquid hæreditarium dicatur, nempè ut ad filios transeat, non verò, ut cuivis extraneo, extra patriam, vendi possit; talem enim patriam vix in terris Imperii reperiri puto, in quâ feuda & officia quibusvis extraneis, sine ullo Principis aut Domini consensu vendi, & sic Principi invito quivis Vasalli & officiales obtrudi, & patria peregrinis hominibus, quibus insuper ejus regimen committatur, repleri possit; quia ergò Syndicus claram juris feudalis dispositionem, & omnium feudistarum communem opinionem pro se habet, conclusum est, priores sententias confirmandas esse, cùm condemnatione in expensas;

Additiones quædam ad hanc feudorum materiam.

Feudis Clerici eodem & pari jure ac firmitate sicut Laici obligantur, atque dicitur feudum Ecclesiasticum, quod constituit persona Ecclesiastica in bonis Ecclesiæ, Laicum verò sive secularem quod in bonis laicorum & re profana est introductum. Fructus feudi omnes ad Vasallum ante petitam investituram intra annum spectant, feudi verò à filiofamilias acquisiti ususfructus patri non cedit. Si de eodem feudo Dominus duos Vasallos investierit, vel abusive utrosque simul, vel alterutrum propriè, tunc hoc casu ille, qui prior in possessione fuerit, præfereтur alteri, licet prior etiam abusive investitus sit; ita tamen, ut eidem ad interesse teneatur, id est vel pecuniam æquivalentem solvat, vel aliud feudum ejusdem valoris præstet, *Thes. Basil. vol.*5. *disput.* 44. Si feudum vel Emphyteusis commissum sit, & Dominus id ignoret, non præjudicat sibi, etiamsi recipiat solutionem. Feudum in dubio semper habetur pro feudo ex pacto & providentia, & in alienatione feudi præsentia Agnatorum absque consensu expresso ipsis non obest, etiamsi Agnati tanquam testes subscripserint: Si vero feudum vel Emphyteusis à Vasallo fuerint alienata non requisito Domino, etiamsi postea redimant, non tamen absolvuntur à pœna legis: Nemo enim pœnitentia sua nocens esse desinit, nisi in continenti, vel ex reservatione & pacto ab initio contractui apposito rem alienatam recuperarit; si autem feudum ex statuto vel consuetudine absque consensu Domini alienari possit, proximi tamen Agnati, mortuo Venditore feudum revocare possunt. Feudum acquiri potest non solum investiturâ, sed & præscriptione & adjudicatione, Præscriptio tamen debet esse 30. annorum. Feudum concessum heredibus quibuscunque, extenditur etiam quoad fœminas, præsertim in feudis emptitiis, & si feudum aliquando fuerit fœminæ concessum, si Vasallus acquisiverit feudum ab alio & ejus uxore, & ipse quoque investitus sit pro se und zu Behueff seiner Frauen/ prout ita decisum est in Consilio Imperiali Aulico 14. Decembr. 1702.

Feudalis felonia non solum in Patre, sed etiam in filio vindicatur ita, ut feudum Patri ob feloniam ademptum recipere non possit, nisi Dominum sibi reconciliaverit. Si Vasallus in feudo vectigalis colligendi jus præscriptione vel alio titulo de novo acquirat, idque ratione feudi, tunc aperto feudo vectigal ad Dominum pertinet, alias verò resoluto jure Vasalli evanescit. Subinfeudatio iisdem conditionibus & pactis est facienda, sicut ipsa infeudatio. Ut ad feudi caduci promissionem successor teneatur, impetrans diligenter cavere debet, ut promissiones ejusmodi cum consensu Statuum Regni aut Capituli fiant. Feudum in una sui parte alteratum, in cæteris tamen suam naturam retinet.

Leiningen.

Quid circa Comites in Leiningen & Daxburg in *Instrum. Pac. Cæs. Svec. art* 4. §. 16. *& Instrum. Pacis Cæs. Gall.* statutum, *vid. Tom.* 1. *har. Constit. hoc verbo.*

Leistung. Obstagium.

Obstagium, Germanicè die Leistung/ est conventio quædam de sistendo, & non recedendo ex certo loco, donec conventis satisfiat, & si pacta conventa sub obligatione obstagii non serventur, admonetur promittens per literas creditoris, ut se juxta formulam obligationis in loco convento sistat, non recessurus ex eo, donec conventis satis fiat *Gail.* 2. *obs.*45. Vocatur etiam talis contractus das Einreithen/ quia quidam promittebant, nisi solutio in termino fieret, se quamprimum cum tot equis ac Ministris, quot in tabula cautionis expressi essent, in locum conventum profecturos, nec prius inde discessuros, antequam Creditori sufficienter satisfactum esset. Traxit itaque Obstagium originem suam ex jure Gentium, quo devicti cogebantur obsides dare, ut pactum servarent; Licet enim inter privatos obsides dari non posse ex variis rationibus statuant, quia liber homo non possit pro causa pecuniaria pignorari *C.*2. *X. de pign.* imo quod Creditor, qui liberum hominem pignori accepit, relegetur, *l. fin. ff. eod.* & jus crediti amittat, *Novell.*134. §. *quia verò & hujusmodi. Sichard. in L. ob as. C. de act. & oblig.* quia liber homo non possit tradi ob debitum pecuniarium in servitutem vel perpetuam vel temporalem, nec obligari ex debito Civili ad carceres, si intra præscriptum terminum non solvat, qualem tamen

menobligationis speciem Obstagium in se videtur continere, & processus ab executione non debeat inchoari, cum sæpius homines vi necessitatis coacti majora promittant, quam postea præstare possint: Tamen his non obstantibus negari non potest obstagia favore Reipublicæ concedi, atque etiam in causis privatis habere locum, quia leges permittunt, ut aliquis detineri possit, donec actori satisfiat, *l.* 3. §. *si quis cum. ff. de liber. hom. exhib. l.* 1. *C. qui bon. cedere possunt*, quod autem fieri potest per legem, etiam fieri potest per pactum, *l. non impossibile* 50. *ff. de pactis*, sicque permittitur obnoxium capere fugientem, & de fuga suspectum, item vagabundum, qui ubique locorum forum sortiuntur, & contra quos solent dari literæ patentes, ut ubicunque locorum apprehendi, & juri sisti possint.

Quamvis enim liber homo regulariter capi non possit, tamen indubitati juris est, quod quilibet juri pro se introducto possit renuntiare, atque *ex c. ex Rescripto. X. de jurejur. & l.* 2. *de Patrib. qui fil. distrah.* sufficienter patet, quod pater filium proprium in casu necessitatis vendere possit; Ideoque antehac in *R. J. anno* 1548. Von wucherlichen Contracten, Obstagium approbatum est, cum solum ibidem prohibeatur, ne extra Imperium ad Obstagium obligentur. Ut taceam de consuetudine passim introducta, ut Obstagia observentur, *Gail. de Pac. publ. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. & in *lib.* 1. *observ.* 10. *n.* 8. & *lib.* 2. *observ.* 45. ita, ut etiam fidejussor ad Obstagium obligari possit, *Hering. de fidejuss. cap.* 17. *n.* 76. Quod si pluribus fidejussoribus Obstagium ingressis in aliquo diversorio, quos habita fide de pretio hospes per annum jam exhibuerat & alimentaverat, unus ex illis satisfaciat hospiti de sua parte, tum pro expensis non liberat suam fidem, Dominusque hospitii ipsum dimittere non cogitur, absque eo, quod solvat etiam pro sociis, præsertim si se in solidum obligarunt cum renunciatione Epistolæ *D. Hadriani*, sicut unus solvendo partem suam non liberat fidem suam, nisi de quotis etiam confidejussorum satisfaciat. Sic etiamsi Debitor Principalis detineatur, non liberatur tamen exinde fidejussor, quin is etiam capi possit, sic quoque quantumvis creditor missus sit in possessionem bonorum debitoris, fidejussor tamen nihilominus æque ut prius obligatus remanet, *Coler. part.* 1. *c.* 10. *n.* 40. Siquidem electio unius remedii executivi non præcludit viam aliis, quando per primum non est satisfactum creditori, *Angel. in l. qui restituere* 68. *n.* 3. *ff. de rei vind.* quamvis in Austria hac in re contrarium statutum inveniatur. Valet porro Obstagium & observandum est, non tantum, si jurato, sed & si absque Jurisjurandi religione sit promissum, cum non tam consideretur ipsum juramentum, quam interpositio fidei pro præstandis conventis, *Coler. d. l. n.* 11. Per legitimam item bonorum cessionem debitorem ab Obstagiis liberari statuit *Gail. l.* 2. *c.* 45. *n.* 6. Poterit autem Reus extrajudicialiter interpellari per creditorem, ut conventionem Obstagii adimpleat, si vero requisitus se sistere nolit, Judex rei adiri poterit, ut compellat debitorem, præstare conventa, solvere, aut præstare Obstagium. Cæterum cum magnus Obstagiorum abusus fuerit, illaque extremo debitorum malo, & nullo creditorum commodo fiebant, ideo *novissima Constitutione Imperii anno* 1577. *tit.* 17. *rub.* Von wucherlichen Contracten, §. Wiewohl auch in deß Heil. Reichs Policey-Ordnung / quoad futuros contractus ab hoc tempore, Obstagium penitus est sublatum.

Letzter Satz.

Vid. R. J. de anno 1654. §. 57. *& supra verbo judicium.*

Libellus. Vide Verbo Process.

Libellus Famosus.

Vide in Tom. I. verb. Truckerey.

Libellum famosum componens, & publicans, vel alteri publicandum tradens, punitur de jure pœna capitali, *l. un. c. de fam. libell.* latè Menoch. *de arbitr. cas.* 263. *n.* 34. & *seq. per tot.* Ubi sex casus distinguit, & quid in cantilenis diffamatoriis, Franch. *decis.* 533. Ubi quod punitur pœnâ mortis naturalis, Clar. §. *injuria n.* 21. Farin. *quæst.* 18. *num.* 422. &c. Silvest. *in summ. verb. libellus.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 116. & 117. latè Mattheu. Sanz. *de re crim. contr.* 74. *n.* 15. & *seq.* Ubi quod pœna famosi libelli capitalis est, ab antiquissimo tempore, id est mortis naturalis, dummodò tamen crimen in libello irrogatum talem pœnam meruerit, & sumatur in vero illius auctore, secus in aliis complicibus, qui mitiùs puniuntur, adde Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 42. *per tot.* Ubi etiam Romagues plures alios modernos adducit.

Quod scribens libellum famosum in infamiam alterius sit etiam Anathema, *c. quidam.* 5. *q.* 1. refert Arismin. Tepar. *var. sent. tit.* 35. *cap.* 6.

De materiâ & pœnâ libelli famosi, latè Farinac. *quæst.* 105. *inspect.* 11. *per tot.* Cavaller. *decis.* 35. *per tot. lib.* 5. Card. Tusch. *lit. L. Concl.* 321. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 235. & 271. *per tot.* plenè Laurent. Mattheu. & Sanz. *de re crim. contr.* 74. & 75. *per tot.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 1. §. 13. *c.* 1. *n.* 44. &c. Paul. Christin. *decis.* 202. *n.* 16. & *seq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 49. & 26. 30. Farinac. *Cons.* 30. *per tot lib.* 1. Ubi planè Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 13. *ampliat.* 91. *per tot.* Ubi quod Romæ vigore Bullarum Pontificalium punitur pœnâ ultimi supplicii, & confiscationis bonorum juxtà facti, & Personarum qualitatem arbitrio Pontificis, etiamsi veritatem contineret, & est in viridi observantiâ, de quo latè Conciol. *Resol. crim. verb. libellus, resol. unic. per tot.* Et dixi in §. *injuriâ.* Adde Francis. de Angel. *tract. de Confess. lib.* 2. *q.* 28. *per tot.* Gutierez. *in prax.*

*prax.q.*141. *per tot.* Scortiam. *in select. Pontif. Constit. Epist.*121. *theorem.*326.

Quod libellus famosus, ut sit punibilis, requirat dolum, & qui illum legeret, vel retineret ex loco, vel curiositate, & non animo irridendi, nec injuriandi quemquam, vel ex necessitate officii transcriberet, vel authenticaret, vel ad correctionem ageret, debet à pœnâ excusari, & in omnem casum videtur solum punibilis primus casus publicationis. Sicuti ex Menoch. *d. Cas.*263. *n.*41. Cephal. 341. Et aliis nititur probare Bardelon. *Consil.*124. *per tot. lit.*2. Ubi scribit ad defensam, sed punctus judicio meo esset in excludendo dolo, & animo injuriandi, qui in actu de sui naturâ malo videtur præsumi, ad tradita per Farinac. *quæst.*89. *inspect.*4. *præsumpt.*3. *& quæst.*90. *inspect.*1. *vide in* §. *dolus. num.* §. *injuria. n.*2. *& in pract.* §. *libelli num.*19. *&c.* Novar. *in pragm. Reg. Neapol. Collect.*117. *&* 118. *per tot.* Thom. Trivil. *decis.*10. *num.*48. *lib.*2. Ubi declarat *d. l. un. de fam. libell.* non procedere contra publicantem, quando scitur libelli auctor, ut possit puniri, & alia ad rem, Conciol. *de verb. Libellus. resol. unic. per tot.*

Quod libellus famosus nihil detrahat nominatis apud probos, & quoad juris effectus, neque examinari debeant crimina in eo contenta, cum nullam fidem mereatur, si careat nomine auctoris, vel nomen suppositum contineat; ejus pœna saltem arbitraria, comprehendat etiam scribentes, divulgantes, invenientes, est non statim lacerantes, retinentes, typis mandantes, & pingentes, sacros oratores personas in concionibus notantes, quorum tamen punitio ad judicem Ecclesiasticum spectat, quoad Concionatores, qua modestia se gerere debeant in prædicando, alias teneatur, prout Farinac. *quæst.*105. *num.*406. qualiter in hoc crimine famosi libelli possit judex ex mero suo officio, tanquam in crimine publico procedere, etiamsi nullus extiterit accusator, vel extiterit, vel destiterit, cùm ad vindictam publicam spectet punitio delictorum, & alia ad rem, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*74. *&* 75. *per tot.*

Libellus Famosus describitur, vel definitur, quod sit Cartula quædam reperta quocumque ad alterius infamiam scripta, seu dicta, vel pacta juxta pact. *in l. unica. C. de famos. libell. & canonizatur* 5. *quæst.*1. *Cap. si quis famosum.* Adnotata per Muscatel. *In prax. Crim. de cognit. sine probat. delict. in gen. tit. de injur. & famos. libell. fol. mihi*600. *n.*8. *& seqq.* Ubi qualiter in isto nomine possit, & debeat constare de corpore delicti, sive de delicto in genere, saltem per testes deponentes de tenore illius, si cartula fuerit lacerata, vel combusta, ut non possit recognosci, sequitur Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*11. §. 2. *n.*8. *& seqq.* Ubi quod talis recognitio debet fieri per notarium coram textibus, si extet, vel per testes deponentes de tenore, si non extet, & quod debent esse saltem duo, aliàs dubitaretur de corpore delicti; Et qualiter fiat etiam sine scriptura per proponentes famosa carmina contra aliquem. Cabal. *resolut. crimin. cas.*235. *n.*25. *& seqq.* sequitur novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*11. §. 1. *num.*3. *& seqq.* Ubi quod libellus, etiam scriptus quandoque retinet naturam simplicis injuriæ, veluti si non contineat requisita substantialia hujus criminis, quæ sunt copulativè necessaria ad imponendam pœnam illius ordinariam.

Primò, quod auctor non exprimat nomen suum, licet hoc sit controversum.

Secundò, exprimat nomen injuriati, cum non sufficiat illud præsumi, vel conjecturari, nisi appareat ex descriptione, vel affixione, vel aliis signis de personâ infamatâ, quod posset etiam per torturam inquiri.

Tertiò, requiritur affixio, vel alia publicatio ex quâ oriatur diffamatio.

Quartò, quod crimen objectum non sit verum secundum aliquos, licet contrarium sit verius, saltem quoad pœnam extraordinariam, & si sit contra personas honestas.

Quintò, requiritur, quod interveniat dolus malus.

Sextò, quod contineat non solum contumeliam, sed etiam aliquod delictum, considerabile, aliàs esset simplex injuria in scriptis redacta, imò aliis requirunt, quod crimen indictum sit tale, pro quo si verum esset imponeretur pœna capitalis, verius tamen est sufficere, quod quis generaliter imputetur de crimine ad infamiam, prout ista requisita probat, & colligit Raynald. *loc. cit. n.*7. *& seqq. ex text. in l. unic. C. de famos. libell.* & ex doctrinâ Philipp. Maresc. penes Anel. de Sarno *prax. crim. part.*2. *formul.*10. *vers. & primum &c.* Coller. *decis.*154. *part.*1. Carpzov. *pract. crimin. quæst.*98. *n.*28. *& seq. part.*2. Christin. *decis.*202. *volum.*4. Carol. Anton. de Luca ad Franc. *decis.*533. Farinac. *quæst.*105. *n.*459. *& seqq.* Felic. *alleg.*68. Basilico *decis.*26. Sanz. *de re crimin contr.*74. Petr. Theodoric. *tit. de delict. privat. cap.*2. *Aphor.*16. *& aliorum, &c.*

Famosi libelli actio publica & perpetua est; ex qua tum is, qui famosum libellum scripsit, distraxit, quàm qui eum scribi vel distrahi curavit, imo & inventum legit, nec statim corrupit, sed vim ejus manifestavit, sive nomen diffamati additum sit, sive non, intestabilis sit, & eadem pœna, qua objectum crimen, si verum esset puniri deberet, afficitur, & extenditur id ad carmen, cantilenam, historiam, picturam &c. qui tamen erum crimen addito nomine suo pro bono Reipubl. complectitur libello aliquo, impunis est, si autem illud patefieri Reip. nihil intersit, veritas non excusat, sed ratione circumstantiarum extraordinarie punitur: de jure Canonico famosi libelli pœna est fustigatio *Thes. Basil. vol.*1. *d.*19. *L. R.*34. & sic mitior, quam ea, quæ de jure Civili est Capitalis *ibid. vol.*7. *d.*6. *l. dd.*4. Famoso aliquo judicio, puta furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, si quis conventus est, si pœnam pecuniariam sententia irrogandam etiam post litem contestatam ante

ante sententiam condemnatoriam tamen solverit, infamiæ notam effugit, nisi data pecunia transfigat *ibid. vol.*3.*d.*18. *l. Q.*1. Et qui super famosa actione data pecunia transigit, & paciscitur, infamiâ, ac si condemnatus esset, notabitur, nisi hoc fiat autoritate Magistratus & Judicis, aut precibus reus impetraverit, ne secum ageretur *ibid. vol.*2. *d.*18. *l. Q.*1. Hæcque actio inter patrem & filium, uxorem & maritum, servum & Dominum institui non potest. *ibid. vol.* 2. *d.*25. *l. GG.* 4.

Liefland/ Livonia.

Provinciam hanc Canonicorum Bremensium industriâ inventam, & militum Germanorum virtutes ad Imperium & religionem Christianam redactam ejus Majestatem recognovisse, patet *Rec. Imp. de annis* 1559. §.8. *& seqq.* 1576. §.105. *& seqq* ubi agitur de auxilio Livoniæ, tanquam membro Imperii, ferendo, & legatione in Moscoviam, prout textus videri potest in *Tom.* 1. *harum Constit. hoc verb.* atque porrò apparet in causa appellationis, non ita pridem inter Schmilach contra Nassau in Camera ventilata, ubi decretum: wolte Nassau/ sei-nem Erbiethen nach/ beweisen und darthun/ daß keiner auß Liefland an das Käyserl. Cammer-Gericht appelliren mag/ er habe dann zuvor an einem gemeinen Land-Tage vor allen Herren und Potentaten deß Lieff-lands appelliret/ daß solches gehöret/ und er thue solches oder nicht/ soll in puncto devolutionis erkennet werden/ was recht ist/ *Author decis. Camer. apud Gylman. Symph. tom.*3. *verb. appellare quibus & à quibus. vers. appellatio à* Liefland/ *& ibid. Wehner. tom.*6. *cap.*4. §.9. Unde etiam Imp. Maximilianus II. Rigam suam & Imperii civitatem novissime appellat, R. A. zu Erfurt *de anno* 1567. §. wir haben auch auß. 61. ibi: Gegen unser und deß Heil. Reichs Stadt Riga betreffend. *Gabriel Sueder J.P. Part. General. cap.*4. §.32. sequentia de ea scribit: *Livonia* initio seculi 13. Provincia Imperii nostri facta est, Archi-Episcopo Rigensi & Episcopis in numerum Pontificum Germaniæ redactis, duravit ille rerum status, donec anno 1558. *Joannes Basilides* Moschorum Tyrannus, devictis duobus Tartarorum regnis, *Casane & Astracane* sc. ferox in Livoniam irrumperet. Incolæ armis Tyranni impares, cum ab Imperio auxilia frustra flagitassent, nec spes ulla melior sese ostenderet, aliena auxilia circumspicientes, alii ad alios sese inclinaverunt; Tandem Livonia proprie sic dicta & Curlandia regno Poloniæ; Esthonia verò, cujus Metropolis *Revalia*, regno Sueciæ se subjecit. Neutri deditioni ab Imperio contradictum, ita ut post Prussiam & Livonia Imperii culpa perierit, pro parte regni Polonici, pro parte verò Sueciæ regni portio facta, *vid. Conrino de J. fin. Imp. c.*29. Hodie autem, post ferale illud bellum Sueco-Polonicum, Livonia quoque regni Polonici portio esse desiit, cessitque cum omni jure Suecis. Tertia vero Livoniæ pars *Curlandia scil. Ducatus*, adhuc Poloniæ feudum est, & hodiedum in Poloni fide perstitit, Mitoviam ad Mussam amnem multis aliis auctum, urbem Principem habens. *vid. Franc. Iren. ad Burgold. p.*3. *D.*8. *p.*85.

*R. P. Boussingault. Theat. du Monde part.*2. *pag.*375. in Laudem hujus provinciæ sequentia enarrat: Cette Province du Royaume de Pologne à de Longuer le long de la Côte, & de la Mer Baltique, six-vingts lieuës d' Allemagne, & quarante de large: Elle est proche de la Brusse, de la Russie, & de la Lithuanie. Ce Païs est tout marecageux & plat, arrosé de plusieurs Rivieres, mais fertile, & abondant en Bêtes, tant privées que sauvages. Il s'y trouve quantité de Cire, de Miel, & de Poix. Il y a beaucoup de lacs dont le principal est Beidas, qui a quarante cinqmilles de long. Entre les Animaux on y voit des Alces, loups cerviers, Linx, Martres, Hermines, Castors & Lievres, qui y sont de diverse couleur, blancs en Hyver & cendrez en Eté. La Livonie est divisée en trois parties, ou les Habitans ont divers mœurs & langage sçavoir en l' Estie, Lettée & Curland. On y compte cinque Evechez desquels Riga tient le premier lieu, a cause qu' elle porte titre d' Archevéché, & est la Capitale de toute la Province. Ce Pais est aussi abondant en Bois, en Froment, en Venaison & Gibier. Ubi *cit. Autor* pergit describere Civitatem *Rigam*, *Revaliam*, & *Smolensko*, utpote triplicis hujus Provinciæ Metropoles.

De cœtero Livoni ab antiquo Gentes fuerunt incultæ, qui nullo certo regebantur capite, sed vicinorum infestationibus plerumque fuere expositi; Nam Seculo 9. Curlandia à Suecorum classe subacta fuit, ut videre est in historia *S. Ansgarii.* Dani etiam, Russi & Lithuani expeditiones & excursiones in Livoniam frequenter fecerunt. Tandem Germani, circa annum 1160. formam certi Regiminis ibi constituerunt extructis urbibus & Castellis. Et quidem evocati sunt è collegio Canonicorum Bremensium Præsules & Episcopi primum *Menardus*, deinde *Bartholdus*, & postmodum *Albertus*, ad Sacra Christiana ibi propaganda: Quorum Albertus omnem Livoniam subegit, & conditâ à se *Riga* circa annum 1200. illam sibi sedem elegit. Subegit autem eam *Albertus* ope ensiferorum, sive ordinis Fratrum militiæ Christi & Mariani Cruciferorum, in quem Magister Livoniæ paulo post cooptatus, certis autem Legibus Magistro Prussico subjectus fuit. Quæ omnia cum ab Impp. publica autoritate confirmata essent, Livonia inde atque imprimis à Seculo 13. successivè in Provinciam Imperii Germanici recepta est; Et primo quidem Archi-episcopus *Rigensis*, & Episcopi *Revaliensis*, *Dorpatensis*, *Osiliensis* & *Curiensis* in numerum Episcoporum Germaniæ adsciti; Tandem etiam Magister

Quando Livoni ad Christum conversi, & Riga quando condita.

gister Ordinis, cum libertatem à subjectione Prussica redemisset, anno 1531. in classem Imperii Principum relatus est. Qui status, uti supra *ex Suedero* annotavi, duravit usque ad annum 1555. dum Provincia à Joanne Basilide Moscoviæ Duce miserè discerpta fuit; nam subjugavit Moscus Wirlan, Vellin, Marieburg, & totum Episcopatum Dorpatensem, Osiliam, Waken & Curlandiam. Cum autem contra Moscum ab Imperio auxilia frustra flagitassent Livoni, *Carolus V. Imp.* anno 1556. universæ Provinciæ protectionem detulit Regibus & Regno Sueciæ, prout pacta Gandavi conclusa, & in archivis Regni asservata perhibent; Quæ subsequentibus deinde annis à *Ferdinando & Maximiliano II.* Impp. repetita fuerunt. Atque inde primum Revalia, Podies, Borckholm, ac deinceps tota Esthonia, quæ Magistro Livoniæ juramentum fidelitatis præstitum renuntiavit, ac Reip. Sueciæ se subjecit, in potestatem Sueciæ, armis à Moscorum invasione & Tyrannide liberata & vindicata, redigitur *Gastell. de Stat. publ. Europ. cap.* 19. *n.* 167.

Reliqua pars Livoniæ, quæ ad Magisterium & Archiepiscopatum Rigensem spectabat, Polono se dedit. Et Archi-Episcopus quidem Rigensis & Ordinis Magister Sigismundum II. rogavit, ut defensionem Livoniæ susciperet, & salvo Imperii Romano-Germanici jure, & pro sumptibus belli pignoris loco, sed sub cautela redemptionis 9. arces & Præfecturas acciperet; Quæ pactio inita fuit *anno* 1559. Sed Poloni istis non contenti, flagitarunt à Magistro Ordinis & Archiepiscopo, ut se cum subditis suis Poloniæ & Lithuaniæ penitùs subderent, & solenni subjectionis juramento devincirent; alias se quidem ne conatum aliquidem defensionis adversus Moscos suscipere velle. Hinc coacti fuerunt flagitatam à Polonis conditionem subjectionis subire, & totos se Poloniæ dedere *anno* 1561. Quæ tamen sine Imperii consensu ac solenni Declaratione facta sunt; accepta à Magistro Ordinis pacto particulari, tituloque Ducatus in feudum à Polonia Curlandiam & Semigalliam, Poloni post hæc à Suecis arces in Harrien, Wiken, Wirland, & Jerven sitas petebant. Et offendebat Polonos, quod, dum Poloniæ Rex Plescoviam obsidione cingit, Rex Sueciæ Narvam occupavit, cujus ut reliquæ Livoniæ cessionem cum per legationes in Sueciam Poloni impetrare non possent, tandem in publicis Comitiis de ejiciendis Suecis è Livonia consultatum fuit: Quæ res demum inter utrumque Regem in publicum erupit bellum, in quo Livonia ex maxima sui parte cum Civitatibus se Sueciæ dedere coacta fuit, atque ita Livonia successive in manus Suecorum devenit, & partim incolarum deditione, partim etiam jure belli à Suecis possidetur. Quomodo autem *Riga* ad Suecos pervenerit *vid. Londorp. act. publ. Tom.* 2. *Contin. p.* 421. *& seqq.* Divisionem item Livoniæ inter Reges Sueciæ & Poloniæ monstrat der Olivische Frieden-Schluß *de anno* 1660.

Ludov. Moreri in Suo Diction. Histor. sequentia de Livonia tradit, quæ superioribus adhuc addi placuit: Livonie, Province de la Sarmatie d' Europe, que les Allemands nomment *Liffland*, ou *Lieffland*; Elle a été autre fois au Roi de Pologne; mais aujourd' hui elle est presque toute au Roi de Suede. Elle à le Golfe de Finlandie au septentrion; la Mer Baltique au Couchant; la Riviere de Nerva & la côte orientale de la Moscovie, & de la Lituanie au levant: Et au Midi la Riviere de la Divina qui la sépare du *Duché* de *Curlande*. Elle est divisée en Deux parties. En Esten ou Estonie, & en Lettonie ou Letten, l' une vers le Semigallen; Mais ce sont des Duchez qui ont maitenant des Princes Souverains, Feudataires de la Couronne de Pologne, les Isles d' Oesel, & de Dagho, font une portion de la Livonie, & elles appartenoient autre fois au Roi de Danemarck: mais depuis l' ann. 1645. les Suedois en sont les maitres, & elles leur ont été cedées par la paix de Bromsbroo. Ils le sont aussi de la plûpart de la Livonie. Et de le Roi de Pologne y a présentement trés-peu de Chose, comme je le dirai dans la suite, si nous en exceptons la Ville de Dünenbourg. *Riga* est la Capitale du pais dans la Lettonie, où sont aussi *Dünemond*, *Mariemburg*, *Creutsburg*, &c. Les autres dans l' Estonie sont *Derpt*, *Volmer*, *Felin*, *Nerva*, *Hapsel*, *Revel*, *Pernaco*, *Lehal*, *Cockenhaus*. &c. Le pais de Livonie est assez abondant en bled; car bien que les guerres l' agent tout désolé, on ne laisse pas d' y défricher les bois, qui y sont en grand nombre. Les Livoniens, d' une humeur assez sauvage, adoroient diverses sortes de Bêtes. Ils furent convertis à la foi dans le XII. Siécle. Vers l' an 1186. *Bertold*, Abbè de l' ordre, y travailla beaucoup & y répondit son sang, pour la défense des Veritez Evangeliques. Les Chevaliers de l' ordre de Livonie, dit *Porte-Glaives* contribuerent extrémément à cette conversion. Ils faisoient profession de s' opposer aux infideles. Depuis cet ordre fut *uni à celui de Prusse*, Dit *Teutonique*, en 1234. Et ils remporterent des victoires signalées. *Albert de Brandebourg*, qui étoit Grand-Maitre de cet ordre dans le XVI. Siécle, donna dans *les erreurs de Luther.* Comme je le dis ailleurs. Alors Gautier *sépara l' ordre de Livonie* de *celui de Prusse.* Il en fut Grand-Maitre; & *Guillaume de Fürstemberg* lui succéda. C'est de son temps que la Livonie fut cruellement attaquée par les Moscovites; Et dans la suite le schisme se mit parmi les Chevaliers. Ce pais fut le theatre de la guerre, & la proye des Héretiques, le grand-maitre *Gotard Kethler* eut la Curlande. Ce que j' explique plus en particulier ailleurs, en parlant des Porte Glaives. Il y a pourtant encore des Catholiques dans le païs,

Mutatio religionis Cath.

pais, où les paisans sont presque tous esclaves de la Noblesse. Le Dessein d'avoir la Livonie, mit en armes plusieurs Princes; mais les peuples se donnerent au Roi de Pologne. Les Suedois, & les Moscovites y firent des conquêtes. Etienne Bathori Roi de Pologne en chassa les derniers. Les Suedois s' en rendirent maitres en 1617. par intelligence & par force. Le Moscovite ceda des droits sur la Livonie à Ladislas Roi de Pologne en 1634. L'année d' aprés, le même Roi fit le Traité de Stumsdorff, avec les Suedois, le 12. Septembre. C'étoit une Tréve qui devoit durer 26. ans; jusqu' en 1661. & les mêmes Suedois dovoient jouïr durant ce temps de ce qu'ils possedoient au septentrion de la divina. C' est ce qui leur a éte depuis entiérement cedé par la Paix d' Oliva de l' an. 1660. Starovolscius, *descr. Pol.* Ortelius, *Georg.* Chytræus *Hist. Saxon.* Neugobaud. *Hist. Polon.* Sponde *in Annal. &c.*

Lippe.

Qualiter Comes Lippiensis Simon tanquam Commissarius Cæsareus constitutus sit, pro auxilio congregando contra fractores pacis & varios periculosos incursus, cum potestate alios ad se Status convocandi, traditur in *R. J. anno* 1594. §.47. De Comitibus Lippiæ pluribus *Wilhelm Imhoff. in Not. Procer. Imp. lib.9. cap.3.* ubi existimat eos ad Romanos colonos & Ubio-Romanam Nobilitatem revocandos esse, idque extra controversiam poni, Lippiacam familiam nobilissimæ antiquitatis mensuram implevisse, allegans *Reusner. in auctar. Oper. Genealog. & Rittershusium*, qui ait *Bernardum* Ducem fuisse bellicum *Imp. Lotharii*, & ab eo *Lemgoviam, Detmold, & Sassenburg* in feudum accepisse, eaque avito comitatui Obervvald adjecisse. Ex Uxore Petronella ab Arne Lotharii Cæsaris cognata suscepisse filium cognominem, qui Lippiam Urbem condiderit, sed postea, quod Henrici Leonis partibus se applicasset, omnia à vicinis Præsulibus erepta amiserit, vicissim à Leone Domo Regia & Dynastia Engerensi donatus, tandem tamen mundi curarum pertæsus, cilicium anno 1150. sumpserit. Fratrem habuit Gebhardum Archiepiscopum Bremensem & Osnabrugensem, cui in potiori dignitate nepos ex fratre successit, qui alios adhuc duos fratres habuit, & Ottonem, ex quibus *Bernardus* primogenitus Stemma continuavit, & varia bella gessit; Otto Bernardi frater in divisione Ditionis *Lemgavv, Detmold*, Falckenberg / Blumberg und Bracke fortitus est, Simonem genuit, proavum Bernardi Principis Militaris, mortuum anno 1511. cui successit filius ejusdem nominis, quem jam vivus in consortium regiminis adsciverat, qui decessit 3. post se relictis filiis, *Henrico, Simone & Christophoro.* Simon Pastores A.C. solum vertere coëgit, mortuus anno 1536. cujus filius natu major Augustanam religionem in plerisque suæ ditionis locis introduxit. *Simon* VI. ultra 20. annos Consiliarius Curiæ Imperialis, Camerarius Cæsaris, & in Westphalia Dux circularis, postremò militiæ Circulorum Rhenanorum, Franconici, Westphalici & Saxonici infer. adversus Hispanos supremus Præfectus fuit. Hic ex secunda Conjuge *Elisabetha* Schaumburgica multorum factus est pater liberorum, inter quos *Simon* natu maximus Detmoldicam, *Otto* Brackensem, *Philippus* Buckeburgicam lineam condidere.

Detmoldicæ ergò lineæ autor est *Simon* VII. *crassus* cognomine, qui *anno* 1627. 26. *Martii* seculo valedixit, postquam ex duplici conjugio complures suscepisset proles. Ex priore cum *Anna Catharina Nassovica* filios 7. & filias 3. progeneravit. Ex quibus *Hermannus Adolphus* natu minimus Patri, & fratribus, sine prole mascula ad maturam ætatem proveniente ê vivis excessis, successit; Hic bis matrimonium contraxit, & ex prima conjuge *Ernestina Isenburgica*, nam secundum cum *Amalia* filia fratris sui Ottonis sterile fuit, filias 3. filium unicum progeneravit, *Simonem Henricum* familiæ hujus caput, qui anno 1648. natus & anno 1666. nupsit *Amaliæ* Alberti Comitis de Dohna filiæ, ex qua, præter primogenitum *Fridericum Adolphum 2. Septemb. an.* 1667. natum, & qui *anno* 1692. 16. *Junii* cum *Joanna Elisabetha* Adolphi Pr. Nassoviæ in Schaumburg filia matrimonium iniit, progeneravit proles 15. Linea Detmoldica.

Lineæ Brakensis autem Autorem *Ottonem* Simonis VI. filium tertio genitum supra diximus; is in divisione patrimonii Brake, Blomberg, & Barrendorp, accepit. Ille ex *Margarita Nassovica* filios 7. & filias 5. suscepit, inter quos primus nascendi sorte est, familiamque duxit, *Casimirus, qui anno* 1662. 28. *Maji*, conjugio sibi sociavit *Annam Amaliam*, filiam Ernesti Comitis de Sain & Witgenstein, quam anno 1685. 17. Martii morte amisit, postquam ex ea procreasset proles 7. ex quibus natu major *Rudolphus* 1664. 10. Maji natus, thori sociam sibi adscivit Dorotheam Elisabetham, *Christiani Ludovici*, C. Waldecii gnatam, & anno sequenti regimen ditionis, à genitore sibi concessum, adiit, pronuperque pater factus est filiæ. *Ernestus* Ottonis filius secundogenitus in pueritia decessit; Tertius *Wilhelmus* ut Colonellus fœderati Belgii Regem M. Britanniæ *Wilhelmum* secutus anno 1690. mense Febr. in Anglia sepultus est. Is ex conjuge *Luisa Margarita* Tecklenburgica 4. suscepit liberos, *Fridericum Wilhelmum* scilicet & 3. fœmellas. Quartus Ottonis filius *Mauritius* in cœlibatu anno 1666. mortuus; Quintus Fridericus nomine Canonicus Halberstadiensis, sed conjugatus, & ex *Sophia Luisa Holsat-Sunderburgica* præter filiã *Sophiam Amaliam*, progeneravit *Ludovicum Ferdinandum*. Sextus Ottonis filius *Georgius* Eques Ordinis Teutonici fuit, sed ducta uxore eaque ignobili insignia Ordinis deponere necesse Linea Brakensis.

cesse

cesse habuit. Septimus denique *Augustus* itidem Eques Ordinis Teutonici Commendator provincialis Balliviæ Hassiacæ anno 1684. creatus est.

Linea Buckeburgica.

Buckeburgicæ lineæ, ut supra notatum, autor est *Philippus* Simonis VI. Filius natu minimus, is sororis suæ *Elisabethæ* filio Ottone Comite Schaumburgi, ultimo stirpis suæ anno 1640. 15. Nov. mortuo à dicta sorore, gnati hæreditate aucta, heres scriptus, & transactione cum *Amalia Elisabetha* Hassiaca in Cassel tanquam tutrice filii sui Wilhelmi VI. anno 1647. 9. Jul. facta, & per Instrum. Pac. Westph. confirmata nactus est, dimidium Comitatum Schaumburgicum, quem postea incoluit, lineæque suæ ab arce & oppido *Buckeburgico* in eo sito nomen dedit. Ex avitis præterea ditionibus ei vigore testamenti paterni obtigere *Lipperode, Alverdissem & Uhlenburg*. Ex conjugio cum *Sophia* Mauritii Hassiæ Landgravii filia anno 1644. ducta pater filiarum 6. & filiorum 4. factus, is autem propè octogenarius *anno* 1681. 10. *April.* fatis concessit. Inter superstites filios prior est, *Fridericus Christianus* anno 1655. 16. Aug. in lucem editus. Is ex jure primogenituræ in hac familia vigente successit genitori in omni ditione *Schaumburgica* (super quo Comitatu sicut & Comitatu *Sternbergensi* inter Episcopum Paderbornensem & Comites, in judicio Imperiali Aulico est lis quæ in revisorio indecisa pendet) necnon præfectura avita *Lipperde* absque reditibus Lippiacis. Anno 1691. 4. Jan. in matrimonium duxit *Joannam Sophiam* Henrici Friderici Comitis ab Hohenloe in Langenburg filiam. Frater ipsius *Philippus Ernestus anno* 1659. 10. *Decemb.* natus appennagii loco præfecturam Alverdissen, ubi residet, cum annuo proventu 3150. thalerorum, quos ab ærario Detmoldiensi quotannis accipit, possidet. Ex conjuge *Luisa Clara* Augusti Ducis Holsatiæ Sunderburgicæ gnata præter *Augustum* anno 1689. demortuum genuit *Carolum Philippum* mense Aprili 1691. & sex filias, quarum tertiogenita Joanni Adolpho Comiti Tecklenburgico, quarta *Hedvvigis Ludovica* Augusto Jun. Duci Holsatiæ Sunderburgicæ. Quinta *Elisabetha Philippina*, Philippo Christophoro Comiti Breunero. Sexta *Carola Juliana* Joanni Henrico Comiti de Kuffstein utriusque Colonellis & Camerariis Cæsareis nupsit.

Insignia Comitum Lippiæ.

Insigne Comitum Lippiensium quadripartitum est, 1. & 4. areæ argenteæ rosis singulis pentaphyllis rubeis auro gemmatis insignitæ sunt, & familiarem tesseram exhibent; 2. & 3. rubeæ continent stellam auream, cui hirundo insistit ex argenteo & nigro variegata, & Comitatus Sternberg & Schvvalenburg denotant, Galea incumbit unica, sustinens rosam Lippiensem inter duas alas expansas, argenteam & rubeam: Laciniæ argento & cocco tinguntur. Notandum hic Buckeburgicam lineam medio Scuti loco parmulam imponere, quæ urticam Holsato-Schaumburgicam repræsentat.

Vigore Matriculæ Imperii de anno 1576. Comites de Lippe 4. equites & 18. pedites singulis mensibus præstant, hoc est in pecunia 120. floreni, ad sustentationem Cameræ annuatim 25. florenos solvunt.

Eorum onus Imperiale.

Lobkowitz.

De introductione Principis Lobkovvitzii in Collegium Imperii in Comitiis anno notatum aliquid suprà *verb.* Fürst/ *fol.* 764. *n.* 1. Celsissimæ hujus familiæ autorem, quendam nomine Dominum *de Lobecz*, quem circa annum Christi 861. vixisse perhibent, Historici commemorant, sed, cum hoc incertum, illi sequendi, qui originem hujus familiæ *Joanni de Lobkovviz*, Domino in Zasada, Imperatoris Wenceslai Supremo Aulæ Marescallo adscribunt, *teste Balbino*, specimenque hujus asserti in *parte IV. Tabularii sui Stemmatographici Regni Bohemiæ*, haud diu ante ejus obitum excusa exhibuit, duplicesque jam ab annis prope 280. repertos esse Lobkovvitzios ait: alii à prima origine *Popelii* dicebantur, alii *Hassensteinii*, ab arce Hassenstein, quod prope Cadanam in Bohemia est, nominari cœperunt: cum enim Dynastæ de Schoenburg familiæ Misniacæ, qui illam arcem sub feudo tenebant, Wenceslao Imperatori ac Regi parere nollent, misit ille cum exercitu prædictum Joannem de Lobkovviz, qui ad deditionem arcem compulit, quam Cæsar, cum vicina ditione, ad vitam Joanni concessit. *Hassensteiniensis linea* in Bobuslao Hassenstein de Lobkovviz (qui per magnas & varias peregrinationes suas, in Europa, Asia & Africa, sicut & per singularem suam doctrinam, cæterasque raras qualitates, magnam apud Reges & Principes laudem consecutus fuit (*anno* 1510. 29. *Novemb.* sine prole mascula humanis exempto, defecit. *Popeliana linea* verò in hunc usque diem, fœcunditate & flore conspicua est, nam *Ladislaus Poppel II.* seu junior, sua virtute & prudentia ad summa in Regno Bohemiæ munia evectus, ibique primus appellationum Præses, supremusque Regni Præfectus fuit, Imperatorum etiam ac Regum gratia atque existimatione polluit, habueruntque eum Nestorem in consiliis capiundis Ferdinandus I. Maximilianus II. & Rudolphus II. Impp. ob egregia merita, & fidelissimè præstita officia, à Maximiliano II. Imp. titulo donationis *Dynastiam Neostadiensem*, an der Wald-Nabe/ in Nortgavia obtinuit, eamque bonis suæ familiæ perpetuò incorporavit, tandem cum vixisset annos 82. *anno Christi* 1584. naturæ persolvit debitum. Inter proles post se relictas maximè inclaruit *Zdenko Adalbertus*, cui non minor fides ac rerum usus quam parenti inerat, bellica insuper virtute inclytus, & ob multa magna merita trium Imperatorum Rudolphi II. Mathiæ & Ferdinandi II. Consiliarius intimus fuit, Regni Bohemiæ præterea supremus Cancellarius, & aurei Velleris Eques extitit, atque *anno* 1624. à Ferdinando II. Imp.

Imp. *ad Principale fastigium* promotus, & in ordinem Principum Imperii cooptatus est, ita ut ipse ejusq; descendentes utriusq; sexus axiomate Principali, omnique prærogativa, quâ Imperii Principes eminent, uti ac frui Cæsareo Diplomate juberentur.

Filium post se reliquit unicum *Wenceslaum Eusebium*, qui â Ferdinando III. Imp. Imperiique Ordinibus in Comitiis Ratisbonensibus *anno* 1641. impetravit, ut Dynastia Neostadiensis in Nortgavia, quam ab avo suo acquisitam jure hæreditario tenebat, in *Principalem Comitatum*, sub nomine *Sternstein* eveheretur, juribus Principalibus ornaretur & circulo Bavarico adscriberetur, hinc factum, ut soluta pecuniæ summa solita & ærario Imperii illata in Conventu Imperii Ordinum anno 1654. Ratisbonæ ad votum & sessionem in Principum Senaculo solenni introductione admitteretur. *Saganensem* Ducatum in Silesia ab eodem Imperatore *anno* 1646. præsentibus nummis comparavit. Dignitates & munera in Aula Cæsarea quam maxima subiit, fuit enim Augustissimi nostri Leopoldi Imp. Supremus Aulæ Præfectus, eique ita charus, ut Patris nomine eundem appellare dignatus sit, qui tamen postea certis de causis *anno* 1674. *die* 8. *Octob.* Aula discedere atque in Bohemiam se recipere, & Raudnicii manere atque exsulare jussus, ut ibi imposterum Cæsaris mandata expectaret, de cujus præcipiti casu ex actis publicis constat, ut & ex *relatione Trajani Boccalini ex Parnasso ad Aulum Gallionem anno* 1674. *calend. Decemb. evulgata.* Etsi non desint qui causam hujus celeris amotionis putant esse, quod Imperatori secundum cum *Claudia Felicitate* Archiducissa matrimonium dissuaserit, quod nonnulli Medici sterile futurum tum temporis existimabant, quod tamen ex post eventus aliter docuit. Ex secundo thoro cum *Augusta Sophia Augusti Comitis Palatini in Sultzbach filia* (nam primus sterilis fuit) quinque liberorum parens factus est, inter quos post ejus obitum *anno* 1677. 24. *Aprilis*, ei in principatu successit filius major natu *Ferdinandus Augustus Leopoldus anno* 1655. 7. *Septemb.* in lucem editus Princeps omni scientiarum genere & eruditione præditus, utpote qui variis legationibus felicissimè peractis, inter secretiores Cæsaris actuales Consiliarios non modo relatus, sed etiam per plures annos Ratisbonæ in Comitiis Imperialibus principalem Cæsaris commissarium summa cum laude peregit, & modò Augustæ Romanorum Reginæ *Wilhelminæ Amaliæ* supremum agit Præfectum. Conjugium ter contraxit, *primum* cum *Claudia Francisca* gnata *Mauritii Henrici* Princ. Nassov. Hadamariensis 17. *Julii* 1677. quæ diem 6. *Martii* 1680. emortualem habuit: ex quo *Philippus* Princeps *anno* 1680. natus. *Secundum* 17. *Julii* 1680. cum *Maria Anna Wilhelmina, Wilhelmi* March. Badensis filia, quæ cum anno 1702. mense Julio cum Principali conjuge suo comitaretur Rom. Reginam in Augusti Rom. Regis expeditione contra Gallos ad Rhenum Egræ in Bohemia extremum clausit diem, ex quâ præter *Josephum Antonium Augustum* 6. utriusque sexus proles generavit. *Tertium* 3. *Decemb.* 1702. cum N. Comitissa ab Althan iniit conjugium. Ditiones quas hic Princeps possidet, sunt Ducatus *Saganensis* in Silesia, Principalis Comitatus *Sternstein* in Nordgavia, *Chlumitz* & *Raudnitz* in Bohemia.

Clypeum hujus Principis refert *Imhoffius not. procer. Germ. lib.* 1. *cap.* 4. sequentem in modum; quod bis transversim & semel perpendiculariter secetur, areolasque sex comprehendat, *prima* aurea, caput uri nigrum, annulum ejusdem coloris ore forens, continet, quod dogma erat *Pernsteiniæ familiæ*; in *secunda* rubea, apparet Angelus, aureas indutus vestes, quod insigne est *Saganensis Ducatus*; *tertia* cœruleæ partem inferiorem petra triceps argentea implet, in superiore tres stellæ aureæ fulgent, designando Comitatui Principali *Sternstein*: *Quarta* cœrula Leonem coronatum aureum, cauda bifida, refert: *Quinta* aurea, tribus palis nigris distinguitur, hos duos laterculos Cæsarem Principi, ob rem in bello fortiter ac feliciter gestam, addidisse ferunt: *Sexta* denique areola aurea, continet aquilam nigram, quæ in pectore semilunam, & huic impositam crucicolam argentei coloris exhibet, quod Symbolum est Silesiæ, vel speciatim Ducatus Glogaviensis, qui olim cum Saganensi conjunctus fuit. Toti incumbit parmula quadripartita, cujus prima & extrema quadra è minio & argento transversim secantur, & Popeliorum de Lobkowitz tesseram gentilitiam repræsentant; secunda & tertia argentea, singulas aquilas nigras, quæ nonnihil in altum dextrorsum inclinatæ volant (Zerotianæ familiæ emblema) referunt. Tegi solet hic clypeus mitra Ducali.

Lothringen / Lotharingia.

SUMMARIA.

1. *Regni Austrasiæ magnitudo.*
2. *Series Regum Lotharingiæ.*
3. *Ex Regno fit Ducatus.*
4. *Duces universæ Lotharingiæ.*
5. *Divisio Lotharingiæ in superiorem seu Mosellanam, & inferiorem seu Ripuariam.*
6. *Inferioris Duces.*
7. *Godefridus Bullonius & ejus expeditio in terram sanctam.*
8. *Hierosolyma â Bullonio capitur.*
9. *Duces superioris Lotharingiæ.*
10. *De Carolo Principe de Commercy.*
11. *Carolus III. Dux Lotharingiæ.*
12. *Carolus Henricus Pr. de Vaudemont.*

13. Ca-

13. *Carolus Thomas Pr. de Vaudemont.*
14. *Carolus Leopoldus Dux Lotharingiæ.*
15. *Leopoldus Josephus Dux Lotharingiæ.*
16. *Termini hodierni Lotharingiæ & ejus divisio.*

DE Lotharingia videri possunt notata supra *fol.* 110. *verb. Lotharingia*, ubi dictum, quatenus adhuc sit membrum Imperii, de Duce hodierno *Leopoldo Josepho* & ejus feudis ab Imperio dependentibus, de fratre ipsius Carolo Episcopo Osnabrugensi & Olomucensi, nec non quæ in Instrumento Pacis Cæsareo-Gallico §. 71. & in Tabulis Pacis Riswicensis *anno* 1697. *art.* 28. *& seqq.* sunt constituta & transacta. Cæterùm Austrasiæ & Lotharingiæ veteres limites fuerunt largissimi, & referente *Auberto Miræo de stemmat. Princip. Belg.* Austrasiæ Ditio ab extremis Burgundionum finibus usque ad mare Frisium, inter Rhenum, Mosellam, & Scaldim porrigebatur. Itaque Mediomatrices, Treveros, Ubios, Moguntiacum, Clivos, Gelriam, Brabantiam, Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, Hasbaniam, Tungros, Eburones, Limburgensem & Luxenburgensem Ducatum, denique Alsatiam, Lotharingiam, Palatinatum Rheni titulo decorata suos olim Reges habuit, quorum sedes potissimum fuit urbs *Mediomatricum* ad Mosellam sita, quam hodie *Metas* nuncupant. Tandem tamen, omisso Austrasiæ nomine, à *Lothario II. Imperatore* Lotharingiæ nomen accepit, & cum longe amplior esset Lotharingia, (continebatur enim hujus regni ambitu magna pars Germaniæ, Brabantiæ, & Belgii) Regnique nomine superbiret, suos quoque Reges ex ordine habebat, quorum primus fuit

1. Regni Austrasiæ magnitudo.

2. Series Regum Lotharingiæ.

Lotharius Junior, qui Placentiæ in Italia mense Junio *anno* 869. non relicta prole legitima, obiit. Hereditas jure debebatur ejus fratri *Ludovico II. Imp.* tunc in Italia degenti: pro quo exstat & Rescriptum Hadriani Pontificis maximi. Sed Patrui ipsius *Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus* obstiterunt, nam Carolus, ut Lotharium obiisse accepit, mox Metas advolavit, ibique eodem ipso anno, ab aliquot utriusque Regni Episcopis Rex est consecratus: ægrè ferente, ut par erat, Ludovico, regnum Nepotis sui Lotharii, cujus ipse partem speraverat, universum à Carolo usurpari, inita tandem pactione fratres duo in Procaspide ad Mosam, inter Haristellam & Marsanam, in pago Leodicensi convenientes, regnum Lotharienſe æquis inter se portionibus *anno* 870. diviserunt, ex qua divisione constat, *Ludovico* Lotharingiæ Transmosanæ, *Carolo* autem Cismosanæ portionem obtigisse.

Ludovicus Germaniæ, & partis Lotharingiæ Rex, *anno* 876. obiit, relictis ex Emma conjuge filiis *Ludovico, Carolomanno & Carolo Crasso.*

Carolus Calvus, Franciæ & partis Lotharingiæ Rex *anno* 877. vivere desiit, *Ludovico Balbo filio* regnum Franciæ transscribens, hic *anno* 879. moriens Adelaidem uxorem gravidam reliquit, ex qua natus est posthumus, *Carolus*, cognomento *simplex.* Idem Balbus ex Waldrada repudiata filios duos reliquit, Carolomannum & Ludovicum, qui in Ferrariensi Monasterio Reges sunt coronati. At verò *Ludovicus*, Ludovici Germanici filius cognita morte æquivoci sui (Ludovici Balbi) regnum illius invadere disposuit, & transvadata Mosa, Imperii fines occupavit; Cui occurrerunt duo memorati fratres Carolomannus & Ludovicus cum valida manu: sed incurrentibus legationibus pax est roborata: sicque *Ludovico*, Germanici filio Lotharingia cessit, ea conditione, ut à Regno abstineret Franciæ, eoque anno 879. defuncto frater

Carolus Crassus Imp. in totius Lotharingiæ Regno successit. & anno 888. moriens Arnulphum Carolomanni fratris sui filium habuit successorem.

Arnulphus Imp. Rexque Germaniæ ac Lotharingiæ, Normannos Lovanio ejecit, & Wormatiæ in Comitiis existens, anno 895. Suendiboldum filium naturalem universo Lotharingiæ regno præfecit: *teste Reginoin Chronic.*

Suendiboldus ob crudelitatem, quam in suos exercebat, à Stephano Matfrido, Gerardo & Raginero, Comitibus, bello impetitus, ac demum prælio prope Mosam victus, anno 900. occubuit, in Susterensi Monasterio conditus.

Ludovicus Suendiboldi frater, post Arnulphi patris interitum, apud Germanos imperium gessit; Eidem Lotharingia, fratre occiso obtigit, obiitque *anno* 911. aut 912. ex Caroli Magni stirpe apud Germanos postremus.

Conradus, vir bello clarus, ex Francia orientali Ludovico mortuo à Proceribus Regni electus, Imperium Germanicum cum Regno Lotharingiæ obtinuit, obiitque *anno* 919.

Carolus, cognomento simplex, Francorum Rex, Ludovici Balbi filius, Conrado Imp. anno 916. Lotharingiam extorsit, eamque annis aliquot tenuit.

Henricus, cognomento *Auceps* Saxoniæ Dux, Conradi in Imperio successor, anno 921. *Carolum simplicem* terrore armorum ad restituendam Lotharingiam compulit, sed eodem anno *teste Flodoardo in Chronic. dicti Reges apud Bonnam Castellum convenerunt, & pacem inter se facientes, fœdus inierunt, & Carolus nunquam se amplius regnum Lotharienſe usurpaturum promittens, est regressus.* Exinde *Henricus Auceps*, viro forti atque industrio, *Gisleberto*, filio Ragineri primi, Comitis Hannoniensis, Lotharingiam gubernandam commisit, ipsique filiam suam *Gerbergam*, annno 929. uxorem dedit. Hoc tempore *Lotharingia Regni nomen amisit*, & Ducatus dici cœpit, terminique ejus longè angustiores redditi: comprehenditur enim vocabulo Lotharingiæ is duntaxat Regionis tractus, quem *Mosella* intersecat, quique inter

3. Ex Regno fit Ducatus.

inter *Vasagum* & *Juram* montes, itemque *Sequanam* & *agrum Luxenburgensem* excurrit. Primus igitur Lotharingiæ universæ, id est, inferioris & superioris, Dux fuit dictus *Gislebertus*, qui anno 939. periit, Rheno flumine absorptus: relicto puerulo *Henrico*, qui paucis post annis obiit, successit ei anno 940.

4. Duces universæ Lotharingiæ.

Henricus Ottonis I. Imp. frater, paucis mensibus Lotharingiæ præfuit, post Boiariæ Dux ab eodem Ottone creatus. *Otto*, Ricuini filius, post Henricum Lotharienſibus præfuit, vel suo vel tutorio nomine Henrici pueri, quem Gisleberti filium modo dixi. Hic Otto autem anno 944. vita decessit.

Conradus Ottonis I. gener, exinde præfuit: qui socero post rebellis, Hungaros in Lotharingiam adduxit, demùm facti pœnitens, & contra Hungaros fortiter dimicans, anno 957. occubuit.

Bruno Ottonis I. Frater in Conradi rebellis locum suffectus, *Coloniensis Archiepiscopus*, *& Dux Lotharingiæ*, *secundas partes in regno fratris sui potenter & industriè administravit.* Loquente sic *Sigeberto anno* 965. Remis vivere desiit. *Ditmarus* eum eximiè laudat, qui ipsum intercessione *S. Pauli Apostoli* in cœlum fuisse receptum narrat. Ab Ecclesia certè Tornacensi anniversario ritu solenniter 11. Octob. colitur ut Sanctus; Historiam ejus vitæ apud *Surium* exstantem, Rogerius Monachus conscripsit. Post hæc Lotharingia divisa in superiorem seu *Mosellanam*, & inferiorem seu *Ripuariam*, & quæque suos proprios habebat Duces. *Inferioris Lotharingiæ* primus Dux fuit.

5. Divisio Lotharingiæ in superiorem & inferiorem.

6. Inferioris Duces.

Carolus Ludovici Francorum Regis ex Gerberga Gisleberti Lotharingiæ Ducis vidua, filius, hic *Bruxellam* aulâ suâ primus nobilitavit. Ludovico Rege Franciæ, stirpis Carolinæ ultimo, sine liberis anno 987. defuncto, *Hugo Capetus*, Comes Parisiensis regnum invasit, Carolo ex paterna & avita successione, debitum: quod dum armis repetit, per fraudem anno 990. à *Capeto* captus, Aureliæ ad Ligerim in carcere *anno* 991. obiit, cui filius

Otto suffectus est, qui autem *anno* 1005. sine liberis obiit. Hinc Ducatus à S. Henrico Imperatore Godefrido improli, Godefridi, cognomento Captivi, Comitis Virdunensis & Rihamensis & Mathilde Saxonica, filio datus est, teste Sigeberto: qui ait: *anno* 1005. *mortuo Ottone Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido filio Godefridi Ardenensis*, obiit *anno* 1023. nullis relictis liberis, ideoque improlis dictus; successit ei

Gothilo seu *Gozilo*, frater ejus magnus dictus, antequam hic Dux esset Lotharingiæ inferioris, possedit Marcam seu Comitatum Antverpiensem. Friderico II. Mosellanorum seu superioris Lotharingiæ Duce *anno* 1034. fine filiis mortuo, à Conrado Imp. Mosellanum quoque Ducatum impetravit. Obiit *anno* 1044. filios reliquit *Godefridum Barbatum* utriusque Lotharingiæ Ducem, *Fredericum*, postea Papam Stephanum IX. dictum, & successorem filium.

Gothilonem, *Ignavum* cognomine, qui biennio post patrem obiit, *anno* 1046. huic eodem anno successor datur *Fredericus*, Adelberonis III. Episcopi Metensis & Henrici Baioariæ Ducis frater, è familia Comitum Luxeburgensium, uxorem Gerbergam habuit, Comitis Boloniensis filiam, ex qua prolem masculam non generavit. Hinc *anno* 1064. morienti ab Imp. Henrico III.

Godefridus Barbatus successor datur, qui simul Monasterii Stabulensis Advocatus constituitur, & Tusciæ insuper Dux fuit, uxorem in Italia duxit Beatricem, Frederici II. Ducis Mosellani filiam, Bonifacii Tusciæ Marchionis viduam, obiit *anno* 1070. Liberosque reliquit *Idam*, & successorem.

Godefridum gibbosum, præstantis animi adolescentem, sed gibbosum. Is *anno* 1076. Antverpiæ à Sicario confessus est, per insidias Roberti Frisii Flandrorum Comitis, & Virduni juxta Patrem conditus. Sine prole moriens Patrimonii sui, ac nominatim ditionis Bulloniensis hæredem scripsit *Godefridum*, inde dictum *Bullonium*, Idæ sororis suæ filium, uxorem habuit *Mathildem*, Bonifacii Tusciæ Marchionis filiam, quæ varia Tusciæ & Liguriæ oppida S. Romanæ Ecclesiæ dono dedit, quæ hodie *Patrimonium S. Petri* nuncupantur. Gibboso demùm sine liberis mortuo Henricus IV. Imp. Lotharingiæ inferioris successorem designavit filium suum

Conradum, Marcam verò Antverpiensem *Godefrido Bullonio* tradidit, postea verò Conrado ad regnum Italiæ per patrem *Henricum IV*. Imp. evecto, idem Imperator *anno* 1089. *Godefrido Bullonio* Godefridi gibboso ex Ida sorore nepoti inferiorem Lotharingiam dedit, quem ad vitam usque cum Marca Antverpiensi retinuit.

Hic est ille *Godefridus Bullonius*, qui præter plurima in Ecclesiam & Religionem Orthodoxam præstita beneficia, & antequam anno 1096. in iter versus *terram Sanctam* se daret, ut expeditionem suam DEO ac S. Michaëli, militiæ cœlestis Principi, commendaret, *Antverpiæ* Collegium 12. Canonicorum, in honorem ejusdem Archangeli instituit ac dotavit, decimis Villarum *de Lillo & Berendrecht* attributis, quas hodieque possident, Collegium istud ex S. Michaëlis templo, petente S. Norberto Ord. Præmonstratensis conditore, ad Basilicam Marianam anno 1124. translatum, & totidem Canonicis decursu temporis auctum, nunc est Episcopale; Eodem anno Bullonius pecuniam in usum sacri belli colligens, Otberto Leodiensi Episcopo, *arcem ac ditionem suam Bulloniensem*, mille trecentis argenti & tribus auri marcis vendidit, quam hodiedum adhuc possidet *Episcopus Leodiensis*, & cum titulo Ducis Bulloniensis eô fruitur. Anno 1096. 15. Aug. Bullonius hic iter sacrum aggressus est, cum Balduino & Eustathio fratribus suis, magnaque Principum & Comitum copia, & præter hanc

7. Godefridus Bullonius, & ejus expeditio in terram sanctam.

hanc cum magna & regio more instructa Aula. Anno 1099. ex post *Hierosolyma* belli sacri caput, *die* 15. *Julii, feria sexta* ab Europæis capta est, Godefrido nostro Bullonio omnium primo muros transcendere auso. Exinde *Regnum Hierosolymitanum* Godefrido, cujus potissimum virtute urbem captam esse constabat, omnium consensu delatum: quanquam piissimus Princeps nec insigne, nec nomen regium usurpare voluit in ea urbe, ubi Dei filium purpura indutum & Regem per ludibrium meminerat appellatum. Anno 1100. Godefridus Bullonius primus Hierosolymorum Rex, idemque tunc Dux Lotharingiæ inferioris, & Marchio Antuerpiensis, *die* 19. *Julii Hierosolymis obiit*, regio more sepultus in S. Sepulchri Dominici templo Golgothano: ubi hodieque ejus Mausoleum, Lapide Pario constructum visitur, hac addita inscriptione: *Hic jacet inclytus Godefridus de Bullion, qui totam istam terram acquisivit cultui Christiano; cujus anima requiescat in pace.* Bullonio sic in Syria defuncto

8. Hierosolyma à Bullonio capitur.

Henricus, Comes Limburgensis, ab Henrico IV. Imp. *anno* 1101. in Ducatu Lotharingiæ Inferioris & Marca Antverpiensi suffectus est. Fuit is filius *Walerami* I. Comitis Limburgensis, illo autem ob rebellionem capto, Ducatus Lotharingiæ inferioris

Godefrido Barbato, Comiti Lovaniensi ab eodem Imperatore *anno* 1106. collatus est. Sed Imp. Henrico IV. *anno* 1125. defuncto, *Lotharius* Dux Saxoniæ Imperator creatur, cui se *Conradus* Sueviæ Dux, eo, quod à nonnullis Germaniæ Proceribus etiam Imperator nuncupatus sit, objecit. Hinc Conrado inter alios sese *Godefridus* Barbatus adjunxerat, qua de causa Ducatu à Lothario privatus est, &

Valeramum II. Comitem Limburgensem successorem accepit, qui, quamdiu *Lotharius* vixit, fere ad finem usque *an.* 1137. Lotharingiæ Ducatum possedit: Lothario autem mortuo *Conradus Imp. Godefrido Barbato* anno 1138. Ducatum Lotharingiæ iterum attribuit ac confirmavit. Titulum autem Ducis & magnam Arduennæ partem, Valeramus ejusque posteri retinuerunt. Successit *Godefrido Barbato* filius primogenitus

Godefridus II. Lovanii in D. Petri Templo anno 1143. conditus. Ex Lutgarde Berengarii Sulzbacensis filia, reliquit filium sibi cognominem & successorem

Godefridum III. in *cunis* vulgo dictum, qui anno 1186. vivere desiit, & Lovanii penes Patrem tumulatus, ex Margaritha Henrici Ducis Limburgensis filia genuit *Henricum* successorem, & *S. Albertum*, Episcopum Leodiensem ac Martyrem. Ex altera conjuge *Imagina*, Comitis Lossensis filia, procreavit *Guilielmum* primum, Peruesii Dominum, & *Henricum* Dominum Cudicensem. De priore matrimonio in *Auctuario Affligenicensi* & in *Chronico Sigeberti* sic legitur: *Anno* 1155. *Godefridus junior Lotharingiæ, Margaritham filiam Henrici Comitis Limburgensis in conjugio sortitus est: per quod tandem rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore protracta, ea conditione finita est, ut Godefridus confirmatum sibi Ducatum, sine ulla contradictione, & Advocatiam S. Trudonis, Castellum Rode obtineat, atque omnium, quæ possidet idem Comes, post decessum ejus medietatem accipiens, hereditario jure successor fiat*; & sic contentio illa de Ducatu *Lotharingiæ inferioris* tandem finita fuit, quæ ab anno 1106. usque ad annum 1155. inter Lovaniensem & Limburgensem Comites duraverat, mansitque Ducatus penes posteros Godefridi Barbati, Comitis Lovaniensis. Et cessat hic supra *cit. Aubert. Miræus* recensere Duces *inferioris* Lotharingiæ seu *Ripuariæ*. *Superioris* autem seu *Mosellanæ* sequentem exhibet Seriem:

Primus Lotharingiæ Mosellanæ Dux fuit *Fredericus Adelberonis*, Episcopi Metensis frater, à Brunone Coloniensi Archiepiscopo, & Lotharingiæ Duce *anno* 958. constitutus. Subscripsit hic Dux tabulis, quibus *Sigefridus* I. Comes Luxeburgensis, Castellum Luziliburgum in pago Arduennæ situm, à Wikero Abbate S. Maximini Trevirensis, titulo permutationis acquisivit. Uxorem habuit *Beatricem, Hugonis Capeti* Regis Franciæ Sororem, *Hugonis*, Comitis Parisiensis filiam, ex qua præter *Adelberonem* secundum eo nomine Episcopum Metensem natus est ipsi successor,

9. Duces Superioris Lotharingiæ seu Mosellanæ.

Theodoricus Mosellanorum Dux secundus, quem bello cœpit Metensis Episcopus Theodoricus, S. Cunegundis Imperatricis frater, *teste Sigeberto in gestis anni* 1009. successit ei filius.

Fredericus II. qui anno 1034. sine prole mascula obiit, & sepultus Stabuleti in Arduenna, cujus Monasterii fuerat Advocatus. Exinde

Gothilo seu Gozilo Magnus, Ducatum Superioris & Inferioris Lotharingiæ possedit, secundum *Sigebertum Gemblacensem*, qui ita scribit: *Anno* 1034. *Friderico Mosellanorum Duce, qui Mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothilo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Mosellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur.* Patri adhuc vivendi ex post suffectus filius.

Godefridus Barbatus, teste *Herm. Contracto*, ita loquente: *Anno* 1044. *Gozilo Dux Lotharingiorum moriens Gozilonis filio, quamvis Ignavo, Ducatum suum, à Rege Henrico promissum, relinquere disposuit. Filius ejus Godefridus jamdudum Dux, cum Ducatum fratri debitum, contra fas à Rege Henrico sibi obtinere nequivisset, jusjurandum fidemque postponens, rebellare Regi præsumit.* De cætero *Godefridus* hic, ab Imp. Henrico Ducatu Mosellano privatus, in Italiam se contulit, & Matrimonio sibi junxit Beatricem *Friderici* II. Ducis Mosellani filiam, *Bonifacii* Tusciæ Marchionis viduam. In Galliam demum reversus, Ducatum Lotharingiæ Inferioris ab Imperatore impetravit,

& *anno* 1070. moriens liberos reliquit *Godefridum Gibbosum* Lotharingiæ Inferioris Ducem, & *Idam Eustathii* II. Comitis Broloniensis conjugem, Godefridi Bullonii matrem. Interea *anno* 1047. ab Henrico Imp.

Adelbertus Superioris Lotharingiæ Dux creatur, qui tamen *anno* 1048. à Godefrido Barbato interficitur, *testantibus Contracto & Sigeberto*, cui successit eodem anno

Gerhardus Alsatus, qui *anno* 1070. obiit, extat Diploma *anno* 1033. datum in Romarici Monte pro Ecclesia *S. Auersi*, in quo Patrem suum nominat *Adelbertum*, & Avunculum suum *Gerardum*, innuitque utrumque fuisse jam dudum defunctum. Cœterum Adelbertus seu Albertus Gerardi Pater fuit Comes Metensis, *teste Chronico Brugensi*. Uxorem habuit *Gerardus Alsatus* Hadevvigem Alberti I. Comitis Hamurcensis filiam, ex qua præter *Gerardum* Comitem genuit successorem

Theodericum II. cognomento Strenuum. Is *anno* 1075. Henrico IV. Imp. in bello contra Saxones adfuit, *narrante hoc Lamberto Schafnaburgensi*: Rex venit in Gerstingam: venerunt omnes Tentonici regni Episcopi & Comites, aderat *Diodericus* Dux Mosellæ regionis, aderat *Gozilo* Dux Lotharingiæ inferioris, subscripsit hic Theodoricus II. *anno* 1089. diplomati Metis dato, quo Henricus IV. Imp. confirmat fundationem Abbatiæ S. Agerici Virdunensis à Theoderico illius Urbis Episcopo factam. Obiit demum *anno* 1115. Henrico V. Imp. imperante; successorem habuit

Simonem I. qui 24. annis rexit, & 14. *Jan. anno* 1129. obiit, sepultus in Bello prato Ord. Cistertiensis cœnobio. Uxor illi fuit *Adeleis Lotharii* Imp. soror, ex qua filium sustulit Matthæum. Alii filium alterum addunt *Robertum* nomine, successit autem ei primogenitus

Matthæus I. Clari loci Monasterium Ord. Cistertiensis, altero milliari à Nancejo construxit, & obiit anno 1176. ibidem conditus. Uxor Bertha Friderici Imp. Soror genuit ipsi *Simonem*, *Fredericum* Comitem de Bitsche, *Matthæum* Episcopum Tullensem, & *Iuditham* Comitissam Burgundiæ, quibus alii addunt *Theodericum Electum* Metensem; filius natu major Parenti successit,

Simon II. anno 1143. Monasterium Stultzbrunense Ord. Cistertiensis condidit, ibidemque postea sepultus. Obiit sine liberis; succedente illi ex fratre Friderico Comite de Bitsche Nepote,

Frederico III. qui ex uxore *Agnete*, *Theobaldi* Comitis Barrensis filia, genuit *Jacobum* Episcopum Metensem, *Theobaldum* & *Matthæum* Duces, & *Regnaldum* Comitem de Castres. Successit autem illi secundogenitus,

Theobaldus I. ex parte Uxoris *Gertrudis*, Comes quoque Metensis & Dagisburgensis, prælio Boninensi inter Tornacum & Insulas *anno* 1214. pro Ottone IV. Imp. pugnans interfuit, obiit sine liberis. Hinc ei frater

Matthæus II. successit, Uxorem habuit *Catharinam* Luxemburgicam, Sororem Henrici Comitis Luxemburgensis, cui Margaritha, Theobaldi II. Comitis Barrensis filia, Comitatum *de Ligny* in dotem attulit. *Matthæus* verò *an.* 1250. & *Catharina anno* 1258. obierunt, in Monasterio Belli prati sepulti. Successit ei filius,

Fredericus IV. cui uxor *Margarita* filia Theobaldi I. Regis Navarræ & Comitis Campaniæ, soror Theobaldi II. & Henrici I. similiter Regum Navarræ & Comitum Campaniæ, ex qua præter alias proles masculas genuit *Theobaldum* II. successorem. Obiit demum anno 1303. nonagenarius, sepultus in Bello prato. Fundavit *Nancei* Monasterium Virginum Dominicanorum, *Tulli* struxit chorum Ecclesiæ Cathedralis, cœnobium Franciscanorum & templum Dominicanorum, successit denique filius

Theobaldus II. qui postquam *anno* 1311. vivere desiisset, liberos reliquit *Fredericum & Hugonem*, ex quibus ei in regimine successit.

Fredericus ejus nominis V. qui ex Isabella *Alberti* Austriaci Imp. filia genuit *Radulphum*, & *anno* 1330. decessit & in Belloprato tumulatus, succedente illi filio

Radulpho, qui Nancei collegium Canonicorum, S. Georgii, titulo Capellæ Ducis, & *anno* 1346. cecidit in bello Anglico, sepultus in Bello prato. Uxores habuit duas, *Eleonoram* unam Comitis Barrensis filiam, alteram *Mariam* Bleßensem.

Joannes I. Radulphi filius succedebat, & postea anno 1382. Parisiis obiit, Nanciumque delatus in templo S. Georgii sepultus. Ex *Sophia* Werardi Comitis Wittenbergensis filia nati, Carolus in Ducatu Successor, & *Fredericus* I. Comes Vademontius ducta Margarita Vademontia herede: ex qua idem *Fredericus* I. *Antonium* Comitem Vademontium genuit. *Antonius* ex *Maria*, filia *Comitis de Harcourt* in Normannia filium reliquit *Antonium* II. Vademontium Patrem *Renati* II. Ducis Lotharingiæ.

Carolus itaque successor in Ducatu Uxorem duxit *Margaritam* Bavaram Vitæ sanctissimæ fœminam, *Ruperti* Imp. filiam, ille anno 1430. Nancei hæc an. 1434. obiit. genuerunt filias duas, *Isabellam* unam Ducatus heredem, alteram Jacobi Marchionis Badensis uxorem.

Isabella anno 1420. nupsit *Renato* Andegavensi, Regi Neapolis & Siciliæ, Duci Barrensi (quem Ducatum à Ludovico Barrensi avunculo suo ultimo Barrensium Duce obtinuit) & Comiti Guisiæ; *Renatus* autem filio suo *Joanni* anno 1462. Ducatum Lotharingiæ cessit, & anno 1482. decessit.

Joannes II. itaque Parentibus Renato & Isabellæ in Ducatu Lotharingiæ successit. Uxorem habuit *Mariam Caroli* Ducis

Bour-

Bourbonii filiam post horum obitum filius eorum unicus

Nicolaus quidem successit, sed *anno* 1473. cælebs extremum clausit diem,& ita huic sine liberis defuncto successit

Renatus, Frederici II. Vademontani & Jolandæ Andegavensis filius, cui nemo Ducum Lotharingiæ potentia & ditionum amplitudine par fuit, acerrima gessit cum *Carolo Pugnace* Burgundiæ Duce bella. Ex *Philippa*, Adolphi Geldriæ Ducis & Catharinæ Bourboniæ filia, 10. ipsi liberi nati fuere, quos inter emicuerunt *Antonius*, in Ducatibus successor. *Joannes* Cardinalis à Lotharingia, *Ludovicus*, Comes Vademontanus, *Franciscus* Comes de Lambesque & de Orgon. *Claudius*, Dux Guisiæ & Joinvillæ. Hic postremus 6. progenuit Principes: 1. Franciscum D. de Guise, cujus posteritas exaruit nostris temporibus, in Ludovici Josephi D. de Guise, Joyeuse & Angoulesme, unigenito filio, Francisco Josepho, demortuo 1675. Supererat autem avi Ludovici Soror Maria, dicta *Madamoiselle de Guise*, Ducissa Guisiæ & Joyeuse, quæ obiit 1688. 3. *Martii*. 2. *Carolum* Archiepiscopum Remensem, 3. *Claudium*, D. d'Aumale, in cujus filiis hæc linea iterum defecit. 4. *Ludovicum* Archiepiscopum Senetanum. 5. *Franciscum* Admiralem Franciæ, & M. Priorem Ord. Joann. Hierosol. 6. Renatum, *Marquis d' Elbeuff*, cujus posteritas maxime in Gallia adhuc floret. Natus est ex hac familia patre *Julio Augusto*, Pr. de Lislebonne, Matre
10. vero Anna, Caroli III. Ducis Lotharingiæ
Pr. de filia legitimata. *Carolus Princeps de Com-*
Commercy, *mercy*, natus 1661. 11. Julii, Campi Mareschalli, Locumtenens Generalis Cæsareus fortissimus, dum viveret, nam in moderno bello Italico contra Gallos & Hispanos, ratione Successionis Hispanicæ, *mense Aug.* 1702. prope Luzaram, in cruento illo prælio, gloriosissimè, victoria penes Cæsareanos manente, occubuit.

Obiit tandem *Renatus anno* 1508. 8. *Decembr.* successorem relinquens *Antonium* filium primogenitum, qui ex uxore *Renata Borbonia*, Gisseberti Comitis Montpenserii filia, genuit *Franciscum*, in Ducatibus Successorem, *Nicolaum* primum, Episcopum Virdunensem, post Comitem Vademontium & Ducem Merceurii, Patrem Philippi Emanuelis, Ducis Merceurii, & Henrici Comitis de Chaligny, *Annam*, nuptam Renato Principi Arausionensi, & *Antonium*, qui anno 1544. obiit.

Franciscus itaque successit, Princeps omnibus ingenii & animi dotibus instructissimus, sed in flore ætatis apoplexia tactus è vita migravit, *anno* 1549. Uxorem habuit *Christiernam*, *Christierni* II. Daniæ Regis & Isabellæ Austriacæ filiam, Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis viduam, ex qua genuit filium unicum sibi successorem,

Carolum II. cognomento *Magnum*, qui *Academiam Mussipontanam* instituit, moritur *anno* 1608. 10. *Decemb.* Ex Conjuge *Claudia*, Henrici II. Galliarum Regis filia, liberos suscepit *Henricum* sibi successorem, *Christiernam*, Ferdinandi Magni Hetruriæ Ducis conjugem, *Carolum*, Cardinalem à Lotharingia, Episcopum Argentoratensem & Metensem. *Antoniam*, Uxorem Guilielmi Ducis Cliviensis & Juliacensis. *Franciscum*, Comitem Vaudemontium, *Catharinam*, Abbatissam Romarici montis, *Annam* & *Claudiam*. Successit huic

Henricus II. qui duxit Uxorem *Catharinam* Borboniam, Antonii Regis Navarræ filiam, 1599. quâ 1604. demortua, nuptias celebravit cum Margaretha Gonzaga Vincentii Ducis Mantuani filia, 1606. cum qua *Nicolaam* & *Claudiam* procreavit. De *Caroli* II. Ducis Lotharingiæ filio quintogenito Francisco Comite Vaudemontio pauca hic inserenda, elegit sibi hic thori sociam *Christinam* Pauli Comitis Solmensis filiam, ex qua, cum fatis anno 1632. ce- 11.
deret 5. reliquit liberos: 1. *Henricum* mor- Carolus
tuum infantem, 2. *Carolum* III. Parentis III. Dux
successorem, natum 1603. Principem au- Lotharin-
dacem & strenuum, qui tamen post varias giæ.
simultates, inprimis cum viderit se ex triplici conjugio nullum relicturum heredem, *anno* 1662. *mense Februario*, *omnes suas ditiones Regi Galliarum vendidit*, verum cum ipsum facti pœniteret, Rex Galliæ eum Ducatu ejecit, quam ad vitæ usque terminum recuperare non potuit. In 1. Conjugio habuit Nicolæam Henrici patrui sui filiam, cui tamen repudium misit; Ex secunda Conjuge *Beatrice de Cussance*, filia 12.
Eugenii Pr. Cantacrucii superest *Carolus* Carolus
Henricus Dux de Vaudemont, qui modo Henricus
Coronis Hispaniæ & Galliæ militat, & hoc Dux de
tempore Gubernator est Mediolani in Ita- Vaude-
lia. Ex Conjuge *Anna Elisabetha* filia *Ca-* mont.
roli de Lotharingia D. d' Elbeuff, genuit *Carolum Thomam*, Principem de Vaudemont, qui Imperatori hucusque fortiter militavit, & non solum in nupero bello Turcico, sed & in moderno bello Hispano-Gallico in Italia Augustissimæ Domui Austriacæ egregias & summè laudandas operas præstitit, & etiamnum præstat; agit enim ibi Generalem Campi Marescallum Cæsareum. Conjux 3. Caroli III. fuit Maria, Caroli Comitis Aspermont. gnata, quam duxit *anno* 1665. & decessit tandem nulla relicta legitima sobole *anno* 1675.

Tertius Francisci Lotharingici filius fuit *Nicolaus Franciscus*, Episcopus Tullensis, qui *anno* 1626. factus Cardinalis, postea relictâ vitâ Ecclesiastica Principem Secularem egit, sibique conjugio junxit patruelem *Claudiam*, *Henrici* Ducis Lotharingiæ filiam, ex quo conjugio natus est *Carolus Leopoldus*, *Nicolaus*, *Sixtus*. 4. *Henrica*, quæ quinquies diversimode nupsit. 5. *Margaritha*, quæ nupsit Joanni Bapti- 14.
stæ Gastoni, Duci Aurelianensi, *anno* 1632. Carolus
mortua verò 1672. 18. *Aprilis* Post has & Leopol-
tantas rerum vicissitudines demùm dus, Dux

Carolus Leopoldus natus 1643. Legiti- Lotharin-
mus Ditionum Lotharingicarum Heres, qui giæ.
post

post venditam à Patruo Carolo Regi Lotharingiam, ne contractui subscribere cogi posset, *Parisiis*, citato cursu discessit, spretisque omnibus conditionibus, iisque in speciem opimis à Rege sibi oblatis, (erant præcipuæ conjugium Principissæ Nemorosiæ, assignatio Ducatus Bituricensis, & amplissimorum redituum, adoptio in Regiam stirpem; exilium honestum, obsequio se indigno, & apud posteros excusationem non habituro, prætulit. Ex eo itaque tempore Cæsari studium suum addixit, eidemque fidei ac fortitudinis suæ clarissima documenta, in oculis omnis Europæ dedit, quibus affinitatem ejus, militiæ præfecturam, aliaque summa promeruit, novis quotidiè factis, qualia nulla ætas vidit, quæque nec in operis quidem justi materia, nedum in his brevibus notis, dignè exprimi possunt, nunquam intermorituram gloriam sibi parans. De laudibus ejus notata sunt aliqua supra *fol.* 110. & quia prodiit Libellus in lingua Gallica de gloriosa vita & factis hujus Herois, qui inscriptus est, *la vie de Charles V. Duc de Lorraine & de Bar, Generalissime des Troupes Imperiales*, placuit saltem ex eo conclusionem finalem hic adjungere: *Jamais Prince n'a été plus généralement* regretté que le fut Charles Cinquiéme; cette perte fut, sensible à toute l'Europe. Il fut plaint, parce qu'on perdoit un capitaine experimenté, l'un des plus grâns Genéraux qu'il y eût dans les Armées des Alliez; Un Chef dont la prudence & la bravoure commençoient à être funestes à la France; En un mot, un Prince incorruptible, & qui agissoit bien moins pour ses intérêts propres, que pour ceux des Princes Confédérez. Mais il fut plaint particuliérement, parce qu'il mourut dans le tems qu'il étoit sur le point *de reméttre sa Maison dans son ancien lustre*, & de delivrer de joug ses sujets; Et parce qu'il laissoit en mourant une famille desolée. En Effet, on remarqua, que les princes, qui avoient le plus d'intérêt à la mort du Duc, ne regardérent pas tant cette perte par rapport à eux que par rapport à de jeunes Princes, qui en méme tems qu'ils perdoient leur Illustre Pére, sembloient perdre toutes les Esperances dont on commençoit de les flater. Le Duc de Neubourg, qui avoit été, contraint de s'aller, comme réfugier à Vienne; depuis que les troupes de France étoient entrées dans son pais, témoigna d'abord à la Reine Douâiriére, que la ruine de son Electorat l'avoit bien moins frapée, que la perte du Duc son Epoux, & que les princes ses Enfans le pouvoient regarder comme un protecteur, qui n'auroit pas moins à Cœur leurs interêts, que les siens propres. Plusieurs autres Princes lui tinrent, à peu prés, le même langage: & l'Electeur de Brandebourg écrivit en même tems à l'Empereur, qu'il le prioit de trouver bon qu'il partageât avec lui la qualité de ces jeunes Princes, ajoûtant que comme il avoit promis à Charles V. de ne point mettre bas les armes, qu'il ne fût rétabli dans ses Etats: Il vouloit bien continüer cette proméssé en faveur des Successeurs d'un Heros, dont il pleureroit toute sa vie la perte. L'Empereur donna quelque tems aprés au jeune Duc le Gouvernement du Tyrol. Et déja le Pape avoit accordé à un autre de ces Princes la dispence, pour être Coadjuteur du grand Prieuré de Castille, qui est un Bénéfice de plus de Deux cens mille livres de rente. Filios ex *Eleonora Maria Ferdinandi III.* Imp. filia & August. Imp. *Leopoldi* Sorore, *Michaëlis* Polonorum Regis vidua, post se reliquit 4. (1. *Leopoldum Josephum*, *natum* 11. *Sept.* 1679. in Ducatibus successorem, (2. *Carolum Josephum* natum 24. *Novemb.* 1680. Episcopum Olomucensem & postea quoque Osnabrugensem. (3. *Josephum Ignatium*; natum 20. *Octob.* 1685. qui etiamnum in Aula Imperiali in delitiis Serenissimi Archiducis Austriæ, Caroli educatur, (4. *Franciscum Josephum*, natum mense Decemb. 1689. qui apud regnantem modo Ducem Lotharingiæ, fratrem suum, Nancei subsistit. modernis itaque & etiamnum regnans Dux Lotharingiæ est.

Leopoldus Josephus qui anno 1697. ut Generalis Campi Mareschallus Cæsareus, obsidionem Ebernburgensem ad Rhenum felici satis successu commendabat, & exeunte eodem anno, cum Pax inter Imperatorem & Galliæ Regem *Risvvici* in Hollandia concluderetur, hic Princeps vigore hujus Pacis Risvvicensis *art.* 28. *& seqq.* in plenariam & liberam Ditionum Lotharingicarum, excepto fortalitio *Saarlouis* & Præfectura *Longuriensi*, pro se & hæredibus suis restitutus est; Restitutus sic in avitas Provincias, Matrimonio sibi junxit *Elisabetham Charlottam*, Ducis Aurelianensis Regis Christianissimi unici fratris filiam *anno* 1698. *mense Octob.* quod matrimonium jam variis fœcundum est prolibus. Princeps profectò summæ exspectationis, de quo optima quævis Germaniæ speranda, utpote, quem singulari cura Magnus noster Leopoldus in Aula sua educari curavit, & Hispaniæ Rex Carolus II. in numerum Equitum torquatorum aureorum cooptavit. 15. Leopoldus Josephus Dux Lotharingiæ.

Termini totius Ducatus Lotharingici, ut hodie quidem se habet, sunt *ab Oriente* Vogesus, sive Montes Lotharingici, das Lothringische Gebürg / Gall. *le mons de Vauge*, quos in Germania attingunt Suntgovia, Alsatia & Palatinatus: *à Septentrione* inter Provincias Belgicas Ducatus Lucemburgicus, *ab occasu*, Mosa & partes Regni Gallici, quæ trans Mosam jacent: *à Meridie* Comitatus Burgundiæ & tractus Montisbelligardensis. Quoad *aquas* in Lotharingia notandum, quod lacus ibi, *Lindre* nominesit, in quo tanta quotannis Carpionum multitudo capitur, ut 6000. libræ Gallicæ exinde redimantur. Fluvii, qui vel hic oriuntur, vel Lotharingiam rigant, sunt: *Mosa*, *Mosella*, & *Saravus*, die Saar / qui in extremis Germaniæ finibus, priusquam in Mosellam sese immergit, Lotharingiam lambit. 16. Termini hodierni Lotharingiæ, & ejus divisio.

Dividitur Lotharingia à quibusdam in

tres

tres magnas Præfecturas, quas Ballivias vocant, suntque: *Baillage de Nancy*: *Baillage de Vaudrevange*; *& Baillage de Vauge*. Communiter autem dividunt eam in *Meridionalem*; cujus præcipua loca sunt: Vicus *Plombieres*, thermis suis celebris: Spinalium, *Espinal*: Motha, *la Mothe*: *Neuf-Chasteau*: Valdemontium, *Vaudemont*, unde Principes Lotharingici ex secundo genitis nati nominari solent: Almentia *Almence*: Nanceum, *Nancy*, Ducum sedes, ex duabus urbibus, veteri atque nova constans: Pfaltzburgum, *Pfaltzburg*, in finibus Alsatiæ, Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, ex vico in oppidum coaluit: Et *Septentrionalem*: cujus loca primaria sunt, Mussipontum, *Pont à Mousson* ad Mosellam, Academia gaudet non incelebri, *Vaudrevange*, Germ. Walderfingen: Saarburgum, Saarburg / Saarwerden / *Marsal & Mogenvvick* loca erant munita: Sed non destructa. Vide plura in *Dictionar. Lud. Morery verb. Lorraine*, ubi laudat situm & fertilitatem Lotharingiæ, recenset cessionem Episcopatuum Metensis, Tullensis, Verdunensis, Regi Galliæ per Instr. Pacis anno 1648. art. 44. & cessionem Ducatus de Barr, Comitatus de Clarmont, Mœnvick, Steinay, per Tractatus Pacis Pyreneæ *anno* 1659. *art.* 62. *usque* 78. & quod post hos tractatus insuper Dux Lotharingiæ *Carolus III.* Ducatum Lotharingiæ & Barr Regi Galliæ cesserit. De quo Duce insuper in *Mercur. Germ. à Lapide pag.* 817. hæc notabilia leguntur: E custodia (nam ante *anno* 1654. 25. *Febr.* Bruxellis ab Hispanis jussu Imperatoris, eo quod Imperatori & Imperio minus fidus & inobediens esset, captus & Antorsium custodiæ mancipatus fuerat) demum dimissus est *Carolus anno* 1660. post hæc dum pronior, quam antea in Cæsarem & Imperium videretur, Galliæ Rex fida Imperio consilia antevertit. Incidit stratagema singulare, quousus est in parandis equis, levis armaturæ equitibus, quos ex lege feudi Imperatori proximo bello Hungarico Turcico implicato mittere tenebatur, quod *Anonymus quidam* ita describit: *Facetum sanè fuit institutum, quod fervente nupero bello Turcico in cogendis militibus, in bellum Turcicum ex feudi lege mittendis, adhibuit: Quum enim jam justam summam eorum militum, quos Dragonos*, Dragoner / *appellamus, haberet paratam iisque adhuc equis carerent, conventum toti Clerisiæ suæ Nancejum indixit, hoc obtentu, quasi de summa Reipubl. cum illis deliberare vellet, illique stratagema nullum subesse existimantes, omnes optimis equis ad tale Concilium ocyus citiùs advenirent; interea temporis, dum illi cum Duce frontem ex tempore fingente, in conclave sedent, jussit is, ut Dragones equos Clericorum apprehenderent, & ita in Hungariam se proriperent, atque ita miselli & simplices illi consultores per pedes Apostolorum domum ambulare coacti sunt. En festivum pergit ille, & risu dignum equos comparandi modum*, cui tamen, ut adscribi poterit bonum factum, tertius dicat.] Varia hic Dux Carolus fortuna usus est pro turbulento, quo polluit, ingenio.

Vaudemont. — 17. Singularis modus in necessitate equos comparandi.

De Lotharingiæ Ducatus dependentiâ ab Imperio, Vasallagioque scribit etiam *Guilielm. Itter. de feud. Imperii c.* 6. *n.* 14. *& seq.* & *c.* 14. *n.* 15. dicit, Ducatum hunc etiam in fœminas transire, *ex Sprenger. in Luccen. c.* 2. *n.* 187. *Knichen. de pact. vestit. c.* 3. *n.* 9. ubi tamen Itter. d. loc. alia quædam quoque adfert ex *Grammond. lib.* 15. *Histor. Gall. pag.* 687. *Limn. Tom.* 1. *addit. lib.* 5. *c.* 11. *n.* 3. *& tom.* 2. *addit. lib.* 5. *pag.* 418. An Lotharingica feuda sint hæreditaria, *vid. vol.* 4. *consil. Marpurg. consil.* 37. *n.* 710. *Klock. tom.* 2. *cons.* 14. *& Relat. Cam.* 26. *n.* 66.

Lubeca, Stadt und Stifft.

SUMMARIA.

1. *Translatio Sedis Episcopalis Oldenburgo Lubecam*
2. *Introductio Religionis Lutheranæ.*
3. *Commercia & opulentia Civitatis.*
4. *Episcopus hodiernus est A. C.*
5. *Variæ Civitatis vices & mutationes.*
6. *Est Civitas Hanseatica & earum caput.*
7. *Regimen Civitatis.*
8. *Quos olim habuerit Duces, & quomodo facta Civitas Imperii libera.*
9. *De Lubecensi sodalitate SS. Trinitatis.*
10. *De controversiis Civitatis* wegen der Landbegüterten.
11. *Primus Episcopus Lubecensis.*
12. *Abdicatio Religionis Catholicæ.*
13. *Primus Episcopus ex Domo Holsatica, & ex eadem hucusque subsequentes.*
14. *Pactum de eligendis 6. Episcopis ex Domo Holsatica Gottorpiensi anno* 1647.
15. *Sedes Episcopi hodierna est Euthini.*
16. *De controversia moderna ultimæ electionis in Coadjutorem inter Domum Dano-Regiam, & Holsato-Gottorpiensem.*
17. *Fundamenta Coadjutoriæ pro parte Regii Principis Danici.*
18. *Fundamenta pro Duce Holsato-Gottorpiensi.*

URbis Lubecensis primordia, situm, nomen, à Lubovio, & varios Civitatis casus mutationesque describit *Mev. ad jus Lubecens. qu.* 1. *n.* 1. *& seqq. Knipschild. de Civit. Imp. lib.* 3. *c.* 32. *per tot.* ubi n. 1. tradit, Lubecam nominatam dici quasi *laudis Angulum*, Lob-Eck / sive Eck des Lobs / quod decus sit urbium in isto littore, prout illam quoque laudibus extollit *R. P. Boussingault Theatre du Monde part.* 1. *tit. de la Ville de Lubec.* dum de illa scribit: *La Ville de Lubec, Imperiale, Episcopale, & la premiere des Ansiati-*

siatiques, à son Assiette sur la bouche du Fleuve Trave, & est à Deux lieuës de la Mer Baltique. Elle est tres-marchande, tres-celebre, & fort grande, & en une agreable situation, ayant de fortes Murailles, & un Port tres-commode, fort frequentée pour le commerce, & puissante sur Mer; Elle peut mettre, à ce que l' on dit, cinquante Navires de Guerre sur Mer en deux mois à ses depens. Elle a plusieurs magnifiques Bâtimens, tant publics que particuliers; Et le bel ordre de ses Ruës, & la beauté & magnificence de ses Edifices, la mettent au rang des plusbelles Villes de toute l' Allemagne. Elle est ornée de fort superbes Eglises, entr' autres la Cathedrale de S. Jean, qui ont toutes de grandes Tours, & sont couvertes, de lames de cuivre, ou de plomb, avec de tres-belles Aiguilles d' or qui brillent au dessus. Lubec a deux mille cent pas de longueur, & treize cens de largeur: Elle à douze Echevins tous Gentils hommes, ou issus de Senateurs; ils jugent en dernier ressort, & n'y a point, d' appell de leurs Sentences, si non à l' Empereur: Elle à un Canal d' une lieuë de long, pour conduire, & pour amener les Marchandises de la Mer. Son Commerce est fort grand, aussi-bien que ses habitans, qui sont fort accommodez, & riches pour la plûpart.

Adjungo superioribus, quæ traduntur in *Dictionar. Lud. Morery verb. Lubec*, prout sequitur; Lubec Ville d'Allemagne, dans la basse Saxe, que les Auteurs Latins nomment Lubeca & Lubecum. Elle est Imperiale, & Capitale de toutes les villes *Anseatiques*. Ce n' étoit autrefois qu' un gros Bourg, qu' Adolphe Comte d' Holsace bâtit du temps de l' Empereur Conrad III.

1. Translatio Sedis Episcopalis Oldeburgo Lubecam. Depuis on y transfera en 1162. le *Siége Episcopal*, qui étoit à Oldembourg. Elle fut ruinée, en diverses occasions, par le feu & par les courses das ennemis; mais elle se retablit toûjours, avéc beaucoup de bonheur & d' avantage. Lubeck étoit alors soumise aux Danois, elle secoüa leur joug, vers l'an 1209. & devint une *ville Imperiale* avec la protection de l' *Empereur Frederic* II. Elle fut presque toute brûlée en 1238. parce que les maisons n' y étoint couvertes que de bois ou de roseaux. On la répara avec soin & le commerce la rendit puissante. En 1500. ceux de Lubeck se virent obligez de défendre leur liberté par les armes contre le *Roi de Danemark*. Cette guerre se renouvella en 1509. & eut des suites facheuses. Les *Suedois* prirent leur parti.

2. Introductio religionis Lutheranæ. Depuis les habitans donnerent dans les *opinions de Luther*; & comme les avantages considerables, que l' Empereur Charles V. avoit remportez sur les Protestans, leur faisoit craindre pour leur liberté, ils envoyerent au mois de *Juillet de l' an* 1547. Leurs Deputez à Augsbourg où étoit l'Empereur, & obtinrent avec un *présent de cent mille écus*, la continuation de leurs Privileges. Depuis en 1562. ils firent la guerre à Eric Roy de Suede. Elle dura jusqu' en 1570. Aujourd'hui cette ville est riche par son commerce. On y trouve des Marchands de touts les Etats de l' Europe. Elle se gouverne en Republique, &, elle à fait une alliance trés étroite avec les Etats Généraux, qui la comprirent dans *le* 72. *Article de la paix l' an* 1648. *avec l' Espagne*. Sa situation, à deux lieuës de la mer Baltique, lui est trés avantageuse. La riviere de *Trave*, qui en reçoit une autre moins considerable, aprés avoir fait comme un étang à l' entour des murailles de Lubeck, passe par le milieu, & porte de gros Vaisseaux jus qu' à *Travemund*, qui est sur la mer. La ville est belle, ornée de ruës propres, de Places & d' edifices tres magnifiques. Entre les Eglises on y considere la *Cathédrale de S. Jean*, la *Collegiale de Nôtre Dame, S. Jacques, S. Pierre &c.* — 3. Commercia, & opulentia Civitatis.

4. Episcopus hodiernus est A. C. L' Evêque est Protestant. Il fait sa residence à Eutin, à quatre lieuës de Lubeck; & douze Chanoines hereditaires.

5. Variæ Civitatis vices & mutationes. Plura porrò de Civitate Lubecensi refert *supra cit. Knipschid. de Civit. Imp. cap.* 32. quod varias Dominorum, fortunæ & incendiorum vices experta sit, per Rugiorum & Vandalorum excursiones, ut eam *Comes Adolphus Wagrorum Dominus*, tempori & necessitati cedens, *Henrico Leoni* Saxoniæ & Bavariæ Duci in clientelam dederit, à quo libertate & immunitate donata, brevi tempore tam incolis & Civibus, quam opibus & copiis, ædificiisque mirum in modum aucta & amplificata, & *Sedes Episcopalis, collegiumque Sacerdotum* (ex quibus aliqui Canonici adhuc sunt Catholici) Lubecam translatum est, atque in Imperii jus & ditionem concessit, inde ad *Adolphum* III. & ab hoc ad Canutum Daniæ Regem, victis autem & ejectis Danis, autoritate *Imp. Friderici* II. in libertatem se denuo vindicavit, & libera Imperii Civitas facta est *anno Christi* 1209. & deinceps huc usque in ditione Romani Imperii permansit. Civitas hæc geminis interclusa est fluviis, Vachnesi latissimo & profundissimo flumine à Septentrione, & Travena, qui naves in æquor ducit, à meridie: fluvius non latus, sed vado profundissimo, ut mediocribus etiam navibus onustis sit paucis velis navigabilis, multum urbis incolis utilis. Unde ad Gothorum & Suecorum regna per Insulas urbibus refertas, vasto maris anfractu Livoniæ Sarmatiæque & postremo Moscoviæ quoque littora classibus petuntur.

Itaque Civitas hæc Imperialis & Imperio Romano-Germanico immediate subjecta, ad Comitia vocatur, in iisque votum & sessionem habet, & cum Civitate Wormatiensi in sedendo & votando alternatione utitur, *Limn. J. P. tom.* 3. *lib.* 4. *cap.* 3. *n.*148. hinc in Imperii albo sive matricula continetur: ist anno 1545. und 1551. auff einen zu Roß erhöhet worden / gibt solchem nach monatlich zu Roß 21. zu Fuß 177. thut an Geld 960. fl. zu jährlicher Unterhaltung deß Käyserl. Cammer-Gerichts 275. fl. Et quod Civitas sit Imperialis, patet ulterius ex eo, quod insignia hujus Civitatis sint aquila in campo purpureo, sive rubro & niveo, ha-

tis

ftis militaribus, corona aurea innitentibus. *Idem tom.3. lib.7. cap. 30. n. 5.* Wagriæ hæc urbs caput eft, fitu & mœnibus portuque ornatiſſima, mercaturis & mercibus, omnibusque rebus neceſſariis inſtructiſſima, maxime verò bonis legibus & moribus clariſſima, & tam publicis quàm privatis ædificiis ſplendidiſſima, ut verè ſit, quod dicitur, *Laudis angelus*, decus & corona urbium. Inſignis Civitatis hujus eſt amplitudo, ſplendor & dignitas: Hanſeaticæ Societatis & fœderis caput eſt, ejusque archivum ibidem aſſervatur: Iſt die Quartier-Stadt. Hanſæ Teutonicæ inter Civitates Pomeranicas & Sex Vandalicas, *Idem tom. 3. lib.7. cap.1. n.73.* Vide *ſuprà verb. Civitas, fol.* 500.*n.*48.& *verb.* Hain-oder Hanſee-Städte/ *fol.*867.

6. Eſt Civitas Hanſeatica.

Regimen Civitatis conſiſtit in 12. Conſulibus, & quidem Patritiis vel Equeſtris Ordinis viris, qui perpetuò Rempublicam gubernant, & libertatis & ſalutis Civium cuſtodes ſunt, *Dreſſer. Iſagog. hiſt. part. 5. pag.* 401. Salva tamen nihilominus libertate reliquorum Civium & plebejorum, qui, niſi vocentur, in Magiſtratum non veniunt, neque ullam vel in conſulendo, vel petendis honoribus libertatem habent, ſed ut Magiſtratibus leges, ita populo præſunt Magiſtratus. Conſulum & Magiſtratuum horum tanta eſt authoritas, ut ab iisdem non niſi ad ſummam Reipublicæ, hoc eſt, Romanum Imperatorē, ſive Cameram Imperialem, in qualibet cauſa detur appellatio, *Reuſner. de urb. Imp. cap.7. ad fin.* Summa autem appellabilis olim hic erant 40. floreni Lubecenſes, quæ poſtea ad 200. fl. Lubeckiſcher Währung *anno* 1534. & denique *an.* 1588. *ad* 500. florenos aureos redacta fuit, infra quam ſummam nec à definitione nec ab interlocutoria appellare licet. Et ſi in caſibus præmiſſis appelletur, pars appellans intra decendium, præter interpoſitam appellationem, *florenum Lubecenſem* deponere ac inferre, nec non juramentum & cautionem, ſub noxa etiam corporis mit ſeinem Eyd oder Verhafftung ſeines Leibs/ ſi appellatus hoc petat, præſtare debet, ob privilegia de *annis* 1534. & 1544. Quomodo hæc Civitas à commerciis florere cœperit, de ejusdem jure Epiſcopali, de Epiſcopi jure in hac civitate, qualis hîc ſit Senatus & Electio, quales Tribus, quinam jure Lubecenſi utantur, de cura & ſuſtentatione pauperum hîc, & quale habeat Territorium, de his & aliis *vid. ſupra alleg. Knipſchild lib.3. cap.32. à n. 13. uſque ad finem*; ubi *n.*31. tradit, hanc Civitatem habere jus præſentandi Aſſeſſorem Cameræ, & in hac jure præſentandi quintum Aſſeſſorem cum Circulo Saxonico Superiori alternare.

7. Regimen civitatis.

8. Quos olim habuerit Duces, & quomodo facta Civitas Imperii libera.

Exiguum olim fuit oppidum, uſque ad Henricum Leonem Saxoniæ & Bavariæ Ducem, qui Sedem Oldenburgenſis Epiſcopi in hanc urbem tranſtulit. *Oldenb. in Limn. Enucleat. lib.4. cap.34.* qui *eod. loc. pag.* 113. de *Sodalitate SS. Trinitatis* apud Lubecenſes ſic diſcurrit: *Sodalitas SS. Trinitatis, apud Lubecenſes,* aliàs die Circul-Brüder/ hodie die Junckern-*Compagnie*, *non ſolum annuli, inferiori ex parte aperti, & mediotenus extenſo circulo ornati, inſignia multis retrò annis detulit; ſed & ob fidelia ac S.Rom. Imp. conducibilia præſtita ſervitia, præter hujus Sodalitatis & inſignium ejus, à Friderico III. Imp. Lignitii 16. Jan. anno* 1485. *factam confirmationem, novum etiam privilegium, & auguſtiorem gratiam, quod prædicto annulo, cum ſuo circulo ſolum & Annulis hiſce, Aquilarum caudis invicem ſurrogatis, in Sodalitatis ſignum, à quo in ſummitate SS. Trinitatis, Annulique cum Circulo coloribus rite diſpoſitis, loco torquis à collo dependeat, aut ſuper veſtibus appareat ſymbolum, auguſto auctario meruit*: atque inſuper à Ferdinando II. ſacratiſſimæ memoriæ Imperatore, denuò Ratisbonæ 10. *Decembr. anno* 1631. & veteris privilegii & gratiæ confirmationem, & novi adjectionem obtinuit, ita, ut argento, antiquitus recepto baculo, inauratam nunc Imperatoris imaginem clypeo inſertam cum inſignibus à Friderico III. Imp. clementiſſime conceſſis, & ſolennibus Sodalitatis conventibus, debitæ devotionis ergò, præferre libera ſit facultas, *Hopping. de inſign. cap.2. ſect.4. n.* 480. *pag.* 97. De controverſia ratione pagorum Stockelsdorff / Steinrade/ Meußling und Morien/ inter Reges Daniæ & hanc Civitatem acta Conſilii Imp. Aulici loquuntur, & *vid. Gaſtel. de Stat. publ. Europ. cap.*32. ubi *n.*27. fundamenta Civitatis in hac cauſa ad longum recenſet. Et porrò qui famoſæ illius controverſiæ lubecenſis inter *Senatum & Cives*, ob varios objectos exceſſus & competentis juris emendandi notitiam, & utriusque partis fundamenta ſcire deſiderat, *conſulat eund. Gaſtel. d. loc.* ubi *pag.*967. *& ſeqq.* ea latiſſime deducit; quomodo autem hi motus compoſiti ſint, docet Tranſactio de *anno* 1669. quam *idem Gaſtel. d. loc. pag.*998. *& ſeqq.* verbotenus exhibet. Plura de hac civitate tradit *Bertius rer. German. lib.*3. *Abraham* Saur in ſeinem Städtbuch/ *verb. Lubeck.* ubi fuſiſſimè ſtatum Civitatis deſcribit, & multa ſpecialia refert.

9. De Lubecenſi Sodalitate SS. Trinitatis.

10. De controverſiis Civitatis wegen der Landbegütteren.

Lubecenſis Epiſcopatus.

Ab Aldenburgenſis Eccleſiæ fundatione Originem hujus Epiſcopatus repetendam, eamque Ottoni M. deberi, qui ſubactis Chriſtianæque fidei copulatis Slavorum gentibus Regibusque Wagriorum & Obotritorum, cum aliis in locis, tum etiam Aldenburgi, quod primarium illo tempore Slavonum in Wagria oppidum, & propter loci naturam & portus commoditatem opulentum emporium erat, Eccleſiam in commemorationem *S. Joannis Baptiſtæ* extruxit circa *annum* 952. & *Marconem* primum ejus Epiſcopum conſtituit, ſubjiciens ei Wagriam, Slesvicum, omnemque Obotritorum Provinciam usque ad Penim fluvium & Deminum urbem. *Helmold. Chron. Slav. lib.1. c.11. & Henr. Bangert. not. ad h. l. Chron. Lubec. Alberti Epiſc. quod extat in Tr. II. Rer. Germ. Meibom. p.* 393. Mortuo Marcone Slesvicenſis

11. Primus Epiſcopus Lubecenſis.

censis Ecclesia peculiarem *Episcopum Heraldum* sortita est; Aldenburgensem verò Eduardus regendam suscepit. Sequenti seculo, *anno* scilicet 1058. novam hic Episcopatus diminutionem passus est, cum post excessum Abellini IX. Præsulis *Albertus Archiepiscopus Hamburgensis* ex uno Aldenburgensi Episcopatu tres faceret, Aldenburgensem Raceburgensem & Mechlenburgensem. *Helm. l.* 1. *C.* 12. & 22. Postea elapso iterum seculi spatio, *Geroldus* Episcopus Aldenburgensis 12. precib⁹ ab Henrico Leone Saxoniæ & Bavariæ Duce impetravit, ut *Lubecam* Sedes *Cathedralis* transferretur, eò quod Civitas hæc esset populosior, & locus munitior, & omni prorsus aptitudine commodior; quæ translatio facta est *anno* 1163. Et designavit Dux locum, in quo fundari deberet Oratorium in titulum Matricularis Ecclesiæ, & areas claustrales, & statuit *Præbendas* 12. *Clericorum* canonicè viventium, & decimam tertiam *Præposito* assignavit. Adolphum etiam Comitem Holsatiæ permovit, ut 30. mansos Episcopatui cederet, quos inter *Uthina*, nunc Episcopi sedes, Gamala cum appendiciis eorum, insuper prædium Bozöe & Villæ Gothesfelde & Wobize numerantur, quibus idem Comes post translationem aliquot adhuc Villas opportunas prope Lubecam adjecit, *Helm. Chr. Sl. lib.* 1. *cap.* 83. & 89.

12. Abdicatio religionis Catholicæ.

Sub *Henrico Bocholt Episcopo* 39. *Reformatio Religionis in Civitate & Dioecesi Lubecensi* initium cœpit, cui Episcop⁹ hic vehementer, sed irrito conatu adversatus est, favit verò ejus successor *Detlefus Reventloius*. Sex ab illo Episcopi, & plerique brevi regimine usi intercesserant, cum Anno 1586. *Joh. Adolphus*, Adolphi Ducis Holsatiæ & Slesvici filius, qui non ita multò ante Bremensis Archiepiscopus designatus erat, ex gremio Capituli in Lubecensem Episcopum eligeretur. Ei postquam *anno* 1597. sacras dignitates ob immaturam fratrum suorum natu majorum mortem abdicasset surrogatus fuit frater natu minor *Joannes Fridericus*, qui anno 1634. rebus humanis exemptus, nepotem è dicto fratre suo, *Joannem* successorem suffragiis Canonicorum nactus est. Hoc tempore incidit *Pax Westphalica*, qua magna Episcopatuum facta est commutatio, nec pauci, illi præcipue qui Romanos in sacris abdicaverant ritus in seculares conversi sunt *Principatus*. Ne itaque similem cum illis sortem Lubecensis diœcesis subiret, cura imprimis & impensa Friderici Ducis Holsatiæ, qui Episcopi Joannis frater erat, factum esse prædicant; ob quod officium aliaque beneficia ab illo Diœcesi exhibita Capitulum Lubecense loco remunerationis in vim mutuæ obligationis cum Duce ejusque heredibus talem *anno* 1647. fecit pactionem, ut post regentem hunc Episcopum Joannem, & jam postulatum Coadjutorem Ducis *Friderici* filium, sex adhuc Principes ex domo Holsato-Gottorpiensi oriundi per liberam electionem in Episcopos & Coadjutores Lubecenses successivè eligerentur aut postularentur. Atque vigore hujus pacti *Joanne* vitæ munere perfuncto filius *Friderici* Ducis natu major *Christianus Albertus*, & post hujus abdicationem ejus frater *Augustus Fridericus* in Episcopos Lubecenses soleñi ritu electi fuere, priorque iterum in Coadjutorem postulatus est. Operam equidem dedit Rex Daniæ *anno* 1676. & vel minis vel promissis perficere tentavit, ut Capitulum ejus filium, secundo-genitum *Christianum* Coadjutorem eligeret, sed negotium successu caruit, materiam tamen scriptis amœbeis (à parte Regis Dan. Kurtze Information in Sachen ꝛc. ex parte Ducis Holsat. gründlicher und warhaffter Gegenbericht) præbuit, quæ *anno* 1685. in lucem publicam prodierunt, quorsum lector remittendus.

13. Primus Episcopus ex Domo Holsatica, & ex eadem huc usque subsequentes.

14. Pactum de eligendis sex Episcopis ex Domo Holsatica Gottorpiensi anno 1647.

15. Sedes Episcopi hodierna est Euthini.

Hujus Episcopi Sedes est *Eutinum* à Lubeca quarto distans lapide, capitulum verò Lubecæ res suas habet, ædemque Cathedralem, *Rabundi* (nomen hoc est Canonici quem ante duo secula & quod excurrit, vixisse tradunt) pulsationibus mortem alicujus ex Canonicis vel eorum propinquis præsagientibus famosam *vid. Erasm. Francisc. tr. de spect. cui tit.* Der Höllische *Proteus cap.* 97. Canonicorum in hac Cathedrali, Ecclesia sunt 40. omnesque 25. *ætatis annum* attingentes voto & sessione in Capitulo gaudent, quatuor inter eos loca Catholicis, reliqua Protestantibus conferri solent; quamvis plures Canonicatus Catholicis ex Instrum. Pacis & possessione anni 1624. debeantur, *Meibom. rer. German. tom.* 2. *pag.* 393. & *seqq.* Episcoporum Lubecensium Catalogum usque ad annum 1505. exhibet, ubi cujuscunque gesta & facta plenius videre licet, nec non apud *Wilhelmum* im Hoff / *in notit. Procerum Imperii lib.* 3. *c.* 22.

16. De controversia modernæ ultimæ electionis in Coadjutorem inter Domum Dano-Regiam & Holsato-Gottorpiensem.

Sed quod modò dictum est de contentione *Regis Daniæ*, pro electione filii sui secundo-geniti in Coadjutorem Episcopatus Lubecensis, id inter cæteras simultates Regis cum Duce Gottorpiensi acerrimas peperit stilo & ferro agitatas licet. Conclusit nimirùm Capitulum in *duobus Conventibus Generalibus* electionem Coadjutoris ex *Domo Holsato Gottorpiana*, *anno* 1684. sine tamen speciali denominatione personæ. Ægrè id tulit Rex Daniæ, qui propterea legationibus, promissis, minis, scriptis omnia tentavit, ad Capituli intentionem evertendam. Sed cum eò res perduci non posset, & Imperator Capitulo specialem denominationem personæ demandaret: Ecce! novæ ex improviso & antea non auditæ surrexerunt difficultates: aliquibus Canonicis partes Danicas, & quidem in majori numero, aliis Holsato-Gottorpicis amplectentibus. Itaque vocati Canonici omnes ad Capitulum pro denominatione individui, comparuerunt eorum undecim, qui Ducem Gottorpiensem unanimiter elegerunt, seu potius jam ex præviâ electione Capituli denominarunt & declaraverunt, emanentibus aliis 12. qui posterâ die, non in Domo Capitulari, sed privatis alicujus Canonici ædibus Principem Danicum in Coadjutorem nominarunt.

Hoc dissidium & separatio Canonicorum, nunquam prætetitis annis, ab *anno* 1547. & *anno* 1684. audita, novis iterùm turbis ansam præbuit, utraque parte pro confirmatione suæ electionis apud Imperatorem instantissimis precibus & argumentis supplicante.

17. Fundamenta Coadjutoriæ, pro parte Regis Daniæ.

Pro parte *Danicâ*, per Legatos & Canonicos allatæ sunt rationes sequentes: (1. Electionem pro Duce Gottorpiensi factam fundari in conclusis Capitularibus de anno 1684. & pacto cassato de *anno* 1647. & proinde nullum post se trahere effectum. (2. Talia pacta de successione certarum personarum in multos annos, tam *juri Canonico*, quam *Instrumento Pacis* adversari, in quo successio Episcopatuum hereditaria expressè sit prohibita, atque Imperator Capitulo manutentionem liberæ electionis promiserit. (3. Principem Regium Danicum ab ipso Imperatore pro Coadjutore esse commendatum *anno* 1692. & exinde electionem Capituli de *anno* 1684. pro nulla & imperfecta fuisse habitam, cum electio certæ personæ tunc temporis non fuerit denominata, quod (4. certum fuerit signum, adhuc aliam legitimam electionem superesse, quæ jam peracta sit, & Princeps Regius per 12. vota, sicque per majora, in Coadjutorem sit electus, atque proinde confirmandus. Quamvis enim (5. hæc electio facta sit extra domum Capitularem, id exinde contigisse; quod hi Canonici eligentes Decanum ipsos convocantem pro tali non agnoverint, atque ipsis probè notum & perspectum fuerit, reliquos ad pactum de *anno* 1647. & putativam electionem de *anno* 1684. suas habere reflexiones, ex quibus tamen libera electio Capituli aut debilitaretur, aut penitus tolleretur. (6. Rescriptum Imperatoris pro denominatione individui ex Domo Gottorpiensi, per sub- & obreptionem esse impetratum, per quod Princeps Regius non possit excludi, præsertim eo tempore, quo Episcopus adhuc erat in integro statu salutis & Sanitatis, ut nullius Coadjutoris auxilio opus haberet. (7. Posito etiam casu, quod adsint â Capitulo *literæ de anno* 1684. ex quibus aliquis actus electionis cum reflexione ad Domum Holsato Gottorpicam posset erui, tamen actum illum esse imperfectum & in puris tractatibus consistentem, sicque per se nullum & invalidum, cum nulla electio possit subsistere, quibus omnibus accedat (8. quod etiamsi pactum de *anno* 1647. in aliquam considerationem venire posset, tamen requiri, ut duæ adsint eligibiles personæ, quia in eo expressè sit dispositum, daß daferne etwan das Fürstl. Hauß biß auff eine wahlbare Person solte aussterben / alsdann dem Capitulo frey bleibe / entweder solche oder eine andere Person zu eligiren / oder zu postuliren. Hoc verò tempore (9. non adfuisse duas personas eligibiles, dum Dux Senior Ducatus administrationem susceperit, junior verò adhuc in tenera sit ætate, ita ut solus Princeps Regius juxta Ducem Gottorpicum potuerit in electione considerari, atque ita Capitulo libera in utrumque fuerit electio, quod tamen Principem Carolum præ alio elegerit, & ad hanc electionem (10. ipsi Capitulo causam præbuerit, situatio Episcopatus, & Regia Regis Daniæ gratia, cum ipsius Princeps æque fuerit eligibilis, sicut Gottorpicus. Itaque hos Canonicos (11. contra denominationem individui protestatos esse, & vota sua reservasse. (12. quod si etiam electio posterior examinetur, Principem Gottorpiensem in ea solum undecim habere vota, & ex iis unum sibimet ipsi attribuisse, & votum Syndici Capituli inter ea esse connumeratum, cum tamen illi votum saltem consultativum, nequaquam verò decisivum competat (13. Ideò Canonicos hos commotos esse, altera die in domo subsenioris convenire, & utrumque Principem *Christianum Augustum* & *Carolum* pro eligibili sibi proponentes, reservata confirmatione Cæsarea per 12. vota, & consequenter per majora Carolum Principem Regium elegisse. Ad cujus electionis confirmationem Episcopo non competiisse; unum vel alterum Canonicum à voto & sessione jam antea suspensum fuisse declarare, cum ad electionem Principis Caroli eò magis hi Canonici fuerint commoti, quia ipsis spem fecerit remissionis *Mensium Romanorum*, atque ipsum Capitulum electionis libertatem sibi vindicare possit, & interrumpere successionem Domus Gottorpiensis, jam à 115. annis usurpatam, nec non ulterius demereri libertatem religionis in regno Daniæ hucusque obtentam. (14. Nullum planè superesse dubium, Principem Carolum in Capitulo fuisse Canonicum, & consequenter eligibilem, cum anno 1699. ipsi Canonicatus fuerit resignatus, illa resignatio à Capitulo acceptata, Princeps investitus, ipsius Procuratori Stallus in Choro assignatus, & in actualem possessionem Canonicatus sit introductus. Et ut nullum (15. ratione ætatis dubium ipsi moveri posset, eidem anno 1699. ab Imperatore veniam ætatis concessam esse. (16. Electionem etiam ipsius, extra Domum Capitularem factam, ipsi nocere nullatenus posse, cum Capitulum ibi sit, ubi major pars Capituli est congregata, atque locus ad validitatem electionis nihil conferat, cum illa etiam extra Capitulum, in ipsa Ecclesia, vel in alio loco commodo, possit celebrari, secundùm *Vallens. in paratit. ad Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *part.* 2. *n.* 2. (17. Alteram electionem peractam esse â factionistis, & minore parte Capitularium, absque prævia citatione solitâ, cum admissione votorum incapacium, nempe ipsius Principis *Christiani Augusti*, & Syndici Capituli, reclamante majori parte Capituli, & eo tempore, quo Princeps Gottorpiensis nullum adhuc habuerit votum activum, sed modo dispensationem impetraverit. Nec (18. objici posse, quod aliqui Canonici à Capitulo & voto fuerint suspensi, electio altera die post aliam jam perfectam fuerit celebrata, Princeps *Carolus* nondum fuerit in numero Capitularium, nec annos, vel ad electionem vel ad postulationem habuerit requisitos, & Episcopus ad electionem non consenserit, cum illius consensus

non sit de necessitate, neque ille Capitulum ad certum locum astringere, nec Coadjutorem contra Capituli voluntatem obtrudere possit, eò minus (19. quia reliqui, ad denominationem individui, non attenta ulla in contrarium remonstratione, celeriter properaverint, ut ea de causa ipsi necesse putaverint, sua vota per protestationem sibi reservare, nec verò (20. ipsos pro absentibus hoc in casu, aut ipsorum congregationem pro conventiculo haberi, ut electio per majora Danici Principis possit considerari pro invalida, aut vota quorundam pro suspensis æstimari, cum statim appellationem à Decretis Episcopi interposuerit, sicque libertatem votandi non amiserint. (21. Pariter Principem ab ipsis electum fuisse de numero Capitularium, atque annos ad electionem requisitos possedisse, ut proinde opus non habuerit, ut duæ tertiæ Canonicorum totius Capituli in electionem concurrerent, cum in Episcopatu Lubecensi duæ sint species *Canonicorum*, nempe *ordinariorum* & *extraordinariorum*, qui tamen postremi votum habeant activum, quale non competat septem exspectantibus, sed solum votum passivum: cum ergo uterque Princeps fuerit in numero *exspectantium*, & consequenter postulari potuerit, atque Princeps Gottorpiensis ad votum & sessionem admitti non potuerit, erroneum plane esse, quod *exspectans* & *nondum Capitularis*, nec majorennis, *voti* etiam *passivi* sit incapax, cum Capitularium numerus, & quod exspectans ante annum 25. ad residentiam & Votum activum non admittatur, saltem ex usu & observantia propter fruitionem præbendarum sit introductus, nequaquam verò ad exclusionem à dignitatibus Ecclesiasticis possit extendi. Hinc utrumque Principem, quia ambo inter Canonicos recepti, & Princeps *Carolus* 21. ætatis annum attigerit, fuisse eligibilem, cum ad dignitatem Ecclesiasticam, cui cura animarum non incumbit, ætas 14. annorum sufficiat. *Cap. indecorum* 3. *de ætat. & qualit. & Ord. præfic.* prout Exempla quotidiana in Imperio etiam apud Catholicos, & in Archiepiscopatibus, passim reperiantur, in quibus, in minori ætate constitutis, venia ætatis sit concessa, atq; in hoc ipso Episcopatu Lubecensi ætas eligendi nunquam fuerit in tam accurata consideratione.

18. Fundamenta Coadjutoriæ pro Duce Holsato-Gottorpiensi. Sed his omnibus modo supra deductis rationibus ex parte Holsato-Gottorpiensi oppositum est: 1. Quod Canonici ad Capitulum vocati & non comparentes amittant suum votum, quia pro electione facienda Canonici convenire debent ad locum, ubi est Ecclesia ipsorum, nisi justissimum sit vel pestis vel alterius periculi impedimentum, prout jam supra notatum *verbo Capitulares num.* 2. *fol.* 451. & *verbo Abbas fol.* 124. *num.* 24. alias enim pars minor eligere potest, quia ubi Capitulares sunt legitime congregati, ibi est Capitulum, præsertim si inter eos sit, qui ex consuetudine aut statuto alias convocare solet, & alii culpabiliter negligant, quia in hujusmodi casu vis Capitularis etiam in paucis consistere potest. *P. Layman in Decret. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 23. *n.* 3. Sunt enim vocati contumaces, & sine causa emanentes, proinde alii eligere possunt sine illis, quia contumaces non censentur de numero Capituli. *Layman. d. l. cap.* 28. *n.* 4. Sicut nec ob delictum privati, suspensi & personaliter interdicti, & qui vocati comparere nolunt, inter Electores non debent connumerari, & tota virtus penes alios residet. Ut propterea emanentes Canonici excusare se non possint, quasi propter personam Decani, quem agnoscere pro tali non potuerint, è capitulo emanserint, cum Decanus canonice & legitime per majora sit electus, ut exinde nullam excusationis causam captare possint, præsertim cum non solum à Decano, sed etiam ab ipso Episcopo ad Capitulum essent vocati & specialiter moniti, ut absentia illorum tanto magis sit inexcusabilis. Nec ipsis prodesse possit appellatio contra electionem Decani per majora factam, utpote quæ sine summa confusione omnium Capitulorum locum habere nequeat, quia tum demum irritam facere possunt electionem Canonici, si ad eam legitime non fuerunt vocati, *Barbosa de Canon. cap.* 33. *n.* 22. nec expedire, ut appellationi in causis beneficialibus deferatur, unde damna proveniunt Ecclesiis, quando Prælati tardius providentur. *P. Layman. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 10. *n.* 1. Hinc nullum electioni opponere se posse, nisi in publico Instrumento omnia & singula, quæ vult objicere, exprimat, atque insuper juramentum præstet, quod credat omnia esse vera, & tabellio ejus juramenti præstiti testimonium suo instrumento inserat, *d. P. Layman. lib.* 1. *tit.* 6. *c.* 4. *& cap.* 19. ubi ait: Gregorium X. ita constituisse ad reprimendam appellantium contumaciam, & inanes lites coram superiore præcavendas. Decanus enim est manutenendus in actibus Capitularibus, præsertim si etiam recentes actus pro se habeat, cum ad acquirendam possessionem unicus actus sufficiat, nulla ratione habita aliquorum contradictionis. *Martha ff. noviss. tom.* 6. *verbo Decanus c.* 4 *&* 5. prout hic Decanus diversos recentissimos actus pro se habeat, atque insuper extra dubium sit, Capituli convocationem spectare ad Decanum, *Cap. ut Abbates, de ætat. & qualit. Fagnan. decret. lib.* 2. *part.* 1. *n.* 28. *Schambogen ad Decret. lib.* 1. *tit.* 6. §. 44. & citationi adjungi solet clausula: Si vocati non adfuerint, quod præsentes nihilominus processuri sint ad electionem, non obstante aliorum absentia, & ipsis ulterius non vocatis, etiamsi ad alium terminum electio fuerit prorogata, *Tholosan. intr. de elect. cap.* 14. *num.* 1. Ac etiamsi duæ tertiæ Capitularium regulariter debeant concurrere, tamen id intelligendum esse de iis, qui volunt & possunt adesse, quia reliqui, qui non volunt, non computantur, sed jus eligendi ad alios devolvitur, *Schambogen d. loc. Fagnan. in* 2. *part. lib.* 1. *decret. n.* 40. *&* 41.

Grot. de J. P. & B. lib. 2. *c.* 5. §. 20. *ubi Beckman.* in notis ait: absentium jus accrescere præsentibus, & quidem etiamsi absentes impediti

impediti fuerint, ut jure suo uti non possint, tamen eorum jus accrescere præsentibus, nec id tunc in pœnam absentium cedere, quia alias contumaciter absentes solum maneret, sed jus ob publicam salutem ex utilitate & necessitate inter contumaciter & ob legitimum impedimentum absentes distinguere nequit, *De Jena dissert.* 12. *conclus.* 2. Itaque *Seneca* in controversia quadam dixit, puta te servum esse communem, huic Domino servies, qui præsens est. Quia quoties duobus est communio, potestas ejus tota sit illius, qui præsens est, *Senec. controvers.* 7. welches dann vielmehr contra non impeditos, sed contumaciter absentes platz findet.

Tesmar. in Not. ad Grot. d. l. dicit, si quis nolit adesse, sive impeditus non possit, modo tamen sit vocatus ad deliberationem, ipsius jus accrescit præsentibus. *Livius lib.* 3. *cap.* 38. *& lib.* 26. *cap.* 34. tum enim absens sum, nec vocatus compareo, tacite renuntiare videor juri meo, & transferre suffragium meum in præsentes. *Mev. ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 1. *art.* 2. *n.* 26. & hoc nihilominus obtinet, quamvis paucissimi sint præsentes, secus ac de jure Civili constitutum est, quo omnes, vel duæ ad minimum partes adesse debent, antequam ferri possit sententia *l.* 17. *§.* 2. *ff. de recept. arbitr. l.* 19. *ff. ad municip. l.* 3. *ff. quod cujusque univers. nom.*

Henr. Henniges in Grot. d. l. ait: sufficere, si pars dimidia vel paulo major parte absente adsit; quod si verò Collegii major pars absit, & adeò non multi præsentes sint, tamen extra specialem consuetudinem, si reliqui non vocati compareant, cæteris jus esse obligandi præsentes.

Nec verò regulam, quod ubi est *major pars Canonicorum, ibi sit Capitulum*, ullum invenire locum, nisi cum limitatione, si Capitulares à suo Directore & Capite, Episcopo scilicet vel Decano, ad locum solitum, nimirum Capitulum, convocentur & congregentur. Quæ enim alias nasceretur scandalosa confusio, si neglecto & contempto Episcopo & Decano, quilibet Canonicus, officium Decani sibi arrogare, aliquot Capitulares ad se trahere, & electionem celebrare posset, cum tamen ad illam totum Capitulum convocari debeat; & sicuti Decanus legitimus non potest tractare negotia Capitularia, saltem cum aliquibus, reliquis non vocatis, & extra locum Capitularem, secundum *Barbosam in summ. Apostol. decis. collect.* 123. non apparet, qua ratione talis licentia alicui Canonico possit attribui, ut non potius pro illicito conventiculo debeat haberi, cujus acta Decanus & Capitulares meritò possunt irritare, quia talis irritatio & annullatio competit Capitularibus non vocatis, nec ullus Canonicorum muneri & officio Decani potest præjudicare, & illo inscio convocare Canonicos, id quod fieret sine omni Ordine, & cum maxima nullitate.

2. Deduxerunt Gottorpiani, etiamsi in majori numero fuerint congregati 12. Canonici, tamen majoritatem votorum ipsis deesse, cum inter eos fuerint aliqui ab Episcopo suspensi, qui licet à suspensione appellasse se dicunt, ex eo non potuerint acquirere validitatem suorum votorum, cum à censura vel correctione Ecclesiastica nulla detur appellatio, *Cap. reprehensibilis* 26. *X. de appell & Cap.* 22. *eod.* ubi notanter ait: eos appellatio non debet in sua iniquitate tueri, quo minus eorum excessus censura canonica puniantur *& Cap. ad nostram* 3. in verbis: *remedium appellationis non ideo inventum, ut alicui à religionis & ordinis observantia exorbitanti in sua nequitia patrocinium exhiberi debeat.* Et licet à sententia excommunicationis vel suspensionis appellari possit, illa tamen appellatio parit tantum effectum devolutivum, non verò suspensivum, quia censura secum trahit executionem sententiæ, quo magis timeatur, & ne per appellationes tales vilescat autoritas Ecclesiæ & censura contemnatur. *P. Pyrring. ad lib.* 2. *Jur. Can. tit.* 28. *sect.* 6. *§.* 3. Ut sic alicujus suspensi votum non possit attendi, cum si quis Clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut contumeliam, aut convitia intulerit, mox depositus Curiæ tradi debeat, ut recipiat, quod inique gessit. *Cap. si quis* 18. *Caus.* 11. *q.* 1. præsertim si nondum præstiterit præstanda, quæ in hoc consistunt, ut omnes Capitulares prius visitet, & juramentum corporale præstet, quod Episcopo & Capitulo obediens & fidelis esse velit, insuper pecunias Statuto præscriptas persolvat, postquam tribus antea mensibus admissionem petierit, atque restimonium ætatis studiorum & biennii in Capitulo produxerit, quorum neutrum ab uno suspenso fuerit præstitum, & alter refractarium se ex eo demonstraverit, quod concurrens suo voto ad electionem Decani, eum tamen postea agnoscere recusaverit, pro ut quoque duo alii eandem inobedientiam commiserint.

3. Insuper probe observandum, quod electio ista secunda, si eo nomine vocari possit, exinde sit illegitima & invalida, quia extra locum Capituli fuerit celebrata. *Locus* enim *Capituli* observari debet, quando non est justum impedimentum, vel locus non satis tutus: sed extra has circumstantias locus Capituli debet observari, præsertim quando Director vel Episcopus ad illum locum convocat, *Fagnan. in part.* 2. *lib.* 5. *Decret in C. cum ex injuncto, n.* 17. *& seqq.* Quia electio illa dicitur Canonica, quæ à Canonicis capitulariter congregatis, in loco Capituli, celebratur. Neque verò domum Capitularem ipsis fuisse clausam, cum duodecimâ Maji eo vocarentur, ut propterea de injuriâ conqueri non possint, quod habeantur pro absentibus, & eorum conventus in privatâ domo pro conventiculo illicito æstimetur.

4. Principem Danicum sine dubio non fuisse eligibilem, quia *legitimam* non habuerit *ætatem*, neque in numero fuerit, ut per dispensationem potuisset fieri Capitularis, quia multi expectantes adhuc ipsum præcesserint, & Ecclesia Lubecensis sit numerata

merata, habens certum numerum Canonicorum, nempè 23. ultrà quem reliqui habeantur pro extraneis, ut proindè Danicus Princeps non fuerit Capitularis, etiamsi à reliquis Canonicis ita denominetur, non potuisse propterea, etiam per majora vota valida, nedum per invalida & nulla eligi, sed necessariò debuisset habere *duas votorum tertias*, secundum Canones, præsertim in Comparatione Principis Holsatici, qui jam Capitularis fuerit. Et quem ipsimet hi Canonici, pro eligibili æstimaverint. Fateri etiam ipsosmet, Canonicum expectantem ante annum 25. ætatis ad Votum activum non posse admitti, quamvis ipsi votum passivum velint concedere: tamen etiam de hoc dubitantes cum dicant veniam ætatis an. 1699. à Principe impetratam esse; quæ tamen non ab ipso Principe, sed à Legato tantùm Danico extrajudicialiter petita, pro regendis Holsaticis Provinciis nullâ planè mentione factâ de Lubecensi Episcopatu, ut propterea ad illum talis Concessio non possit extendi, cum in *Capitulatione* cum Principe initâ §. 6. Verba sequentia contineantur; Wir wollen bey Ihro Röm. Käyserl. Majest. als dieses Stiffts allergnädigstem Oberhaupt und wovon belehend gehrt/ die etwan noch bedürfftige Dispensation deß vorgegangenen Wahl-Actus, approbation, und Regalien außwürcken/ ex quibus verbis clarè pateat confessio, quod Princeps ratione ætatis adhuc aliâ indigeat dispensatione; nec non ex doctrinâ *R. P. Pyrring. de Electione, & Electi potestate* appareat, quod non solùm Electus, sed & ipsum Capitulum pro veniâ ætatis supplicare & eam impetrare debeat, quæ omnia hic deficiunt. Ut nihil addatur de Regis Daniæ minis, & comminatâ executione, ex quâ eluceat, quibus mediis violentis hæc electio extorqueri voluerit.

5. Nihil planè illos Canonicos juvare posse impugnationem pacti, de anno 1647. quasi omnis Electio de anno 1684. & subsecuta denominatio ex eo fundamento promanaverit, quod tamen pactum illud per rescripta Cæsarea fuerit cassatum, nullam enim cassationem ostendi posse, nisi cum illâ clausulâ; *quatenùs juri Canonico, & Instrumento pacis esset contrarium*, qualis contrarietas, cum re accuratè discussa non apparuerit, pactum illud multoties fuerit confirmatum, & Electio de anno 1684. nec non subsecuta denominatio Principis Holsatici, pro Canonicâ & legitimâ justissimè declarata. Porrò pactum hoc confirmatum esse per omnes Electiones & Investituras à tempore Instrumenti pacis subsecutas, & quidem cum repetito semper consensu Capituli, in omnibus Electionum & Investiturarum actibus, usque dum Rex Daniæ pro electione Coadjutoriæ in Principem filium suum cœperit laborare.

Hæc omnia patere ex investitura Episcopi Joannis *de anno* 1651. Ex investiturâ Episcopi *Christiani Alberti Anno* 1663. qui, non obstante, quod esset in Regimine Ducatus Holsatici, tamen ad investituram Episcopatus admissus est; Ex investiturâ moderni Episcopi *Augusti Friderici*, qui post exhibitam cum Capitulo postulationem *anno* 1667. ad investituram admissus est. Pactum verò istud fortissimè confirmatur, & ejusdem validitas patet per *tractatus & pacificationes publicas*, Gluckstadii *an.* 1667. Altennaviæ, *an.* 1699. Traventhalii *an.* 1699. in quibus omnibus hoc pactum expressè confirmatum, cum *Guarantia* Imperatoris, Regum, & aliorū Imperii Statuum, atq; promissione Regis Daniæ, daß er dieses pactum, weder directè noch indirectè anfechten wolle/ *prout suprà notatum verbo* abgehende Stände *fol.* 52. *n.* 104. Ubi §. *pacificationis art.* 8. sequentia continet verba: wegen deß Lubeckischen Capituls pacti an Seiten Hohlstein Gottorff/ wegen der Bischoffs-Wahl auff sechs Generationen/ welchen Ihro Königl. Majest. weder directè noch indirectè entgegen handeln lassen wollen. Quæ publicæ pacificationes, in jure gentium fundatæ, omnes alias ex jure privato desumptas rationes excludunt, & Guarantia tam solennis, ad cujus præstationem eam pollicentes obligantur, totam controversiam decidit, quam etiam Cæs. Maj. per rescriptum pro denominandâ personâ ex domo Gottorpicâ secuta est.

Addiderunt his omnibus, pactum hoc à jure Canonico & communi Canonistarum opinione esse confirmatū, cum extra dubium sit, quod per consuetudinem vel pactum jus eligendi, limitari & restringi possit, ita ut ex alterius Ecclesiæ gremio seu corpore Prælatus eligi debeat, ut constat *ex Cap. cum Dilectus.* 8. *de consuet. & c. Abbate* 25. *de V. S.* Et ut Capitulum ex certo genere Personarum, vel certâ familiâ unam personam eligere debeat, etsi tantùm duæ personæ adsint, dummodo idonea ex iis reperiatur, quia substantia Electionis adhuc consistit, cum ex duobus unus liberè potest eligi, *Covaruv. in 4. decret. part. 2. cap. 3. §. 5. n. 9. R. P. Pyrring. lib. 1. Decretal. tit. de Election. & Elect. pot. §. 235. Matta ad §. 3. Concord. German. Passerin. de Elect. Canon. Cap. 2. n. 7.* Ubi tradit Electionem coarctatam ad duos vel tres, *non esse contra Canones*, imò manere Electionem liberam, si unus solus proponatur, quia Electores tamen manent liberi, ut eligant vel non eligant, cum ad libertatem Electionis sufficiat libertas exercitii. Præsertim verò si coarctatio fiat Consensu, & voluntate Electorum, illa utique valida est, nec videtur coarctata, quia restrictio provenit ex liberâ Electorum voluntate, ut cum electio ex lege vel consuetudine debet fieri ex certo genere personarum, tunc, si intrà illud genus non sint nisi duo idonei, potest Electio ad illos coarctari, *Cap. cum dilectus. de Consuet.* Atque ad superiorem pertinet Directio Electionum, ut meliores eligantur, etiam cum restrictione libertatis, uti hæc omnia deducit *R. P. Layman. ad lib. 1. Decret. tit. 6. cap. 14.* Hæc omnia porrò deducit famosus Canonista *Prosper. Fagnan. in 1. part. 1. Decret. de Consuet. in cap. cum dilectus. pathetice & graviter, n. 25.*

n. 25. his verbis: primum fundamentum est, quia capitulum generale, de cujus authoritate in condendis statutis non est ambigendum, tam ex constitutionibus, quam de jure communi, potest statuere, ut electio generalis fieri debeat ex certo gremio personarum, quia de consuetudine induci potest, ut Capitulum unius Ecclesiæ eligat sibi Prælatum ex Collegio alterius Ecclesiæ, & sic valet consuetudo eligendi Prælatum ex certo genere Personarum, Casus est hic, ubi id notat *Abb. Antiq. Joh. Andr. Bald. Imol. Cardinal. Anchar.* Et concordat. Text. *in c. Abbate*, & ibi *Gloss. in verb. Consuetudinem. de verb. signif.* Ergò id potest induci etiam ex statuto Capituli: Et ita arguit *Abb. in c. licet. n.* 12. *de Elect.* Et est ex mente Innocent. Compostell, & aliorum, dum ad probandam validitatem Statuti, restringentis electionem ad gremium certi Monasterii, vel certæ familiæ, adducunt textum *in d. c. Abbate de verb. signif.* qui loquitur de consuetudine, seu præscriptione: æqualis enim est authoritas utriusque, gloss. *in c. fin. in verb. Vilis authoritas*, imò major authoritas juris scripti, quam juris non scripti. *l.* 2. *c. quæ sit long. consuet.* Ex quâ desumptus est textus *in d. c. fin. & in c. consuetudinis* 11. *dist.* Ratio est, quia in tantum valet consuetudo, in quantum nititur tacito consensu ejus, qui potest jus condere. Non debet autem esse minor virtus expressi consensus statuentis, quam taciti, imò major, *Argum. l. cum ex filio.* §. *filio.* quod ibi *notat Bart. ff. de Vulg. & l. expressa nocent; ff. de regul. jur. c. constitutionem. vers. sed expressè. de regul. in* 6. Ergo si valet consuetudo Capituli de eligendo ex certo genere personarum, multò magis valet statutum.

Deindè probatur assumptum, quia statutum restringens Electionem ad certum genus personarum, quamvis esset contra jus, & ideò non valeret in præjudicium tertii: sustinetur tamen, quatenùs concernit præjudicium Statuentis, ut in Statuto Episcopi de Electione facienda ex gremio certæ familiæ, ttadit *Gloss. hic in verb. Constitutus.* quod dicit esse benè notandum. *Butr. in* 2. *lectione n.* 41. quia limitat. *cap. quod super his, de Major. & obed.* Et cum Gloss. consentiunt hic *Innocent. Abb. Antiq. Compostell. Bellarm. Cardin.* Et alii communiter: Ergò cum in hoc statuto *non agatur nisi de præjudicio Capituli Statuentis*, sequitur, ut absolutè sit validum. Ratio est, quia *Capitulares qui habent jus Electionis passivæ*, benè possunt huic juri renuntiare. *c. in præsentiâ ad finem de renuntiat. c. ad Apostolicam; de regul. c. si terra, de privileg. Gloss. fin. in c. cum venisset, de testib. Dec. in c. cum accessissent n.*24. *de Const.*

Amplius probatur ex doctrinâ *Abb. in c. cum terra, n.*3. *de Elect.* Ubi tenet, valere electionem factam per metum, seu impressionem: quando Electores non compelluntur eligere certum, sed aliquem de certo genere personarum, nec per hoc tolli libertatem eligendi, & ibid. *Abb. in c. licet, n.*12. *eod. tit.* Ubi dicit Electionem validam esse, si Electores compellantur eligere de certo genere personarum, quia non amittitur omninò libertas eligendi, sed restringitur. Et adducit simile de consuetudine, quæ potest arctare jus eligendi, puta ad certum genus personarum, sed non potest tollere libertatem, remanente potestate eligendi, ut probatur in *d. c. cum & ibi per. Joh. Andr.* Et hoc in præsenti casu eò magis quia hoc pactum est remuneratorium, wegen der dem Stifft bezeigter Wohlthat / daß es nicht secularisiret worden / und nicht auff die gantze Familiam des Hauses Holstein / sondern nur auff 6. Personen ist eingerichtet / daß es bald ein End nehmen kan / ut moderni Capitulares sine omni dubio ex eo obligentur.

Imò si Statutum, vel Consuetudo est, ut Electores teneantur eligere de certo loco vel personis, & ibi non sit, nisi unus idoneus, necesse habent illum eligere, *Cap. cum dilectus. de consuet. & cap. Abbate de V. S.* quoniam non facit hoc consuetudo, sed casus, sicut contingeret, si reliquis vitâ functis non superesset nisi unus, vel si Ecclesia esset privilegiata, ut de illius gremio deberet fieri Electio, & non esset nisi unus idoneus, tales enim eventitii casus non computantur, *Fagnan. in* 2. *part. Decret. de Elect. in cap. cum terra, n.* 14. *pag.*65. & 1. *part.* 1. *Decret. de Consuet. C. Cum Dilectus. n.*52. *pag.* 273. *Et in* 2. *decret. de Appell. in C. constitutis. n.* 2. *pag.* 252. ubi dicit, quod Electio possit restringi ad duos, quando ipsi Eligentes in tractatu ad hoc se restrinxerunt, hoc enim non esse contra formam consilii generalis, nec usquam prohibitum.

Juxta hæc jura, & superius deducta, palàm & notorium esse, hoc pactum de anno 1647. ex longâ observantia in electionibus Episcoporum, & cum iis erectis Capitulationibus, in quibus hujus pacti m ntio facta atque ita continuatum, sinè ulla contradictione, Capituli consensum, nec non approbationibus Imperatorum per subsecutas Investituras esse corroboratum, & per Pacificationes publicas, Regiamque Danicam solennissimam promissionem, & Guarentiam Sacræ Cæsareæ, nec non Regiarum Majest. & præcipuorum Imperii Ordinum ab omni penitus contradictione exemptum, nisi promissum non promissum, & pactum non pactum dici velit.

6. Itaque contra pactum Pacificationibus publicis tam sancte roboratum, nihil amplius nec ex jure Canonico nec civili, quibus omnibus derogatum & renuntiatum est, allegari posse. Et si penitus pactum de *anno* 1647. seponatur, & ab illo abstrahatur, tamen Domui Holsato-Gottorpiensi, jam ex conclusis Capituli Generalibus *de anno* 1684. indubiè jus quæsitum esse. Licet enim in iis certa denominatio personæ nondum facta sit, tamen jam *ipsi Domui Ducali* jus quæsitum esse, quod amplius eidem auferri non possit, atque illo anno tres personas eligibiles adfuisse, prout modo in ultima etiam denominatione duæ superfuerint, cum Dux regens ab electione non possit excludi, prout exemplum *Ducis Alberti* clare demon-

demonstrat, qui *anno* 1661. non attento, quod regimen Ducatus actualiter gereret, tamen pro Coadjutore electus, confirmatus & investitus sit.

7. Principem Gottorpiensem per plane liberam & nullatenus restrictam electionem pro Coadjutore electum esse, prout Capitulum ipsum in duabus ad Sacram Cæsaream Majestatem exaratis literis clare expresserit, quod exinde jus illi quæsitum non possit amplius revocare, idque nunc eò minus possit fieri, postquam omnia tam solenniter & repetitis vicibus stabilita sunt.

8. Et quia quidam ex illis 12. Canonicis reperiantur, qui anno 1684. Vota sua pro Domo Holsatica dederunt, eosdem ab illa Electione semel facta nullatenùs posse recedere. Et si electio à majore parte Capituli facta sit nulla, electum à minore parte meritò esse præferendum, *Fagnan. in 2. part. 1. Decret. de elect. in Cap. postulaton.* 21. consequenter electo à majore parte nullum jus esse quæsitum, præsertim in præsenti casu, cum Princeps Gottorpicus à legitimo & legitimè congregato Capitulo, & quidem una die antecedenter, Princeps verò Danicus modo altera die extra Capitulum illegitimè sit nominatus, & quidem sine confirmatione Episcopi, quam solus Princeps Gottorpicus obtinuit, cui etiam propterea assistant jura, quod contra electum & confirmatum non admittatur appellatio, ad impediendum confirmationis effectum, *C. constitutis de appellat.* & præsumatur pro ordinarii judicio, *C. cum te. de ætat. & qualit. & ibid. Fagnan. N.* 1. & 17. nec non 24. ut mirum sit Capitulum antehac semper pro Domo Gottorpica unitum, jam demùm scindi & separari potuisse, cum tamen ex superioribus pateat, in Persona Principis Danici deficere qualitatem, quod non sit Capitularis, quod sit minorennis, quod ex propria confessione, supra allegata, adhuc egeat dispensatione, quod nulla pro se majora, multo minus duas votorum tertias habeat, quod legitimis eligentibus careat, quibus nulla votandi competierit potestas: E contra verò Princeps Gottorpicus justam habuerit ætatem, ejusque denominatio ab Episcopo sit confirmata.

9. Quod frustra opponatur, quasi Capitulo tolleretur libertas electionis, quod sit contra jus Canonicum & Instrumentum Pacis, quia id in eo tantum casu procedit, quando libertas plane tollitur, non verò si tantum restringitur ad certam familiam vel personas, qualis restrictio à jure Canonico & omnibus Canonistis unanimiter est approbata, nec caret fundamento ex ipso Instrumento Pacis in Episcopatu Osnabrugensi, Mersenburgensi, & aliis &c. quia multa propter quietem publicam & conservationem Episcopatuum sæpius admittuntur.

10. Quod Canonici ante electionem juramentum præstare debeant, id nullibi esse sancitum, nec in Episcopatu Lubecensi unquam observatum, veluti apud Electionem Episcopi Joannis *anno* 1651. Christiani Alberti *anno* 1656. *Episcopi modo regentis anno* 1677. neque in Capitulationibus, neque reversalibus, neque investituris, nec aliis Capituli documentis ullum verbum de tali juramento reperiatur, & Instrumentum Pacis tantummodo hoc disponat, *ut Electi spondeant, se Episcopatus nunquam hereditarios facturos esse, & de electione sua fidem faciant.* In electione verò Pontificis hoc solet observari, quod Cardinales jurare soleant in hac forma: *Testor Deum, qui me judicaturus est, quod eum eligo, quem secundum Deum judico, me eligere debere; ex Constitutione Gregorii XV. Prosper. Fagnan. in 1. part. Decret. C. cum Dilectus. de consuet. n.* 54. In aliis Episcopatibus Cathedralium Ecclesiarum Imperii nihil apparet de juramento præstando, prout *Andr. Vallensis in Decret. lib. 1. tit.* 4. §. 4. de forma & modo electionis nullam de eo facit mentionem. Novissimè quoque *Carolus Felix de Matta in Direct. in elect. ac Coadjut. ritè proced.* §. 57. hoc solum memorat; ad electionem Canonicam requiri pro forma, ut secuta vacatione Ecclesiæ omnes interesse habentes vocentur, & cantata Missa de Spiritu S. *C. cum terra & C. inter universos de elect.* omnes ingrediantur Capitulum, nec amplius egrediantur, alias exeuntes dicerentur renuntiare electioni, quæ devolveretur in Cap. permanentes, *C. cum nobis. eod. tit.* eligantur Scrutatores, qui singulorum vota secrete excipiant, & in scriptis redigant, & deinde ille habeatur pro canonice electo, in quem major pars consenserit *R. P. Pyrrin. lib. 1. Decret. tit. 6. de elect. & elect. potest. sect.* 4. dicit solennitates quasdam esse substantiales, ut electio fiat, vel per scrutinium, vel per compromissum, vel per inspirationem, quasdam verò accidentales tantum, & præparatorias ad electionem, quæ ante illam præmitti solent, & tametsi observandæ sint, ubi per consuetudinem sunt receptæ, si tamen omittantur, non ideò irritam esse electionem, cujusmodi sunt: (1. ut in die electionis celebretur Missa de Spiritu S. recitato hymno de Spiritu S. & electores sacram Synaxin sumant. (2. Ut fiat protestatio ab aliquo, ut nullus admittatur, cui potestas eligendi non competit. (3. Ut absolvantur Electores ab excommunicatione aliisque censuris in ordine ad effectum electionis Canonicæ, si quispiam adsit habens talem potestatem, & addit P. Pyrring. quod eorum omissio electionem non vitiet. In terminis tractat hanc quæstionem de juramento electorum *Pet. Mar. Passerini in tract. de elect. Canon. cap.* 18. *n.* 58. & *seqq.* ubi dicit, quod nec ex vi *Capituli, quia propter*, nec ex vi *Concilii Tridentini* statutum sit, ut Electores jurent, quia ex nullo verbo eorum hoc subodorari possit, & inde non debeat nova obligatio superaddi, & sine fundamento ab aliquibus adduci, *Concilium Basiliens. sect.* 33. & 38. quia non tantùm Oecumenica, sed legitima Synodus esse desierit, ut ex historia constat, & propterea Leo X. in *Concilio Lateranensi* illud vocaverit conciliabulum seu conventiculum; quia

Con-

Conciliorum leges non habent efficaciam, nisi sint à Papa approbatæ. Aliud esse *in electionibus regularium*, in quibus electores jurare teneantur, quod tamen etiam in ordine Prædicatorum non observetur, & si juramentum omittatur, tamen electio non est nulla, quia juramentum non est de substantia, nec ullum decretum irritans, nec juramentum à Sacerdotibus aliter præstari quam tacto pectore, pro consuetudine diversarum Ecclesiarum. Hæc sunt argumenta partium oibter saltem dumbrata, quorum declaratio & decisio ab Imperatoria Majestate, tanquam in hoc casu Summo Pontifice, expectatur.

Magazin.

HAc de materiâ disponitur in *R. J. anno* 1641. §. 61. ut dictum *in Tom. I. harum Constit. hoc verbo.* Vocabulo vix aliàs in jure usitato, quod denotat provisionem in pane, frumento & aliis ad conservationem exercitus necessariis, quibus vitam sustentare, & militaria officia strenuè validèque peragere possit. Sæpius enim maximus in his occurrit defectus, & dantur militibus panes, Commiß-Brod / aliquando, qui vix à canibus in stomacho concoqui possunt. Itaque meritò constituendæ sunt Domus & loca commoda, cum Præfecto annonæ, qui rei frumentariæ præsit, curetque quâ ratione commeatus adduci, & commodè distribui possit, *König. in Theatr. polit. p. 3. c. 10. n. 4.* Id enim omni studio & curâ agunt Exercitus Generale, ut alter alteri media vivendi & commeatus eripiat & intercludat. Hinc constitutum im Holländischen Kriegs-Recht/ *art.* 19. Wer Proviant oder anders beraubet / soll hangen. Principis enim & Generalium belli præcipua cura esse debet, ut ingruente bello res usui mortalium necessariæ adsint, ut famis tempore militibus & subditis succurri possit, *vid. Speidel. verb.* Verkauff/ubi plura habet de provisione annonæ.

Bellica prudentia in hoc apparet, ut apparatus belli decenter provideatur, & Princeps solertem navis gubernatorem imitetur, qui priusquam portu egressus in altum solvat, omnibus rebus instruit navem, & eam postea mari & ventis committit. Itaque primum de rebus necessariis ad bellum gerendum cogitandum est, inter quæ non minimum locum obtinet pecunia & commeatus. Hinc Julius Cæsar potentiam duabus rebus conservari & augeri dixit, pecunia scilicet & militibus, eaque se mutuò consequi, exercitum commeatu retineri, & rursum commeatum armis comparari. Unica ratio conservandi milites est, ut sua certa stipendia habeant, quia non facilè miles in officio contineri potest ab eo, qui necessaria non subministrat. Fiscus ergò bene instructus esse debet, ne dum pecunia quæritur, & hinc inde colligitur, belli occasiones negligantur, & hostium celeritas nocere possit. Ut nihil dicam de tormentis ac machinis fulminalibus, quorum impetus terribilis & horridus est, de armamentariis, quæ armorum, telorum, pulveris tormentarii, & universæ rei bellicæ supellectilem continent, quæ omnia ad bellum necessaria, tamen annona non est negligenda, ex qua sola exercitus sæpe perit, quia commeatu carens & fame laborans, inobediens esse, & seditionem sæpissimè movere solet. Ante omnia, scribit de exercitu Persarum Xenophon commeatus parabatur, comparatis iis omnibus, quæ rei frumentariæ & militaris apparatus exigebat. Helvetii, ait *Julius Cæsar, bellandi cupidi, sementes quam maximas per biennium ante fecerunt, ut in itinere copia frumenti suppeteret, & singulos proficiscentes trium mensium molita cibaria sibi domo efferre jusserunt. Qui frumentum, necessariumque commeatum non præparat, vincitur sine ferro.* Disciplinam non potest servare jejunus exercitus, necessitas moderamen non diligit, nec potest imperari multis, quod nequeunt præstare paucissimi. Annonæ penuriam morbi sequuntur, ob res in necessitate comestas, quæ corporibus noxiæ, ideò in celeritate apparatus plurimum situm est. *Anton. Perez. in Jur. Publ. cap.* 12.

Magdeburg.

SUMMARIA.

1. *De rebellione & devastatione Civitatis.*
2. *Jura Elect. Brandenb. in Archiepiscopatum ex Instrum. Pacis.*
3. *Privilegium Imp. Ottonis I.*
4. *Privilegium Imp. Ferdinandi II.*
5. *De Archiepiscopatu Magdeburgensi & Archiepiscopis.*
6. *Primus A. C. ex illis.*
7. *Archiepiscopatus in Ducatum mutatus.*
8. *Investitura Magdeburgica novissima.*
9. *Descriptio Magdeburgi ex Bertio.*

DE Civitate Magdeburgensi, refert *Abrah.* Saur in seinem Städt-Buch/ quod ita fuerit denominata *à Venere Parthenia*, quæ illic fuerit culta, & inde Civitas dicta *Parthenopolis*, seu Castrum puellarum. *Imp. Carolus Magnus* Episcopatum ibidem fundavit, quem *Imp. Otto I.* confirmavit, & in Archiepiscopatum erexit, Primatumque Germaniæ: ubi porrò multa de primis initiis Civitatis, de ejus incrementis, de *Statuâ Rolandicâ*, Caroli Imp. sororis filii, à corporis magnitudine, fortitudine & heroicis gestis famosissimi, aut potius, ut alii volunt, ipsius Imperatoris Caroli Magni: de-

1. De rebellione & devastatione Civitatis.

de Civitatis bellis anno 1551. de incendiis, & aliis casibus. Anno 1547. cum Senatus Civitatis misisset literas diffidationis Capitulo, Ecclesiamque Cathedralem & Collegiatam occupasset, declarata est in bannum, post obsessa, & obsidio quidem illa anno 1551. soluta, sed anno 1631. ex mandato Imperatoris à Generalibus Tillerclas & Tilly repetita, & Civitas armatâ manu occupata, capta, in cineres redacta, & depopulata est, ut vix 139. domunculæ, 400. cives in salvo permanserint cum Ecclesiâ Cathedrali & Monasterio Præmonstratensium, ut reliqua omnia scelera, stupra, & execranda crimina silentio prætereantur, qui in similibus casibus à protervia militum perpetrantur, & specialius enarrantur à *supra citato* Saur. *R. P. Bussier in Floscul. Histor. fol* 297. de hac Civit. Magdeburgensi sequentia tradit: Anno 31. Magdeburgum, opulentissima urbs, à Tillio funestissima strage prope deleta est: ferro, igni, & militi nihil non licuit, ne dicam libuit, direptæ ædes, cæsi cives, vim passæ virgines, absorptaque ignibus tecta, miserante ipso victore, & calamitate hostium ingemiscente: adeò humanitas non dediscitur, & in ipsa licentia crudelitatem æmulam vincit.

Eadem ferè de hac Civitate tradit Wilhelm *Knipschild. de Civ. Imp. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 93. *& seqq.* quod sit Civitas Imperialis, multis Privilegiis & libertatibus donata, præsertim ab *Imp. Ottone I.* quod refert *n.* 96. & habet *Limnæus tom.* 4. *lib.* 7. *n.* 31. quod confirmatum est per Instrumentum pacis, & mox inseretur infrà. Archiepiscopos Magdeburgenses, à primo Alberto *anno* 968. usque ad Sigismundum Marchionem Brandenburgicum, qui anno 1553. *Aug. Confessionem* in Templum Cathedrale invexit, & Joachimum Fridericum, anno 1566. numero 46. Archiepiscopos, accuratè recenset *Bert. de reb. German. lib.* 3. *de urbibus. tit. Magdeburg.*

Quantum autem & quàm immaniter antehac deliquerit hæc Civitas, traditur in *R. I.* 1551. §. 4. ubi enarrat Imp. quod Civitas Magdeburgensis Pacem publicam fregerit, rebellis facta fuerit, seque tam atrocibus delictis, beneficiis Cæsaris indignam reddiderit §. 15. 17. 18. *seqq.* Nimirum postquam Civitas Lutheri nova dogmata amplexa est, atque ex illis principiis rebellem se ostendit, atque ut hic loquitur Imp. §. 5. Allen unziemlichen Muthwillen / an lebendigen und Todten getrieben / und andern das Ihrige entwendt / sondern auch mit gewaffneter Hand herausgefallen / und gegen den anstossenden Nachbarn / aus eitlen Frevel ihren Muthwillen geübet und vollzogen. §. 6. Exacerbatus itaque Cæsar, quod Civitas una tanto Principi obsistere auderet, auxilium à Statibus petit, ut obsidio continuari diutius possit, quod à Statibus, sicut innuit §. 24. impetravit, & in *subseqq.* §§. tradit modum, quo pecunia commodius cogi possit. Ab obsidione tandem dicitur se liberasse magna pecuniæ summa. Sed nihilominus in præterito bello anno 1631. à Tyllio & Papenheimio capta, & ferè in cineres redacta est, subsecutum Archiepiscopatus & Civitatis Magdeburg. statum exhibet Pacificatio Pragensis §. Das Ertzbisthum Magdeburg.

Postea per Instrumentum Pacis *art.* 11. §. *similiter concedatur:* Elector Brandeburgicus *exspectantiam* in Archiepiscopatum Magdeburgensem est consecutus, *ita quidem, ut quandocunque eundem morte aut successione in Electoratu, vel quacunque alia concessione D. Administratoris Augusti Ducis Saxoniæ vacare contigerit, totus iste Archiepiscopatus, cum omnibus eò pertinentibus Territoriis, Regalibus & juribus, de jure perpetui feudi ad Electorem Brandenburgensem ejusque Posteros & successores, ac Agnatos masculos, non obstante ulla electione aut postulatione interea temporis facta, pertineat. Interea autem teneatur Capitulum* (sunt verba *d.* §. 1. *unà cum Ordinibus & Subditis dicti Archiepiscopatus, statim conclusa Pace prædicto Electori, & toti Domui Electorali, pro se atque omnibus in ea Successoribus & heredibus, atque Agnatis Masculis, se sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum obstringere. Civitati verò Magdeburgensi,* pergit idem *Instrum. Pac. art.* 11. §. *Civitati, pristina sua libertas & privilegium Ottonis I. die* 7. *Junii anno* 940. *quod, etiamsi temporum injuria deperditum, ad preces equidem humiliter porrigendas, à Sacra Cæsarea Majestate renovabitur, tum etiam privilegium muniendi & fortificandi, ab Imp. Ferdinando II. concessum, quod cum omnimoda Jurisdictione & proprietate, ad quadrantem milliaris Germanici extendatur, sicut & reliqua ipsius Privilegia & jura, in Ecclesiasticis & Politicis, salva & inviolata maneant, cum inserta clausula, quod in præjudicium Civitatis reædificari non debeant suburbia.* Circa quem tamen §. *Civitati verò Magdeburgensi,* varias in Comitiis motas esse quæstiones refert *Speidel. in Spec. observat. verbo* Magdeburg. — 2. Jura El. Brandenb. in Archi-Episcopatum ex Instr. Pacis.

Magnus tunc ab Impp. attributus est honor huic Civitati, & inter egregia Privilegia etiam hoc, quod juris Weichbildici supremum fuerit constitutum Dicasterium, *Limn. de jur. publ. tom.* 3. *lib.* 7. *Cap.* 31. ejusque Cives ad extranea judicia solo justitiæ denegatæ casu excepto, evocari nequeant, & privilegia sint contra arresta & Repressalias, imò si Domi quisquam per sententiam se gravatum arbitraretur, ad Scabinatum Magdeburgensem provocabat, quasi fons illic esset Juris Saxonici, ita ut ex Polonia quoque ad illos appellari, citra tamen subjectionis notam consueverit, sicut hæc omnia tradit *Limn. d. loc.* De Regimine verò Civitatis scribit *Paurmeister de jurisdict. lib.* 2. *cap. ult. n.* 73. Et quibus pactis hæc Civitas Archiepiscopo Magdeburgensi subjecta sit, tradit *Sleidan. lib.* 22. *& Knipschild. de Civit. Imp. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 49.

Quia verò supra mentio facta est de *Privilegio Imp. Ottonis I.* cujus confirmatio in Instrum. Pac. est disposita, non abs re putavimus, illius totum contextum hîc inserere.

3. Privilegium Imp. Ottonis I.

In GOttes Namen/ Amen.

WIr Otto der Grosse/ Römischer Käyser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/thun kund/ mit Urkund dieser gegenwärtigen Schrifft/ allen denen/ so sehen/ oder hören lesen/ daß für uns/ und unserer Käyserlichen Majestät sind kommen/ die Getreuen und Mannhafften dieses Reichs Unterthänigen/ die werthen Sachsen/ und haben uns fürgelegt/ wie sie sich in GOttes Frieden zusammen halten/ und eine Stadt bevestigen wollen/und haben ihnen mit unser Gewalt auserwehlt eine Wohnung/ die sie bauen wollen/ und haben uns gebetten/ daß wir sie damit begnaden und bestättigen/und ihnen Friede darüber würcken wolten/ von unserer Käyserlichen Majestät wegen/und sie besorgen mit einem Rechten.

Das haben wir angesehen/ ihre grosse Liebe und Treue/ die sie zu dem Heil. Christen-Glauben haben/ und ihre Treue/Mannheit/ und Dienste/ die sie stättiglichen dem Reiche unverdrossentlich/ und treulich thun und gethan haben/ und ihre ehrliche und getreue Bitte/ und seynd zu Rath worden/ mit Wissen des Heil. Vatters/ des Pabstes Martini/der von seiner Päpstlichen Gewalt/ von St. Peters halben/ seinen Frieden darzu gegeben hat/ und bestättiget/ und den bestättigen Wir auch mit Wissenschafft und Rath der Reichs-Fürsten/ und mit des Landes Vollwort/ und mit desselben Willkühr und Erlauben/ denselben vorgenanten Sachsen/ unsern lieben Getreuen zu bauen/ und zu bevestigen/ einen Marck zu högen/ nach aller Weise/ als Marck-Recht von Alters gestanden h[illegible].

Wir geben a[illegible] denselben/ unsern lieben Getreuen/und allen ihren Nachkömmlingen/ ewigen Frieden in der Stadt/ welche sie Magdeburg genant haben/ und sonderlich geben wir der Stadt/ so gethane Gnade/ Freyheit und Friede/ ewiglichen zu nutzen/ und begnaden sie mit so gethanem Rechte/als die Edlen und Hochgebornen Constantinus und Carolus den werthen Sachsen und dem Lande hiebevorn gegeben haben/ daß sie nun und ewiglichen/mit diesem Brieffe haben und nützen sollen/ nach ihrer Stadt Nutzen/ Ehre/ und Gemach/ gemeiniglich zu nutzen/ und zu haben/ nach des Rechten Ausweisung gemeiniglich/ und keinem sonderlichen/ einem würde dann recht versaget.

Wir geben sie frey von uns/ und allen unsern Nachkommen ewiglichen/ so/ daß sie dieselbe Stadt/ und ihre Einwohner/ sollen ewiglich frey seyn gegen dem Reiche/ dieweil sie ihre Freyheit halten als Recht ist.

Wir geben auch volle Krafft/ und Macht/ derselbigen Stadt Magdeburg was der Stadt Vorstehere/ mit der witzigsten Rath/ und mit Vollwort der Gemeine untereinander geloben und thun/ der Stadt zu Nutzen/ zu Ehren/ und zu Gemach/ daß das Krafft und Macht solle haben/ als ob es von dem Reiche gebotten wäre/ und behalten oder besitzen sie dieselben Willkühr/ Jahr und Tag/ so soll man sie halten/ob sie selber wollen/und besitzen sie damit Gerichte/ als recht ist/ dieselbe Willkühr behält beschriebene Rechts-Krafft/ ob sie wider ein ander beschrieben Recht nicht wäre/ noch auch wider den Heil. Christen-Glauben.

Wir gebieten und setzen ernstlichen/ bey unserer Käyserl. Gewalt/allen unsern Fürsten und des Reichs Unterthanen/ Herren Rittern/ und Knechten/ und allen Amtleuten/ Geistlich- und Weltlichen/ die genante Stadt Magdeburg/ und alle ihre Einwohner nit zu hindern/noch sie zu beschädigen/ an ihrer Freyheit/Gnade/ und Recht/ die wir derselben Stadt gnädiglich gegeben haben/und daß sie sich auch nicht beschweren sollen/ mit Gewalt/ mit Gebot/mit Lösung/mit Heerfahrt/noch auch mit keiner Hand-Beschwerung.

Wir geben ihnen Gewalt/ alldar zu herrschen nach Weichbilds-Recht/ dabey wir sie selber halten wollen/ und wer hierwider thät/ der solle verfallen seyn/ der Käyserlichen Gewalt/und was ihnen davon widerfähret/ da wollen wir/ und alle unsere Nachkommen dieselbe Stadt und alle ihre Einwohner schadlos um halten/ und geben derselben Stadt und ihren Einwohnern/ zu einem rechten Vormunden/das heilige Recht und Gerichte/und den Römischen Käyser/ mit des Reichs Churfürsten/ beyde Geistlich und Weltlich/ die Stadt zu vertretten/an dem Heerd-Schilde/und an allen Nutzen/und Frommen.

Zu einer ewigen Gedächtnuß/so haben wir mit Vollwort des Heil. Römischen Reichs/ das ist/Päpstlicher Gewalt/und mit des Langes Willen ihnen nach ihrer selbst Willkühr/ alle Gnade/ Freyheit/ Recht/ Artickul/ Satzung/ und Willkühr hiemit bestättiget/ und befestiget/ verbunden/ und versiegelt/ mit unserer Käyserlichen Majestät anhangendem güldenen Zeichen/ das gegeben ist/nach Christi Geburt/ 940. Jahr in dem andern Jahre unsers Reichs/ am siebenden Tage deß Brachmonden/ auff der Stätte/ da jetzund Magdeburg lieget.

Römis. Käyserl. Majestät Käysers Ferdinandi des Andern/ höchst-Christ-seel. Glorwürdigst. Gedächtnuß/ Privilegium Uber der Stadt Magdeburg erweitertes Vestungs-Recht/ rc.

4. Privilegium Imp. Ferdinandi II.

WIr Ferdinand der Ander/ von GOttes Gnaden erwehlter Römischer Käyser/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Böhaim/ Dalmatien/ Croatien/ und Sclavonien König/ Ertzhertzog zu Oesterreich/ rc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff/ und thun kund männiglichen: Demnach der Hochgeborne unser Oheim/ des Reichs Fürst/ und lieber Getreuer Albrecht/ Hertzog zu Friedland und Sagan rc. bey seinem in unsern und des Heil. Reichs-Niedersächsischen Crayß genommenen Anzuge/ in Ansehung der von gemeiner Stadt Magdeburg/ gegen uns/ und unser Kriegs-Volck erzeigter unterthänigster

ster Devotion, Treue und Gehorsam ihnen in Unserm Namen durch eine schrifftliche Concession erlaubet und zugelassen / daß sie nicht allein zu mehrer und besserer Assecuration Ihrer / und gemeiner Stadt Magdeburg / umb der von dem Feind angetroheter und fast täglich vor Augen scheinenden Gefahr willen / etliche Compagnien Kriegs-Volck werben / und unterhalten / sondern auch zu mehrer Defension, die / um gemeldte Stadt Magdeburg gelegene / und ihnen bey begebenden feindlichen Einfall / sehr und fast schädliche beyde Vorstädte / so viel an denselben ihnen und gemeiner Stadt nachtheilig seyn könte / demolieren und abbrechen / und also ihre Stadt vor unversehenen Einbruch und Gewalt / zu besserer Defension und Verwahrung / an Orten / wo es die Nothdurfft erfordert / fortificiren / und was zu solchem Wercke umb und umb / umb besagte Stadt vonnöthen / nach Vestungs-Recht darzu gebrauchen solten und möchten / alles mehrern Inhalts vorberührter Ihnen ertheilter Concession, inmassen uns dieselbe in glaubwürdiger Form vorgebracht / und von Worten hernach geschrieben stehen: also lautende.

Wir Albrecht von Gottes Gnaden / Hertzog zu Friedland / Römis. Käyserl. Majest. Kriegs-Rath / Cammer- und General Obrister Feld-Hauptmann rc. Geben Männiglichen Geistlichen und Weltlichen / weß Standes / Ehr und Würden die seyn / durch diesen offenen Brieff zu vernehmen; Demnach Wir von jetzt Höchst-ermeldter Käyserl. Majest. Unserm allergnädigsten Herrn Unserer Kriegs-Expedition halber / unter andern insonderheit diesen Befelch gehabt / daß Wir der getreuen Stände deß Heil. Römis. Reichs / und also die Löbl. Hansee-Städte in sonderbaren Schutz nehmen und vor der Feinde An- und Einfälle / so viel immer müglich / defendiren solten / und dann hierauff bey Unsern Anzug im Niedersächsischen Creyß befunden / daß die Stadt Magdeburg der vornehmsten Plätze einer sey / so an dem Elbstrohm gelegen / und dahero dem Rath daselbst der hohen Nothdurfft nach / gewarnet haben / mit gnädigen Gesinnen / sie zu Bezeigung gegen der Römis. Käyserl. Majest. allerunterthänigsten Devotion, und Gehorsams / sich wider derselben fast nahe bey der Stadt gelegene Feinde / wohl in acht nehmen und verwahren solten / welchem sie also nachkommen / daß sie auff ihren Kosten etlich Compagnien Kriegs-Volcks geworben / und unterhalten / aber darbey der Augenschein gegeben / daß zum theil die beyden Vorstädte der Stadt so gar schädlich / daß wofern dasjenige / so ihnen nachtheilig seyn möchte / daran nicht demoliret und abgebrochen werden solte / für unversehenem Einbruch und Gewalt sie nicht defendiret werden könten / die Feinde auch ihre Intentiones unterschiedlich darauff gehabt / und heimlich und offentlich darnach getrachtet / wie sie sich derselben impatroniren möchten / welches / da es verfolgen sollen / Uns und der Käyserlichen Armée zu grossem Nachtheil gereichen können / daß Wir derowegen auß diesen und andern Ursachen / mehr und sonderlich / daß / wie gemeldet / Uns und der Käyserlichen Armée an diesem Ort so viel gelegen / von wegen und im Namen Allerhöchst-gedachter Ihrer Käyserl. Majest. als dero Armée General Obrister Feld-Hauptmann / und Plenipotentiarius, auff vorhergehende von Uns angeordnete / und auff Unsern Befelch durch den General Feld-Marschallen Herrn Heinrichen Schlicken / Grafen zu Passau / und Weißkirchen / eingenommene Besichtigung / und Augenschein / dem Rath daselbst auffgetragen / und Befelch gethan / sie zu besserer Verwahrung und Defendirung ihrer Stadt und Passes / gedachte Vorstädte / so weit sie ihrer Stadt schädlich / abraumen und demoliren / auch die Stadt zu besserer Defension, an Orten / wo es die Nothdurfft erfordert / mehr fortificiren / und was herum vonnöthen / nach Vestungs-Recht darzu gebrauchen solten.

Welche nothwendige Verordnung Sie nicht allein gehorsamlich vollzogen; Sondern auch zu mehrer Erweisung Ihrer beständigen Treu / gegen Käyserl. Majestät / als ihrem rechten Herrn / und von GOtt vorgesetzter Obrigkeit / zu Ihrer Käyserlichen Majestät Diensten und besserer Unterhaltung deß Kriegs-Volcks / auff gepflogene Tractaten / und Accord 133000. Reichsthl. in specie, auff abgeredete Termine zu entrichten zugesaget / und versprochen haben.

Derohalben / und damit mehrgenandte Stadt Magdeburg / von jemand / wer der auch seye / in- oder ausser Rechts / jetzt oder künfftig dieser Demolition halber nicht in Ansprache genommen werden möchte. So haben Wir an statt und von wegen offt Höchstermeldt Ih. Käyserl. Majest. nicht allein männiglich solches wissend machen; Sondern die schrifftliche Concession, daß nemlich die von Magdeburg nicht von sich selbst / sondern auff unsern Befehl / den wir ihnen / Krafft habenden Käyserl. Gewalts / gegeben / solche Demolition an den Vorstädten vorgenommen / und daher von Männiglich deßwegen unangefochten bleiben sollen / wie auch / daß Sie noch ferner umb die Stadt herumb / was derselben schädlich hinwegraumen / und also ihre Stadt in Gebrauchung alles dessen / was Vestungs-Recht mit sich bringet / noch besser fortificiren mögen / ihnen hierüber ertheilen und außfertigen lassen wollen / wie dann auch nichts minder Ihrer Käyserl. Maj. selbst eigener gnädigster Wille und Meynung hieran vollbracht / und vollenzogen worden.

Zu Urkundt Wir diesen Brieff mit unserm Fürstlichen Insigel betrücken lassen / und denselben mit eigenen Händen unterschrieben haben. Geben zu Lawenburg in Nieder-Sachsen / den ersten Tag deß Monats Septembris im 1627. Jahre.

Albrecht Hertzog zu Friedland rc.

Alls

Als haben Wir solchem nach/ vorgeschriebene von Unsers lieben Oheimben/ deß Hertzogs zu Friedland ꝛc. obberührter Stadt Magdeburg ertheilete Concession, über obangeregte Demolierung/ und Fortification besagter Stadt auß obangezogenen trefflich- und erheblichen Ursachen/ und daß mehrberührte Fortification allein/ zu Abbruch- Verhüt- und Vorkommung/ der biß dato von Unsern widerwertigen Feinden fast stättiges vorgehabten feindseligen Beginnen/ und Machinationen/ hergegen aber zu Unserer Käyserlichen Armada, und Kriegs-Volcks/ als eines Vornehmen an dem Elbstrohm gelegenen Platzes und Passes Beh eff/ und Assecuration, angesehen/ und gemeynet ist/ auch in sonderbahrer Erweg- und Betrachtung/ der Weyland unsern hochgeehrten Vorfahrern am Reich/ Römischen Käysern/ und Königen/ und uns selbsten seithero Unserer angetrettenen schwören Käyserlichen Regierung von offtbenandter Stadt Magdeburg erzeigter Gehorsam unverdrossen/ gantz willig- und ersprießlicher Diensten/ indeme sie zu Erweisung und rechtschaffenen Bezeigung ihrer gegen uns/ als ihren von GOtt vorgesetzten rechten Herrn/ und ungezweiffelten Oberhaupt tragender gehorsamster Devotion und Treu/ unlängst zu besserer Unterhaltung Unseren Käyserlichen Kriegs-Volcks auff gepflogene Tractaten und Accordirung 133000. Reichsthaler auff verglichene unterschiedliche Termin zu entrichten zugesaget und versprochen: auch solchem ihren gethanen gehorsamst- und löblichen Anerbiethen gemäß/ bereit etliche Fristen erleget/ und dargegeben haben/ auß Römis. Käyserl. Macht/ und Gewalt/ Vollkommenheit/ mit gutem Rath/ rechtem Wissen/ und auß selbst eigener Bewegnuß/ confirmiret und bestättiget/ thun das auch confirmiren und bestättigen ihnen solche mehr berührte Concession hiermit wissentlich/ in Krafft dieses Brieffs/ auß mehrbesagter Unserer Käyserl. Macht/ und Gewalt/ Vollkommenheit/ und eigener wohlgeneigter Bewegnuß/ und meinen/ setzen/ und wollen/ daß solche offt angeregte von unsers lieben Oheimben/ deß Hertzogen von Friedtland ꝛc. obbenandter Stadt Magdeburg gethan- und gegebene Concession in allen/ und jeglichen ihren Inhalt/ Worten/ Clausulen/ Mein- und Begreiffungen/ allermassen selbige hiebevor geschrieben stehet/ stäth/ vest und unverbrüchlich seyn und bleiben/ und darwieder von niemanden/ wer der auch seye/ in- oder ausser Rechtens jetzt oder künfftig nichts gehandlet/ procediret/ und vorgenommen werden solle.

Und gebiethen darauff allen/ und jeden Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Landvögten/ Pflegern/ Verwesern/ Amptleuten/ Landrichtern/ Schuldtheissen/ Bürgermeistern/ Richtern/ Räthen/ Bürgern/ Gemeindten/ und sonsten allen andern/ Unsern und deß Reichs Unterthanen/ und Getreuen/ weß Würdens/ Stande und Wesens die seyn/ ernstlich/ und vestiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß sie obbemeldte Stadt Magdeburg bey solcher vorgeschriebener und von uns confirmirter und bestättigter Concession, alles Inhalts/ bey ihren Würden/ Puncten/ Worten/ Clausulen/ Meyn- und Begreiffungen/ wie vorgemeldt/ seyn und bleiben/ sie an Abbrech- und Demolirung vorberührter beyder Vorstädte/ so weit es ihnen gefällig/ und ihnen ihrer vorhabender Fortification schädlich seyn mag/ keines wegs hindern/ noch irren; sondern dieselbe bey bemeldter Fortification umb und umb der Stadt/ wie es Vestungs-Recht mit sich bringet/ und bey berührter Concession und unserer hierüber proprio motu ertheilter Confirmation ruhiglich/ und imperturbiret verbleiben lassen/ darwieder nicht thun/ noch andern zu thun verstatten/ in keine Weiß noch Wege/ als lieb einem jeden sey unser/ und des Reichs schwäre Ungnade und Straffe/ und darzu eine Pön/ nemlich hundert Marck löthiges Goldes zu vermeiden/ die ein jeder/ so offt er freventlich hierübern thäte/ uns halb in Unserer Käyserl. Cammer/ und den andern halben Theil vielernandter Stadt Magdeburg unnachlässig zu bezahlen seyn solle. Mit uhrkundt dieses Brieffs besieglet/ der gegeben ist auff Unserm Königlichen Schloß zu Praag den 17. Februarii nach Christi unsers lieben Herrn Geburt 1628. Unserer Reiche deß Römischen im neunten/ deß Hungarischen im zehenden/ und deß Böheimischen im eylfften Jahr.

Ferdinand.

V.

Peter Heinrich von Strahlendorff.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium.

Arnoldus Clarstein.

Hodiernus Civitatis Status patet ex *supra cit. Instrum. Pac.* Quod verò Archiepiscopatum Magdeburgensem concernit, ille pro æquivalenti recompensatione citerioris Pomeraniæ datus est Brandenburgicis, una cum Episcopatu Halberstadiensi & Mindensi, cum omnibus Regalibus & appertinentiis, in *perpetuum & immediatum feudum.* Quem etiam jam ab initio superioris Seculi Antistites è Brandenburgensi familia sibi petere consueverant. *Albertus* enim I. ex hac Gente in Archiepiscopum Magdeburgensem cooptatus est, cui successerunt, nunquam interrupta Serie *Joannes Albertus*, *Fridericus Sigismundus*, *Joachimus Fridericus*, & *Christianus Wilhelmus*, & quibus *Joachimus Fridericus* Catholicæ Religioni valedicens matrimonium contraxit, & tamen, ex consensu Canonicorum, nihilominus Archiepiscopatûs administrationem, dum viveret, tenuit. Imo etiam ad filium *Christianum Wilhelmum* transmisit, qui usque ad annum 1626. quo ob Danicorum armorum societatem à Cæsare proscriptus: & à Canonicis in ejus locum postulatus est *Augustus Dux Saxoniæ*, Joannis

5. De Archiepiscopatu Magdeburgensi, & Archiepiscopis.

6. Primus A.C. ex illis.

Joannis Georgii Electoris F. indignante Cæsare, qui hanc dignitatem filio *Leopoldo Wilhelmo* destinaverat, Pontificisque impetraverat assensum, unde dissidiorum semina orta, quæ subinde Pace Pragensi sopita sunt, Archiepiscopatu *Augusto* relicto. *Osnabrugensi* verò *Pacificatione* Brandenburgicæ Domui exspectantia in eum concessa, juxta superius allegatum Instrum. Pacis. Verum licet in illa Archiepiscopatus Metamorphosi, Civitatis libertati nihil derogatum esse voluerit Pacis Instrumentum, quin potius expressis verbis pristinam immedietatem ei reservaverit, nihilominus tamen *Augustus Administrator* homagium sibi præstari postulavit, cumque illa renueret & sub Pacis Westphalicæ palladio satis se tutam crederet, tandem Elector Brandenburgicus intervenit, ac milite urbi ex improviso admoto obsidionem minitatus est, nisi celeriter imperata faceret: Itaque Cives malo tam inopinato perculsi satius esse duxerunt, in certas coire conditiones, quam extrema pati, & 30. *Maji anno* 1666. juramentum fidelitatis ac subjectionis primò *Augusto Saxoni Administratori*, & postea in eventum *Electori* quoque *Brandenburgico* conceptis verbis præstiterunt, atque Electorale Præsidium receperunt.

7. Archiepiscopatus in Ducatum mutatus. Post Augusti autem ex hac vita discessum, Elector plenum urbis & Diœcesis Dominium, in Ducatum mutatæ, imperium adiit, & Cives subditosque anno 1681. novo jurejurando in suam fidem adstrinxit.

De Burggraviatu Magdeburgensi longa fuit lis, quæ tamen hoc seculo est composita, & *Joannes Georgius* I. Elector per Pacificationem Pragensem & Osnabrugensem 4. aliis Præfecturis è Magdeburgensi Diœcesi exemptis, veluti **Dam/ Querfurt Burg und Gutterbock** auctus est.

Controversia hic nobis in memoriam venit, acriter à Theologis Politicisque utriusque Religionis disputata, an pax Religiosa de anno 1555. & Monasteriensis de anno 1648. sit licita. Testantur id scripta & judicia Theologica passim typis evulgata, eorumque argumenta negativa, sed *Caramuel Lobkovvitz in Pac. S. R. licita demonstr. per tot.* ex necessitate hanc rem excusat, quod liceat minus malum eligere, si majoris necessario imminentis sit evasio, qua de re plura notabuntur *infra verb. Religio.*

8. Investitura Magdeburgica novissima. Ut plenior in his omnibus habeatur notitia, & quatenus Elector Brandeburgicus *Anno* 1685. de Ducatu Magdenburgico sit investitus, inseritur hic literarum investituræ extractus: **Wir Leopold von Gottes Gnaden/ Erwöhlter Römischer Käyser** rc. bekennen hiemit/ daß uns der Durchleuchtig Hochgebohrne Friedrich Willhelm Marggraf zu Brandenburg/ zu Magdenburg rc. (Tit.) mit Fleiß gebäten/ daß Wir seiner Liebd. für sich selbst/ auch an statt dero Vettern Cullmbachischer und Onolzbachischer Linie nicht allein ihre Lehen/ Churfürstenthum/ Hertzogthum/ und Fürstenthum rc. welches sie An. 1642. zu Lehen empfangen/ ingehabt und hergebracht/ sondern auch alle und jede Hertzogthum/ Fürstenthum und Landen/ welche ihnen in dem zu Oßnabruck und Münster An. 1646. auffgerichteten Friedenschluß/ gegen deme was von Pommern an Schweden hergegeben/ und abgetretten worden/ an statt eines Æquivalents hinwiederum zu **einem immerwährenden weltlichen Reichs-Lehen** übergeben/ und zugeeignet worden/ nemlich das **Hertzogthum Magdenburg**/ Fürstenthum Halberstadt/ Fürstenthum Minden/ und Fürstenthumb Camin/ mit allen Graf- und Herrschafften/ Städten/ Vestungen/ Börgern/ Marckhen/ Dörffern rc. die zu denselben gehören/ oder von Alters gehört/ gebraucht/ oder gebraucht werden können/ nach Außweisung deß Instrumenti Pacis, und demselben gemäß zu Lehen zu verleyhen gnädigst geruheten. So haben Wir angesehen solche obbemeltes Unsers lieben Oheimbs und Churfürsten Friedrich Willhelms/ und Marggrafens zu Brandenburg Liebd. unterthänig redliche und vernünfftige Requisition und Bitten/ auch die angenehme/ getreue und ersprießliche Dienste/ die Sr. Liebd. Vorfahrer und Sie/ auch obbemelte andere Marggrafen zu Brandenburg/ Uns und dem Heil. Reich offt und viel willig und unverdrossen gethan haben/ und Sie Uns und dem Heil. Reich fürbaß hin wohl thun mögen/ un sollen; und darum mit wohlbedachten Muth/ gutem Rath/ und rechtem Wissen/ und auß Käyserl. Macht und Vollkommenheit/ den vorgenandten unsern lieben Oheimb und Churfürsten Friedrich Willhelm Marggrafen zu Brandenburg/ für sich selbst/ auch im Namen der andern vorbemeldten Marggrafen und Ihrer Lehens-Erben/ zu gesambter Hand/ nicht allein alß ihre Lehen/ Churfürstenthum/ Fürstenthümer/ Herrschafften/ Schlösser/ Städt/ Land und Leute/ deß Marggrafenthums zu Brandenburg/ und Burggrafthums zu Nürnberg/ sambt der Neu-Marckt/ und Landes zu Sternberg/ sondern auch/ nach Inhalt deß in mehrgedachten **Friedenschlusses** *art. XI. §. similiter concedatur*, und zwar nach tödlichem Hintritt Augusti Hertzogens zu Sachsen/ und Postulirten Administratoris deß **Ertz-Stiffts Magdeburg**/ erstgedachtes/ und nach mehrer Anweisung deß Friedenschlusses/ *secularisirte* **Hertzogthum Magdeburg**/ wie das Hertzogthum Stettin/ Hinter-Pommern/ Cassuben und Wenden/ sambt allen zugehörigen geistlichen und weltlichen Grafschafften/ Herrschafften/ Schlössern/ Städten/ Land und Leuten/ und jeglichen ihren Herrlichkeiten/ Obern- un Nieder-Mannen/ Mannschafften/ Lehen/ Lehenschafften/ geist- und weltlichen/ alten und neuen Zöllen zu Wasser und Land/ auch allen Rechten/ Nutzen und Zugehörungen/ wo und welcher Enden die gelegen seynd/ und von uns/ und dem Heil. Reich zu Lehen rühren jedoch so viel das Hertzogthum Pommern/ und Fürstenthum Camin betrifft/ ausserhalb allen denjenigen/ so durch mehrgedachten Münsterischen Friedenschluß/ und darauff

durch

durch den Anno 1679. zwischen der Cron Schweden / und Sr. Liebd. auffgerichteten Frieden / mehrgedachter Cron Schweden zugekommen.

Ferner die vermög Münsterisch. und Oßnabrückisch. Friedenschlusses gleich dem obgedachten Hertzogthum Magdeburg zum Æquivalent Ihrer Liebd. dero Descendenten, und nachmahls Ihren Vättern Churfürsten und Marggrafen zu Brandenburg Zugeeignete / und zu einem immerwährenden weltlichen Reichs-Lehen übergebene Fürstenthum Halberstadt / Fürstenthum Minden und Camin / zusambt dem Ambt Eglen / mit allen derselben Städten / Vesten / Burgen / Marcken / Aemptern / Dörffern / Mannen / Mannschafften / Lehen / geistlichen Stifftungen / Commenturen / Capitulen / Klöstern / Wäldern / Büschen / Höltzern / Wassern / Wasserläufften / Insulen / Schifffahrten / und Kauffhandlungen / zu Wasser und Land / Fischereyen / Ströhmen / Ufern / und Gestatten / Berg und Thälern / Ebenen / Zöllen / Mauthen / mit allen Rechten und Hochheiten / so wohl ob- als unter der Erden / mit Bergwercken / Ertz- und Saltz-Gruben / sie seyn erfunden / oder nicht / und der Müntz-Gerechtigkeit / absonderlich aber mit der Universal-Jurisdiction, Fürstl. und Landes-Hochheit / so wohl geistlichen dann weltlichen davon dependirenden Macht / Erb-Aemptern zu vergeben / uñ sonsten mit allẽ Gnadẽ / Freyheiten / Ehrungen / und andern Zugehörungen / an welchen Dingen die seynd / oder wie die mit besondern Namen genennt werden mögen / die zu denen Churfürstenthum / Hertzogthumben / Burggrafthumen / Fürstenthumen / Grafschafften / und Herrschafften gehören / gebrauchet / oder gebraucht werden können / und mit was für Hochheit / und Recht Ihre Liebd. und dero Vättere / oder andere von Uns / und dem Heil. Römis. Reiche zu Lehen tragende Churfürstenthum / Hertzogthum / Fürstenthum / Land und Leute / in geist- und weltlichem Stande besitzen / innen haben und geniessen / zu Lehen gnädiglich gereichet / und geliehen / jedoch solches alles nach Inhalt der vorigen Lehen-Brieffen / und deß darauff erfolgten Münster- und Oßnabrückischen Friedensschlusses insgemein / und in specie desselben Art. 11. sambt allen darin vorsehenen geist- und weltlichen Reservaten wir auch deßwegen Pommern vorhin gedachten letztern Anno 1679. zwischen der Cron Schweden und Sr. Liebd. auffgerichteten Friedens. Reichen und leihen auch Sr. Liebd. &c.

9. Descriptio Magdeburgi ex Bertio. Sequitur descriptio Urbis Magdeburgensis *ex Bertio de Germaniâ lib.* 3. *pag.* 184. Carolus Magnus non minus religionis quam victoriarum gloria inclytus, postquam 33. annos impendisset in vincendis Saxonibus, tandem pace parta, decem constituit in Saxonia Episcopatus, 1. Osnaburgi, 2. Ostervvici, qui postea translatus est Halberstadium, 3. Mindæ ad Visurgim, 4. Bremæ, 5. Baderbornæ, 6. Werdæ, 7. Monasterii, 8. Elzii, qui translatus est Hildesheimium, 9. Hamburgi, 10. Stydæ in Comitatu Dominorum de Schvvalevvorch, qui nunc de Lippia appellantur, ac postea translatus est ad Walerfleve, ac tandem per Ottonem I. Imperatorem *anno* 930. *Magdeburgum ad Albim*, flagitante id ita uxore Editha, nomen habet à virgine; quia Venerem illic cultam à Romanis dicunt, atque inde nomen *Madeburgo* datum, nescio Venerem didicerint esse virginem, aut Romanos hoc loco Veneri, aut omnino Deæ alicui delubrum posuisse: Certè Venus tantum abest ut virgo sit, ut potius omnis impudicitiæ & spurcitiei sit mater. Veneris descriptio. Romani vero nunquam hisce locis sedes fixerunt: nec si voluissent, permisissent illud Germani. Non sunt origines interiorum Germaniæ locorum petendæ aliunde quam ab invicta Germanorum gente. Ego ad Editham, Ottonis I. Conjugem, filiam Echtmundi Anglorum Regis hoc totum referre malim. Editha conjux Imp. Ottonis. Hæc enim locum istum, quod esset dotalitius, quodque ipsa amœnitate & commoditate ejus delectaretur, dilexit. Precibus ergo contendit ab Imperatore marito, ut sibi urbem illic condere liceret, neque id difficulter impetravit. Mulier ergo in agro dotali, urbem conditura, unde potuit nomen commodius petere quam à suo sexu, & quidem sui sexus flore? vocavit igitur Magdeburgum, & signum urbi dedit Virginem in arce stantem cum serto virginali: Quam hæc diversa sunt à fœdis Veneris Cotytiis? Origo & nomen Civitatis Magdenburg. Ejusdem rogatu *Cœnobium* quoque institutum est illic, Ordinis Benedicti, eique præfectus Anno Abbas Treviris accitus ex Cœnobio S. Maximini, concessis ipsi multis immunitatibus cum latifundiis, ea lege, ut quotannis fundatrici mitteret equum album, cum puero & lancea. *Burg-Graviatum Imperii* eadem illic instituit, urbem quoque ipsam, impetratis ab Ottone privilegiis, ornavit, effecitque ut negotiatores in Albi flumine prærogativas multas haberent. Instituit quoque nundinas, & *Episcopalem sedem* transtulit de Walerfleve, ubi eam pater antè collocarat, in novam hanc urbem, impetravitque ei à Pontifice *jus Archiepiscopatus*, ut esset omnium Vandalicarum urbium metropolitana, haberetque sibi subjectas Ecclesias Merseburgensem, Misnensem, Gitzensem, Havelbergensem, & Brandeburgensem. Ipsa vero Imperatrix Editha, post obitum, sic enim jusserat, condita est Magdeburgi in cœnobio Benedictinorum, anno 948. de Ottone autem I. Imperatore post multa sic scribit *Frisingensis*. Otto Imperator. Hic ille est Otto, qui post multas, quas novi, victorias, Græcos quoque in Apulia & Calabria superavit, ac Imperium Romanum virtute sua ad Francos orientales reduxit, primusque venas argenti & æris, juxta civitatem Goslariam in Saxonia invenit. Metropolim etiam Magdeburgensem, ubi adhuc cultu regio humatus cernitur, pluribus ornamentis decoravit. Hæc ille. Cœperat quidem Carolus Magnus locum illum, quod commodus esset mansioni suæ, & figendæ sedi belli, ornare, itaque & B. Stephani templum illic condidit, quod postea una

una cum oppido ab Hunnis vastatum est, & arcem fecit, quam Witikindo donavit: & Burggraviatum illic constituit, & *Rulandi Statuam* erexit: quæ etiamnum in foro conspicitur: sed non potuit tam subito in urbis formam excrescere. Hoc ergo factum est sub Ottone, qui aratro ambitum circumduxit, murisque & portis, & fossis novam urbem exornavit. Habuit autem hoc in more Carolus, ut extructis à se urbibus Rulandi statuam imponeret. Fecit id Magdeburgi, Hamburgi, Halæ Saxonum, Halberstadii, & alibi, sed Hamburgensem Rulandum abstulit Holsatiæ Dux, qui hoc argumento urbem illam sibi subditam contendit Spiræ in Comitiis *anno* 1570. Fuit autem Rulandus iste Caroli ex sorore nepos, vir magni roboris, cujus opera in debellandis Saxonibus feliciter usus est. Eum ferunt confecto bello Hispanico, quum exercitum in Galliam victor reduceret, à Vasconibus cæsum interiisse. Hujus ergo Rulandi statua ingens in foro est, cui opposita est ex adverso altera Cervæ ab ipso confixæ. Est etiam in foro *Statua lapidea Ottonis I.* quæ equitantem ipsum, & utrimque stantes conjuges, *Editham* & *Adelheidem* repræsentat. Eidem quoq; Ottoni exstructum est in templo sacellum, in quo marmor ingens cum ipsius effigie, habente dextra tabellam rotundam, in qua notæ conspiciuntur, quibus significatur novemdecim tonnas auri templo illi donatas esse. Cathedrale templum Mauritio dicatum, votivum est. Otto enim ante conflictum cum Hungaris ad Lechum anno 950. vovit, se, si victor domum rediret splendidum templum S. Mauritio conditurum. Victor ergo animum ad structuram Ecclesiæ adjecit: Et licet initio vehementer illius conatibus obstaret Bernardus Episcopus Halberstadiensis, adeo ut de re conficienda pene desperaretur: tamen post obitum Bernardi perfecta res est: templum Cathedrale magnificè exstrui cæptum, Episcopatus mutatus in Archiepiscopatum. Cœnobium Benedictinum translatum extra muros in collem, dictumque ex eo Bergense: Omnia denique, prout voverat Otto, consummata.

Majora.

De majoribus votis tam in publicis quam privatis causis, *vid. supra verbo* Adel *fol.* 207. *n.* 43. ubi notatum, in quibus causis majora prævaleant in deliberationibus & variis casibus, & porrò in *Verbo Comitia fol.* 540. *n.* 31. *& seqq.* ubi de majoritate votorum pleraque sunt notata. Quibus hic addendum, quod major pars præjudicet minori, sed ita, si sint simul. Nam forte alias minor potuisset, ad se trahere majorem, alias major pars Collegii Universitatis aut Civitatis minorem potest ligare, & major Creditorum pars, si nomen remittat, minorem ad consensum obligat, modo ad actum remissorium fuerit citata *Thes. Basil. vol.* 7. *Disp.* 1. *&* 4.

Apud Romanos forma seu ordo consultationis & rogandi sententias varius fuit. Nam aliàs primus rogabatur, qui à Censoribus Princeps in Senatum lectus fuerat, aliàs, qui destinati Consules erant. Quidam à Consul. studio & necessitate ducti, quem iis visum fuerat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant. *Capito Atteius in lib. de Offic. Senat.* Quando autem Romæ sententiam rogabatur Senator, jus ei erat, perpetua oratione, & quamdiu volebat, dicendo diem consumere, adeò ut nonnullos horis septem, plerosque totos dies concionem in Senatu habuisse tradat *Alexand. lib.* 4. *c.* 11. Senatores verò triplicis fuere ordinis: Alii enim *Patritii*, alii *Pedarii*, nonnulli *Conscripti* appellabantur. *Patritii* sunt hi maxime, qui ex 100. illis Patribus à Romulo lectis geniti sunt. *Conscripti* verò Senatores hi, qui Regum, Consulum, Censorumve decreto in Senatum lecti sunt. *Pedarios* autem Senatores variis rationibus appellatos esse invenio. Alii enim exinde sic dictos putant, quod quidem sederent in senatu, verum sententiam non rogarentur, sed in aliorum sententias pedibus discederent. Veteri namque consuetudine, quoties ingens erat turba suffragia ferentium, pedibus discedebant in sententiam, *Liv. decad.* 1. *lib.* 7. inquiens: *ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis, quæ pars major erit, eô stabitur consilio*; & paulo post: *Quibus hæc salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus transite.* Quin etiam, qui vultu & gestu significant se assentiri, toto corpore in sententiam discedere dicuntur. Alii *Pedarios Senatores* exinde dictos putant, quod Senatores, qui *Curulem Magistratum gesserant*, curru veherentur in Curiam, honoris gratia, in quo curru sella erat, supra quam considerent. At verò qui Magistratum Curulem nondum cœperant, pedibus in Curiam irent, sicque Senatores pedarii nominarentur, *Fenestella de Magist. Roman. c.* 1. Deinde etiam Romæ vetus constitutum fuit, ut adolescentes, Senatorum filii, primo ætatis flore Parentes & necessarios in vestibulo Curiæ operirentur, illosque senatu egressos domum reducerent & comitarentur. *Alex. lib.* 4. *cap.* 11.

Quo ordine *Vota Electorum* colligenda, & quod ea clara esse debeant, tradit *Arumæ. in tr. de Comitiis cap.* 7. *n.* 78. *& seqq.* Perquisitionem votorum publicè fieri receptum esse attestatur, non attento eo, quod in Comitiis Electorum, ubi de Rege Roman. in Imp. sublimando agitur, nonnunquam aliter observatum sit, & utique si de idoneitate personæ deliberatio instituitur, puta, si Dux belli contra Turcas eligendus sit, qua de re sæpe in Comitiis, præsertim *anno* 1594. & 1598. disceptatum fuit, rebus communibus utilius videbitur, si sententiæ in secreto proferantur: majore enim cum libertate, & minore cum offensa, ambientium, suffragia dici possunt: nonnullos quippe quidam pudor naturalis, vel præcepta opinio de pruden-

prudentia ejus, qui prius votum dixit, deterret, quo minus id, quod mente cogitant, libere proferant. Quo pertinet id, quod *Ulpianus in L. item 17. §. fin. ff. de recept. arb.* dixit: potuit præsentia ejus trahere eos in ejus sententiam. Unde & in Areopago sententiæ in pugillaribus scriptæ exhibebantur, *Sueton. in August. cap.* 35. & jure Canonico electio secretò instituti præcipitur *Cap. quia propter X. de elect. & elect. potest.* modumque secretò votandi Nicol. Cusan. d. concord. Cathol. cap. 37. adducit, quo ut ipse putat, nullus sanctior, justior, honestior, utilior inveniri potest: quem ex eo refert idem *Arumæ. all. loc. n.* 82. Interdum Ablegati ex scripto vota prælegunt, quod à S. & W. nunciis in Principum Senatu Comitiis anno 1594. factum fuit, cum verò in Comitiis *anno* 1598. alterius Principis Nuncius votum suum similiter ex scripto legere, & ad describendum Statibus dare vellet; Director Austriacus id permittere noluit, und sagt/ was ad describendum gegeben wird/ gehöret in die Mayntzische Cantzley/ hätte aber der Gesandte etwas mündliches vorzubringen/ solte es gehöret werden. *Arumæ. d. loc. n.* 83. *& seqq* ubi modum votandi per litteras non admittit.

De votis majoribus quoque tradit *Limn. in I. P. lib. 9. cap. 1. n.* 185. Nulla enim sperari posset concordia, nisi minorem pars major vinceret. *Otto in I. P. cap. 13. pag.* 343. *Berlich. decis.* 120. & videri possunt die zwey ausführliche Rathschläge der freyen Reichs-Städte Session, Stand und Stimm betreffend / gedruckt zu Franckfurt in 4. *Besold. de Aristocrat. fol.* 31. *& de jurisd. Imp. Rom. quæst.* 15. Id tamen observandum, quod quotiescunque fit aliquis actus præjudicialis, ex quo pars adversa lædi posset, toties citari debeant omnes quorum interest, *L. 47. ff. de re jud. Auth. si omnes. C. si minor ad hered. Novell.* 119. *cap.* 6.

Facile concedi potest, quod in rebus, quæ plures Personas, ut singulas, concernunt, major pars non possit præjudicari minori, & quod melior tunc sit conditio prohibentis, secus tamen se res habet, si de rebus agatur, quæ pluribus non ut singulis, & cuilibet speciatim, sed collegialiter commissæ sunt, tunc enim ob naturalem hominum ad dissentiendum à se invicem facilitatem, & ut tandem ad scopum perveniatur, majoribus votis standum, & quod major pars curiæ fecit, pro eo habendum, ac si omnes egissent, ut dictum est *suprà c. 2. n.* 76. Et in Oligarchia, Democratia, & Aristocratia, quod eorum, qui rempublicam gerunt, majori parti placuerit, id ratum & firmum est, inquit Arist. *lib. 4. polit. c. 4. &* 8. Ac partes Collegiorum, Decuriones Civitatum, quos nominamus Consiliarios, Raths-Personen / omnes habere authoritatem statuendi, non ut singulos, sed ut universos, ita, ut major pars sufficiat, scribit Zasius *ad l. Pomponius. n. 6. & 13. ff. de re judic.* Ita etiam per majorem partem Cardinalium, Papa Romanus in caput Ecclesiæ Catholicæ eligitur, *c. licet. X. de Elect. c. ut periculum de Elect. in 6.* Et per majorem partem Electorum Rex Romanus *Aur. Bull. tit.* Von der Wahl eines Römischen Königs. §. wann aber. Et in omnibus Electionibus ita observatur, & pro regula habetur, ut ibi adest dissensus partis majoris sententiæ stetur, c. 21. §. discretioni, *c. cum in jure* 83. *c. venerabilem.* 34. §. *objectionibus. c. scriptum.* 40. §. *per Apostolica. X. de Elect.* Unde etiam inter regulas juris Civilis relatum est, referri ad universos, quod publicè fit per majorem partem. *l. aliud est.* 160. §. 1. *& ibi.* Dec. Cagnol. *& alii. ff. de R. I.* Alex. *Cons.* 124. *vol.* 2. Capyc. *decis.* 148. *n. 5. seq.* Pereg. *Cons. 3. n. 16. vol.* 3. Et in actibus Universitatis, & collegiorum, majoris partis consensum sufficere, minoremque partem, non obstante dissensu, & contradictione, compelli posse, ad id quod à majore universitatis parte constitutum, & approbatum fuit, constat *ex l. quod major.* 19. *ff. ad municipal. l. nulli 3. ff. quod cujusque univers. nom. l. nominationum.* 45. *c. de decurion. c. 1. X. de his, quæ à major. part. capit.* Ita apud Athenienses, quod senatorum pars major scivisset, pro rato fuisse habitum, notat Sigon. *lib. 2. de Republ. Athen. cap. 3. & libr. 3. cap.* 4. Cujusmodi morem apud Neapolitanos servari, refert *Afflict. decis.* 1. Et in Senatu Sabaudico pluralitatem votorum vincere scribit, *Ant. Thessaur. decis. 1. n.* 2. Et in Parlamento Galliarum Parisiensi supremo. *Caspar. Thessaur. in addit. 1. patris sui.* In Curiis regni Hispaniæ. *Anton. Thessaur. d. decis. 1. n.* 1. In supremo Lusitaniæ Senatu, Ant. Gamma, *decis.* 1. Denique in Germanorum Comitiis paucis casibus exceptis servari, præter ipsam experientiam testatur Nicol. Cusan. *lib. 3. de concordat. Cathol. cap.* 33. Et generaliter in Senatus deliberationibus Polyarchicoque statu, atque in omni cœtu legitimo, majoremque partem ubique potiorem esse, scribit Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 7. fol. 362. & lib. 6. cap. 4. fol.* 1103. Concludit, in omni cœtu, ac universitate, seu optimatum, seu populi totius suffragia non ad pondus, sed ad numerum exigi, præsertim, si major fortè pars non tam ex personarum numero, quàm universi ordinis modo, & qualitate censeatur, Caspar. Fac. *in polit. Livian. part.* 1. *art.* 34. Hinc quoque majorem partem Regentium, & universitatis singulos obligare ad collectam, communiter asserunt Dd. Nicol. Festas. *de æstim. collect. part. 2. cap. 2. n.* 21. Schrad. *de feud. part.* 10. *sect. 11. n. 2. in fin.* Borcholt. *de regal. n.* 54. Winzler. *de collect. obs. 6. n.* 3. Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 75. n.* 1. Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. n.* 28. latè Casp. Klock. *de contribut. cap. 6. n. 16. & multis seq. & ibi allegat.*

Mandata.

SUMMARIA.

1. *Mandata quæ & quotuplicia.*
2. *Mandata simplicia S. C. non facile decerni.*
3. *A quo & adversus quos mandata decernantur.*
4. *De mandatis inhibitorialibus cum processu conjunctis, & non conjunctis.*
5. *Mandata compulsorialia sunt triplicia; restitutoria.*
6. *Exhibitoria.*
7. *Præstitoria.*
8. *Mandata executorialia, quomodo petantur & decernantur.*
9. *Quæ exceptiones mandatis S. vel C.C. opponantur.*
10. *Heres mandato, quod post mortem ejus, contra quem illud decretum est, ei insinuatur, parere non tenetur.*

1. Mandata quæ & quotuplicia.

MAndata sunt jussiones competentium judicium ex officio eorundem, vel partium imploratione emissæ, quibus ex justa causa quis vel dare vel facere vel omittere quid jubetur, & decernuntur ea, vel *cum*, vel *sine pœnæ comminatione*, unde alia *pœnalia*, alia *non pœnalia* dicuntur. Quod si specificè inserta pœna non sit, sed tantùm exprimatur, quod Judex vi & autoritate Magistratus aliquid imperet, vel fieri mandet, vel vetet, non obtemperans nihilominus arbitrariè puniri potest, per *L. un. ff. si quis jus dic. non obtemp. L. 3. si quis in jus vocat. non ierit.* Mandata deinde alia sunt *simplicia*, quæ absque clausula putativi gravaminis sub certa pœna, alia *disjuncta*, quæ cum clausula justificatoria emittuntur, hoc modo: *mando, ut rem ablatam restituas, aut si senseris te gravatum, tali die compareas, & causas revelantes, cur parere non tenearis, alleges.*

2. Mandata simplicia S. C. non facilè decerni.

Mandata simplicia, utpote executionem sapientia, non facilè decernuntur, nisi in casu, ubi factum rei nullo jure justificari potest, & res ipso jure jussa vetitave sit, *L. si cujus. 13. §. æquissimum 3. ff. de usufr.* aut cum justus subsit armorum aut scandali metus, adeòque Reipublicæ detrimentum immineat, *d. l. 13. §. 3. L. minime ff. de relig. & sumpt. funer.* aut si jussus judicis etiam altera præsente parte invita concedi debeat, *L. qui potest. 26. de R. J.* aut si reparabile damnum vitæ, famæ, fortunarum metuatur, *text. in L. Divus. 4. ff. de in integ. rest.* ac denique si periculum sit in mora, *L. de pupillo. §. meminisse. ff. de nov. oper. nunt. &c.*

3. A quo & adversus quos mandata decernantur.

Decernuntur hæc mandata à quolibet Magistratu adversus subditos, si rei qualitas id ferat vel desideret, imò quandoque etiam ipsis subditis contra Magistratum suum, *arg. l. nec Magistratibus. 32. ff. de injur.* non enim est judex, si in eo non sit justitia, *C. forus de V. S.* In judicio verò Imperiali Aulico vel Camera Mandata S. C. super casibus *in part. 2. Ord. tit. 23.* expressis decerni possunt & debent, adversus immediate tantùm Imperio subjectos, secus mediatè; regulariter enim quilibet coram ordinario judice conveniendus, & ab inferiori ad Superiorem transeundum, non obstante, immediati hi num Austregarum Privilegium habeant nec ne; illo enim non attento, contra quoscunque immediatè sub Imperio constitutos rectè decernuntur. Et mandata hæc, si ad instantiam alterius saltem partis decernantur, non auditis undique allegationibus & defensionibus, interlocutoria esse, si autem auditis & examinatis partium allegationibus, magno, ut Imp. *in L. fin. L. Judex 5. C. comminat. epist.* ait, conflictu, cœterisque finibus, decernantur, definitiva esse, non admissis exceptionibus, nisi sub- & obreptionis.

4. De mandatis inhibitorialibus cum processu conjunctis & non conjunctis.

Porrò mandata hæc S. C. alia sunt *inhibitoria*, alia *compulsorialia*; *inhibitorialium*, si cum processu conjuncta sunt, exempla sunt, si quis petit mandatum de *non impediendo persequi litem*, si forsan inferior judex contra actorem quid durius attentet, item si id petatur de *cohibendo judice incompetente*, forte sit laicus se immisceat causæ Spirituali, *Jas. in L. nec quicquam n. 20. de offic. Proconf.* Si autem cum processu conjuncta non sunt, occurrit exemplum in *mandato de non offendendo*, & si offensio timeatur violenta, ob conservationem publicæ tranquillitatis, non tamen contra quoscunque, sed eos tantùm mandata hæc decerni solent, qui minas suas exequi consueverunt & possunt, ubi minarum conceptio probanda. Ejusdem generis exempla *in mandatis de non turbando* in causa Religionis vel alterius possessionis obvia sunt; primum conceditur his, qui religionis intuitu, contra placita Constitutionis religionis *R. I. de anno 55. §.* **wir befehlen** / in persona vel rebus turbantur, *Gail. 1. obs. 1. n. 3. & obs. seq. per tot.* secundum possessori, si de ejus possessione constet, datur, ne in sua possessione turbetur, ejusque commodo privetur, *L. 1. §. illud. ff. uti possid.* Sane si uterque se possidere contendat, metusque sit, ne res ad arma recidat, causa summariè cognoscenda est, *arg. L. si coloni. C. de agric. censit.* eoque casu si controversia sit inter status Imperii, cognitio ad judicium Imperiale Aulicum pro causæ & circumstantiarum qualitate, vel ad Cameram pertinet, quæ, urgente necessitate, possessionem sequestrat, *O. C. p. 2. C. 21. in pr.* Sequestratione verò decreta & citatis ad certum terminum partibus, judex de momentanea possessione celeri reformatione cognoscit, *d. c. 21. §. fin. Covar. pract. observ. obs. 6. n. 4. 5. & 6.* causaque cognita, momentaneam possessionem tribuit ei, qui melius probavit, non quidem ut ei possessio vera adjudicetur, sed hoc duntaxat definiatur, uter in possessione esse, atque adeo quis actor esse debeat, donec de cau-

causa vel in petitorio disceptetur, *d. c.* 21. quorum discussio tractatur secundum Privilegia Statuum, & jurisdictionem pro causæ & partium qualitate competentem.

5. Mandata Compulsorialia sunt triplicia, restitutoria. *Compulsorialium* mandatorum, quibus judex instat, jubet, imponit, urget, compellit, alia sunt *Restitutoria*, alia *Exhibitoria*, alia *Præstitoria*: *Prima* sunt, quibus restitui aliquid judex imperat, cujusmodi est mandatum de *relaxandis captivis*, ex causa civili detentis, quod oblata sufficienti cautione de judicio sisti & judicatum solvi, regulariter cum clausula decernitur, *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 24. *& obs.* 78. *in pr.* aliquando tamen si narrata qualitercunque fundentur, *in part.* 2. *ord. tit.* 23 pro qualitate negotii, rectissimè sine clausula captivi relaxatio impetratur, *Idem d. obs.* 1. *n.* 29. *& obs.* 26. *n.* 6. Deinde relaxatio tum hominis, tum etiam rei occurrit in pignorationibus & arrestis. Itaque in causa *pignorationis*, si uterque immediate Imperio subjectus sit, & pignorator quid novi juris, in cujus possessione est pignoratus, acquirere velit, Camera mandatum hoc S.C. decernit, dum pignorationes jure Civili, Canonico, & Imperii prohibitæ sint. *Nov.* 52. *Auth. non fiant. Auth. ut nulli &c.* In *causa arresti* quoque Camera mandatum hoc S.C. decernitur, ut ad sufficientem cautionem judicio sisti & judicatum solvi, impedimentum tollatur, *Const. Imp. anno* 70. *O.C. p.* 2. *tit.* 23. §. Wann auch die *arresta.* Pro *restitutione spoliatorum* mandata hæc S.C. impetrantur in Camera Imperiali, imo pro *rebus naufragio amissis* contra eos, qui res eas vel commissi vel quocunque alio titulo detinent, & damnum passis restituere detrectant, *arg. L.* 1. §. *fin. L.* 1. *L. si quis ex naufragio.* nulla obstante in Imperio Romano contraria consuetudine, *Gail.* 1. *obs.* 18. *n.* 1.

6. Exhibitoria mandata. *Exhibitoria sunt*, quibus judex exhiberi jubet, velut mandatum S.C. in causa appellationis, pro exhibenda copia actorum judicialium primæ instantiæ *O.C. part.* 2. *tit.* 31. §. Es sollen und mögen/ *& seq.* Deinde pro editione instrumentorum, literarum Commissionum, *L.* 1. §. *edenda. L. non est novum. cum seq. C. eod.* decernitur; æquissimum enim est, ut quilibet administrationis suæ rationem reddat; ad eam igitur, modo de administratione constet, reddendam jure compellitur *L.* 4. *l.* 6. *cum l.* 9. *l. seq. ff. de edend.* De *hominibus* quoq; *exhibendis* mandata decerni solent, eaque vel officii vel juris tuendi gratia comparata sunt. Officii est mandatum de *homine libero exhibendo*, tuendæ libertatis gratia, adversus eos propositum, qui hominem liberum invitum dolo malo, sine causa, retinent, *L.* 3. §. *L. cum* 6. *seqq. L.* 1. *in pr. ff. de hom. exhib.* Juris verò tuendi mandatum de liberto exhibendo & liberis exhibendis datur, ut personæ juri nostro quasi vel verè subjectæ, à retinentibus exhibeantur, & exhibitæ, quò volumus, à nobis abducantur obsequiorum, ad quæ nobis obstrictæ, exigendorum & præstandorum causa, *L.* 2. §. 1. *de integ. rest.* Illud igitur Patrono datur operarum liberto indicendarum causa, *L.* 2. §. 1. *de lib. exh.* vel Marito propter uxorem, *l.* 1. §. 5. *l.* 6. *ff. eod.*

7. Præstitoria mandata. *Præstitoriorum* etiam mandatorum usus permagnus est, & in publicis æque ac privatis personis obtinent: Sic Advocati, Dd. & ICti mandatis pœnalibus cogi, & sub perpetua officii, ejusque exercitii privatione, vel alia pæna compelli à Superiore possunt, ad consulendum & patrocinium præstandum iis, qui advocatum, ob potentiam forte adversarii, invenire non possunt; *fac. L.* 1. §. *ait Prætor.* 4. *ff. de postul. &c.* Sic Procuratores ad procurandum, *arg. L. servum.* 33. §. 2. & 4. *L. sed & hæ* 35. *in verbis cogi & compellendum*, testes ad testificandum compelluntur, *tit. X. de testib. cogend.* Alimentorum quoque præstatio Mandatis S.C. injungi solet iis, qui ad eorum præstationem obnoxii sunt, *Gail.* 1. *obs.* 13. *n.* 4. ut sunt Parentes invicem & liberi, *L.* 1. §. 13. *ibi: pater eum alere cogitur*, & passim *L.* 5. 7. *ff. de agnosc. vel alend. liber.* Vir & Uxor, *arg. L. si cum dotem.* §. *sin autem. ff. solut. matrim.* Frater & Soror, *L. mutus.* 73. *ff. de jur. dot.* Libertus & Patronus, *L. si quis à liber.* §. *utrum* 29. *ff. de agnosc. vel alend. lib.*

8. Mandata executorialia quomodo petantur & decernantur. *Mandata Executorialia* pro impetranda executione decernuntur, à superiore Judice contra judicem proxime inferiorem, qui executionem, quam facere debebat, interpellatus differt vel denegat, & quidem super re judicata, *c. cum aliquib. de sent. & re jud.* super actis ritè & legitimè in judicio habitis, *Bart. & Jason in L.* 4. §. *condemnatum. ff. de re jud.* confessionibus judicialibus, *C. olim. de V. S.* causis matricularum & regestorum, Imperii, Regni, Reipublicæ, Ecclesiæ, *arg. L.* 10. *de probat. Frid. lib.* 2. *c.* 67. ac denique super *Testamentis* non cancellatis, neque abolitis neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatis, & depositionibus testium legitimi numeri vallatis, *L. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* Pro legatis & fideicommissis consequendis, etiamsi sint, qui negant, tamen mandata executorialia decerni possunt, *per text. in Novel. de hered. & falcid.* §. *illud quoque. vers. initium, & Dd. cæter.*

9. Quæ exceptiones Mandatis S. vel C. C. opponantur. Mandatis contrariæ sunt exceptiones; sic in causis mandatorum S.C. solam *sub- & obreptionis* exceptionem admitti antiquum & vulgatum est, eaque tunc locum habet, cum per falsas & fucatas preces, falsa vel narrando vel vera supprimendo, mandatum est obtentum, petiturque plerumque ex ipso facto, factive qualitate, vel alia qua circumstantia, ex ipsa lege, constitutione aut stilo, in quo supplicans sese fundarat: non autem ex jure accusati, meritisque causæ principalis regulariter, *Gail.* 1. *obs.* 14. *Frid. lib.* 2. *C.* 15. *conclus.* 2. Ast in causis Mandatorum C. C. non solum hujus modi exceptiones, sed etiam aliæ ipsam causam principalem, ejusque merita concernentes, admittuntur, quarum aliquas, si citatus ad sui defensionem contra mandatum opponat, ad pœnam illi insertam agi non potest, donec ipsa causa ventilata fuerit, *Frid. d. l. conclus.* 3. oppositis autem, ventilatis & discussis exceptio-

ceptionibus per sententiam vel redintegratur vel cassatur mandatum, *Idem d.l.c.* 16. *in pr.* Sane si loco paritionis contemptus, loco exceptionum contumacia contra mandatum opponatur, recte ad pœnam ei insertam agitur, ejusque fit declaratio, *arg.l. properandum.* §. *& siquidem C. de jud.* Si autem post terminum in monitorio præfixum, is qui jussus erat facere, pareat, ejus contumacia nihilominus accusari, & ad pœnam mandati agi poterit, ex stricta juris ratione *arg. L. magnum.* 12. *de contrah. stipul.* nisi

10. Heres mandato, quod post mortem e- forte justa impedimenti causa moram purgare posset, *arg. l. in fin. C. de annal. except.* E contra si is, contra quem decretum est mandatum, ante executionem moriatur, heres mandato, si ei insinuetur, parere non tenetur, *arg. C. fin. de rescript. L. quoties* §. *si quis nomen ff. de hered. instit.* secus tamen est, mandato executo & præsentato, antequam is, cui inscriptum est, & contra quem decretum erat, moriatur vel decedat, tunc enim non minus ac defunctus heres tenetur *t. t. C. ut act. ab hered. L. heredem O. ff. d. R. I.* jus, contra quem illud decretum, ei insinuatur, parere non tenetur.

Sicut verò ex communi versu:

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aqua;

Ita hæc materia mandatorum sufficientissimè, & secundùm omnes species mandatorum accuratè hauriri & perspici potest ex *Tom.* 1. *harum Constit. verb. Mandata*, ubi ex omnibus Imperii Recessibus justo ordine cuncta verbotenus exhibentur.

Mantua.

SUMMARIA.

1. *Ditiones Ducis Mantuani.*
2. *Bellum Mantuanum.*
3. *Recensio ex Gregor. Leti de Ducatu Mantuano.*
4. *Origo Gonzagarum familiæ Mantuanæ à Ludovico Gonzaga Germano.*
5. *Marchio Joannes Fridericus Gonzaga.*
6. *Franciscus Gonzaga, primus Dux.*
7. *Acquisitio Monferrati per matrimonium.*
8. *Divisio Ducatus.*
9. *Genealogia Gonzagarum.*
10. *Narratio Lud. Morery de Statu Mantuano.*
11. *Laus Civitatis & Palatii Ducatus cum pretiosissimis mobilibus.*
12. *Narratio R. P. Boussingault.*
13. *De Moderni Ducis fœdere, conjunctione & deditione in Gallorum potestatem.*

1. Ditiones Ducis Mantuani. Ducem Mantuanum Vasallum esse Imperii Cæsarum investituræ satis demonstrant, quod & ipse ultrò profitetur, ostendunt Tabulæ Pacis Monasteriensis. §. item conventum est. Dux est ex familia Gonzagarum, qui ab Imperio habent *Sabionetam*, *Guastallam*, *Novellarum*, *Bercolum*, *Guazzadum*, *S. Martinum*, *Castrum Reggioli* & *Luzaræ*, Instr. Pac. Cæs. Gall. §. similiter. Quorum tamen plerique possessores non agnoscunt Ducem superiorem, sed immediatè quoque se Cæsaris Vasallos dicunt, sed ipsimet ab Imp. de suis feudis investiuntur, prout *infra n.* 8. de Divisione Ducatus. Dux Mantuanus non solùm possidet *Ducatum Mantuanum*, *Montisferratensem* & in Gallia *Nivernensem*; nam anno 1629. mortuo Vincentio, Ducatus Mantuæ venit ad Carolum Gonzagam Ducem Niverniæ; Hic quia partibus Gallorum erat addictus, Rex Hispaniæ & Ferdinandus II. Imp. eum possessione Mantuæ excludere voluerunt; vide quatuor edicta & monitoria ad Status Mantuanos, item Ducem Niverniæ, apud *Londorp. Cont. tom.* 3. *p. m.* 39. *& seqq.* quod Principem Gallico ingenio imbutum Mediolano vicinum habere non conduceret *Forstn. ad Tacit. lib.* 13. *C.* 41. *p. m.* 255. *Rohan. trut. Stat. Europ. Discurs.* 7. Hinc bellum Mantuanum;

2. Bellum Mantuanum. Cæsar illum Ducatum, tanquam Imperii feudum *Limn. Capitul. Math. art.* 30 *n.* 3. *it. I. P.* 5. *C.* 14. *n.* 15. *Hortleder. de B. G. lib.* 1. *C.* 15. *p.* 76. ad se relapsum dicebat, & sequestro committere volebat. Rex autem Galliæ, videns Vasallum suum opprimi, defensionem ejus palam suscepit, ac statim per Alpes tempore hyberno rigidissimo in Italiam *Cardinalis Richelius* penetravit, & Ambrosium Spinolam Obsidionem Casalis solvere coëgit, *Vid. Theat. Europ. part.* 2. *p.* 87. *& seqq. it. p.* 132. *& seqq. Conring. d. F. l. cap.* 23. *Rohan. d. discurs.* 7. *Horn. O. P. p.* 2. *pag.* 115. *Burgold. p.* 1. *Disc.* 1. *n.* 84. *&* 93. *Francis. Iren. ad eund. part.* 3. *pag.* 93. **Rechts-Ansprüche** *p.* 209. **Staats- und Grund-***Reguln p.* 47. *& seqq. it. p.* 78. *&* 79. Tandem Nivernensis in possessionem missus; Et hujus belli occasione, cum Imperator meliorem partem copiarum suarum ex Germania in Italiam adduxisset, Rex Sueciæ Pomeraniam occupavit. *Gastel. de Stat. publ. Europ. Cap.* 19. *n.* 140. ubi etiam refert Instrumentum Pacis Mantuanæ inter Imp. & Regem Galliæ, *d.* 13. *Octobr.* 1630. De bello Mantuano accuratè scribit *Ciarlino Brusoni in Historia de Italia*, ex quo obiter noto: *Successione al Ducato di Mantua è Monferrato causò guerra. Li Spanioli, Duca di Savoja, di consentimento e li armi del Cæsare si muovono, & al favore del Duca Carlo di Nivers il Rè di Francia & altri Prencipi, sino alla cacciata del Carlo di Mantua, & il suo ristabilmento nella medesima Città, per la pace conchiusa trà Cesare & il Re di Francia nella dieta di Ratisbona. Non ostante che la Città fosse stimata per la forteza del suo sito inespugnabile.*

De Ducatu Mantuæ scribit *Gregor. Leti in Italia regnante part. I. lib.* 5. *fol.* 249. Gli Stati del Duca di Mantoa sono considerabili, il Mantoano tiene nel ristetto del suo Ducato la Citta di *Mantoa*, *Revere*, *Ostia*, *Viadana*, e molte Terre grosse, e ben popolate: Possede di più la maggior parte del *Montserrato*, il quale chiude quatro Citta *Casalo*, *Santo* 3. Recensio ex Gregor. Leti de Ducatu Mantuano.

Santo Euasio, che ha dato motiuo di molte guerre, *Nizza*, *Aqui*, *Alba*, con duecento Almeno buone Terre, la maggior parte murate : *Carlo primo* possedeua in *Francia Rethel*, *Niuers* & *Humena*, che sono stati parte venduti, e parte ceduti in dote à Maria Gonzaga Regina di Polonia.

4. Origo Gonzagarum familiæ Mantuanæ à Ludovico Gonzaga Germano.

Quasi tutti gli Historici conuengono che la Nobilissima *Casa Gonzaga* sia uscita dalla *Germania*, e da questa Imperiale parte d' Europa peruenuta in Italia, affermando, che ne' tempi de' Longobardi venuto un Nobile Tedesco in Lombardia, nominato *Lodovico*, per sopranome *Gonzaga*, si fermo ponendo la sua Sede, e domicilio nella Città di Mantoua, oue col proprio valore acquistata gran ricchezza, e non meno riputatione, si rese Capo, e stipite di lunga serie d' Huomini illustri. *Lodovico Gonzaga* discacciati alcuni Tiranni si rese Padrone di Mantoua, nel 1328. anzi di *Reggio* ancora, con la distrutione de' Fogliani che n'erano Padroni. *Carlo* Rè di Bohemia, quarto di tal nome, *Imperadore* nel 1354. concesse gran privileggi, Gratie, Giuriditione, e' feudi alla Casa Gonzaga, alla quale diede anche il quartato, insegna di Bohemia, & e quello feudo che porta nel mezzo all' arma, è confirmò a' Gonzaghi quanto haverano acquistato. L' Imperador Sigismondo creò poi nel 1432. *Giovanni Francesco Gonzaga Marchese di Mantoa*, che haueuano possedute fin' all' hora senza titolo, e di più lo dechiarò *Vicario perpetuo dell' Imperio*, e gli diede in Maglie Barbara di Brandenbourg, sua Nipote. Carlo V. nel 1530. ne fece *Duca* Federico Gonzaga, il quale sposò Margarita Paleologa, per il di cui Matrimonio successe nell' Heredità del *Monferrato*.

5. Marchio Joh. Franciscus Gonzaga.

6. Fridericus Gonzaga primus Dux.

7. Acquisitio Monferrati per matrimonium.

Nella casa Gonzaga si trovano il Prencipato di *Bozzolo*, il Ducato di *Nouellara*, & il Marchesato di *Castiglione della Stiuere*, unito già al presente col matrimonio della Prencipessa herede, il Ducato *di Guastalla*, che pure apparteneua à questa Casa ; al Ducato di Mantoa ; Tutti questi Prencipati si trovavano nelle mani d' un solo, ma Gio : Francesco Gonzaga, primo Marchese di Mantoa, trouandosi quattro figliuoli da lui unicamente amati, prima della sua morte, che successe, nel 1444. divise à questi lo stato, in questa forma ; *à Lodovico primo genito* assigno *Mantoa*, Marcaria, e Goito, con quanto si ritroua verso Verona ; A *Carlo secondogenito Sabioneta*, *Reggiolo*, *Gonzaga*, *Luttera*, *Isola*, *Rivarolo*. *S. Martino*, *Gazzolo*, col Palazzo nella piazza di San Pietro ; ad *Alesandro terzo genito Castiglion della Stivere*, *Canetto*, *Rodondesco*, *Gifre*, *Meldole*, & *Ostian* ; Questo morì con opinione comune di Santo á *Gio. Lodovico* deputato à dignità Ecclesiastica assigno *Rodigo*, *Volta Capriana*, *Ceresare*, *Puibecca è Castellaro* : hauendo, ottenuto dall' *Imperador Alberto* d' Austria quarto di questa Serenissima Casa titoli, e privileggi di *Sopranità* per tutti, in questa maniera, per lasciar questo Signore tutti i suoi figliuoli *Prencipi liberi*, smembrò dal Ducato di Mantoa la maggior parte dello stato, facendo molti Prencipi poveri in luogo di lasciarne un solo ricco.

8. Divisio Ducatus.

Duchi di Mantoa, da che *Federico Gonzaga* venne *dechiarato Duca* di *Mantoa* di doue prima era solo Marchese, si andarono sempre mantenendo alla divotione di Spagna, passando molte volte in Matrimonii con la Chasa d' Austria, per stringere maggiormente conquista una più stretta amicitia, cosi ricercandolo l' interesse del proprio stato. Passato poi all' heredità di questo Prencipato con la morte del *Duca Vicenzo* il *Duca Carlo di Niuers Francese* ; si viddero pullular fierissime guerre con gran danno dell' Italia, e con totale ruina quasi del Mantuano, e fu forza per entrare al vero possesso dopo lunghi contrasti di cambiar l'humore del prima clima, non senza gran violenza d'animo : in somma la continuatione de' Matrimonii con la Casa d' Austria, la situatione dello stato, tra il Milanese, & le Provincie dell' Imperadore, il Vicariato dell' Imperio, & il tributo del feudo, obligano al presente questi Duchi à non discostarsi dalla divotione di Spagna.

9. Genealogia Gonzagarum, Joannes Franciscus primus Marchio Mantuæ. Ludovicus II. Marchio.

Pergit porrò *citat. Autor part.* I. *lib.* 7. *pag.* 402. de Genealogia Domus Gonzagæ sequentia enarrare : La Casa Gonzaga è più illustre é più celebre *Gio Francesco Gonzaga* fu il primo *Marchese* di Mantoua, creato tale dall' Imp. Sigismondo IV. nel 1407. à cui successe *Lodovico* suo figliuolo *Marchese II.* nel 1444. detto per sopranome il *Turco*, perche doppo Lunghe peregrinationi ritornato à casa, parve à tutti che riportasse un sembiante straniero, e però fu detto il Turco benche sopra modo affabile, liberale & osseruator di parola. Riceve splendidamente in Mantoua *Federico III. Imperadore*, & il Rè di Danimarca, è nel 1459. *Pio II.* con. 16. Cardinali per la celebratione del *Concilio*. Da Barbara di Brandeburgo sua Consorte trasse *cinque figliuoli*, à quali *divise lo stato*, volendo lasciar tutti Soprani, e da qui ne nacquero tanti Prencipati nella Casa Gonzaga, e fece ciò all' esempio del Padre.

Fridericus Marchio III.

Frederico Marchese III. morto il Padre nel 1478. prese il comando. Si mostrò pietoso, letterato, armigere, liberale, prudente, giusto, e sopra modo riverente & ubbidiente alla Madre, onde si racconta per cosa memorabile, che ritornato da *Reuere* à Mantoua, doue si ritrouana nel tempo della morte del Padre, scontrata la Madre chedirottamente piangeua il marito, con gran sommissione le disse ; *Consolatevi ò Madre, che s' è mancato chi à voi poteua comandare, vi è riserbato, uno che doura à sempre ubbidirvi* ; ma non posso tralasciare un' historia degna d' esser notata in questo Luogo. Era stato già Federico dal Padre promisso in Matrimonio à Margarita figliuola del Duca di Baviera, che negò apertamente di voler sposare, di che irritato il Padre, con rigoroso sdegno mandò ad imprigionarlo, la Madre pietosa lo fece fuggire con sei seruidori, sperando di poter mitigare l'ira del Padre, il quale in vece di placarsi lo bandi, fulminando gran

pene

pene contro chi lo riceveſſe, e promettendo molte ſomme d' oro, à chi viuo ò morto glielo conduceſſe à ſuoi piedi. Federico con i ſuoi ſei Seruidori per Strade incognite, e traveſtito ſi portò di Napoli, doue mancatoli, di la à qualche tempo il denaro, ſi ammalò di neceſſità, è diſpiacere, ne hauendo con che ſoſtentarſi li ſuoi ſeruidori, ſi poſero à farevili eſercitii di Fachini, e con li propri ſudori, e guadagno alla giornata, ſosteneuano il miſero Padrone Languente in un Letticiuolo, ſenza Bandinelle, in una pouera, e nuda ſtanza; caſo in vero di gran compaſſione in un Prencipe, e di gran fedeltà ne' Servidori. La Madre arſioſa, ne ſcriſſe in molte parti, per ſaper nuoua di queſto ſuo caro figliuolo, perſeguitato crudelmente, non ſolo dal padre ma dal Duca di Bauiera, che ſi teneua per affrontato, e tra gli altri ſpedi meſſo al Rè Alfonſo di Napoli, il quale dopo diligenze lo ritrouò in quel miſeriſſimo Stato, e fattolo condurre in Palazzo e diligentemente curare, e Souuenire ne diede auiſo alla Madre, che con infinite lagrime gli Ottenne dal padre il perdono, e ritornato in Caſa ſposò con ſommo affetto la giarienſata Margarita da cui hebbe trè fanciulli.

Franciſcus IV. Marchio. *Franceſco* comes primogenito, morto Frederico nel 1484. aſſunſe il titolo di Marcheſe IV. Riuſci ſi gran Soldato, che comunemente veniua chiamato il grande Achille. Serui molti Prencipi d' Europa con titoli, e grandi honori. Combattè nel Taro contro i *Franceſi* con ſomma gloria dell' Italia. Da' *Venetiani* per ſoſpetto d' intelligenza con l' Imperadore fu fatto prigione, ma poi all' efficaci inſtanze di Selim primo gran Turco liberato, e rimeſſo né primi honori. Da Iſabella d' Eſte hebbe tre Maſchi, e tre femine, tra quali Ercole Cardinale, e Leonora Ducheſſa d' Urbino.

Fridericus I. Dux Mantuæ. Paſſato all' altra vita Franceſco nel 1519. *Federico* ſuo figliolo, già gran guerriero preſe il titolo, & il comando. Si moſtrò ſempre ſplendido e generoſo, particolarmente, quando ricevè in Mantoa con pompa di maſtoſi apparati. *Carlo* V. da cui fu dechiarato *Duca* nel 1530. Tolſe per moglie Margarita figliuola di *Guilielmo Paleologo*, per la qua le ſucceſſe nell' heredità del *Monferrato*. Laſciò morendo nel 1540.

Franciſcus II. Dux Mantuæ. Franceſco, *Guilielmo Lodouico*, e *Federico*. Franceſco viſſe Duca pupillo dalli ſei anni ſino alli 15. e mori ne' primi Meſi del ſuo matrimonio con Leonora d' Auſtria, figliola di Ferdinando Re de Romani, ſenza laſciar figliuoli. *Lodouico* ſi porto in Francia, da cui ſucceſſero poi li Duchi di Niuers.

Wilhelmus III. Dux Mantuæ. *Guglielmo*, detto il Gobbo, fu altre tanto ſconcio di corpo, che ben' accommodato d' animo, riuſci affabile, giuſto, benigno, e prudente: accumulò molti teſori, e ricuperò diverſi Caſtelli già alienati. Maſſimiliano Imperadore gli diede il *titolo di Duca di Monferrato* nel 1573. Mori nel 1590. Laſciando di Leonora figliuola di Ferdinando Imperadore, Donna di gran valore, *Vicenzo*, Margarita Ducheſſa di Ferrara, & Anna Archiducheſſa d' Iſpruch.

Vincentius I. Dux Mantuæ IV. *Vicenzo* primo di queſto nome, Duca IV. di Mantoua e ſecundo di Monferrato, ſucceſſe a Guglielmo ſuo Padre. Fu di corpo belliſſimo, ancorche figliuolo d' un Padre brutto, inclinato grandemente agli amori, a conviti, à gioſtre, e tornei, onde correuano da tutte le parti d' Italia, in Mantoa per dilettarſi gli Eſerciti de Caualieri. Si portò con tutto ciò con numeroſa Armata agli aſſedii di *Belgrado*, *Caniſſa*, *e Giavarino* in ſoccorſo dell' Imperio. Traſſe da Leonora di Medici, Sorella di Maria Regina di Francia, *Franceſco Ferdinando*, e *Vicenzo* Cardinale, *Leonora Imperadrice*, e *Margarita* Ducheſſa di Lorena.

Franciſcus Mantuæ Dux V. Franceſco appena ſalutato laſciò lo ſcettro, ſuccedendo per non hauer laſciato da Margarita di Sauoia figliuoli maſchi,

Ferdinandus Dux Mantuæ VI. *Ferdinando Cardinale* nel 1612. Il quale *Laſciato il Cardinalato* ſposò Caterina di Medici, ma ſe ne mori nel 1627. ſenza figliuoli,

Vincentius II. Dux Mantuæ VII. onde *Vicenzo* ſuo fratello, pure Cardinale, ſucceſſe al Ducato con la ſolita rinuncia del Capello già tempo prima fatta. Dopo due diuortii, il primo con Iſabella Mattei, & il ſecondo con Camilla Reticina, Dama ordinaria, Sposò *Caterina di Medici* ſua Cognata, dalla quale non hebbe figliuoli, che però, nè ſuoi ultimi periodi della vita, nel 1626. dechiarò ſuo ſucceſſore

Carolus I. Dux Mantuæ VIII. *Carlo Duca di Niuers & Humena*, per cui preſe il poſeſſo di Mantoua Carlo Prencipe di Rhetel, contro le pretenſioni del Duca di *Guaſtalla*, da che ne nacquero infinite guerre con la ruina quaſi di quel pouero Paeſe, che finalmente ſi terminarono à ſuo fauore. Hebbe per moglie *Maria Gonzaga*, dalla quale traſſe *Carlo II.* *e Leonora Imperatrice*.

Carolus II. Dux Mantuæ IX. *Carlo II.* Duca nono di Mantoua, trouò nel 1637. tutto il paeſe diſtrutto benche fanciuletto, al poſeſſo ſotto la tutela della Madre. Fu Prencipe benigno ſavio & accorto, ma ſommamente dato agli amori d' una tal Conteſſa Margarita. Nel 1649. conduſſe Carlo per ſua Spoſa in Mantoa con gran pompa, & apparato *Iſabella Clara d' Auſtria*, Sorella di Ferdinando Archiduca, Conte del Tirolo, Donna di gran bontà, anzi ſantità e prudenza, Mori nel 1665. laſciando ſotto la tutela di detta Dama *Ferdinando Carlo Duca X.* di cui ne parlaremo à ſuo luogo. Huc uſque *citat. Gregor. Leti.*

Georg. Lohmeier in ſeiner Europäiſchen Stamm-Tafel *tab.* 107. in ordine pergit, dicendo: Mortuo *an.* 1660. Carolo II. ſucceſſit ei

Carolus III. Dux Mantuæ X. *Carolus III.* qui anno 1629. in lucem editus, Gallis Caſalam rurſus ademit *an.* 1652. & Mantuam à Venetorum præſidio liberat, *anno* 1662. moritur demùm 16. *Aug. anno* 1665. Ex Conjuge *Iſabella Clara*, Archiducis Leopoldi filia, præter *Eleonoram* Ferdinando III. Imp. *anno* 1651. denuptam genuit *anno* 1652. 31. *Aug.*

Caro-

Carolus IV. Dux Mantuæ XI. *Carolum IV.* hodiernum Mantuæ Ducem, qui *anno* 1681. 30. *Septemb.* Gallis Civitatem Casal vendidit. In priori bello & motibus per neutralitatem se suisque intendit conservare, fortificat *Guastallam*, quam tamen fortificationem *anno* 1690. non tam solo æquare, quam etiam affini suo *Duci Guastallæ* Civitatem ipsam relinquere, Exercituique Cæsareo contribuere cogitur. Cum *Anna Isabella Gonzaga*, Ferdinandi III. Ducis de Guastalla filia, *anno* 1670. ducta in sterili hucusque vivit conjugio. In moderno bello, ratione successionis Hispanicæ, partes tenet Gallicas, Mantaum præsidio Gallico adimplens, Ducatum verò per biennium jam hinc inde tum Germano tum Gallo & Hispano militi exponens. Accuratiorem Domus Gonzagæ Genealogiam *vid. apud cit. Lohmeier d. loc*, ubi in specie unam de Marchionibus Mantuæ, alteram de Ducibus hujus nominis, in sequentibus paginis Lineam *Guastallensem*, *Lineam Sabionetanam* & *Bozolensem*, ac demum Lineam *Castiglionensem* genealogicè exhibet.

10. Narratio Lud. Morery de statu Mantuano. Plura de Civitate & Ducatu Mantuano refert *Ludovic. Morery in suo Dictionar. Histor. verbo Mantoue pag.* 431. sic scribens: Mantoue Ville d'Italie en Lombardie, Capitale d'un Duché de même nom. Le Pais connu sous le nom de Mantoüan, est aux deux côtez du Pô, entre l'Etat de Modene, celui de l'Eglise, le Domaine de Venise, & le Milanez. Sa Longueur est d'environ cinquante milles, & sa largeur de quarante. Le pais est trés fertile. La ville de Mantouë est batie au milieu du lac que fait le Fleuve *Mincio*, de sorte qu'on n'en peut approcher que par deux Ponts qui sont bâtis sur le même lac. Cette situation de Mantoue la rend trés forte. Elle est belle & ancienne, à prés de quatre milles de circuit, huit Portes, dix huit Paroisses, quarante Maisons Religieuses, avec un lieu pour les Juifs.

11. Laus Civitatis & Palatii Ducalis cum pretiosissimis mobilibus. Le *Palais du Duc*, si renommé par ses meubles, & par ses richesses, fait un des plus beaux ornemens de la Ville, qui est comme divisée en deux, l'Eglise du Dome qui est la Cathedrale, dont la Voute est toute dorée & azurée, celle de Saint Dominique, la Maison de Ville, le Moulin dit des douze Apôtres, les Manufactures, sont tres-renommées parmi les Voyageurs, *Novellara*, *Guastalle*, *Sabionnete*, *Bozolo*, *Castillon de Stiviere* & *Solferino* sont des Seigneuries, qui autrefois ont fait partie de l'Etat de Mantoue, & qui en ont été demembrées pour être l'appanage del quelques cadets. La Maison de Gonzague possede le Mantoüan, aprés en avoir chassé quelques Tyrans, environ l'*an.* 1327. *ou* 1328. Loüis de Gonzague étoit fils de Guy, comme je le dis ailleurs, & ils tuerent *Passerino Bonacolsa*, Tyran de Mantouë. Loüis en obtint la Seigneurie, sous le titre de *Vicaire de l'Empire.* Ses descendans prirent, le nom des Capitaines, jusqu'à *Jean François*, que l'Empereur Sigismond créa Marquis *en* 1433. Charles V. l'erigea en *Duché en* 1530. on sçait assez quelle guerre les Imperiaux susciterent au Duc de Mantouë en 1629. & le secours, que le Roi Loüis XIII. lui donna avant & aprés la Paix de Queiras. Je l'ai dit ailleurs, sous le nom de *Gonzague.* Il faut seulement remarquer que la Ville de Mantouë, fut prise le 18. *Juillet* de l'*an* 1630. par *Colalto* General de l'armée de l'Empereur. Les Soldats brutaux & emportez y ruinerent des ouvrages incomparables. Mantouë s'est long-temps ressentie du pillage, & ne s'est retablie qu'avec peine. Le *Palais du Duc*, un des plus magnifiques de toute l'Italie avoit avant cette prise, *sept differens ameublemens*, pour chacun de ses appartemens, outre une *infinité de tableaux*, & des statues, des cabinets, des Vaisselles d'or & d'argent &c. Il y avoit une licorne & une Orgue de albastre, *six tables* chacune de trois pieds, la 1. toute d'Emeraudes, la 2. de Turquoises la 3. d'Hyacinthes, la 4. de Saphirs, la 5. d'Ambre & la 6. de Jaspe. Toutes ces belles choses furent pillées. Le Duc de Mantouë prend le titre de *Duc de Mantouë & de Montferrat*, de Prince & Vicarie perpetuel du Saint Empire, de Marquis de Gonzague, de Viadane, de Gazolo & de Bozolo, de Seigneur de Luzara, de Comte de Rodriga &c. Il est chef de l'*Ordre des Chevaliers du Sang de Christ*, que le Duc Vincent institua en 1608. Au reste, Mantouë a donne naissance à plusieurs grands Hommes, & entr'autres à *Virgile* & au Tasse. Il y a Evêché, qui ne releve, que du S. Siege, Virgile parle ainsi de sa patrie *lib.* 10. *Æneid.* Virgilius.

Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis,
Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen.

J'oubliois de dire, que Mantouë a trois Fauxbourgs, qui sont comme des Villes sur le lac. Ce sont *Porto forteze*, le *Bourg Saint George & le The*, Les Principales Villes de l'Etat sont *Viadana*, *Borgoforte*, *Pomponesco*, *Goito*, *Gouernolo*, *Caneto &c.* sans parler de la Mirandole, & des autres Seigneuries qui sont dans le Mantouan comme je l'ai déja dit.

R. P. Boussingault in Theat. du Monde part. 2. *pag.* 66. Civitatem Mantuanam sic describit: Mantouë Ville celebre, peut contester à toute autre ville d'Italie, pour sa grande antiquité, car elle a été fondée non seulement Rome devant, mais encor soixante ans avant le Sac de Troye. 12. Narratio R.P. Boussingault.

S. Jerôme, & plusieurs autres autheurs, disent qu'elle a été bâtie plus de *quatre cens trente années avant la fondation de Rome.* Ainsi cette Ville excelle sur toutes celles d'Italie en antiquité, & son origine est tres-noble aussi, puis qu'elle à été fondée par Oenus Bianor, tres-ancien Roy d'Hetrurie & fut autre fois Chef des douze Colonies des Hetruriens.

Cette Ville est située entre les eaux croupissantes d'un Lac fait par le Mince, qui venant du Lac de Garde, passe à travers

Mantouë, portant Bateaux, & ſe rend aptes dans le Pô. Ces eaux qui ont de tour vingt milles, rendent cette Ville forte au poſſible: Outre les Baſtions qui la defendent, on y voit entr' autres un Pont de Pierre, de Taille, long de plus de demy mille, dont le couvert eſt ſoûtenû de pluſieurs beaux Piliers, avec des ponts-levis aux deux bours, au deſſous, deſquels, les eaux s'écoulent, & ſe communiquent l' une à l'autre.

Il y a ſur ces eaux quantité de Moulins à Bled & à ſoye, mais particulierement, ceux qu' on nomme les douze Apôtres, dont le Duc tire un grand revenu. On y voit auſſi ſur l' eau qui traverſe la ville, dans une Maiſon, trois Moulins à ſoye, qu' un ſeul Homme exerce, l'eau la faiſant filer, devider, doubler, & retordre, de ſorte que l' Homme ne ſert qu' à la retirer, y en mettre d' autre, la noller, quand elle ſe rompt, & la metre en l' état de l' Employer.

Cette Place eſt grande & belle, ſuperbe en Edifices publics & particuliers, embellie & ornée de grandes, & agreables Places. Ses Maiſons ſont Magnifiques, mais admirables en ſuperbes ouvrages de ſes Temples, Egliſes, Galleries, & Palais. Elle eſt fort marchande, & abonde en toutes, ſortes de commoditez; Car comme le peuple, outre qu' il eſt fort exerce aux armes, aux Lettres, & aux Arts, il eſt grandement entendu au fait du Commerce & de la Marchandiſe.

Mantoüe a quatre milles de tour, huit Portes, *ſeize Paroiſſes, quarante Monaſteres* de l' un, & de l' autre Sexe, & quelques *cinquante mille Ames.*

Au Dôme, dont la voûte eſt toute dotée & Azurée, on Garde, *le Corps de S. Anſelme Evêque de Lucques, & du precieux Sang. de N. Seigneur*, en la magnifique Egliſe de S. André, ou' eſt en terré le *Corps de S. Longis*, qu' on tient y avoir, apporté ces goutes de Sang. Le *Palais du Duc* étoit le plus curieux, le plus en richy, & le mieux, meublé de l' Italie autre fois, avant la priſe ou ſurpriſe de cette Ville par les Imperiaux, qui la ruinerent, & pillerent pluſieurs jours, & ſur tout ce beau Palais ducal, qui a dequoy loger pluſieurs Roys avec leur train. On dit qu' avant ſa priſe il y avoit ſept diferens Ameublemens pour chaque Appartement de la Maiſon, outre une infinite de rares Tables, de Statuës, de Vaiſſelle d' or, & de argent, & de beaux Cabinets; Il y avoit une *Licorne*, & un orgue d' Albâtre; Six Tables chacune de trois pieds, la premiere toute d' émeraudes, la ſeconde de Turquoiſes, la troiſiéme d' Hiacynthes, la quadricéme de Saphiers, la cinquiéme d' Ambre, & la ſiſiéme de Jaſpe; Les autres principaux Palais & Maiſons de plaiſir du Duc, hors de Mantouë, ſont le Té, la favorite, Mamirol, Goto, & la Virgiliana, tous Magnifiques Bâtimens, & ſuperbes, Maiſons, & des plus agreables.

A cinq Milles ou environ de Mantouë, en allant par un grand chemin, large, & garny d' Arbres de toûs côtez, on trouve *Marmirol*, qui eſt un Palais veritablemént Royal, bâty à fort grands frais, & capable de loger quelque Prince que ce ſoit, qui ne pourra qu' admirer la Magnificence de ce Bâtiment. On voit en cette Maiſon force belles Fontaines, faites avec un Merveilleux artifice, des Lacs pleins, de toute ſorte de poiſſon, & des Jardins agreables au poſſible, & finalement de toutes ſortes de Arbres.

13. De moderni Ducis fœdere, conjunctione & deditione in Gallorum poteſtatem.

Quodnam & quale illicitum fœdus modernus Dux cum Rege Galliæ inierit, ab initio Pontifici & Imperatori inficiatus ſit, utriusque oblata auxilia pecuniaria & militaria declinaverit, donec tota rei ſeries poſt paucos dies toti Italiæ patefieret, acta publica demonſtrant. Nimirum advenerunt mox copiæ Gallicæ, & omnis apparatus bellicus cum Duce jàm concordatus, habitæ cum Gallicis Miniſtris conferentiæ, eluſus Pontifex, ſpretæ Imperatoris adhortationes, neglectæ remonſtrationes Legatorum Cæſaris, repræſentata Ducatus ruina; quibus omnibus Dux in ſpeciem commotus mille juramentis, ad horrorem uſque audientium, Cæſari ſe nunquàm infidelem futurum, obteſtatus eſt: Sed fruſtrà omnia; ſubſcripſit Dux capitulationem cum Gallis initam, intromiſit præſidium Gallicum in civitatem, conſiſtens in 4150. peditibus & 72. Equitibus, cum decem tormentis campeſtribus, ſpectantibus è feneſtris Palatii ipſo Duce, Duciſſâ, & Legato Gallico. Sed cum Marchio Dal Fiano Duciſſæ gratulari vellet de felici ingreſſu, ipſa hoc reſponſum illi repoſuit: *Voi ſiete un traditore, per che fate mancare il mio Marito di fede.* Scripſit quidem poſteà Dux ad Cæſaream Majeſtatem, ſub vaniſſimo prætextu, quaſi miles Gallicus ex improviſo per vim & violentiam in Ducatum penetrâſſet, undè ex ſummâ neceſſitate ipſum in urbem admittere coactus fuerit: ſe notificare hoc ipſum Suæ Majeſtati cum ſummâ animi perturbatione, prout ipſius Legatus porrò Imperatori ſit expoſiturus; Sed à veritate longiſſime remota & aliena fuit hæc excuſatio, cum omnia in contrarium jam clarè paterent, atque idcircò meritò proceſſus contra Ducem ejuſque adhærentes decreti ſunt, prout jam ſupra notatum eſt, *verbo: Crimen Læſæ Majeſtatis. fol.* 634. *num.* 16. *& ſeqq.* qui Proceſſus etiam, nihil impedientibus Ducis & Gallorum artificiis, ipſi ritè ſunt inſinuati, approbantibus, ad notificationem ipſis factam, Electoribus Imperii Sacræ Cæſar. Majeſtatis reſolutionem, excepto Electore Colonienſi, cujus tamen frivolæ rationes rejectæ ſunt, non attentis etiam patentibus Principis de Vaudemont, & Cattinat, hinc indè Typis impreſſis & diſperſis, quæ in facto notorio & tam manifeſto nullam merebantur refutationem; Reliqua de Impera-

peratoris Authoritate & potestate, circa Processus & declarationem Banni notata sunt *suprà verb. Crimen Læsæ Majestatis.* Atque patet ex Actis de *An.*1627. quatenus post mortem Ducis Vincentii & occupationem Ducatûs Mantuani, nec non Montisferrati à Duce Nivernensi factam, Imperator Dicto Duci Investituram negaverit, & sequestrare voluerit, usque dum cognoscatur de legitimo Successore. Verum Rex Galliæ Ludovicus XIII. pro Duce Nivernensi se declarans occupavit Susam, & Obsidionem Casalis solvit, usque dùm Generalis Colaldo Mantuam recuperavit, & Marchio Spinola Casalem obsidione cinxit, Rex verò Galliæ duabus vicibus Montisferratum ab obsidione liberavit, donec tandem tractatus Cheracenses subsecuti, & Dux Nivernensis Mantuæ & Montisferrati investituram impetravit, prout refert *Ludovic. Morery in Dictionar. Histor. verb. Gonzaga, & Verbo Mantua.* Severissimi alias Processus contra Ducem Nivernensem decreti erant, sub comminatione Banni Imperialis, ac illius publicationis & executionis; Præsidibus verò, Magistratibus, populo, officialibus, Vasallis & subditis serio injunctum, ne Ducem agnoscant, donec & quousque à Cæsareâ Majestate ordinatum & declaratum fuerit. Subsecuta quoque est Banni declaratio in territorio Mantuano per Heroldum Cæsareum, & terminus trium Mensium ad paritionem præfixus, & cum Dux ad Tractatus amicabiles se offerret, repetitum est decretum Banni, cum Mandato avocatorio ad Ducem ejusque milites, sed cum multa intercurrerent, & Rex ipse Galliæ amicabiles Tractatus offerret, Electoresque illos non negligendos esse suaderent, præsertim præcedente Ducis deprecatione supradicti Tractatus Cheracenses subsecuti sunt. Contra Ducem modernum Imperator justissimis armis decretos processus prosequitur.

Ducatus Mantuanus, quem possident Duces ex familia gonzagarum est. Urbs Mantua, unde Ducatui nomen, in mediis paludibus, quas Mincius, fl. *Menzio*, efficit, ipso situ suo satis tuta quiescit; quamvis præterea firmis præsidiis munita sit, & inter præstantiores Italiæ Urbes numerari mereatur. Traduces Gonzagarum sunt Principes de *Guastalla*, quem locum Galli nuper muniverant; cujus tamen munimenta nuperrimo bello sunt iterum dejecta: Principes de *Sabioneta*: Principes de *Castiglione*: Principes *de Bozolo*: Principes de *Novellara*: Principes de *Solforino*: qui à Locis oppidisque, quæ incolunt, ita vocari solent.

Inter cæteros Viros doctos, quos Mantua genuit, imprimis excellunt incomparabiles duo Poëtæ, *P. Virgilius Maro*, & *Baptista Mantuanus*; quamvis Maronem nonnulli in pago, qui *Andes* dicebatur, & duobus lapidibus à Mantua distat, natum putant. Quo trahunt versum Silii Italici:

Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
Evecta Andino.

De Montferrato, & controversia de eo inter Duces Sabaudiæ & Mantuæ, *vid. in Tom.* I. *harum Constit. hoc verbo Mantua*, & ibidem inserto textu ex Instrum. Pac. & notabuntur plura infrà, verb. Montferrato.

Matricula.

SUMMARIA.

1. *Quid propriè sit matricula & quotuplex.*
2. *Requisita, ut quis sit Status Imperii.*
3. *Quando contributiones extributiones extraordinarias extra matriculam solvantur.*
4. Römerzug.
5. *Matriculæ requisita.*
6. *Matricula probat aliquem esse Statum Imperii.*
7. *Matriculâ inscriptus onus probandi in contrarium transfert.*
8. *Matricula plenam probationem facit.*
9. *Fisci probat intentionem.*
10. *Quanam vera & germana sit Imperii matricula.*
11. *De moderatione matriculæ.*
12. *Rex Bohemiæ in matricula Imperii non continetur, & tamen est Status Imperii.*
13. *Imperii onera non præstat.*
14. *An matriculæ antiquiores approbatâ illâ de anno* 1521. *sint abrogatæ?*
15. *De emendatione matriculæ.*
16. *De modis exemptionum & matriculæ.*
17. *Præscriptio contra onera Imperii.*
18. *Præteritio in matricula quid operetur?*
19. *Exemptio è matricula Reipublicæ pernitiosissima.*
20. *Fisco Imperiali adversus exemtos agendi facultas concessa.*

IMperii matriculam *Reinking de Regim. secul. & Eccles. l.* 1. *cl.* 4. *c.* 1. *n.*11. describit esse Catalogum seu Album, in quo Statuum & Civium immediatorum Imperii nomina, & quantum unusquisq; ex illis imperio, urgente necessitate, pensitet conscripta continentur. Occasionem autem conscribendæ matriculæ fecit Bellum Hussiticum in Bohemia; nam cum *Imp. Sigismundus* renitentes Hussitas propriis viribus ad obedientiam reducere non posset, Pontifice per Cardinalem Legatum urgente in Comitiis Norimbergensibus *anno* 1431. Ordinum suffragio, & voluntaria contributionum divisione, hujusmodi matricula, quæ & Ordinum nomina, & quid quisque ad Imperii utilitatem conferre deberet, complecteretur, composita est, *Lehman. Chron. Spir. l.*7. *c.*80. Quæ adhuc hodiedum extat sub hoc nomine: Anschlag auff allgemeine Stände deß Reichs zu Nürnberg / zu Hülff wieder die Böhmen gemacht / unter dem Römischen König Sigismun-

gismundo *anno* 1431. eamque *primam* agnoſcit *Goldaſt. de regno Bohem. l.2. c.17. n.2. Conring. de Germ. Imp. Civib. th.9. p.3.* Licet alii illam, quæ tempore *Friderici III. Imp. anno* 1467. adverſus Turcas Norimbergæ conſtituta, primam eſſe contendant, quæ hic *ſecunda*, & illa, quæ *Ratisbonæ* in Comitiis itidem contra Turcas *anno* 1471. promulgata, *tertia* eſſe poterit. Poſt hæc plures tractu temporis confectæ ſunt, inter quas omnes tamen illa de *anno* 1551. potiſſimùm ante oculos habetur ex *R. J. de anno* 1576. §. wann auch zu Franckfurt. Non tamen eo fine, quod deſcripti in aliis pro Imperii Statibus haberi non debeant, ſed ſolum propterea, ut in cauſis moderationum, quando quæritur, quantum quisque olim contribuerit, & hodie contribuere debeat, obſervanda ſit, non verò ut deſcripti in aliis antiquioribus matriculis pro Statibus amplius non haberi vel vindicari poſſint.

Omnes Receſſus Imperii, qui de moderatione tractant, *anno* 1524. uſque ad noſtra tempora, de moderatione promiſſa ubivis tractant, ſed eam imperfectam relinquunt. Atque in *R. J. de anno* 1529. §. 24. 1535. §. 47. & 1541. 44. ſtatuitur, ut propter negotium moderationis auxilium Turcicum, & pro Civitate Monaſterienſi non impediatur. Conſtituti ſunt ſæpius Commiſſarii pro negotio moderationis examinando, promiſſum Statibus, qui ultra facultates ſuas plus expoſuiſſent, illud reſtitui debeat, *R. J.* 1543. §. 22. & 1544. §. 8. injunctum moderatoribus, ut ex æquo & bono procedant, ſecundum matriculam *de anno* 1521. *R. J. de anno* 1551. §. 63. Permiſſa Statibus appellatio, qui per moderatorum decretum ſe gravatos putant, *R. J. anno* 1555. §. 124. & *R. J. anno* 1559. §. 35. Nec non *R. J. de anno* 1566. §. 143. & *de an.* 1571. §. 85. Diſponitur de exemptis *in R. J. anno* 1576. §. 84. & §. 90. Sed quod totum negotium remanſerit imperfectum, id non ſolum omnes Receſſus Imperii demonſtrant, ſed etiam *Inſtrum. Pac. German. art.* 9. §. *habeantur autem*; ubi dicitur: quod *de renovanda matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remiſſione Imperii collectarum in proximis Comitiis communi Statuum conſenſu agi & ſtatui debeat.* De quo quidem in poſtremis Comitiis variè tractatum fuit: *vid. Inſtrum. Pac. Cæſar. Gall.* §. 64.

Limnæus tom. 4. *Juriſpubl. in not. ad lib.* 4. *c.* 7. *n.* 67. *pag.* 457. Matriculas dividit in generales, *in quibus conſtans taxa ratione bonorum ſcripta, quid eorum nomine per menſem ad expeditionem Romanam contribuendum ſit*: & ſpeciales, *in quibus pro neceſſitate vel unius vel plurium menſium contributio expreſſa, in qua vel omnes, vel non omnes Status, vel etiam alii quam Status, ratione bonorum immediatorum, ut & alii ratione bonorum mediatorum, relati reperiuntur.* Prioris exempla putat eſſe illas matriculas *de annis* 1521. & 1545. cujus mentio injicitur *part.* 2. Braunſchweigiſcher Hiſtoriſcher Handel *p.* 1084. *Wormatiæ* reviſæ dicuntur. Poſterioris generis judicat illam de anno 1431. *Norimbergæ* in Comitiis, ſub Imperatore *Sigismundo* promulgatam, quam ſupra primam diximus. Referuntur autem in matriculam Imperii Status, ut quis autem ſit Imperii Status, *Knipſchild de Civ. Imp. l.* 2. *c.* 1. *n.* 19. ſequentia requirit, ut 1. Imperio immediate ſit ſubjectus, & neminem niſi Imperatorem & Imperium ſuperiorem agnoſcat, 2. ut ſit *in Matriculam* ſeu album Imperii relatus, & certam pecuniæ vel militum ſummam ibi deſcriptam in Imperio contribuat, 3. ut ad Comitia vocatus adſit, & ſeſſionem ibi ac votum habeat, quod ex R. J. Auguſtæ anno 1548. §. wann auch ein außgezogener ꝛc. evincere ſatagit, 4. ut indictiones, contributiones, & collectas Imperio immediatè occurrente neceſſitate ex Matriculæ præſcripto ſolvat, *d. R.* A. zu Augſpurg §. *eod.* 5. ut territorium cum jurisdictione & Regalibus, immediatè ab Imperatore in Imperio poſſideat. 6. Ut ad Circulum aliquem certum ſit relatus; Etſi non deſint magnæ autoritatis JCti, qui tot requiſita neceſſaria Statuum Imperii nuſquam inveniſſe tradunt, quorum aliqui 4. aliqui 2. requiſita ſufficere dicunt; *Conringius diſput. de Imp. Germ. Civ. theſ.* 5. illos Imperii Status eſſe aſſerit, qui jus judicandi de iis, quæ ad ſummam Reipubl. pertinent, circa leges ferendas, pacem, bellum, & fœdera pangenda, Magiſtratus ſummos & judicia conſtituendi habent, eſſe Status, Ordines & Cives Imperii, imo hos omnes & ſolos eſſe Status, & Cives, idque verorum Ordinum ac Statuum eſſentiam unicè conſtituere.

Præter Statuum nomina, in matricula deſcriptum etiam legitur, quod quisque eorum, qui quidem à collectis immunes privilegio aut alio legitimo titulo non ſunt, ſi neceſſitas vel uſus Reipublicæ id poſtulet, Imperio contribuat. Sic docet Hiſtoria Germanica & Imp. Rec. ſuperioribus ſeculis collatam pecuniam ad bellum Huſſiticum, ad demolienda caſtra proſcriptorum, R. A. zu Erfurt *de anno* 1567. §. wann wir nun in unſer Käyſerlichen *Propoſition*, ad extruenda & munienda fortalitia, R. A. zu Speyer *de anno* 1570. §. erſtlich ibi: damit obermeldte Unſerer Hungariſchen und Zipſiſchen Landen / Ort / Paß und Flecken / unſerm Gutachten nach zum beſten zu erbauen und befeſtigen / ſic quoque & noſtra adhuc ætate ad bellum Turcis illatum, à finibus Imperii avertendum, R. A. zu Regenſpurg *de anno* 1594. §. wiewohl nun Churfürſten / Fürſten / ſed & contra hoſtes Imperii alios & olim ad ſuſtentationem Regimenti, R. A. zu Augſpurg *anno* 1500. *tit.* wie man die Perſonen deß Regiments anfänglich ihres Lohns vergnügen ſolle / quin etiam ad Cameræ Imperialis ſuſtentationem, R. A. zu Augſpurg *an.* 1548. §. und wiewohl 30. & duobus *ſeqq.* & *R. J. anno* 1548. §. und zwar ꝛc. 9. quemadmodum & partem publicæ hujus pecuniæ ad Judicii Imperialis Aulici ſuſtentationem converti, apparet ex

Marginalia: 1. Quid propriè ſit matricula? & quotuplex. — 2. Requiſita ut quis ſit Status Imperii. — 3. Quando contributiones extraordinariæ, extra matriculam, ſolvantur.

Capit.

Capit. Leopoldina art. 41. quæ tamen solutio fit ex Camera Imperiali, aus der Käyserlichen Hoff-Cammer. Pertinet huc quoque expeditio Romana, der Römer-Zug/ imò quod hæc causa olim ferè esset perpetua, & singulorum Imperatorum tempore rediret, cum reliquarum insignis esset varietas, nec eædem redirent sæpius, factum inde esse potest, ut in plerisque matriculis onera illa, ad normam der Römer-Zug / redacta sint. Non parvo enim comitatu, sed integro exercitu Romam iverunt Imperatores, idque ad usque Caroli V. tempora, qui postremus expeditionem Romanam suscepit, ante eum reliqui, si *Rudolphum I. Albertum, Maximilianum*, ab hostibus occupatis itineribus prohibitum, excipias, Romam profecti sunt: à sequentibus Imperatoribus deinde omissa, *post alios Carpzov. ad L. R. c.* 8. *n.* 8. est hodie adeò illius expeditionis ferè nullus usus. At de consuetudine Imperii Romano Germanici, der Römer-Zug/ verba sunt *Wehnerti in observ. pract.* appellatur, eine grosse tapffere Hülff an Teutschem Kriegs-Volck zu Roß und Fuß/ & hodiè vocantur Römer-Monat. Non tamen semper contribuitur in Imperio secundum summam, quam Statuum quisque contribuebat ad expeditionem Romanam, imò secùs ac plerique existimant, nec matriculæ omnes conceptæ nach dem Römer-Zug/ sed quandoque respectu aliorum Statuum plus aliquis confert alio, ad expeditionem Romanam, & quæ ad illam normam exiguntur bella, contra Imperii hostes & alia quam ad Cameræ sustentationem.

4. Römer-Zug.

5. Matriculæ requisita.

Matriculæ requisita tria esse tradit *Zacharias Victor de caus. exempt. Imp. concl.* 5. (1. ut sit scriptura publica, & authentica, (2. ut Ordinum aut Superiorum authoritate sit confecta, (3. ut ex archivo publico depromatur, velut in Imperio ex Cancellaria Moguntina, sicuti hujus præjudicia & testimonia in causis exemptionum adducit *Ruland. de Commiss. lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. *&* 12. *Gylman. lib.* 2. *decis.* 4. *n.* 66. *& seqq.* plura requirere videtur: (1. ut sit authentica & publica authoritate confecta, (2. ut sit solenniter scripta, addit enim propter vilem & immundam chartam scripturam esse suspectam. Porrò postulat subscriptiones & sigilla Statuum, præsertim eorum, de quorum præjudicio agitur; Tum plenam causæ cognitionem, ac ut matricula, vel alius liber corresspondens, contineat accepta & data, quod aliquando ut Status solverint, idque *Bald.* requirere vult *in L. rationes.* 6. *C. de probat.* & pro matricula præsumitur, si confecta sit authoritate Superioris, sin autem ab iis, quibus non competit talis facultas creandi aliquem ex eo ordine, de quo est matricula, tunc eam tantum facere quandam suspicionem, non autem probare titulum, *Mascard. de probat. conclus.* 1038. Nihilominus indubitatum est, illos Status & immediatè Imperio subjectos esse, qui in Albo sive matricula Imperii continentur & inscripti, & in ea certum censum sive certum militum numerum vel pecuniæ summam sibi adsignatam habent, sicuti constat ex definitione Status Imperii, *supra.* Quemadmodum enim matricula probat, aliquem esse Studiosum, *Paris. cons.* 159. *n.* 17. *vol.* 4. *Bart. in L.* 2. *in fin. C. de error. Advoc. Bald. L. fin. n.* 3. *C. de reb. cred. & alii.* Ita etiam immediate aliquem Imperio subjectum & Statum Imperii esse probat matricula, *Gylman. Symphor. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 3. *vot.* 3. *n.* 1. *Gail.* 1. *observ.* 21. *n.* 4. 5. 7. 9. 11. *&* 15. *& de arrest. cap.* 7. *sect.* 4. *n.* 11. *&* 14. *aliique plurimi.* In tantum, ut in matricula Imperii repertus fundatam intentionem habeat immediatæ subjectionis, *arg. C. cum de pers. de privileg. in* 6. *C. cum Dilectus X. de relig. dom. L.* 1. *ff. de alb. scrip.* & matriculæ inscriptus pro statu & immediato Imperii membro tamdiu habeatur, donec contrarium probetur, & difficillimum onus probandi in adversarium transferat. *arg. l. matriculam* 3. *C de agent. in reb. L. petitionem* 13. *C. de advocat. divers. jud. Gail.* 1. *obs.* 21. *n.* 15. *Mascard. de probat. conclus.* 1038. *n.* 2. *Klock. de contribut. c.* 19. *n.* 59. *& seq.* ubi addit Album Imperii duplicem probationem præstare, illumque qui Cæsaris, Principum, Comitum, Statuumque omnium, consensu in matriculam recipitur, duo efficaciter probare posse, quod & ante inscriptionem pro statu, qui per totum Imperium & Statum creatus & cooptatus, atque pro Statu reputatus, & deinde eadem autoritate, ut Status, in matriculam relatus sit. Et ita matricula Imperio quasi possessionem immediatæ subjectionis confert, *arg. L. si solemnibus* 7. *C. de fid. Instrum.* matriculamque plenam facere probationem, *Myler. dissert. inaugur. de Statib. Imp. concl.* 109. *n.* 6. Quia est instrumentum publicum ex archivo publico proveniens, quod plenè probat. *C. pervenit. Caus.* 30. *quæst.* 1. *C.* 5. *ad audientiam* 13. *& ibi glosa X. de præscript.* Unde etiam solam matriculam per se fisci intentionem probare, ac onus probandi in adversarium transferre, dicunt *arg. L. petitionem* 13. *C. de advocat. divers. judic. Jason. in L. Barbarius n.* 56. *decis.* 6. *n.* 8. *Joan. Limnæ. de I. P. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 91. ita, ut sufficiat ad probandam quasi possessionem Imperii, eximendum matriculæ inscriptum adeoque semel & antiquitus inscriptum esse, licet in posterioribus matriculis nomen ejus non reperiatur, quia hoc Imperio fraudi aut nocumento esse non debet, nisi legitime probatum sit, eum Cæsaris & Statuum voluntate ex matricula deletum esse, *Gail.* 1. *observ.* 21. *n.* 11.

6. Matricula probat aliquem esse Statum Imperii.

7. Matriculæ inscriptus onus probandi in adversarium transfert.

8. Matricula plenam probationem facit.

9. Fisci probat intentionem.

10. Quænam vera & Germana sit Imperii matricula?

Inter tot Matriculas, quæ ab aliquibus ab hinc seculis in Comitiis hic & nunc prodierunt, reliquis præstat illa, quæ *Wormatiæ anno* 1521. Ordinum consensu confecta est, quod docet *Recessus Imp.* zu Augspurg *anno* 1551. §. Nachdem auch auff angesetzten. Idque manifestius dicitur *in R. I. Ratisbonensi anno* 1576. §. wann auch zu Franckfurt nechst diß dubium erreget worden/ welche Reichs-Matricul für Augen zu haben ꝛc. quo & facit *R. I. de anno*

1594. §. wann auch bey voriger *Tractation* diß *dubium* erregt worden 2c. *vide Sueder. de jur. publ. partis special. sect.* 2. *c.* 1. *n.* 6. *Gastel. de statu Europ. p.* 2. *c.* 7. *n.* 67. Hinc monet vir quidam doctus, daß die Matricul von anno 1521. vor die Käyserliche Majestät und des H. Reichs gerechte und gewisse Matricul zu halten / jedoch nicht ohne Unterschied / sondern / wie Käyserliche Majestät / Churfürsten und Stände die Dinge selbsten verstanden haben wollen / nemlich cum exceptione vorbehaltener fernerer Ratification, auch Ergäntzung derselben; hoc non omittendum hic. Insertum enim esse huic matriculæ *Episcopatum Slesvvicensem*, quem tamen ad Imperium non pertinere, sed ad Domum Holsaticam, quem anno 1587. 20. Martii in Camera Imperiali obtinuerit. *Limn. tom.* 1. *addit. ad lib.* 4. *C.* 7. *p.* 491. & *Caminensem*, de quo idem *Math. Steph. l.* 3. *de jurisdict. p.* 1. *cap.* 9. *n.* 19. *Limn. tom.* 2. *addit. ad L.* 4. *cap.* 7. *pag.* 271. Abbatem Rittershusanum, quem tamen non esse statum, pronuntiavit Cameræ Imperialis judicium in *Actis Brunsuicensibus part.* 2. *pag.* 1078. Et

11. De moderatione matriculæ. est de illa emendanda & perficienda non semel actum in Imperio, ac insignem Catalogum eximendorum *anno* 1548. in ipsis Comitiis exhibitum esse constat, sed & non æqualiter assignatas esse contributiones, etiam in ista matricula Imperii Statibus, proximis mox annis ad nostra usque tempora conquesti sunt Imperii Status. Unde tot natæ in Imperio de moderanda matricula deliberationes. Quid? quod nec legi ibi possint Status, qui hanc dignitatem deinceps demum, prioribus seculis, aut nostro hoc ævo adepti sunt. Unde longe plures enumerantur in illa, quam exhibuit *Fiscalis Cameræ anno* 1654. cui adscripti etiam sunt Status recentiores & Civitates, novam hanc matriculam, insciis & absentibus Civitatum Deputatis confectam, ex intervallo sibi oblatam non recepisse aut approbasse, quin potius eidem contradixisse, & protestando jus suum sartum tectum conservasse, quæ protestatio non rejecta fuit, sed in archivo Civitatum Imperialium authentica conservari tradit *Klockius de contrib. cap.* 19. *n.* 66. *Knipschild. de Civit. Imp. l.* 1. *c.* 12. *n.* 14. Matricula moderna, cum multis moderationibus & observandis *in Tom. I. harum Constit. hoc tit.*

12. Rex Bohemiæ in matricula Imperii non continetur, & tamen Imperii Status dicitur. Reperiuntur nonnulla Imperii membra, quæ licet in matricula non contineantur, nec in ea certam summam adsignatam habeant, nihilominus tamen Imperii Status sunt. Sic Rex Bohemiæ non tantum Imperio immediatè est subjectus *Cluten Syllog. rer. quotid. concl.* 24. *lit. O.* Sed etiam Status Imperii est, sicut ex Electorum ac Principum Imperii responso *Pragæ anno* 1610. ad Imperatorem Mathiam videre licet; ibi: Es müsten Chur- und Fürsten dieses wohlmeinentlich darbey erinnern / daß in solchen wichtigen Sachen / so *respectivè* das Heil. Römische Reich / *ratione* des Königreichs Böhmen / weil der König von Böhmen ein Stand des Reichs / der sieben Churfürsten einer / und des Römischen Käysers Erbschencke ist 2c. referente ex *Goldasto lib.* 3. *de Regno Boh. cap.* 3. *n.* 4. *Limnæo de jur. publ. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 23. vide suprà *verb.* Böheim *Bohemia fol.* 347. & *fol.* 74. & *seqq.* & tanquam Elector Imperii Status refertur, sicuti videre est apud *Wehner. pract. observ. verb.* Stand des Reichs. *Paurmeister de jurisd. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 126. *vers.* & *ibi*: Reges Bohemiæ ad conventus quidem Circulorum non vocantur, quando tamen milites, vel pecuniæ aliis ordinibus imperantur, tanquam Imperrii Status & membrum 400. Equites & 600. pedites ad singulos menses mittere tenentur, & sic, inquit *Goldast. d. c.* 3. *n.* 4. Rex Bohemiæ non modo Princeps Imperii, sed etiam principale membrum est, nihilominus tamen Bohemiæ Rex imperii matriculæ, præsertim recentiori, ejusque pensitationi insertus non reperitur, nec circulo alicui certo additus. Cum hodie Bohemiæ Reges non operas, non voluntariis collationes præstent, nec gratuita onera ferant, *Cluten. syllog. rer. quotid. concl.* 24. *lit. O. in princ.* Ac licet Electores, Principes, & alii Status Imperii 13. Imperii onera non præstat.
allaboraverint Bohemiæ Regem matriculæ inserere, eique certum numerum militum vel pecuniæ adsignare, nihil tamen obtinere potuerunt, semperque Imperio subsidium aliquod præstare recusavit; sicuti videre licet ex responso Ferdinandi I. quod actis Comitiorum Augustanorum *anni* 1548. insertum à *Limn. I. P. lib.* 3. *C.* 8. *n.* 28. refertur.

Licet enim sint, qui velint, Regem Bohemiæ Imperii Statum non esse, uti *Arumæ. de Comit. cap.* 4. *n.* 45. & alii; propterea, quod is matriculæ, ejusque pensitationi non insertus, nec certo alicui Circulo addictus, nec ad Comitia vocetur, nec Imperii constitutionibus teneatur; hoc tamen neminem movebit, si observetur differentia inter Status Imperii privilegiatos & non privilegiatos, & consideretur, quâ de causa Bohemiæ Rex in Comitiis non compareat; & respondet *Limn. de I. P. lib.* 1. *C.* 7. *n.* 94. his verbis: *Ne verò te moveat, quod in matricula Imperii Rex Bohemiæ descriptus non reperiatur: Nam si inde collegeris, Statum eum Imperii non esse, scias te confundere Matriculas: Aliæ enim sunt, quæ tantum Imperii Status exprimunt, quibus etiam Bohemiæ Rex inscriptus noscitur: Aliæ, quibus* die Anschläge des Reichs / *notantur, ubi eos tantum Status consignatos reperire licet, qui contributionibus obnoxii.* His Rex Bohemiæ insertus non est, cum à contributionibus, ut alii volunt, liber sit, & immunis. His matriculis Status inscripti sunt, non quatenus tales, sed quatenus possessores hujus vel illius districtus, cujus nomine onera contributionum sustinent; unde etiam alios, qui Status non sunt, immediata tamen, & Imperii oneribus subjecta territoria tenent, iisdem contineri videas, als Inhaber der Herrschafft.

An autem antiquiorum matricularum post approbatam illam *anno* 1521. nullus amplius usus sit, ac adeo illæ abrogatæ sint, 14. An matriculæ antiquiores
quod

approbatâ illâ de anno 1521. sint abrogatæ. quod innuere videtur *Limn. I.P. Lib. 1. cap. 7. dum n. 80.* scribit: *Antiquiorum matricularum non levis constituitur authoritas, qua tamen apud me tanti ponderis non est, ut eas recentioribus præferam hoc casu, si in antiquis vel Civitas aliqua, vel Princeps consignatus reperiatur, in recentioribus verò omissum*; adducendo rationes, quod Fiscalis propriam turpitudinem allegaret, si negligenter omissum Statum aliquem diceret, quod matriculæ Statuum omnium consensu conficiantur, & in omnium notitiam perveniant, & omnium, ut credibile ipsi videtur, subscriptione convalidentur, ut si cujusquam nomen omissum, sua mox diligentia sibi & Imperio prospicere possit, adducit *arg. C. ex literis 3. X. de probat. & L. 47. ff. de Legatis 3. Reinking.* in causa Bremensi plane quoque rejicit antiquas istas: ita enim legitur *in assertione jurium Archi-Episcopalium p. 54.* in den Reichs-Constitutionen ist klärlich verabschiedet/ daß man in vorfallenden Irrungen und Dubiis nicht die alten unrichtigen / und in viele Weg in communi Procerum Consilio irrig befundene / sondern obangeregte / publica Imperatoris & Statuum authoritate rectificirte Reichs-Matricul de anno 1521. pro norma & cynosura zu halten. Ex quibus tamen non inferri, eum, qui in matricula hac de anno 1521. insertus non est, Statum Imperii non esse cum in antiquioribus matriculis & Actis Imperii ut talis reperiri possit, & hinc antiquæ matriculæ, cum iis Fiscalis Cameræ nitatur, non rejiciendæ, licet fortiori argumento pugnet, qui se insertum probat matriculæ anni 1521. quam qui antiquiori alicui.

15. De emendatione matriculæ. Postquam autem querelæ ratione personarum, quæ vel matriculæ insertæ vel ex ea omissæ sunt, extiterunt variæ, ita non defuerunt, etiam proximis post confectam illam anni 1521. qui æqualitatem neglectam, & alios aliis graviori onere & assignatione portionis præstandæ gravatos in publicis Comitiis conquererentur, prout ex Recessibus Imperii, quid eo nomine & in Comitiis vel alibi fuerit actum, apparet. Nam jam anno 1522. non defuerunt, qui publice exponerent, iniquiorem suam conditionem factam per Wormatiensem matriculam de *anno* 1521. prout Legati Salisburgenses, Bambergenses, Ratisbonenses, Passavienses conquesti sunt, in der Information-Schrifft auff dem Reichs-Tag zu Regenspurg/ *anno* 1641. denen Chur- und Fürstlichen/ auch übriger Stände Gesandten und Bottschafften übergeben. Anno mox sequenti 1523. cum contra Turcam auxilia urgente necessitate celeriter decernerentur, & post biennium cum iterum contra Turcas subsidia rogarentur, & emendandæ matriculæ mora non adesset, promissum fuit Statibus, deinceps nihil contribuendum esse ad Imperii usus, nisi assignatis æqualiter oneribus, pro cujusque conditione & viribus, *R. I. Norimberg. anno* 1524. §. *Item* wiewohl. & *Recess.* 1526. §. *Item* als auff dem Reichs-Tag. Repetitæ querelæ & promissa *R. I. anno* 1530. in Comitiis Augustanis §. und wiewohl auff den andern ꝛc. & cum post decennium querelæ renovarentur in Comitiis Norinbergensibus *anno* 1542. & æquissimæ reputarentur à reliquis Imperii Statibus, *R. I.* §. darauff dann / insertum fuit, pauperioribus à ditioribus restituendum, si quid amplius exposuissent, ut hac ratione tanto exactius in Imperio servari possit æqualitas. Spiræ deinde *anno* 1545. conventum fuit, ut si quis Statuum respectu alterius nimium solvisset, & additus modus, qui ut moderatio matriculæ rectius perficeretur, commodissimus visus est. Quin imò, ut apparet ex Recessu *anni* 1548. §. ferner wiewohl ꝛc. eo tempore circa indictiones nonnihil mutatum esse, exiguo Imperii Statuum commodo. Post triennium in Comitiis Augustanis *anno* 1551. cum nondum conqueri desiissent Status gravati, id tamen solum obtinuerunt, & reviderentur, & declararentur, executio tamen usque ad sequentia Comitia *anno* 1555. suspensa, unde gravati denuò sicut & *anno* 1560. & 1570. supplicarunt rogantes emendationem matriculæ, *Recess. de anno* 1570. §. als wir dann weiters ꝛc. quod & *anno* 1576. in Comitiis Ratisbonens. §. demnach wir ferners. ꝛc. & *Recess. anni* 1594. §. Demnach wir auch zum fünfften ꝛc. repetitum, sed semper res ex voto non successit. Comitiis demum Ratisbonensibus *anni* 1641. collectæ Imperii solutæ ex præscripto matriculæ, iis tamen, qui reliquis amplius pro opum & virium ratione se conferre crederent, permissum, ut paupertatis suæ & calamitatis Imperatori indicium facerent, addita spe secuturæ moderationis. Conventu tandem Monasteriensi & Osnabrugensi iterum habita fuit matriculæ ratio, facta tamen denuò spe moderationis. Postremò *R. I. de anno* 1654. de eodem negotio constituta sunt, & quidem *in* §. 176. hæc habentur:

Weil aber verschiedene Stände/ und in specie die Reichs-Städt zu angedeutetem Quantosich nicht ehender verstehen wollen/ biß die in puncto moderationis matriculæ hernach bedingte Erkündigung zur Richtigkeit gebracht/ und damit die nothwendige Verfassung hierdurch nicht gehindert werde/ soll aller möglicher Fleiß angewendet werden / damit solche Erkundigung noch vor dem ersten Septemb. bey denjenigen/ welche sich zu diesem nothwendigen Werck dißfalls beschwert befinden/ für die Hand genommen und erörtert werden / entzwischen aber sollen dieselbige nach der alten Reichs-Matricul ihre Quotas mit beyzutragen schuldig seyn. Consimilia leguntur in §. 187. damit aber auch die hinterbliebene und auff nechstkünfftige gemeine Reichs-Versammlung verschobene Materien/ sonderlichen aber die/ zu welcher Erledigung eine mehrere Information aus den Creysen vonnöthen/ bey künfftigem Reichs-Tag desto besser und geschwinder richtig gemacht werden mögen/ so wollen wir immittels/ wie wir uns mit Churfürsten und Ständen deßhalben verglichen an alle Creyß - aus-

schrei-

schreibende Chur- und Fürsten gnädigste Erinnerungs-Schreiben ausfertigen und abgehen lassen / damit in puncto moderationis matriculæ bey jedem Creyß gebührende Information eingezogen / und hiebey dem Reichs-Abschied de anno 1582. nachgegangen / nicht weniger der Müntz halber nothwendige Probation-Täg angestellet und gehalten / auch der über diese beyde Punct von jedem Creyß verfaster Bericht uns / und unsers lieben Neven des Churfürsten zu Maintz Liebd. bey Zeiten / und sobald möglich / was aber ein jeder Creyß wegen guter Policey zu verordnen / vor rathsam ansehen wird / nach Franckfurt zu obgemeldter ordinari Reichs-Deputation förderlich überschicket werde.

16. De modis exemptionum è matricula. Contigit quandoque, ut quis se ipsum, aut ipsum alius, isque superior Status matriculâ eximat, & sic interdum non directò ab alio, sed prætextu quodam, eoque vel *præscriptionis* vel *omissionis* sive *præteritionis* eximatur. Et quidem, quod possessio libertatis præscribatur, probatur per *R. I. de anno* 1548. §. wann auch ein ausgezogener 56. *ibi*: und dagegen wider ihn nicht dargebracht werden mögte / daß er je in Menschen-Gedächtnuß in des Reichs gemeinen und nicht privilegirten Hülffen contribuiret ⁊c. oder wider die Reichs-Anschläg und Hülff legitimè præscribiret habe. Atque hunc modum eximendi maximè omnium in processu hodie à Fiscali attendi, ex *Scipione L.* 4. *decis. Cameral.* 126. patet.

17. Præscriptio contrà onera Imperii. Deinceps ad hanc præscriptionem constituendam requiritur tempus *immemoriale*, quod excedit hominũ memoriam, prout *in R. I. Augustano anno* 1548. §. wann auch ein ausgezogener / dijudicandum cum *Meischnero tom.* 3. *decis.* 6. *n.* 39. *& Gailio l.* 1. *obs.* 21. *n.* 15. quæ *probatio*, inquit, *exemptionis seu libertatis in adversarium, puta eximentem juste rejicitur, ut ipse doceat vel probet, post hominum memoriam exemptum Imperio nihil pensitasse, aut contribuisse, neque Regalia ab Imperatore tanto tempore recognita fuisse. Item quod exemtus se semper pro subdito eximentis gesserit, ad Comitia provincialia tanquam Subditus comparuerit, onera patrimonialia sustinuerit, mandatis eximentis semper paruerit, eum pro judice in prima & secunda instantia agnoverit, omnesque actus jurisdictionales præstiterit, ex quibus subjectionis certissima argumenta ducuntur, idque tanto tempore factum, cujus initii in contrarium non extat memoria hominum, nam talis præscriptio vim concessionis & privilegii habet, C.* 26. §. *præterea X. de V. S.* ad hoc autem tempus, ut dicatur immemoriale probandum sufficit testes fide digni & ætate provectiori venerabiles, qui à majoribus semper audivisse, ac se ipsos vidisse eximentem jurisdictionis actus, in territorio exempti exercere, deponant, *arg. L.* 28. *ff. de probat. Myler. de Princ. & Stat. Imp. C.* 100. *n.* 5. Ne tamen in infinitum tempus hoc videatur extendi, *centum* plerumque *annorum spatio* jura illud definiunt. *arg. L.* 56. *ff. de usufr. & l.* 23. *C. de Ss. Eccles. Myler. d. loc.*

Præteritione, ut dictum, etiam quis se eximit, quando nimirum novum Imperii album seu matricula conficitur, & in ea Civitatum aliquarum, quarum in prioribus matriculis mentio facta, nomen omittitur: Hujusmodi autem omissio pro deletione, & istæ Civitates pro exemptis ab Imperio per Principes minimè habendæ sunt, *Klock. de contrib. C.* 19. *n.* 65. *& seqq. Knipschild. de Civit. Imp. l.* 1. *cap.* 12. *n.* 14. quod nempe prætentio illa Civitatibus illis non præjudicet, sed pro tali habenda, ac si Civitates illæ, ut jam olim mit ihren Anschlägen / ita adhuc dum recentioribus matriculis insertæ essent. Quod insuper bonis rationibus confirmat *Klock d. loc.* quarum una sic sonat: *quia mutatio ista circa pragmaticam Imperii formam, insciis & absentibus Civitatum Deputatis facta, & Civitates istæ novam hanc matriculam, ex intervallo sibi oblatam non receperunt, nec approbarunt, sed eidem potius contradixerunt, & protestando jus suum sibi salvum sartumque conservarunt, qualis protestatio, pro Stylo Imperii, non fuit rejecta, sed in archivo Civitatum Imperialium etiamnum originaliter asservatur, Dauth. apud Klock. cons.* 134. *n.* 55. *& seqq.* 18. Præteritio in matricula quid operetur?

19. Exemptio è matricula Reipubl. perniciosissima. Quod autem eximens in se exempti onera recipere nolit, hucusque gravissimæ in Imperio lites obortæ, & plurimæ adhuc indecisæ jacent, uti patet ex *R. I. de anno* 1576. §. bey Berathschlagung / *cum* §§. *seqq.* ac ideò res Imperii non leviter turbatas, maximeque perniciosas ei semper extitisse & etiamnum existere: è re enim esse Reipubl. ne fiscus tabescat, nec quid sentiat dispendii, constat *ex L.* 1. §. 20. *ff. de quæst.* Exemptionum enim multitudine publica Imperii munia impediuntur, testante Imp. *in Nov.* 43. *in præfat.* ipsa quoque variatur Imperii matricula, collectæque redduntur incertæ, *R. I. de anno* 1548. §. wiewohl nun des Heiligen Reichs ⁊c. & Imperii denique membra, consilia & vota minuuntur. Hinc illæ Imperatoris & Statuum Imperii querelæ in *R. I.* zu Speyer / *de anno* 1570. §. als wir dann weiters ⁊c. ibi: zu deme würden die Exemptiones gar zu gemein / und vielmahl die geringere Stände durch andere mit der That eximiret / und doch nicht vertretten / dadurch dem Heiligen Reich an seinen Gliedern / Session, Stimm / Vermögen und Hülffen grosse Zerrüttung und Abgang erfolgen thut. Atque adeò in Comitiis *anno* 1613. expressè propositum fuit, quod de 4000. Equitibus & 20000. peditibus, qui in matricula Wormatiensi *de anno* 1521. requiruntur, dimidia vix hodie pars ritè præstetur. Quæ res fecit, ut de matricula resarcienda Status Imperii sæpe multumque cogitarent, quod satis ostendit *Recessus* des Deputations-Tags zu Franckfurt *de anno* 1571. §. und wiewohl sie. ibi: auch was dem Reich an seinen Gliedern / Landen und Gütern entzogen / wiederum ergäntzet / und also die gemeine obliegende Bürden desto mehr erleichtert werden möchten. *add. R. A. de anno* 1613. §. durch was Mittel / ibi: und dann die Reichs-Matricul wieder zu ergäntzen / cujus rei fidem quoque facit illud, quod

quod singula Comitia, longo ab hinc tempore, cura restaurandi & ad perfectionem deducendi matriculam maxime fatigarit, cujus meminit *Limn. in addit. ad l. 1. c. 7. n. 73. sub fin.*

20. Fisco Imperiali contra exemptos agendi facultas concessa. Ne autem exemptiones nimis frequentes fiant, exemptorumque numerus indies magis magisque adaugeatur, Fisco Imperiali adversus exemtos in Camera agendi facultas concessa est, qualem verò actionem Fiscalis instituat, id apertè satis docet *R. J. de anno* 1548. §. Etliche andere aber 2c. ubi sancitum est: Darauff haben wir uns mit Chur-fürsten / Fürsten / und gemeinen Ständen / auch der abwesenden Bottschafften und Gesandten verglichen / daß Unserm Käyserlichen Fisco dieser außgezogenen und außziehenden Stände eine Verzeichnuß / durch Maintzische Cantzley / zugeschicket werden soll / und soll bemeldter Unser Käyserl. Fiscal hiemit Befehl haben / wider die Außgezogene zu procediren / auch die Außziehende vor ihr interesse darzu citiren. Conf. *Klock. de Contrib. c. 19. n. 18. & Meischner. decis. Cameral. tom. 3. decis. 6. p. 59.* Inde actio hæc appellatur *condictio ex lege Imperii*, debet autem in hac actione Fiscalis celeriter procedere, nec ulla retardatio à Collegio Camerali ei permittitur, & nonnunquam ex officio, Fisci sumptibus, si videlicet non imploretur, per *R. J. de anno* 1654. §. Berührtem Unserm 93. Summariè quoque, levato velo & de simplici & plano in ea procedat, ac quævis ejusmodi causa intra biennium per sententiam definitivam, ejusvè vim habentem, terminanda est, *R. J. de an.* 1576. §. Anfänglich 2c. ibi: Exemptions-Sachen soll man favore Imperii befördern / und zum schleunigsten darin procediren: nisi eæ exemptionum causæ sint, quæ altiorem requirant indaginem, in iis enim juris ordo observandus, *Gail. l. 1. Obs. 20. n. 5. & 2. obs. 21. n. 1. Klock. d. tr. cap. 19. n. 22. Blum. Proc. Camer. tit. 30. n. 56.*

Maintz / Meintz / Moguntia.

SUMMARIA.

1. *Moguntiam varii variè appellant.*
2. 3. *Origo ejus, & unde sic dicta.*
4. *De situ ejus.*
5. *Quis Christianam Religionem primus in hanc urbem intulerit.*
6. *Typographia hic inventa.*
7. *Fuit olim Civitas Imperialis.*
8. *Hodie ad Archiepiscopum Moguntinum pertinet.*
9. *Moguntini Cives rebelles suo Archiepiscopo.*
10. *Construitur castrum pro domandis civibus.*
11. *Cives Moguntini Ecclesias & cœnobia destruunt.*
12. *Puniuntur desuper & exterminantur.*
13. *Moguntini Cives à conspectu Imperatoris fugiunt.*
14. *Abbas S. Jacobi in Moguntia proscribitur, & cœnobium ejus desolatur.*
15. *Muri Urbis Moguntinæ destruuntur.*
16. *Universitas Moguntina à Diethero fundatur.*
17. *Descriptio Moguntiæ ex Boussingault.*
18. *Alia ex Morery Dictionar. Histor.*
19. *Moguntinus inter Electores est primus & Archicancellarius per Germaniam, & unde?*
20. *De præeminentia Sedis, & laudibus ipsius Civitatis Moguntinæ.*
21. 14. *Episcopatus Moguntino sunt suffraganei.*
22. *Archicancellarii Moguntini prærogativa, & ejus munia.*
23. *Differentia inter Cancellarios olim & hodiernos.*
24. *Moguntinus est Decanus Collegii Electoralis.*
25. *Moguntinus consecrabat olim Reges Bohemiæ.*
26. *Quando Moguntinus coronet Imperatorem & quando non.*
27. *Transactio ratione coronationis inter Moguntinum & Coloniensem Electores.*
28. *Quid ante transactionem, & post illam observatum.*
29. *Coronationis solennia.*
30. *Descriptio actus Coronationis Leopoldi Imp. Eleonoræ Augustæ, Romanorum Regis Josephi; vid. in Jurispr. mea lib. 1. tit. 5.*
31. *Actus inunctionis.*
32. *Indumenta sive vestitus Regis.*
33. *Officia Electorum post coronationem. 1. Electoris Saxoniæ.*
34. *Electoris Brandenburgici.*
35. *Electoris Bavariæ.*
36. *De bove ad convivium assato.*
37. *Electoris Palatini.*
38. *Regis Bohemiæ.*
39. *Laudantur solennitates Imp. coronationis.*
40. *Explicatur denotatio clenodiorum & aliarum ceremoniarum.*
41. *Ditiones Moguntinæ.*
42. *Prætensiones Moguntinæ.*
43. *Insignia Electoris Moguntini.*
44. *Series Episcoporum Moguntinorum.*
45. *S. Bonifacius primus Archiepiscopus Moguntinus.*
46. **Der Mausethurn im Rhein.**
47. *Primus Elector Moguntinus.*
48. *Canonicorum Moguntinorum numerus & qualitas.*
49. *Moguntini Officiales hereditarii.*
50. *Quomodo & an hodie detur à Moguntino appellatio.*

1. Moguntiam varii variè appellant. ALiquando hæc Civitas Maguntia, Mogontia, Moguntiacum, appellatur, Gallis Mayence, & accolis Mentz dicitur. Non ex conjugio Magi & Ciæ nomen inditum habet, ut vult *Georg. Fabric. Hodœpor.* nec à Trajano quodam Moganico vel Magorum Duce conditore sic dictum (Moguntia enim à Magorum Duce condita dicitur, qui anno

anno 1362. ante Christum natum una cum suis à Treviri relegatus, Moguntiæ sedem fixit) sed à *Mœno* fluvio, qui *Mogonus* appellatus, nomen accepisse videtur, cum ibi
2. Mœnus cum Rheno affluat, *Iren. lib.* 12.
Origo ejus & unde sic dicta. *Germ. Exeg. verb. Moguntia. Braun. lib.* 1. *Civil. Orb. terr. n.*37. *Dresser. part.*5. *Isagog. histor. verb. Moguntia. fol.* 5. De ea sic canit *Ligurinus lib.* 1.

Hic Mogus tumido miscet sua flumina Rheno,
Qui licet ipse suũ perdat cum gurgite nomen,
Dat tamen egregiæ primordia nominis urbi,
Illaque majori cum sit popularior amni,
Negligit, & fluvio dignatur ab hospite dici;
Namq; premens Rhenum (si credimus omnia famæ)
Nomen ab infuso recipit Moguntia Mogo.
Hæc urbs Francorum mediis in finibus, agris,
Vitibus, arbustis, populo generosa frequenti.
Hinc statione sua Rhenum contingit, at inde
Extendit rapidam fines procul usq; Mosellam;
Turribus hæc eadem quondam murisque superba,
Pœne fuit toto sedes notissima regno,
Donec ob infandum detestandumque furorem
Strata luit meritas occiso Præsule pœnas,
Inde ruinosis deformis & horrida muris
Testatur justas offensi Principis iras.

Quod de Mogo scribit *Ligurinus* posterioris ævi commentum est: nam Mœnum Plinius, Mela, Ammianus agnoscunt, nemo veterum Moganum, vel Mogum. Ipsum quoque Moguntiacum olim non uti nunc ad ripam situm fuit, sed remotius quo loco nunc
4. De situ ejus. Leprosorum est nosodochium, quod & ruinæ ipsæ indicant. Exstruxisse urbem vel restaurasse creditur *Drusus*, memoriamque ejus facti conservari in mole, quæ extra urbem instar glandis spectatur in colle, quem à forma vocant Aichelstein. Autor hujus rei est *Frisingensis lib.*3. *cap.*4. Hic Drusus, inquit, Moguntiam in Gallia & Augustam in Rhætia fundasse vel instaurasse dicitur. Monstratur adhuc monumentum ejus Moguntiæ in modum pyræ. Sub Valentiniano, Gratiano & Valente cœpit, spoliavitque Moguntiam *Rando* Allemannus ipso Christianorum die festo, sicut à *Bertio in Comment. rer. Germ. lib.* 1. *cap.* 12. narratur. Marcellinus eam rem sic prodidit: Sub idem fere tempus, inquit, Valentiniano ad expeditionem cautè profecto, Allemannus regalis *Rando* nomine, diu præstruens quod cogitabat, Moguntiacum præsidiis vacuum, cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepsit. Et quoniam casu Christiani ritus invenit celebrari solennitatem, impræpeditè hujuscemodi fortuna virilem & muliebrem sexum cum supellectile non parva indefensum abduxit; hæc ille.

Christianam religionem in urbem intulisse creditur primus *Crescens S. Pauli discipulus*, à quo deinceps numerantur Episcopi,
5. Quis Christianam religionem primus in hanc ur- usque ad Bonifacium, qui Archiepiscopatum primus hîc constituit. *Anno* 454. vastarunt Urbem Hunni, sed à Dagoberto Francorum Rege restituta est postea *anno* 525. & Rheno propius admota. *Carolus M.* pontem Rheno injecisse fertur quinquentos passus longum, qui postea *anno* 812. incendio absumptus est. Primarium templum sacrum est *S. Martino*. Sunt & alia collegiata *S. Joannis, S. Stephani, S. Petri, S. Mariæ, S. Mauritii, S. Albani, S. Crucis*. Nulla est in Germania urbs, quæ plura & certiora habeat vetustatis monumenta. Inter prima urbis decora refertur à plurimis *inventio typographiæ*: quam laudem tamen *Bertius in Comment. rer. Germ. lib.* 3. *pag.* 200. Harlemensibus asserit, sed in fine non negat, quin statim Moguntiaci *Joannes Gutenbergerus* majore copia libros ea ratione impressos vulgaverit, atque idcirco apud exteros pro primo istius artis inventore laudatus sit. *Philippi Beroaldi* de ea exstant versiculi: 6. Typographia hic inventa.

bem intulerit.

O Germania, muneris repertrix,
Quo nihil utilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ doces premendo.

Vere Germanorum hæc laus est, sive Moguntinis sive Harlemensibus ea attribuatur.

Civitas hæc olim *Civitas Imperialis* fuit, & Imperio immediatè subdita, testibus *Munster. lib.*3. *Cosmograph. c.* 181. *Klock. de contrib. cap.* 5. *n.*54. Et cum ab Archiepiscopo Moguntino subjugari vellet, Civitates Imperiales Coloniam, Argentinam, Wormatiam, Spiram, Augustam, Norimbergam & Ulmam requisivit, quod Legatos suos Moguntiam mittere & deliberare velint, quomodo hisce conatibus obviari possit, & ne in perniciem & incommodum Imperii in potestatem & subjectionem Archiepiscopi adigatur, quas etiam Civitates morem gessisse refert *Lehman. Chron. Spirens. lib.*7. *c.* 100. *fol.* 923. tandem tamen ab *Archiepiscopo* suo *Adolpho* de Nassau per vim *anno* 1462. occupata est, Cives partim cæsi, partim in exilium missi, vetus regimen abolitum, & Civitas ipsa Archiepiscopo plane subdita facta, *Merian. in topograph. Archiepisc. Mogunt. fol.* 5. & ut eò melius sub ipsius obedientia detineretur, ibidem castrum fortissimum exstruxit, *Wilhelm. Kyriander in comment. de Augusta Trevir. part.* 17. *fol.* 225. *Stumpff. Chron. Helvet. lib.* 2. *cap.* 37. de ea refert: 7. Fuit olim Civitas Imperialis. 8. Hodie ad Archiepiscopum Moguntinum pertinet.

Pabst Pius hat Dieterichen von Isenburg deß Bißthumbs entsetzet/ und an seine statt gesetzt Graf Adolphen von Nassau/ dieser hat mit Hülff anderer *anno* 1462. den 27. *Octob.* und durch Verrähterey etlicher Bürger/ Maintz eingenommen. Hiemit ist die alte herrliche berühmte Stadt Maintz/ hiebevor dem Reich gehörig/ eine Fürsten-Stadt worden.

Cum sequentibus temporibus inter Clerum & Cives Moguntinos magna rursum dissensio oriretur, Canonicorum animos movit, ut *Balduinum* administratorem assumerent, qui mox, administratione suscepta, contra Moguntinos plura tentavit, & brevi eorum humiliavit superbiam. Eo tempore Clerus per civium tyrannidem Moguntia pulsus, in Rhenaugia & alibi exulabat. *Balduinus* ergò ad reprimendum incursum Moguntinorum, ne se diffunderent in Rhenaugiam, Ecclesiæ ab antiquo semper fidelem, ubi 9. Moguntini Cives rebelles suo Archiepiscopo.

Clarius

10. *Construitur castrum pro domandis civibus.*

Clerus in suis possessionibus degebat. Villam, quæ nuncupatur alta, vulgariter *Altvil*, juxta Rheni littus à superiore ad Rhenaugiam introitum, muro in circuitu præmunivit, & castellum in ea pulchrum, cum fortissima turri, ad Rheni fluenta construere cœpit, quæ omnia *Henricus Archiepiscopus* postea consummavit, cujus insignia lapidi insculpta, in memoratæ turris pariete vidimus expressa, sed ante annos *Bertholdus Archiepiscopus*, cum eandem faceret dealbari turrim, insignia Henrici fundatoris deposuit, & sua reposuit in locum.

11. *Cives Moguntini Ecclesias & cœnobia destruunt.*

Nec multò post Cives Moguntini obsidionem urbis à *Balduino* metuentes, consilio inter se male habito, armati Civitatem egressi, primo Cœnobium S. Albani, Ord. S. Benedicti, cum insigni Ecclesia funditus destruxerunt, paucis domibus duntaxat pro Monachorum habitatione dimissis: Ecclesiam deinde Cœnobii *S. Jacobi Apostoli*, in monte speciosio, juxta Pyramidem Drusi præ civitate, simili furore destruxerunt, cum omnibus pene domibus, paucis exceptis: postea Collegiatam S. Victoris Ecclesiam, una cum domibus Canonicorum fortissimis funditus everterunt: Castellum quoque in suburbanis *Wisenach* à fundamentis subverterunt, in odium Cleri, & custodiam sui, timentes, quod *Balduinus*, qui pro *Clero* stabat, præsidia sua in eisdem Monasteriis locaret. Pro qua temeritate Abbates & Superiores horum Monasteriorum cives Moguntinos postea ad Judicium Cameræ Imperialis, quæ tunc Francofurti servabatur, citarunt, in qua, dictante justitia, Cives, ut impii temeratores Jurium, libertatum & privilegiorum Ecclesiæ, læsis ad satisfactionem in magna pecuniarum summa fuerunt condemnati.

12. *Puniuntur desuper & exterminantur.*

Ab illo tempore, usque ad excidium Urbis Moguntinæ, divina justitia vindicante injurias, semper fortuna Moguntinis Civibus extitit contraria, qui quotidie in deterius proficientes, tandem usque adeò æris alieni gravaminibus sunt oppressi, ut in nihilum redacti, omnium in circuitu Civitatum & subsidium & amicitiam perdiderint, & seditione suborta postremo Civitatem, Dominium & Magistratum amittentes, aut mori aut exulare coacti sint. *Joan. Trithem. Annal. Hirsaugiens. tom. 2. pag. 168. & seq.* qui porrò *lib. 1. pag. 449.* de insolentia horum civium sequentia enarrat:

13. *Moguntini cives à conspectu Imperatoris fugiunt.*

Imperator Fridericus, ex Italia in Germaniam redux, Moguntiam descendit, causam & Authores necis Arnoldi Archipræsulis Moguntini inquirens: Cives autem Moguntini audientes reditum Cæsaris de Longobardia, quotquot contra Episcopum conspiraverunt, magno terrore perculsi sunt, & pene omnes, paucis de inferioribus exceptis, ne comprehenderentur, è Civitate clam & publicè fugiendo recesserunt, unus de primariis ex tot sceleratis captus & capite truncatus est;

14. *Abbas S. Jacobi in Moguntia præscribitur & cœnobium ejus desolatur.*

Abbas Godefridus S. Jacobi, unus ex principibus conjuratæ necis dicti Archiepiscopi, eò quod se coram Imperatore purgare non posset, decreto Imperatoris de Abbatia pulsus, patriam abjurare, & extra Moguntinam recedere provinciam jubetur. Monachi autem dicti Cœnobii jussu Imperatoris omnes in una domo per ministrales inclusi, videntes se in malo positos, & jam de vita omnino desperantes, alii per fenestras, alii quocunque poterant, ingenio fugam captabant, reliqui senes & debiles arbitre jussi, in omnem terram quocunque vellent, & mansit hoc cœnobium S. Jacobi 14. annos sine habitatore desolatum, postea tamen à Christiano Archiepiscopo Moguntino, consentiente Imperatore, restauratum est.

15. *Muri Moguntinæ urbis destruuntur.*

Imperator interea de consilio Principum muros Civitatis per gyrum in toto mandavit destrui ac funditus everti, ad comprimendam insolentiam civium & impetum reproborum, ne similia in Episcopum aliquem perpetrare de cætero præsumerent. Ac deinceps Moguntia sine muro stetit annis 37. & tunc primò iterum munitio fuit restituta.

Supra jam facta mentio ex *Stumphio*, quod Papa Pius II. *Dietherum de Isenburg*, Archiepiscopum Moguntinum, Pontificatu dejecerit & Adolphum Nassovicum ei surrogaverit, cum autem hic humanis interea eximeretur, Dietherus nil tale cogitans denuò concorditer eligitur Archiepiscopus, & inter alia, quæ magnificè fecit, castrum in fine Civitatis, lapideum totum à fundamento novum, atque pulcherrimum, parum ante mortem suam construxit, quod arcem S. Martini nuncupavit.

16. *Universitas Moguntina à Diethero fundatur.*

Gymnasium quoque Universale primus in Civitate hac novum instituit, quod Sixtus IV. consuetis ornatum privilegiis ad instantiam ejus confirmavit, cum præcipue Moguntia sit locus Studentibus aptus, ubi & victualium omnium copia exuberat, puritas aëris sanitatem habitantis diutius conservat, & urbis amœnitas ingenia literis dedita confortat. Unum solum esse, quod profectum institutionis bonæ debilitat, quia non est, qui Lectores in omni facultate sufficienter provideat, scribit *Trithem. cit. loco lib. 2. p. 485.*

17. *Descriptio Moguntiæ ex Boussingault.*

R. P. Boussingault Theat. du Monde part. 2. pag. 266. & seq. Moguntiam sic describit: Mayence, dont l' Archevéque est un des plus considerables Princes de l' Empire, tant pour le spirituel, & les Evéques qui dépendent de luy, que pour ses dignitez d' *Electeur*, & *de Grand Chancelier d' Allemagne*, qui a le pouvoir demander les Etats de l' Empire, est assise pres de l' assemblage du Mein & du Rhin. C' un une grande Ville & assez peuplée, qui a des Eglises superbes, sed Maisons à la Romaine, une florissante Université, un beau Palais, & qui se peut vanter d'avoir plus de restes de la venerable Antiquité, de toutes les autres Villes d' Allemagne, pourve qu' elle s' attribuë la gloire de l' *Invention de l' Imprimerie.* Cette ville est forte, tant à cause de son assiette, que de ses Murailles, & de son Peuple. La *grande Eglise*, qu' on nomme le *Dôme*, dediée à *S. Martin*, est un assez grand Vaisseau long, qui a deux Fonds, & par consequent deux Chœurs, & deux grands Autels, avec deux Chaires de Predicateurs. Il y a dans Mayence sept Eglises Paroissiales, dix Convents de Religieux, huit de Religieuses, cinq

Hôpitaux, seize Chapelles, & un *College de Jesuites*. Pres de Bingen, à quatre lieuës de Mayence, presqu' au milieu du Rhin, il y a une Tour nommée Musthur, c' est à dire la Tour des Rats, ou *Hatton*, Evesque de Mayence, fut mangé des Rats, par punition Divine, l' an. 914. pource qu'en certain temps de cherté, il assembla plusieurs Pauvres dans une Grange, & les fit brûler, disant que c'etoient des Rats, qui ne servoient qu' à ronger. Le château d' Hermenstein est renommé pour sa grande forteresse.

18. Alia descriptio ex Morery Dictionar. Historico.

Ludov. Morery in suo Dictionar. Histor. verbo Mayence Civitatem hanc sequenti modo describit: Mayence, Ville d'Allemagne, prés du confluent du Rhin, & du Mein, avec archevéché & premier Electorat de l' Empire. Les Allemands la nomment Mentz, & les autres, *Moguntia*, *Maguntia*, ou *Monguntiacum*; Cette Ville est considérable, & les Anciens Auteurs en font assez souvent mention. Et sur tout *Ptolomée*, *Tacite*, *S. Jérôme*, *Ammian*, *Marcellin*, *Eginhart*, *&c.* Quelques Auteurs tirent l' étimologie de son nom de Magog, fils de Japhet; de Magantius Troyen; ou de certains Mages ou Magiciens qui contribuerent à sa fondation. Mais je trouve cette origine aussi peu raisonnable, que celle que lui a voulu donner Gonthaire ou Gonthier, que quelques-uns appellent, *Ligurinus*, lequel parlant de l'entrée de l'Empereur Frederic Barberousse à Mayence, croit que son nom est tiré de celui de Mein qu' il nomme Mogus.

Drusus fonda Mayence, comme il est facile de le prouver parceque *Florus* dit dans le *Livre quatriéme de son Histoire*. Elle fut souvent ruinée, par les Bataves du temps de Vespasien, par les Barbares sous l'Empire de Julien, & par les Vandales, Alains, & Sueves, environ l' an. 413. comme nous l' apprenons d' une Epître de Saint Jerôme, â Ageruchia. Mayence souffrit d' autres malheurs dans le VI. Siécle l' an. 872. Un tremblement de terre l' Abima presque entierement, & une grande partie fut brûlée en 1080. Cependant, le bonheur que cette Ville a eu d' avoir été soûmise à nos Rois trés-Chrêtiens, durant long-temps, lui à été toûjours trés-avantageux. On estime que Clovis, aprés son Baptéme, l' Enrichit de diverses Eglises; Dagobert la répara considerablement, & *Charle Magne* y fit bâtir un *pont sur le Rhin*. Le plus Ancien Evêque de Mayence est *S. Crescent*, qu' on fait Disciple de S. Paul. S. Boniface Apôtre d' Allemagne, qui vivoit dans le VIII. Siécle, est consideré comme le premier Archevêque; La Métropole, dédiée autrefois à S. Etienne, & présentement à S. Martin, a divers *Suffragans*, comme *Wormes*, *Spire*, *Strasbourg*, & *Constance* dans les Gaules, & dans la Germanie de *Wirzbourg*, *Eichstat*, *Werden* ou Ferden, Coire, *Chur*, *Paderborne*, *Alberstat*, *Hildesheim*, *Augsbourg* & *Bamberg*. L' Archevêque de Mayence est *Doyen des Electeurs*, & *Grand Chancelier de l' Empire*;

Willigise qui succeda à Rupert, fut le premier de ces Electeurs, établis par l'Empereur Otton. On dit communément que ce Prelat porta une roüe en ses Armes, parce qu' il étoit fils d'un Charron, dont par humilité il voulut conserver la mémoire. Le Domane au Diocese de l' Evêque de Mayence, que ceux du païs appellent *Stift von Maintz*, est en partie dans la Franconie, dans le Cercle des quatre Electeurs du Rhin, dans la Hesse, & dans la Thuringe. Il a la Weteravie au septentrion, & le Bas-Palatinat au Midi. Ses Principales Villes aprés Mayence sont *Binghen*, *Aschaffenbourg*, où l' Electeur fait ordinairement sa demeure, *Miltemberg*, *Omenebourg &c.* *Fritzlar* dans le païs de Hesse, *Friedeberg*, *Wisbaden*, *Königstein*, *Erford* Capitale de Thüringe, le païs, d' *Eischfeldt*, *Duderstadt*, *&c.* dépendent, du même Prélat, qui a son Maréchal, & son Chancelier; Celui-là pour les affaires de la guerre; Et celui-cy pour celles de la justice. Mayence a aussi une *Université*, fondée en 800. & rétablie en 1482. Le Rhin est une trés-grande commodité à cette Ville: on le passe sur un pont de batteaux extrémément long. On y voit de trés-belles Eglises, le Palaïs des Princes, la Maison de Ville, & trois Châteaux, que les Voyageurs ne manquent pas d' y admirer; Et sur tout le Craën, qui est une Machine, par laquelle on décharge les marchandises qu' on y apporte sur la Riviére. On y remarque aussi le *Tombeau de Drusus*. Et le pont de *Jule Cesar*, & on y va voir dans le Voisinage la *Tour des Rats*, qui est au milieu du Rhin, & dont le Vulgaire ignorant dit tant de choses Fabuleuses. Mayence est renommée par l' Invention d' l' Imprimerie, vers l' an 1450. comme je le dis sous le nom de *Jean de Guttemberg*. Elle a eu part aux malheurs de l' Allemagne, durant les Guerres de ce Siécle. Les *François* la prirent *en* 1644. *Pierre Cratepole* a publié les Annales des Electeurs Ecclesiastiques, *&* *Nicolas Serrarius Jesuite* celles des Princes de Mayence en particulier & de la Ville. Hæc Civitas, sicut Ratisbona in Danubio, sic cum Colonia & Spira gaudet jure Stapulæ in Rheno, *Besold in thes. Pract. verbo* Stapel Gerechtigkeit.

Archiepiscopus Moguntinus simul est Elector, & inter Ecclesiasticos Electores primas obtinet, prout versiculi hi innuunt: 19. Moguntinus inter Electores est primus & Archicancellarius per Germaniam, & undè?

Treviris ætate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima.

Unde etiã in Curiis Imperialibus & Regalibus Romano Imperatori dextrum claudit latus, exceptâ Coloniensi Provinciâ, *A. B. c.* 3. §. 2. Vocaturque Archicancellarius Germaniæ, *A. B. c.* 2. *&* 3. §. 2. quam dignitatem *Wilhelmus, Ottonis I. Imp.* filius, & hic Archiepiscopus à Parente impetrasse tradit *Malincrot. de Archicancell. pag.* 30. ubi ita scribit: *Laudatissimum hunc Præsulem ab optimo parente*

rente suo hanc obtinuisse Sedi suæ prærogativam, ut perpetuis deinceps temporibus, non alii, quam Moguntini Antistites, Romani Imperii Archi-Cancellarii constituerentur; & prædictum, *Wilhelmum* quoque fecisse initium privativè possidendi, & exercendi hanc primariæ dignitatis functionem, uti reliquorum succedentium exemplis satis constat. Quam ob rem affectui paterno videri potest ipsius loci
20. dignitas suffragata fuisse: utpote cum jam inde ab antiquo inter Archi-Episcopales Sedes Moguntina Cathedra, præ reliquis Cisalpini Imperii, maximè insignis & excellens fuerit: tum ad *S. Bonifacii* honorem, nam de antiquitate forsitan aliis & inprimis Trevirensi Ecclesiæ concesserit, ut *Serarius lib. I. cap.* 17. quodammodo innuere videtur; tum ob ipsius etiam urbis, quondam florentissimas dignitatem & splendorem; quæ situs commoditate, commerciorum frequentia, aliisque dotibus inter Germanicas Imperii urbes caput extulerat, usque adeò ut à Reginonis Continuatore *Regia Civitas, & Franciæ Metropolis*, ab Authore autem Annalium Pithæanorum, vetustissimis scriptoribus *Germaniæ Metropolis* vocetur; atque hoc intuitu per excellentiam *Sigon. lib. 7. de regno Italiæ*, Moguntinum Antistitem vocat *Germaniæ Metropolitanum*, ac *Witikindus* Saxo, passim & ubique *Summum Pontificem*. Quanquam ipsius Provinciæ spatiosissima amplitudo Apostolatui *S. Bonifacii* Germanico debita, istam eminentiam præcipue huic Civitati conciliasse videri possit, utpote quæ 14. (*Bambergensi & Pragensi* inclusis) insignes & patentissimos *sub*
21. *se olim complecteretur Episcopatus*, quorum adhuc 12. nempe *Herbipolensem, Spirensem, Argentinensem, Paderbornensem, Hildesiensem, Eichstadiensem, Curiensem, Augustanum*, ut suffraganeos, retinet; nam *Halberstadiensis & Verdensis*, hic titulo Ducatus in Reges Sueciæ, ille titulo Principatus in Electorem Brandenburgicum vigore *Instrumenti Pacis Westph.* translati sunt; ita, ut de Metropolitanæ hujus Sedis Primatu nulli relinquatur dubium.

22. *Bœcl. Notit. Imp. lib. 6. c. 5. p. 96.* Electoris Moguntini munia sic describit. Est *Archi-Cancellarius* unus & solus effectivè; nam Coloniensis & Trevirensis titulos tantum gerunt, atque jure hujus Archicancellariatus per totum Imperium subscribit aut subsignat vel ipse, vel per suum Imperii Vice-Cancellarium, Decreta Imp. & Imperii in Comitiis & Conventibus, extraque conventus, tum alia Imperii nomina publicanda. Sigilla Imperatoria asservat, omnium actorum, chartarum, Archivi, matriculæ, monumentorum & variorum documentorum Depositarius & Custos est, ita, ut etiam expeditionem Italicarum rerum per Vice-Cancellarium administret. Directorium habet in Imperii Comitiis aliisque Conventibus, omni tempore locoque primus post Cæsarem & Regem Romanorum sedet. Solus in Aula Cæsarea Ministrum ac Vicarium sive Vice-Cancellarium habet, sibi quoque, non tantum Cæsarei Sacramenti religione obstrictum, qua de re extat Privilegium *Maximiliani I. de anno* 1509. sed & cæteri ad Cancellariatus Imperii procurationem destinati Ministri à Moguntino constituuntur, ipsique post Cæsarem juramento obstringuntur, & salariis è taxa Imperiali sustentantur. Solus *deputationem* ordinariam *anno* 1555. institutam convocat, proponitque; solus omni tempore extra conventus ab Imperatore literas accipit, per quas die Chur-fürstliche Gutachten eingefordert und eingeholet werden. Solus loquitur in Comitiali propositione, & Cæsari respondet nomine Electorum & Statuum. Est Protector & Director Postæ Imperialis. Solus est ausschreibender Fürst / & Director im Chur-Rheinischen Creyse. Tempore Interregni cum Vicariis Reipublicæ imprimis invigilat. Cancellariam in Camera regit. Soli Moguntino Legati Electorum, Principum, ac Ordinum Imperii, omnesque Deputati in Comitiis aliisque Conventibus se sistunt, mandata & credentiales offerunt, & desuper testationes expetunt, discessuri ante finitum conventum veniam petunt. Huic etiam exteri Legati & Residentes, Agentesque suas res primum exponunt. Expedit solus in Cancellaria acta, attestata, & alia momentosa pro Imperio. Coram ipso solo Reservationes, Protestationes, Denunciationes, Requisitiones & ejusmodi alia fiunt: Quemadmodum soli quoque Moguntino, ejusve Directorio traduntur Statuum Memorialia, Desideria, Commonitoria, Postulata & omnes omnium supplicationes & petitiones. Moguntinus solus decernit & intimat revisiones, nisi ipsemet sit interessatus, R. A. *de anno* 1594. §. 99. Solius Moguntini Cancellarius & Secretarius sitzen übern Tisch mitten im Saal bey Proposition und Abschied des Reichs-Tages / & licet hodie Electores suos etiam Protocollistas habeant, in discordantiis tamen standum Moguntino, ut authentico; Moguntino-Cancellario wird von Käyserlicher Majestät die Proposition zugestellet / *vid. Iren. ad Burgold. p.* I. *pag.* 172. & *seqq.* Reformat Cancellariæ defectus. Vocat ad Electionem Imperatoris reliquos Electores (an autem Sede vacante Capitulo hoc competat, *vid. Carpz. post disp. feud.* I. *quæst. I. P.* 3. &c. &c. (Ex quibus pa- 23.
tet differentia inter Cancellarios olim & hodiernos: olim enim Cancellarii dicebantur, qui cancellos servabant, fores enim veterum erant cancellatæ, id est, ex lignis reticulatim compositis textæ, uti patet ex *Cassiodoro in formula Cancellariat. lib. II.* Cancellarius non ut olim Ostiarii munus sustinuit, verum ex parte eorum, qui hodie in aulis communiter Principibus à Secretis & libellis supplicibus sunt, stetit. In Constitutionibus *Caroli M.* Cancellarius simpliciter pro Scriba & Actuario usurpabatur, *Goldast. Constit. Imp. p. m.* 269. Sed postea sub nostris temporibus & Regibus Francorum eò ascendit Cancellarii dignitas, ut, quo munere olim apud Romanos Quæstor Sacri Palatii,

De præeminentia Sedis, & laudibus ipsius Civitatis Moguntinæ.

14. Episcopatus Archiepiscopatus Moguntini.

Archicancellarii Moguntini prærogativa & ejus munia.

Differentia inter Cancellarios olim, & hodiernos.

Palatii, vel Logotheta apud Constantinopolitanos, eodem in Aulis Principum & Regum utatur Cancellarius.

14. Moguntinus est Decanus Collegii Electoralis. Præter Archi-Cancellariatus dignitatem adhæret huic Electori *Decanatus Collegii Electoralis*, ut patet ex Epistola Electorum *ad Benedictum XII.* Pontificem exarata, quæ extat *tom.* 1. *Scriptor. Germ. Freheri* inter Annales *Rebdorfii p.* 425. *& lib. Cerem. Eccles.* 1. *sect.* 13. *cap.* 3. Unde Capitulum, seu reliquos Electores regno vacante, ut dictum, convocare solet *A. B. c.* 1. §. 19. *c.* 4. §. 2. comparentibus formam juramenti dare: *A. B. c.* 2. *in pr.* & in electione Regis Romanorum Electorum vota perquirere, *d. c.* 4. §. 3. atque ipse demum ultimò rogatus suum promere, *d.* §. 3. licet olim primus jure Decani votum suum protulerit.

25. Moguntinus olim consecrabat Reges Bohemiæ. *Jus consecrandi Regem Bohemiæ* olim quoque Moguntinus habebat, ut ex Privilegio Ottonis, & Wenceslai videre est apud *Trithemium in Chron. Sponheim. pag.* 269. & 303. *Bruschium de German. Episcopat. cap.* 2. *Catal. Episcop. Mogunt. pag.* 15. Sed idem postea Henricus è Comitibus à Firnenberg, Archi-Præsul Moguntinus, vendidit Ecclesiæ Pragensi, adeò auri erat studiosus, amansque, inquit *Bruschius d. C.* 2. *pag.* 10. Aliter refert *M. Albertus Argentinensis p.* 135 Carolum Moraviæ Marchionem odio Henrici Moguntini, Pragensem Episcopum in Archiepiscopum promovisse, & à Moguntini subjectione exemisse, eidemque jus coronandi Regem Bohemiæ, antea Moguntino competens, concessisse. Et extat ejus in confirmationem apud *Goldast. tom.* 2. der Reichs-Satzungen *p.* 36. Käysers *Carls* des *IV. confirmatio. Balbin. in Epith. rer. Bohem. lib.* 3. *cap.* 16. *fol.* 314. dicit: Reges Bohemiæ ab Electoribus Moguntinis coronatos fuisse, & tantâ quidem opinione necessitatis, ut instante inauguratione Wenceslai III. Regis Anno MCCXCVII. Cum *Gerhardus* Archiepiscopus Moguntinus offensionem Bonifacii Papæ, eoque excommunicationem incurrisset, Rex dispensationem Pontificiam impetrare coactus fuerit, ut eo die, quo Regem Bohemiæ coronaturus erat, excommunicatio suspenderetur, die altero in eundem recideret. Tandem verò jus illud coronandi Ecclesiæ Pragensi venditum est, Carolo IV. Archiepisco oppidum Hœstat ad Mœnum, infra Francofurtum offerente cum telonio, *Balbin. d. loc. fol.* 262.

26. Quando Moguntinus coronet Imperatorem, & quando non. Jure autem coronandi Imperatorem adhuc hodie gaudet, nisi Cæsar Aquisgrani coronetur; kurtze Information, warum Chur-Cölln den Actum Coronationis Regis Romanorum vor Chur-Maintz zu verrichten gebühre/ vid. apud *Londorp. contin.* 7. *cap.* 127. Chur-Maintzische Antwort auff die Chur-Cöllnische Information, idem exhibet *Londorp. d. cont.* 7. *c.* 142. Sed tandem hæc lis inter utrumque Electorem *anno* 1657. 25. *Junii* sequenti modo est transacta:

27. Transactio ratione Coronationis inter Archiepiscopos Moguntinum & Coloniensem. (1. Wollen Ihre Churfürstl. Gnaden zu Maintz und dero Nachkommen / am Ertz-Stifft Maintz / zu Fortsetzung beständigen Wohlvernehmens / guter Vertraulichkeit und Freundschafft / wann die Frage / ob die Crönung an einen andern / als in der guldenen Bulle bestimmten Ort verrichtet werden solle? vorkommt / sich nicht allein mit ihrer Churfürstl. Durchl. zu Cölln und dero Nachkommen am Ertz-Stifft Cölln / einstimmig erklären / sondern auch dahin bemühen und vermitteln helffen / damit die besagte Frag / im Churfürsten-Rathe / bey Uberlegung des Käyserlichen Wahl-Eydes / und vor der Wahl jedesmahl vorgenommen und erörtert / und die Crönung zu Aachen werckstellig gemachet werde / nisi impedimentum legitimum obvenerit, wie die güldene Bull selbst redet / unter dem 25. Titul / in dem Absatz / so sich anfängt: *Invenimus etiam &c.*

(2. Daß beeden Ihren Churfürstlichen Gnaden und Durchleucht zu Maintz und Cöln / die Würde und das Amt zu crönen in ihren Ertz-Bisthumen undisputirlich / und zwar jedem in seinem Ertz-Bisthum / und seinem Bezirck / allzeit allein und fürnemlich zukommen solle.

(3. Da aber ausserhalb diesen beeden obgedachten Ertz-Bißthumen Maintz und Cölln / die Crönung in einigen deren unterhabenden Bey-Bißthumen oder in andern / ausser der Ertz-Bischofflichen Maintz- und Cöllnischen Landschafft gelegenen Ertz- und Bißthumen geschehen würde / alsdann soll dieselbe umwechselich von beeden Herren Churfürsten / Maintz und Cölln / verrichtet / und also ausser Aachen / und dann von beeden Herren Churfürsten sich vorbehaltenen / ihren eigenen Bezircks und Ertz-Bißthumen im gantzen H. Reich zwischen ihnen / der Crönung halber / eine durchgehende Gleichheit ins künfftige gehalten werden.

(4. Dafern die Crönung ausser denen Maintz und Cölln Ertz-Bißthumen / es sey inner oder ausserhalb beeder Landschafften / vorgenommen werden solte / alsdann soll es bey obgemeldten Umwechseln verbleiben / und haben ihre Churfürstliche Gnaden zu Maintz zu mehrer Bezeugung ihrer treuen Freund-Brüderlichen Wohlgewogenheit / nicht allein sich freywillig erkläret / sondern auch dabenebens des Erbietens seynd / bey nechster Wahl und deren Beeydigung bestmöglichsten sich dahin zu bemühen / daß die jetzt bevorstehende Crönung in der Stadt Cölln (weilen etwan wegen des kurtz hiebevor zu Aachen vorgegangenen Brand-Schadens / der Bewirthung halber / daselbsten es unbequem fallen dörffte) verrichtet werden möge.

(5. Solle dieser Vergleich nicht allein von beeden Herren Churfürsten unterschrieben / sondern auch von beeden Dom-Capituln / zu Maintz und Cölln / mitbewilliget / und zu ewigen Tagen hierauff einmüthiglich / fest und unverbrüchlich gehalten / auch andere Ausleg- und Ausdehnungen oder Einflickungen darinn keines Weges zugelassen / viel weniger das geringste sonsten dargegen vorgenommen werden; dessen allen zu Urkund / haben beede höchstgedachte Ihre Churfürstl. Gnaden und Durchleucht Maintz und Cölln / für sich und ihre beyderseits Nachkommen an

dero

dero Ertz-Stifftern/ fünff dieser verglichener Verträge unterschrieben und versigelt/ welche auch beyde Hochwürdige Dom-Capitul zu Maintz und Cölln mit bewilliget/ und zugleich vollzogen haben/ darob eine rechtgründliche Abschrifft Ihrer Churfürstlichen Gnaden zu Maintz/ eine Ihrer Churfürstl. Durchleucht zu Cölln/ und dero Archiv/auch jedem Dom-Capitul eine/ und denn eine zur Reichs-Cantzley ausgeantwortet und verwahrlich auffbehalten werden solle.

28. Quid ante transactionem, & post illam observatum? Videatur de hac Controversia *Bechman. in Syntagm. dignit. dissert.* 4. *cap.* 1. §.3. *Europ. Diar. part.* 1. *pag.* 948. Unde postea Sacratissimum Imperatorem Leopoldum Elector Coloniensis Francofurti inunxit & consecravit, Corona verò communi Electorum Spiritualium opera est imposita, *Diar. Europ. cit. part.* 1. *pag.* 939. sed in coronatione Augusti Nostri Regis Romanorum aliter observatum est, quem Elector Moguntinus inunxit, & consecravit, & posteà cum suis Assistentibus coronam eidem imposuit; & compositio inter duos Electores Moguntinum & Coloniensem in *Capitul. Leopoldin. Art.* 37. est confirmata. Nec illam infringit, quod Leopoldus Imperator *Anno* 1658. Francofurti in Diœcesi Moguntina à Coloniensi Electore injunctus fuerit, quia id certas ob causas, salvo interim jure Electoris Moguntini, factum, quia dum decretum esset in *Capit. Leopold. cit. art.* 37. ut coronatio, propter Aquisgranense incendium Coloniæ perageretur, super hoc articulo dispensatum fuit, & ob Leopoldi Cæsaris infirmitatem, ac ad parcendum sumptibus, Francofurti actus Coronationis peractus, ubi Coloniensis solus Cæsarem inunxit, sed *Coronam ei omnes tres Archiepiscopi* communi operâ imposuerunt, idque inveterata jam consuetudine. Sic enim Carolo V. tres Archi-Episcopi coronam simul imposuerunt, *Harm. Maur. Relat. coron. German. Caroli V. Ap. Gol' polit. Imp. p. III. num.* 3. Item Maximiliano II. cum Epiphonemate: *Accipe coronam Regiam Regni, quæ licet ab indignis, Episcoporum tamen, de veteri consuetudine, manibus, capiti tuo aptatur. Sim. Schard. descript. Coron. Maxim. II. ap. Gold. cit. l. P. I. n.* 10. *p.* 105. Ita etiam Moguntinus Treviro manum socialiter commodante, Regis Ferdinandi IV. Verticem Diademate incinxit. *Thulden. ad an. Christi* 1653. Notandum autem quod nemo Clericorum Electorum admittatur, ad peragendam inaugurationem Regis, nisi infulatus sit, quia quæ Ordinis Episcopalis sunt, uti hæc est, non nisi post consecrationem ab Episcopis exerceri queunt; Sic cum *anno* 1630. coronanda esset *Eleonora Augusta, Mantuana*, nec Anselmus Casimirus Moguntinus, nec Ferdinandus Coloniensis infulâ legitimâ gauderent, jus hujus coronationis *Philippo Christophoro Trevirensi* demandatum fuit; Unde quoque *Ferdinandus II.* Electores Ecclesiasticos adhortatus est; Es werden sich auch die geistliche Churfürsten der Consecration und des Amts halber vergleichen müssen/ sonderlich aber weil Chur-Cölln zu solchem Actu nicht habilitirt/ damit dero Statt gebührlich ersetzt werde.

29. Coronationis solennia. Coronationis nostræ Solennia sunt sequentia: Imminente Coronationis die, ad denuntiationem Electorum Norimberga & Aquisgranum *Imperii Clinodia* mittunt. Illa Coronam (quam Caroli Magni vulgò vocant, ejusque impensis confectam dicunt, cui tamen valdè obstat, quod in semicirculo supernè innexo nomen Imperatoris Conradi insculptum reperiatur) Annulum, Sceptrum, Pomum, Ensem, & Dalmaticam Vestem Caroli Magni, pretiosis Margaritis distinctam, paludamentum Cæsareum, cui Aquilæ aureæ Phrygio opere intexta sunt, Stolam auream, Amiculum rubri coloris, Chirothecas unionibus ornatas, & ex puro auro textas, Sandalia, Tibialia cum Caroli Magni Zona sive cingulo, quæ Sigismundum ei custodienda tradidisse ferunt, v. *Lindenspur. ad A.B.C.* 22. *& suprà verb.* Käyserliche Kleinodien/ *fol.* 113.

Aquisgranum capsulam gemmis pretiosis ornatam, in quâ sanguis S. Stephani reservari dicitur, Gladium Caroli Magni ad formam Hungari factum, cum pendiculo, & Evangelio literis aureis scripto; Hæc Electores Ecclesiastici, postquam dies coronationis illuxit separatim Ecclesiam ingressi, à Legatis illarum Civitatum accepta imponunt Altari, Regem coronandum in Pontificalibus suis exspectantes, Seculares verò in Curiâ, interim habitu Electorali ornati, Palatium Regis bini suo ordine, Legatis præsentes sequentibus petunt. His Palatium Regium ingressis Rex descendit, tùm Legatis præcedentibus, Bavarus cum aureo Pomo in medio, Brandenburgicus cum Sceptro à dextra, à sinistris cum Coronâ Palatinus, Elector Saxoniæ immediatè cum districto Gladio, Vicario vaginam præferente, Regem sub Throno à sex vel octo (tot nuper fuerunt, v. Politische Reichs-Händel/ *Art.* 28. *p.* 139. Senatoribus loci portando sic deducunt ad Ecclesiam, campanis sonantibus. Reliqui, Saxonis excepto, absunt Vicarii, ubi præsentes Principales.

30. Brevis descriptio actus Coronationis; qui de Coronatione Augustissimi Imp. Leopoldi, Imperatricis Eleonoræ, & Augusti Regis Romanorum Josephi videri potest in Jurisprudentia mea, lib. 1. tit. 5. Regem ita deductum in templi limine excipiunt Ecclesiastici Electores, & hinc ille quidem Moguntinum inter & Trevirensem; Aut si Moguntinus officium consecrationis sustineat, inter Trevirensem & Coloniensem ad oratorium, hinc ad Altare, & tandem ad Regale Solium, panno aureo ornatum, & sub Regio tegumento positum, ducitur: quo à Rege occupato, Electores traditis Vicariis insignibus, à Solii tergo sedes suas rubro serico vestitas quoque occupant. Post hæc incipit Consecrator S. Missam Rege ad Oratorium à reliquis Ecclesiasticis deducto, & Litaniâ reciprocè peractâ, interrogat: *Num Rex fidem servare, Catholicam Ecclesiam protegere, justitiam administrare, Imperium augere, viduas & orphanos defendere, Papæ reverentiam exhibere &c. velit.* Quibus annuens Rex ad Altare propius addu-

adductus de servandis promissis tale, tacto S. Evangelio, præstat juramentum: *Ego N. Deo annuente, volo, in quantum divino fultus fuero adjutorio, & precibus fidelium Christianorum, sic me DEUS adjuvet & Sanctum ejus Evangelium. &c.* quo facto Consecrator Electores, Episcopos & totum populum interrogat: *Vultis tali Principi ac Rectori vos subjicere, ipsiusque Regnum firmare, fide stabilire, ac jussionibus ejus obtemperare, juxtà Apostolum: omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit?* Ad quæ cum unanimi

31. Actus inunctionis. voce acclamant. *Fiat, fiat, fiat!* succedit *Unctio*, cujus finis est, ut sit Symbolum Gratiæ DEI, cujus donis omnes instructos esse decet, qui vel Ecclesiæ vel Reipubl. præesse velint: fit verò in nostrâ Germaniâ oleo Catechumenorum, quod Vertici primùm capitis, postmodum cervici inter utrumque humerum, porrò pectori, & tandem dextro brachio inter carpum & cubitum inungitur, ad singula his addictis verbis: *Ungo te in Regem oleo sanctificato in Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti; vid. Actum Coron. Matth. in Regem Roman. ap. Goldast. Polit. Imp. pag.* 1. In inauguratione Maximiliani II. tamen & palmæ manuum unctæ recensentur; *vid. inaugurat. ejus* ab *Heidenio* descriptam. De unctione Ferdinandi IV. In Regem Rom. testatur Anonymi descriptio Coronationis, daß er von Chur-Maintz/ adhibitis solitis Ceremoniis, oleo Catechumenorum, auff dem Scheitel des Haupts/ an denen Schultern/ Armen und den Händen seye ungiret worden/ immittelst die Capelle die Antiphonam: *Unxerunt Salomonem, & unxit te DEUS*, musicirt.

32. Indumenta sive vestitus Regius. Peractâ Unctione Ecclesiastici in Sacristiâ vestiunt eum, Pontificialibus Norimbergâ missis, Gladiumque Caroli Magni evaginatum ut justitiæ signum tradunt; posteà in vaginam reconditum à secularibus ei accingendum. Quo facto Regem *annulo* desponsat Consecrator, his additis formulis: *Accipe Regiæ Dignitatis annulum, ut eo Catholicæ fidei recorderis signaculi, & ut hodie ordinaris Caput, Princepsque Regni & populi, ita perseverabis auctor, & stabilitor Christianitatis, & Christianæ fidei, ut felix in opere cum Rege Regum glorieris per ævum.* Post splendidissimum juxta ac maximi pretii *Pallium* sivè *Paludamentum*, quod à Carolo Magno huc usque durâsse dicunt, injicit, conceptis verbis, optans: *Ut quemadmodum nunc in Regem Romanorum ungitur, ita DEO fortunante, stola fidei amictus in Christiana fide fortiter perseveret, & professione, regnaturus deinceps cum Rege Regum in æterna gloria.* Exin *Regium Sceptrum*, (quod Clementiæ nota, unde sceptro inclinato veteres Persarum Reges propitium suum ergà adventantes animum declarabant. *Esther.* 4. 11. *n.* 5. 2. Nota insuper Jurisdictionis, ideò Regibus Angliæ duo sceptra traduntur, alterum integrum, alterum subfractum, illud ad designandam M. Britanniam, hoc ad firmandam ejus in Galliæ Regnum prætensionem) ei porrigit, his adjectis: *Accipe Virgam Virtutis & æquitatis, quâ intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapsisque manum porrigere*, &c. Cum Sceptrum in dextram, simul & pomum aureum, quod Imperiale vocant, (cujus usum ab Augusto accersit *Isidor.* 17. *orig.* 49.) in sinistram ei tradit, in signum universalis Imperii, superimposita huic est crux, in memoriam S. Crucis, & honorem ejus, qui inde cruciatibus nostris medelam attulit. Testantur nempe Reges, se fidei in Christum crucifixum beneficio tanto potiri Imperio. Et addita creditur à Constantino Magno, occasione crucis, ab ipso in cœlis visæ. Aliter de Pomi hujus Imperialis, quod aliquando Mundum, (le Monde) vocant, origine & significatione sentit *Henrich. Spelman*; *Aspilog. pag.* 38. *Primus eam invenit*, inquiens, *Benedictus Papa, & anno* 1012. *Henrico Imperatori Romam venienti documento dedit, ne mundo aliter impetraret, quam ut ipse vivificæ crucis vexillo dignus tueri videretur. Acceptum Henricus Imper. statim misit Cluniacensi Monasterio conservandam, teste Glabro Rudolpho.* Post hæc demùm capiti Regis *Corona* (non ferrea, nec argentea, sed aurea, teste *Harim. Mauro de coronat. Caroli V.*) imponitur his formalibus: *Accipe coronam Regni, quæ licet ab indignis, Episcoporum tamen de veteri consuetudine manibus capiti tuo coaptatur. &c.*

Ita insignitus Rex, Sceptrum & Pomum Electoribus secularibus vel eorum Vicariis reddit, & ad Aram accedens, hujus tenoris præstat juramentum: *Ego juro & promitto, quod futuris temporibus leges & justitiam, pacemque Ecclesiæ DEI servare, & tueri, etiam populi subditi utilitatem promovere, justitiamque impertiri, prout in Concilio Principum Imperii expedire reperero, similiter Pontifici, Romanæ Ecclesiæ, aliisque Episcopis & Ecclesiis debitum honorem exhibere, & bona, quæ Ecclesiis donata sunt, integra servare velim pro viribus.* Quò præstitô rursùs conscendit solium (tunc nomine Collegii Electoralis gratulatur Moguntinus) sedensque ense Caroli Magni Norimbergensi, vel Aquisgranensi *Equites* creat. Ab August. Imper. Leopoldo creatos refert *Pancr. Lampad. in Polit.* Reichs-Händeln/ *art.* 20. *pag.* 140. Posteà duo Canonici Aquisgranenses, sub juramento, quod refert *Lim. tom.* 5. *ad lib.* 2. *c.* 7. *n.* 39. & certis solennibus Imperatorem in Canonicum Ecclesiæ B. Virginis, vel D. Petri recipiunt. Pro renovatione in hoc sodalitium Canonicorum solvit Imperator 57. aureos Rhenanos, & præterea ex consuetudine 3. Fuder Weins/ davon eins dem Capitul St. Adelbrecht zuständig: Item, für die Käyserliche obere und untere güldene Kleider zusammen 400. Joachims Thaler. *Noppius* in der Aacher Chronick. *l.* 1. *c.* 12. *p.* 72. Tandem Imperator Dalmaticam, & Sandalia in Choro deponens, Corona, pallioque servato, cum Electoribus Ecclesiam relinquit, pomposo, distinctoque Comitatu repetens Curiam. Repetitâ Curia Cæsar cum

cum Electoribus fenestras occupat & Sedes. Hi partes suas ordine peragunt, illo spectante.

33. Officia Electorum post coronationem. Elector Saxoniæ. Primò quidem *Elector Saxoniæ*, Imperii Archi-Mareschallus, (non quod habeat inter alios prærogativam, sed quod ita fert occasio, ut munus suum ante alios expediat) in Curiâ conscendit Equum, indequè cursu fertur in avenæ acervum, qui tantæ altitudinis, ut ad pectus vel sellam equi usque pertingat, argenteam de illo implens mensuram, (quæ cujus capacitatis esse debeat, non definitur, ex pondere tamen baculi, & mensuræ conjicere licet, eam mediocrem esse, & tantùm fortassis continere, quantum sufficit equo ad pastum unum, ein Futter-Mäßlein) quam primo venienti dat famulo, juxtà *A. B. c.27. & 1.* Non Cæsari præsentat, ut erroneè tradit *le Sieur de Bonair. en son discours, sur la conjoincture presente des affaires d'Allemagne p.49.* citatus *Limnæo ad A.B. c.2.7. §. 1. obs.7.* (in coronatione Ferdinandi III. avena non primo venienti famulo data, sed statim ab Electore Sax. effusa est, notante *Schüz. vid. 1. D.7. th.24. l.E.* quod & in Coronatione Leopoldi factum, *Diar. Europ. p. 947.*) fixo post in avenam baculo argenteo, Vice-Marschallus de Pappenheim juxta *A.B.c.27.* Constitutionem avenam distribuere debet, verum hodiè ejus nulla fit distributio, sed plebis inhiantis direptioni relinquitur. Equum autem mensuramque argenteam cum bacillo sibi vindicat Vice-Marschallus de Pappenheim.

34. Elector Brandeburgicus. Secundò juxtà *A.B.c.27. Elector Brandenburgicus*, Archi-Camerarius, aut ejus Vicarius (Sprengerus Marchionem Brandenburg. officium exhibere scribit post Bavariæ Electorem) equo vectus ad mensam in medio stratam properat, indeque *Malluvium argenteum cum gutturnio accipit*, in Curiam rediens Imperatori aquam manibus abluendis præbet, sæcularibus reliquis mantile interim tenentibus. *A.B. c. 27. §. 3.* tempore inaugurationis Caroli IV. auream pelvim adhibitam fuisse refert ex aliis *Lehemannus l.7. Chron. Spir. cap.35. p.781.* Idem factum tempore Caroli V. scribit *Hartm. Maur. in descript. Epuli Regii.* Ac Maximiliani II. *Author. descript. Epuli Regii Maximil. II. anno 1562.* verum non auream, sed argenteam, & deauratam fuisse conjicit *Limn. ad A.B. c.27. §.3. obs.2. ex protocollo Electionis Caroli V. ap. Goldast. polit. Imper. part. 1. p.52.* Equus cum pelvi, & manutergio cedit Sub-Camerario, Principi de Hohenzollern.

35. Elector Bavariæ. Tertiò Archi-Dapifer (qui hodiè *Bavarus*) vel ejus Vicarius, equo culinam intrat, de *bove assato* (qui integer, neque capite, neque pedibus, aut aliâ parte mutilatus, saltem pelle & intestinis rejectis, vario exquisitoque ferarum & altilium genere farctus, ingenti veru ligneo trajectus, duabus rotis ad prunas subjectas versatur, ac nocte dieque assatur) frustum in patinam argenteam petens, ponensq; Mareschallo, vel Vice-Mareschallo cum baculo, majoris splendoris causâ, præeunte, ante Imperat. in mensâ, bove multitudinis direptioni relicto. *A.B. c. 27. § 4.* qui §. quidem quatuor Scutellarum meminit, sed *Sprenger. in Instit. jur. publ. c. 29. p.187.* tantùm unius mentionem facit, quæ bovis assati frusto impleatur; qui ap. *Goldast. Polit. Imper. p.3. Disc.2. p.154.* descripsit convivium Caroli V. ait: Der Pfaltz-Graf (*tum temporis officium Palatini erat*) ritte in das Hauß/ da die Küchen war/ nahme 2. Essen auffeinander ꝛc. eumque numerum etiam in convivio Ferdinandi III. anno 1636. Ratisbonæ coronati observatum, ita, ut duæ scutellæ cibis repletæ fuerint, & aliæ duæ ad cooperiendum cibos servierint, notavit *Limn. ad A. B. c.27. §. 4. obs. 4. conf. descript. coronat.* apud *Carpzov. c. 11. §.10.* Sed *Author Coronationis Leopoldi in Diar. Europ. p.947.* scribit: Der Herr Graf Truchses von Zeil habe im Namen Chur-Bäyern ein Stück von dem gebratenen Ochsen geholet in einer silbernen Schüssel ꝛc. Sicut autem in numero, ita & in Materia scutellarum Authores variant. Scutellarum aurearum meminerunt describentes conviviū Caroli V. Metis in solenni curiâ an. 1356. apud *Lehman. in Chron. Spir. lib.7. c.35. p.781. A. B.* tamen *d.l.* argenteas dicit; instrumenta officii cum equo similiter sibi vindicat Vicarius, Comes de Zeil. 36. De bove ad Convivium Imperiale assato.

Hoc autem, quod bos per urbem antè spectaculo ductus, integer, variis animalibus farctus assetur (rem cum antecedenti ritu, quia lectu non injucunda, ex *Diario Europæo & Thuldeno* adhuc semel repetam; Ita verò *Diar. Europ. p.1. p.919.* Diesen Tag ward zu Franckfurt der auff die Käyserliche Crönung zu braten gewidmete Ochs/ mit verguldeten Hörnern/ und mit gelbem/ weissem und schwartzem Tuche bedecket/ von etlichen Fleischers-Knechten durch die fürnehmste Gassen der Stadt herumb geführt/ selbige Nacht noch geschlachtet/ und deß folgenden Tags/ altem Brauche nach/ also gantz ohne Eingeweide/ an einem höltzernen Balcken/ den zwo Personen vermittelst zweyer Räder herumb kehren kunten/ angesteckt/ und fest gemacht/ da er denn in der auff dem Römer-Platze von Brettern hierzu zubereiteten Küchen/ biß auff bestimmten 22. Tag Julii/ bey langsamem Feuer gebraten/ auch mit allerhand Feder-Viehe gespickt worden. Et Thuldenus ad An. MDCLVIII. Ita: *Juvencum altilem Senatus Francofortensis habebat, non grandi corporaturâ, sed pingui admodum, qui, ut Lyrici utar verbo, qua notam duxit, niveus videri, cætera fulvus, ante diem tertium Kalendas Sextiles per urbem spectaculo ductus est, cornua ejus & mentum & bifidæ ungulæ auro tenui circumposito fulgebant: operimento fulgentissimo ad Romanum pertinente Regem, & luteo, nigro, alboque coloribus distincto instratus erat; Sertum viride ac florulentum ex liliis, narcissis, tulipas dicunt, omni colorum varietate vernantibus, inter cornua & aures, circum frontem & caput serpebat. Quatuor eum anteibant Germanicæ Lyræ fidicines, duo tibiis canentes, multitudo ingens puerorum,* & mu-

& mulierum sequebatur, quæ coronati ad victimam juvenci breve gaudium commiserans de se mutato nomine querebatur: Ducere enim in bonis dies suos hominem, & in puncto ad infernum descendere. Destinatus rei coquinariæ juvencus ad Culinam ut venit, à duobus Laniis, qui mappis albentibus præcincti erant, excipitur; detrahitur ei stragulum, vitta serti, & verbenarum solvuntur, nec superest quicquam, nisi ut frontem supina securi pulsatus humi succumbat, juguletur, lingua evulsa careat; Ubi id factum est, tractorio sublatus fune trabe suspenditur, pelle ad mentum, & ungulas inauratas exuitur, ventre aperitur, visceribus intestinisq; exemptis, aqua pura eluitur. Hoc laniorum opus fuit: Ubi eum Coqui accepere, querna & quadrata trabe induitur, collum & caput fune alligantur, reliquum corpus ferreis cuspidibus, per cava ad id comparata immissis constipatur; Versatur in tertium diem versatili rotabili machina trabs, & supposita sartagine liquamen non flamma, sed prunis asso expressum recipitur, &c. Ita non tantùm in Germaniâ nostra, quando Rex Romanorum coronatur, fieri consuevit, verùm etiam in Italiâ, quando Carolus V. à Pontifice Bononiæ coronam suscepit, observatum fuit, ac quadantenus in Turciâ quoque in usu est, probante *Limn. ad A. B. c.27. §.4. obs.6.* Nec non in Regno Sueciæ, notante *Thuldeno ad An. MDCLIV.* originem autem moris hujus credit *Hoppinck. de insign. & armor. prisco & novo jure c.2. §.7. sect.2. membr.2. n.856. p.149.* deductam à Triumphis Romanorum, qui cum solenni pompâ per Urbem in Capitolium Imperatorem ducerent, taurum ibi immolârunt, & splendidum apparârunt convivium. *Conf. Sigon. lib.1. antiquit. Civit. Rom. pag.81.*

37. Elector Palatinus. Succedit Equo vectus *Palatinus*, Imperii *Archi-Thesaurarius* vel ejusdem Vicarius, Comes de Sinzendorff, missilia i. e. nummos aureos & argenteos Imperatoris effigie, die & anno coronationis insignes spargens, equo, nummorumque parte Vicario relictis. Initium hujus rei fecit Palatinus primùm in coronatione Ferdinandi IV. Regis Rom. Anno 1653. ubi nummos projecit, in quorum (argenteorum scilic.) uno latere inscriptio talis est: FERDINAND. IV. HUNG. ET BOHEM. REX. CORON. IN REGEM ROMANORUM XVIII. Junii MDCLIII. in altero latere videtur sceptrum attingens solem cum transversâ inscriptione: PRO DEO & POPULO. in Imp. Leopoldi inauguratione *an.1658. d.1. Aug.* Francofurti facta rursùs officium hoc in nummis spargendis inchoavit Palatinus, per Vicarium de Sinzendorff perficiens. Ita enim in relationibus istius actûs legitur: Chur-Pfaltz ohngefehr 10. oder 12. Schritt von der Römer-Thür unter das Volck reitend/ und das erste Geld außwerffend/ begab sich hernach bald wieder auff den Römer-Saal/ gleich hernach præsentirten sich beyde Herren Grafen von Sintzendorff als Erb-Schatzmeister/ und wurffen in dem Schrancken herumb/ biß wieder zum Römer/ das übrige Geld unter das Volck immittels die Trompetter sich hören liessen.

Agmen claudit *Rex Bohemiæ, Imperii Archi-Pincerna*, vel ejus Vicarius super equo scyphum argenteum, juxta *A. B. c.27. §.5.* (quem tamen Historici Bohemi, quorum meminit *Lehmannus lib.7. Chron. Spir. cap.35. p.781.* Aureum fuisse dicunt eo in Actu, quem ipsi describunt) vino aqua mixto plenum Imperatori porrigens. De Scyphi capacitate *A.B.* nil exprimit, aliqualis tamen conjectura ex pondere 12. marcarum desumi potest, eum capacitatis esse non Exiguæ, impletum esse vult constitutio, ubi verò, & à quo impleatur, silet. Extra locum convivii impleri ab Imperatoris Tricliniario, atque Archi Pincernæ tradi, conjecturam capit *Limn. ad d. §.5. obs.15.* Ita ut ipse equo insidens usque ad ædes, ubi convivium agitur, eum ferat, & ibi descendens ab equo, Imperatori, potum instar Pincernarum aliorum prægustans, exhibeat: quod quando fieri debeat, in *A. B.* non indicatur aliter, quam quod id tunc, cum cæteri Electores munia sua impleverint, fieri debere dicatur. Conjecturatur ergò *Limnæus* hoc fieri mensa jam cibis onerata & Imperatore illos capiente, cum apud *Goldast. Polit. Imp. p.3. Disc.2. p.154.* dicatur id factum; Als Jhro Maj. (Käyser Carl der Fünffte) ein wenig gessen hatte. Scyphum & equum Subofficialis, Pincerna de Limburg, sibi servat. 38. Rex Bohemiæ.

His solennibus absolutis Comites & Barones Imperii ad id selecti & requisiti, cibos pro Imperatore paratos ad mensam ejus afferunt (quemadmodum in relatione coronat. Leopoldi legimus, daß damals durch 50. Grafen dieselbe aufgetragen worden) accumbit Imperator, Electorum Ecclesiasticorum Seniore mensæ benedictionem prius peragente; Tum Ecclesiastici, eo, in cujus Diœcesi Actus sit, in medio procedente, argenteo baculo suspensa sigilla & typaria Imperialia apportant, (Typarii nomine hic venit instrumentum, quo ad incudendam in ipsis bullis Principis imaginem, & arma utebantur. *Mallinkrot. de Archi-Cancell. Imp. lib.1. p.119.* Conjunguntur autem à Carolo IV. in *A. B. c.26. §.2. c.27. §.2.* Sigilla & typaria non quod diversa sint, sed ut constet, sigillum hic nihil aliud significare, quam typum cui insculpta est facies, & forma sigilli, quam per impressionem communicamus materiæ, cujus usus est in sigillis, *Limn. ad A. B. C.26. §.2. obs.4.* Ante Imperatorem in mensâ decenti reverentia deponentes, quibus Moguntino redditis, baculum Vice-Cancellarius jure Dominii, sigilla verò in custodiam, recipit. Ille tamen, in cujus Archi-Cancellariatu solennis Curia celebratur, majus Sigillum Imperatorium, durante convivii actu, teniâ vel catenâ collo appensum, & ad pectus usque dependens, gerit, ut admoneatur, nihil eo signari, aut confirmari debere, nisi quod intimo cordis sinu complexum, atque totius animi sententiâ ratum, & comprobatum habetur, quodque nullo modo retractatum, aut refutatum

tatum velit unquam. *A. B. cap.* 27. §. 2. *ubi Limn. vid.* Convivio autem finito, Imperatorem ita ad Aulam usque concomitatur, ad diversorium reversus per aliquem de suis Cancellario Aulæ Imperialis sive Vice-Cancellario Imp. illud super equo remittit, quem unà cum baculo isto hic sibi pari jure, ac secularium Vicarii suorum Principalium instrumenta ad officia expedienda adhibita, vindicat. *A. B. D. l. Ibique Limn.*

Cum autem Imperator accumbit, & Electores, peractis officiis suis, suas occupant mensas, singuli singulas, ex *A. B.* sex, ex modernâ consuetudine tribus pedibus Imperatoriâ, Imperatricis verò, si adest, ex præscripto *A. B.* tribus, ex observantia verò uno pede depressiores, uno vel duobus pedibus tamen Principum tabulis elatiores.

Electorum præsentium mensæ conspiciuntur cum tegumentis (Himmel nos dicimus) & credentiis, in quibus singuli sua supellectilia aurea & argentea ostentant. Principum verò tabulæ illis carent. Quatuor Civitates, *Norimberga*, *Aquisgranum*, *Colonia*, *Francofurtum*, in separato proximo prandent conclavi, singulæ singulas suas habentes mensas. A dextro Aquisgranensis, Norinbergensis, à sinistro Coloniensis, Francofurtensis, cum separatis suis credentiis. Ratio autem, quare Aquisgranum & Norinberga ad hoc convivium vocentur, est, quod ornamenta ad actum coronationis conferant, Francofurtum autem adjungitur ipsis, quia ibi ordinariè Imperator eligitur. Quod verò Coloniam attinet, ab iis cum *Limnæo* rationem audire desidero. Convivantur omnes lautè, sumptibus Cæsaris, fluente interim ex fonte vino Albo & rubro, jactoque è culina pane similagineo.

Finito convivio Imperatorem ad Palatium & conclave comitantur, ubi acceptâ ab illo cum gratiis abeundi licentia, singuli se ad discessum præparant.

39. Laudantur solennitates Imp. coronationis.

Hæ sunt illæ Augustæ solennitates in Imperatorum & Regum inaugurationibus consuetæ; quales etiam olim apud Israëlitas in Principum & Regum inauguratione interveniebant, scilicet *primò* Unctio per sacerdotem vel Prophetam, 1. *Sam.* 10. *vers.* 1. Tulit Samuel Vasculum olei, & fudit super caput Saulis, dicens: *Ecce, unxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem*, quod etiam commemoratur de Davide. 1. *Sam.* 16. *v.* 13. de Salomone. 1. *Reg.* 1. *v.* 34. denotavit autem hæc Unctio, quod Spiritûs Sancti, qui est spiritus prudentiæ & sapientiæ, dona Magistratui sint necessaria, & quod Deus piis precibus invocatus eadem velit Regibus legitimè electis conferre, sicut de Saule & Davide dicitur: *quod post factam inunctionem immutati sint in viros alios, & Spiritus Domini in illis sit directus.* 1. *Sam.* 10. *vers.* 10. & c. 16. *vers.* 13. Undè Unctio Imperatorum, & Regum adhuc hodiè retinetur. Tum traditus est ipsis liber legis. 2. *Reg.* 12. *vers.* 12. Ubi Jojadas Sacerdos produxit Joas, & posuit super eum diadema & testimonium. Dein manus imponebantur capiti, & conferebatur corona *N.* 27. *vers.* 22. & 23. 2. *Sam.* 12. *vers.* 30. 1. *Paral.* 20. *vers.* 2. ubi tulit diadema Regis Ammonitici de capite ejus pondo auri talentum, habens gemmas pretiosiss 1. mas. & impositum est super caput David. Porrò collocantur in solium regale, in signum Regni ipsis traditi, 2. *Reg.* 11. *v.* 19. supponebantur ipsis vestes. 2. *Reg.* 9. *vers.* 13. Cum Principes Exercitus intelligerent, Jehu divinitus esse declaratum Regem, festinaverunt, & unusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus ejus in similitudinem tribunalis, quæ erat militaris, & extemporanea pompa, in signum subjectionis, in Equum & currum Regium imponebantur, ornamentis Regiis illustrabantur, solenniter proclamabantur, cum publicâ lætitiâ. 1. *Sam.* 10. *v.* 20. ubi dixit Samuel ad omnem populum: *Videtis quem Dominus elegit, & clamavit omnis populus: Vivat Rex. cap.* 11. *vers.* 15. Cum Saul in Regem coronaretur, lætatus est Saul, & cuncti viri Israël valdè. 1. *Paral.* 29. *vers.* 22. Cum Salomon secundò ungeretur, Israëlitæ comederunt & biberunt coram Domino in die illo, cum grandi lætitiâ. 2. *Reg.* 11. *vers.* 12.

Apud omnes ferè gentes pro consuetudine & Statutis variæ sunt inaugurationis ceremoniæ, quarum pleræq e conveniunt, veluti sunt *Corona*, quia Imperatores Romani olim tribus coronis coronabantur, *ferreâ* scilicet, *argenteâ & aureâ*. Nimirum ad Exemplum Salvatoris, quem hisce tribus coronis coronatum sacræ designant litteræ. Argenteâ, ut *Zachar.* 5. Sumes Argentum, & pones in capite Jehu; Ferreâ, ut in *lib. Reg.* sub Imagine Zedechiæ, qui ferream sibi fabricavit coronam, Auream, ut in *Apocal.* vidi suprà nubem filium hominis, habentem in capite suo Coronam auream. *Fascia candida* Capiti Regis vel Reginæ circumligabatur, *Justin. libr.* 15. *pag.* 122. Sceptrum, gladius, Hasta, Pomum, Globus, Liber legum fundamentalium, Regni Claves, securis, Virgarum fasces, in more erant. Baculus, Amictus, Vestitus purpureus, holosericus, regius, cujus color rubicundus, sanguinis Imperium, & necis inferendæ potestatem denotavit. Romanis Consuetudo erat, Principem Electum impositum scuto militum humeris extollere in altum. *Bulenger de Imp. Rom. lib.* 2. *c.* 2. Rex Hispaniæ ad certos Articulos jurat, se defensurum Ecclesiam, & justitiam benè administraturum, juxta leges patrias. *Althus. polit.* 19. *n.* 42. leges fundamentales Regni Gallici præcipuas refert, *Hottoman. lib.* 1. *de Antiq. jure Reg. Gall. c.* 23. *& Althus. polit. c.* 19. *n.* 43. 44. Rex Angliæ jurat, se totâ vitâ exhibiturum reverentiam, & honorem Deo: se dicturum jus populo æquabile, & abrogaturum omnes iniquas leges, & injustas consuetudines, *Althus. d. loc.* Clericorum autem Angliæ juramentum, quod ipsi vicissim Regi præstant, à Pontifice tanquam hæreticum est damnatum, cujus formam exhibet *Widrington. in disp. pro juram. fidel. Anglic. Thes. Basil. tom.* 5. *de Homag. subjection. concl.* 437. Juramentum Principum

40. Explicatur denotatio Clenodiorum & aliarum ceremoniarum.

Brabantiæ, Regum Poloniæ exhibet. *Alt-husf. polit. d. c.*19. Juramentum Regis Sueciæ habetur in *Exegesi historicâ causarum, quibus ordines Regni Sueciæ provocati Sigismundum tertium Suecano exuerunt diademate. fol.*79. Atque formula juramenti refertur. *Thes. Basil. d. tom.* 5. *Disp. de Homag. concl.* 440. ubi quoque concl. 442. referuntur conditiones, in quas juravit *Transsylvaniæ* Princeps Bethlehem, & sub quibus regimen Provinciæ ipsi est commissum, & *concl.* 47. de Persarum Regibus, tradit *Keckermannus in disputationibus politicis disput.* 1. *Aphorismo* 10. & 11. quod subditis jurent per Mithrem, hoc est, divinum solis numen, iisque fidem datâ dextrâ obstringant. Inaugurabantur verò à gentis suæ sacerdotibus hoc ritu: fuit bellicæ Deæ sacellum, quam Minervam quis conjectura fuisse augurетur, illud Rex ingrediebatur, & veste suâ posita, eam quâ Cyrus privatus adhuc, uti consueverat, induebat. Dein Caricis seu ficubus passis vescebatur, terebinthi etiam aliquid erodendo absumebat, & denique oxygalæ, seu acidi lactis poculum exhauriebat. His peractis Cydaris, diadema capiti ejus imponebatur, cum nominis mutatione. Existimatur per vestem depositam, & Cyri, adhuc hominis privati assumptam, Persas superbiâ Regem exuere, & humilitatis memoriâ investire voluisse; Caricæ, quas comedebat, animum sincerum ac nullâ sævitate suffusum denotâsse, è quo omnem fraudem & malitiam virtutis exercitiū, velut è ficu tenuiores spiritus solis lumen extraxerit. Terebynthum verò gustâsse, quod ut ipsa odorem naribus fortissimū, etiam longè absentibus afflat, sic ipse Imperii dignitate velut Teribyntho illinitus, omnibus populi nationibus citiùs innotesceret; Oxygalæ denique exhausisse poculum, ut gustus variarum curarum, qui acris ei, & peramarus futurus erat, veluti primis labris imprimeretur, ne posteà mole tantâ inopinatò obrutus deficeret.

41. Ditiones Moguntinæ.

Ditiones hujus Eminentissimi Electoris præcipue in Franconia sunt. Civitatem *Höchst* Carolus V. an. 1352. Electori Henrico donavit. Conrad. III. Elect. *Steinhemium* oppidum cum adjacentibus pagis, Sylvis & aquis pertinentibus emit *an.* 1424. Elect. Daniel priori seculo Comitatum *Reineccensem*, ut feudum sibi apertum occupavit, & Comitatum *Königsteinensem* cum arce, frustra protestantibus & jus suum deducentibus Comitibus Stolbergiacis, ad se traxit, ejusque investituram à Cæsare postmodum obtinuit, cujus ratione peculiare suffragium in consessu Comitum Imperii habet, jus suum sibi reservarunt Comites. *vid. Deduction,* die Königsteinische *Succession* betreffend. Elector *Philippus* Dominatus *Starckenbergensem, Heppenheimensem, Pensteinensem, Morlebacensem & Loreschensem*, qui Electori Palatino inde ab an. 1464. oppignorati erant, iterum soluta pecuniæ summa debita sibi vindicavit. *Eichsfeldiam* ex capite emptionis sibi hactenus vindicat cum adjacentibus locis, inter quæ præcipua sunt, *Heiligenstadium, Duderstadium*, quondam munitum, jam verò solo æquatum, quantum ad vallum. Contradicunt Duces Brunovicenses & Luneburgenses, venditionem ab Ottone prætensam & facultatem vendendi Ottoni fuisse negantes, interim possidet Elector. *Ernestus Augustus*, Elector Hanoveranus, mortuo fratre *Joanne Friderico*, signa possessionis animo retentæ edidit per Notarium & testes. Novissimè tamen huic prætensioni renunciatum, ne voto suo Novemviratui Elector forte abesset. Civitatem antea liberam *Erffurtum*, cum districtu anno 1664. *Joannes Philippus* in suam redegit potestatem; pertinet præterea ad Moguntinensem Diœcesin *Rhenogoja* vini frugumque feracissima, *Steinheimium* ad Mœnum, cum 16. pagis, ab Eppsteinensibus Comitibus Conradus Præsul *anno* 1424. præsenti acquisivit pecunia. In Hassia *Fridislarium* præcipuè & *Amelburgum* possidet. Modernus Eminentissimus Elector præter Archi-Diœcesin Moguntinam possidet quoque Episcopatum Bambergensem.

42. Prætensiones Moguntinæ.

Præter hæc, Electorem Palatinum obliquis aspicit oculis, ob prætensionem in arcem & Præfecturam *Beckelheim*, in quantum ditiones Palatini respicit, *prout refert Wilhelm.* im Hof/ quæ in eo fundatur, quod olim & semper pertinuerit ad Jurisdictionem Ecclesiæ Moguntinæ, & in transactione publica *anno* 1663. cum Comite *Palatino Simmerensi* inita, qua extat, ut si hic decederet, arx ista & præfectura ad Moguntinum rediret; sed respondent his Elector & Comites Palatini, transactionem illam esse nullam, quia contra eam protestati sint, & simul asserunt longa temporis possessione in suum patrimonium esse versam, suæque domui acquisitam. *Francofurtum* ad Mœnum cum Electore Moguntino non adeò bene convenit, nec vanus creditur Civitatis esse metus à nonnullis, qui veterem prætensionem, si occasio ita tulerit, ab aula Moguntinensi resuscitatum iri existimant. Equidem ratione Civitatis ipsius prætensio nulla esse poterit, ratione verò trans Mœnum jacentis *Saxenhusæ* quondam prætextum quæsitum esse constat. Commoditas loci invitare videtur, & prætensum dominium Mœni fluvii; ansam porrò præbent *nundinæ* solennes pulcherrimæ, quæ olim Moguntiæ institutæ fuere, crediderim tamen initam obstare omnibus his transactionem, & jus semel quæsitum, atque præscriptione validissimâ firmatum. De transactione Electoris Moguntini & Civitatis Francofurtensis, circa jus conducendi & navem nundinalem, *vid. Limn. & Chronicon. Francofurt. pag.* 215. Porrò Hassiæ Landgraviis non adeò favere videtur, maximè propter ditiones, inter quas *Eschwvegum*, aliaq; oppida, in quas prætendit Moguntinus. Antea Capitulum Wormatiense Episcopos suos ex Ecclesia Moguntinensi eligere & petere solitum est, quæ Civitas & juramentum fidelitatis præstare tenetur, sub reservatione certa & salva urbis libertate, &, uti

vocant,

vocant, immedietate, cujus Protector est Elector Palatinus, uti Præpositus Capituli Wormatiensis in contrarium est Cancellarius Academiæ Heidelbergensis, sed utrumque Electorem Wormatia reformidat, ideoque Archipræsulem Moguntinum hactenus amplius non expetiit, quæ omnia sic refert cit. *Wilh.* im Hoff.

43. Insigne Electoris Moguntini.

Insigne das Wapen hujus Archiepiscopatus & ejusdem Præsulis Rota est, cujus Principium à *Willegiso* Ottonis III. Præceptore, Archipræsule Moguntino communiter solent deducere. Notant enim eundem Patre rhedario fuisse natum, in pago quodam Struvingen, indeque ut suæ sibi originis sortem perpetuò in mentem revocaret, rotam in Cubiculo suo pingi curasse, hac inscriptione: *Willigise, cogita quis sis, & quis fueris*; vel, ut habet Peterman Etterlin *in Chron.* der löbl. Eidgenossenschafft *pag.* 31. Er habe von Demuth wegen alleweil ein Pflugrad bey seiner Bett-Stätt hangend gehabt / darinn geschrieben mit grossen güldenen Buchstaben: Willigis, gedencke / von wannen du kommen bist. Hujus in memoriam rotam postea insigne Successorum hoc in Archiepiscopatu permansisse, accedente insuper Imperatoria confirmatione Henrici II. *Pantaleon illust. Heroum part.* 2. *pag.* 136.

Bert. in Comment. rer. German. lib. 2. *p.* 201. primum hujus Ecclesiæ Episcopum scribit

44. Series Episcoporum Moguntinorum.

S. Crescentem, qui *S. Pauli* auditor fuisse perhibetur, ab eo in Germaniam missus, & Moguntiæ docuit.

2. Bodardus sive Budibardus.
3. Sophronius.
4. S. Maximus, qui scripsit adversus Arrianos anno Christi 345.
5. Sidonius.
6. Marinus, interfuit Synodo Coloniensi, in qua Euphrates Episcopus Photinianus, quem Gothi victores evexerant, dejicitur *anno* 396. obiit an. 403.
7. Sigismundus.
8. Lindegasius.
9. Auræus, ab Hunnis trucidatus *anno Christi* 454. quo Moguntia *ab Attila* funditus eversa, & solo æquata est. Eo tempore Ariani & Photiniani Germaniam inferiorem sua opinione infecerant.
10. Rudelinus.
11. Landovoldus.
12. Haboaldus.
13. Sigebertus vixit *anno* 498. sub Rege Clodoveo Francorum Rege. Hoc tempore cœpit exstrui vetus Monasterium Virginum, liberalitate Wilvidis Francorum Ducissæ, quæ neptis erat Sigeberti, ex Sorore Mechtilde, gubernatrice Provinciarum Rhenensium.
14. *Ruthardus* sub Justiniano Imperatore *anno Christi* 525. Circa hoc tempus cœpit Dagobertus Galliarum Rex Moguntiacum restaurare, sedibus ad 200. passus Rheno propius admotis.
15. *Geroldus*, sub Pipino & Carlomanno, Galliæ Regibus, à quibus etiam factus est Episcopus Wormatiensis. Hic pro Pipino bella gessit contra Saxones Thuringiam vastantes, sed infeliciter, cæsus est enim à Rege Saxoniæ.
16. *Gervilio* in utroque Episcopatu successit. Hic Regem Saxonum, à quo Antecessor cæsus fuerat, sua manu interemit, ea de causa ipse utroque Episcopatu ejectus, in Monasterium detrusus est. Sequuntur nunc

Archiepiscopi.

17. *S. Bonifacius*, Anglus, primus Archi-Episcopus, dictus antea *Vunefridus*, tres Episcopatus in Germania instituit, *Herbipolensem*, *Aystetensem*, & *Frisingensem*, Abbatiam quoque *Fuldensem*. sedit ann. 35. occisus est in Frisia à paganis anno 755. situs est Fuldæ. **45. S. Bonifacius primus Archiepiscopus Moguntinus.**
18. Lullus sub Pipino: sedit ann. 31. interfuitque bellis à Carolo Magno in Saxonia gestis: obiit *anno* 787.
19. *Richolphus*, Caroli M. Consiliarius, Electus *anno* 787. sub hoc deflagravit pons Moguntinus, ann. 812. ipse etiam cœnobium S. Albani fundavit, sedit *annos* 26. defunctus *anno* 813.
20. *Haistulphus*, electus à Carolo Magno præfuit *ann.* 12. obiit *anno* 825. situs est ad S. Albanum.
21. *Odogarius* electus à Ludovico Pio. Hic *Danorum Regem Harioldum* baptizavit, cum conjuge, *anno Chr.* 826. obiit *anno* 847.
22. *Rhabanus*, *Maurus*, Bedæ Angli discipulus, vir eruditus, cujus multa extant scripta; ex Professore Parisiensi factus est Abbas Fuldensis, ex Abbate Archiepiscopus *anno* 847. sub hoc, in Synodo Moguntiaci, condemnatus est Godescalcus hæreticus.
23. *Carolus* Dux Aquitaniæ, filius Regis Francorum Pipini, sedit *ann.* 7. obiit 863.
24. *Ludibertus*, Hic extruxit *Ecclesiam collegiatam S. Mauritii*, obiit *anno* 889. *sepultus apud S. Albanum.*
25. *Suntheroldus*, promotus ab Arnulpho Imp. sedit ann. 1. occubuit in expeditione contra Nortmannos ad Rhenum, *anno* 891.
26. *Hatto I.* Francorum Dux, constitutus Archiepiscopus ab Arnulpho *ann.* 891. cujus filium Ludovicum in Baptismo susceperat, sedit *annos* 21. obiit *anno* 913.
27. *Herigerius*, præfuit annos 12. unxit *Henricum Aucupem*, resignavit Sedem in Rupertum anno *Christi* 924. obiit sexennio post.
28. *Rupertus* sedit annos 4. mens. 6.
29. *Hildebertus*, Franciæ Orientalis Dux, Abbas Fuldensis, electus *anno* 928. præfuit *ann.* 9. *coronavit Aquisgrani Ottonem I. Aucupis filium*; obiit *anno* 938.
30. *Fridericus*, Dux Lotharingiæ, sedit annos 18. fundavit Præposituram S. Petri, obiit anno 954.
31. *Guilielmus*, Dux Saxoniæ, Ottonis Imp.

Imp. ex Editha Angliæ Regina filius, electus anno 954. præfuit anno 14. deduxit Ottonem II. Fratrem suum Romam: defunctus est anno 968.

Porrò jus Canonicum sub pæna excommunicationis prohibet medicamenta à Judæis accipere, *C. 13. & 14. C. 28. q. 1.* unde liquet Christianum scrupulum conscientiæ suæ injicere, si se Judæo Medico curandum committat, *Ripa de peste C. 7. n. 12. & seqq.* qui tamen *n. 57.* vera hæc esse vult, si copia sit Medici Christiani, eo vero deficiente, in subsidium propter necessitatem Judæi opera uti licere; *Vid. quoque Addition. Martin. Uran. ad C. Judæus X. de test.* quæ de Judæo Medico hic sunt dicta, de *perfido* quoque & impio, licet *Christiano* nominetenus, intelligenda non immeritò. Hinc etiam Judæi, cum sint infames, adeòque dignitatis incapaces, *l. fin. pr. C. I. Jud.* in Doctores Medicinæ promoveri non possunt, *Walther tr. Jurid. Polit. de stat. jurib. & privil. Doct. omn. facult. c. 5. §. 74. c. 6. §. 24.* non obstante *L. generaliter §. fin. ff. de decur.* ea enim intelligenda de Judæis inter se conversantibus, non inter Christianos. Non requiritur præterea, ut Medicus necessario sit promotus Doctor, *Bart. in L. 19. §. dictum à promiss. ff. de ædil. Edict.* sed sufficit, si de ejus insigni scientia constet, eaque sit approbata, sic Medico non insignito Doctoris titulo credi in iis, quæ ad Medicinam spectant, tradit *Mascard. vol. 2. concl. 1038. n. 11.* modo ex communi loquendi consuetudine Medicus dicatur. Et licet Imperator *in L. 1. §. Medicorum ff. de var. & extrav. cognit.* Medicos permagni faciat, eandem ibi causam Medicorum quam Professorum dicens, nihilominus inveterata Germaniæ consuetudo post JCtos demùm Medicos collocat, non obstante quod in plerisque Academiis moris sit, Medicum Professorem, JCto non Professori, præferri. Et quanquam Nobilitatem juris duntaxat scientia acquiri contendat *Simonius tr. de nobil. c. 10. & 11* & hinc Medicis expresse eam deneget *Ant. Faber in Cod. lib. 9. tit. 28.* Medico tamen propter artis excellentiam merito adscribendam esse tradit *Hillig. in Don. lib. 24. C. 14. Lit. N.* ita ut non secus ac JCti, quibus quoad privilegia æquiparantur, *L. 8. C. de Profess. & Med.* & quorum fratres vocantur, *Rodach. tr. d. Muner. c. 6. n. 51.* privilegiis nobilium gaudeant, portando in insignibus suis Galeam apertam, fruendoque aliis Nobilitati con-

3. Medici sequuntur JCtos & an nobilitate fulgeant.

cessis

cessis dignitatibus & juribus *per R.I. de anno* 1577.*t.*11.§.2.*it.de anno* 1630 von Doctorn. *& R.I. de anno* 1500. tit. von überflüssiger Kleidung / quod tamen de Medicis Doctoris titulo decoratis intelligere videtur *Mascard. de probat. vol. 2. conclus.* 1038. *n.* 14. Hinc multis in locis ad Consularis dignitatis fastigium evehuntur: cum enim Cives suam suorumque vitam Medico credant, cur etiam illi custodiam urbis suæ committere dubitarent, quod tamen *Peretz. ad tit. C. de Prof. & Med. n.* 12. ita intelligit, si JCtorum non sit copia, quos in Magistratibus deferendis Medicis præferri vult.

4. Medicus à tutela immunis, & ad suscipiendam curam alicujus cogi potest.

Medicus, ut à tutela, quod munus est publicum & ad eam suspiciendam quilibet cogi potest, immunis sit, *L.* 6 §. 1. §. 15. *ff. de excus. tut.* requiritur, ut medicinam in patria sua exerceat *l.* 6. §. 9. *d. tit.* ut sit intra numerum *l.* 6. §. 4. *d. tit.* ut bene seduloque munere suo fungatur, *Vinn. in Comment. ad d.* §. 15. Quod si tamen Medicus ad Collegæ sui filii tutelam vocaretur, excusationi locum vix esse arbitrarer, *arg. l.* 8 *pr. de excus. tut.* ubi militi veterano denegatur vacatio à tutela filii Commilitonis sui. Porrò Medicus reluctans cogi potest officio judicis, ut curam alicujus suscipiat, *Ripa de pest. c.* 7. *n.* 88. quia tenetur Lege Præcepti, homicidii enim reum se facit, si æger moriatur, cujus vitam opera sua sospitare potuisset, *C.* 1. 83. *dist.* Quia Medici munus publicum est, & eo ipso, dum Medicum se profitetur, cuivis operam suam videtur spondere, ad munus verò publicum invitus etiam compelli quis potest. *L. fin. ff. de muner. & honor. l. pen.* §. *duo genera. ff. de vocat. & excus. mun.* ita quidem, ut licet nulla spes sit recuperandæ valetudinis, Medicus tamen compelli possit ad faciendam Medicinam, non obstante, quod JCto injungi nequeat desperatæ causæ patrocinium. *L. Rem non novam.* 12. §. *Patroni. C de jud.* nam Medicus suscipiendo curam desperatam neminem lædit, Advocatus verò deferendo causam injustam damno efficit Adversarium. Et potest Medicus citra violationem tertii Præcepti etiam die Sabbathi licitè mederi, ad exemplum Servatoris nostri, qui in Sabbatho hydopren *Luc. vers.* 4. aridam manum *Luc.* 6. *vers.* 10. nec non infirmitatem mulieris *Luc.* 13. *vers.* 20. sanavit, & licite quoque pro eo die salarium petere potest; si enim medendi exercitium eo die licet, cur non licita quoque mercedis præstatio, quæ debetur propter operas. Imò nunquam Medicus tenebitur gratis mederi, sed meritò à Principibus & Rebuspubl. maximis afficiuntur Stipendiis. *Tiraquel. de nobil. c.* 31. *n.* 316. quin & merces Medico præstanda, etiamsi de cura ægroti ei constet, ut opus non sit multum operæ evolvendis libris insumere, cum diligentiæ suus debeatur honos. *Ripa c.* 7. *n.* 95. *& seqq.* Secùs tamen si ægrotus æris egeat, nec unde solvat Medico habeat, quia tunc Medicus vitam & salutem proximi amori pecuniæ debet præferre *Gloss. in cap.* 1. *dist.* 83. adeò, ut si Medicus detrectaret pauperi medicinam facere officio judicis cogi possit, interdicto ei renuenti munere suo. *Ripa d. C.* 7. *n.* 101. Huc spectat text. *in L. Archiatri.* 9. *C. de Profess. & Med.* quod Medici non debeant dedignari succurrere pauperibus, cùm laudabilius sit obsequi tenuioribus, quam turpiter servire divitibus; caveat tamen Medicus, ne cum ægroto de mercede vel alia re durante morbo paciscatur, eo quod pacta ejusmodi sapiant quandam extorsionem, & illi cui constitutum certum salarium in singulos dies v.g. decem deberi, illud pro eo tempore quo fuit in itinere, vult *Ludov. Rom. sing.* 390. *& Rip. d. c.* 7. *n.* 129. Econtra Medicus, cui certum salarium ad certum tempus constitutum, finito eo non videtur reconductus, si pergat mederi, *Ripa d. c.* 7. *n.* 124. ita ut ei non competat actio contra communitatem, sed adversus illos quos curavit, potestque præter debitum salarium ægrotus valetudini restitutus Medico aliquid donari, secùs vero si infirmus adhuc ægrotet propter metum extorsionis.

5. Medico debetur salarium, sed pauperes gratis curare debet.

Donatione propter nuptias & lucro dotis privatur Maritus, uxori cum adversa valetudine conflictanti de Medico non prospiciens *Mascard. de prob. conclus.* 1039. *n.* 5. modo uxor in illa infirmitate, in qua deserta fuit à Marito, moriatur, eam ob causam Maritum quoque mobilium lucro indignum se reddere tradit *Farinac. p.* 5. *Op. Cr. q.* 120. *n.* 74. ubi tamen limitat, quod Maritus non incurrat pœnam, etiamsi Medicum non adhibuerit uxori, si desperato morbo laboret uxor, *n.* 92. aut si alius quis uxori de Medico & cura prospexisset, *n.* 94. vel licet initio non fecerit, postea tamen adhibeat Medicum, *n.* 100. *Carpzov. p.* 3. *c.* 26. *d.* 4. *per tot.* ubi addit, si inter Maritum & heredes defunctæ uxoris controvertatur, an Medicus adhibitus nec ne; præsumptionem pro Marito stare, adhibitum nempe fuisse ab eo, ideoque heredes contrarium asserentes, id probare debere. Sic quoque Filius, qui ægrotum parentem Medico commendare negligit, rectè exheredari statuit *Math. Stephan. in comment. ad Nov.* 115. *n.* 18. & eum, qui vel nullum vel malum Medicum alicui adhibuit, hereditate ejus indignum pronunciat *Pet. de Raven sing.* 322. Uxorem verò, si quid ei à marito legatum, ututnon adhibuerit Medicum, Legatum tamen non amittere, *Hieron. Laur. in decis. Aven.* 21. *n.* 7.

6. Quæ pœna mariti uxori ægrotæ de Medico non prospicientis.

Licet testamenti factio uno contextu fieri debeat, & actus aliquis extraneus ne intercedat, *L. hac consultissima* 21. *C de testam.* Medicus tamen testatori inter actum testandi medicamenta adhibere potest, per quod non vitiatur testamentum. *L. cum antiquitas.* 28. *C. de test.* At testamentum ad interrogationem Medici factum, quod ipsi quoque dissuadent & detestantur Medici, *Bruno Seidel. d. morb. incur. p. m.* 96. non omnino validum esse, eò quod attentâ qualitate interrogantis & statu interrogati fortis resultat suspicio, quòd testator potius ad suggestionem illius responderit, quàm seria ejus voluntas fuerit, nisi integritas Medici aliud suadeat

7. Testamentum ad interrogationem Medici factum non valet

8\. Medicus Pestis tempore quomodo testari possit.

deat *Confer. Carpz. §Pr. For. p. 3. c. 5. d. 6.* Porrò Medicus pestis tempore in urbe aliqua remanens cum duobus tantum testibus testari potest. *Ripa de pest. c. 2. n. 14.* Sic quoque Medicus Castrensis eodem quo miles jure militari testari potest, si enim in hostico est, & in pari cum militibus versatur periculo, merito gaudet privilegio militari, *per L. fin. ff. de test. milit.* Pari modo possessio ex testamento militis conceditur etiam Medico Castrensi, aliisque in hostico decedentibus *L. un. ff. de bon. poss. ex test. mil.*

9\. Medici ab omnibus muneribus immunes.

Medici numerarii, ac præsertim Archiatri omnium munerum Civilium & publicorum immunitatem habent, excepto, si Imperator ipse in expeditione sit, aut necessitas extrema & casus insolitus ingruat, *Thes. Basil. vol. 1. d. 5.* L. 66. l. 2. quod etiam Rec. Imp. confirmant, dum neminem, quocunque etiam immunitatis privilegio munitum, à Turcicis & similibus contributionibus immunem esse volunt, *R. J. de anno* 1495. 1500. 542. §. und nemlich sollen 598. §. dieweil dem *ib.* 3. §. und nachdem/ 1613. §. nachdem nun/ *ibi:* Geist- und weltliche/ sie seyen exempt, gefreyet oder nicht gefreyet/ niemand ausgenommen. Medici etiam practici & Bullati eadem securitate gaudent, qua reliqui Dd. nec capi, nec carcerari possunt, pro debito, *Thes. Basil. vol. 2. d. 7. L. L. l.* 1. sed hoc ad viduas & liberos Medicorum non pertinere ait *Faber. in Cod. lib. 19. t. 28.* Communis tamen Legistarum opinio est, viduam, tanquam vivam defuncti mariti imaginem, quamdiu ad secunda vota non transit, mariti gaudere privilegiis etiam exorbitantibus, *Tiraquel. tr. cessante causa. n.* 107.

10\. Medico licere aliquando falsum dicere, & mortem patienti imminentem per tertium ei denuntier.

Porrò Medicum qui ægrotantem persuasione non vera solatur, à mendacii crimine immunem pronuntiat *Hugo Grot. de I. B. & P. lib. 3. c. 1. n. 14.* & mendacium concedendum publicis Medicis, *Plato 3. d. Rep.* In nonnullis non magni momenti, si ad voluntatem ægroti quid perperam etiam asseveraret, officiosum illud putari, imo plane nullum mendacium, adeoque ab omni iniquitate alienum, præsertim cum id fiat infirmi causa, qui alias natura suspicax est & formidolosus. *Roder. à Castr. lib. 3. c. 9. per tot.* Utrum autem medicus prævidens mortem vicinam id celare, an ægroto denunciare debeat, *vid. Speckhan. c. 1. qu. 30. Brun. Seidel. lib. de morb. incurab. pag.* 97. ubi hoc suggeritur consilium, Medicum qui de valetudine alicujus actum esse videt, id potius per tertium, uti per propinquos, aut Religiosos ægroto denuntiare, ne qui corporis tuendi gratia adest, consternationis animi causa existat. Quod si malitiâ Medici nequam morbus incrementa sumat, vel contra naturam suam protrahatur, quo plus nummorum reportet, is arbitrio judicis puniendus venit, per *text. in L. si Medicus 3. ibi: Incivile factum Præses Provinciæ coërceat ff. de var. & extraord. cogn.* & teneri talem Medicum ægroto ad interesse, si quæ damna ex dilatione infirmitatis noxia passus sit, *L. 8. L. 9. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

11\. Cadavera punitorum rectè Medicis ad anatomiam conceduntur.

Medicum propria autoritate cadaver alicujus, ultimo supplicio affecti, auferentem, sectionis causa, propter temeritatem pro facti qualitate puniendum notant *Dd. ad tit. ff. de cadav. punit.* A Principe tamen, jura superioritatis habente, Cadavera hæc punitorum rectè Medicis ad anatomiam concedi, *Math. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 6. n. 140. & seqq.* boni scilicet publici causa, quò Medici, hac consideratione & inspectione, in considerandis & curandis corporibus vivorum peritiores evadant. *Decian. Tr. Crim. lib. 6. tom. 2. c. 44. n. 17.*

Est enim Anatomia varii quidem generis, & alia quæ circa ossa, alia quæ circa carnem, alia quæ circa musculos, alia, quæ circa vasa & viscera occupatur, sed Medicus potissimum circa physicam occupatus est, qua structuram partium contemplatur, ut nihil frustra ac temerè à natura factum esse demonstret, & in medendo sciat, quid læsum, quid affectum fuerit, ad conservandam & restituendam hominis sanitatem. Et hæc Anatome practica maxime prodest, qua Medicus oculari inspectione & accurata sectione cujusque partis naturalem structuram rimatur, & explorat ad usum medendi. Unde Anatomia originem traxerit, videtur provenisse ab inartificiosa animantium sectione & evisceratione, usque dum à sectionibus belluinis Medici audaciores facti, in humana quoque corpora cultellum adhibuerunt anatomicum, & hodie modus iste passim increbuit. Hinc Reges Ægyptios propria manu corpora mortuorum ad scrutandos morbos insecasse tradit *Plin. lib. 19. c. 5. Aristotel. lib. 3. de histor. animal.* Quamvis enim Anatome à quibusdam crudelis & inhumana habita fuerit, tamen exinde prohibita dici non potest, neque ullo jure convinci. Nec tamen exinde inferri potest, quod etiam vivos homines nocentes secare & incidere liceat, cujus rei multa quidem extant exempla, & refertur de Ludovico II. Galliarum Rege, quod permiserit Medicis Parisiensibus militem capite damnatum, & calculo laborantem vivum secare, ut calculi vesicalis extrahendi modum perquirerent; nec tamen licet admittere malum, ut inde eveniat bonum, qua de re pluribus videri potest *Tobias Schvvendendorf. de Medicor. anatom. jur. div. & hum. licit.*

12\. Medicus per imperitiam curans ad quam culpam teneatur, & quomodo puniatur.

Medicus perperam per imperitiam curans L. Aquilia tenetur, *§. 7. ad L. Aquil.* ubi pro culpa habetur imperitia, ad quam autem culpam teneatur? Ad exactam, respondet *Ripa d. tr. c. 7. n. 76. Angelus* verò *ad d. §. 6. & Felin ad C. tuanos. X. de homicid.* ad levissimam. Econtra Medico, si docere possit, sibi officium Medici convenisse, artis suæ se peritum, omnem diligentiam secundùm artem suam se adhibuisse, ægrum de his, quæ vitanda ipsi sint, informasse, nullam culpam imputari posse, Dd. contendunt. *Vid. Gail. 2. obs. III. n. 25.*

Hinc mortalitatis eventum Medico imputari non debere, habet *L. 6. §. 7. de off. Præsid.* quippe in cujus potestate non est semper, ut

æger relevetur à suo morbo, cum naturæ minister saltem sit, & contingenter sanet, teste *Seidel. cit. lib. p. m.* 109. Si autem ei causa mortis imputari possit, constituta *in Ord. Crim. art.* 136. pœna extraordinaria, & si dolosè id factum, pœna *L. Cornel. de Sicar.* locum sibi vendicat. *d. const. verb.* ist als ein fürsetzlicher Mörder zu straffen.

13\. Medico in propinandis pharmacis, & Chirurgo in secandis membris quid observandum.

Medicus in propinandis pharmacis, & Chirurgus, in secandis membris, astrorum motus positusque Cœli observare debet, non adhibitis tamen imaginibus Astronomicis, quod superstitiosum. Itaque Chirurgus in secando membro sedulò curabit, ne ferro tangat membrum, in cujus signo tunc temporis existit Luna, & dierum criticorum, signi ascendentis sive Horoscopantis rationem habebit, *Thes. Basil. vol.* 1. *d.* 5. *libb. I.* Hinc qui per hæc media conceptionem aut generationem impedit, tanquam homicidam puniendum aliqui volunt, *per text. C. si aliquis. de homicid.* Quæ autem pœna sit amoris aut abortionis poculum propinantis, docet *L. si quis* 38. §. *qui abortionis.* 5. *ff. de pœn.* Denique Medicus, auctoritate Magistratus, Mulieri prægnanti & morbo aliquo penes laboranti, cui non nisi cum internecione embryonis mederi potest, extra pœnam poculum abortionis propinare potest. *Covarruv. ad Clem. furiosus. part.* 2. *Zas. ad tit. Decret. de homicid. n.* 38.

14\. Qua actione Medicus consequatur suum salarium; & quid, si mortuus æger?

Laborem Medici justo honorario compensari debere divino humanoque nititur jure, hinc si qui tam perversæ & ingratæ frontis essent, & Medicum debito salario defraudare vellent, extra ordinem, ex officio nobili, sine strepitu judicii, levato velo Magistratus de salario Medicis jus dicat, *l.* 1. *ff. de extraord. cognit.* Neque ideo Medico denegari debet salarium, quod æger mortuus sit, cum casus mortalitatis ei imputari nequeat, *l.* 6. §. 7. *de offic. Præsid.* sufficiatque secundum præcepta artis suæ eum medicinam fecisse, ita, ut illi nihil imputari possit, *Peretz. ad tit. C. de Profess. & Med.* neque Medicus acceptum jam à curando salarium, si patiens non vi morbi, sed alio modo periisset, restituere tenetur. Sic si certum salarium quotannis Medico à Republ. vel privatis constitutum, isque intra annum decesserit, totius tamen anni salarium debetur, quia non intuitu laborum mercedem, sed potius salarium accipit, & per eum non stetit, quo minus curatus defunctus fuerit, *L. diem functo. ff. de offic. Adsessor.* Medicus ægrotum valetudini restitutum recidivam tamen postea patientem, ex iisdem humoribus & pristina causa, vel culpa ipsius Medici & in continenti recurrentem, eadem iterum mercede, qua inter Medicum & ægrotum pro priori morbo conventum erat, curare tenetur.

15\. Medicorum salaria in concursu creditorum ubi ponenda?

Medicus in concursu creditorum cum suo salario seu impensis in curationem ægroti factis, in eo scilicet morbo, ex quo decessit curatus, prærogativam habet, & post impensas funebres eum collocant, *p. l. in restituenda.* 4. *verb. mortui infirmitatem. C. de petit. hered.* præferuntq; non modo iis, qui tacitam, sed & qui expressam habent hypothecam, *Carpzov. p.* 1. *c.* 28. *d.* 43. 44. *& seq. Mev. ad J. L. lib.* 3. *tit.* 1. *art.* 11. *n.* 109. Secus verò statuunt de sumptibus in morbum factis, unde non periit defunctus, licet his privilegium alimentorum tribuant. *L. verbo victus.* 43. *d. V. S. Garf. de expens. c.* 3. *n.* 42. *Mev. d. l.*

16\. Circa Lethalitatem vulneris statur judicio Medicorum.

Circa Vulnus, utrum lethale fuerit, & vulneratus ex eo mortuus dicendus, non rarò controverti solet, hinc rem totam Medicis, licet non Doctoribus, peritis tamen committendam, eorumque judicio meritò standum. *Farinac. op. Cr. p.* 5. *quæst.* 127. *n.* 105. *Gail.* 2. *obs.* 111. *n.* 1. tum quod judicium hujus rei ad forum medicum potius, quam juridicum spectare videatur, tum quod peritis in arte sua sit credendum, *L. septimo mense. ff. de stat. hom.* ubi tamen non unius, sed plurium Medicorum statur testimonio, cùm pluralis numerus ponatur in *C. significasti, ut peritorum judicio Medicorum. in art.* 147. sonderlich durch die Wund-Aertzte/der Sach verständig / und andere Personen/ die das wissen ꝛc. quæ pluralis locutio tamen duorum Medicorum numero contenta, *l.* 12. *ff. de testib.* & licet unius Medici testimonium etiam probet, præsertim si in eo loco, ubi quis vulneribus, unus tantum reperiatur medicus, *C. C. art.* 149.

17\. Quid si Medici circa Lethalitatem vulneris dissentiant.

Quando ergò Medici consulti de vulnere illud lethale non fuisse respondent, illis creditur, nec vulnerans, etiamsi mortuus vulneratus, afficitur pœnâ gladii. Secus vero si deponant, de capite rei actum, non attento, utrum brevi mortuus vulneratus an ex intervallo. Sed quid si non conveniat inter Medicos de vulnere, altero lethale illud asserente, altero negante, tum reo pœna extraordinaria dictanda, quod dubiæ probationes ad mortem inferendam non sufficiant, *L. fin. C. de probat.* meliusque sit misericordiæ quàm sævitiæ aut crudelitatis rationem reddere.

18\. An hoc casu jure jurando adstringendi Medici, eorum sententiæ non transeunt in rem judicatam.

Et quando ita Medicorum requiritur sententia, juramentum credulitatis ab illis præstari debet, scil. quod credant in sua conscientia rem ita se habere, non veritatis, ne causa perjurio detur, cum Medicorum judicium incertum quandoque & fallax sit, *Gail. d. O.* 111. *num.* 13. quod etiam ex *art.* 149. *Ord. Cr.* die denn dazu zuvor beeydiget werden sollen. demonstratur, quod tamen non indistinctè de omnibus Medicis intelligendum, ii enim qui à Republica assumpti, & initio officii sui jure jurando se obstrinxerunt merito eximendi, ita ut ad juramentum postea nec possint nec debeant compelli, *Math. Stephan. ad Constit. Crim. art.* 147. Sententia Medici super lethalitate vulneris prolata, nunquam transit in rem judicatam, ne probationem in contrarium excludit, & vulnerans contrarium probare volens, non est repellendus, *Gail. d. O.* 111. *n.* 16. *Carpzov. J. P. For. p.* 1. *c.* 26. *d.* 5. & si Medici postea adhibiti à prioribus dissentiant, potest judex sententiam suam priorem, seu sententiam latam ex falsis attestationibus retractare, propter consilium peritorum. *Farin. Op. Cr. p.* 5. *quæst.* 27. *n.* 128.

Medicus ex loco domicilii ab ægroto quodam

19. Medicus habet jus revocandi domum, item gaudet beneficio competentiæ.

dam alio vocatus, si ibidem de debito antea contracto conveniretur, non tenetur ibi respondere, sed habet jus revocandi domum ut coram competenti judice suo lis instituatur. *arg. l. 2. §. 3. de jud.* ubi legatis, iisque quibus testimonii dicendi causa, aut tutelæ gratia aliò vocati, id privilegium concessum, eo quod ex causa necessaria ibi commorantur, quæ ratio in Medico quoque militat. Denique sicut Juris Dd. & Advocati gaudent beneficio competentiæ, ita etiam Theologi & Medici eo gaudebunt, cum eadem, quæ in Juris Consultis, & Theolog. & Medic. Doctoribus militet ratio, utpote qui labore suo & cura æque prosunt hominibus, *Ludov. Peguer. dec.* 163. *n.* 1. *& seqq. Brun. de cession. qu.* 10. *n.* 3. qui *n.* 6. extendit hoc, etiamsi statuto cautum esset, ut quilibet pro civili debito personaliter capi possit, non obstante ullo privilegio, Doctorem tamen hanc clausulam non concernere, cum per eam non intelligatur privilegiis Corpori Juris insertis derogatum.

Macrobius ait, Hippocratem fuisse perfectissimum suæ artis Magistrum. Galenus scribit, illos Medicos esse pessimos, cum tamen vulgò audiant optimi, qui Febrientibus gelidam porrigant, eorumque arbitrio in omnibus rebus gratificentur, modò in balneas volentes collocent, modo vina & aquam poscentibus afferant, ac veluti mancipia ægrotorum ad nutum cuncta ministrent, qui plus quam morbus ipse noceant, necentque tandem decumbentes. Contrà verò bonus Medicus non tam jucunda, quam salutaria medicamenta porrigit. Quem quidem noster omni ratione immitetur neque ad palatum & gustum, sed ad salutem omnia Consilia sua conferat. *Herman. Kirchner. de offic. & dignit. Cancellar. lib.* 2. *c.* 4. Medicos æstimare jubet ipse Deus noster, dum ait: *Honora Medicum propter necessitatem, creavit enim eum Deus altissimus.*

Mediolanum, Meyland.

SUMMARIA.

1. *Ducatus Mediolanensis est feudum Imperii.*
2. *Investitura Imp. Caroli V.*
3. *Ratio & forma succedendi.*
4. *Descriptio Civitatis Mediolanensis.*
5. *Infame scelus contra Imperatoris Friderici I. conjugem & ejus punitio.*
6. *Variæ prætensiones in Ducatum Mediolanensem.*
7. *De variis fortibus bellicis Status Mediolanensis.*
8. *Situs & ædificia Civitatis Mediolan.*
9. *Series Dominorum & Ducum.*
10. *Urbes & loca Status Mediolanensis.*
11. *Ulterior descriptio hujus Ducatus.*
12. *Encomium Civitatis Mediolanensis.*
13. *De legitima in Ducatum Mediolanensem successione.*

Ducatum Mediolanensem feudũ Imperii esse jam suprà notatum est, *Verb. Hispania, fol.* 933. *n.* 49. idque patet ex *R. J. anno* 1542. §. und wie nun Jhro Käyserl. Majest. *Arumeus de Comit. c.* 4. *n.* 77. & demonstrant Investituræ Imperiales, præsertim à tempore Imperatoris Caroli V. qui

1. Ducatus Mediolanensis est feudum Imperii.

postquam victricibus armis Mediolanum acquisivisset, post Imperium fratri Ferdinando I. Imperatori cessum, filium suum Philippum II. cum consensu Electorum, de Ducatu Mediolanensi investivit, cum obsequio vasalli, & pro securitate Imperii; quales Investituræ ab eo tempore, apud omnes Hispaniæ Reges, usque ad ultimò defunctum Carolum II. semper fuerunt repetitæ, & cum solennitatibus debitis receptæ. Hoc agnoscit ipse Rex Galliæ, atque ideò tanquam ex testamento, quamvis nec viso nec valido, falsissimè prætendens successor investituram Ducatus ab Augustissimo Imperatore Nostro Leopoldo requisivit, sine ullo titulo, & postquàm omne jus, si aliquod unquàm habuisset, infestis & hostilibus armis contrà Dominum feudi directum, & S. Rom. Imperium jam pridem amisisset. Hosti enim, qui non solum Imperii, sed totius Europæ pacem & quietem conturbat, non conferuntur feuda, sed potius iis, qui fidelitatem & obsequium præstant, in quibus essentia vasalli consistit.

Itaque Imperator Carolus V. Franciscô Sfortia sinè herede mortuo, Ducatum Mediolanensem ad Philippum filium suum transtulit, *Carpzov. ad l. R. c.* 7. *sect.* 6. *Irenic. ad Burgoldens. part.* 3. *pag.* 93. *Speidel. in Specul. verb.* Meyland. Cum itaque non aliundè melius hauriri tota rei series possit, quàm ex literis *investituræ Imperatoris Caroli V.* ideò verbotenùs illa hic inseritur:

2. Investitura Imperatoris Caroli V.

Carolus Quintus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Arragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Ispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeriæ, Gibraltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani, &c. Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergiæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Comes Flandriæ, Habspurgi, Tirolis, Barchino-

chioniæ, Arthois, & Burgundiæ, Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretis, Kiburgi, Namurci, Rosilionis, Cerithaniæ & Zutphaniæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristani & Gotiani, Sacri Romani Imperii Princeps, Sueviæ, Cathaloniæ, Dnus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscaiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus pro Nobis & Nostris in Imperio Successoribus, & notum facimus harum serie universis, quod cum superioribus annis Illustrissimus quondam Franciscus Secundus Sfortia, Mediolani Dux, quem paulo ante in Universum Dominium & Statum Mediolani, Dei auspiciis, in Nostrum Sacrique Romani Imperii jus & potestatem, armis nostris justè ac legitimè receptum, restitueramus, & in feudum illi contuleramus, nullo herede feudi capace post se relicto, sic Deo disponente, in fata concesserit, eaque de causâ ipso Statu & Dominio Mediolanensi ad Nos, & Sacrum Romanum Imperium pleno jure devoluto, ut ejus securitati & simul sacri Imperii juribus, atque adeò totius Italiæ paci opportunæ consuleretur, quod fieri nullo modo posse jam tùm experientia edocti cernebamus, nisi Status ille tali committeretur, qui jus Imperii & suum, viribus & potentia, ubi opus esset, tueri atque defendere posset; cum omnibus circumspectis, nullum alium magis commodum ad eam rem & statum inveniremus: Jam dictum Statum & Dominium Mediolani & Comitatûs Papiæ, & Angleriæ, *Ser. Principi Domino Philippo, Principi Hispaniarum, Archi-Duci Austriæ, Duci Burgundiæ, Mediolani &c.* Principi & *Filio Nostro charissimo*, in feudum contulimus, & Dil. Suam de illo investivimus, tanquam eum qui Nobis meritò præ cœteris gratus esset, & quem ad defensionem præfati Status, & Jurium sacri Imperii in eo, ex causis prænarratis meritò magis idoneum judicassemus, quemadmodum ex literis nostris super eâ re expeditis apparet. Quoniam autem non minus sollicitè curandum est, quibus rationibus, quæ immenso sumptu & labore parta sunt, conserventur, id verò potissimùm in eo consistere judicemus, si futuris contentionibus, & differentiis, quæ inter successores oriri possent, omnis occasio præcludatur; Proindè operæ pretium visum est, in ipso Statu Mediolani *certam succedendi rationem* & formam ex nunc constituere, quo nimirum ille, cum suis omnibus appertinentiis, in omne ævum integer, & indivisus permaneat, ac neque successorum pluralitate, neque competitorum ambitione, ac contentione distrahi atque discerpi quandoque possit.

Quapropter, motu proprio, non per errorem, aut improvidentiam, sed animo benè deliberato, sano & maturo, Procerum nostrorum, & Imperii Sacri fidelium accedente Consilio, præfatique Serenissimi Principis Filii Nostri charissimi consensu & voluntare interveniente, ex certâ scientiâ, & Imperiali authoritate nostrâ, ac de plenitudine potestatis harum litterarum serie ac vigore decernimus, ordinamus, atque statuimus, hoc Imperiali Edicto perpetuò valituro, quod in prædicto Statu & Dominio Mediolani, Comitatusque Papiæ & Angleriæ, cum universis eorum juribus, & pertinentiis, & hoc tempore in antea perpetuis futuris temporibus, succedat, & succedere debeat, præfati Serenissimi filii Nostri Hispaniarum Principis *primogenitus masculus* legitimus, ex eo descendens, ejusdemque primogeniti primogenitus Masculus legitimus, & sic ordine successivo, de primogenito in primogenitum Masculum descendentem usque in infinitum: Deficientibus autem primogenitis Masculis, succedat & succedere debeat in prædicto Ducatu, & Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, & Angleriæ, cum eorum pertinentiis, secundo genitus Masculus legitimus, ejusdemque secundo geniti primogenitus Masculus, & ab eo descendentes Masculi primogeniti, usque in infinitum, quando aliquis Masculus superstes fuerit, illud idem intelligendo, de tertio & quarto genitis Masculis, ordine primogenituræ semper salvo, & servato. 3. Ratio & forma succedendi.

Deficiente verò lineâ Masculinâ, succedat & succedere debeat in dicto Mediolanensi Dominio & Comitatibus Papiæ & Angleriæ, cum eorum pertinentiis *Filia primogenita*, ejusdemque primogenitæ primogenitus Masculus, ejusque descendentes, Masculi ordine supradicto, usque in infinitum, atque eadem Lex, idemque ordo successionis intelligatur & servetur in secundo tertio & quarto-genitis filiabus, earumque descendentibus primogenitis, ita ut alii filii aut filiæ nullum jus prætendere possint, ad Ducatum & Comitatus, sed solum alii Fratres & descendentes Masculi legitimi habeant & habere possint & percipiant ab ipsis primogenitis alimenta condecentia, juxtà gradus dignitatem; *Filiabus* verò, si quas habere contigerit, easque nuptui tradi, de condecente dote (prout gradus earum & conditio requirit) prospiciatur, & honestâ sustentatione alantur, quib' ita præstitis, decernimus, ipsos & ipsas debere tacitos & tacitas, atque contentos & contentas esse, ipsis super cœteris, quæ successionem hujusmodi Ducatûs, Dominii & Status Mediolani, & Comitatuum, ac pertinentiarum prædictarum concernunt, perpetuum silentium imponentes.

Quæ quidem omnia præmissa facimus, constituimus, ordinamus, & sancimus, motu, animo, consilio, scientiâ, authoritate, & potestate supradictis, eaque perpetuò firma & valitura decernimus, non obstante lege & formâ prædictæ Nostræ Investituræ, prædicto Serenissimo filio nostro Philippo Hispaniarum Principi concessæ, ac non obstantibus quibusvis aliis Investituris, per nos, aut Divos Prædecessores nostros, Romanorum Imperatores & Reges, Augustæ Memoriæ, Illustrissimis quondam Mediolani Duci-

 cibus,

cibus, sub quacunque verborum forma concessis, sivè etiam donatione, & investitura nostra primæva, ipso Serenissimo Principi Filio Nostro collata, maturàve ipsius feudi Ducatus & Comitatuum prædictorum, nec non legibus, constitutionibus, consuetudinibus feudorum, decretis tam Mediolanensis Dominii, quam aliis statutis, privilegiis, Concessionibus, tam generalibus, quam particularibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, quæ hic de verbo ad verbum inserere oporteret, aut de eis facere mentionem specialem, quibus omnibus & singulis eorum tenorem hic pro insertis, & sufficienter expressis habentes, & haberi nolentes, quatenùs obstarent, seu quovis modo obstare possent huic nostræ constitutioni, ordinationi, dispositioni atque decreto, pro hac vice, & ad hunc effectum duntaxat, expresè derogamus, & derogatum esse volumus, scientiâ, authoritate, & potestate prædictis. Supplentes omni tam juris quam facti, & cujusvis solennitatis tam intrinsecæ quam extrinsecæ, aut formalis, quæ servari debuisset, & non esset servata, & alii cuicunque defectui, qui in præmissis quovis modo intervenisset, aut intervenisse dici seu allegari posset, (Nostra tamen & Imperii Sacri superioritate ac feudali obsequio semper salvis) & hac lege adjecta, ut quicunque in dicto Ducatu & Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ & Angleriæ successerit, sive Masculus, sive fœmina fuerit, quod is, vel illa, eosdem Ducatum & Comitatus à Nobis, & Successoribus Nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Masculi quidem per se, fœminæ verò mediante Personâ Legitimi Procuratoris, aut *feudo geruli*, ad gerendum & deserviendum feudum apti & idonei, in feudum recognoscere, Investituram, quoties casus postulaverit, petere, & debitum fidelitatis & homagii juramentum præstare teneatur.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Nostræ constitutionis, ordinationis, decreti, derogationis, suppletionis, voluntatis, & præcepti paginam infringere, aut ei quovis ansa temerario contraire, aut contra præmissa, vel aliquid eorum facere vel venire quovis quæsito colore ingenio seu prætextu; Si quis autem secus attentare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam ac pœnam decem millium Marcharum auri puri, toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit eo ipso incurrisse, quarum dimidiam Imperiali Fisco, seu ærario Nostro, reliquam verò dimidiam parti læsæ decernimus, absque ullâ remissione applicandam, ratis nihilominus ac in suo robore & vigore manentibus omnibus dispositionibus Nostris præmissis, harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum, & Bullæ nostræ aureæ appensione munitarum. Datum in oppido Nostro Bruxellensi Ducatûs Nostri Brabantiæ, *die duodecimâ mensis Decembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo nono*, Imperii Nostri trigesimo, & Regnorum Nostrorum trigesimo quarto.

Similes investituræ datæ sunt omnibus Regibus Hispaniarum usque ad Carolum II. ultimò defunctum Regem Hispaniarum p. m. qui *simili* modo *anno* 1670. ab Imperatore investitus est, & ex quibus satis apparet, cui successio de jure debeatur, prout *supra verbo Hispania* latius est deductum.

Ut verò tota Historia de Ducatu Mediolanensi breviter ante oculos ponatur, quam *Ludov. Morery in suo Dictionar. verb. Milan.* accuratè deducit, idcirco ejus narrationem hic appono: Milan, Ville d'Italie, Capitale du Duché du même nom, des plus grandes de l'Europe avec une tres belle Citadelle, & un célebre Archeveche. Les Latins la nomment *Mediolanum*, les Italiens *Milano*, & les Allemands Meiland. Les Historiens ne sont pas d'accord de l'origine de son nom; ni du temps de sa fondation, quoi qu'il soit sûr que Milan fut batre par les Gaulois, qui sous Bello vese s'établirent en Italie, enirron *l'an.* 170. de Rome. Et en effet il n'y a pas lieu d'en douter, aprés le temoignage de *Tite-Live*, qui dit que les Gaulois ayant defait les Toscans assez prés du Tesin, & ayant oüi dire que la contrée où ils etoient, s'appelloit le Pais des Insubriens, de même qu'un Bourg de la Province d'Autun, ils crurent que cette ressemblance de nom leur étoit de bon augure; & suivant cet heureux présage, ils y bâtirent une Ville, qu'ils appellerent Milan: *ibi omen sequentes loci condidere urbem, Mediolanum appellarunt.* Depuis les Gaulois eurent guerre avec les Romains, qui leur gagnerent diverses batailles, & *l'an.* 532. de Rome, Marcel tua Viridomare Roi des premiers, subiugua les Insubres, & prit leur Ville Capitale. Ainsi les Romains étant Maitres de ce païs, le garderent long temps, & divers Empereurs choisirent Milan, pour y faire leur séjour ordinaire. Cette ville fut souvent ruinée par les Barbares, & le païs exposé aux courses des Goths & des Huns: & enfin elle fut soûmise aux Lombards, jusques au temps de *Charle Magne*, comme je le dis ailleurs. Il est cependant bon de remarquer que Belissarie prit Milan aux Ostrogoths à la priere de Dacius, qui en étoit Archevêque. Vitiges Roi des memes Ostrogoths, reprit *an.* 539. cette ville, où trois cens mille personnes périrent par le fer ou par la faim. Aprés Charle Magne Milan & son Païs devinrent une portion de l'Empire; & ainsi cette ville se rendit si riche & si puissante, que peu à peu elle commanda à tous ses voisins. Cependant l'excés de la prosperité la rendit depuis si superbe, qu'elle traita toutes les autres Villes avec mépris. L'orgueil de ses habitans avoit déia donné suiet á l'Empereur Frederic. I. de leur faire la guerre, & de les châtier, par de grands tributs, aprés les avoir défaits *en.* 1160. & les avoir obligez de souffrir sa domination.

4. Descriptio Civitatis Mediolanensis.

Ils le firent avec peine & le déplaisir de se voir privez de leur ancienne liberté, entretint une trés forte haine dans leur cœur. Ainsi un jour l'*Imperatrice* ayant en la curiosité d'al- 5. Infame

scelus contra Imperatoris Friderici I. Conjugem, & ejus punitio.

d'aller à Milan, pour voir une Ville si fameuse, le peuple s'y émeut d'une si terrible manière contre cette Princesse, qu'ils la prirent brutalement, & la mirent sur une ânesse la visage tourné du côté de la queuë, qu'ils lui donnerent au lieu de bride. Ils promenerent, en cet état par toute la Ville, & égorgerent la Garnison Imperiale. Mais une si haute insolence ne demeura pas long-temps impunie, l'Empereur assiégea leur ville, qui se rendit un Samedy 3. *de Mars.* 1162. & la fit raser jusqu'aux fondemens à la réserve de trois Eglises. Mais parceque Frederic ne crût pas pouvoir réparer l'injure faite à l'Imperatrice sa femme, qu'en couvrant d'opprobe & d'infamie la mémoire de ce peuple temeraire, il fit labourer la ville & y fit semer du sel. Il y a même des Auteurs qui disent avec *Albert Crantz*, qu'aprés cela ceux qui furent pris ne pûrent sauver leur vie, qu'à cette condition honteuse qu'ils tireroient mis l'Imperatrice, & il y en eut qui aimerent mieux souffrir la mort, qu'une si grande ignominie. Les habitans qui pûrent se souver, rebâtirent leur ville vers *l'an.* 1171. sous la protection du Pape Alexandre III. & avec le secours de leurs voisins, peu à peu Milan se rétablit, & eut divers Seigneurs, & puis des Ducs, comme je le dirai dans la suite. Il suffit de remarquer, que les principaux furent les *Viscomtes* & ensuite les *Sforces*. Les Rois de France devoient succéder aux premiers, par le dróit qu'ils y avoient à cause de Valentine fille de *Jean Galeas Viscomte* premier Duc de Milan, & femme le Loüis de France, Duc d'Orleans, second fils du Roi Charles V, dit *le Sage.* Jean Galeas laissa deux fils qui moururent sans posterité legitime, Jean Marie *en* 1412. & Philippe Marie *en* 1447. L'Etat de Milan fut alors recherché par divers prétendans de droit ou de bien seance, sçavoir par l'Empereur Frederic. IV. par le Duc de Savoye, par les Venitiens, par Alfonse Roi de Naples, & par Charles Duc d'Orleans fils de Loüis de France & de Valentine, suivant les termes de contract de mariage de la meme Valentine sa mere, il y passa avec des trouppes, mais il n'en pût avoir que le Comté d'Ast qui lui appartenoit aussi de par sa mere. Ceux de Milan se voulurent mettre en liberté mais aprés avoir beaucoup souffert, ils se soumirent à *Francois Sforce* soldat de fortune, mais Grand Capitaine. Il étoit batard de la Maison de Sforce, & avoit éponsé la fille naturelle du dernier Duc Philippe Marie. Depuis le Roi Loüis XII. fils de Charles Duc d'Orleans, renouvella ses prétentions sur le Duché de Milan, qui lui appartenoit legitimement comme petit fils de Valentine. C'est ce qui causa tant de guerres en Italie. Aussi pour les finir entierement, *aprés la mort de François Sforce Duc de Milan*, décedé *en* 1535. L'Empereur Charles V. entretint long-temps le Roi François dans l'esperance d'investitir un de ses fils de ce Duché, mais non obstant cette promesse cette investiture se fit en faveur de Philippe II. son propre fils.

6. Variæ prætensiones in Ducatum Mediolanensem.

7. De variis fortibus bellicis Status Mediolanensis.

Cependant le désir de posseder ce beau Pais a fait faire divers sieges, & a fait donner grand nombre de batailles. Les plus considerables sont celles de Caravas, autrement d'Agnaldel ou de Rivalta, gagnée par les François *en* 1509. celle de Novarre en 1512. de *Marignan* en 1515. glorieuse pour François I. de la Bicquoque en 1522. de *Pavie* en 1525. de Ladriano en 1528. & enfin celle du Tesin en 1536. & de Cremone en 1548. Il ne faut pas aussi oublier qu'on remarque que Milan a été assiégée quarante fois, & prise vingtdeux. *Eman. Tesauro del Regno d'Italia* narrat quoque ista omnia, *de Attila, fol.* 26. *de Odoacro, fol.* 37. *de Gothis, fol.* 72. *de Corrado, fol.* 717. *Barbarossa, fol.* 724. la Città di Milano oppugnata, expugnata, abbruciata & sepulta in sestessa.

Cette Ville est appellée *la Grande*, parce qu'elle a plus de dix-milles de tour. Son assiete est dans un des meilleurs païs d'Italie. Elle n'a pas de grandes riviéres, mais elle à toutes les commoditez du Tesin & de l'Adde, par deux canaux que l'on y a conduits, & dont quelques-uns font les Gaulois fondateurs. On y compte 22. portes; en y comprenant celles des Fauxbourgs, qui font comme un corps avec la Ville, étant ceints de bastions & de fossez. Les plans de Milan les plus recens y font voir plus de 230. Eglises, dont il y a 96. Paroisses 40. Convents de Religieux 50. de Religieuses & 100. Confrairies. L'Eglise Cathédrale, qu'ils appellent *Dome*, est toute revêtuë de marbre blanc, dedans & dehors, avec plus de 600. statuës de même, & 160. colomnes d'une telle grosseur, qu'à peine trois hommes en peuvent embrasser une. Cette illustre Basilique est enrichie de diverses Reliques, & sur tout du Corps de S. Charles. L'Eglise de S. Ambroise à celui de ce saint & ceux de S. Gervais & S. Protais, & on yvoit sur une colomne *le serpent de brouze élevé par Moïse dans le désert*; la Chapelle où S. Augustin fut baptisé, & les tombeaux de Loüis Empereur, & de Pepin Roi d'Italie, tous deux fils de Charlemagne. Les autres Eglises sont trés magnifiques, les places sont belles, & les Palais superbes, & sur tout deux des Borromees, des Visconti, des Sforces, des Trivulces, & des Marini. Le commerce de Milan est extremement considerable; & la Ville est si peuplée, qu'on peut dire, que sa plus grande force consiste plûtôt en hommes qu'en ses murailles. Le *Chateau* que l'on estime une des plus belles forteresses d'Italie, est composé de six grands bastions, avec des fossez pleins d'eau vive. Il y a puis la seconde enceinte, & le Donion qui est l'ancien Palais des Ducs, le tout fortifie trés réguliérement. L'Etat de Milan, qu'on appelle *Milanez*, a le Piémont & le Monferrat à l'Occident, les terres de Genois vers le Midy, l'Etat du Duc de Parme vers l'Orient d'Eté, le Duche de Mantoüe, avec les Principautez de Sabionete & de Bozolo, & le Domaine de Venise vers l'Orient, & vers le Septentrion, le Valais, les Bailliages de Logan Locarne

8. Situs & ædificia Civitatis.

carne & Mendrisio, & le Comte de Chiavenne, avec une petite partie de la Valteline. Il y a deux lacs fameux dans le Milanez, le lac Majeur & celui de Come. Les Villes de cet Etat sont aprés Milan, Pavie, Alexandrie de la Paille, Come, Cremone, Tortone, Lodi, Novarre, Bobio, Martare, Valence & Vigevanc; qui ont toutes un territoire trés considerable. Au reste l'Eglise de Milan a toujours été trés illustre. On croit qu'elle a été fondée par *l'Apotre S. Barnabé;* & on remarque que d'environ cent trente Prélats qui l'ont gouvernée.il y en trente cinq qui sont au Catalogue des Saints, entre les quels *S. Ambroise,* & *S. Charles Borromée,* le restaurarateur du Clerge, sont les plus illustres. Je dois aioûter qu'entre ces saints Prelats; il y a eu plusieurs natifs de Milan, qui a aussi donné quatre Papes à l'Eglise, Alexandre II. Urbain II. Celestin IV. & Pie IV. Il me seroit aussi facile de nommer grand nombre de grands Hommes natifs de Milan, si je n'en parlois en particulier, comme d'André Alicat, de Jerôme Cardan, de Loüis Settala &c. Le Milanez est tout à fait fertile, & la Ville Capitale a toutes choses en abondance. Ce qui se voyoit déja du temps du Poëte Ausone qui parle ainsi de Milan, dans le Livre qu'il a fait des Villes illustres.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, fœcunda virorum
Ingenia, antiqui mores. &c.

Les Espagnols sont Maitres de Milan, comme je l'ay dit: & ceux du pais se laissent gouverner, comme désirent leurs Princes. Ce qui fait dire aux Italiens qui considérent, l'humeur des Neapolitains, & des Siciliens qui sont aussi soumis aux Espagnols, que le Roi Catholique gouverne la Sicile avec douceur, Naples avec subtilité & Milan avec autorité. On a aussi dit au sujet des Gouverneurs, que le même Prince tient dans ces Etats, que celui de Sicile ronge; que celui de Naples mange; & que celui de Milan dévore.

Succession Chronologique des Seigneurs & Duc de Milan.

9. Series Dominorum & Ducum. Luitprand nomme quelques Comtes de Milan depuis le X. Siécle sçavoir

Alboin.
Megenfroy.
Hugues.
Lothaire.

Ces quatre étoient de la même famille. On compte aprés eux.

Hubert.
Adelbert.
Obizon.
Atton Comte d'Angleria.
Facicus.
Hildebrand. Viscomte en 1056.

On prétend que celui-ci défit un Prince Sarrazin nommé Volux, qu'il lui arracha un heaume sur lequel on voyoit en ciseleure, un serpent qui devoroit un enfant; ce qui fut l'occasion du Guivre des Armes de Milan, que ses successeurs porterent toujours, on met ensuite.

Othon.
Andre en 1100.
Galvain en 1145.
Ubertin Vicaire Imperial. an. 1182.
Jacques Visconte.
Othon, Archevêque & puis Seigneur de Milan. en 1277.
Thibaud frere d'Othon.

Ce Thibaud tué, par ceux de la famille, des Turiani opposée à celle des Viscomtes, fut pere de Matthieu dit *le Grand,* qu'Arnoul Roi de Romains établit Vicaire Imperial en 1294. Depuis *en* 1313. ceux de Milan le choisirent pour étre Recteur, General & Seigneur de leur Etat. C'est par lui que commence la Chronologie certaine des Seigneur de Milan. En 1294. ou 1313. Matthieu *le Grand* mort, l'an 1321.

Galeas Viscomte mort en 1328.
Azzo au Accius mort en 1339.
Luchin tué en 1349.
Jean Archevêque de Milan 1354.
Matthieu II. 1356.
Galeas II. 1378.
Barnabon. 1384.
Jean Galeas I. Duc de Milan en 1395. mourut en 1402.
Jean Marie assassiné en 1411.
Philippe Marie 1447.
Les Princes de la Maison d'Orleans François Sforce. 1466.
Galeas-Marie Sforce assassiné l'an. 1476.
Jean Galeas II. 1494.
Ludovic Sforce dit *le More* fut prit par le Roi Loüis XII. *en* 1499. mourut en 1508.
Le Roi Louis XII. 1515.
Le Roi François I.

François Sforce second fils de Ludovic rentra dans le Duché de Milan *en* 1522. & aprés l'avoir souvent perdu & recouvré il mourut sans enfans l'an 1535.

Charles V. Empereur se rendit alors Maître de Milan qu'il laissa à ses successeurs.

De Mediolanensibus multa tradit *Carolus Sigonius de Regno Italiæ* in diversis locis. *Gerhard. Arnold. tabul. Geograph. cont. 4. tab.* 29. sequentes ad Ducatum Mediolanensem spectantes urbes & loca trans- & cis Padum enarrat. *Trans Padum* sunt Mediolanum *Milano* 10. Urbes & loca Status Mediolanensis.
urbium Italicarum maxima, inque agro fertilissimo sita, quæ arcem habet omnium Europæarum validissimam. Inter ædes Mediolanenses excellunt palatia Gubernatoris atque Archi-Episcopi Curia & sacra ædes, quam illi *Domum* appellant. Artificum manuariorum tanta est ibi multitudo, ut Cives jactent, verso Mediolano Italiam omnem artificibus instrui posse. Melignanum, *Melignano*, ideò notari meretur, quod ibi Galli anno 1515. hostes suos prostraverint, Anno verò 1524. magnam ibi cladem acceperint: Ticinum, *Pavia,* ubi post magnam Gallorum stragem Anno 1525. Franciscus I. ab exercitu Caroli V. captus atque in Hispaniam abductus est. Territorium urbis *Pavese* vocatur. *Cremona* in solo campestri sita, sua arce, suæque turris altitudine, quæ proverbium pepecit; *Una turris in Cremona,* illustris. Ager

vicinis

vicinis *Cremonese* dicitur: Laus Pompeja, *Lodi*, in planitie jacet: Comum, *Como*, dives commerciis, quæ ex lacu Comensi advehuntur. Castellum *turris rotunda* vocatur. Ex hac urbe & familia *Odeschalchi* prodiit Innocentius XI. Pontifex moderatus & prudens.

Novara, Arce & Episcopatu clara, cujus ager Italis *Novarose* dici solet.

Cis Padum laudantur: Valentia, *Valence*: quæ superiori bello Gallorum impetum fortiter repressit: Alexandria, *Alessandria*, muris vallisque egregiè munita; Dertona, *Tortona*, ex Arce suâ defendi potest.

Non omitti hoc loco debent: Principatus Masserano, supra Novaram jacens, ex familiâ *Fereri*, Principatus de S. Pietro, cui subest Casale majus, *Casal Maggiore* urbs satis magna & benè munita.

II. Ulterior descriptio. Meretur celeberrimus Mediolanensis Ducatus, ejusque principalis Civitas, ut plura de iis notentur, quæ hic inserere in sensu suavitatis nobis fuit, ex *R. P. Boussingault. Theatr. Mundi*, prout sequitur: Le Milanés est le plus beau Duché de la Chrétienté. Il y a en ce Païs force Lacs, & grand nombre de Rivieres, & de Campagnes, qui portent des bleds en abondance. Il vient aussi de fort bons Vins, & toute sorte de fruits; & les Rivieres, & les Lacs nourissent grande quantité de poisson. Pres de Milan il croit tres-grande abondanze de Riz. (Fertilitas.)

Son Duché est le plus grand, qui soit en Europe. Il a cent milles de long, depuis le Nord jusqu' au Midy, & contient quatre cens Villes & Bourgs: On l' appelle Milan, parce qu' elle est au Milieu du Païs. Le Roy d' Espagne tire tous les ans de ce Duché trois millions pour l' ordinaire, outre le tiers de cette somme que païs est obligé de paget, quand il y a de la guerre. (Magnitudo.)

In petitione verò universali, Illust. Frederici de Gonzaga, & Margarithæ Palæologæ, Conjugum, Ducum Mantuæ, tam circa possessorium quam petitorium, pronunciamus & declaramus, dictam Marchiam Montisferrati, & castra & loca feudalia, & alia per Marchiones Palæologos possessa, fore, & esse illis adjudicandam & adjudicanda, prout illa eis adjudicamus: Reservatis bonis, locis & castris, de quibus in donatione facta à Joanne Jacobo Marchione Montisferrati, Illust. Amedeo tunc Duci Sabaudiæ, ut infra, super quibus pronuntiamus & declaramus, quoad dicta bona, de quibus est contentio inter dictas partes, ratione & causa dictæ donationis & infeudationis per dictum Illustr. Ducem Sabaudiæ prætensarum, prædictos Duces Mantuæ immittendos esse in possessionem dictorum locorum, bonorum & castrorum, & totius Marchiæ. Reservata tamen nobis definitione petitorii, ex iisdem actis super bonis & castris prædictis. Ita tamen, quod prædicti Illust. Duces Mantuæ, in prædictam possessionem non immittantur, nec illam quovis modo assequi possint, quin prius præstiterint, ad manus nostras idoneam & sufficientem cautionem, pro arbitrio & satisfactione nostra, de relaxatione & dimissione reali & effectuali, possessionis locorum & castrorum prædictorum, & se submiserint sub pœna amissionis omnium jurium, quæ prætextu hujus sententiæ, dictis Illustr. Ducibus Mantuæ, in dicta Marchia & bonis competere possit, casu quo repertum fuerit & pronuntiatum, prædicta loca & castra & Bona, ad Illustr. Ducem Sabaudiæ spectare & pertinere. Quam quidem sententiam intendimus proferre infra annum, & interim, quandoque & ad dictam sententiam audiendam, partibus mandamus, ut suos idoneos Procuratores in Curia nostra habeant, prolaturi sententiam, eorum, contumacia non obstante. Quantum verò attinet ad fructus perceptos tempore sequestri, de dicta Marchia, locis & bonis Illustr. Ducibus Mantuæ adjudicatis, fructus omnes prædictos, præfatis Illustr. Ducibus Mantuæ adjudicamus. Ita tamen, quod habeatur ratio impensarum & sumptuum, pro gubernatione, conservatione & manutentione prædicti Marchionatus, tempore dicti sequestri, rationabiliter factorum, per Ministros nostros, quas quidem expensas prædicti Illustr. Duces compensare & solvere teneantur. Circa petitionem dotis & castrorum Illustr. Annæ & Alenconio factam, quia planè non constat de ejus intentione, reservamus jura, quæ sibi competunt in alio judicio. In petitione verò dotis & donationis propter nuptias, 14000. Scutorum, Illustr. Juliæ de Arragonia, pronunciamus & declaramus, dictam summam 14000. scutorum dictæ Illustr. Juliæ deberi, & pro illis fore & esse sibi obligata & hypothecata bona omnia feudalia dictæ Marchiæ, & alia castra omnia, & bona per dictum Joannem Georgium ejus virum tempore obitus possessa. Ad petitionem & supplicationem Casalensium, dicimus & declaramus, dictos Duces Mantuæ esse immittendos in possessionem dictæ Civitatis Casalis.

Ad alias verò petitiones particulares dictæ Civitatis Casalis, de quibus in processu, quia non plene constat de juribus per eos prætensis, dicta jura, si quæ ejus competunt, in petitionibus prædictis, fore & esse eis reservanda. In petitionibus etiam & supplicationibus Vasallorum dicti Status & Marchiæ, declaramus illorum supplicata locum non habere. Ad petitiones verò particulares Civitatis Januensis, Vercellensis &c. quoniam processus causarum prædictarum non sunt plene instructi, earum deliberationem nobis reservamus, committentes earum cognitionem & definitionem Adm. Rdo. Cardinali Marino Caracciolo, & ita in omnibus supradictis pronunciamus & declaramus, & ad majorem corroborationem manu propria subscripsimus.

Interposita quidem est ab hac sententia revisio, sed non prosecuta, posteaque *anno* 1608. inter filiam Ducis Sabaudiæ Caroli Emanuelis, & Franciscum Ducem Mantuæ conclusum & transactum, atque cum permutatione quorundam locorum, omnibus hinc inde prætensionibus renuntiatum est. Post mortem verò Ducis Francisci resuscitatæ de novo controversiæ, & *anno* 1612. bellum exarsit, quod sopitum per auxilia Hispanica *anno* 1615. quo pax *Astensis* inita, in qua constitutum, ut Sabaudus non amplius armis, sed jure experiri debeat. Exindè Mantuanus omnia tentavit media compositionis amicabilis, conventumque inter *Ferdinandum* & *Carolum Emanuelem* ut prætensiones propter dotem *Blancæ* ter centum mille scutorum complanentur, exsolutis à Mantuano centum millibus in spatio quatuor annorum, & reliquis duobus centum millibus, unà cum dote *Margaritæ* Ducissæ Mantuanæ in bonis Montisferratensibus Piemonto vicinis, salva electione Sabaudicâ. Nunquàm tamen ad effectum habuit hic tractatus, licet â Ferdinando ad præcavendam ulteriorem violentiam & periculum subscriptus, quod evitari tamen non potuit, præsertim postquam successio Ducatus Mantuani, post mortem Ducis *Vincentii* absque prole, Duci

5. Subsecuta post sententiam.

Carolo

Carolo Nivernensi obtigit, contrà quem Cæsar, Hispani, Sabaudi arma moverunt, usquedùm per diversos tractatus, primò Segusiæ *anno* 1629. & post Ratisbonæ in Comitiis *anno* 1630. res ita composita est, *ut Duci Sabaudiæ pro omnibus prætensionibus, quas habere possit super Ducatum Montisferrati, aut aliis, si & prout inter Sabaudiæ & Ducem Carolum Gonzagam Nivernensem ultimò in Italia tractatum atque conclusum, neque ab illo tempore revocatum fuit.* Trinum & alia loca in dicto Montisferrati Ducatu sita, quorum redditus annui stabiles & antiqui ascendent ad summam 18000. Scutorum, quæ loca specificari & æstimari debeant in Italia, mediantibus *Comite Colalto* Plenipotentiario, aut alio S.C. Maj. Commissario, & Regis Christianissimi Deputatis, qui etiam de quantitate & antiquitate redituum stabilium ut supra assignandorum, & de valore & qualitate dictorum Scutorum, num aurei vel aurei in auro, vel alii esse debeant, nisi jam inter partes convenerint, & per ipsas concordabunt, usque dum postea *anno* 1631. in tractatu Clarascensi ulterius declaratum, & Dux Sabaudiæ in possessionem illic Specificatorum locorum introductus est. Nihilominus Dux Mantuæ ista omnia impugnavit, & arbitratus est tractatus illos nullitate & injustitia laborare, qua de causa multas protestationes & argumenta adduxit, quæ omnia huc repetere nimis longum foret. Præsertim cum illis non attentis postea *in pace Monasteriensi Cæsar. Gall.* §. 92. *& seq.* ordinatum sit, prout sequitur.

(Margin: 4. Tractatus pacis anno 1630. — 5. Ulterior declaratio anno 1631.)

6. *Item ne controversia inter Dominos Sabaudiæ & Mantuæ Duces, ratione Montisferrati, autoribus inclytæ recordationis Ferdinando II. Imperatore, & Ludovico XIII. Galliarum Rege, suarum Majestatum parentibus definita & terminata, in Christianæ Reipublicæ perniciem aliquando recrudescant, conventum quod tractatus Cherasci 6. April.* 1631. *cum subsecuta super eodem Ducatu Montisferrati executione, firmus stabilisque in omnibus suis articulis in perpetuum manebit, excepto tamen Pignarolo ac pertinentiis, inter suam Majestatem Christianissimam ac Ducem Sabaudiæ definitis, & Christianissimo Regi regnoque Galliæ acquisitis per peculiares tractatus, qui eadem stabilitate & firmitate consistent, in eis omnibus, quæ translationem aut cessionem Pignaroli & pertinentium concernunt; Si quid tamen in dictis peculiaribus tractatibus contineatur, quod Pacem Imperii turbare, vel novos in Italia motus, post præsens bellum, quod nunc in illa provincia geritur, compositum, excitare posset, id nullum & irritum sit, dicta nihilominus cessione in suo robore permanente, cum aliis conditionibus, quæ tamen in favorem Ducis Sabaudiæ, quam Regis Christianissimi conventæ sunt; Ideoque & Imperatoria & Christianissima Majestas vicissim permittant, se cæteris omnibus tam ad prædictum Tractatum Cherascensem, quam executionem spectantibus, & in specie Albam, Trinum, eorumque Territoria, & reliqua loca, nunquam directè vel indirectè, specie juris aut via facti contraventuras, neque ullo auxilio vel favore contravenientem adjuturas, quin imò communi autoritate datum iri operam, ut ne à quoquam, quovis prætextu violetur, cum maxime se obligatum esse declaraverit Rex Christianissimus dicti Tractatus executionem in omnibus modis promovere, atque etiam armis tueri, eo præsertim fine, ut dictus Dux Sabaudiæ, non obstantibus superioribus clausulis, in pacifica. Trini & Albæ, reliquorumque locorum, ipsi per dictum tractatum & investituram subsecutam, in Ducatu Montisferrati concessorum & assignatorum possessione semper relinquatur, & manuteneatur. Ut autem omnium dissidiorum & controversiarum semina inter eosdem Duces penitus exstirpentur* 494000. *aureorum millia, quæ inclytæ recordationis Christianissimus Rex Ludovicus XIII. in ex-onus D. Ducis Sabaudiæ, se D. Duci Mantuæ soluturum spopondit, Christianissima Majestas præsenti parataque pecunia, dicto D. Duci Mantuæ numerari faciet, & propterea D. Ducem Sabaudiæ ejusque heredes & successores ab ea obligatione omninò relevabit, præstabitque indemnem ab omni petitione, quæ ratione vel occasione dictæ Summæ à D. Duce Mantuæ, vel ejus successoribus fieri posset, adeò, ut imposterùm ejus nomine, colore, ratione aut prætextu, D. Dux Sabaudiæ, heredes aut successores, nullam omninò juris vel facti molestiam aut vexationem à D. Duce Mantuæ, heredibus aut successoribus ejus patiantur, qui ab hoc die & amodo in antea, cum authoritate & consensu Cæsar. & Christianis. Majestatis, solenni hujus publicæ pacis Instrumenti vigore, nullam penitus in tota hac causa actionem contra D. Ducem Sabaudiæ, ejusdem heredes & successores, exercere poterunt.*

(Margin: 6. Constitutio Pacis Monasteriensis. — Pignarolum.)

Cæsarea Majestas, decenter requisita, concedet Duci Sabaudiæ, una cum investitura antiquorum feudorum & Statuum, qualem inclytæ memoriæ Ferdinandus II. Duci Sabaudiæ, Victori Amedæo concesserat, investituram quoque locorum, ditionum, statuum omniumque jurium Montisferrati, cum appertinentiis, quæ illi vigore prædicti tractatus Cherascensis, nec non executionis inde subsecutæ, decreta, & remissa fuerunt, sicuti quoque feudorum Novelli, Montisferrati, Binii, Moncherii & Castellatii, cum appertinentiis, juxta tenorem Instrumenti acquisitionis, ab eodem Duce Victore Amedæo factæ, sub 13. *Oct.* 1634. *& congruenter concessionibus seu permissionibus, nec non approbationibus Cæs. Maj. cum confirmatione quoque omnium & quorumcunque Privilegiorum, quæ Sabaudiæ Ducibus hactenus indulta fuerunt, quotiescunque à D. Duce Sabaudiæ requirentur & postulabuntur.*

Post Pacem Monasteriensem Dux Sabaudiæ anno 1651. per Legatum suum *Marchionem Lulini* pro investitura institit, cui communicata sunt illa, quæ Mantuanus Residens exhibuerat, cum admonitione, *investituram Ducatus Montisferratensis concedi non posse, nisi prius* 494000. *aureorum millia exsolvantur*, quæ resolutio 12. *Jan.* 1652. repetita est, consentiente alias cum supra dicta conditione Residente Mantuano.

(Margin: 7. Requisitio investituræ à Legato Sabaudico.)

Post hæc omnia subsecuta est Capitulatio Cæsarea, *de anno* 1654. in qua §. 4. sequentia sunt ordinata: Insonderheit sollen und wollen wir den Hertzog von Savoyen/ durch

(Margin: 8. Capitulatio anno 1654.)

Mmmmmmmm 2

durch die Person seines rechtmässigen Gewalthabers/ die in dem zu Münster und Osnabruck auffgerichteten J. P. Cæsar. Gall. §. Cæsarea Majestas ꝛc. frey und unbedingt/ neben andern versprochenen Belehnungen des Montferrats, auff die Form und Weiß/ wie sie von Weyland R. K. M. Ferdinando II. dem Hertzogen zu Savoyen Victori Amedæo ertheilet worden/ stracks nach angetrettener unserer Käyserlichen Regierung/ ohne einigen Auffschub/ und so bald wir nun hierum angesuchet und angelanget werden/ denen Reichs-Constitutionen und Lehen-Rechten gemäß/ zumal ohne Anhang einiger ungewöhnlicher General- oder Special-Reservatori, Salvatori oder dergleichen Clausul, samt übrigen allen/ was in gedachtem Inst. Pac. und dem darinn confirmirten tractatu Cherascensi, dem Hauß Savoyen mehrers zu guten verordnet/ und zugesagt worden/ erfolgen lassen/ und ihm darzu/ durch unser Käyserliches Amt/ executivè verhelffen/ auch deren keines/ unter einigem Schein/ Ursach oder Fürwand/ sonderlich auch die Belehnung des Montferrats/ wegen der von dem Könige in Franckreich dem Hertzog zu Mantua schuldiger und noch nicht bezahlter 494000. Cronen/ wovon der §. *ut autem omnium &c.* disponiret/ und das Hauß Savoyen allerdings davon befreyet/ im geringsten verschieben oder auffhalten/ benebens unsere Käys. Autoritæt bey dem König in Spanien kräfftiglich gleich einwenden/ daß derselbe dem Hertzog von Savoya die Stadt Trino unverzüglich/ und ohne Entgelt restituiren thue/ dem Hertzogen von Mantua aber/ von Käyserlicher Macht und Gewalts wegen/ alsbald ernstlich befehlen/ auch ihn durch gehörige Mittel würcklich dahin anhalten/ in einem vorgesetzten kurtzen peremptorischen Termin sich alles exercitii jurisdictionis daselbst/ und andern in dem Montferrat gelegenen/ und dem Hauß Savoyen durch die Reichs und vorhergegangene Friedens-Handlung zuerkannten Orten zu entschlagen/ damit der Hertzog von Savoya seiner/ ihm in demselbigen zuständiger Jurisdiction, gebührend und ruhiglich geniessen möge/ wie wir dann nicht weniger darob seyn/ und durch Ausfertigung ernstlicher Pœnal-Mandaten verfügen wollen/ daß weder er/ der Hertzog von Mantua und seine Nachkommen/ noch auch jemanden anderer/ für sich oder von ihrentwegen/ fürders hin dem jenigen/ was wegen des Montferrats für das Hauß Savoya in den öffters angezogenen Frieden-Schluß/ und dieser unserer Capitulation begriffen/ auff einigerley Weiß und Weg im geringsten etwas zu contraveniren/ und zuwider zu handelen/ sich unterstehen. So thun wir auch das jenige/ was das Churfürstliche Collegium jüngsthin/ unterm dato 4. Junii an ihn wegen Annullir- und Auffhebung deß dem Hauß Savoya zu Nachtheil unterfangenen Käyserlichen und Reichs-Vicariats und Generals in Italien geschrieben/ hiemit allerdings einwilligen und bestättigen/ dergestalt/ daß wir ob desselben Begriff vestiglich halten/ und die Hertzogen von Savoyen bey ihrer in Italien habender Vicariats-Gerechtigkeit und Privilegien gebührend schützen und handhaben wollen.

Quæ omnia repetita sunt in Capitulatione Leopoldina §. 4. & Josephina §. *eodem.* ubi tamen in fine additum: Welches alles jedoch auff die Condition gestellet wird/ wann sich der Hertzog von Savoyen/ den von Ihro Käyserlichen Majestät von Reichs wegen publicirten inhibitoriis & avocatoriis gemäß bezeigen und verhalten wird. 9. Capitulation isnovissimæ limitatio.

Mantuanus quidem semper inhæsit argumentis & rationibus suis antehac exhibitis quasi res adhuc esset in statu gravaminum examinandorum: Verum Dux Sabaudiæ *anno* 1681. per suum Legatum ursit investituræ concessionem, eo quod post tractatus nulla amplius supersint gravamina, sed omnia sublata & exclusa, ita ut sola executio jam supersit. Cui tamen semper obstitit nondum factæ Summæ determinatæ vel solutio, vel realis depositio, ita ut nuda oblatio vim solutionis operari non possit, neque jam Capitale absque interesse possit acceptari, præsertim cum in Instrumento Pacis dispositum sit, quod *investitura Duci Sabaudiæ non aliter attribuatur, quam erga præsentem paratamque pecuniam, aut sufficientem cautionem in gemmis deponendam*, quæ obligatio adhuc Duci Sabaudiæ inhæreat, non obstante promissione Regis Galliæ, cum uterque nunquam solutionem realiter obtulerit, atque sic usurarum cursus non fuerit impeditus, prout Dux Mantuanus in suis exceptionibus late deduxit, quod justitiæ & juri tertii non consentientis non possit derogari: Quæ tamen omnia Sabaudus jam per Instrumentum Pacis & Capitulationes Cæsareas decisa & rejecta esse existimavit. Sed quia tum temporis ipsemet in suis literis insinuaverat, quod se tantum ad recipiendam investituram paratum exhibeat & pro commoditate suæ Cæs. Maj. extraordinariam legationem huc missurus sit, hinc propter periculosa tempora & conjuncturas negotium hoc in priori statu remansit.

Propter causæ hujus gravitatem annectuntur porrò ea, quæ *Pfanner. Histor. Comit. l.* 3. de eo annotavit. [Recrudure sopita utcunque jurgia], Francisco Mantuano fanno perfuncto; hereditatem Montisferrati Mariæ Francisco procreatæ, suæ ex filia Nepti, vindicante Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, Ferdinando Mantuani fratre sibi juxta cum Ducatu Mantuæ asserente. Et Sabaudus, modestioris consilii rebus parum prosperè gestis admonitus, inceptis destitit, tentasse fortunam aut æmulum lacessivisse contentus. Ferdinandum frater *Vincentius* excepit, successorem à se ipso designatum nactus, agnatum *Carolum Gonzagam Nivernium*, in Gallia natum, eductumque, adeoque Hispanis invisum, haud laturis, principem infectum alimonio, servitio, affectu, moribus, cultu, omnibus Gallicis provincias sortiri, Mediolano contiguas, eoque magis, ubi in hominem Gallicum inci dissent, metuendas. Et tractus in partes Sabaudus victor Amadeus titulo Margarethæ (ea Vincentii 10. Sequuntur notata ex Pfannero.

centii soror erat) ad consequendum Montisferratum fretus, votoque rei frustrà toties petitæ inductus. Cæsar quoq; à Rege agnato stimulatus, atque Principatum Clientelari jure Imperio obnoxium à Carolo injussu suo occupatum ægrè ferens, misso ad Niversium Joanne Nassovio, uti possessionem controversam suæ committeret fidei, cùm frustrà postulâsset, isto ad Gallicam fidem, opemque confugiente, ad arma, bellumque, eoque variâ, uti solet, fortuna gesto, ad pacem decurritur; Cæsare Sabaudum, Mantuanum Gallis tuentibus. Ea Turselini primùm, posteà Comitiis Ratisbonensibus, Anno 1630. auctoribus septemviris, ista conditione coaluit, ut adjudicata *Sabaudo* à Cæsare possessione *Albæ*, *Trini*, tantumque ultrà hæc terrarum, quantum ferendis quindecim millibus *Ducatis* annuis satis esset, reliqua penes Mantuanum maneret: fidem Cæsari Majorum more sponsurum. Idque paulò post Clerascensi inter Cæsarem Gallumque pactione firmatum.

Mutata posteà rerum facie, Cæsarisque amore in Mantuanum, exosum hactenùs, Galli in Sabaudum converso, præpollentibus Monasterii Gallis, pro Sabaudo tendentibus, sancitum, ut ad formam pacti Clerascensis Cæsar Sabaudum Montisferrati ex parte dominum solemni (*investituræ*,) ritu reciperet in fidem, Mantuano CCCCXCIV cIↃ. aureorum, Sabaudi loco, atque vice, eo nexu liberandi, *Gallus* exsolveret. Et Sabaudus, ne officio deforet, non multò post à Ferdinando in fidem ut acciperetur (*investiri*) rogavit. Respondit Cæsar, nullam in se, quo votis Sabaudus potiretur, moram futuram, modò Mantuano *promissam pecuniæ summam* præstaret. Cui Sabaudus, ad Gallum hæc, non ad sese pertinere, omni, quo Mantuano quondam tenebatur, nexu disertissimis P. W. verbis solutum, cùm frustrà sæpius occinuisset, facile suspicatus, charitati in Mantuanum id dari, Imperatori nova affinitate (*Eleonoram Mantuanam* is nuper admodum sibi matrimonio junxerat) aliisque necessitudinum modis connexum, misso ad Comitia Jo. *Baptista de Bigliatoribus*, Lucernæ Comite, composito ad Electores libello, Mantuanum magis, (quo mollius res acciperetur) quàm Cæsarem incusans, vim istius atque astum memorabat, qui oblatos nuper à Gallis nummos aspernatus, Montisferrati, etiam quâ parte ad Sabaudum spectet, quantum per vires liceat, Principem agat, Hispanorum opibus confisus, à quibus occupatas Montisferrati Sabaudicæ ditionis arces, suam mox in fidem accipiat: ne nullo jure P. W. sprevisse videretur, legis ejus capita, quibus de causa ista decretum, iniquitatis arguere, majori in Cæsarem, Principes, Proceresque Imp. quam in Sabaudum injuriâ ausus. Repetitas nuper à se ad Cæsarem preces, ut quantum fides atque religio publicæ pactionis curæ ei cordique sit, neque impunè istam negligi licere à Principibus, qui in

11. Memoriale Legati Sabaudici.

fide atque Clientela Rom. Imp. sint, suam denique reique publicæ Majestatem, egregio in Mantuanum Exemplo testaretur. Neque enim aut Cæsarem, aut Electores æquis animis toleraturos, adversus sententias, legesque solemni omnium, quorum ea facultas sit, auctoritate, adsensu, atque jussu perlatas, subjectum Cæsari atque Imperio Ducem insurgere, harumque contemtu atque violatione excitari flammas, totius Christiani orbis, aut Italiæ saltem in perniciem, periculumve exarsuras; At nihil adhuc ab Aulâ responsi, ne responsi quidem spem retulisse, nullâ equidem Cæsaris culpa, quæ penes quos hæreat, non aliis magis, quàm ipsis, qui justissima vota morentur, constare. At non permissuros Electores, sanctissimas, quibus Germaniæ quies, atque incolumitas fulciatur, leges, è Principe Cliente, aut apertâ vi perrumpi, aut prava, ad alios certè spectante interpretatione, eludi; atque violari fœdera, sancta sanè apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur. Sua potius, qua maxima valeant, auctoritate curaturos, ne irritas Cæsar patiatur preces, pro obtinendo jure jam à Sabaudo toties fusas.

Et plerisque nihil iniquum, aut extrà pacis tabulas flagitâsse Sabaudus videbatur. Ast quamvis urgentibus in Senatu, atque relationem crebrò postulantibus Bavaricis (quorum maximè favore nitebatur Sabaudus) Saxonicis insuper, aliisque, non tamen à proposito dimovebantur Austriaci, protrahendæ rei, cujus suffragatores, plerosque habiturum istum, ne ipsi quidem alii ve ambigerent. Et memorabat privatis sermonibus Sabaudi legatus, quamvis Electores causam Cæsari commendandam SCto censuerant, Salisburgium tamen, ejus & apud Principes quoque auctor fieret, â sese rogatum abnuisse: causatum, *se id non nisi jubente atque consentiente Volmaro facere posse.* Inde ad ipsum Volmarum sibi digresso, relationemque instantius flagitanti responsdisse hunc; *Tu verò cum Bavaro & Saxonibus tuis nunquam efficies, ut negotium hoc proponatur: quicquid etiam dicas, & ubicunque rem urgeas; Stat enim sententia eam propositam & Dominum tuum, nisi satis fiat Mantuano, infeudatum non iri.* Ad quæ Pacis tabulas oggerenti sibi cum ratione refellere non liceret, nil aliud quam insolens istud; *Nil fiet*: regessisse; certissima cum spe, nihil â volente Cæsare Juris impetraturum, dimisso. Frustrà quoque fuisse preces, ab *uxore Electoris Bavari Henrietta Adelheide*, multas inter illecebras, neque sine Lachrymis, quo commendatior fæminæ ejus ætatis conditionisque deprecatio esset, ad Cæsarem Monachii præsentem, pro fratre effusas, ne ambiguo quidem responso, & quo repulsæ acerbitatem solaretur, rejectæ. Auditâ quoque sermonibusque exagitata Volmari vox: Ea Monasterii, Osnabrugæ atque Norimbergæ sancita esse,

quæ

quæ cum per temporum infelicitatem necessitatemque detrectare non licuerat, nunc præstare difficile fuerit. Neminem scilicet in ea conditione, cujus ipsum pœniteat, diutius, quam necessum sit, mansurum; Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint, neque eo loco, ubi damna molestiæque, fidem sperandam; Neque enim ita facile effectum reddi, quicquid præsens necessitas invitis utcunque extorsisset, ita, uti dicebatur, Volmarus, sponsionis Vinculum rerum indignitate levari existimans.

12. Alterum Sabaudi memoriale.

Intereà *Veautortius* sive moræ confectus tædio, sive neglectu offensus (cujus utriusque gens impatientissima) sive potius cum gaudio habens, non deesse sibi arguendorum criminandorumque ad Proceres Austriacorum materiem, iteratis ad Ordines literis, de injuriâ Sabaudo non à Cæsare minus, quam Mantuano facta conquestus, nulla pactionum, Monasteriensis præsertim religione sese teneri velle, non apertâ minùs vi, quam editis in publicum scriptis professo; negansque officio defuturum Regem, ad tuendas istas etiam armis, ubi non aliud fidei afflictæ subsidium, ipsa W. sanctione obstrictum; nihil in re tanti momenti periculique, fidei, atque quieti publicæ congruum magis fore monuit, quam ut negotio in Senatu Principum Civitatumque (Electorum ad Exemplum) relato, periclitanti non magis causæ Sabaudicæ, quam publicæ tranquillitati remedium ferrent. Neque in Mantuano solùm pactorum integritatem laborare. Non deesse alia læsæ pacis vulnera, ruptura suas cicatrices, ni medicinam maturè admoveas. Irritas nempè hactenùs fuisse pacis leges, quibus convenerit, *ut ne alter alterius hostes ullo unquam titulo vel prætextu, vel ullius controversiæ, bellive ratione contrà alterum armis, pecunia, milite, commeatu, aliterve juvet, aut ullis copiis, quæ contra aliquem hujus pacificationis consortem, à quocunque duci contigerit, receptum, stativa, transitum indulgeat.* Conscriptos scilicet nemine prohibente in Germaniâ milites, adversus Gallos operam in Italiâ Belgiove navaturos, hibernisque acceptas copias, quas duarum triumve Regionum (*Circulorum*) opibus, si uti lubuisset, arcere licuerat; Adeò quidem sui jam securas, ut de hibernaculis, tanquam de jure suo, publicè pacisci audeant; eoque rem rediisse, uti si ab injuriis, aliquantisper temperâssent, magnas sibi habendas putent gratias, objectâ transigendi utcunque spe, deliberandi de comparandâ defensione tempora intervertere gnati. Esse fortean, qui tali experimento discere gestiant, quantum Galli, quantum ipsi Germaniæ Proceres pati possent, omnia tuto posteà tentari contrà singulos rati, ubi universi ad stabiliendam quietem publicam solennibus Comitiis coacti, leviter adeò ferrent, tam apertis injuriis pacis fœdera violari. Ast verò Consilium, animumque esse Regi, hostes non sibi magis quam Germaniæ infensos, quocunque abierint, persequi, eâdemque operâ sibi juxta atque amicis istorum petulantiâ vexatis, auxilium ferre. Repetita etiam in *Ferdinandum Carolum Oenipontanum* convicia, sui jam ne periculum copiamve quidem facere ausum, querimoniasque suas non minori jam studio occultantem, quàm conatu, atque clamore, ad invidiam Gallo consciscendam, ineuntibus Comitiis extulerat, claro satis indicio, quantum de suâ ipse causa sibi promittat Princeps, cujus adeò ipsum pudere, tam pertinaci silentio constet. Et vera Austriacis exprobrâsse Gallum, etiam Catholici fatebantur, Cæsarum domui magis addicti.

Actum tandem in Senatu de iis etiam, quas sibi factas invicem querebantur, fingebantve Galli, injuriis, recitatis, antequam sententiæ rogarentur, Mantuani ad Ordines literis, quibus Galli, Sabaudique de *oblatâ sibi pecunia asseverationem falsi vanitatisque arguens*, verborum eam satisfactionem, qualis prompta satis plerumque Gallis, non pecuniæ fuisse ajebat, quâ pernumeratâ, atque si accipere ipse abnuisset, depositâ, demùm opus fuerat Gallo, si officio perfungi lubuerat. Indè Proceribus suffragia inire jussis, dictâque à Bavaro pro Sabaudo sententia, Austrius Galli insolentiam primum miratus, qui tot Ordinum querimoniis petitus, ad id usque temporis sine remedio habitis, ipse ultrò, *ne factâ quidem satisfactione spe*, de iis sibi satisfieri postulet, quæ adversus tabulas pacis gesta omissave ipse criminetur; Procerum arbitrio permisit, an è dignitate Reipubl. censerent, Gallo gratificari prius, quàm injuriarum finem ipse fecisset. Recenti adhuc memoriæ obversari, Suecos, quos, quantumvis annitentes, ad Senatum non, antequàm cum Brandeburgio de Pomerania convenisset, Cæsar Ordinesque admiserint; queis melius haberi Gallos, istos suam ad imminutionem tracturos, Gallis sanè nihilo humiliores. Significandum igitur *Veautortio*, damna Germaniæ Proceribus Civibusque contra pacis tabulas data pensari curaret; Non iniquiores post Germanos suis in rebus experturus. Quamvis non dolores suos commemorare Gallum, quia doleat injuriam acceptam, sed quia gaudeat oblatam sibi Cæsaris ad Proceres calumniandi materiem.

Post quæ, ad causam Mantuanam, qua de præcipuè agebatur, conversus, brevi oratione recensens, quæ de ea inter Imperatorem, Gallum, Sabaudum, atque Mantuanum bello quondam, & quæ bellum sequuta, Pactione Ratisbonensi, atque Clerascensi, & postquam harum quoque tæduisset, iterum armis gestam eò tandem rem Monasterii rediisse fatebatur, ut *Servientius* præsentem, para-

paratamque Mantuano Regis fide offerret, sponderetque pecuniam, ast ne nunc quidem exsolutam; uti immerito de violatâ neglectave pactorum religione tantos excitent clamores, quam non alii magis atque ipsi ne glexerint; Neque obtrectandum igitur Cæsari, si solutâ demum pecuniâ Sabaudum in fidem solenni ritu acceptum iri, decreverit. Et Mantuanum Monasterii iterùm atque iterùm ore scriptoque Moguntino significâsse, *haud passurum sese; Sabaudi loco sibi Gallum debitorem obtrudi*; ut adeò inane atque invalidum sit, quicquid invito atque reluctante Mantuano paciscentes statuerant. Et quandocunque id robore sustineri credatur, præsenti certè pecuniâ opus fuisse Gallo, hactenùs quantumcunque glorietur, non nisi verborum officio functo. Neque abs periculo Reipubl. futurum, Galli Sabaudique desideriis obsequi: Neque enim aut Mantuanum, provinciam simul atque pecuniam, quâ utrâque jam ultrà quinque fermè lustra caruerit, & præsertim trinum omissurum; Neque id Concessurum Hispanum, Mantuano fœderatum. Ita ex orto bello Cæsari tuendi beneficii sui necessitatem futuram, postquam in fidem Sabaudum accepisset. Tutius igitur, consultiusque differri rem, facilem exitum habituram, quando Pax inter Hispanos atque Gallos redierit.

Vix dicta jam à Lauterano sententiâ suffragii ordo ad *Bisantinum* pervenerat, cum senatui offerretur compositum à *Veautortio* ad Mantuani literas responsum, quo is ad

13. Veautortii responsum ad literas Mantuani. rem pertinere negans Mantuani de denegando Gallo dissensum, sufficere affirmabat pacis Leges, queis etiam nisi inviti quoque teneantur, omne robur decessurum, maximo Christianæ Reipubl. damno, ipsarumque legum ludibrio, auctore Cæsare ordinumque jussu, suffragioque latarum. Haud certè Imperatori integrum fore, quamvis obluctante isto non exequi, cujus, dum pacisceretur, nihil morabatur dissensum. Collapsuram, magno tranquillitatis publicæ detrimento totam P.W. Molem, si id Cæsari aut cuicunque licere, tam Illustri documento innotuerit. Bis oblatum à Gallo missis ad Mantuanum Legatis, argentum toties aspernatum hunc, ne scilicet receptâ eâ pactioni Monasteriensi adsensum commodâsse videretur, publicis jam sæpiùs scriptis testatus, teneri se nolle quibuscunque pactis etiam à se ipso de Monteferrato celebratis. Mirari igitur licere Mantuani artes, novumque commentum, qui stare istis sese nolle toties professus, jam de nummis, verbis tantùm oblatis, queremonias fingat, quoties offerebantur, disertè ideò spretis, ne pactionem Monasteriensem approbâsse tandem censeri posset; moram in Regem rejiciens, cujus penes ipsum culpa hæreat. Haud certè regem, ut pecuniam ubicunque deponat, P.W. juberi, cui se obtemperare paratus sit Mantuanus, nullam ultrà in Rege moram futuram. At qualemcunque sese præbeat Mantuanus, nihil id Sabaudo officere debere, omni nexu, quo is Mantuano obstringebatur. P. Monasteriensi, Cæsaris, Ordinumque suffragio sancita, soluto. Vanos denique esse metus belli que suspiciones, quas comminiscantur, obtendantque, qui P.W. morem gerere graventur. Eosdem sanè, cum Monasterii pax conficeret, qui adhuc (Gallos scilicet Hispanosque) invicem hostes fuisse. Quin id potius pactione ista actum, ne dissidium hoc inter Sabaudum atque Mantuanum non compositum in alias rursum flammas Christianæ Reip. in commodo exitiove excresceret, latius, si istos corripuerit, daturas incendium. Etsi huic formidini indulgere fas sit, ad alios quoque transituram exempli utilitatem, queis legibus pacis non obsequium præstare, commodius sit; Ast verò rem rectiùs æstimantibus istud potius metuendum, ne neglecta pactio novas turbas, nova Reipubl. consciscet pericula. Satis equidem sese sperare hisce factum Mantuano, satis ordinibus. Quæ si non omnibus sufficiant, ita tamen Regi suo sibique æquos sese istos præbituros, ne in re tanti momenti ad nova inexspectataque Mantuani commenta, inaudito Regis Legato, consultare pergant. Facturos, sibi saltem ante Senatûs copiam, ubi acceptâ dicendi potestate, accuratius expositurus sit rei statum, cujus utique fata exitusque non minimùm ad tuendam turbandamque publicam quietem, incolumitatemque pertineant. Recitato hoc Galli responso Proceres sententiam iterum rogati; uti ordinibus, atque Mantuano ejus copia fieret, interim consultatio differretur, plerique statuêre.

Post hæc Sabaudi Legatus, instare jam finem Comitiis animadvertens frustra suas ad Cæsarem Proceresque preces conquestus, hosce, uti auctores Cæsari existerent, rursum rogitabat, ut is antequam Comitia solverentur, Sabaudo in fidem accepto Pactationi Westphalicæ satis faceret; periculum ostentando, si Princeps rem tam justam neque difficilem postulanti denegare pergeret, facile novum ex negotio jam equidem composito conflaturus incendium. Ignem non extingui facilius, quam ubi in flammam nondum eruperit. Satis, quæ præsenti Seculo evenerant, documento esse posse, quos Europæ motus, quantas turbas res Montferratensis non pacata ciere queat, quidque futurum sit, si sedata jam dissidia recrudescere sciverint, qui jus suum petenti abnuant, aliis modis, quando ita necessitas poscat, repetituro. Sæpe minimam moram ingens ad periculum damnumque valere. Indignam rem esse, pacis violatæ beneficio frui alios, alios carere pacem religiose colentes. Æquissima se poscere plerisque videri, quod Gallus promptum sese solvendæ pecuniæ, ubicunque locorum & quandocunque Mantuano luberet, paratumque offerret. Ast obstare dici Augustæ in fratrem affectum, tantâ equidem hujus vehementiâ, uti Legato Sabaudi, ob libellum Mantuani ipsa nolente comparatum, offensum offensa, apud Maritum precibus obtineret, 14. Instantia Legati Sabaudici.

neret, uti is ad Stahrenbergium Aulæ Mareschallum vocaretur, causam dicturus. Quo tamen spreto, iste Stahrenbergium, ne in Legatos judicium sibi usurparet, commonuit: *Hæc Pfanner. d. l.* Vide quoque *Ludov. Morery in Dictionar. Histor. Verb. Montferrat. Gregor. Leti in Italia Regnante.*

Monopolium.

SUMMARIA.

1. *Descriptio monopolii Reipublicæ damnosi.*
2. *Quinam committant monopolium.*
3. *Monopolia quatenus & quomodo permissa.*
4. *An per privilegium possit concedi Monopolium, & derogari L. unic. C. de Monop.*

De prohibitis monopoliis sub confiscatione bonorum, & de processu Fiscalis Imp. contrà Magistratus in hac parte morosos, *vid. Tom. I. harum Constit. hoc verb. Monopolia. ex R. I. an.* 1512. *tit.* 3. §. 16. *& seqq. R. I.* 1524. §. 17. *R. I.* 1526. §. 26. *R. I.* 1530. *R. I.* 1548. *tit.* 16. §. 1. *& seqq.* Capitul. Leopold. §. Monopolium est lucrosa unius vel paucorum, libertati commerciorum contraria, cum aliorum injuria, & Reipubl. damno conjuncta negotiatio. *Schambogen ad Inst. lib.* 4. *tit. fin.* Monopolium nihil aliud esse dicit, quam singularis ac penes unum venditio, quando nimirum penes unum aliquem, aut paucos solos, tota alicujus rei vendendæ potestas est, illudque inter crimen fraudatæ annonæ refert. De quo *Damhouder prax. crim. cap.* 132. ait: est detestabile crimen, & nihilominus apud plerasque Respublicas frequens & pene impunitum. Quantum verò communi plebeculæ detrimentum adferat, vel hinc manifestum est, quod ex eo rerum omnium caritas in Rempublicam illico irrumpat. Idcircò jura hujusmodi Monopolas, aut propolas puniunt confiscatione bonorum, & etiam exilio, vel privatione suæ negotiationis & mercaturæ, juxta qualitates circumstantiarum, *L. unic. §. si quis autem C. de monop. & convent. negotiat. illicit. Fritsch. in Man. J. P. h. V.* distinguit ea 1. ratione personarum in *publica & privata*: illa quæ Magistratus aut universitas: hæc quæ singulares ac privatæ personæ exercent. 2. ratione *accidentariæ qualitatis* in *licita & illicita*. Cum vero Constitutiones Imperii sub nomine generali Monopolii illicitum intelligant, ac monopolia sua natura, paucis casibus exceptis, cum aliorum detrimento atque injuria conjuncta sint, accidentarie licitorum in definitione ratio habita non est. 3. pro rerum ac mercium varietate, in quibus Monopolia exercentur, sunt vel salis, vini, frumenti & similium &c. Hæc Monopolia cujuscunque etiam generis, ut injusta ac commerciorum libertati noxia, Legibus & Constitutionibus Imperii prorsus sunt prohibita, nec à Principibus aut Magistratibus permitti possunt, *cit. L. un. C. de monop. & R. I. supra alleg. Capitulat. Impp. præsertim Ferd. III. art.* 19. *& Ferd. IV. art.* 17. ubi dicitur: Keines weges jemanden einige Monopolia ertheilen/ sondern da auch dergleichen enthalten/ dieselbe vielmehr als dem Reichs-Satz und Ordnungen zu wider/ wiederumb abthun und auffheben.

(Margin, left: 1. Descriptio monopolii Reipubl. damnosi.)

Committere autem Monopolium dicuntur ii, qui actu quodam efficiunt, ut agricolæ victualia ad forum non conferant, sed ab ipsis omnes emant, & ipsi vendant civibus, quanti velint. Item quod monopolium etiam committant opifices, qui inter se quasdam leges statuunt, quibus carius concivibus suis laborent, & opera perficiat, quam pretio inter ipsos constituto, idque pretium sit iniquum & nimis enorme, nec cum vicinis Civitatibus consentiens, sed Rempublicam admodum gravans, *ita in term. Damhoud. cit. cap. n.* 10. Et illud Statutum, quale nonnulla Collegia opificum habent, daß/ was einer angefangen oder zugeschnitten/ der ander nicht außmachen dörffe/ hoc est, quod unus cœpit, alteri perficere ne liceat, cum tamen, unicuique, quod ab altero inchoatum & derelictum est, sine timore aliquo dispendii perficere licere, expresse statutum sit in *d. l. un. c. de monop.* Contra illa namque quæ jure communi prohibita sunt, qualia sunt Monopolia, inter quæ & hanc opificum conjunctionem Imp. refert, Statuta facere non licet. Igitur in Gallia quoque ejusmodi Statuta reprobari testatur *Rebuff. ad Constit. Regn. Gall. tr. de magist. artif. lib.* 2. *art.* 4. *gl.* 2. *n.* 18. *Moller. semest. cap.* 15. *Besold. in tr. de colleg. Supra citat. Damhoud. cit. loc. n.* 12. ulterius ait: etiam committere Laniones Monopolium, qui conjunctis bursis omnia circumemunt, apud se servant, & ad certam tantum quantitatem ad macellum deferunt, ut omnia carius divendant. Deinde qui certas leges inter se constituunt, ut omnem carnem inflent, ut frusta graviora & majora ac elegantiora tantum appareant, idque ea lege, ut carius divendant. Item inquit *n.* 13. Monopolium committunt omnes pistores, coctores cerevisiarii, Oenopolæ, caupones, & in genere omnes negotiatores, qui clam & intra sese mutuis collatis ad hoc consiliis, procurant & statuunt quippiam, quod ad proprium commodum spectat, & in præjudicium Reipublicæ. Committitur quoque Monopolium, quando aromatarii conveniunt, vel Statuto cavent, ne pro exequiis defuncti, eorum quis possit vendere aromata, vel ceram heredibus, nisi prius solverint hæredes, quod aliis aromatariis defunctus debebat. Sic etiam, quando Cives Statuto cavent, ut factiones & partialitates foveantur: sicuti & quando Nobiles Civitatis per se, & plebeji separatim faciunt aliquod statutum, commit-

(Margin, right: 2. Quinam committant monopolium.)

committitur Monopolium, quod & dicendum, si cavetur Statuto, ut nullus in Collegium cooptetur, nisi sit ortus ex familia tali, vel tali Civitate. Hi & consimiles casus, cum contra prohibitionem, prohibitionisque rationes in monopoliis militent, à cujusque loci Magistratu, diligenter in talia exercentes inquirendum, ac habita ratione loci, qualitatis, personarum & temporum, animadvertendum erit.

3. Monopolia quatenus & quomodo permissa. Interdum tamen & certis casibus ex ratione probabili monopolia à Principibus & Magistratibus concedi & tolerari possunt: 1. in casu necessitatis extremæ, 2. utilitatis publicæ, 3. æquitatis. Hisce enim casibus cessat vitium Monopolii, vel ob graviorem & publicam causam non attenditur. Ut si negotiatio vel ars manuaria in populo antehac nunquam exercita privilegio indigeat, ut ea promoveatur. Item si quæ opificia aut mercimonia non sine magna difficultate exerceri queant. Si collegio alicui ad ejus Reip. proficua incrementa ejusmodi quid indulgeatur; Si Typographo sumptuosum opus excudendi privilegium concedatur. Sic Vratislavia in Silesia vendicat sibi monopolium Lupuli, Noriberga calcis, de quo tamen dubitat *Besold. in thes. pract. h. V.* cum cuilibet emtio venditio calcis hic sit libera. Urbes aliæ cerevisiarum & Vinorum exoticorum. Ita *Josephus* in Ægypto Monopolium in frumento vendendo exercuit, *Genes.* 41. Et *Thales* ille sapiens, cum prævidisset olearum inopiam, omnes coëmit, & anno insequenti vendidit, *Arist.* 1. *polit.* 7. Ac in specie Salis Monopolium Principibus, qui regalia habent, permissum esse, tradit *Fachin. lib.* 1. *consf.* 6. *n.* 7. *Afflict. in tit. quæ sunt regal. in usib. feud. verb. Salinæ. ubi dicit:* Licet jure communi prohibitum ac illicitum sit, ut aliquis solus vel emat vel vendat; Principi tamen hoc solum permissum esse, ut possit prohibere, ne alius quam ipse vendat, *Sal. Alciat. in L. in publica. circa fin. d. V. S.* ubi inquit istud esse Principis Monopolium ab antiquis quoq; institutum, & *in consil.* 117. *post n.* 20. ita scribit: Sunt alii casus, quibus reditus Principum consistunt in Monopoliis, & tamen tales reditus sunt approbati legibus, sicut est reditus Salinarum, quod est monopolium Principis, *L. si quis. C. de vectigal.* Unde etiam Rex Galliæ monopolium exercet cum sale, teste *Freher. de monet. fol.* 48. quod in regia horrea certis locis disposita reconditur, pœna capitis in eos sancita, qui aliunde quam ex illis horreis emerunt, *Thuan. lib.* 5. *Histor. fol.* 153. *Fran. Beliarius rer. Gallic. lib* 25. *n.* 16. *& seqq.* Sic quoque quando Princeps jure regalium mercaturam rei alicujus exercet, veluti aliquarum *gemmarum* ibi repertarum, aut *mineralium*, hoc enim jus intuitu regalis exercet, non nomine mercaturæ simpliciter, quod per consequens non monopolium sapit. *Rhet. J. P. lib.* 3. *tit.* 5. *pag.* 547. Ita etiam Monopolia, quæ commodum aliquod in publicum derivant, optimè concedi possunt, v. g. si unus forte civium commoda occasione gauderet peregrinas merces advehendi, qua occasione cœteri frui non possint, huic ad certum aliquod tempus monopolium istius rei indulgeri solet. *Marquard de jur. mercat. sing. c.* 7. *n.* 1. 2.

Invisum quidem est nomen Monopolii, & Leges multarum civitatum id graviter notant. Multa tamen ex invidia Monopoliorum eximenda, quæ reverà talia non sunt. Nam sane id nullo jure est prohibitum, neque monopolii nomine venire potest, si unicus civis in aliqua urbe certum genus mercium solus norit conficere, aut si quis in agro suo certum genus fructuum solus habeat: aut si in sola aliqua regione certa quædam res proveniat. *Diodorus Siculus J. V. c.* 10. *Cum nullibi terrarum alumen proveniat, quod magnum tamen usum habet, non abs re, monopolium habent Liparæi, auctisque pro arbitrio pretiis, incredibiles inde quæstus faciunt.* Monopolium quippe hoc involvit, ut alii quoque potuerint habere facultatem istiusmodi merces vendendi, nisi quis soli sibi earundem vendendarum facultatem arripuisset. Sed nec ille monopolium exercet, qui ex remota aliqua regione solus merces quasdam advehit; modo reliquis non sit prohibitum, quo minus & ipsi illas eodem petant. Sic & hoc licite fieri potest, ut populus, cui peculiaris cujusdam mercis copia est, cum altero populo paciscatur, quod ipsi soli id genus mercium velit vendere. Nam utique cuilibet sua licet vendere, quando & cui velit, nisi forte illa nobis supersint, alter autem iis carere nequeat. Quo casu lex humanitatis requirit, ne aliis tali pacto sua conditio reddatur deterior. At vero si quis citra tale pactum cum domino mercium proprio ausu viam sibi ad monopolium velit sternere, alios per vim aut clandestinas machinationes eodem accedere prohibendo, quo reliqui omnes ab ipso emere necessum habeant: hunc & in legem humanitatis peccare, & cæterorum libertatem protervè involare manifestum est. Circa monopolia autem, quæ exercentur adversus cives, observandum, non esse illicitum, si non cuivis quodvis negotiationis genus exercere conceditur: sed illis duntaxat, qui ad idem exercendum juxta instituta civitatis sibi jus quæsiverunt. Quemadmodum in plurimis rebusp. Europæis certa quædam præstitisse oportet eum, qui mercaturam aut opificium aliquod colere vult: nec sufficit ejus negotii solam obtinere scientiam. Sed & fieri potest, ut à summa potestate unici civi, aut societati mercatorum indulgeatur certum genus mercium ex certis locis advehere, exclusis reliquis: cujus privilegii concedendi variæ possunt esse causæ. Nam commercia, quæ ad loca remotissima instituuntur, priusquam rite stabiliantur, magnos requirunt sumtus, & ancipiti eventui initio sunt obnoxia. Ergo autoribus talium commerciorum cavendum est, ne quod ab ipsis constitutum magno cum periculo & sumtu fuit, alii gratis intercipiant. Ac præterea ejusmodi societates privilegiatæ opibus suis reip. exigente necessitate felicius possunt succurrere, quam singuli. Viden-

Videntur etiam meliori fide commercia tractari, ac majorem copiam mercium hoc modo posse advehi. Neque de tot fraudibus, & compendiis cogitare necessum habent, quarum lucrum in commune velut ærarium redactum æqualibus portionibus distribuitur. Ast illud prudentiæ rectoriæ circa concedenda ejusmodi Privilegia convenit, ut ea non dentur, nisi circa res, quæ ex remotissimis locis & qua cum periculo aditus patet, advehuntur: & quæ non tam ad necessitates vitæ, quam ad culturam ejus supervacuam spectant: Neque mercatoribus indulgendum, ut pro lubitu suo talium rerum pretia queant intendere. Sed & contra rationem est, paucis civibus occasionem præbere enormes corradendi opes ex fortunis cæterorum, quando ex istis in remp. nulla singularis utilitas redundat. Denique & illa Monopoliorum genera vix videntur iniquitate carere posse, si quando opifices aut agricolæ merces industria sua confectas, aut in fundis suis natas, certis cogantur vendere, qui deinde easdem inter alios cives cumprimis distrahant. Hoc modo enim opes civitatis in paucos confluere non sine oppressione cæterorum patet. Obiter & hoc observandum, à *Grotio l. 2. c. 12. §. 16.* Pro monopolis non satis recte adduci exemplum de Josepho Ægypti prorege. Nam neque Rex prohibuerat, quo minus alii fertilibus annis possent frumentum colligere; & nemini interdicebatur vendere, si quid sibi superesset. Sicuti nec Alexandrinis apud *Strabonem lib. 17.* μονοπωλείαν mercium Indicarum & Æthiopicarum Privilegium aliquod, sed situs loci attribuit. Ast verò à privatis Monopolium proprie dictum: quodque vim Privilegii habeat, institui nequit. Quomodo enim privatus directè possit prohibere, ne alii quoque cives certum genus mercium tractent: cui neque Imperii quid competit, neque vim adhibere licet; igitur à privatis exerceri duntaxat possunt Monopolia spuria, quæ vim juris aut Privilegii non obtinent, sed clandestinis ferè fraudibus & conspirationibus constant, puta, si qui astu prohibent, ne reliqui cives ad ea loca, unde ipsi suas merces petunt, accedant, aut ne alii in nostrum forum tales merces advehant: aut si qui coitione facta omnes ejus generis merces coëmunt, premuntque ut sic raritate earundem procurata, iniquo illas pretio vendant. Talium improbitas non minùs coërcenda, atque illorum, qui uti in velabro olearii de compacto id agunt, ut rerum pretia supra modum accendantur, dum clanculum inter se pacisćuntur, ne quis infra conventum pretium merces vendat. Quam nequitiam operarii & opifices interdum imitantur. ☞ *Add. Plinius l. 8. c. 37. de erinaceo l. un. C. de monopol. l. 6. D. de extraord. crimin. & Cujacius X. obs. 19.* Minus vituperabilis solertia Thaletis circa conducenda omni ἐλαιουργεῖα olearia, cum ex Astrologia magnam olei ubertatem futuro anno prævidisset ☞ *Arist. Polit. l. 1. C. 7. Diogenes Laërt. lib. 1.*

4. An per — Cum omne Privilegium semper intelligatur cum hac clausula, dummodo ex eo non lædatur utilitas publica. *Cresp. de Valdaur. tom. 2. obs. 90. n. 6.* quæritur, an Imperator *tit. Cod. de Monop.* per Privilegium derogare possit, quod *Bald. ad dict. tit.* affirmat. Etsi enim de jure communi prohibitum sit, ut aliquis solus merces emat aut vendat, exclusis cœteris, *L. un. de t. C. d. Monop.* & verba Capitulationis Cæsareæ Augustissimi Imp. nostri Leopoldi §. 20. sic habent: *Itaque quoque magnas societates & Mercatores aliosque, qui suis pecuniis pro libitu & cum usuris & illicitis anteemptionibus nec non Monopoliis multa incommoda S. Rom. Imperio ac ejus incolis & subditis notabilia damna, præjudicia & gravamina intulerunt, & adhuc indies inferunt: cum consilio Electorum, Principum ac Statuum, prout & antehac qualiter iis obviamiri debeat consultatum, sed hucusque executioni datum non fuit, plane abrogabimus, nullique ulla Monopoliorum Privilegia concedemus, sed obtenta veluti constitutionibus Imperii contraria cassabimus & revocabimus.* Id tamen eo saltem pertinet, si commodum unius, aut certorum mercatorum exinde tantùm promoveatur, non verò si in *commun. Reipubl. utilitatem* id commercium redundet, tunc enim, ex probatorum politicorum opinione, non solum Civitates, vel ipse Princeps, sed & consensu Magistratus pauci privati Mercatores, certarum mercium negotium ad se trahere, & Rempubl. laborantem juvare non præhibentur, *vid. Grot. de J. P. & B. lib. 2. C. 12. §. 16. Besold. de ærar. publ. c. 3. n. 6.* præprimis si justa subsit causa, & certum constituatur pretium. Hinc aliqui distinguunt inter Monopolia privata *ordinaria* & *extraordinaria* sive publica, tempore necessitatis permissa, cum etiam in *R. I. de anno 1512.* §. Doch soll hierdurch. inter licitas & illicitas mercatorum sodalitates distinguatur. Exempla non desunt, quod Civitates & Regiones certarum mercium negotiationes ad se traxerint, ut jam dictum supra. Sic exercet *Elector Bavariæ* commercium Salis; sic Principes *officinas cupri* den Eisen-Hammer/ certis personis permittunt. Sic in Germania usitatum, daß den Saltz-Kauff die Städte haben/ und nicht die Dörffer. Sic in Civitate Lubecensi jus *Sachari & Salis* coquendi certis personis privilegio concessum. Sic plurimæ Civitates, Provinciarum, ut Comitatuum Metropoles, Privilegium *coquendi & distrahendi cerevisias* habent, ut reliquis Civitatibus, præter usum domesticum, cerevisias coquere vel distrahere non liceat; Quæ omnia tamen vel jure communi vel Capitulationibus Cæsareis non damnantur, licet cavendum seriò sit, ut Monopolia intra communis necessitatis & utilitatis publicæ cancellos contineantur, ut eleganter deducit *Marquard. de jur. commerc. lib. 4. Cap. 7. per tot.* Unde negotiatio illa crudelis visa fuit, quam *Antonius Leva Caroli V. Imp. Mediolanensis Præfectus* e ercuit, dum omnibus, ut panem à tabernis publicis emerent, nullus verò penes se faceret, stricta lege injunxit. *Sabell. in supplem. Springer. in axiom. Status, axiom. 20. pag. 120. 121.* Immediatè

Privilegium possit concedi Monopolium, & derogari L. un. C. de Monop.

mediatè ad judicium Imperiale Aulicum vel Cameram pertinet, nec prima instantia attenditur, si quis contractus usurarios vel Monopolia exercuerit. *Schwanmann lib.* 1. *c.* 7. *n.* 4. De Privilegio ut aliquis solus certas merces vel res vendere possit. *Pac. in Anal. Cod. h. t. n.* 2. *Felbinger de Monop. th.* 2. De Negotiatorum illicitis conventionibus, ut merces non minoris vendantur, quam inter se statuerint, *Pac. in Annal. C. h. t. Felbinger. th.* 15. Plura de Monopoliis videri possunt apud *Limn. J. P. lib.* 7. *c.* 1. *pag.* 49. & 51. *in fin. Klock de ærar. lib.* 2. *c.* 26. *Marquard de jur. Commerc. lib.* 4. *c.* 6. & 7. *Keller. de offic. jud. polit. c.* 18. *Carpzov. part.* 1. *decis.* 4. *Mev. part.* 3. *decis.* 70. *Fritsch. ad L. un. C. de Monop.* & inter opuscula ipsius varia *tractat.* 1. ubi per 17. *capita* accuratè omnia tradit, quò lector remittitur. *Sabellus in summa divers. tract. tom.* 3. *lit. M.* ubi etiam in specie de *Appaltibus*, qui hodiè sunt frequentissimi.

Moratoria.

SUMMARIA.

1. *Moratoria quæ, & à quo quibusque personis ea concedantur.*
2. *Sunt universalia vel specialia.*
3. *Quamdiu concedi soleant.*
4. *Quibus concedantur vel non.*
5. *Requisita pro impetrandis moratoriis.*
6. *Probe considerandum, an debitor adhuc sit solvendo, & qualis creditoris sit conditio.*
7. *Debitor moratorium impetrans cautionem præstabit.*
8. *In quibus debitis locum non habeant.*
9. *Contra debita jurata moratoria non valent.*
10. *Effectus moratoriorum.*
11. *Moratoria an cursum usurarum sistant.*

1. Moratoria quæ, & à quo quibusque personis ea concedantur.

DE Moratoriis *vide suprà verb. Contract, Credit-Wesen / fol.* 624. *n.* 3. & *seqq.* An & quibus indulgenda, disponit Policey-Ordnung zu Augspurg / *An.* 1548. *tit.* 22. §. 1. & *seqq.* Policey-Ordnung zu Franckfurt / *anno* 1577. *tit.* 23. §. 1. & *seqq.* Moratoria indulta sunt Privilegium dilationis solvendi debitoribus, non sua culpa bonis lapsis, à Principe concessum. Jus concedendi inducias solutionis universales seu rescripta moratoria, Anstands-Brieffe / Quinquennellen / eiserne Brieff / Schutz-Brieff / quæ per totum Imperium validæ sunt, solius est Imperatoris vel Regis Romanorum. *Ord. Polit. de Anno* 1577. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten / Principibus ac Statibus Imperii in suis territoriis vigore jurisdictionis territorialis, idem jus competit, eorum tamen literæ moratoriæ, non ad exemplum Imperialium contra quosvis creditores totius Imperii, sed solum eos, qui concedentis jurisdictioni sunt subjecti, vim & effectum habent.

2. Sunt universalia vel specialia.

3. Quamdiu concedi soleant.

Vocari etiam istæ literæ solent, ut dixi, *Quinquennellen*, eò quod ad quinquennium communiter concedebantur: Verius tamen ratione temporis æstimantur ex voluntate Principis ac Status tales literas concedentis, adeò ut ad biennium, triennium, quadriennium, & hodie sine discrimine etiam ad 10. 12. annos concedantur, ubi non solum suspenduntur, sed planè (pro circumstantiis causarum & personarum, creditoris & debitoris, an resurgere & solvere possit) *vid. suprà fol.* 624. *n.* 5. & *Ant. Textor ad R. I. anno* 1654. §. 82. cassantur & tolluntur omnes pensiones, tam præteritæ quam tempore moratorii durante currentes; nec à Civitatibus & Statibus Imperii cautio exigitur, ut factum in moratorio Chur-Pfaltz / Nassau / Straßburg / Wormbs. *Speidel. in Specul. verb. Quinquennel. Hermes in fascic. jur. publ. c.* 11. *n.* 106.

4. Quibus concedantur vel non.

Regulariter debitores, qui his literis fruiti sunt, ad beneficium cedendorum bonorum non admittuntur, quoniam alias, cum injuria creditorum suorum duplici beneficio eodem fere fine potirentur, sed illi tantum has literas induciarum impetrare possunt, qui damno fatali, bello, incendio, aut alio infortunio ad incitas redacti; hinc indigni hoc beneficio debitores falliti, quique dolose ac propria culpâ, ut ludendo, luxuriose vivendo, aut aliis modis in fraudem creditorum concoquendo, in paupertatem inciderunt. Præterea non obtinent, si debitum fuerit juratum, fiscale, aut ex causa delicti. Item si creditor sit pupillus Ecclesia, miserabilis persona. &c. Et à moratoriis eximuntur causæ piæ, res judicatæ & transactæ, quæ omnia in ipsis moratoriis exprimi solent.

5. Requisita pro impetrandis moratoriis.

Requisita verò impetrandarum harum literarum ex Recessibus Imperii colligi solent, uti ex *Reform. Pol.* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauff-Leuten / & 1577. *tit. eodem*; veluti ut (1. sine culpa sua ad incitas pervenerit, causaque infortunii petitioni inseratur, (2. ut famæ testimonium à Magistratu suo exhibeat, (3. cum solvendo non esse probetur, & per has literas probabiliter ad pinguiorem fortunam pervenire possit. (4. qualitas debiti exprimatur. *Addatur R. I. de anno* 1654. §. nachdem auch. (5. idonea cautio Creditoribus offeratur. Et hæc requisita regulariter in territoriis Statuum Imperii quoque observantur. *Mev. in discuss. Levam. c.* 4. *n.* 6. tradit: Moratorium tribui non debere, nec juste peti posse, nisi constet de *inopia debitoris*, quæ primitus investigari solet: scil. an sit inops, quo casu id contigerit, quanto ære alieno prematur, & an opus habeat auxilio? quia inopia sola non sufficit, sed talis esse debet, quæ miserationem mereatur, qualis non est, quæ culpa debitorum provenit. Ut itaque sine sua culpa miseri hujus beneficii capaces sint, probent casum seu vim majorem, ex qua ad inopiam redacti. Casus ad moratorium impetrandum sufficiens habetur incendium, deva-

devastatio, magna sterilitas, imò quidquid aufert opes, & solvendi media: dummodo tale acciderit infortunium, ex quo difficillima sit reddita solvendi facultas. Aliquando maximis afficiuntur damnis debitores, sed
6. habent reliquum, unde satisfiat fidei, unde gaudere non debent extremæ inopiæ levamine, quia adhuc solvendo sunt. *Mev. cit. loc.* ubi omninò *vide* latè hanc materiam tractantem, quod moratorium non debeat esse perpetuum, nec nimis extendendum, quia ita prospiciendum est debitori, ne nimis noceat Creditori, & dùm uni succurritur, alter æquè pauper & indigens injustè opprimatur.

Probè considerandum, an debitor adhuc sit solvendo, & qualis creditoris sit conditio.

Item quod Moratorium non tollat, sed tantum regulariter differat cursum usurarum, seu earum exactionem. Debet præterea debitor paupertatem, & quo ex infortunio factus sit non solvendo, probare, & quidem testimonio Magistratus, ut jam dictum, sub quo domicilium fovet, *Limn. lib.* 4. *J. P. C.* 8. *n.* 338. unde satis apparet, inducias moratorias non dari, si non aliqua summaria Magistratûs cognitio præcesserit, ut monet *Menoch. de arb. cas.* 203. *& seqq.* Insuper debet præsta-
7. re *cautionem* debitor, ne, quæ salva adhuc habet, durantibus indiciis consumat, vel aufugiat, prout deducit *Carpzov. de asyl. deb. c.* 4. *n.* 25. *& seqq.* Si major pars debitori moratorium concedit, minor tenetur consentire, *n.* 66. *& seqq.* Cautionem autem hanc non injungit proprio motu Judex, sed demùm parte altera, & hic in materia Moratorii creditoribus petentibus, *Gail.* 2. *obs.* 46. *Thes. Basil. vol.* 7. *de morat. th.* 64. ubi traditur, quod in omni materia, nisi statutum dicat, actum non valere sine cautione, id intelligendum sit, parte petente.

Debitor moratorium impetrans cautionem præstabit.

8. Porrò Moratorium sine peccato & læsione justitiæ concedi posse, concurrente magna difficultate & solutionis faciendæ impossibilitate, *Thessaur. decis.* 186. *n.* 3. P. O. *de anno* 1548. non prodesse *fidejussoribus*, non habere locum in debitis ex causa delicti, in Tag-und Lid-Lohn/ in debitis juratis, quia Principis dispositio generaliter loquens non extenditur ad illum casum, *Coler de process. execut. p.* 1. *c.* 4. *n.* 16. nec ad obligationem, in qua debitor huic beneficio renuntiavit, nec ad debita Ecclesiastica, pupillaria, Fiscalia. *L. nec damnosa. C. de precib. Imp. offer.* nemo enim quid Fisco vel juri damnosum postulare debet, & Reipubl. necessarium est, ut quam citissimè debita fiscalia exigantur *L.* 3. *C. de princ. Novel.* 17. *C.* 7. §. 1. Nec ad debitum ex venditione eduliorum & rerum comestibilium, in pleno, quod ajunt, foro mercatuque venalium, *arg. L.* 2. *de nundin. Rebuff. de lit. dilat. n.* 45. Hocque publica exigit utilitas ne necessarium hocce eduliorum commercium impediatur, & homines fame pereant. Debitor item contra Creditores futuros, id est, eos, quibuscum post impetratum rescriptum contraxit, hasce literas opponere nequit, *arg. L. Aurelius.* §. 2. *ff. de liberat. & solut.* Nec contra depositi repetitionem, idque propter exuberantiam bonæ fidei à deponente habitam erga depositarium, Et rectè. Depositi enim causa ut in pluribus aliis *L.* 7. §. 2. *&* 3. *ff. depos.* ita & in hoc casu privilegiata censetur.

In quibus debitis locum non habeant.

Quid si *obligatio non sit jurata*, sed tantum promissio facta, an Eydsstatt? nihilominus 9.
moratorium non habet locum, quia hæc verba quoad firmitatem contractus juramento æquivalent. *Speidel. in spec. verbo* Eydsstatt/ & quod contra debita jurata moratoria non valeant, uno ore per JCtos affirmari tradit *Mev. in Levam. deb. c.* 9. *n.* 103. ubi latè & pulchrè, si quis renuntiat omnibus constitutionibus, indultis & privilegiis, beneficiis, statutis & statuendis, non tamen censetur renuntiasse rescriptis moratoriis, quæ ex causâ miserandæ inopiæ indulgentur, *Mev. d. loc. c.* 9. *n.* 33. *&* 66.

Contra debita jurata moratoria non valent.

Si Principi vel Statui Imperii dandum sit Moratorium, requiritur informatio ab Imperio, ne in Comitiis, vel illis non congregatis à vicinis Statibus Imperator videatur contravenire recessui de *Anno* 1654. & ita suasum Imperatori bey dem Straßburgischen Moratorio, quæ res sic se habebat: die Stadt Straßburg hat gesuchet ein Moratorium gegen ihre Creditores, und daß sie von dem Käys. Cammer-Gericht nicht also mit Processen und Paritorien möchten gedrückt werden/ wolten sie Ih. Käys. Maj. auch an die Stände auff dem Reichs-Tag zu Regenspurg verschreiben/ *conclus.* 13. *Jan.* 668. daß Moratorium zu ertheilen seye durch den letzteren Reichs-Abschied auffgehoben/ allwo ohne das die Creditores viel nachsehen müsten/ und deßwegen der Creditorn Condition nicht schwerer zu machen / es habe es auch die Stadt/ wegen des verweigerten Homagii, um Ih. Käys. Maj. nicht verdienet/ weilen jedoch dieselbe wegen des Königs in Franckreich in so grosser Gefahr stehe/ als wäre an die Cammer zu rescribiren/ ihnen auch gegen ihre Debitores zu verhelffen/ und zum wenigsten/ wegen Schulden/ so exteri zu fordern / mit der Execution nicht zu übereilen / und wann sie bey dem Reichs-Tag ihre Noth vorstellen werden / wolten Ih. Käys. Maj. vätterliche Vorsorg auch dabey ferner bezeigen. Et hoc reiteratum fuit, cum Comes Lippiæ pro Moratorio supplicaret 2. *Octob.* 1673. & in aliis causis.

Effectus Moratoriorum est, quod impe- 10.
diunt & suspendant executionem, ita ut debitores intra tempus in rescripto conceptum à creditoribus, nec ratione sortis, nec ratione usurarum decursarum molestari queant, quam securitatem quidem præstant per totum Imperium, & ipsis interea licet respirare & cogitare de modis solvendi (exigendo debita sua, in quibus alios obstrictos habent) quo ad pinguiorem fortunam evecti, dein commodius finita dilatione, creditoribus suis satisfacere possint. An autem *cursus usura-* 11.
rum durante moratorio sistatur, ita ut ab eo tempore, ex quo indultum impetratum est, usque ad id, quo finitur, interusurium petere non liceat? mirum in modum controvertitur, & distinguunt inter usuras ex conventione debitas, & eas, quæ ex mora judicis officio debentur: harum cursum sisti communiter affirmant,

Effectus Moratoriorum.

Moratoria an cursum usurarum sistant?

affirmant, cessante enim mora velut causa & fundamento usurarum præstandarum, interesse non committitur *L. 40. d. R. C. L. 3. de condit. tril.* At eum qui â Principe inducias moratorias impetravit in mora non esse patet; quia in mora non est, cui justa causa adest, cur non præstet, & ob quod compellatur. Illarum verò cursum in dubio per indultum moratorium ad terminum, in quo illud desinit, usque inhiberi negat *Gabriel Sueder Introd. J. P. part. special. sect. 1. cap. 18. §. 9.* exactionem saltem usque ad dilationis finem suspendi statuens, *cum Ant. Cucho de morat. præscript. n. 148. Ant. Fabr. Cod. Saband. L. 1. t. 9. d. 8. Lauterbach. de benef. rescript. morat. thes. 40. Finckelth. disput. qu. 4. & obs. 47. Richter decis. 74. n. 59. Mev. disc. Levam. inop. debit. c. 4. sect. 5. n. 31.* Non tamen dubitandum, quin Imperator quoque illas ad commendationem Electorum atque Statuum, exigente id ipsum Reipubl. utilitate & summa debitoris inopia & miseria, vel in totum, vel quoad partem expressè remittere queat, quid enim aliâs prodesset moratorium, nisi ut major cumulus usurarum fiat, & omnis facultas satisfaciendi debitori auferatur, *Thes. Basil. Vol. 7. disp. de morat. thes. 70. vid. R. I. de anno* 1654. §. Die verflossene und noch unbezahlte Pensiones &c. 173. 2. Quod durante hoc tempore dilationis præscriptio adversus creditores non currat, per *L. 2. C. de prec. Imp. off. l. ult. C. qui bon. ced. poss.* atque pro evitando omni dubio cessatio usurarum seu interesse tempore durantis moratorii concessioni illius solet inseri, si circumstantiæ & inopia debitoris id suadeant. *Cessionis* autem *beneficium* per hoc beneficium semel concessum excludi, tam invita jurisprudentia statuitur, quam ejus effectus ad alios extenditur. Moratorium indultum debitoris heredibus non prodest, *Mev. p. 5. dec. 1. Hertius var. commentat. tom. 3. fol. 28.*

Mord.

SUMMARIA.

1. *Pœna ejus, qui sibi mortem ipse consciscit.*
2. *Si quadrupes pauperiem fecerit, vel hominem occiderit.*
3. *Pœna Latronum, Sicariorum, assassinorum qui nullam excusationem facti allegare possunt.*
4. *De manifestis homicidiis, quæ jure facta, pœnâ eximunt reum.*
5. *Quos moderata sui tutela excuset.*
6. *Inculpatæ tutelæ moderamen quod dicatur.*
7. *Inculpatæ defensionis probatio.*
8. *Quando & quomodo accusatori inculpatam tutelam neganti probatio cædis injustæ incumbat.*
9. *De homicidio nullis præsentibus testibus commisso, cui inculpatæ tutelæ moderamen prætexitur.*
10. *Si adversus fœminam inculpata tutela prætendatur.*
11. *Si non percussor, sed alius, præter voluntatem vim vi repellentis occidatur.*
12. *De homicidiis casu, non occidendi animo factis extra moderatam tutelam.*
13. *Vulneratus si moriatur, & utrum vulnus morti causam dederit nec ne, quæstio exsurgat.*
14. *Pœna eorum, qui, cum homicidium in rixa vel digladiatione fieret, sibi invicem auxilium tulerunt.*
15. *De cadavere occisi ante sepulturam inspiciendo.*
16. *Alia homicidiorum genera, in quibus nulla culpa admissa, & pœna cessare intelligitur, si modus quidem non excedatur.*
17. *Articuli defensionales, si non concludant.*
18. *Reo se ad probationem exceptionis offerente, de sumptibus in litem faciendis quomodo caveatur.*
19. *De paupertate rei, qui exceptionem probare vult.*
20. *Absentem damnatum, si in carcerem ex post facto deveniat, audiendum esse.*
21. *De Asylis homicidarum, & quando iis gaudere possint.*

1. *Pœna ejus qui sibi mortem ipse consciscit.* Peinliche Halß-Gerichts-Ord. *Art.* 135. Si quis delatus capiatur ob crimen, de quo convictus vitam, & bona sua amittat, & hic futuræ sententiæ condemnatoriæ pœnalis metu, manus violentas sibi inferat: in hujus bona hæredes non succedere, sed fiscum constituit Carolus V. *hoc. Art.* 135. traditur idem â Martiano *JC. in l. 2. ff. de bon. eor. qui ante sent.* Bona, inquiens, ejus, qui manus sibi intulit, fisco vindicantur, si eo crimine nexus fuit, ut, si convinceretur, bonis careat, nullum itaque dubium esse debet, quin Carolus V. Imp. hic loquatur de crimine importante pœnam Capitalem cum publicatione bonorum, cum quis expendat, quid Imperator loquitur de vita & bonis, *ibi* sein Leib und Gut verwürcket hätte. Si quis verò extrà hunc casum, ob delictum, de quo convinci potest, sed bona in fiscum redigi non soleant, quod vitæ tantùm amissione luat, sibi vel dolore corporis, furore, insaniâ, aliâve ex causa mortem inferat. *l. 1. & 2. C. de bonis eor. qui mort. sibi cons.* ejus hæredes â bonis damnati non excluduntur; Apertum enim est rescriptum: Non nocere eum successoribus, qui sine criminis conscientiâ se præcipitavit; *l. factum 12. C. de Accusat. Clar. §. fiat. q. 68. vers. seipsum occidere. 37. ibi: sed hæc omnia. Fr. Vivius lib. 2. Comm. opin. in verb. occidens. n. 1. & 2.* Dicit autem Constitutio, sich selber ertödtet. Necesse nimirum est, ut quis violentas sibi inferat manus, ad id ut pœna locum habeat. Aliud itaque est, si reus naturali morte obeat. *Mandell. Consil. 90. incipit: Ego sum, Remus. ad Artic. h. 135. in fin.* quod in dubio etiam præsumendum potius est. Adeoque si verè non constet, aliquem sibi manus intulisse, sed solus alicubi mortuus reperiatur: aut de crimine adhuc non liqueat, non est præsumendum, aliquem sibi vim intulisse: quin imò in carcere mortuus repertus, potiùs â Custodibus necatus & in puteo inventus, istuc per imprudentiam illapsus creditur, & non tantùm Custodes purgare se debent, sed & fiscum de crimine probare oportet, ita ut hæredibus nihilominùs defensio innocentiæ defuncti semper pateat, *Arg. l. 1. §. si sibi* ma-

nus. 11. de S.C. Syllan. gl. in l. cum hæres. §. species. de legat. 2. Cum aliis notatis à Petro Hegio quæst. 36. n. 34. 35. 36. p. 2. si quis quærat, quomodo manus sibi inferens, facinus hoc absolvere non potens, sit puniendus, dicerem, arbitrio judicis id fieri debere, per tradita Menochii lib. 2. de arbit. jud. quæst. Casu 284. n. 22. Cæterùm ut concludamus: Regula de bonis ejus, qui mortem sibi conscivit, hasce patitur exceptiones: Prima est, si non metu criminis mortem sibi consciverit: Altera est si crimen, quod metuit, non fuerit tale, ob quod damnatus bona amitteret l. qui rei. 3. §. ut autem divus cum §. seq. Vivius de verbo occidens n. 2. tertia est: si antequam accusaretur, metu criminis mortem sibi consciverit. Nam nec hoc casu bona ejus publicantur, hoc art. 135. ibi: beklagt / und in Recht erfordert oder bracht würde. dict. l. qui rei. 3. §. 1. Vivius de Verbo occidens. n. 5. Nicol. Vigel. c. 7. Reg. 5. vers. si quis sibi ipsi mortem consciverit. &c. usque ad finem. Denique movere neminem debet, quod in Authentica Bona. C. de bon. proscript. Confiscatio bonorum delinquentium (excepto crimine læsæ Majestatis tam divinæ, quam humanæ) sublata sit; Imò, quod non desint, qui tradant confiscationem per totum mundum; præterquam in casu jam dicto abolitam esse: quod & videtur probatum hac constitutione criminali Carolina. Art. 135. & Art. 218. in quibus & contraria consuetudo, & statuta de confiscandis bonis delinquentium; Extrà casum criminis læsæ Majestatis, & similium reprobantur, & tolluntur. Nam ad d. Auth. bona, quod attinet, certum est, illam non sine ratione, sed utiliter constitutam; Unde in terminis, in quibus loquitur, sarta, tectaque conservanda est, nec ei quicquam derogandum; Verùm ex ejusdem verbis evincitur evidentissimè; Nihil ibidem de iis tractari, aut novi quid statui, qui facto suo vel culpa, se indignos hæreditate alterius faciunt. De quâ indignitatis quæstione, nec prædictæ constitutiones Carolinæ loquuntur, sed accipiendæ magis de illis casibus, de quibus agit d. Authentica bona. Et quando intuitu commissi delicti vel corpora & bona simul, vel corpora saltem (ut ibidem proponitur) confiscantur. Et sane plures adhuc hodiè extrà delictum læsæ Majestatis superesse casus, in quibus confiscatio ipso jure obtinet, innuit, d. constitutio criminalis art. 218. ibi: und sonsten in andern Fällen/ut ea propter facilè eis credendum, qui de generali consuetudine abrogatæ confiscationis scribunt. Notat Hegius quæst. 33. n. 46. & seqq.

2. Si quadrupes pauperiem fecerit vel hominem occiderit.

Art. 136. Qui feram, bestiam, quadrupedem, genitali feritate præditam, habet, alit, undè metuendum sit, ne iter eà facientibus noceat, vel occidat: Eam Dominus removere tenetur: quod si enim illa damnum dederit, pauperiem fecerit, aut hominem occiderit, Dominus feræ tunc pro damni qualitate, pœna extraordinaria arbitrio judicantium mulctabitur: Eoque gravius, si antè à judice aut Magistratu loci feram custodire, vel dimittere jussus fuerit: quippe quod non censeatur carere dolo, qui judicis sive Magistratus jussui non obtemperat. Omninò autem excusatur Dominus feræ, si ferocitatem quadrupedis ignoraverit; infr. art. 150. vers. Oder so einer ein Thier hätte; De quadrupede pauperiem faciente, habet etiam Matth. Colerus decisionem p. 1. decis. 168. & Fr. Pfeil cons. 137. Modestinus Pistoris Illust. quæst. 64. incipit, cum equorum, & Menoch. l. 2. de arb. jud. quæst. casu. 366. Denique hinc plectendi etiam sunt circulatores, qui serpentes circumferunt. l. ult. ff. de extraordin. crim. Menoch. d. loc. casu 366. Remus ad hunc art. lib. 6.

3. Pœna latronum Sicariorum, assassinorum, qui nullam excusationem facti allegare possunt.

Art. 137. Latro, Sicarius, homicida, nisi jure se occidisse probare possit, summo supplicio afficitur, hoc art. 137. ubi hæc universalia leguntur verba: Ein jeder Mörder oder Todtschläger &c. Sic Justinianus Imperator quoq; suppliciter ait: Legem Corneliam ultore ferro homicidas persequi. §. item lex Cornelia inst. de publ. jud. l. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Menoch. de A. I. Q. casu 295. Similiter jus divinum generaliter loquitur: quicunque effuderit sanguinem, fundetur sanguis illius. Genes. 9. v. 6. Item, qui percusserit hominem volens occidere, & mortuus fuerit, morte moriatur. Exod. 21. v. 12. cum similib. Num. cap. 15. v. 16. & 2. seqq. Deutr. cap. 19. v. 11. Hæc pœna autem augetur, & minuitur pro qualitate criminis, & aliarum circumstantiarum; ut in latronibus augetur; hoc Art. 137. Ubi Carolus V. latronibus, & sicariis rotæ pænam addicit: qui verò hominem inconsulto calore, & iræ fervore occiderint: (eò quod minus latronibus professis peccarint, reatui tamen eximi planè nequeant) hos gladio feriendos constituit; Sic & in homicidio qualificato, in personis, quibus reverentia debetur, commisso, item in patricidio, pænam exasperari patet, ex hoc art. 137. ubi lege Pompejæ locus est, ut forcipibus candentibus ejusmodi homicidæ addurantur, & trahæ injecti rei ad supplicium rapiantur. Notandum quoque est, quod hæc Carolina constitutio faciat mentionem, der fürsetzlichen Mörder / hoc est, homicidii ex proposito sive dolose commissi. In maleficiis enim & potissimùm in casibus legis Corneliæ de Sicariis, ut ordinaria corporis afflictiva pæna locum habeat, requiritur dolus, fraus & voluntas. l. cum autem § excipitur. ff. de Edict. edilit. l. 1. Divus Hadrianus. ff. ad L. Cornel. de Sicar. §. item lex Cornelia de Sicariis. instit. de publ. jud. l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar. ut ita destinguendum sit inter homicidium culposum, causale, voluntarium, dolosum, & proditorium, Clar. §. homicidium. Danæus l. 2. Eth. Christ. c. 13. Illud autem hoc loco notandum: homicidium diei, committi per Assassinium; quando fit interveniente pecuniâ. Clar. homicidium. n. 11. Cæterùm in casu homicidii pœnam irrogat Judex loci, ubi cædes commissa, non ubi mors secuta est, per text. in l. huic scripturæ. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. ubi de crimin. agi oportet. Itaque cum alibi vulneratus, alibi ex illo vulnere mortuus est, non mortis, sed percussionis tempus, & locus attenditur, d. l. scripturæ, & l. ait lex ibi. Cynus ad l. Aquil. Et qui mortiferè vulneratus, reputatur occisus tempore vulneris, licet multo intervallo post moriatur, d. l. ait Lex. Costal. in d. l. scriptura. Fr. Pfeil. consil. 143. per tot.

Art.

4. De manifestis homicidiis, quæ jure facta, pœna eximunt reum.

Art. 138. Regula modo *artic.* 137. proposita est; Homicidium puniri ultimo supplicio, quæ regula non caret exceptionibus, uti patet *h. artic.* 138. Non raro enim homicidia committuntur, propter quæ, quia ex justis & legibus approbatis causis fiunt, auctores eorum nullo reatu tenentur, sed ab omni pœnâ tam civili, quam capitali immunes sunt. Animus & intentio enim distingunt facta, sive maleficia: Adeoque in omnibus maleficiis non tam quid fiat, quam quo animo, quibusque de causis fiat, spectandum est. *l. q. injuriæ. ff. de furt. l. verum in fin. eod. l. item apud Labeonem*, §. *Interdum. ff. de injur. l. p. ff. ad L. Jul. de adult.* Paul. *lib.* 5. *sentent. tit.* 23. §. *qui hominem.* Quælibet itaque homicidia indistinctè mortis pœna non possunt affici, veluti ex causis legitimæ defensionis suscepta, uti ex sequentibus apparet.

5. Quos moderata sui tutela excuset.

Art. 139. Qui pro corporis, & vitæ suæ defensione, aggressorem vim injustam inferentem occidit, omni culpa caret, adeoque non punitur, eo quod defensor propriæ salutis in nullo peccâsse videatur; Immunis itaque est ab omni pœna non tantùm civili, & capitali, sed etiam ab Ecclesiastica censura. *Robert.* 2. *rer. jud. cap.* 15. quia illum in manus occisoris dedit Dominus. *Exod.* 21. *vers.* 13. cui quidem occisori asyla patent. *Deut.* 19. *vers.* 1. quæ enim ex justis & Legibus approbatis causis hoc modo fiunt, occulto quidem, sed non injusto Dei judicio accidunt. *August. lib.* 18. *de civit. Dei cap.* 18. *& l.* 1. *de libero arbitrio. cap.* 5. *Wesenbec. in parat. ff. de just. & jure num.* 15. *vers. effectus.* Allegati & Remo *ad hunc art.* 139. Materia defensionis moderatæ tractatur à Dd. *in l. ut vim. ff. de justit. & jure l.* 1. §. *ut vim. ff. de vi & vi arm. l. itaque l. si scientiam*, §. *qui cum aliter. ff. ad L. Aquil. l.* 2. *& l.* 3. *C. ad L. Corn. de sicar. l.* 1. *C. unde vi.* Cujac. 5. *observ.* 18. *Gail.* 2. *obs.* 110. *n.* 9. *& seqq.* Clar. §. *homicidium. num.* 24. *& seqq.* Danæo *lib.* 2. *Ethicæ Christ. c.* 13. Berlich. *concl.* 12. *per tot. p.* 4.

6. Inculpatæ tutelæ moderamen, quod dicatur.

Art. 140. Superiori articulo cavit Imperator Carolus V. eum, qui sui defendendi causa homicidium commisit, ratione inculpatæ tutelæ ab homicidii pœnâ excusari. Hoc loco itaque declarat illud, definitione inculpatæ tutelæ, sive quæ dicatur moderatio inculpatæ tutelæ. Ea verò consistit in sequentibus, primò, ut quis sit tela lethali, ferro, lapide insultatus seu invasus, & quidem insultatus debet expectare insultum, & aliquem actum ab insultante. Farinac. *in pract. crim. p.* 4. *tit. de homicidio.* 14. *quæst.* 125. *n.* 58. primum ictum tamen insultatus expectare non tenetur, per text. *in hoc Art.* 140. §. *ult. ibi*: und so er also den Benöthigter entleibet / ist er darumb nichts schuldig / ist auch mit seiner Gegenwehr / biß er geschlagen wird / zu warten nicht schuldig. Ratio est: quia melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam medium quærere. *l.* 1. *post med. C. quando licet se unicuiq; se vindic.* Deinde, ut quis ita sit insultatus, vel aggressus, ut sine vitæ, Corporisque periculo, honoris & famæ suæ jactura, ulla ratione effugere, abire, evitare periculum nequeat, *hoc Art.* 140. *post princ. vers.* Und der Benöthigt kan füglich ohne Fährlichkeit / oder Verletzung seines Leibs / Lebens / Ehr / und guten Namens nicht entweichen *etc.* *Art.* 142. *post princ. vers.* oder so der Kläger in diesem Fall / reliqua inquisita persequitur Berlichius. *conclus.* 13. *per tot. p.* 4. quod autem modo dictum, neminem exspectare teneri, donec feriatur, aut vulneratur, *d. l.* 1. Illud adeò verum est, ut nulla consuetudo, neque lex ulla municipalis in contrarium veniens obstare debeat, possitve, *hoc artic.* 149. *in fin.* Nulla enim consuetudo tollere potest ea, quæ juris naturalis sunt, cujusmodi est defensio, §. *ult. Instit. de jure nat. gent. & civ.* Remus *ad hoc art.* Cæterùm, qui ita necessariam sui defensionem suscipiendo vulnerat, vel etiam occidit, nullis pœnis subjacet. *hoc Art.* 140. *vers.* So er den Benöthigter entleibet / ist er darumb nichts schuldig.

Art. 141. Non sufficit allegare defensionem, sed ea etiam debet probari, & quidem à reo, qui eam allegat. *hoc Art.* 141. *Jul. Clar. d.* §. *homicidium. vers. sed quomodo.* Nisi Accusator dicat in libello accusatorio, quod reus dolosè & violenter, vel perfidè defunctum occiderit, Er habe den Entleibten mördlicher / vorsetzlicher / und gewaltsamer Weise umbgebracht: tunc enim reus narrata simpliciter negare, & litem negative contestari potest; Et consequenter incumbit accusatori non solùm homicidium, sed etiam omnes qualitates annexas probare, usque adeò, ut reus, etiamsi accusator homicidium sufficientissimè probârit, non puniatur, sed absolvatur, nisi etiam qualitates illæ propositæ ab Accusatore fuerint verificatæ. Laurent. Kirchhoff. *inter Consil. var. Consil.* 27. *incip. jure autem est. num.* 2. 3. *&* 4. *vol.* 3. quam cautelam latè confirmat Berlichius. *conclus.* 14. *num.* 3. *& seqq.* repudiata contraria sententia Obrechti *in tract. de defensione cap.* 14. *num.* 4. *& seqq.* Sic quoque reum exceptionem inculpatæ tutelæ probare oportere, tum demùm procedere, si Accusator inculpatam tutelam negaverit; Alioquin si Accusator eam fateatur, replicatione aliquâ adversus eam opposita, probationem non esse necessariam, patet ex hoc artic. 141. verbis: Und der Ankläger / der nicht geständig ist / *Vigel. cap.* 7. *Reg.* 1. *except.* 1. *replic.* 3. Quodsi verò reus defensionem necessariam, Eine rechte Nothwehr / legitimè non probaverit, reus pœnæ subjiciendus est, *Art.* 141. *in fin.* quomodo autem sit probanda defensio necessaria, colligitur ex iis, quæ de requisitis inculpatæ defensionis diximus. *Art. praced.* 140. Cæterum ad probandam defensionem pro regula constituendum est, quod ibi agitur pro sanguine ad deliberationem, quod tunc pro ejus innocentiâ probanda sufficiant probationes imperfectæ & dubiæ, conjecturæ, & quævis aliæ circumstantiæ. Farinac. *in pract. crimin. p.* 4. *titul. de homicidio &* 14.

7. Inculpatæ defensionis probatio.

Quæst.

quæst. 125. *p.* 7. §. *num.* 422. & 427. Gail. *lib.* 1. *de P.P. cap.* 16. *n.* 21. & *seqq.* secus est, ubi agitur contra consanguinem ad condemnationem, quia tunc obtinet, quod dicitur in causis criminalibus requiri probationes exactissimas, & luce meridianâ clariores. *l. ult. d. probat.* latè de hac materiâ tractat Berlichius, *d. concl.* 14. *per tot.*

8. Quando & quomodo accusatori inculpatam tutelam neganti probatio cædis injustæ incumbat.

Art. 142. Si quis excipiendo dicat, quod sui defendendi causa, homicidium fecerit, ratione inculpatæ tutelæ; ab homicidii pœnâ excusatur, *supra Art.* 139. Illa autem exceptio nonrevelat eum, si occisus aggressor insultandi & vim inferendi, mortemque intentandi, causam legibus probatam pro se habuerit, V.G. quod Aggressor occisus reum sive accusatum, cum uxore, aut filiâ suâ, aliovè gravi delicto, veluti furem nocte deprehensum interficere, aut legum permissione detinere potuisset. *l. nihil interest. in princ. ff. ad l. Jul. de adult. l. furem.* 9. *ad L. Jul. de Sicar. l.* 4. §. 1. *ad L. Aquil.* Aut reum ideò legitimam defensionem non fecisse, quod reus offenso fuit robustior, adeoque pugna superior, & ab impetu insultuque liber. *verf.* oder / so der Kläger. Non enim ad ultionem seu vindinctam progredi debet defensio, *l. scientiam. ff. ad L. Aquil.* aut quia constet, occisum post insultationem à se factam retrocessisse, aut fugisse, aut exindè non facile præsumatur inculpata tutela. *verf.* Oder meldet / daß der Entleibte / nach gethaner ersten Benöthigung gewichen. Aut, quod reus, cum fugâ sibi consulere potuisset, homicidium potius committere, quam fungere maluit. *verf.* Mehr so fürgeben wird. Has & alias ejus generis replicationes, si Accusator contra accusatum defensionis exceptione utentem in medium adferat, ante omnia probare meminerit. Qui si hoc debito suo exsolverit, probationemque legitimè deduxerit, reo sua defensio denegabitur: Et frustrâ sibi vim primo illatam esse jactabit. Zas. *ad l. ut vim. num.* 14. 15. 16. *ff. de just. & jure.* quod verum esse, addit Remus *ad hunc Art.* 142. *lit. C.* si simul dolus manifestus arguatur; secus, si de eo liquidissime non appareat: Nam etsi non erit defensio inculpata, est tamen aliquâ excusatione digna, tum quod L. Corneliæ ordinaria pœna locum non habet, nisi in homicidio doloso, *l.* 1. *l.* 4. §. 1. *l.* 7. *l.* 14. *l. pen. ad L. Cornel. de Sicar. Exod.* 21. *verf.* 12. 13. 14. *Num.* 35. *verf.* 15. 20. & *seqq. Deut.* 19. *verf.* 5. & *seqq.* tum quod in autographo Caroli V. hic ita legitur. So kan sich solcher Todschläger keiner rechten / oder gäntzlichen entschuldigten Nothwehr behelffen / ergo aliqua & imperfecta uti poterit. Clar. *lib.* 5. *q.* 29. *n.* 2. Remus *d. loc.*

Contrà, si actor impetum, sive primam vim ex causâ legitimâ factam fuisse probare non possit: Reus verò de inculpatæ tutelæ defensionis moderamine liquido judicis doceat; hoc casu exceptio ejus à judice admittenda est, ita tamen, ut ab utraque parte producti testes, si qui haberi possunt, oculati audiantur, & utriusque partis testimonia pariter admittantur, adeoq; in factum ipsum diligens habeatur inquisitio; Hoc porro loci animadvertendum est præcipuè, si quis vim primùm illatâ sui defendendi, & vim vi propulsandi justam causam habuerit, nec tamen in ipsa propulsatione omnia, quæ in moderatâ tutelâ, seu defensione requirantur, strictè, & ad amussim observaverit, (quis enim stateram in manu habet, ut ad mensuram omnia agat? Gail. 2. *obs.* 110. *n.* 17.) tunc diligenter exponendum est judici, quâ in re limites, modumque jure præscriptum excesserit, quibus ad æquitatis examen revocatis, & justè adpensis, pœna corporis, vitæ amissionis, aut mulctæ, adeòque modo gravior, modo mitior pœnâ mulctâve, pro re nata erit irroganda, quid ex consilio prudentum judices statuendum existimârint. *hoc Art.* 113. Et ibi Remus *in paraph.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. casu.* 277. Ubi relinquit arbitrio judicis, an homicidium sit ad defensionem legitimam, sive cum moderamine inculpatæ tutelæ commissum, ut ille qualitates rixantium, armorum, causæ, & reliquas circumstantias probè inspiciat, & animadvertat.

Art. 143. Imperator Carolus V. in hoc articulo proponit illam quæstionem; quomodo puniatur, qui fatetur se hominem occidisse, addit tamen, se defendendi sui causa fecisse, defensionem autem probare nequit, quia homicidium nullis testibus præsentibus commissum est; sed tamen eam non decidit, sed consideratis variis temporum, locorum, rerum & personarum circumstantiis arbitrio judicis relinquit, ut ille utriusque personæ, tam occisi, quam rei conditionem, atque vitæ statum, locum, ubi cædes facta dicatur, *l. aut facta*, §. *locus. ff. de pœnis*, quo quisque armorum genere usus sit; quæ & quot quisque vulnera acceperit, quo se modo ante & post factum homicidium gesserint, & affecti invicem fuerint: quis eorum ex vitâ ante acta majorem fidem & innocentiæ opinionem mereatur: quid causæ fuerit, quid spei reum commovere potuerit. *hoc Art.* 143. *in pr.* quas circumstantias omnes & singulas in sibi proposita facti specie examinat, Fichard. *conf.* 119. *n.* 5. *verf.* Zum andern / & *seqq. tom.* 2. & *conf.* 122. *n.* 2. & *seqq.* Has circumstantias solerti indagationi prudentis judicis Carolus V. committit, ut ille animadvertat Reone inculpatæ defensionis clypæo se muniendi credendum sit, nec ne. Namque ut ejusmodi tutelæ præsumptio, cum cædes manifesta est, neque negatur, locum habeat, causas esse magnas & graves, quæ contra occisum faciant necessum est, quas si liquido probatas reus contra occisum suæ causæ patrocinandi gratia adferat, quin absolvatur, nullum est dubium; Et causæ quales sint, hac constitutione comprehendi, & ob oculos poni nequeunt: plura enim sunt facta, quam ut legibus comprehendi queant, *l. non possunt ff. de legib.* Omninò autem Reo homicidium fatenti, si modi præsumptiones tales sint, quas attendere operæ pretium sit, onus probandi defensionem imponi debet; contra quam probationem, si Actor vicissim 9.

De homicidio nullis præsentibus testibus commisso, cui inculpatæ tutelæ moderamen prætexitur.

aliquid

aliquid opponere, aut contrarium probare velit, apud acta audiendus erit. Quod si in utramque partem, verisimilibus argumentis, & actore & reo instructus, res intricata propendeat, ut ea recte dijudicetur, prudentibus omnia, quæ incidisse memorantur, explicanda esse monet Imperator. *hoc art. in fin.* quæ rectius respondere possint. *l.* Capitalium, & *l. aut facta ff. de pœn.* Remus *in §. h.* Denique quâ pœnâ reus ex tali confessione qualificata puniri debeat; examinat & tractat Berlichius *conclus.* 15. *n.* 6. *& seqq. p.* 4. Ubi concludit, reum non pœna legis Corneliæ ordinaria, sed alia mitiori, arbitrio judicis puniendum esse; per *ibidem* allegatas rationes & fundamenta.

10. Si adversus fœminam inculpata tutela prætendatur.

10. *Art.* 144. Uti exceptio inculpatæ tutelæ non facilè defenditur, si reus occiso fuit robustior, quippe, quod sit verisimile periculum ei ac occiso impendisse *supr. art.* 242. *vers.* oder so der Kläger ꝛc. Ita quoque si mulierâ viro sit occisa, non præsumitur inculpata tutela, nisi à viro legitimæ defensionis causa se id fecisse, probetur: quæ probatio ex qualitate viri & mulieris desumi potest, ut nimirùm inspiciatur, & attendatur, quibus armis usa sit illa, quibus hic, qui pugnæ modus fuerit, & quæ vulnera inflicta; ut his in considerationem adductis, apertius consilio prudentes adesse possint: licet enim improbabilius, virum ad sui defensionem à muliere cogi posse dicatur, & credatur: quippe, quod pro viro præsumptivè militet fortitudo, & pro fœmina imbecillitas. *l. si quis duos, §. maritus. ff. de reb. dub. l. cum hic status, §. ambo. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Tiraqu. *in* 1. *Leg. connub. gl.* 1. *p.* 1. *n.* 55. *& seqq.* fieri tamen posse non negatur, ut virago quæpiam natura ferox, & arma manibus gerens, mollem, meticulosum & effæminatum virum verbis provocet, & ita virum sine viribus, sive armis ad defensionem suscipiendam cogere possit. Fidem autem suæ exceptioni conciliabit reus, si fœminam arma strinxisse, iisque necem intentasse: se minus noxium telum habuisse ostenderit: Tiraqu. de mitigandis pœnis *caus.* 9. Remus *in paraph. h. art.* 144. Vigel. *cap.* 7. *Reg.* 1. *except.* 1. *repl.* 5.

11. Si non percussor, sed alius præter voluntatem vim vi repellentis occidatur.

11. *Art.* 145. Quæstio est: Quomodo occidens præter voluntatem suam unum, puniatur? Respondet Carolus V. *hoc art.* 145. si quis tertium illac fortè iter facientem, aut fortuna supervenientem, dum se justo moderamine defendit, eò minus contrà aggressorem pugnans, casu, non data opera occiderit, à pœnâ excusari; quod intellige de pœnâ legis Corneliæ, de Sicariis: tenetur namque adhuc pœna legis Aquiliæ, per text. *in l. scientiam.* 45. §. *qui cum aliter.* 4. *ff. ad L. Aquil.* quod adeò obtinet, ut insultatus, si mediatorem, qui pacis conservandæ causâ in rixâ intervenit, occiderit, etiam à pœnâ gladii ordinariâ excusetur, maximè, si alter se defendere & mortis periculum evadere non potuit. Clar. §. *homicidium n.* 31. Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *tit. de homicidis* 14. *quæst.* 125. *num.* 142. *& seq.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. casu.* 277. *n.* 3. *& casu* 324. *num.* 9. *& seq.* Mandell. *Concl.* 56. *num.* 53. Econtrà autem, si quis Martinum percutere vellet, vel occidere, lapsus in personâ, Antonium percussit, vel occidit, tenetur pœna legis Corneliæ de Sicariis. *d. l. scientiam. §. qui cum aliter. vers. sed si defendi. ad L. Aquil. L. cum, qui nocentem, §. si injuria. de injur. l. quoniam multa, C. ad L. Jul. de vi publ. Thoming. decis.* 38. *num.* 6. *& seqq.* Berlich. *concl.* 10. *n.* 4. *&* 10. *cum seqq.*

Art. 146. Homicidium casu committitur, ab aliquo præter scopum, consilium & culpam suam ex negotio, & actu licito, naturâ suâ ad delinquendum non comparato *l.* 1. *ff. si quadr. paup. fec. dic. l.* 8. §. *eum, qui c. de Sicar. L.* 11. §. *delinquunt, de pœn.* De ejusmodi casu disponit Carolus V. *hoc art.* 146. quod excusetur ab homicidii pœnâ, qui non dolo, neque datâ operâ, sed casu homicidium fecit, ubi simul hoc declarat exemplis, quæ alias rem valdè illustrant: Veluti, si Titius in tonstrina sua (qui locus ei commodus est) Sempronio barbam raderet, inopinato casu ad manus tonsoris jactatum quid est, aut tonsor percussus, unde gula ejus, quem radebat, cutello præciditur; vel si balnearis quis funditor, aut miles in campo Martio jaculationibus, atque militaribus exercitationibus destinato jaculis ludens, palum jaciens, dum telum emittit, bombardam ad metam exonerat, transeuntem transcurrentemve læserit, trajecerit: vel si cum nondum collimasset, telum invitâ manu fugerit, atque hominem occiderit, quia improviso casu factum, nulla horum culpa intelligitur, *hoc art.* 146. ubi Remus *in paraph.* 12

12. De homicidiis casu, nec occidendi animo factis, extra moderatam tutelam.

Sanè si culpa casum præcesserit, & homicidium comitatur, non debet illud esse impunitum, *l. ejusdem.* 3. §. *sed hoc solum, cum seq. & l. lege Corneliâ.* 4. §. *ad L. Cornel. de Sicar. l. si quis.* 38. *qui abortionis. ff. de pœn. l. illicitas.* 6. §. *sicuti Medico. ff. de offic. præs. c. consuluisti, §. h. autem, qui probantur.* 2. *quæst.* 5. *hoc art.* 146. *vers.* Unterstünd sich aber der Balbierer an der Gassen. Ubi idem exemplis declaratur: Veluti si tonsor in via publica (hic culpa ad casum ordinata est, Gail. 2. obs. 110. n. 25.) aut ubi homines ex consuetudine tonderi non solent, quem radat: aut miles sagittarius, sclopetarius sive bombardarius in alio loco, quam qui ad exercitandum est datus, ut qua vulgò iter fit, ejaculatus fuerit: aut si imprudentius arcum, tormentumve in loco ipso destinato tractârit & versârit: si quis ab eo tonsore vel milite occidatur, quod in culpa sint, puniri possunt. *hoc art.* 146. *vers.* Unterstünd sich ꝛc. quo tamen casu non ordinariâ, sed extraordinaria pœna legis Aquiliæ, aut aliâ mitiori pro arbitrio judicantis reus est puniendus. *dd. legib. & art. hoc vers.* Aber dennoch ist mehr Barmhertzigkeit ꝛc. Ubi indicat Imperator; Judices in tali casu plus debere misericordiæ, quam severitatis adhibere. Wesenb. *in paraph. ad L. Cornel. de Sicar. n.* 23. ut tamen, si quæ cædes ejusmodi facta deferetur,

pendentes consulant: Menoch. *de arbitr. judic. quæst. casu* 324. quod autem dictum est, homicidium culpa commissum extraordinariâ puniendum pœnâ, hoc de levi, & levissimâ culpâ non intelligitur; nam hæc etiam, quoad extraordinariam pœnam, præsertim criminalem tanquam casus, veniam meretur: teste Clar. §. *homicidium. v. culpa dicitur.* 3. *ibi. hac tamen conclusio.* Cæterùm utrum dolo, an culpâ homicidium sit commissum, etiam ex genere armorum constituitur. Nam si baculo quis percusserit, & secuta mors est, percutiens non præsumitur animum occidendi habuisse, ideoque culpa, non dolo homicidium factum esse, censetur: *l.* 1. §. *divus Hadrianus, ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Clar. *d.* §. *homicidium. V. dicitur etiam.* 3. *Vigel. c.* 7. *Reg.* 1. *except.* 2. *replicat, & duplicat.*

13. Vulneratus si moriatur, & utrum vulnus morti causam dederit nec ne, quæstio exsurgat.

Si quis vulneratus non è vestigio, sed post aliquot dierum interstitium moriatur: quæstio agitari solet, utrum vulneratus ex vulnere, an verò ex negligentiâ, vel suâ vel medici decesserit? Ad quam respondetur, reum homicidii pœnâ puniendum non esse, nisi de eo prius constare cœperit, quod ex vulnere decesserit; poterunt itaque ab utraque parte testes in judicium produci, potissimùm vero chirurgi; vel Medici, quibus, utpote peritis in suâ arte credendum est, *l. septimo mense.* 12. *ibi, propter authoritatem doctissimi viri Hippocratis: & ideo credendum est. ff. de statu homin.* Clar. §. *homicidium. n.* 43. Menoch. de arbitr. jud. quæst. casu 275. n. 11. ubi medicorum judicium, non conjecturam, sed veram probationem esse ait: Id quod inprimis verum est, si medici illi sint, ab insigni aliquâ republicâ, ob singularem suam peritiam recepti, & ex publico salarium habeant, Gail. 1. *observ.* 111. *num.* 6. vel sint Doctoros aut licentiati. Farinac. *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 127. *n.* 107. qui testentur de vulnere, lethale fuerit, num secùs, Schultes *in addit. ad Modestin. Pistor. quæst.* 143. possunt alias etiam testes domestici ac vicini adhiberi, qui deponant, quam benè se æger ad Medici præscriptum in cura gesserit, num cibis, potuque interdictis usus sit; num ob intemperantiam aliquo novo symptomate correptus fuerit: itemque & hoc, an si ipse sibi deesse noluisset, convalescere potuerit, nec ne: Denique quamdiu, à Vulnere supervixerit: (dies κρίσεως attendi solent, vel maximè. Vocantur autem dies decretorii, sive critici; Leonhard. Fuchsius *lib.* 4. *Instit. Medic. sec.* 2. *cap.* 10.) si namque quadraginta dies supervixerit, non præsumitur mortuus ex Vulnere: Sec. Angel. *in l.* 1. *c. de emendat. propinq.* Gail. 2. *observ.* 11. *n.* 23.) jurati deponent. Remus *in paraph. hoc art.* 147.

14. Pœna eorum, qui cum homicidium in rixa, vel digladiatione, fieret, sibi invicem auxilium tulerunt.

Art. 148. Quæstio est, quæ pœna sit, si plures in rixâ vel tumultu, sive digladiatione aliquem occidant? Si autor homicidii sciatur, quin is pœnâ ordinaria Legis Corneliæ puniendus sit, nullum dubium est. *l. item Mela,* 11. §. *sed si plures,* 2. *vers. & siquidem apparet. ff. ad L. Aquil. & hoc art.* 148. *post princ. vers.* So aber etlichen Personen / Gail. 2. *obs.* 109. *num.* 2. *vers. si vero certum sit*; Si verò in rixa plurium quis est occisus, & occisor ignoratur, dubitationem habet, quomodo illi puniantur? sed omninò dicendum est, quod omnes non criminaliter, sed civiliter de læsione tantùm teneantur, adeoque arbitrariè extra ordinem, vel pœnâ pecuniariâ, vel relegatione, vel simili puniendi sint. *l. item Mela* 11. §. *sed plures* 4. *ff. ad L. Aquil. l.* 1. §. *ult. & l. seqq. ff. de his qui dejec. vel effud.* quam sententiam confirmat Carolus V. hac constitutione criminali, art. 148. post med. vers. Auch so einer in einem Auffruhr oder Schlagen ꝛc. Gail. 2. *obs.* 109. *n.* 1. *cum seqq.* Modestin. Pistor. *consil.* 4. *n.* 1. *& seqq. vol.* 2. *Clar.* §. *homicidium. n.* 37. *& seq.* Baptist. à Villalob. *verbo homicidium.* cum aliis allegatis à Berlich. *concl.* 11. *n.* 6. *& seq.*

Quod si verò ejusmodi rixa tumultuaria, & conflictus datâ operâ, studio & deliberato animo contigisset, adeoque destinatâ voluntate, deliberatoque animo hominis occidendi causa, sibi mutuam opem, & auxilium tulissent singuli, tunc omnes pœnâ ordinaria, & capitali supplicio afficiendi sunt, etiamsi unum vulnus tantùm fuerit inflictum, & de ejus authore non constet, *l. in eadem causâ,* 3. *ff. ad L. Jul. de vi publ. Constit. crimin. hoc Art.* 148. *in pr. his verbis*: So etliche Personen mit fürgesetztem und vereinigtem Willen / und Muth / jemand bößlich zu ermorden / einander Hülff und Beystand thun / dieselbe Thäter alle haben das Leben verwürcket. Clar. *d.* §. *homicidium. vers. alia etiam* 37. *ibi: primus est.* Damhud. *in pract. crimin. cap.* 76. *n.* 17. & alii allegati à Berlichio, *d. loc. n.* 49.

Si homicidium non fuerit deliberatum, sed in rixa, vel tumultu fortuitò, sivè casu exorto à pluribus factum, tunc ii solum, qui Lethalia vulnera occiso inflixerunt, sivè unus, sivè plures sint, siquidem deprehendi possint, ut homicidæ puniantur, & ita vicissim expectent, quod alteri fecerunt, *l. nemo. C. de Episcop. aud.* Clar. *de* §. *homicidium, vers. aut vero plurâ* 41. *in pr.* Cæteri autem, qui occisum vulneraverunt, sed non lethaliter, extrà ordinem puniuntur, *h. art.* 148. *vers.* der ander Beyständer / Helffer / und Ursacher ꝛc. Clar. *de homicid. & d. vers. aut vero plura, ibi, aut verò unum, & ibi, aut verò sunt.* Quod si author lethalis vulneris ignoretur, omnes Vulneratores extrà ordinem hoc casu puniuntur, *hoc art.* 148. *verb.* Auch so einer in einer Auffruhr. Clar. *d. vers. aliâ etiam* 37. *ibi tertius autem est.* Fichard. *in addit. ad* Baptist. à Villalob. *in verbo, homicidium;* Vigel. *cap.* 7. *Reg.* 2. *except.* 1. *adde notata, supr. ad art.* 34.

15. De cadavere occisi ante sepulturam inspiciendo.

Art. 149. Reum sive accusatum homicidii non posse pœnâ affici, nisi de eo prius constare cœperit, quod ex Vulnere decesserit dictum est, *Art.* 47. ut itaque ostendi possit, utrum vulneratus ex vulnere perierit, & ne postquam justæ sepulturæ traditum, hoc est, terra conditum corpus inquietari opus sit, judicis est, ut ille cum duobus

duobus assessoribus, sive Scabinis, Actuario, & Chirurgo uno vel pluribus, si haberi possint, juratis, ad domum defuncti eat, & cadaver, antequam funus ducatur, diligenter inspiciat, omniaque vulnera, verbera, ictus, & quæcunque symptomata accesserint, accuratè consignari faciat; Gail. *d. obs.* 111. Remus *in paraph. hujus art.* 149. Cæterum non abs re est, si judex etiam ante mortem hanc inspectionem vulnerati instituat: quia nimirum, si per negligentiam vulnus fortè lethale fiat, tunc vulnerans de vulnerato tantùm tenetur. *l. qui occidit. §. fin. ff. ad L. Aquil.* Prodest aliquando etiam in casibus dubiis, ubi verus author ignoretur, audire sententiam vulnerati, antequam morte extinguatur; quippè, quod innocentiæ favore creditur vulnerato, excusanti vulnerantem. Gail. *lib.* 1. *de P.P. obs.* 16. *n.* 23.

16. Alia homicidiorum genera, in quibus nulla culpa admissa & pœna cessare intelligitur, si modus quidem non excedatur.

Art. 150. Imperator Carolus enumerat alia homicidiorum genera, quæ justis ex causis licita, & concessa non puniuntur; si moderamen modus adhibeatur; Sic namque excusatur à pœnâ homicidii, qui adulterum cum uxore, vel filiâ suâ deprehensum, vel uxorem, filiamve suam in adulterio deprehensam occiderit. *l. patri.* 20. *& l. seq. l. marito* 24. *in pr. & l. si adulterium* 38. *§. Impp. ff. ad L. Jul. de Adult. l. Gracchus* 4. *in pr. C. d. tit. l.* 1. *§. fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. hoc art.* 150. *in princ. sup. art.* 142. *Clar. §. homicidium vers. dixi etiam* 48. *in pr. & versic. sed quid dicendum.* 49. *in princ. Vigel. c.* 7. *Reg.* 1. *except.* 5.

Et non solùm, si quis pro sui, sed etiam si pro alterius defensione homicidium fecerit, excusationem meretur, *hoc art.* 150. *vers.* Item, so einer zu Rettung eines anderen Leib/ Leben/ und Gut jemand erschlägt/ Clar. §. *homicidium vers. item locum* 27. *cum* 2. *seqq.* Fr. Vivius *lib.* 1. *comm. opin. in verbo defendere. num.* 4. Adeò favorabilis est à naturâ nobis insita defensio, *l. ut vim, ff. de just. & jure*, & percussorum audacia legibus exosa. *l. ult. c. quando liceat unicuique.* Gail. 2. *obs.* 110. *num.* 19. Atque ipsi humanitati contraria, Remus ad *h. art.* 150. Furiosus quoque homicidium committens, ab homicidii pœnâ excusatur, *l. infans.* 12. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. hoc art.* 154. *vers.* Item, so Leut tödten; Franc. Vivius *lib.* 1. *comm. opin. in verb. furiosus in pr. &* Clar. §. *fin. quæst.* 60. *vers. item quæro* 7. *in princ.* Vigel. *cap.* 7. *Reg.* 1. *except.* 4. Nam hunc fati infelicitas excusat, & pro absente, ignorante, & adeò pro mortuo in omnibus habetur; Huc etiam spectant Infantes, si hominem occiderint, quia hos innocentia consilii tuetur. *l. infans. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

Impunè insuper occiditur, qui cum capiendus esset, resistit ne capi posset, vel qui jure Magistratus occiditur. *c. reos. §. prohibetur. c. de occidendis in pr. &. officia c. Cum homo in pr. c. non frustra. c. non est crudelis. c. qui malos, &c. si homicidium* 23. *quæst. hoc art.* 150. *vers.* Mehr von einem *rc.* Clar. §. *homicidium. vers. sunt etiam* 37. *& §. fin. q.* 29. *in princ.*

Sic si furem noctu deprehensum quis occiderit, ab homicidii pœnâ excusatur. *l. si servum.* 4. *ff. ad L. Aquil. c. si perfodiens* 3. *extr. de homicidio. hoc art.* 150. *vers.* Item, so jemand. Clar. §. *homicidium v. ult. est.* 57.

Et quamvis eo casu, quo quadrupes hominem occiderit, Dominus ejus teneatur pœnâ extraordinariâ. *sup. art.* 136. Excusatur tamen Dominus, si ferocitatem quadrupedis ignoravit. *hoc art.* 150. *vers.* Oder so einer ein Thier hat.

Hi prædicti casus aliique similes, Rem. *h. art.* 150. *num.* 6. multum inter se differunt, quippè, quod omnis actus ab agentis intentione judicandus. *l.* 1. *C. ad L. Cornel. de Sicar.* sed cum id prolixum foret nimis, hoc loco sigillatim adnotare; idcircò consultissimum erit, in his aliisque causis prudentes adire, eorumque sententias exquirere; ne quisque pro suo ingenio ac captu statim regulas, aut consuetudines juri è diametro adversantes, quas judicando sequi velit, constituere & introducere audeat. *h. art.* 150. *in fin.*

Art. 152. Si verò communicato cum prudentibus consilio, capita exceptionis, sive defensionis, judex ad tollendam Maleficii pœnam, etiamsi satis & plenè probarentur, non relevare viderit, ea probandi copia reo deneganda; quid enim juvaret & prodesset probare, quod probatum non relevat. *l. ad probationem C. de probat.* Nec favor reorum debet extendi ad defensionem irrelevantem, & calumniosam, *l. cum servum. §. si qui servum, & §. ex justâ causâ. ff. de fidei. comm. libert. l. recusare, ff. ad Trebell.* Farinac. 1. *de indic. & tort. tit.* 5. *quæst.* 39. *num.* 103. *& seq.* quin potius ad sententiæ dictionem, & publicationem contra reum, utpotè confessum & convictum, judices maturè festinabunt, *hoc art.* 152. 17. Articuli defensionales si non concludant.

Art. 153. Si constet, defensionem rei non esse relevantem, ad ejus probationem reum non esse admittendum, cavit Imper. *supr. art.* 151. sed & nisi reus accusatori caveat de expensis solvendis, si defensionem non probaverit, adhuc dicendum, eum ad probationem non esse admittendum, *hoc art.* 103. qui enim non habet justam causam litigandi, in expensas condemnandus est. *l. properandum §. sin autem alterutra*, ubi dd. *C. de jud.* Gail. 2. *obs.* 152. ut hac ratione actor indemnis contra reum servetur: malitiis enim, & protractionibus dolosis via non est aperienda. *l. in fundo, ff. de rei vendic. l.* 1. *§. illud, ff. de aqua quotid. & æst.* 18 Reo se ad probationem exceptionis offerente, de sumptibus in litem faciendis, quomodo caveatur.

Art. 154. Cum reus adeò pauper est, & cautionem quoque præstare non queat, idcircò ne innocens propter inopiam, sive paupertatem (quæ nemini fraudi damnove esse debet, & pauperes in jure favorabiles sint, sive personarum miserabilium loco habeantur; Gail. 1. *obs.* 1. *num.* 40. *& lib.* 1. *obs.* 99. *num.* 1. *&* 2.) capitis pœnas luat; idcircò judex ex officio debet inquirere expensis Magistratûs loci, *hoc art.* 154. *Guido Pap. decis.* 561. 19. De paupertate rei, qui exceptionem probare vult.

20. Absentem damnatum, si in carcerem ex post facto devenerat, audiendum esse.

Art. 155. Si is qui ob homicidium proscriptus fuit, capiatur, & ex carcere causam dicere velit, hoc est, ad exceptionis suæ probationem se idoneè offerat, ei reo hoc ex judicis arbitrio non denegandum, sed indulgendum est, quippe quod nunquam excludatur exceptio innocentiæ, licet lex vel Statutum omnem excludat exceptionem, *Bald. in L. edita. C. de edend.* prout etiam videmus post sententiam aliquando defensionem admitti. *Farin.* 1. *tit.* 5. *q.* 39. *n.* 83. *Pichard. consil.* 116. *n.* 6. *tom.* 2.

21. De Asylis homicidarum, & quando iis gaudere possint.

Sæpius occurrit quæstio, & memini acerrimè de facto disputatum esse hic in Residentiâ Cæsarea Viennæ, & alibi locorum in Imperio, an si homicida ad *Asylum* confugiat, in *Ecclesiam* vel *Monasterium*, illinc de facto extrahi, examinari & judicari possit? ne dolosis & homicidis receptaculum detur, cum tamen tales immunitatem non mereantur, & asyla solum præstent patrociniū casu fortuito delinquentibus, non verò ex malitia & proposito. Et quamvis in *cap.* 6. *X. de immunit.* certæ tantùm personæ denominentur, quæ immunitate gaudere possint, tamen ad alia quoque crimina illud posse extendi, atque cognitionem ad Judicem spectare secularem, an reus sit extrahendus, pro ut in *Novella* 17. *cap.* 16. tradatur, quod homicida dolosus ab immunitate extrahi possit, præsertim si insuper concurrant præsumptiones fugæ, & si reus non satis bene custodiatur, tunc enim multa permitti, ne delicta maneant impunita. Quamvis alias homicidium in rixa commissum, habeatur pro casuali, *Besold. in thes. pract. verb.* Mord. *Menoch. de arb. jud. lib.* 2. *cas.* 361. *num.* 17. Quia percussorem ad se venientem gladio percutiens non tenetur ut homicida, *L.* 3. *C. ab L. Cornel. de Sicar.* quia defensor est propriæ salutis, & tale homicidium nunquam præsumitur animo deliberato factum, & hinc S. Scriptura dicit *Deuter. cap.* 19. *Quod qui nullum odium habuisse comprobatur, ad unam trium urbium confugere & vivere debeat.* Et tradit *Myler. de jur. Asyl. cap.* 9. *num.* 3. quod qui aliquem interficit per imprudentiam, lasciviam aut iracundiam, aut ad sui defensionem, etiamsi moderamen inculpatæ tutelæ excedat, tutum tamen habeat in Asylo refugium. Verùm id potissimum in controversia est, an *pendente quæstione, utrum reus asylo gaudere possit, exinde extrahi possit?* cum tamen, etiamsi notorie constet aliquem commisisse crimen exceptum, nihilominus non debeat, sine licentia Episcopi, per laicum extrahi, & si contra factum fuerit, Ecclesiæ debeat restitui; quia judicis Ecclesiastici est cognoscere, num quis debeat Asylo Ecclesiastico gaudere *L. pateant.* 3. §. *hos vero* 3. *vers. autorit. Epis. & vers. apud Deum & Episcopum, vers. sed neque Episcopo inconsulto, & l.* 6. *C. de his qui ad Eccles. confug.* Et quando Judex Ecclesiasticus cum seculari discordat, an delinquens gaudeat immunitate, tunc eligendus est tertius, vel recurrendum ad Superiorem, prout tradit *Remig. de Gonis in tr. de immun. Eccles. quæst.* 2. *num.* 6. *vers. quarta opinio* atque confuga coram judice asyli primo suas defensiones peragere debet, secundum *Farinac.* 76. *num.* 14. prout idem etiam in Gallia observatur, teste *Rebuff. ad Consuet. Gall.* cum etiam præjudicium extet in ipsa Residentia Imperiali, quod extractus è Monasterio, ad instantiam Nuntii Apostolici, iterum eò fit restitutus, & factum ibidem examinatum, postea que demùm reus ad Judicis Secularis manus consignatus. Id enim jure Canon. & civili est congruum, *Knipschild de civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 31. *Guid. Papa decis.* 121. ubi tradit Judicem Secularem non posse delinquentem propria authoritate ex loco immunitatis eripere, sed Dominum Asyli, vel si locus immunitatis est Ecclesia vel Monasterium, Episcopum requirere debeat, prout novissimè tradit *German. Philoparch. in tr. nom.* Der kluge Beambte/ *part.* 1. *tit.* 25.

Ex quo jure proveniat immunitas Asylorum.

R. P. Pyrring. ad jus Canon. lib. 3. *tit.* 49. *sect.* 2. dicit: privilegium asyli, non jure naturali ac Divino positivo, sed solum humano, tum Canonico, tum Civili esse introductum, & hinc, extractionem malefactorum ex Templis, non esse per se & intrinsecè malam, seclusâ prohibitione Legis positivæ, si non fiat ex directa intentione, in contemptum & irreverentiam Templi vel loci immunis: Conceditur enim immunitas sacratis locis, quod probatur ex *Cap.* 21. *Exod.* ibi: *constituam tibi locum, in quem fugere debeas*, videlicet altare templi, quamvis post legem illam ceremonialem nulla in Lege Evangelica legatur constituta talis immunitas: quæ tamen postea per Imperatores Christianos est sancita, *toto tit. Cod. de his, qui ad Eccles. confug. & Auth. de mand. Princip.* §. *neque autem homicidis*, *collat.* 3. quæ Leges etiam in jure Canonico sunt approbatæ, ut constat *ex Concilio Aurelianensi* 1. *cap.* 3. & 5. quod refertur in *Cap. id constituimus.* 36. *caus.* 17. *quæst.* 4. *C. sicut antiquitus.* 6. *C. reum* 9. *C. si quis.* 20. *C. definivit.* 36. *eadem causa. C. inter alia.* 6. *de immun. Eccles.*

Quid tribuat delinquenti immunitas?

Hæc tamen immunitas non tribuit reo omnimodam impunitatem delicti; sed solum ne possit affici pœna mortis, vel alia corporali, quamvis alio modo sit puniendus. Et si *Ecclesia* sit *clausa*, ut fugiens ingredi nequeat, si saltem manu portam apprehendat, vel ansam seu vectes portæ, tamen gaudet jure asyli, & si fugiat ad sacerdotem S. Eucharistiam manibus portantem, quia corpus Christi est fundamentum immunitatis Ecclesiis concessæ. Itaque nullus reus, propter ullum crimen, ad Ecclesiam confugiens, potest inde violenter extrahi, nisi *in casibus exceptis*, si scilicet sit latro publicus, nocturnus depopulator agrorum, si crimen grave in ipsa Ecclesia sit commissum, si commissum sit crimen assassinii, hæresis, Læsæ Majestatis, & in his tamen casibus non tam Lex civilis quam Canonica attenditur, pro ut hæc omnia latius deducit *cit. P. Pyrring. dict. loc.*

Qui

Quomodo puniatur violans immunitatem?

Qui verò asyla violant, eos certæ manent pœnæ, & quidem jure Canonico pœna excommunicationis, *C. sicut antiquitus. C. minor. C. nullus. C si quis contumax.* 17. *q.* 4. *cum simílib.* Sic *S. Augustin. epist.* 157. Bonifacio Comiti excommunicationis fulmen est minatus ob locum sacrum violatum, *d. c. minor. & C. frater.* 17. *q.* 4. Jure verò civili ultimo iidem afficiuntur supplicio, *l.* 5. *in fin. & d. l. præsenti* 6. *in pr.* ibi: *Capitali & ultimi supplicii animadversione plectendos. C. de his, qui ad Ecclef. confug. Pet. Gregor. Tholos. Syntagm.* 33. *cap.* 21. *num.* 2. *&* 9. Et sane sacrilegium committere dicitur, qui asylum violat, *d. c. frater* 17. *quæst.* 4. *Decian. tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 1. Ut & Læsæ Majestatis crimen incurrere, *L. fideli.* 2. *in fin. C. de his qui ad Ecclef. confug.* ita, ut hujusmodi violatores non tantum Ecclesiasticæ subjaceant excommunicationi; verum etiam Regiæ severitatis feriantur sententia, *C. definivit.* 17. *q.* 4. Præterea pecuniaria quoque pœna, quæ quandoque major, quandoque minor, ac propterea arbitraria est, illi personæ vel loco, cui illata est injuria, debetur; *C. si quis contumax. in fin. C. si quis in atrio* 17. *q.* 4. *& C. parochianos* 9. *X. de sent. excomm.* Fuitque olim hic usitata verberatio atque tonsio, *l.* 2. *C. de crim. sacril.* de quo pœnæ genere *vid. Georg. Rittershus. cap.* 10. *num.* 10. *de jur. asyl. & Tholosan. d. loc. num.* 4. Ac quidem violatur asylum sola nudaque cogitatione vel conatu *l.* 3. § 2. ibi: *conentur invadere*, & *d. l. præsenti.* 6. *in pr.* ibi: *His, qui hoc moliri aut facere, aut nuda saltem cogitatione, atque tractatu ausi fuerint tentare. C. de his qui ad Ecclef. confug.*

Et quomodo etiam à Deo hujusmodi transgressores vindicari soleant, docent nos Sacræ literæ, 2. *Paralip.* 24. *v.* 21. *& seqq.* uti propter necem Zachariæ, filii Jojadæ, perpetratam à Rege Joa inter Altare & Templum, non ipse tantum Rex jus talionis passus est, sed & tota Judæa à Syris devastata, imo adhuc sanguinem ejus à tota generatione se repetiturum jurat Deus; *Matth.* 23. *vers.* 35. *& seqq. Luc.* 11. *vers.* 15. Et *Justin.* qui *lib.* 28. in hunc modum scribit: *Laodamia autem, cum in aram Dianæ confugisset, concursu populi interficitur; Quod facinus Dii immortales assiduis cladibus Gentis, & prope interitu totius populi, vindicaverunt. Nam sterilitatem famemque passi, & intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis pene consumpti sunt. Miloque, Laodamiæ percussor, in furorem versus, nunc ferro, nunc Saxo, in summa dentibus laceratis visceribus, duodecimo die interiit.* Plura hujusmodi exempla *vid. apud Covarruv. lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 2. *vers. hujus aræ. & Georg. Rittershus. de jur. Asyl. cap.* 10. *num.* 7. *& seqq. Guevara in Herol. Princip. lib.* 1. *c.* 23. *Pausanias* quoque, *lib.* 7. varia recenset exempla, quibus violationem divina ultio statim secuta fuit. Ac Suidas *in Eutropio* refert, Eutropium, Arcadii Imperatoris cubicularium, omnis generis facinoribus plenum, cum vellet etiam eos, qui ad Templa confugissent, comprehendere, legem promulgasse, quâ concederet, etiam illos ab aris extrahi. Sed ea lege vix promulgata, Eutropium ultionem crudelitatis fuisse consecutum. Non enim multo post, Imperatore offenso, illum in templum confugisse, at sub altari jacentem inde abstractum noctu, & capite truncatum fuisse, quod & *Niceph. Calist.* scribit *lib.* 13. *c.* 4. *& lib.* 14. *histor. Ecclef. cap.* 32. ubi dicit, quosdam servos, ab heris malè tractatos, ad Ecclesias confugisse, neque hinc evelli potuisse, turbantes Clericos, unum Clericum occidisse, & postea se ipsos.

Si itaque tale crimen sit, ob quod delinquens extrahi ab immunitate non possit, hoc casu nec licet judici Ecclesiam custodibus obsidere, aut jubere, ne alimenta ad eam deferantur, *Covarruv. lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 17. *Clarus lib.* 5. §. *fin. quæst. num.* 21. Et contra Confugas, dum in Asyli loco commorantur, utiliter procedi non posse, multi affirmant, præsertim si in concesso privilegio aliter dispositum sit, sicut Reutlingæ processus contra homicidas ipsorumve bona institutus ipso jure est nullus, per verba privilegii: Daselbst umb solchen Todschlag zu Recht nicht angefallen/ gestellt/ noch beklagt werden / noch auch dieweil sie in derselben Stadt Reutlingen und ihrem Zehenden und Etern wohnhafftig seyn/ und sich derselben Freyheit gebrauchen / an unserem und des Reichs Hoff-Gericht zu Rotweil noch anderm Land-Gericht / oder andern Gerichten/ derhalben wider sie/ ihr Leib und Güter / nicht gerechtet / geachtet / geurtheilt / noch procediret werden / wann es aber geschehe / daß solch Urtheil und Process keine Krafft noch Macht haben solle. Atque inter duos praeclarissimos Jurisconsultos, cum hac de re orta esset lis, prævaluit ejus sententia, qui processum emanatum dicebat nullum, sed per sententiam debebat reduci in urbem, ad quam confugerat. Confugæ quoque liberè in asylis obambulandi, victumq; quærendi facultatem habent *L. præsenti* 6. *in fin. C. de his qui ad Ecclef. confug.* in verbis: *Nec in ipsis Ecclesiis, ita quenquam detineri atque constringi, ut ei aliquid victualium rerum aut vestis negetur.* Quæ tamen omnia sic temperanda videntur, ut delinquens mortis reus, & ex divina humanaque, lege ad eam condemnandus, in asylo sic custodiatur, ut supplicium promeritum tandem evadere non possit. *Christoph. Leibfrid. de Asyl. tom.* 8. *inter Thes. Basil. thes.* 17. *&* 18.

Moscovia, Moscau.

SUMMARIA.

1. *Situs & fines Moscoviæ.*
2. *Civitates.*
3. *Specialia hujus Provinciæ.*
4. *Fluvii.*
5. *Regimen M. Ducis.*
6. *De Luxu & Majestate ejusdem.*
7. *Ejusdem religio & pietas.*
8. *Quomodo hujus regionis incolæ studeant.*
9. *De opibus hujus M. Ducis.*
10. *Moscoviæ munitiones.*
11. *Vires M. Ducis primariæ consistunt in equitatu.*
12. *Hujus M. Ducis Principes finitimi.*
13. *Mosci & Poloni inter se differunt.*
14. *Moscoviticum Imperium est despoticum, ejusque descriptio.*
15. *Series M. Ducum, & quis primus se Principem Russiæ dixerit.*
16. *Quis primo Czarii titulum assumpserit, & quid hoc nomine denotare velint.*
17. *Casanense & Astracanense regna acquiruntur.*
18. *Varii competentes pro Imperio Russico sub falso nomine Demetrii Joannis Basilidis filii secundogeniti à Boride Gudenov clam trucidati.*
19. *Similiaque apud alias nationes exempla.*
20. *Russi æram suam à condito mundo incipiunt.*
21. *In juramento crucem osculantur.*
22. *Moscorum quædam singularia.*
23. *Laus moderni Czari.*
24. *Czarus cum aliquot Primatum Moscoviæ filiis varias Europæ Provincias visitat.*
25. *Ceremoniæ receptionis ablegati Cæsarei in Moscovia.*
26. *Czari residentia.*
27. *Campana ibidem totius Europæ maxima.*
28. *Superstitio in Baptismo.*
29. *Quomodo celebrent sacrum & communicent.*
30. *De cultu imaginum.*
31. *De purgatorio.*
32. *De sepultura.*
33. *De Judæorum ibidem exclusione.*
34. *De nuptiis.*
35. *Czarorum desponsatio.*
36. *Moscorum abstinentia & jejunium.*
37. *Reditus Cæsareæ ablegationis ex Moscovia Viennam.*

Vide supra notata *pag. 99. verb. Moscovia.* Illis hic amplius, ultra ea qui continentur in Recessibus Imperii expressis in *Tom. 1. verb.* Liefland. adjungendum, ex *Nicol. Bello de finib. Imperior. discurs. 9.* Magnus Dux Moscorum est Dominus amplissimæ regionis, inter cujus fines comprehenduntur multæ ditiones. Septentriones versus pertingit ejus ditio ad oceanum Septentrionalem, protenditurque à sinu Gradiuco ad *Obi* fluvium: à Meridie continuatur ejus Imperium, secundum cursum fluvii *Volgæ*, ad Mare Caspium usque: ad occasum attingit fines *Livoniæ*, habetque ferè pro termino *Boristhenem*, sicut ab ortu Volgam. Scribunt non pauci, totum hoc Imperium in longitudinem protendi ad *tria milliarium millia*, in latitudine ad *mille quingenta*, quo spatio continentur XV. Ducatus, XVI. Provinciæ & duo Regna. Principes & Primariæ Civitates harum Provinciarum sunt *Mosqua*, ubi Metropolita habitat. *Roscovia & Novogardia* Sedes Archiepiscoporum *Cortisia, Resania, Columna, Susdalia, Casanum, Vologda, Tueria, Smolenzco*, quæ Episcopatus sunt. Deinde *Plescovia, Porcouia, Staricia, Sloboda, Jaroslavia, Volodomeria* (unde Imperii sedes translata est per Joannem II. in Civitatem Moscam) *Mosca*, fanum Nicolai, Sugana, Ustiud, Cargapolia. Princeps habitat in Civitate Mosqua, quæ nomen sumit à Mosco flumine, quod XC. milliaria altius oritur. Fuit *civitas Mosqua* quondam major quam nunc est, habebatque in circuitu *novem milliaria*, sed postquam anno 1570. direpta, flammisque tradita fuit à Tartaris Precopensibus, non habet nunc in ambitu ultra 5. *milliaria*, stabulanturque in ea cum hominum 30. millibus, boves aliaque talia pecora secundum relationem Possevini. Novogardia cognomen magnæ habet, & tamen idem scriptor ei non attribuit ultra 20. habitatorum millia, sicut & Smolenzio & Plescoviæ; quod tamen creditu difficile, si verum est, quod alii scribunt, scilicet, quod cum Plescovia obsideretur à Stephano Rege Poloniæ, in ea fuisse 50. peditum & 7. equitum millia. Is numerus adeò magnus est, ut quamvis totus ex indigenis compositus non fuisset, requirat tamen frequentiam hominum supradicta majorem. Ubi enim Princeps intrudit implicatque 77. pugnatorum millia, necesse est, ut ordinarius inhabitatorum numerus multo major sit.

1. Situs seu fines Moscoviæ.

2. Civitates.

3. Specialia hujus provinciæ.

Moscovia magna ex parte est occupata Sylvis immensis & Lacubus. Sylvæ sunt rami Herciniæ, quæ se per totum septentrionem diffundit, sed plus forsitan in hac provincia quam in alia. Hic arbores immensæ magnitudinis videntur, suntque propter spissitudinem solis radiis impenetrabiles. Ex iis arboribus incredibilis Resinæ & picis quantitas effluit. Hic producitur copia mellis & ceræ inexhausta. Apes enim absque cura humana, faciunt Alvearia in corticibus & cavitatibus arborum. Hic est copia omnis pecoris & ferarum: ut sunt *Martares, Zibellini, Lupi*, ex quorum pellibus fit dives mercatura. Ex his Sylvis exscinditur ferè omnis materia, tam domibus quam munitionibus fabricandis apta: *muri* enim Civitatum fiunt ex *trabibus* simul conjunctis in quadrante, implentque vacuum gleba & terra. Faciunt quoque ex iisdem *trabibus turres* tantæ altitudinis & crassitudinis, ut omne tormentum bellicum quantumvis magnum ferant,

ferant. Citò flammis corripiuntur, sed non tam citò cedunt quassationi, quæ fit tormentis bellicis.

4. Fluvii. Hujus provinciæ fluviorum & lacuum mater est Moscovia, post hanc sequitur Duina, Borysthenes, Volga, Desva, Onega, Mosca, Volisca & Tanais, Lacus Inæ, ad quem est magna Novogardia, Voloppo, multorumque aliorum. Aquarum abundantia reddit aërem magis frigidum, quam generationi animalium, & propagationi plantarum requiritur, etsi frigus calore salubrius esse æstimatur.

Pecudes parvæ sunt, & segetes aliquando non perveniunt ad maturitatem. Terra ferè ab aquis absorpta, ut plurimum levis est & arenosa, ideòque & siccitas & pluvia immoderata facile consumunt fruges. Hiems. *Hiems* durat novem mensibus, paulo plus aut minus, & tamen hic copia est frugum, hordei & pascuorum, & ex consequenti carnium, tam ferinarum quam mansuetarum. Fructus. Moscovia producit *Poma, Nuces, Corylos*, aliarum frugum notitiam vix habent Mosci, Pisces. qui ex piscibus faciunt magnum lucrum, eorum siquidem maximam abundantiam habent. Indurant eos frigore & vento, sicut fit in Norwegia aliisque in locis Septentrionalibus, servantque eos pro bona annona, tam in præsidiis munitionum, quam in domibus privatorum. Regio enim est multum *mercaturæ* dedita, quia indigenæ suapte natura non sunt admodum industrii.

Commercia. Nec possunt ibi esse multa mercimonia, ubi non florent artes & artificia: tum quod Moscis non licet ditione sui Principis excedere. Ob has causas non habent ullum maris usum, commutant tantum ea, quæ Regio fert, nempe pelles, resinam, ceram, cum panno, aliisque quæ Armeni perferunt in Astrachan ad mare Caspium, & Angli ad fanum S. Nicolai ad sinum Graduicum.

5. Regimen Magni Ducis. Magnus Moscorum Dux regit suos populos magis despoticè, quam ullus alius Princeps; disponit enim absolutè de personis subditorum & ipsorum rebus, ideò dicebat Mahometes Vizirius, quod *Moscus & Turca soli inter Principes essent domini suorum Dominiorum.* Ut in sua potentia & autoritate se magnus Dux conservet, utitur artificio & industria incredibili. Primo non licet cuiquam suorum Vasallorum exire regni fines, sub pœna mortis. 6. De luxu & majestate M. Ducis. Hac de causa nemo subditorum suorum navigat, nec cum legato externi Principis loqui potest, nec uti opera externi Medici, in suis morbis, nisi cum venia. Utitur apparatu inæstimabili in *vestitu*, addens ornatum Pontificis cum Majestate Regis: fert capite Mytram, Margaritis & gemmis pretiosissimis nitentem, si eam in capite non gerit, habet eam coram se in suo Throno, mutatque eam ad sustentandam amplitudinem multis vicibus. In Sinistra manu tenet Pastorale ditissimum, indutus veste aut tunica longa, illi non absimili, quam Papa gerit, ingrediens sacrarium digitos annulis aureis refertos habet. 7. Religio ejusdem & pietas. Imago Christi Domini ad dextram & Sanctissimæ Matris Virginis super cathedram, in quâ sedet, est. Regia & Proregia Camera est plena viris, vestibus auro depictis, usque ad talos indutis. In ceremoniis ad Religionem spectantibus utitur exquisita sagacitate solertiaque. Cum assidet mensæ, quoties mutantur patinæ, aut vult bibere, multa signa Crucis edit. In *jejuniis* exhibet singularem venerationem, & in templo præ devotione fronte terram percutit, sicut & alii.

Ne alius plus ipso scire possit, nullæ ibi sunt Scholæ, præterquam in quibus docetur legere & scribere. 8. Quomodo hujus Regionis incolæ studeant. Nihil legunt præter *Evangelia*, & aliquam historiam aut descriptionem vitarum Sanctorum, aut homiliam S. Joannis Chrysostomi, aut alterius; haberetque eum suspectum, qui demonstrationem faceret, se velle in literis majorem progressum facere, nec impune ferret. Id facit, ne aliquis plus ipso, aut quantum ipse faciat. Indeque accidit, ut Scribæ & ipsimet Antiscribæ ordinarie nec scribant nec respondeant Legatis Principum externorum, nisi in quantum Magnus Dux iis dictat. Cum negotiantur nunquam, M. Dux nominatur, quin omnes assurgant in pedes cum magna veneratione. Idem etiam ad mensam fit, quando ipse ad bibendum invitat, aut participem facit suæ patinæ aliquem, fit id quoque in mille aliis similibus occasionibus. Docentur à pueris Mosci credere & loqui de ipsorum Principe sicut de Deo: Deus solus (dicunt) & Magnus Dominus scit hoc: Magister noster Dominus scit omnes res. Omne quidquid habemus, sanitatis & commodi procedit à Magno Domino. Accidit inde, ut subditi videntes tantam amplitudinem majestatemque in suo Principe, nec aliarum quam ejus rerum notitiam habentes, revereantur ipsum, obediantque ei, non sicut subditi sed tanquam mancipia, habeant eum pro Deo potius, quam pro Principe. Non habet sub se Dominos titulis insignes, sicut inter nos sunt Duces & Principes. Si ipse alicui pagum aut prædium concedit, non transit ad heredes, nisi id ipse confirmet. Et si ipse aliis ea concesserit, villici tamen persolvunt ei portionem fructuum, debentque ei operas. Id in causa est, ut unusquisque à nutu M. Ducis dependeat, & quanto aliquis ditior fit, tanto ei plus debeat. Ut obviet seditionibus, transfert integras familias ex uno loco in alium, mittitq; in præsidia, quos vult, longe à domo tanquam in exilium.

9. De opibus hujus M. Ducis. Ex dictis fieri potest judicium de hujus M. Ducis divitiis opibusque. Cum itaque ipse adeò absolutè omnium rerum Dominus sit, utitur opera subditorum pro lubitu, & tali parte ipsorum bonorum, sicut ipsi placet. Arrogat sibi ex ferarum exuviis talem portionem qualem vult, & ex piscibus omnis generis, quantum placet, pellicea vendit aut dat dono, prout libet; Pisces vero siccati servantur pro munitione. In foro nemo sua vendere potest, nisi Principis primum vendita sint. Mineras auri aut argenti

genti nullas habet. Civitates mercimoniis celebriores, unde ipse maximam redituum partem percipit, sunt *Astrachan* ad mare Caspium, quo deferuntur merces Persiæ & Armeniæ: & Fanum Nicolai, ad Sinum Gradvicum, quo appellunt naves Anglorum & Hollandorum, oneratæ ære aliisque mercibus, quæ inde Vologdam ducuntur. Ubi *Legati* domum sunt reversi, aufert eis lauta, quæ à Principibus acceperunt, dando aliquid in illorum vicem, aliquando nihil, verbo, sibi metit, capitque, quidquid in sua ditione aut boni aut pretiosi est. Putatur aliquem *thesaurum* habere, in *arcibus Mosquæ, Jaroslaviæ*, & *lacus albi*, quod verisimile est. Nam Magnus Dux Joannes spoliavit calicibus, reliquiis, crucibus, & argento totam ferè Livoniam, nec concedit aurum & argentum sua ditione efferri, nisi in redemptionem bello captivorum, aliorumque, qui in captivitatem abducti sunt. Verum quidem est, quod amissione Livoniæ, quam Anno 1582. cessit Stephano Regi Poloniæ, privatus fuit ea Regni parte, quæ erat ditissima, propter commercium Maris Baltici, & meliori ditione quam habebat, in qua erant 34. arces.

10. Moscoviæ Munitiones.

Moscoviæ *munimenta* consistunt, & in pluralitate paludum, fluminumque & in densitate nemorum. In usu habent Mosci, loca hostibus proxima depopulari, ut densæ Sylvæ ibi crescant, quod & fit ob terræ humiditatem, suntque eæ civitatibus non secus ac sepes ac Valla pro munitione, quod multum laboris Polonis attulit; ut enim sibi itinera ad oppida hostium pararent, necesse eis fuit exscindere Sylvas, & magni temporis jacturam facere. Habet M. Dux munitiones, quæ partim ex lapidibus, Italico more constructæ sunt, sed absque lateribus & arte ædificatoria, tales sunt arces *Mosquæ, Novogardiæ, Plescoviæ, Porcoviæ, Stariciæ, Sloboda, Alexandri*: partim ex gleba viminibusque contexta & probe calcata, qualis est *Smolensko*, ordinarie autem exstruuntur muri locorum fortium ex magnis trabibus, inter quas constipant terram, relinquendo ad defensionem foramina pro Pyrobolariis; Talis ædificatio commoda est defensioni, contra tormenta bellica, sed non resistit igni.

11. Vires hujus M. Principis primariæ consistunt in equitatu.

Hujus Principis vires præcipuæ consistunt in *equitatu*, sed quem equorum numerum educere possit difficile dictu est, nec tamen credendum, ipsum 300. millia armis instruere posse, prout aliqui scribunt, habet enim ditionem vastam, & pro majori parte incultam. A Cassano enim Astrachanum usque vix invenitur pagus, quamvis inter ea oppida aliquot dierum iter sit. Bellumque ei intulit Stephanus Rex Poloniæ, qui tamen non ultra 60. millia tum equitum tum peditum habebat, ipse tantum militum colligere non potuit, quo se ei aperto Marte objiceret, sed nec potuit ipsum divertere ab oppugnationibus Polotiæ, Vilicoluci, aliorumque locorum, nec ab obsidione Plescoviæ. Hinc ii, qui dicunt *Magnum* hunc *Ducem* 300. & *Regem Poloniæ* 200. *equorum millia* educere posse, potius numerant capita equorum, quam equitum; licet enim tot equorum millia sint, non tamen omnis equus bello bonus est, nec unicuique equitandi ars, aut se armandi facultas, uni deest animus, alteri opes non suppetunt, alteri vires corporis, alteri animi fortitudo alacritasque desunt. Propterea aliqui magis moderatè asserunt, Moscum tantùm cogere posse 150. equorum millia, si necessitas se defendendi id requirat, & quod *Joannes III.* eduxit in expeditionem Astrachanensem 120. equitum & 20. *peditum millia*, quibus addidit aliquot millia Pyrobolariorum, quos ipse instituit, inter equos erant multi externi milites, qui ipsi egregiam operam præstiterunt in defensione suarum urbium.

Jungitur huic M. Duci *Præcopus* Tartarorum Princeps, Tauricæ Chersonesi, Circassii, quinque montium (inhabitant hi regionem quæ se ad 7. dierum iter extendit, reguntur que à septem Ducibus, Helvetorum modô) *Tartarus Nogay*, *Reges Sueciæ & Poloniæ*. A *Præcopo* patitur gravia damna, nec ei spes est de sumenda vindicta, quia cum Turca confoederatus est Præcopus, instruiturque à Turca Sclopetis, tormentisque bellicis, habetque in sua ditione loca fortia, cum præsidio Turcico, itaque eum invadere difficile factu arduumque esset; concitaret enim in se potentiam illius. Præcopo commodum est, prout pluries fecit, subitas excursiones facere in Provincias M. Ducis, sicut & potest facere in Provincias Regis Poloniæ, diripereque omnia. *Tartari Nagai* magis formidandi sunt, propter subitum impetum & excursionem, quam propter justam potentiam, quæ eis fit ad suscipiendas expeditiones Regias: adversus hos tenet M. Dux magnum equitatus numerum in Citracham *Cazan* & *Viatia*, habet quoque præsidium in *Culugan* contra Tanam, ut resistant Præcopitis. Cum *Rege Sueciæ* jungit quoque fines Moscus, ut dictum supra, præcipue ad partem Finlandiæ, ubi Suecus priori seculo ei eripuit munitiones *Serenosco, Pernaviam* majorem & minorem in Livonia, & modernis nostris temporibus præter varia à se occupata munimenta quot eum non affecit cladibus, ejusdem primariis officialibus ferè omnibus in captivitatem in Sueciam abductis? inter quos primas obtinuit Dux de Croy, antea Imperatori Leopoldo militans, & in hac captivitate Stockholmii mortuus.

12. Hujus Ducis Principes finitimi. Rex Poloniæ, Sueciæ, Tartarus.

Rex Poloniæ itidem ei est confinis, inter quem & hunc M. Ducem talis est differentia, quod Moscus plus regionum habet, sed Polonus melius habitatas civilioresque. Illi plures subditi obedientioresque sunt, huic autem audaciores & animosiores. Illi ad resistendum quam aggrediendum sunt aptiores hi ad invadendum. Illi ad defendendum munitiones, hi aperto prælio pugnandum. Illi magis juncti unitique sunt, hi magis deliberati ad factionem expeditionemque. Illi timent minus inediam & incommoditates, hi mortem & ferrum: Sed utrique tantùm valent,

13. Mosci & Poloni inter se differunt.

valent, quantum eorum Principes virtute & fortitudine præstant. Nam M. Dux Basilius cœpit Ducatum Smolescensem, & Poloscensem, & amplissimam ditionem in Livonia. E contrario Stephanus Poloniæ Rex eripuit Joanni, M. Duci, filio Basilii Polosco, aliaque diversa magni momenti loca: Obsedit Civitatem Plescoviensem, coëgitque tandem Moscum tota Livonia decedere. Inde videtur populum tantum valere, quantum ingenio animoque valet Rex. *Nicol. Bellus in dissertat. Polit. de stat. Imperior. & Regn. tom. 1. diss. 9.*

14. Moscoviticum Imperium est despoticum, ejusque descriptio.

De cœtero Imperium Russicum despoticum est, cujus fundamentum ab indole gentis petendum, quæ aliter quam absolute regi nescit, ita enim & *Tacitus Hist.* 4.17. Suetum Regibus orientem dicit, urbes Regibus parere consuetas inducit *Flor. lib.* 2. *c.* 20. *confer. Part.* 1. *c.* 19. *sect.* 4. §. 3. Speciales rationes in ignorantia literarum, unione religionis, & prohibitione peregrinationis sitæ. De quibus *Thuan. lib.* 21. *ad An.* 1558. sic scribit: *Primo quidem quod omnes, qui ab illis in religione dissentiunt, etiam eos qui Romanam sequuntur, barbarorum loco habent, ac detestantur, proptereaque Princeps qui subditis in hac opinione præit, quoties Legatos extraneos in colloquium admittit, in pelvi aquam paratam habet, qua dimissis legatis statim manus, quasi eorum contagio pollutas, abluit. Deinde quod ex suæ Religionis institutis Mosci eandem, quam Deo omnipotenti deferunt, fidem se Principi suo debere existimant, ut non minus constantiam eorum laudent, qui fidem ad extremum Principi servarint, quippe quos, anima ex corporibus evolante, mox ad cœlestem vitam rapi credunt, quam discipulorum Christi, qui in singulari erga Servatorem fide & pietate ad vitæ usque finem perseverarunt. Eam verò opinionem Imperii severitate alunt Principes, qui suos cum externis commercia promiscuè agitare minime sinunt, nec ad externas nationes quenquam è suis commeare patiuntur, nisi quos in legationem mittunt, quibus tamen custodes apponunt, ut eis, nisi custodibus præsentibus, cum quoquam colloqui liberum non sit, quo fit ut aliorum Principum humanitatem ignorantes, nec libertatis gustata dulcedine, præsentia melioribus, cognita dubiis anteponant. Præterea hanc cautionem adhibent Principes; ut quos in legationem militiamque mittunt, aut ejusmodi muneri præficiunt, eorum charissima pignora, ut liberos & conjuges obsidum loco penes se retineant, in quos omnia exquisitorum suppliciorum exempla edunt, siquid deliquerint.* Sic generosus quisque quo libertatis appetentior, aut injuriæ minus patiens, religione seu metu pœnæ, ac suorum periculo admonitus in officio continetur.

15. Series Magnorum Ducum, & quis primus se Principem Russiæ dixerit.

Joannes Basilides, Joan Basilovvitz Grotzdyn, universæ Russiæ Principem se primus appellavit, Magni nomen ob id sortitus, quod Tartarorum jugum, à quibus Majores ipsius inaugurationem totis ducentis & amplius annis petierant, instinctu Conjugis excusserit, mortuus *Anno* 1492. successit ei ex Sophia Conjuge filius

Basilius, antè Imperium *Gabriel* dictus, qui Smolescensem Principatum, & quicquid Siberensis ditionis superierat, Imperio adjecit, ac *Czarii titulum* assumpsit, quod Regem quidam sonare dicunt, cum & Regem Davidem Czarem vocent; suspicione tamen non caret, quin ad imitationem *Cæsarei* nominis eum affectarit, quia & *Aquilam bicipitem*, quæ est insigne Romani Imperii in insignibus suis inferri passus fuit; de hoc Czari nomine videri potest *Baro ab Herberstein de reb. Moscovit. p. v.* 11. & 12. ubi in fine dicit, *nomen Czar* dignius esse quam Regis, licet idem significet; de cætero si evolvas omnes Rutheniorum Historias atque Sacram Scripturam, ubique Regis nomine *Czar*, Imperatoris vero *Cassar* reperies, *confer. Notit. dignit. dissert.* 1. *cap.* 11. §. 5. obiit hic Princeps *anno* 1533. succedente illi

16. Quis primus Czari titulum assumpserit, & quid hoc nomine denotare velint

Joanne Basilide, sive *Joann Basilovvitz,* qui astû, industriam & severam disciplinam in propagando Imperio ad majorum artes adjecit. Casanense & Astracancense regnum in potestatem redegit, ac ferè omni Mari Caspio sui juris facto, Imperium in Persiam usque protulit, multis aliis præclarè, non tamen sine crudelitatis infamia, gestis, *Thuan. l.* 21. *Ad an.* 1558. *Jovius Hist. l.* 1. ècontra cultorem Christianæ Religionis egregium deprædicat. Et potuisse sibi imperare patuit exemplo Legati Elisabethæ Reginæ Angliæ, *Hieronymi Bovves,* qui jussus coram eo caput aperire, cum comminatione pilei ipsi clavis affigendi, nihilominùs illo tecto perstitit, causatus nihil ea de re à Regina sua sibi injunctum; Et cum Archangelo jam solveret, offerrentque ipsi Ministri Regii munera pellica, more Russiæ solito, ille non passus navem suam accedere, eos stricto gladio pepulit, protestatus, nec se, multo minus Reginam suam pellibus ejusmodi felinis indigere: bedürffe keiner solchen Katzen-Felle. Quæ omnia Basilides, miratus viri confidentiam, placidè tulit, *vid. Jacob Hovvol. App. ad dissert. de prærog. Angl. dissert. de legat. pag.* 214. Hic Princeps, ad omnem fortuitæ vocis jactum effusè risisse fertur, quod homines sapientes vehementissimè admirabantur, tradit *Poderborn de vit. ejus.* Exterorum Principum, præsertim Germanorum amicitiam, ad tuendam nominis sui dignitatem, ambitiosissimè quæsivit. Nam & Maximilianum II. Imp. in favorem sui sollicitavit, & Persarum Regem *Schach.* Tamam & Mahometem Hodabandum beneficiis obsequiisque devinctos habuit. Britannicæ Reginæ legato in intimam familiaritatem recepto, impensè favit *cit. Poderborn. d. loc. p.* 317. obiit demùm *an.* 1584. ætatis 56. 7. habuit conjuges, ex quarum prima filium, & sibi successorem habuit

17. Casanense & Astracancense regnum acquiritur.

Fedorem Joannovvitz sive Theodorum 22. Annorum Principem, sedati ingenii, de quo Russi optima quæque sibi promittebant. At secuta tempora ipsum huic oneri imparem, campanisque pulsandis potius quam regimini tractando aptum fuisse manifestarunt, quo objecto exercitii genere, ante & post congregationes sacras impensè delectatum fuisse, testis est *Salom. Henning. Chron. Livon.* & ex eo *Olear. Itin. l.* 3. *c.* 11. moritur improlis 5. *Jan.* 1591. antiquum Ducale

Russicum stemma concludens, successit.

Boris, seu *Borislaus Gudenou*, Rerum summæ jam sub Theodoro admotus, occasione Sororis, quam Theodorus duxerat, volensne an invitus, & procurata morte Demetrii, Fratris Theodori, natu minoris, ex *Petrejo Oleario* aliisque Scriptoribus Rerum

18. Russicarum dijudicandum. Russiam non sine prudentiæ laude, paceque cum vicinis Principibus stabilita gubernavit usque ad *an.* 1605. quo motus primi *Pseudo-Demetrii* cœperunt; qui sibi invicem successerunt ab anno 1605. usque ad annum 1613. quo iterum cum aliis post electis rejecti sunt. Occasio sumpta fuerat à *Demetrio*, Joannis Basilidis filio secundo, fratre *Theodori*, quem *Borislaus Gudenovv* imperii potiundi causa clanculum interfici curasse creditur, cujus administrationem jam vivente Theodoro susceperat. Hujus igitur personam primò *Grisca*, seu *Gregorius Trepeja*, Monachus è cœnobio Trinouka, & Otrepii Boiari cujusdam ex oppido Galitz filius, mentiri cœpit, & studiis Principis Lithuaniæ Adami Wisnowiki ac Palatini Sendomiriensis Georgii Mniszek adjutus res suas eousque promovit, ut ab omnibus pro verò Demetrio, eoque herede Imperii Russici susceptus publicè coronatus fuerit *Anno* 1605. 29. *Junii.* Sed quia peregrinos ac in specie Polonos magno numero Russiæ induxerat, uxorem etiam è Polonia duxerat, Religionem Catholicam in Russia stabilire meditatus fuerat, à moribus Russicis insuper, quorum servandorum Russi tenacissimi, alienus erat; Russi suspicionem fraudis ab eo admissæ auspiciis unius è Proceribus *Basilii Zujky* venerunt, & mox Imperio pariter ac vita una cum Polonis plerisque, quos secum habebat, exuerunt, quod factum ultimis diebus nuptiarum *An.* 1606. *mense Majo* cum *Maria Mniskovva* Palatini Sendomiriensis filia celebratarum.

Varii competentes pro Imperio Russico sub falso nomine Demetrii Joannis Basilidis filii natu minimi, à Boride Gudenou immaturè trucidati.

Statim verò à tumultu invaluit rumor, Demetrium Ducem vivum, licet saucium effugisse, prodiitque iterum Demetrius sive idem sive alius quidam, nomine ejus assumpto, qui à Polonis adjutus Zuskio recens constituto M. Duci non parum molestiæ creavit, acceptis in fidem plerisque Russiæ provinciis, & obsessa ipsa Mosqua. Nec aliud præsidium supererat Zusky militiæ, nisi ut à Rege Suediæ Carolo acceptis auxiliis Demetrium distineret; cui accessit defectus Provinciarum non paucarum gravioribus tributis exacerbatarum paulo post secutus, discordiæque mutuæ exercitum ipsius non parum turbantes. Confoditur tandem prope Colugam à Tartarico quodam Mursa, reliquitq; filium posthumum itidem Demetrium dictum, in cujus fidem Colugenses ac vicini jurarunt; Et ut mater ejus jura filii tanto acrius prosequeretur, nupsit Polono cuidam Joanni Zaraski, qui etiam belli impetum aliquamdiu sustinuit, sed captus biennio post à Michaelis Federowitz exercitu palo infixus fuit. Uxor vero & Pseudo-Demetrius Junior perpetuo carceri addicti obierunt.

Surrexit & quartus Pseudo-Demetrius Scriba publicus Moscoviensis, & Novogardiam aliosq; vicinos tractus Russicos in partes suas pertraxit, sollicitato etiam in auxilium Rege Suediæ: Sed cum insolentissime se gereret, à suis captus & Moscoviam abductus ad Aulæ portam catenæ alligatus, & publicum ludibrium aliquamdiu passus tandem à Michaele suspendio adjudicatus fuit. Motæ quidem & sub Alexio Michalowitz posthac à quodam *Pseudo-Zuskio*, qui se Basilii Zuskii filium gerebat, querelæ nonnullæ, sed minoris momenti, nec in Russia adeò, quam exteris regionibus, quarum plerasque in Europa pererravit, captus tandem rogatu Alexii in Holsatia & Moscoviam abductus mendacia sua Anno 1653. in Capitali supplicio luit.

Similes 4. Pseudo-Sebastianos numeravit 19.
Portugallia, cum verus Rex Sebastianus *An.* 1578. in Africa occubuisset, & Philippus II. Rex Hispaniæ cum competitoribus suis nomine regni controversaretur. *vid. Chifflet in Tenneur. expens. c.* 8. *&* 9. *& præcip. c.* 2. *&* §. 5. Iisdem casibus An. 1348 involuta fuit Marchia à Pseudo-*Waldemaro* infestata. Inter veteres Pseudo-Philippum habuit Andriscum quendam, hominem mercenarium Macedonia, qui devicto Perseo ultimo Macedonum Rege, Romanis molestias facessivit: Cambyse mortuo in Persia regnavit aliquamdiu Oropastes Magus Mergin se simulans: Turcas Pseudo-Mustaphæ turbarunt: Pseudo-Agrippa sub Tiberio Romanos: Pseudo-Balduinus Belgas, & alios alii *vid. Zevecot. in Flor. l.* 2. *c.* 14. Ne quid dicendum de suspectis priori seculo personis *Padre Ottomanno ac Mahomed Bei seu Joanne Michael Cigala*, & qui An. 1676 se speratum Judæorum Messiam mentitus fuit *Sabatai Sevi.*

Similiaque apud alias nationes exempla.

Russorum æra non nativitatis Christi, sed 20.
conditi mundi est, nec nostra, sed Orientalis Ecclesiæ computatione instituta. Itaque in negotiis cum exteris utraque adhiberi solet; Veluti in transactione Andruskoviensi inter Polonos & Russos factum. Nec à prima Jan. sed Sept. annum auspicantur, quia mundum tunc conditum autumnant: Quod quibus ritibus in Aula Russica fiat, expositum ab *Olear. Itin. L.* 1. *c.* 8. Eruditionis divinæ humanæq; negligentes sunt, unde nec disputare, nec sermones sacros facere fas est. Exempla *vid. apud cit. Olear. l.* 3. *c.* 21. *&* 25. Osculatio crucis so- 21.
lennis ritus confirmandi juramenti est, rarior quidem, nam & qui juste jurant in causis privatis, apud illos despectui sunt, attamen in pactis aliisq; negotiis publicis adhibitus, idq; ex antiquissimo more Ecclesiastico, quo crucem amplexi per sancta Evangelia jurare solebant. Ita *Sigebertus ad An.* 552. scribit. Pelagiū insimulatum mortis Vigilii Papæ tenentem sancta Evangelia & crucem publicè satisfecisse; & addit *Anastasius* in eodem, ipsum Evangelium & crucem supra caput extulisse & tenuisse, qui mos tamen sensim exolevit: Unde solorum quatuor sanctorum Evangeliorum mentio fit. *Novel.* 8. *circa fin.* Qualem osculationis crucis ritum M. Dux *Michael Federovvitz* in confirmationem articulorum Stolbovvensium peregerit. *vid. Petr. p.* 11. *p.* 522.
Inter Czarii singularia est, nullas ab ipso lite- 22.
ras, pacta vel contractus subscriptione nomi-

Russi æram suam à condito mundo incipiunt.

In juramento crucem osculantur.

Mosco-

nis,

ram quædam singularia. nis, sed præ eo solum Imperii insigni firmari: Apud subditos singulare, quod in subscriptionibus ad Principem nomine suo nonnisi in diminutivo utantur, ut Petrus Petruske &c. salis & panis oblatio peculiare humilitatis eorundem erga Principes signum est: Quo honore primum pariter ac secundū Pseudo-Demetrium affectum *Petrejus* tradit, *Chron. p. 2. p. 1.* Eodem modo Plescovienses crudelitatem *Joannis Basilidis* mitigasse docet *p. 130.* Denique de Russorum cum Polonis, cum Suedis, cum Turcis & Tartaris & aliorum exterorum Principum negotiis *vid. J. C. Becman. in Hist. orb. terr. part. 2. c. 7.* Post suprà recensitos Pseudo-Demetrios *Michael Federovvitz*, è familia Joannis Basilidis Dux constitutus, Princeps pietate, Pacis amore ac clementia celebris, cui ve parem Russia à plurimis retro annis non vidisse creditur, Parentem, qui Patriarchatum usque ad an. 1633. gessit, obsequiosissime semper coluit, & in solenni Legatorum exceptione, aliisque ejusmodi publicis actibus ad dexteram collocavit. In principio regiminis magnos sustinuit motus, tandem tamen 1614. cum Polonis pacem init, & postquam 33. *annos* laudabiliter regnasset 12. *Julii* 1645. humanis eximitur ætatis 49. Ejus conjux *Eudoxia Lucanovvna* octiduo post similiter è vivis decessit. Successit ei Filius

Alexius Michalovvitz qui altero statim post Parentis sui excessum die in Czarum coronatur, & *Bello Suedico in Livonia* gesto, pactis arctioribus cum Polonis, ac ultimum bello Turcico inclaruit, motam etiam in remotioribus Russiæ partibus, Regno Casanensi & Astracanensi, à Redzinio quodam rebellionem sustinuit, sed nec diuturnam, nec magno cum periculo Status publici. Et Redzinius posthac simul cum complicibus suis pœnas moliminum horum dedit, *ob. 8. Feb.* 1676. Ex nobili familia *Miloslavvski* sibi conjugem elegit *Illam Danielovvam*, ex qua 4. Principes, & 3. Principissas genuit. Primus 1653. natus, & in baptismo *Alexius Alexiovvitz* compellatus est. Hic 1667. cum corona deposita Rex Casimirus regno renuntiaret, inter candidatos Poloniæ Statibus proponebatur, adjectis ingentibus ditissimisque promissis: verùm 1670. ante parentem vitâ functus est; Secundus

Feudor Alexiovvitz 1657. natus, Parenti successit in sceptrum. 1676. prima ejusdem conjux Euphemia Rutetzki 1681. in puerperio cum infante extincta est. Secundam conjugem duxit *Mariam Euphrosynam Marveonam* ex nobilissima Poloniæ familia Luproprinorum, quo inviso suæ genti matrimonio, primò Boiarinorum odium, dein sibi conjugiq; venenum & mortem, 1682. 27. *Aprilis* conciliaverat. Tertius *Michael* 1669. mortuus est. Quartus

Ivan Alexiovvitz 1663. natus, 1682. cum fratre ad solium evectus, mortuus 1696. in Januario. Prima Principissa *Irene* 1679. mortua, secunda Principissa *Sophia* fax & tuba tot periculosorum hactenus in Moscovia tumultuum, tertia Principissa *Marina*, quæ duæ adhuc superstites sunt, 1688. ob concitatam rebellionem in Monasterium intrusæ sunt. Et hæ *Alexii Michalovvitz* ex primo thoro soboles, ex secundo autem cum conjuge sua *Natalia Korilofica* familiæ Nareskinianæ binas habuit proles, scilicet *Petrum Alexiovviczium* modernum felicissimè regnantem Moscoviæ Tzarum natum 11. Junii 1672. & *Nataliam* Tzari charissimam sororem nullius hactenus flagitiosi consilii consciam. Hic Petrus cum fratre consanguineo Ivano Alexiovviczio mortuo Parente, 1682. Moscoviæ sceptrum nactus; verum orta 1688. nova rebellione, *Ivanus Alexovviczius* quietis amantior illud sponte sua fratri suo *Petro* ex integro cessit. Huic Principi tam præclaræ naturæ, animique dotes, quibus nomen suum in totius propemodum orbis regna felicissima rerum fama diffudit, eidem regnum & supremum hunc conditionis humanæ verticem cum cunis destinaverant. Concinna corporis altitudo, apta membrorum compositione spectabilis, vivida ætas, & quantam vix poterat ætas ejus capere solertia, interioris virtutis exspectatione, studia & voluntates gentis suæ ita occupaverat, ut contentiosis multorum suffragiis fratri suo Ivano Alexiovviczio palā præferretur, quem primogenituræ præeminentia ad aviti solii fastigium sancta gentibus lege vocabat. Quo animo politiorum artium humanitatem, multorum seculorum pertinaciâ ex Moscovia proscriptam, denuò reducere laboraverit, facile ex eo colligi potest, quod in diversas Europæ regiones, in Germaniam, Italiam, Angliam & Hollandiam, capaciores primatum filios emiserit, imò ipse in propria persona cum ingenti Comitatu has omnes Provincias exceptâ Italiâ, à qua propter ortam in suo Imperio rebellionem impediebatur, permeare, & in primariis locis aliquamdiu subsistere dignatus fuit; sicuti Viennæ in Aula Imperiali plures septimanas perstitit, ubi Imperator noster Augustissimus Regiis honoribus & deliciis eum est prosecutus, in qua diutius adhuc mansisset, nisi dicta in Moscovia seditio & rebellio eum in patriam revocasset, quo autem sine hæc omnia facta, ut cultissimarum gentium commercio sapientiam artesque compararent, possentque ipsi reduces ornamenta esse Moscoviæ, adderequé junioribus ad eandem virtutem incitamenta. Quam consilii sui rationem, cum Bojarinis ante quosdam annos proposita utilitate aperiret; commendabant omnes Principis prudentiam, sed tantum bonum optari quidem, obtineri autem vix posse insinuabant: Moscorum ingenia iis studiis inepta esse; impendendos sumptus frustra profundi, & labore non profuturo se suosque fatigandos. Indignabatur Tzarus ad has voces, sola proferentium superba ignoratione dignas. Noctuas scilicet suas tenebras amare & caliginem, nec in lucem protrahi posse, nisi cum ignominia propriæ deformitatis. Ergone infeliciores cæteris gentibus nati sumus? pergebat interrogare Czarus quod Numen ineptas mentes nostris infuderit corporibus, num manus, num oculi, num eadem habitudo corporis

23. Laus moderni Tzari.

24. Tzarus cum aliquot Primatum Moscoviæ filiis varias Europæ Provincias visitat.

poris nobis obtigit, quæ exteris Nationibus ad interiorem animi culturam sufficiunt; cur soli degeneres & rudes animos habemus? cur soli humanæ sapientiæ gloria indigni excidimus? Herculà idem animus nobis, eadem possumus, modò velimus; omnibus etenim natura fundamenta dedit semenq; virtutum, omnes ad ista omnia nati sumus, cum irritator accedit, tunc illa animi bona velut sopita excitantur. Suma profectò omnia à tali Principe exspectanda. Habent, quod gratulentur sibi Mosci, modò satis felices. Erit, ut agnoscant bonum, quod in multorum invidiam ipsis Deus indulsit. Ex familia Lubochiniana conjugem, & ex ista filium suscepit *Alexium Petrowviczium anno* 1690. 3. *Octobris* natum, egregia indole, virtutibusque ingenuis dignum, in quem spes Patris & fortuna Moscoviæ, quieta devolutione recumbat. Conjugem tamen, quæ hunc sibi Principem peperit, ante annos repudiavit, quæ matrimonii dissolutio causis procul dubio innixa erit gravissimis. Novissima Moscoviæ descriptio accurata traditur à *Joh. Jacob Korb*, Secretario ablegati Cæsarei Dn. Ignat. Christophori Nob. Domini de Guarient & Rall, *in suo Diar. Itin. in Moscov. pag.* 140. ubi Ablegati receptionem recenset in absentia M. Ducis, *anno* 1698. sequentem in modum: Solennitatem primus Minister, Leo Kirilowitz

25. Ceremoniæ receptionis Ablegati Cæsarei in Moscovia.

Nareskin, decenti studio præparavit, Tzareus sejugis currus D. Ablegato & ex Tzareo stabulo equi, soliti ornamenti fulgore conspicui, admovebantur. D. Ablegatum in Domus area constitutum ubi notificatorias Cæsareas literas, Tzari nomine Boiarinus acceptare decreverat; duo Diaci exceperunt, à quibus porrò per multas Anti-Cameras deductum, in ultimi, & solenni huic officio destinati conclavis vestibulo Boiarinus præstolabatur. D. Ablegati officiales, in majorem actus amplitudinem in eodem conclavi, cum numeroso Tzareorum Scribarum grege præstiterant. Sed Boiarino D. Ablegatum, ut sederet, rogante, conferentia initium sumpsit, omnibus, præter Diacum Bosnikovv Secretarium & interpretem, excedere jussis: audiebantur mutuæ contestationes, quibus Clementissimorum Dominorum Principalium sincerum fraternumque amorem perpetuo cultum conservatumque iri, sibi invicem promittebant. Solennitatis & humanitatis officiis peractis, D. Ablegatum à duobus Diacis ad currum, & per Pristavum ad aulam Legatoriam reductum, & arcem Tzaream prætervectum, excubitores milites consueta armorum præsentatione, & vibratis vexillis honorarunt: ubi porrò *cit. Korb. p.* 170. & *seqq.* exactè narrat de octiduana, consequenter immani & inaudita executione in rebellium Streliziorum capita, ubi una vice 27. *Oct.* 1698. 330. simul educti ad fatalem Securis ictum.

26. Tzari Residentia.

De *Tzari Residentia*, *Kremelina* dicta, sic discurrit. Illa lapideo muro est circumdata, bis mille nongentos passus ambitu complectitur, & plurima pulcherrima nobilium ædificia, intra murorum suorum ambitum, concludit: diversa fora rerum Venalium, plurimaque templa, uti est *templum Archangeli Michaëlis*, in quo Principum sepulturæ, Blagavesine sive *templum annuntiationis Mariæ*, 9. turribus insigne: quorum tecta, uti & totius templi, ære deaurato cooperta sunt, & *crux* altissimæ turris, *ex auro purissimo* facta, ingens pretium ostentat. Ivan Veliskoy, *Divi Joannis templum*, cujus turris tectum deauratum, abundatque campanis, quarum una omnium in *orbe terrarum* maxima, ponderat bis mille ducentas poedas, seu ponderis nostratis sexaginta sex mille libras. 27. Campana maxima.

Rutheni illos baptizatos & Christianos esse negant, qui Romano ritu sola aquæ aspersione in nomine SS. Trinitatis Christo regenerantur, sed obstinata superstitione contendunt, per *immersionem Baptismum* fieri debere; oportere enim veterem hominem suffocari in aqua, quod immergendo, non aspergendo fieret: cui errori pertinaciter insistentes, reiterationem baptismi admittunt, eosque, cujuscunque antea Christianæ Religionis fuerint, qui Ruthenum Schisma aut sponte aut coacti amplectuntur, denuò baptizant, vel immergendo, vel uti hodiernus obtinet usus, aquam toti corpori à capite ad calcem assundendo. Quod autem tres in Dietate personæ sint, trinam etiam immersionem requirunt. 28. Superstitio in Baptismo.

Celebrare solent *ritu Græco*, pane Azymo & vino rubro utuntur, cochleari ex calice panem vinumque consecratum simul & semel distribuunt. 29. S. Sacrif. Missæ & communio.

Catholicos, quos Romanos vocant, in eorum templis tolerant, Lutheranos verò & Calvinistas non item. Pictas, non sculptas, aut alia arte fabricatas, venerantur imagines, volunt enim Decalogi præcepto Deum prohibuisse, ne Sculptile adoremus. *Deiparam* devotissima pietate colunt, & Sanctos Dei, præcipuè S. Nicolaum, venerantur. 30. De cultu imaginum.

Locum tertium seu *purgatorium* credunt, in quo usque ad extremi judicii diem omnes detineantur. Neminem ad cœlum admitti, nisi sententia in publico illo & novissimo tribunali lata, qua dignus pronuntiabitur quilibet, qui cœlesti præmio potiatur. His ajunt suffragia prodesse: inde pro fidelibus defunctis orare, aut bona opera exercere, proficuum & valde meritorium existimant. 31. De purgatorio.

In *mortuis* suis *sepeliendis* multas ceremonias adhibent: Superstitiosas juxta ac profanas fœminas conducunt, quæ emptis gemitibus funus prosequantur. Intra Sarcophagum abdunt literas commendatitias ad S. Nicolaum, quem cœli janitorem opinantur; in illis literis autem asseverat Patriarcha: mortuum Christianè vixisse, & in fide vera Ruthena, laudabili constantia extremum diem suum obiisse. 32. De sepultura.

Judæos in Moscovia non tolerant, nisi baptizatos, rationem ipsimet adstruunt, absonum scilicet Moscis videri, Religione eos à se differre, quorum mores, astutiam, & callidissimas decipiendi artes non dissimili laude exercent & exprimunt. 33. De Judæorum exclusione.

Circa *nuptias* horum populorum hoc adhuc notandum. Finitis ceremoniis Sponsus 34. De nuptiis

sus Sponsam manuducit ad templi vestibulum, & cyathum plenum mulso illi propinat. Illa Cyathum acceptum sub velo libat, atque ita cum suis ambo amicis ad parentum ædes reducuntur. Ubi sub ingressum farre asperguntur, in signum fœcunditatis & opulentiæ. Hospitibus convivantibus, neonuptos matrimonium consummare oportet; postquã duabus aut 3. circiter horis soli in lecto acquieverint, ex convivarum numero aliqui ad eos delegantur, ut sciscitentur ex sponso, num sponsam adhuc incorruptã invenerit, si sponsus affirmat, exuberanti hospitũ gaudio, multisq; tripudiis neonupti ad caldariũ deducuntur, diversis floribus, herbisque odoriferis exornatum. Ex quo ad sufficientem amœnitatem loti reducuntur ad templum, continuandæ benedictionis uberiorem cumulum percepturi. Si verò ante vitiatam fuisse sponsus conqueratur, ad parentes sponsa remittitur repudiata. Quo indicio illis probetur virginitas, addere non patitur temporis nostri castitas.

35. Tzarorum desponsatio. Alia ætas alios mores postulat. Potuit sanè ea in Moscoviâ olim viguisse consuetudo, quâ Tzaro nuptias cogitante omnes Moscoviæ Virgines fuerint convocatæ, quas formæ decor, & insignis pulchritudinis species commendabat; ut ex iisdem aliquam, quæ maximè placeret, diligeret; exoletus tamen hodiè ille mos est, & plurimùm hactenus ex eorum consiliis Tzarorum pendebant matrimonia, quos aut muneris dignitas, aut propinquioris dilectionis familiaritas ad secundum potentiæ gradum subvexerat. Exulat pariter Polygamia, & nefas esse ducunt, pluribus ad eundem thorum adlectis concubinis maritalem amorem dilatare; Si tamen sterilis, nullius hæredis spem fecerit, eâ in Monasterium detrusâ, Tzaris est liberum de fœcundiori matrimonio cogitare, præter sterilitatem tamen adhuc aliæ repudii causæ sunt. Credendum enim est, Principes nil temerè facere, licet nos, quæ sæpè contingunt, rationem reddere non possimus; Moderni namque Tzari Conjugem, quod Principem pepererit, sterilem nemo dixerit, nihilominus repudiata est, quæ matrimonii dissolutio causis procul dubio gravissimis innixa est. Quarum momenta ex eo fortè suspicari possumus; quod extra Azowium constitutus ante redire recusaverit, quàm certus foret de conjuge suâ, abscissis capillis, in Monasterium detrusa, quod triginta circiter milliaribus Moscuâ distat, Sustabski cognominatum. Apud exteros Principes Consortes quæsivisse, hucusque Tzaris periculosum fuit. Bojarinis, & Regni primoribus inani metu obtendentibus; externis matrimoniis peregrinos, novosque mores perniciosissimâ mutatione induci in patriam, corrumpi veteres consuetudines, & avitam religionem sua puritate periclitari, totam denique Moscoviam ultimo discrimini exponi. Neque aliam rationem adstruunt, Tzari Feudoris Alexiowiczii veneno sublati, quam quod sibi sponsam ex Polonicâ familia Luproprinniorum elegerit. Spes tamen aliqua affulget, fore, ut sæculo recenter inchoando in mitiores mores Moscoviæ genius transeat, ad quorum plenam introductionem novis quibusdam rebus à Tzaro sapientissimè institutis utilissimæ dispositiones factæ sunt, quo fiet, ut adjacentium nationum frequentiori commercio mitigati Mosci, hoc ipsum amaturi sint, quod hactenùs tanto fastidio persecuti sunt; Expetent externarum gentium matrimonia, quando addiscent: Non alia sanctiora vincula esse, quæ inter populos amicitiam conciliant, bella componunt, imò ipsis sæpè Victoribus leges dicunt; Credunt multi Tzarum abdicato conjugis in Monasterium detrusæ matrimonio, de sponsa alienigenâ cogitare.

Diebus Mercurii & Veneris ab esu carnium abstinent, quatuor autem prætereà illis per annum jejunia sunt, Primum à Dominica quadragesimæ usque ad Pascha, secundum à Dominica post Pentecosten usque ad festum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Tertium à prima Augusti usque ad festum Assumptionis Beatæ Virginis. Quartum à decima Novembris usque ad Nativitatem Christi. Primum omnium strictissimum est, quod, quia cæteris in longius protrahitur, longum jejunium nominant. Jejunii tempore non ovis, non butyro, non caseo uti licet. Nullâ ætatis, nullâ valetudinis curâ, sanctius ipsis videtur mortem jejunando oppetere, quam ovorum, aut carnis refectione vitam servare, quin ipsi etiam Medici, antequam ad medendi munus admittantur, juramento se obstringere debent, tempore jejunii Moscis ægrotantibus, nunquam medicinam aliquam adhibituros, ad quam diluendam ova, caro, lac, butyrum forent necessaria: non obstante, quod evidenter prævideant, ægrotum sine tali pharmaci fruitione, & usu propediem moriturum. Ex quâ austeritate, & indiscretâ præcepti jejunii observatione meritò ansam arripio, Ecclesiam Ruthenam non veram & genuinam Matrem, sed Novercam & adulteram pronunciandi. 36. Abstinentia & jejunium.

Domino Ablegato Cæsareo post redditarum recredentialium ceremonias idem insinuatum est; Restitit quidem novo huic, & inusitato amicitiæ demonstrandæ modo; sed labore frustraneo, multifariæ protestationi Tzareæ Majestatis mandata regerebantur, quæ eo honore Dominum Ablegatum dimitti vellent, qui ante ipsum Ministrorum nulli contigisset. Postquam igitur protestatione solenni satis caverat, ne Mosci apud Aulam Cæsaream, contrà morem hodiernum insolitas hasce ceremonias prætendere valerent, illorum arbitrio reliquit, quo honore suum discessum vellent condecorare; in nullo autem dissimilis fuit illi decori, quem ingressui nostro decreverant. Aderant nuperæ equitum centuriæ, desultoriorum militum ala, superbissimus Tzari currus, & equi nupero auri, argenti, gemmarumque splendore insignes, Domini Ablegati officiales exspectabant insessores; Cum Domino Ablegato præter interpretem ordi- 37. Reditus Cæsareæ Ablegationis ex Moscovia Viennam.

 narius

narius Pristavus currum occupaverat, eundem ad locum deducturus, ubi Mandato Tzari ante quindecim mensium decursum susceptionis solennitate defunctus fuerat; Per urbis Compita, innumerâ hominum multitudine undequaque obsessa fluminis Moscuæ ripas attigimus; Hujus trajectus non omni vacabat discrimine. Pons ligneus enim medium fluminis solummodò tenens, ad nullius partis ripas extensus erat, ascensus proinde descensusque non contenendæ difficultatis. Hujusmodi verò pontium malè fabricatorum pericula Moscis nulla, aut certè levia videntur, etsi non paucos quandoque absorbeant improvisâ declivitate deceptos.

Jemska Slowoda (suburbium aurigarum) anteriorem ripam occupat; Pristavi conductus suburbii hujus fine circumscribitur; hic stitit currus, valedixit Pristavus, atque ultimâ civilitate usurpatis hactenus ceremoniis, coronidem imposuit. Primi Ministri, & Bojarini Domini Leonis Kirilowizii Nareskin nobile prædium filii dictum septem tantùm verstis Moscuâ distat; ad Prandium, quod ibidem lautissimè instruxerat, discessurum Dominum Ablegatum jam aliquot ante diebus invitaverat. Vix solennitatum finis erat, cum quidam ex dicti Bojarini officialibus viam ad prædium jussu Domini sui monstraturus, se insinuat, officiosè obsecrans, ut D. Ablegatus sua præeuntis vestigia sequi dignaretur. Cum toto igitur suo Comitatu, & oneribus, quæ nonaginta Potwodæ vehebant, à viâ regiâ deflectere oportebat, exterorum ministrorum repræsentantibus, atque pluribus Tzareæ militiæ officialibus stipatum. Tanta in prædii hujus ingressu, Germanorum præcipuis refertissimo hospitum videbatur humanitas, ut quemvis de palma contendere credidisses. Multum ubique amicitiæ studium, summa plurimorum æmulatio, in affectuum integritate veriùs exprimenda, donec instructæ opulento convivio mensæ convivas ad se converterent. Præter primum Ministrum, ejusdemque cognatum, & consuetum nostrum interpretem D. Schwerenberg Ruthenorum nullus hospes aderat. Germanis frequenti numero in horum locum subrogatis. Post Dominum Ablegatum Cæsareum hic sedentium ordo fuit. Ablegatus Daniæ, Generalis de Gordon, Residens Brandenburgicus Adamus Weyd, Cæsareus rei tormentariæ Colonellus de Grage, Colonellus Jacobus Gordon, Colonellus Acchenton, Missionarius Cæsareus Joannes Berula, Medicus Tzareus Carbonari, Guasconi Mercator Catholicus; Wolff, Brand, & Lips Mercatores acatholici, quibus intermixti octo Cæsarei Ablegati Officiales pariter discubuerant. Regio luxui non impar prandium, nec Rhuteno more coctum, sed Germano gustui benè accommodatum, rara ciborum multitudo, aurearum, argentearumve paterarum pretium, & optimi potûs non una species, propinquitatem Tzarei sanguinis facilè prodiderunt. Peracto Convivio sagittis certatum est, neminem excusante peregrino usu, aut rei insuetæ imperitiâ; Chartæ folium terræ infixum metam sustinuerat. Hanc primus Minister aliquoties cum omnium applausu, mediam perforavit. Urgente pluviâ ab exercitatione jucundissimâ impeditos, Bojarini conclavia, denuò exceperunt. Ablegatum Cæsareum manu prehensum ad Uxoris suæ Cubiculum deducit Nareskin, ut reciprocis salutandi officiis ibidem defungeretur. Non alia major apud Ruthenos honorandi est ratio: Summè honoratus est, quem maritus ad Uxoris suæ oscula, & accipiendi ab eâdem vini adusti haustum extremâ civilitate invitat. Non prætereunda Bojarini liberalitas, quam luculenter ostendit, cum pellicium ex Zobellinis pretiosè confectum Domino Ablegato Cæsareo munus daret. Neque tamen omni proprii Commodi studio vacavit, istâ munificentiâ; Bojarinus enim occasionem laboriosè aucupabatur sermonem movendi, & in memoriam revocandi diei illius honores, quo Augustissimi Cæsaris Clementia, Basilium Basilowizium Galizin, ante quatuordecim annos primum potentiæ locum in Moscoviâ tenentem condecoraverat, Curru per D. Kurzium transmisso: avidus procul dubio paris cum illo Cæsareæ Dignationis, cujus locum, & officia hodiedum ambitiosè occupat.

Mulier.

SUMMARIA.

1. *Num mulier ratione dotis aliis creditoribus expressam etiam hypothecam habentibus præferenda?*
2. *Variæ notæ de dote mulierum; vid. supra verb.* Außsteuer der armen Jungfrauen *fol.* 319.
3. *Dotis numeratio quomodo probetur.*
4. *De mulieris bonis paraphernalibus.*
5. *De Morgenatica.*
6. *De fuco mulierum.*
7. *De secundis nuptiis.*
8. *Quid hodie juris Patri circa bona materna liberorum.*
9. *Cujus erunt vestes mulieri datæ à marito, soluto matrimonio?*

1. Mum mulier ratione dotis aliis creditoribus

ACriter sæpius controvertitur, an mulier in dote creditoribus expressam hipothecam habentibus præferatur? Quod affirmat *Arnod. Roth. in different. jur. civil. & Bojar. Zæs. in ff. qui pot. in pignor. hab. Thes. Basil. vol. 7. th. 23. lit. O.* Negat *Lyser. de concurs. & graduat. cred. th. 2. Carpzov. const. 28. defin. 66. Klock. relat. Cameral.* 124. *num.* 12.

expressam etiam hypothecam habentibus præferanda?

num. 12. *Gail. lib. 2. observ. 25. num. 10. Jacob. Cramer. discept. 10. th. 23. Coler. in process. execut. p. 1. c. 2. n. 189. Nicol. Everhard. à Middelburg in topic. legal. loc. 62. à fisco ad dotem num. 2. Ant. Matthæi disp. 12. de fundam. jur. alit. jaciend. thes. 26. 27. Hartman. lib. 2. obs. 8. tit. 27. num. 2. & 3. Wesenbec. in paratit. ad tit. ff. qui potior. in pign. habeat. num. 3. Card. Mantic. lib. 2. de tacit. & ambig. convent. tit. 26. num. 25. Carpzov. J. P. For. S. part. 2. const. 28. defin. 64. Author. præjud. Cameral. sub rub. hypotheca. vers. 1.*

Dissentit quidem *Mynsing. cent. 4. obs. 13.* sibi tamen ipsi contrarius vel ad minimum vacillans, *lib. 3. obs. 3. num. 2.* & affirmativam tuentur sententiam *Fachin. lib. 3. controv. 99. Nic. Vigel. cent. 1. q. 14. Hœnon. ad l. 68. ff. de R. J. Joan. Vaut. lib. 1. quæst. jur. c. 21. num. 6.* per rationem, quod in dubio pro dote respondendum, & per textus in *L. unica C. de rei uxor. actione l. 30. C. de jur. dot. L. assiduis C. qui potior in pign. hab. Novel. 109. c. 1.* qui textus omnes mulieres indistinctè omnibus Creditoribus præferunt, *Treutler. vol. 2. disput. 24. thes. 7. lit. B.* ibique *Bachovius in not.* cum & favor dotis id exigere videatur.

Conciliari hasce opiniones posse putat *Eberhard Fabritius in not. ad Gailium* ubi existimat, *Gailii* opinionem in praxi, contrariam *Mynsingeri* in Theoria veriorem esse, citans pro hac conciliatione *Carpzovium, Berlichium, Riccium, Richterum disput. 6. de jur. & privileg. credit. pag. 139.* Optimè tamen hanc quæstionem videtur discutere *Simon van Leuwen in Cens. Forens. cap. 12. num. 3.* ubi ait Scabinos Leydenses aliquando judicasse, viduam ex causa dotis etiam pupillis ex legali hypotheca antiquiori agentibus præferendam esse, *per text. sup. citat.* affirmat tamen ab illis textibus in tantum usu & moribus esse recessum, ut mulier in bonis Mariti pro restituenda dote, cum aliis legalem, aut specialem hypothecam habentibus concurrat tantùm secundum regulam, qui prior est tempore, potior est jure, nec expressam hypothecam anteriorem habentibus præferatur, quum privilegium, *d. l. 12. eod. qui potior, in pign.* mihi jus auferre non possit, quod mea mihi opera & cautione quæsivi. Ita communiter *Gloss. & Dd. in d. l. 12.* secundum quod temperamentum passim judicari testantur *Schneidwin. ad §. 29. Instit. de Action. num. 58. Anton. Fab. ad Cod. qui potior in pignor. defin. 16. Christin. Vol. 4. decis. 159. num. 8. Andr. Gail. lib. 2. observ. 25. num. 10.* qui hanc rationem dat, quod privilegium dotis Uxori provisione legis datum, non debeat excludere provisionem hominis, & expressam conventionem temporis prærogativâ firmatam, quum privilegium juris citra injuriam alterius concessum intelligatur, per text. *in l. 2. §. Si quis à Principe ff. Ne quid in loco publico l. 2. eod. de precib. Imp. offer. l. 12. ff. ad senatus consult. Trebellian.* Neque ita doti favendum sit, ut aliis injuriam faciamus, *cap. ex tenore. 11. extra. de foro competent.* quam opinionem non solum in foro Saxonico, & Provinciis Electoratûs, extra dubium, sed ubique terrarum receptam esse testatur *Bened. Carpzov. defin. forens. part. 1. constit. 28. defin. 64. & 65.* Vide quoque *Daniel Moller. ad constit. Saxoniæ. part. 1. constit. 28. num. 33. Coler. part. 1. decis. 57. num. 6. & part. 2. decis. 270. & de processib. executiv. part. 1. constit. 2. num. 219. & part. 2. constit. 3. num. 276. Joach. Beust. Tract. de dote, part. 3. cap. ult. circà med. vers. Hic quæritur an Mulier; Neguzant. tract. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 98. in med.*

Mulier non potest repetere dotem in vita Mariti, nisi Maritus ex dilapidatione vergat ad inopiam. Mulier vero se obligans pro Marito successivè pluribus creditoribus, non potest illas obligationes annullare, quæ intra dimidium dotis consistunt, sed tantum illas posteriores, quia si habet salvam dimidiam dotem, non remanet indotata, *Salgado in Labyr. Cred. part. 1. cap. 8. n. 30. & parte 2. cap. 4. n. 68.* 2. Variæ notæ de dote mulierum; & vid. supra Verb. Außsteuer armer Jungfrauen/ fol. 319.

Mulier si se principalem debitricem una cum Marito una scriptura constituit, nulla est obligatio, *ex Auth. si qua mulier. C. ad S. C. Vellejan. Klock. relat. Camer. 24. num. 17.* cujus etiam Auth. beneficio mulier renuntiare nequit, ast bene S. C. Vellejano, *num. 23.* ut efficaciter non teneatur, nisi pecunia in utriusque utilitatem doceatur esse conversa; etiamsi juramentum accesserit, quia alias præsumitur pecunia ad maritum, uti potentiorem, pervenisse, & mulieris confessio in instrumento, daß solches Geld in ihren Nutzen verwendet worden / non probat, quia metu vel amore viri de facili sic confiteretur, *Gail. observ. 89. num. 1.* jurata tamen renuntiatio valida est, & obligat uxorem non obstante *d. Auth. si Mulier*, sicut etiam si promittat, an Eydsstatt / & hæc dispositio Juris Canonici in terris quoque Imperii servatur, *Klock. d. loc. n. 38. Carena resol. 85. per tot. cum mult. ibid. alleg.* Sicut etiam mulier non juvatur, quæ in rem propiam intercessit, *L. aliquando ff. ad S. C. Vellej.*

Mulier pignoris vinculum in bonis Mariti pro dote obligatis remisisse censetur, si consentit, ut alteri prædium liberum obligetur, unsern eigenthümlichen beschwerten und vorhin untersetzten Hoff / *id. num. 44. per l. 7. §. 8. & §. non videtur l. 9. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* nisi sit per donationem propter nuptias assignatum. De executione contra uxorem vel viduam ob mariti debita non facienda tradit, *Mev. part. 1. decis. 53.* & Mulier se potest opponere executioni in bonis mariti, pro dote sibi obligatis, *Klock. relat. 124. n. 124.* Vidua retinere potest bona defuncti Mariti, pro dote & donatione propter nuptias, inque iis debet manuteneri, dummodo habeat precarium vel constitutum in restitutione dotis, vel alias possessio vacua ad ipsam pervenerit, ut neque sub prætextu rerum amotarum, *L. unic. §. taceat. C. de rei uxor. act.* neque expilatæ hereditatis, retentio possit impediri, *l. 4. C. de crim. expilat. hered.* ut latè tradit *Urceol. consult. forens. 52.* expensæ tamen necessariæ & pensi-

pensitationes publicæ in concursu doti præferuntur, *Klock. relat.* 143. *n.* 3. *& seqq.*

Dos ab extraneo legata nuptiis non secutis non debetur, *Brunnem. ad l.* 3. *ff. de jur. dot. Carpzov.* 3. *Constit.* 13. *d.* 25. in dubio ab extraneo conditionatè, à parente purè relicta videtur, *Brunn. ibid. ex cons. Menoch.* Dos per quandam anticipationem subintrat legitimam, *Hond. vol.* 1. *consult.* 63. *num.* 126. per *L. quoniam* 29. *in fin. C. de inoffic. testam.* sive succedit in locum legitimæ, & ei assimulatur, *Kellenbenz. de renunt. q.* 2. *n.* 32. *&* 42. Quemadmodum igitur legitima tolli nequit, cum jure naturæ debeatur, & succedat loco alimentorum, ita nec dos, cum surrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *Thes. Basil. Vol.* 5. *disp. de renunt. success. th.* 7. Legatum dotis tacitam habet conditionem nuptiarum, si factum sit ab extraneo, secus si ab ascendente, quia tunc in legitimæ locum succedit, quæ expressam conditionem non admittit, multo minus tacitam, & ideo filia an nuptias defuncta, dos ad quoscunque ejus heredes transmittitur, dummodo non sit petenda per querelam inofficiosi non præparatam, *Fab. in Cod. Lib.* 6. *l.* 25. *d.* 9.

Dos repeti debet in domicilio Mariti non in loco, ubi pacta dotalia scripta sunt, *l.* 65. *ff. de jud.* Privilegium tamen dotis locum non habet, si mulier de *dote numerata* docere non potest, quia retentio est quædam compensatio, quæ non datur in debito illiquido, *Negusanz. de pign. part.* 5. *membr.* 1. *num.* 37. *Andreæ controv.* 187. *n.* 9. quia dotis confessatæ tantum retentio denegatur, *Mev. ad jus Lubecense part.* 1. *tit.* 5. *art.* 13. *num.* 39. *Coler. de process. execut. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 223. & Creditores etiam Chirographarii in hoc casu præferuntur, *Mev. lib.* 3. *tit.* 1. *art.* 9. *n.* 19. Mulier etiam non potest retinere omnia bona Mariti, sed debet unum prædium eligere, *Gail.* 2. *obs.* 92. *Coler. de process. executiv. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 224.

3. Dotis numeratio quomodo probetur.

Dotis *numeratio* probatur per pacta dotalia, & confessionem mariti, præsertim in articulo mortis. Nam si Maritus post instrumenta dotalia ex intervallo confiteatur, se dotem recepisse, tunc cessat exceptio dotis non numeratæ, *l.* 14. §. 1. *C. de non num. pec.* Si tempore confessionis non apparet æs alienum, *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 20. *& seqq.* de qua re tamen videatur *Gail.* 2. *obs.* 81. ubi *vid. per tot.* dicentem, quod confessio mariti non jurata præjudicet ipsi soli & ejus heredibus, non vero creditoribus & tertiis, Idem probat *Mev. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 4. *num.* 17. *ad jus Lubec.* & tradit, quod hæc opinio semper sit æstimata æquior, *lib.* 3. *t.* 1. *art.* 9. ut etiam præferantur Chirographarii, nec mariti jurata confessio sufficiat contra eos, nec uxor ad suppletorium admittenda sit, *d. loc.* nisi accedat juratus testis, vel alia adminicula, *Hahn. in obs. ad parat. Wesenb. de privileg. credit.* quæ non prospicit, quod evenire potest, seipsum circumvenit *Crom. cons.* 159. *col.* 1. *lib.* 4.

Mulieris bona *paraphernalia* Maritus sine consensu Uxoris alienare, aut super iis transigere non potest: ita judicatum in causa Wentzesl. Heiden 4. *Decembr.* 1671. habetque mulier, ratione bonorum paraphernalium, tacitam hypothecam in bonis Mariti, *Brunnem. in l.* 8. *& ult. C. de pact. convent. tam sup. dot.* citans *Carpzov.* Et Dotis privilegium non se extendit ad dotem cautam, sed numeratam, *d. t. C. de dot. caut. non num.* & in paraphernalibus non datur prælatio, *L. ubi adhuc. C. de dot. l. ult. C. de pact. convent.* nec in *receptitiis, C. ex literis extr. de pign. & ibi gl.* nec in donatione propter nuptias, *Mynsing.* 5. *obs.* 4. nec potest simul repetere dotem, & petere dotalitium, *Neuenhan. de privil. viduit. memb.* 3. *sect.* 8. *lit. c.* quia non est ita favendum uni, ut alteri jus auferatur, *Gail.* 2. *obs.* 25.

4. De mulieris bonis paraphernalibus.

5. Morgengab.

Morgengab etiam habet tantam hypothecam in bonis Mariti, *Myler. in Gamolog. cap.* 18. *num.* 6. utrum autem viduæ quoque debeatur, tractat *idem, cap.* 16. *num.* 5. & notatum est supra, *verbo* **Außsteuer der armen Jungfrauen**/ *fol.* 334. *num.* 82. & Vidua habet jus retentionis pro legato, *Besold. part.* 2. *consil.* 56. *n.* 62.

6. De fuco mulierum.

De *fuco mulierum*, & quatenus iis sit prohibitus, *Ant. Frances resol. pr. c.* 2. ubi latè, quod non sit peccatum, quando mulier, ita jubente viro, ut ei placeat, se ornat, *vid. C. in diversis fallaciis. de cler. conjug.* 1. *ad Corinth.* 7. *C. quicunque* 30. *dist.* Imò potest mulier occultare turpitudinem, & alienis capillis se ornare, si suis in infirmitate fuit privata. Aliud est, si faciat vanitatis causa. Est enim hypocrita talis pulchritudo, quod peccatum saltem veniale est, etiam in innupta; licet enim hæc facere videatur, ut facilius inveniat virum, tamen fictio est, ex qua alter decipitur, non verò maritus, quia uxori consentit tacite vel expresse. Si mulier ornatur ad concupiscentiam, ut alliciat juvenes, peccatum mortale est. Alias *S. Petrus in Epist.* 1. *c.* 3. ubi omnis ornatus videtur esse prohibitus, loquitur de mulieribus virorum persecutorum, eo tempore, quo se ornabant, ut aliis placerent.

7. De secundis nuptiis.

Nuptiæ secundæ legibus civilibus olim erant odiosæ, at omnes illæ pœnæ sunt jure Canonico correctæ, tanquam contra bonos mores, & debitam matrimonii libertatem, *Sanchetz. de matrim. lib.* 7. *disp.* 81. *in fin.* Hinc notissimi antiquit⁹ juris, quod si Maritus susceptis ex priore matrimonio liberis ad secundum se contulerit, tunc penitùs pendit omne lucrũ, quod ex bonis prioris uxoris, etiam ex testamento percepit, *Auth. uxore mortuâ, & Auth. seq. L. fœminæ. L. generaliter. C. de secund. nupt.* & liberi prioris matrimonii habent hypothecam, à tempore, quo ea bona ad debitorem pervenerunt, *L. hac Edictali.* §. *omnibus. L. si quis prioris.* §. *in illo. C. de secund. nupt. Klock. relat.* 143. *n.* 23. *& seqq. & n.* 19. *per L. assiduis. C. qui pot. in pign.* Quod si pater dissipat bona, multi graves Dd. volunt, ex æquitate liberis esse succurrendum, & propter legitimam aliqua bona separanda, *n.* 34. Hinc *Legitima* liberorum primi matrimonii

præfer-

præfertur doti secundæ uxoris, quia hypotheca legitimæ & prior & favorabilis est, & legitima provenit ex dote Matris ipsorum. Magnum enim est odium secundarum nuptiarum, propter desertionem liberorum prioris matrimonii, quia secundo nubentes iis plerumque non conservant debitam affectionem, sed eam secundo conjugi totam impendunt, *Gail.* 1. *obs.*96. *n.*2.3.8. Ideò cum dos & legitima concurrunt, justiori prioris petitioni non est detrahendum: Nec ita favendum est doti, ut liberis prioris thori legitima & alimenta auferantur, cum præsertim sibi ipsis opem ferre non possint, mulier verò Marito ad inopiam vergente, dotem repetere poterit. *Klock. d. loc. per tot.*

8. Quip hodiè juris Patri circa bona materna liberorum. Pater in bonis Maternis liberorum habet *usumfructum*, nec tenetur liberis reddere rationem, etiamsi multum lucretur, sed potest pro libitu de eo disponere, etiamsi ad secunda vota transierit. Nec tenetur inventarium conficere, sed tantum, ad monitionem Judicis, vel instantiam liberorum & propinquorum designationem rerum ad liberos pertinentium conscribere debet, ut finito usufructu sciri possit, quid liberis reddendum, *Kohl. in declarat. Constit. March. q.*15. ubi late, quod in persona Matris quoque obtineat, & *vid. t. t. C. de bon. matern.* de hac materia egregie *Carolus Antonell. de temp. legal. lib.*2.*c.*20. ubi ait: Patrem filiis secundi matrimonii plus posse relinquere, quia non præsumatur inductus blanditiis *n.*92.

Secundas nuptias olim hæretici damnarunt; sed *Veritas Catholica* eas pro licitis habet, & pro *vero Sacramento*, quia habent eundem finem: sicut primæ, & permittuntur expressè *ad Rom.*7. 1. *ad Corinth.*7. & *S. Paulus* 1. *ad Timoth.*2. *ait*: *Volo juniores viduas nubere*, *Sanchetz. de Matrim. lib.*7. *c.*81. *per tot.* Pro secundis nuptiis egregiè disputat *Arnisæ. de jur. connub. cap.*5. *sect.*6. eas nec inhonestas esse, nec habere suspicionem incontinentiæ; Omne enim conjugium vocatur *honorabile & cubile impollutum*, *Hebr.*13. & vas suum quisque potest possidere *in sanctitate & honore*, 1. *ad Thes.*4. *Sanctificari cum uxore*, 1. *Cor.*7. manere *in fide, dilectione & sanctimonia, cum castitate*, 1. *Tim.*2. non tantum in primis, sed etiam in secundis nuptiis, quia pari cum dilectione & fide possunt secundæ coli, sicut primæ. Nec videri potest, quomodo continentior sit, qui 50. annis vivit cum uxore prima, quam ille, qui mortua conjuge intra unum aut paucos annos, novam sibi nuptam eligit in Domino. Multos amplitudo rei familiaris, injuria servorum, & aliæ causæ, ad repetendas nuptias impellunt, *vid. porrò cit. author.*

Vestes mulieri datæ, solutô matrimoniô sunt viri, ideoque ei restituendæ, quia non censentur donatæ. *Mascard. vol.*1. *concl.*44. & 51. *Vid. Gail.*2. *obs.*91. & *ibid. Grev.* Vestes splendidæ, annuli gemmati, catenæ aureæ, aliæque res pretiosæ, si de donatione expressa non constet, maritus non donasse, sed ornatus & honoris sui causa tantum comparasse intelligitur, quò comptior & ornatior conjux incederet. *l.*5. §.10. *ff. commod. l.*15. *in pr. ff. de donat. inter vir. & uxor.* ut hac ratione & luxui muliebri obviam eatur, & utilitati salutiq; maritorum consulatur: Judex tamen omnia pro dignitate Mariti, & qualitatibus uxoris, dotisq; quantitate æstimabit, *per l.*47. *ff. de donat. inter vir. & uxor. L. pen. in pr. ff. de alim. leg. l.*12. §.7. *ff. de us. & habit. Neuenhan. de jur. Viduit. memb.*3. *sect.*3. *fol.*85. Quod & procedit, si Sponsus Sponsæ vestimenta & ornamenta transmittit, ut ornatior incedat, non videtur donare, sed commodare, *Brunnem. ad l.*5. *ff. commod. Mantic. de convent. lib.*20. *tit.*1. *n.*18. *Sanchez. de Matrim. lib.*6. *disp.*25. *Besold. cons.*107. *n.*14. Et sic Maritus vestes pretiosas retinere potest, *Brunnem. d. loc. ex responso Facultatis.* De vestium hodiernarum forma & luxu *vid. Drexel. in Trismegist.* quem citat *Joh. Jahod. in allocut. Sacr. in fest. S. Bartholom. fol.*154. — 9. Cujus ei sunt vestes mulieri datæ à marito solutô matrimoniô?

Münster.

SUMMARIA.

1. *Origo Episcopatus Monasteriensis.*
2. *Series Episcoporum.*
3. *Varii Hæresiarchæ.*
4. *Anabaptistarum tumultus.*
5. *Felix occupatio urbis ab Episcopo & supplicium*; & *n.*10.
6. *Hodiernus Episcopus ex familia Plettenbergica antiquissima & celeberrima.*
7. *Loca Episcopatus.*
8. *Burggraviatus Strombergensis.*
9. *Vechte, Borckelo.*
10. *Occupatio & reductio ad obedientiam Civitatis Monasteriensis.*
11. *De S. Ludgero primo Monasteriensium Episcopo.*
12. *Tota Civitas Monasteriensis igne absumpta sub Episcopo Theodorico.*
13. *Episcopos Monasterienses vocatos esse Principes & Duces Westphaliæ.*
14. *Loca vicina hujus Diœcesis.*
15. *Officiales hereditarii.*
16. *Canonicorum numerus.*
17. *Sententia in causa controversa Civitatis Monasteriensis & Episcopi hujus loci.*
18. *Variæ aliæ hujus Episcopi controversiæ.*

1. Origo Episcopatus Monasteriensis. CArolus *Magnus*, Domitor Saxonum, & Romanorum Imperator, in Saxoniæ parte inferiore, quæ nunc audit *Westphalia*, instituit *Episcopatum*, quem vocavit *Mimingerodensem*; vel ut alii interdum vocant, *Mimingardefurtensem*. Is verò à monasterio illuc exstructo appellationem mutuavit, & abolito vetere nomine, dictus est Monasteriensis. Monasterium illud condidit in honorem B. Mariæ Virginis *Hermannus*

Episcopus; fueruntque ejus tanta protinùs incrementa, ut nomen etiam priscum obfuscârint, Urbs quà naturâ, quà arte est munitissima, præsertim post furores Anabapticos: sita est in planitie: quinque habet amplissima Collegia. Scholam quoque literarum & artium satis celebrem.

Series Episcoporum Mimingardefurdensium.

2. Series Episcoporum.

1. *Ludgerus Frisius* frater fuit Hildegrini Halberstadensis Episcopi, cum quo etiam exstruxit Cœnobium ordinis Benedicti in Insula Rhenana, quæ Werdena dicitur. Evocatus à Carolo Magno ad Mimingardefurdensem Ecclesiam, ab Hildebaldo Coloniensi Præsule inauguratus est; obiit *anno* 809. sepultus est in Monasterio suo Werdensi.
2. *Gerfridus*, Ludgeri Nepos, successit ipsi *anno* 810.
3. *Alfridus* sub Ludovico Pio præfectus Ecclesiæ *Anno* 135.
4. *Lubertus*. Hic Werdensem Ecclesiam à suâ abalienavit.
5. Bertholdus, Anno 895. sub Arnulpho Imp.
6. Guilielmus initio plebanus in Carsenhusen: Is quum Henricum Aucupem forte domi suæ à Venatione languentem comiter excepisset, jussus rogare quod vellet, petiit Zonam ex primi cervi, quem cœpisset, corio, ratus eum esse venatorem: sed retulit Episcopatum.
7. Richardus sub Ottone I.
8. Rainoldus.
9. Hildebaldus.
10. Dodo.
11. Suederus sub Ottone II.
12. Theodorus.
13. Sigefridus sub Henrico II.
14. *Hermannus* I. anno 1205. Hic Monasterium Virgini matri condidit trans aquas, à quo nomen oppido datum.

Deinde sunt Episcopi Monasterienses.

15. Robertus.
16. Fridericus, frater Marchionis Misnensis an. 1070.
17. *Erpo* cum Godefrido Duce Bulionensi profectus est in Palæstinam, reversus obiit an. 1099.
18. *Theodoricus* à Winzenberg defunctus an. 1127.
19. *Henricus* anno Christi 1125.
20. *Egbertus* magnæ apud Lotharium Imperatorem autoritatis.
21. *Wernerus.*
22. *Henricus* II. promotus an. 1184. Hujus tempore Dux Saxoniæ, Henricus Leo ab Imperatore proscriptus est, & Westphalia Coloniensi Archi-Episcopo adsignata.
23. Ludovicus vixit an. 1190.
24. Godescalcus Saxo desiit vivere an. 1200.
25. Hermannus II. Comes de Catzenelbogen duas Ecclesias Collegiatas instituit Monasterii, S. Martini, & Ludgeri. Fundavit quoque Monasterium Campi S. Mariæ, obstinuit ab Imperatore, ut ipsi & Successores ejus Principes vocarentur, defunctus est an. 1246.
26. Otto Comes à Bentheim, primus Electus à Clero: nam ante eum constituti sunt Episcopi ab Imperatore.
27. Theodoricus. Hic Ecclesiam B. Pauli condidit. Habuit fratrem Brunonem Episcopum Osnaburgensem; Et alterum Fridericum, qui Engelbertum Archi-Episcopum Coloniensem interfecit.
28. Ludolphus ab Holte, sub Rudolpho Imperatore.
29. Otto II. Comes de Lippe synchronus Alberti Magni an. 1266.
30. Gulielmus II. Baro ab Holte.
31. Gerhardus Comes de Marca.
32. Everhardus de Deest, vixit anno 1306. quo templarii omnes uno die deleti, ipsorumque Magister vivicomburio Parisiis punitus.
33. Otto III. Comes de Retberge.
34. Conradus sedit an. 4.
35. Ludovicus de Hassia, sedit an. 49.
36. Adolphus Comes de Marca anno 1365. resignato Episcopatu contraxit matrimonium cum Margaretha Clevensis Principis filiâ, sustulitque ex eâ filios 6. filias 9.
37. Joannes de Virneburch, translatus Ultrajectum.
38. Florentius de Wevelhof. ttanslatus Ultraject. ab Urban.
39. Paro Bohemus, translatus Suerinum.
40. Henricus Wulf.
41. Otto IV. Comes de Hoya.
42. Henricus Comes Meursensis Theodorici II. Archi-Episcopi Coloniensis frater, electus an. 1415.
43. Walramus Comes Meursensis, prioris frater.
44. Joannes Bavarus, translatus Magdeburgum.
45. Henricus Episcopus Bremensis sedit, an. 30. obiit an. Christi 1470. ætatis suæ 96.
46. Conradus Comes de Retberge, Episcopus Osnaburgensis.
47. Ericus Dux Saxoniæ, Electus an. 1508. extinctus an. 1522.
48. Fridericus Comes de Weda Frater Hermanni Archi-Episcop. Colonien. resignavit Episcop. servatâ sibi annuâ pensione trium mill. coronatorum, obiit in Weda an. 1551.
49. Ericus de Grubenhagen Osnaburgensis, sextâ post Electionem hebdomate extinctus.
50. *Franciscus Comes de Waldeck*, Electus an. 1532. Sub hoc ingens Monasterii ob religionem tumultus excitatus est, quem obsidio, & facinorosorum supplicium excepit; Primus ejus author fuit *Bernhardus Rotmannus*, qui cum extrà urbem ad S. Mauritium errores suos contrà orthodoxam Catholicam religionem applaudente plebe doceret, eum populus, rerum novarum avidus, in urbem recepit. Nec privatâ ejus institutione contentus,

3. Varii Hæresiarchæ. tentus, petiit à Senatu templum; Intereà loci venit in urbem ex Hollandiâ sarcinator quidam Leidensis, *Joannes*, homo vanus, ambitiosus, audax, quique in patriâ *Anabaptistarum* doctrinam sequutus, Doctoris animum ac Confidentiam sumpserat. Venit quoque eodem *Hermannus Stapreda*, qui Rotmanni collega factus cœpit ab ipso dissentire, & in parvulorum baptismum invehi. Hoc interdiu & publicè, Joanne privatim & nocte plebis animos impellentibus, magna ad sectam facta est accessio. Senatus jam tunc iminentem nubem prævidens, quum crederet capitibus semotis cætera facilius componi posse, jubet autores ab urbe proficisci, at illi porta unâ egressi, alia regressi sunt, magno animo adserentes, sibi à Deo mandatum, ut causam veritatis seriò agerent. Ubi hoc non successit, aliâ viâ Senatus rem tentat. Evocat in curiam Doctores novitatum, & Anabaptisticos, ratus, penes illos, si committerentur, fore victoriam, qui Pontificios aliàs de gradu depulerant, quum convenissent; *Rotmannus* desertis partibus, apertè Anabaptistis se jungit, & *lavacrum infantium* execratur, frustrà cum increpante Collegâ Buschio. Præter opinionem accidit hoc Senatui, rebus tamen pacandis fit senatusconsultum, quo jubentur Anabaptistarum Doctores urbe quamprimum excedere, dato illis commeatu, quò tutò possent per Episcopi fines proficisci. At illi abdidere se, professi, Deo potiùs parendum, quam hominibus. Crescebat intereà numerus Anabaptistarum, & Bacchantium more alii alios ad eandem sententiam protrahebant, nullo facto disputandi modo. Quod ut vidit Senatus, jubet omnia templa, uno excepto, claudi: erat enim periculum, ne pars altera, quæ tunc minor esse cœperat, ab Anabaptistis pelleretur; Horum ergò doctrinæ elidendæ, Senatus etiam ab Hassiæ Landgravio petiit, ut eruditi aliquot viri mitterentur. Missi sunt Theodor. Fabritius, & Joan. Melsingerus: quorum hic statim, sive quod desperatas jam res videret, sive quod sibi diffideret, spontè rediit: Alter non antè cessit, quam ab adversariis suis urbe ejectus est. Subornatus intereà est ab Anabaptistis quidam, qui, quasi numine adflatus, per compita & vicos discurrit, exclamans, *pœnitentiam agite, & rebaptizamini*: sin minùs, jam ira Dei vos obruet: Multi ergo; vel quod iram Dei metuerent, vel ut sibi bonisque suis, crescente furentium turba consulerent, morem iis gerebant. Sub exitum Decembris quum jam prodiissent è latibulis suis occulti Doctores, facto agmine Anabaptistæ

4. Anabaptistarum tumultus. forum occupant, machinas bellicas educunt, Curiam quoque invadunt, magno clamore vociferantes, ut qui rebaptizatus non esset, interficeretur. Alii contrà, in locum quendam urbis naturâ munitum sese conferunt, atque ex eo in Anabaptistas forum tenentes armis rem agunt. Tandem conventum est, cautumque, ut quisque suam religionem sequeretur; sed Anabaptistæ, ut in futurum suis rebus consulerent, atque in posterum non pares, sed superiores essent, per *Rotmannum*, *& Bernhardum Knipperdollingum* in vicina oppida mittunt litteras, quibus omnes ejus sententiæ consortes monent, ut relictis fortunis suis statim ad ipsos properent: Ita oppleta Urbe peregrinis Anabaptistis, oppidani, quique in re tacita erant, subduxerunt sese ei, quam prævidebant tempestati. Hæc facta sub initium *anni* 1524. debilitatis autem alterius partis viribus, deligunt Anabaptistæ Senatum suæ factionis: creant consules, & in his *Knipperdollingum*, templum suburbanum Mauritii incendunt: Urbem spoliant, eos qui suæ sectæ non erant, expellunt, bonaque ipsorum occupant. Quum autem Episcopus jam urbem cœpisset obsidione cingere, evenit multis, qui urbem deserebant, ut ab Episcopi copiis cæderentur. Ita coacti etiam sunt in urbe quidam furoribus Anabaptisticis applaudere; Quæ in urbe à fanaticis tempore obsidionis gesta sunt, longum esset narrare, estque res in omnium ore atque oculis. Nihil fuit indignius, quam quod sceleribus flagitiisque suis prophani homines divinum quoque nomen, & religionem obtenderent. Semel meliorem partem cœpit impetus vindicandi sui, & furiosum bacchantium gregem opprimendi, sed captis quinquaginta, & post multa tormenta occisis, desperatum est posteà. Hoc tempore adsumpsit sibi *Joan. Leidensis titulum regis*, & se pro rege, ut potuit, gessit, uxore etiam primaria, (nam plures habebat) Reginæ nomine habituque ornata, quam tamen posteà, quod minùs probasse ipsius actiones visa esset, ipse obtruncavit. Tandem post multas calamitates atque insanias *Anno* 1525. die 27. *Junii* noctu sub horam undecimam copiæ Episcopi, cui se junxerant *Coloniensis Præsul Hermannus*, & *Dux Clivensis*, cum *Landgravio Hassiæ*, silentio ad urbem accedunt, & ducente quodam perfuga, per fossam ad vallum enituntur; 5. Felix occupatio Urbis ab Episcopo, & supplicium reorum.
Inde patefactis portis, admissoque exercitu capiunt urbem. *Rex vinctus* cum sociis ad vicinos Principes circumducitur, ac tandem *anno* 1526. candentibus forcipibus discerpitur. Hic exitus fuit factionis Monasteriensis. Episcopus defunctus est an. 1553.

51. Guilielmus Ketler, resignavit 1557.

52. Bernhardus Rasfeldt, resignavit anno 1560.

53. Joannes Comes de Hoya, defunctus anno 1574.

54. Joannes Guilielmus Dux Clivensis administrator resignavit.
55. Ernestus Bavariæ Dux Archiep. Colon. Successori *Anno* 1586. surrogatus, post illum.
56. Ferdinandus Bavariæ Dux, qui simul Elector Coloniensis, Episcopus Paderbornensis, Leodiensis, & Hildesiensis fuit, cui An. 1650. successor datus est
57. *Christophorus Bernardus à Gahlen*, de quo infra; isque ad annum 1678. 19. *Sept.* usque rexit. De hoc Episcopo prodiit Libellus Inscriptus: *La Vie & les faits memorables de Christoffle Bernard van Gahlen Eveque de Münster:* in quo recensetur, quod Parens ipsius fuerit *Gale Bisping*, qui *Mareschallum de Morien* occidit, & propterea custodiæ traditus sit, in qua *Episcopus Christophorus Bernardus* fuit conceptus, ex inclinatione naturali bellicosus & miles, qui ipsemet suum lustravit exercitum, & in bello se semper intrepidum ostendit. Controversia ipsius Parentis cum Mareschallo de Morien Domino de Nortkercken, ipsius vicino, incepit propter discrimen venandi in certis sylvis, cum Mareschallus ipsius Venatores & canes arriperet, & longo tempore detineret. Quapropter cum ambo sibi obvii essent in Aula Episcopali, & ex eâ descenderent, atque *de Gahlen* ab altero peteret, ut suos sibi Venatores & canes restitueret, ille verò responderet, quod eos mox esset habiturus, & ipsi monstraturus certa documenta, simulans ea ex sacco velle depromere, sed simul abjiciens pallium evaginavit gladium, ut aggrederetur *de Gahlen*, tunc bene potum, & qui gladium suum vix ex media parte nudaverat, usque dum necessitate coactus, & à servis suis monitus, tempus esse defensionis, toto gladio nudato Mareschallum transfodit, & quia fugam non arripuit, fuit custodiæ traditus in arce *Beverforde*, in quâ cum Judices ipsi suaderent, ut eligeret Advocatum, id facere recusavit, sed ipse causam suam dixit, optimè versatus in criminalibus, tandemque uxoris cohabitatione ipsi permissâ, Christophorus Bernardus conceptus est in Patris custodia, nec post absolutionem voluit ex illa recedere, nisi pars contraria omnes illi expensas processus, qui 13. annorum spatio duravit, prius refunderet; sicque conjux ipsius pro sua meliori commoditate Christophorum Bernardum peperit in arce de *Bisping*. Post mortem Patris factus est Canonicus Monasteriensis, & quia inclinatus erat ad bellum, & in eo bene exercitatus, electus est primus belli Commissarius, & post mortem Episcopi *Ferdinandi*, Ducis Bavariæ, sublevatus ad Episcopalem Monasteriensem dignitatem.

Graves tamen passus est dissensiones in suâ electione cum Decano Malincgrott, & Capitulo, quia dictus Decanus ipsemet affectavit Episcopatum, atque ideò Capitulum non sine confusione elegit Christophorum Bernardum, cum Decanus sibi injuriam fieri existimaret, & Pontifex *Innocentius X.* integris 5. annis, & sic durante sua vita electionem nollet confirmare, quam tamen post mortem Innocentii *Alexander VII.* antea *Fabius Chisius* vocatus, *an.* 1655. confirmavit, Decano semper publicis & injuriosis scriptis illam impugnante: unde factum est, ut Cives Monasterienses in suas traheret partes, & magnis turbis daret occasionem, in tantum, ut Episcopus Decanum custodiæ manciparet, quas omnes huc referre hæ notæ non permittunt. Secuta est obsessio urbis, usque dum Consules & Senatores deprecarentur excessum, & Episcopi discretioni se submitterent. Plurima alia de bello cum Statibus Generalibus, de Provincia Gröningensi, & variis eventibus cum aliis, fusè recensentur *in cit. supra Tract.* Successit ei Coadjutor
58. *Ferdinandus L.B.* à Fürstenberg, Episcopus Paderbornensis antea Cubicularius Summi Pontificis *Alexandri VII.* Præsul inter Germaniæ Episcopos doctissimus, quod prædicatum idem S. Pontifex eidem attribuit, doloribus calculi humanis eximitur, 26. *Junii* 1683. post cujus obitum Episcopatus delatus est
59. *Maximiliano Henrico*, Duci Bavariæ, Electori Coloniensi, cui post paucos annos nempe 29. *Julii* 1688. unanimi Canonicorum suffragio hujus Cathedralis Ecclesiæ Decanus surrogatus est
60. *Fridericus Christianus L.B. à Plettenberg*, modernus laudabilissimè regens Episcopus & Princeps Imperii, natus ex Illust. Parentibus *Bernardo* L. B. de Plettenberg, Domino in Lenhausen & Bergstrasse, & *Ottilia*, è Baronibus de Fürstenberg / Ferdinandi Episcopi Paderb. & Monast. Germana Sorore: Familia hujus Celsissimi Principis non Westphaliæ tantum, ubi primam originem & etiamnum habet, sed & Imperii inter vetustiores numeratur, eò quod jam à Seculo 11. post natum Christum, seu annis abhinc retro sexcentis quinquaginta & pluribus annis ludis Equestribus Torneatores interfuerint, & quidem primo, quem Germaniæ Nobilitas unquam celebrasse legitur, Hallæ in Saxonia *an.* 1042. & posteà multis aliis, pro ut Wormatiæ *an.* 1487. ubi *Bertholdus* de Plettenberg in Regem Ludi Equestris coëlectus fuit. Complures alios Illust. hæc familia omni seculo Heroes protulit sago togave domi forisq; inclytos, quos inter jure nominandus, qui in oculis & ore omnium bonorum etiamnù versatur *Ferdinandus* S.R.I. Liber Baro Cathedralis Ecclesiæ Paderbornensis Decanus, Frater Principis, triù diversorum Principum tribus diversis vicibus ad Cæsarem, & ad postrema Comitia Augustana, aliosq; Imperii Proceres, cum magna sui existimatione Legatus Extraordinarius, Aulæ Imperiali perquá char-

6. Hodiernus Episcopus, ex familia Plettenbergicâ antiquissimâ & celeberrimâ.

Neg

Nec omittendum hic illum heroica virtute & felicitate excellentem *Waltherum Plettenbergium* totius Germanæ Nobilitatis & Ordinis Teutonici decus inclytum, qui in Magistrum Livoniæ anno 1495, electus anno post electionem 7. nempe 1502. cum 7. Germanorum & 5. Livonum millibus 100. Moscorum millia uno prælio delevit, victoriæ superstites fugavit, & gloriosam 50. annorum pacem extorsit; ideoque ob bellicam fortitudinem & raras virtutes *primus ex Magistris Livoniæ S. R. I. Princeps* anno 1515. creatus, illam dignitatem Ordini & omnibus in Magisterio succedentibus acquisivit. *Bredenb. de bell. Livon. Russ. fol.* 56. prout hæc omnia *Wilhelm. Imhoff in not. Proc. German. cap.* 19. *ex cit. autore* recenset.

7. Loca in Episcopatu sita. Præsul hic Monasteriensis inter potentissimos Germaniæ Episcopos refertur; nam Episcopatus ejus late se per Westphaliam extendit; constat enim ex sequentibus locis: *Munster*, *Horstmar*, *Coesfeld*, *Aahus*, *Borcken*, *Bockolt*, *Gemen*, *Vreeden*, *Districtus*, *Dulmen*, *Halteren*, *Lohe*, *Dorsten*, *Werne*, *Lunen*, *Drenstenfort*, *Ludinghausen*: In *Wolbecensi* districtu *Wolbeck*, *Telicht*, *Alen*, *Beckem*, *Warendorp*, *Sassenberg*, *Rheda*, *Bevergern*, *Borchsteinfort*, *Hesselt*, *Emsburen*, *Meppen*, *Haselunen*, *Langheden*, *Rheyde*, *Nienhus*, *Assendorp*, *Humelinck*, *Kloppenburg*, *Frisoite*, *Bassel*. *Burggraviatum Strombergensem* Episcopus Florianus annuente Carolo IV. Imp. Diœcesi incorporavit, postquam ultimus Comes de Stromberg in Imperii bannum incidisset, quapropter *Anno* 1653. Episcopus Christophorus Bernardus in Comitiis Imperialibus in Consilio Principum, in scamno seculari peculiare votum & sessionem prætendebat, sed in vanum hactenus. *Comitatum Vechtensem* in quo fortalitium Vechte, *anno* 2247. Episcopus *Otto*, Comes Lippiensis, Episcopatui titulo emptionis adjecit. Prætendit prætereca in Dynastiam *Borcoloensem*, cujus insignia in Scuto Episcopali videnda. De cujus controversia cum Comitibus de Limburg & Styrum, eorumque adhærentibus Batavis *vid. Imhoff. in notit. Procer. German. cap.* 19. *pag.* 101. potissimùm verò *Christian. Gastelium de Statu publ. Europ. cap.* 15. *pag.* 517. *n.* 47. *& seqq.* ubi hanc controversiam quam fusissimè deducit *Anno* 1772. mediantibus Gallis armata manu hanc Dynastiam Batavis extorsit quidem, sed in subsequenti Coloniensi pacificatione *art.* 3. 11. *April.* 1674. eandem illis restituit, salvis tamen per omnia juribus & constitutionibus Imperii, Pacisque Westphalicæ, sic ut nil per hanc restitutionem iis derogetur, aut in eorum præjudicium innovetur.

8. Burggraviatus Stromberg.

9. Vechten. Borckelo.

Diœceseos, imò totius Westphaliæ Metropolis est *Monasterium*, quæ quondam libertate quadam gavisa fuit, quam obliquis oculis aspiciens Episcopus *Christophorus Bernardus* bellicosissimus ille & rei tormentariæ atque machinarum bellicarum peritissimus, arma comminatus est urbi, postulavitque, ut præsidium reciperet; detrectantem *Anno* 1657. mense Augusto obsidione cinxit, quam licet sequenti mense, intercedente nobilitate provinciali solvisset; nondum tamen triennii spatio elapso, acriore oppugnatione Monasterienses aggredi 22. *Julii* 1660. cœpit, omnemq; iis commeatum interclusit; & tandem fame incendiisque ex creberrimis tormentorum ictibus excitatus, quibus civitas miserrimè devastata est, ad deditionem & certam subjectionis confessionem die 28. *Martii* 1661. coëgit, hoc insuper maximo omnium onere civibus imposito, ut loco opportuno castellum, quo in potestate eos haberet, quodque in majus eorum ludibrium die Brillen nominavit, exstruerent. Occupata hac Civitate tum temporis in proverbium abiit, *Monasterium*, demptis literis A. E. I. mutatum esse in *Monstrum*, durante enim obsidione graviter sunt pressi subditi in tantùm, ut ne quidem Gallinæ vendendæ copia fuerit ipsis, nisi certa pretii parte Episcopo soluta. Item so viel Fach im Hause / so viel mal 3. Gulden haben die Unterthanen geben müssen. Academia in ea est conspicua, magnaque item & elegans Ecclesia Cathedralis.

10. Occupatio & redactio ad obedientiam Civitatis Monasteriensis.

Postquam *Anno Christi* 776. Carolus M. in honorem Dei omnipotentis, Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. Pauli Apostoli fundaverat Ecclesiam Cathedralem in loco, qui tunc *Mimigerod*, nunc verò Monasterium vocatur, *S. Ludgerum*, natione Frisonem, nobilem genere, vitæ sanctitate, moribus & scientia decoratum huic Ecclesiæ præfecit, atque investivit, qui laudabiliter gregem sibi commissum rexit, de cujus sanctitate plurima sunt conscripta. Innumeras etiam gentes *Saxonum*, Frisonum ac aliarum nationum, ad fidem convertit, & prout altissimo placuit, ad æthera scandit, *anno incarnati verbi* 809. 8. *Kal. April.* 30. verò obitus sui die cruentans & fragrans in Werdenâ, Monasterio seu claustro, quod inter alia suæ pietatis opera de paterna sua hereditate fundavit, honorifice est sepultus, de quo Episcopo hic superest versus:

11. De S. Ludgero primo Monasteriensium Episcopo.

Hujus ego templi Ludgerus mœnia struxi,
Primus & hanc ædem possedi Pontificalem.

Henr. Meibomius rer. German. tom. 2. *fol.* 210. de Civitate & Episcopo Monasteriensi sequentia refert: Anno 1121. præfuit Ecclesiæ Monasteriensi Episcopus *Theodoricus de Winsenborg*, nepos Ducis Saxoniæ. Hic postquam per Capitulares & Cives Monasterienses fuisset repulsus in *crastino*, *Joannes, ante portam Latinam* per Lotharium Ducem Saxoniæ & Comitem de Winsenborg cum exercitu valido fuit reductus; in qua reductione tum Cathedralis Ecclesia Monasteriensis, ex tunc eminenter extructa, & tota civitas incendio perierunt: demta etiam Ecclesia S. Ludgeri, aliæ Basilicæ fuerunt combustæ: tandem etiam, post destructionem murorum civitatis, in gratiam accepit Clerum & populum. Dux quoque defensores Civitatis, Nobiles & Ministeriales, captos abduci fecit, & anno præcedenti Imperator Natalem Domini in Monasterio celebravit;

12. Tota Civitas Monasteriensis igne absumpta sub Episcopo Theodorico.

citat. Autor. d. loc. pag. 146. pergit narrare de *Hermano de Katzenellenbogen*: Episcopo hujus loci, qui cum Friderico Imperatore *anno* 1185. in destructione Civitatis Mediolanensis fuit, quando Reinoldus Coloniensis Archiantistes trium Regum corpora secum Coloniam transtulit, quod obtinuerit à prædicto Friderico Imp. quod ipse & sui successores, Episcopi Monasterienses, Principes & Duces in Westphalia deberent esse & vocari, & tales dignitates & jura, Urigraviatus & plura regalia jura Episcopi prædicti deberent ab Imperatore recipere, jure homagii, & alia bona plurima suis successoribus Hermannus Episcopus ab Imperatore, item dignitates & libertates acquisivit.

13. Episcopos Monasterienses vocatos esse Principes & Duces Westphaliæ.

14. Cæterùm, una cum Duce Juliacensi, hic Episcopus est Director Circuli Westphalici & cingitur hæc Diœcesis, omnium teste *Chytræo Chron. Saxon. p.* 80. totius Westphalia amplissima & potentissima, *Frisiâ*, utrâque *Transisalania*, *Geldriâ*, *Cliviâ*, *Marcâ Westphaliæ Ducatu*, *Mindensi & Osnabrugensi Ducatibus*.

Loca vicina hujus Diœcesis.

15. Inter officiales Hæreditarios hujus Diœcesis primarios *Mareschalli* munus antehac tenuerunt *L. B. de Morien in Nortkorken*, sed anno 1691. ultimus hujus lineæ *Joannes Bernardus* vitam cœlebs finivit, exinde altera linea de *Merion in Falckenhoff & Reine* munus istud ambiit, sed incassum, eo quod Romanis sacris non esset addicta. *Dapiferorum*, Erbdrosten/ Officio *Barones de Droste in Vischering* fruuntur. *Camerarii* dignitatem ante annos Episcopus *Christophorus Bernardus* à Gahlen certo cum stipendio instituit, & gentilibus suis *Baronibus de Gahlen* contulit. De *Pincernatus* officio hucusque non constat.

Officiales hæreditarii.

16. *Capitulum Cathedrale* ex 40. constat capitularibus Canonicis, equestri genere natis, qui fidem nobilis prosapiæ octo Majorum, tum à paterno tum materno latere, demonstratione legitima facere tenentur.

Canonicorum numerus.

17. In supra mentionata controversia inter Episcopum hujus loci & Civitatem Monasteriensem diversa ventilata acta, *vid. in Diar. Europ. cont.* 2. *p.* 91. *item cont.* 4. *p.* 63. *& seqq. it. p.* 361. *& seq. contin.* 5. *p.* 32. *& seqq. item p.* 166. *& seqq. item cont.* 6. *p.* 211. *& seqq.* Sententia autem in hac causa lata talis erat: In Sachen sich haltend zwischen Burgermeister und Rath der Stadt Münster/ und ihren Landes-Fürsten Herrn Christoph Bernhard/ Bischoffen zu Münster / sind die an Seiten der Stadt übergebene Positiones als unerheblich nicht zugelassen / und die solcher und anderer Ursachen halber gebettene Commission abgeschlagen / darauff die Sache von Amts wegen für beschlossen angenommen/ und allem Fürbringen nach zu Recht erkannt/ daß Burgermeister und Rath das in actis eingeführte jus Præsidii, zusamt jure clavium, portarum, murorum & Symboli seu tesseræ militaris, in die Stadt Münster nicht erwiesen/ sondern des Herrn Bischoffen als ihres Landes-Fürsten und ordentlichen Obrigkeit præsidium militare, so offt es Ihr Fürstliche Gnaden für nothwendig erachten/ unweigerlich einzunehmen / und Ihro Fürstliche Gnaden derentwegen keinen Eintrag oder Verhinderung zu thun schuldig seyn sollen/ die Unkosten aus beweglichen Ursachen gegen einander compensirend/ signatum Wien unter Ihrer Käyserlichen Majest. auffgedruckten Secret Insiegel/ den 9. *Julii* 1659.

Sententia in causa controversa civitatis Monasteriensis & Episcopi hujus loci.

18. Quod decretum etiam Episcopus sequenti anno, ope Electorum Coloniensis & Moguntini, item Ducis Palatino-Neoburgici & cooperante Rege Galliæ ad effectum deduxit. Subsecutam desuper Pacem Monasteriensem cum Civitate & Episcopo de *an.* 1657. 15. *Octobris* exhibet verbotenus *cit. Gastel. d. loc. pag.* 527. ubi in fine adjunctam habet capitulationem in puncto juris præsidii, *de Anno* 1661. 26. *Martii*. Varia insuper litigia huic Episcopo fuerunt cum Domo Arausionensi, ob nonnullas præfecturas, quomodo autem ex *Anno* 1659. compositæ sint, *vid. cit. Gastel. d. loc. pag.* 530. *& seqq.* De causa Monasteriensis Episcopi contra Comitem de Oldenburg, ratione *Delmenhorst. vid. Hieron. Esaiam Rosacorb. pract. Forens. cap.* 35. *per tot.*

Variæ hujus Episcopi controversiæ.

Müntz/ Moneta.

S U M M A R I A.

1. *Moneta quid & ejus potentia.*
2. *Ejus origo & ex quo conficiatur.*
3. *Jus monetæ ad eum spectat, qui habet majestatem.*
4. *Imperator insciis Electoribus jus monetandi nemini concedit.*
5. *Jus monetandi non tantum Electoribus sed & aliis Imp. Statibus per privilegium, consuetudinem, vel præscriptionem competit.*
6. *Jure monetandi gaudens observet Edictum Ferdinandeum de re monetaria.*
7. *Jus monetandi sibi concessum aliis concedere non licet.*
8. *Monetæ cudendæ sumptus non detrahendi monetis.*
9. *Quando & ubi moneta cudenda.*
10. *Monetandi ex jure imminentibus gravaminibus Imp. promittit se obviaturum.*
11. *Moneta justa non est mutanda.*
12. *Damna & dispendia mutationis monetæ cum exhibitione tabellarum de præteritis annis.*
13. *Tabellæ mutationis monetæ ab anno* 1582. biß 1669.
14. *Vitiosam mutare monetam Principi licet, imò convenit, si modo certus ponatur reprobationis terminus.*
15. *Variant Dd. in mutatione monetæ ex casu necessitatis.*
16. *Moneta proba ne quidem in casu necessitatis est vitianda.*
17. *Monetæ forma sit certa & legitima ejusque qualitatem definire solius est Imperatoris.*
18. *Varii monetæ defectus.*

19. Qua-

19. *Qualis solutio hoc casu facienda & approbanda.*
20. *Quomodo defectibus his obviandum.*
21. *Quomodo moneta corrupta cum minimo subditorum damno eliminanda.*
22. *Pœna Regali monetâ abutentium.*
23. *Quodnam tempus valoris monetæ sit attendendum in restitutione mutui.*
24. *Attendendum quid sit in obligatione, an species, an vero ejus æstimatio?*
25. *Si quantitas in genere debeatur.*
26. *Si monetæ bonitas intrinseca sit mutata.*
27. *Resolutio Cæsarea in puncto mutationis & solutionis monetæ.*

MOneta à monendo sic dicitur, quod nos moneat vel Authoris, vel pretii, vel æstimationis, vel alterius rei. Appellatione autem monetæ venit aurea, argentea, ænea; appellatur quoque æs, nummus, numisma, argentum, aurum, pretium, communiter tamen pecunia, quæ nervus est Reipublicæ. *L.* 1. §. *In causa.* 20. *ff. de quæst. Novell. Leon.* 52. *princ.* Nervus negotiorum, ait *Demosth. & Æsch.* cui obediunt omnia, *Erasm. in Chiliad. Adag.* nullumque propugnaculum sic firmum, quin asinus auro onustus ingredi si queat, sit expugnabile, veriverbium fuit *Philippi Macedonum Regis.* Definit monetam JCtus *in L.* 1. *ff. de contrah. empt.* quod sit *materia electa, formâ publicâ percussa, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subvenit,* cujus proinde origo: sicut & emendi vendendi, cœpit à permutationibus ex jure gentium. Longè ante Romanos jam apud alias gentes receptæ, cui postea jus civile nonnihil adjecit, & certum est olim non fuisse nummum, nec aliud mercem, aliud pretium vocatum esse, sed unumquemque, secundum necessitatem temporum & rerum, utilia inutilibus permutasse. Hodie moneta cuditur ex auro, argento & ære solidis, sæpius ex his mixtis, quibus etiam alia metalla accedunt; rarius causa est propter simplicitatem vel necessitatem ex ferro, stanno, plumbo, corio, ligno, charta, creta, terra, Lupinis, *Thes. Bas. vol.* 2. *d.* 13. *L. d.* 2. 3. & 4. aliter enim ab aliis cuditur, quidam ex auro, quidam ex argento, sin necessitas cogat, ex levi illa materia cudere Princeps potest; sed eâ cessante, tenetur resarcire subditis damnum, *ibid. vol.* 7. *d.* 9. *L. PP.* 1. 2.

1. Moneta quid & ejus potentia.

2. Ejus origo & ex quo conficiatur.

3. Jus monetæ ad eum spectat, qui habet Majestatem.

3\. Jus monetandi in rebus publicis omnibus ad eum spectat, qui Majestatem habet, ita in Imperio Romano Germanico olim non nisi Cæsar & Rex exercuit, & concessit aliis, quod aliter esse non potuit, cum nummus & monetæ valor rebus pretia ponat & æstimet omnia, *arg. L.* 1. *pr. ff. de contrah. empt. & vend.* Sicuti autem nulli alii licet rerum pretia statuere, quàm Principi, ideo monetandi jus alii concedebatur. Nihilominùs Imperator seu Rex Romanorum Statibus id concessit antehac *p.* §. 178. Käysers *Ferdinandi* neue Müntz-Ordnung. Sed cum ex juris monetandi exercitio Statibus permisso depravatio monetæ facile sequatur, Imperator sine consensu Electorum jus monetæ cudendæ cuiquam concedere non solet: Capitulatione Cæsarea hoc innuente; in verbis: wir sollen und wollen auch hinfüro ohne Vorwissen der Churfürsten niemand/ weß Standes und Wesens der seye/ mit Müntz-Freyheiten begaben oder begnädigen/ auch wo wir beständig finden/ daß die jenigen Stände/ denen solches Regal und Privilegium verliehen/ dasselbe dem Müntz-Edict zugegen mißbrauchet/ ihnen solches vermöge der Disposition, in denen hierüber verfassten Constitutionibus nicht allein suspendiren/ sondern die jenige/ welche dasselbe Regal nicht mit der Churfürsten Bewilligung erhalten/ dessen gantz priviren/ und ohne Vorwissen der Churfürsten darzu nicht restituiren/ vornemlich bey den Städten/ so dem Reich immediatè nicht/ sondern den Reichs-Ständen unterworffen/ revociren/ cassiren/ und hinfüro ferner nicht ertheilen/ auch sonsten den geringeren Ständen mit dergleichen oder andern hohen Privilegiis, ohne Mit-Einwilligung der Churfürsten/ viel weniger zu derselben Privilegien Verhinderung oder Abbruch nicht willfahren. Ne scilicet, quod specialiter in usum publicum constat inventum, in privatum transeat compendium, *Tob. Paurmeister de jurisd. Imp. Rom. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 16.

4. Imperator inscii Electoribus jus monetandi nemini concedit.

In Imperio regale monetandi jus non tantùm Electoribus *per. Aur. Bul. tit.* 10. sed & posteà reliquis Principibus ac Statibus Imperii, vel Imperatorum gratia, vel consuetudine aut præscriptione competit, *R. I. de anno* 1551. §. so haben wir uns. *R. I. de anno* 1570. §. alsdann ibi: aus sonderm Vertrauen; illis cum primis, qui metalli fodinas possident, *R. I. de anno* 1571. §. und wiewohl. Et moneta Principum ac Statuum Imperii reputatur pro moneta Imperatoris, cujus nomen plerumque in orbe circumscriptum habet, aut Aquilam bicipitem, inserto ejus pectori Imperii globo, *R. I. de anno* 1559. §. wie aber. Der Cromwel in Engellandt hat Anno 1657. eine Müntz geschlagen mit der Umschrifft auff einer Seiten. Ich suche Fried im Krieg. Auff der andern: Ich verderbe der mich angreiffet. *Diar. Europ. p.* 1. *fol.* 504. Olim etiam aliis, quam Statibus Imperii, Comitibus, Nobilibus ac Civitatibus mediatis, jus cudendi monetam ab Imperatoribus concessum fuit; cum verò inde Imperio damnum emergeret, quod Edictum Monetarum non observaretur, Capitulationibus potestas Imperialis concedendi ejusmodi Privilegia restituta fuit, *vid. Capit. Matth. art.* 34. ibi: Hinfüro nicht ertheilen/ *Ferdinand. II. art.* 33. *Ferd. III. art.* 37. *Leopoldi. art.* 30.

5. Jus monetandi non tantùm Electoribus, sed & aliis Imp. Statibus per privilegium, consuetudinem vel præscriptionem competit.

Tenentur autem Principes ac Status Imperii, qui regali jure monetandi gaudent, Müntz-Stände dicti, Edictum Ferdinandinum

6. Jure monetandi gaudens

observet Edictum Ferdinandeum, de re monetaria.

dinum de re monetaria de *Anno* 1559. in quo omnibus monetis certus pes, qui *Liga* dicitur, constitutus, sanctè observare, de cujus tamen variis violationibus multæ & magnæ querelæ hactenus auditæ. Status monetales ex Regali moneta non lucrum captare, ut hactenus, cum summo Germaniæ damno factum, de quo in *Elect. jur. publ. p.* 2. aut jus illud aliis vendere, locare, cedere aut oppignorare debent, nisi jure suo cadere velint, *R. Imp. de anno* 1570. §. **alsdann** 132. ibi: nicht zu ihrem selbst gesuchten Vortheil/ sondern dem Römischen Reich zu Ehren und Wohlfarth gebrauchen / weil die Müntz-Gerechtigkeit keine Mercantz, sondern unser Käyserlich Regal, so die Müntz-Stände aus unserm sondern Vertrauen haben/ *& d. Rec.* §. **ferner** 215. *R. I. de anno* 1551. §. so haben wir. *R. I. de anno* 1556. §. **zum ersten.**

7. Jus monetandi sibi concessum aliis concedere non licet.

Ne itaque, quibus jus hoc monetandi ab Impp. concessum est, eo pro lubitu & beneplacito suo sibi indultum esse existiment, sanctio Imperialis hoc alteri vendere, locare, cedere, cumque monetariis pacta illicita contrahere prohibet, proprioq; sumptu pecuniam signari jubet, ac certam pœnam in eos, qui contra faciunt, constituit, *in Ord. numm. Cæsar. Ferd. I. de Anno* 1559. §. Ferner als sich auch ꝛc. ibi: Ferner als sich auch erfinden thut / daß etliche so Müntzens Freyheit erlanget / ihre Gerechtigkeit andern verkauffen / verleihen / oder in andere Wege vergönnen und zustellen / daraus nicht geringer Schade dem gemeinen Nutz eine Zeitlang entstanden / daß die Müntzen hierdurch in Abfall kommen: so setzen / ordnen und wollen wir / daß sich alle Müntz-Genossen jetzogemeldter unziemlicher Dinge gäntzlich enthalten / auch mit den Müntz-Meistern / oder jemand anders / ausserhalb gebührlicher Besoldung in keinen Weg paciscir en / oder einige Gedinge machen / sondern daß ein jeder Müntz-Herr oder Standt / **auff sein selb eigen Kosten und Verlag** mit Gold / Silber und allen andern die Müntzen / so er anders nutzen will / verlegen / zu dem unser und des Reichs und seine Müntzen frey / ohn alle Gefährde auffrichtig halten soll / da aber jemand / wie obgemeldt in einem oder mehr Puncten zuwider handeln würde / der soll alsbald dadurch mit der That in unsere und des Reichs schwere Ungnad gefallen seyn / dabeneben auch seine Müntz-Freyheit oder Gerechtigkeit verlohren oder verwürcket haben. Deßgleichen / da ein Müntz-Meister / von einem Müntz-Herrn seine Müntz-Freyheit / Gewinns halber bestehen würde / soll derselbe auch 10. Marck löthiges Goldes zur Straffe verfallen seyn. Quæ quondam strictissime observabantur, eaque adhuc observari multum interest totius Imperii, maximè cum hodie jus monetæ cudendæ in Germania in tot ferè partes distractum fuerit, quot sunt Principatus, Comitatus, & Civitates. *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpub. lib.* 1. *cap.* 16.

8. Monetæ cudendæ sumptus non detrahendi monetis.

Monetæ cudendæ *sumptus* fabris & officialibus præstandi, non sunt detrahendi monetis, quod & de moribus, maximè verò Imperii, verum esse existimatur. Nam est *Regale majus*, non spectans lucrum, sed dignitatem, conservat æqualitatem cum massa, alii verò *expensas detrahendas* esse tradunt, atque de communi consuetudine hoc testantur, quorum opinio non in puncto juris, sed consuetudine, etiam hodierna, verissima est, dummodo tamen detractio respondeat sumptibus, *Thes. Basil. vol.* 2. *d.* 13. *L.* 1. & cudatur ea liga & pondere omninò diverso, differenti & inæquali, quod Cæsares hactenus ad æqualitatem reducere frustra laborarunt, magna enim hic nascitur confusio. Alius nummus minus pondus, alius majus habet. Cuditur moneta omni tempore, sed non omni loco, itaque legibus constitutum est, vel in unoquoque Imperii Circulo *tres aut quatuor tantum Civitates* sint, in quibus cudendi officina exerceatur; Sed hoc omninò non observatur, quod si tamen observaretur, Constitutiones illæ non tangerent illos, qui metalla, id est, aurum & argentum in propriis fodinis natum habent, *ibid. vol.* 2. *disp.* 13. *L.* 3. 9.

9. Quando & ubi moneta cudenda.

Porrò sicuti ex jure monetandi non parum subsidii Imperio accrescit, ita è contra hujus depravatio multum incommodi adfert; Mutata siquidem moneta seu rerum mensura, omnia reliqua mutari aut turbari necesse est, *Henning. Arnis. de jur. Majest. major. cap.* 6. *n.* 2. ut propterea cura monetæ Principi maximopere incumbat. Quare Imperator se gravaminibus, ex jure monetandi Imperio imminentibus, obviaturum, certamque & constantem ordinationem ac formam super moneta constituturum sanctè in Capitulatione permittit, hisce verbis: und nachdem bißhero im Reich viel Beschwerung und Mangel der Müntz halben gewesen / und noch seynd / wollen wir denselben zum förderlichsten mit / Rath der Churfürsten / Fürsten und Stände des Reichs / zuvorkommen / und in beständige Ordnung und Wesen zustellen / müglichen Fleiß fürwenden / auch zu dem ende diejenige Mittel / so in Anno 1603. Und auff vorigen Reichs-Tägen / durch Churfürsten / Fürsten und andere Reichs-Stände / ingemein bedacht / in gute Obacht nehmen / und was ferner zuträgliches zu Abwendung so lang gewehrter Unrichtigkeit bedacht werden mögte / zumahlen nichts unterlassen.

10. Monetandi ex jure imminentibus gravaminibus Imperator promittit se obviaturum.

11. Moneta justa non est mutanda.

Cumque Imperator jure monetandi, ad honorem Imperii ac Subditorum salutem, uti teneatur, *R. I. de anno* 1570. §. **alsdann auch** ꝛc. justam certe monetam, sine causa urgente & sufficiente, mutare non poterit. Jactatio enim monetæ multas & inextricabiles parit lites, omnemque cum extraneis contrahendi facultatem & comoditatem adimit, unde opes & nervi Reipublicæ tandem deficiunt, nec aliud quam ruina & decrementum Imperii inde sperandum, *Ernest. Cothm. vol.* 1. *cons.* 6. *n.* 8. *Dan. Moller ad Constit. Saxon. part.* 2. *Const.* 28. *n.* 2. *Frider. Pruckman vol.* 2. *Consil.* 12. *n.* 1. *Herm. Lather. de cens. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 43. *Carol. Molin. in tr. de mut.*

mat. monet. quæst. 110. *n.* 109. Et hæc *Alberti Crantzii lib.* 12. *Vandal. cap.* 38. quondam fuit querela: *Improbi mercatores*, inquit, *de numiſmate mercem fecerunt, devehentes, ubi in conflatorio ipſi ſua lucra, cum publico detrimento, facerent. Res procul dubio magni momenti, ſi bene penſetur; Nam ille ſolidus nummus, quanto ante annos centum, quam nunc melior fuerit, incredibile eſt memoratu: ut intelligant, quid amiſerint, qui annuos cenſus, vel Principes in tributis, vel privati haberent in reditu: Sic ſemper rebus comparatis, ut cum numiſmate, & omnis mercatura & ſucceſſus in quæſtu ſingulorum decreſcerent, inviſibiliter evaneſcentibus de manu, quæ ante tenebantur. Res procul dubio magna de moneta conſtituere feliciter, & quæ jam tum Romanos rerum Dominos fatigavit*, hæc ille.

12. Damna & diſpendia mutationis monetæ, cum exhibitione tabellarum de

Docent id ſatis præterita tempora, & tabellæ publicis typis evulgatæ, quomodo monetæ in valore ſuo de anno in annum creverint & auctæ ſint, cum maximo incommerciis & cambiis damno, unde ſæpe Principes ipſimet, propter ingens cambiorum augmentum, & caritatem omnium mercium & comeſtibilium, quæ ipſi Principes eorumque ſubditi in majori pretio comparare tenentur, multò gravius detrimentum quàm lucrum ſentiunt, prout experientia docuit, im Wechſel-Geld und Aggio: & notæ ſunt maximæ lites & controverſiæ quæ ex talibus monetarum mutationibus, omnia ferè judicia impleverunt, in quo valore pecunia mutuo data reſtituenda ſit, quo in caſu regulariter *tempus contractus* attenditur, niſi contrahentes aliud interſe pactum inierint, ſicut hodiè plerumque in obligationibus obſervari ſolet, ut moneta in valore convento reſtituatur, ſivè creſcat interea illius valor, ſivè decreſcat, es möge die Müntz ſteigen oder fallen: atque ſolent obligationes concipi plerumque in *florenos*, computando illos ſexaginta crucigeris, den Gulden zu 60. Kreutzer gerechnet; tunc enim tot floreni debent reddi, quot mutuò dati ſunt. Si verò Thaleri Imperiales, vel Ducati *in ſpecie* mutuò dati ſunt, cum denominatione & pacto, ut totidem in ſpecie reſtituantur, tum hoc pactum præciſè obſervari debet, ſive illæ ſpecies in valore extrinſeco creverint, ſive non Augmentum verò & mutatio monetarum apparet ex tabellis hic ſubjectis:

Præteritis annis.

13. Tabellæ mutationis monetæ ab anno 1582. uſque ad annum 1669.

Verzeichniß der groben Müntz-Sorten: wie die von Anno 1582. biß 1669. insgemein geſtiegen und gefallen/ auch valvirt worden.

Erläuterung/ was jedes von denen folgenden Zeichen und Buchſtaben bedeute.

- △ Die drey Correſpondirende Creyß.
- ☞ Ein öffentlich Mandat.
- Am. Chur-Pfältziſche Stadt Amberg.
- A. Stadt Augſpurg.
- F. C. Fränckiſcher Creyß.
- Fr. Franckfurt am Mayn.
- F. Fürſen in Allgöw.
- N. Stadt Nürnberg.
- NB. Nürnbergiſcher Banco.
- R. Stadt Regenſpurg.
- S. C. Schwäbiſcher Creyß.
- S. Naſſau Saarbruck.
- W. Stadt Wien in Oeſterreich.

	Es Jahr	hat gegolten im Monat.	Der Reichs-Thaler.		Der Gulden-Thaler.		Der Philipps Thaler.		Die Silber-Cron.		Reichs-Thaler mit 72.		Ducat oder Zechin.		Der Gold-Gulden.		Spanische Duplon.	
			fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.
	1582.		1.	8.	1.		1.	20.	1.	24.	1.	12.	1.	45.	1.	15.	3.	20.
	1583.	Nov. 14. N.					1.	17.					1.	45.				
	1584.	Decemb. 28. N.					1.	17.					1.	45.				
☞	1587.		1.	9.	1.		1.	20.	1.	24.	1.	12.	1.	50.	1.	18.		
	1590.		1.	10.	1.		1.	20.	1.	24.	1.	12.	1.	50.	1.	19.		
	1594.		1.	11.	1.	2.	1.	20.	1.	24.	1.	12.	1.	50.	1.	19.		
☞	1596.	Septemb. 13. Fr.																
		Octobr. 17. N.	1.	12.	1.	4.	1.	20.	1	24.	1.	12.	1.	50.	1.	20.		
	1597.		1.	12.	1.	4.	1.	20.	1.	24.	1.	12.	1.	56.	1.	20.		
	1598.		1.	12.	1.	4.	1.	20.	1.	24.	1.	12.	2.		1.	20.	3.	34.
	1599.		1.	12.	1.	4.	1.	20.	1.	24.	1.	12.	2.		1.	20.		
	1600.		1.	12.	1.	4.	1.	20.	1.	24.	1.	12.	2.		1.	20.		
	1601.		1.	12.	1.	4.	1.	22.	1.	24.	1.	12.	2.		1.	22.		
	1602.		1.	12.	1.	4.	1.	22.	1.	24.	1.	12.	2.		1.	22.		
	1603.	20. N.	1.	15.	1.	5.	1.	22.					2.	1.				
			1.	14.			1.	22.					2.					
	1604.		1.	14.	1.	4.	1.	22.	1.	26.	1.	14.	2.		1.	22.	4.	
	1605.		1.	15.	1.	4.	1.	24.	1.	30.	1.	15.	2.	4.	1.	30.		
	1606.		1.	15.	1.	4.	1.	24.	1.	30.	1.	15.	2.	4.	1.	30.		
	1607.		1.	16.	1.	8.	1.	24.	1.	30.	1.	16.	2.	7.	1.	30.		
	1608.		1.	20.	1.	8.	1.	30.	1.	36.	1.	20.	2.	8.				
													2.	10.	1.	30.		
☞	1609.	Jun. 15. N.	1.	22.	1.	15.	1.	32.					2.	15.	1.	40.		
		Jul. 7. Decemb. 19. A.	1.	24.	1.	14.	1.	30.	1.	36.	1.	24.	2.	15.	1.	40.		
	1610.	Jul. 10. Octobr. 23. A.	1.	24.	1.	14.	1.	30.	1.	36.	1.	24.	2.	18.	1.	45.		
△		Novemb. 7. N.	1.	24.	1.	15.	1.	32.					2.	15.	1.	40.		
	1611.		1.	24.	1.	14.	1.	32.			1.	24.	2.	20.	1.	45.		
	1612.	Jul. 19. Nov. 8. A.	1.	24.	1.	15.	1.	32.			1.	24.	2.	20.	1.	45.		
	1613.	Februario.	1.	24.	1.	16.	1.	32.			1.	24.	2.	20.	1.	45.		
		Septembri.	1.	26.	1.	16.	1.	33.			1.	26.	2.	20.	1.	45.		
	1614.	Augusto.	1.	28.	1.	16.	1.	34.			1.	30.	2.	20.	1.	45.		
△	1615.	Martio. 21. N.	1.	28.	1.	16.	1.	34.			1.	30.	2.	20.	1.	45.		
△		Nov. 1. N.	1.	24.	1.	15.	1.	32.										
☞		17. A.	1.	30.	1.	20.	1.	40.			1.	34.	2.	30.	1.	52.		
△	1616.	Jul. 2. A. Oct. $\frac{2}{12}$. N.	1.	30.	1.	20.	1.	40.			1.	36.	2.	30.	1.	52.		
△	1617.	Majo. 22. R.	1.	30.	1.	20.	1.	40.			1.	36.	2.	30.	1.	52.		
		Octobr. 2. A.																
△	1618.	Majo. 15. N.	1.	32.	1.	22.	1.	42.			1.	38.	2.	32.	2.			
☞	1619.	Octobr. 20. N.	1.	48.	1.	36.	1.	58.			1.	54.	2.	48.	2.	10.		
		Decembr. 23. N.	2.	4.	1.	45.	2.	8.					3.	6.	2.	20.		
☞	1620.	Martio. 20. N.	2.	4.	1.	50.	2.	15.	2.	20.	2.	8.	3.	12.	2.	20.	5.	40.
☞		Junio. 11. A.	2.	8.	1.	56.	2.	18.	2.	20.	2.	10.	3.	12.	2.	20.	5.	40.
△		Novemb. 9. N.	2.	20.	2.		2.	39.	2.	30.	2.	24.	3.	30.	2.	30.	6.	
		Novemb. 12. A.																
	1621.	Januario.	2.	20.	2.		2.	30.	2.	30.			3.	30.	2.	30.	6.	
		Februario.	2.	24.	2.	6.	2.	36.	2.	36.			3.	36.	2.	36.	6.	30.
		Martio.	2.	30.	2.	10.	2.	50	2.	50.			3.	40.	2.	40.	7.	
		April.	2.	36.	2.	15.	3.		3.				3.	45.	2.	45.	7.	30.
☞		Majo. 25. A.	2.	48.	2.	24.	3.		3.	8.	2.	42.	4.	30.	3.		8.	
		Majo. 31. N.	2.	15.	2.	52.	3.	32.					5.		3.	40.		
		Junio.	3.	6.	2.	36.	3.	30.	3.	30.			4.	30.	9.			

Jahr	Der Creutz-Ducat.	Spanis. einfache Cron.	Französ. einfache Cron.	Welsche einfache Cron.	Der Engelott.	Gewichtiger Rosenobel.	Der Schiff-Nobel.	Königl. Kopffstück / 5. 10.	3. Bätzner 6. Bätzner.	Neue Burgundis. Thaler.	Real von Achten.	Burgundis. und Holländ. Thaler.	Louys-Thaler.
	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.
1582	1. 40.	1. 32.	1. 36.	1. 32.	3.	3. 30.	2 38.	1. 20.					
1583	1. 40.		1. 36.	1. 33.									
1584	1. 40.	1. 32.	1. 36.	1. 32.									
1587	1. 40.		1. 30.										
1590	1. 41.		1. 36.					1. 20.					
1594	1. 41.		1. 36.					1. 20.					
								1. 20.					
1569		1. 34.	1. 36.	1. 34.	3.	3. 30.		1. 20.					
1597	1. 43.	1. 34.	1. 38.	1. 34.		4		1. 20.					
1598	1. 43.	1. 34.	1. 40.					1. 20.					
1599	1. 43.					4.	3.	1. 20.					
1600			1. 40.			4.		1. 20.					
1601	1. 45.							1. 22.					
1602													
1603								1. 22.					
1604	1. 48.							1. 22.					
1605								1. 22.					
1606								1. 24.					
1607				1. 34.				1. 24.					
								1. 24.					
1608								1. 30.					
1609			2.					1. 32.					
1610	2.							1. 30.					
								1. 30.					
								1. 32.					
1611						4. 30.		1. 32. 11/22					
1612			2.					1. 32.					
1613				2.			4.	1. 32.					
								1. 33.					
1614		2. 10.				5.		1. 34.					
1615								1. 34. 11/22					
								1. 40. 10/20					
1616	2. 12.		2. 8.					1. 40.					
1617								1. 40.					
1618	2. 20.		2. 16.					1. 42.					
1619	2. 28.		2. 30.					1. 58.					
1620	2. 58.	2. 50.	2. 50.	2. 45.	4. 40.	7.	6. 12.	2. 15.		1. 54.			
	2 58.	2. 50.	2. 50.	2. 45.	4. 40.	7.	6. 12.	2. 18.					
1621	3. 4.	3.	3.		5.	7.	6. 45.	2. 30.			2. 10.		
								2. 30.					
								2. 36.					
								2. 50					
	4. 10.							3.					
								3.					
								3. 32.					
								3. 30.					

	Es Jahr	hat gegolten im Monat.	Der Reichs-Thaler.	Der Gulden-Thaler.	Der Philipps-Thaler.	Die Silber-Cron.	Reichs-Thaler mit 72.	Ducat oder Zechin.	Der Gold-Gulden	Spanis. Duplon.	Der Creutz-Ducat.
	1621.		fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.
☞		Julio. 20. F.	3. 15.	2. 52.	3. 32.	3. 40.		5.	3. 40.	9.	4. 32.
		Julio. 29. A.	3. 15.	2 52.	3. 32.	4	3. 20.	5.	3. 40.	10.	4. 40
		Augusto.	4.	3. 30.	4. 15.	4. 30.		6. 30.	5. 15.	12.	
		Augusto. 10. NB.	3. 15.	2. 52.	3. 32.			5.	3. 40.		
		Septembri.	4. 30.	4.	5. 20.	5. 48.		8.	6. 12.	13. 30.	
		Octobri.	5.	4. 24.	5. 36.	6.		9. 30.	7.	15.	
		Novembri.	5. 30.	4. 45.	6.	6. 30.		10. 30.	7. 30.	16. 15.	
		Decembri.	6. 30.	5. 30.	7.	7.		12.	8.	19.	
☞		Decembr. 20. N.	3. 15.	2. 52.	3. 32.			5.	3. 40.		
	1622.	Jan. 18. A.	7. 30.	6. 30.	8.	8.		13. 30.	10.	22.	
☞		Jan. 27. W.	4. 30.	3. 52.	4. 45.			6. 45.	4. 50.		
		Februario.	10.	8. 30.	11. 30.	12.		16.	12.	28.	
		Martio.	10.	8.	10.	11.	10. 6.	15.	11.	29.	4. 10.
☞		Martio. 12. S.C.	6.	5.	6.	6. 38.		9. 10.	6. 38.	16. 8.	8. 22.
		Jun. 16. NB.	3.	2.	3.	4	3. 29.	5.	3. 40.	10.	4. 40
Von diesem Monat Martio ists an etlichen Orten noch verblieben/											
☞		Octobris. 8. A.	5.	4. 30.	5. 30.	6.		8.	5. 45.	13.	7. 20.
☞		Novemb. 22. A.	6.	5. 30.	6. 30.	7. 20.		9. 30.	9. 30.	16.	
		Novemb. 18. F.C.	1. 12.	1. 4.	1. 20.			2.	10. 20.		
Folgt die Valvation anderer Orten/											
☞	1621	Septemb. 14. Braunschweig-Zell.	fl. 24.	fl. 21.	fl. 26 ¼			fl. 36 ⅓	fl. 26 ¼.		
☞	1622. Groschē.	Januario. 22 Braunschweig.	24.		28.			36.	28.		
☞	Gute Gulden.	Martio. 16. C. Sachsen.	5.	4 ½.	5. fl. 6.			7.	5 ½		
	Schwer Geld.	Augusto 12. Coburg.	Batzen. 18.	Batzen. 16.	Batzen. 20.	Batzen. 20.		Batzen. 27.	Batzen. 20.		Batzen. 26 ¼
☞	Gute Gulden.	Erdfurt.	24.	21.	1. 6.			38.	1. 6.		36.
	Marck. Schill.	Hamburg.	3		3. 4.			4. 10.	3. 5.		4 6.
△	1623.	April. A.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 42.	1. 34.	2. 20.	1. 42.		2. 10.
☞		Junio. 27. A.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 20.	1. 44.	3.	2. 10.
☞		Junio. 14. Am.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.		2. 20.	1. 44.		2. 10.
☞		Augusti. 27. N.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 20.	1. 44.	3.	2. 10.
		Septemb. 20. NB.	1. 30.	1. 20.	1. 40.				1. 44.		
☞		Octobr. 27. Hessen-Darmstadt.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 24.	1. 44.		2. 10.
☞		Decemb. 9. S.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 30.	1. 52.	4. 30.	2. 20.
☞		Decemb. 19. W.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 20	1. 44.		2. 10.
	1624.	Martio. 23. NB.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 30.			
		Junio. 2 NB.	1. 30.	1. 20	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 30.	1. 50.		
	1633	Martio. 8. NB.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 30.	1. 50.	4. 30.	
		Majo. 10. NB.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	1. 30.	1. 52 ½		
		Julii. 26. NB.						2. 45.			
	1634	Novemb. 21. NB.	1. 30.	1. 20.	1. 40.	1. 44.	1. 34.	2. 56.			
		Decemb. 22. NB.						3.			

Jahr.	Spanis. einfache Cron. fl. kr.	Französ. einfache Cron. fl. kr.	Welsche einfache Cron. fl. kr.	Der Engelott. fl. kr.	Gewichtiger Rosenobel. fl. kr.	Der Schiff-Nobel. fl. kr.	Königl. Kopffstück / 5.10. fl. kr.	3-Bätzner 6-Bätzner. fl. kr.	Neue Burgundis. Thaler. fl. kr.	Real von Achten. fl. kr.	Burgundis und Holländ. Thaler. fl. kr.	Louys-Thaler. fl. kr.
1621 rc.		4. 30.		6. 57.	10. 40.	9. 25.	3. 28.			3. 22.		
							3. 12.					
							4. 15.					
							5. 20.					
							5. 36.					
							6.					
							7.					
1622 rc.							8.					
							11. 30.					
							10. 30.					
		8. 12.										
							3. 32.					
biß auff den 8. Octobr. da es um das halbe Theil gewürdiget worden.												
	6. 15.						5. 30.					
	9.						6. 30.					
da die schwere Müntz gangbahr ist.												
1621 rc.		fl. $31\frac{5}{8}$.										
			Batzen. $23\frac{1}{2}$.	Batzen. 40.	Batzen. 60.		Batzen. 20.					
	32.	33.		2. 12.	4.	3.						
	4.	4.	3. 14.	6. 10.	10. 12.					2. $13\frac{3}{4}$.		
1623 rc.	2. 4.	2. 4.	2.	3. 24.	5. 4.	4. 30.	1. 40.					
	2. 4.	2. 4.	2.	3. 24.	5. 4.	4. 30.	1. 40.					
	2. 4.	2. 4.	2.	3. 24.	5. 4.	4. 30.						
	2. 4.	2. 4.	2.	3. 24.	5. 4.	4. 30.	1. 40.					
							1. 40.					
	2. 4.	2. 4.	2.	3. 24.	5. 4.	4. 30.	1. 40.					
	2. 15.	2. 16.		3. 44.	5. 24.	4. 48.	1. 40.					
	2. 4.	2. 4.	2.	3. 24.	5. 4.	4. 30.						
1624 rc.							1. 40.					
							1. 40.					
1633 rc.							1. 40.					
							1. 40.					
1634 rc.							1. 40.					

 Es

Es Jahr.	hat gegolten im Monat.		Der Reichs-Thaler.		Der Guldē-Thaler.		Der Philipps-Thaler.		Die Silber-Cron.		Reichs-Thaler mit 72.		Ducat oder Zechin.		Der Gold-Gulden		Spanis. Duplon.		Der Creutz Ducat.	
			fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.	fl.	kr.
1635.		NB.							1.	44.										
	April. 28.	NB.							1.	$45\frac{6}{7}$.									2.	30.
	Junii 18.	NB.													2.					
	Augusti. 14.	NB.									1.	36.								
	Novemb. 14.	NB.											2.	50.						
1636.	Septemb. 13.	NB.											3.							
1639.	August. 12.	NB.											3.							
1645.	August. 25.	N.													2.	10.				
1657.	August. 21.	NB.	1.	30.	1.	20.	1.	40.	1.	50.	1.	34.	3.		2.	10.				
1659.		NB.	1.	30.	1.	20.	1.	40.	1.	50.	1.	34.	3.		2.	10.				
1669.	Jan. 31.	N.	1.	30.	1.	20.	1.	40.	1.	50.	1.	34.	3.		2.	10.				

Reliquæ mutationes monetarum usque ad hæc nostra tempora haberi non-
magis auctam esse monetam & hodiè Dalerum ad duos florenos,-
ascendisse, cum maximo, non lucro, sed dispendio,-
pius deliberatum, sed per hæc-

14. Vitiosam mutare monetam Principi licet, imò convenit, si modò certus ponatur reprobationis terminus.

Ut maximè Vitiosæ monetæ mutatio Principi sit licita, *Henr. Bocer. de jur. monet. cap.* 3. *n.* 12. *& seqq.* eo tamen casu, ne ex mutatione damnum quis sentiat, terminus debet poni, post quem moneta pro mutata vel reprobata habeatur, *Recess. Imp. de An.* 1559. *in ord. monetal. Imp. Ferd. I.* §. **Und nachdem die Frembde**/ ibi: So setzen/ ordnen/ und wollen wir/ daß nachdem diß unser Käyserlich Edict publiciret / oder in das Reich Teutscher Nation außgekündet wird / alle frembde / außländische silberne Müntz / die ausser dero / so unserer Müntz-Ordnung zugethan oder unterworffen / gemüntzet worden/ und in dem Werth / wie die jetzo im Gang seyn/ und vor Außkündigung dieses unsers Käyserlichen Edicts eine Zeitlang gewesen/ **sechs Monat** die nächsten / und nicht darüber/ für Währschafft oder Bezahlung gegeben oder genommen werden.

15. Variant Dd. in mutatione monetæ ex casu necessitatis.

Nihilominus in casu necessitatis Principem constituendo *majorem Monetæ valorem*, quam revera est, lucrum inde jure captare posse putat *Joan. Marian. lib.* 3. *de Reg. Instit. cap.* 8. *in pr.* maxime si hoc fiat occultè, nec ab omnibus advertatur, *Joan. Aquil. de potest. & utilit. monet. cap.* 5. *Matth. de Afflict. in* §. *monetæ, de Regal.* quod tum demum concedit *Didac. Covarr. in collat. veter. numism. cap.* 7. *num.* 6. quando accesserit consensus populi, aut saltem eorum, quibus fit præjudicium ex ejusmodi mutatione; *Andr. de Isernia* verò hoc ita temperat, ut cessante necessitate, subditis à Principe damnum restituatur.

16. Moneta probanc quidem in casu necessitatis est vitianda.

Sed cum hoc modo à Populo occultè exigatur id, quod apertè ab eodem non petitur, ecquis non videt tali modo bona & opes non minus diminui, ac si vectigal novum imponeretur, quinimo, ejusmodi Monetæ atque Valoris mutatione, multo majori incommodo subditi premuntur, quam si certam aliquam collectam exsolvere cogerentur, ut proinde satius sit, in casu necessitatis collectas & tributa à subditis exigere, quam occulto remedio minus salutari ipsos exsugere: cum alias licitum sit Principi, postulante inevitabili necessitate, subditorum bona in usus Publicos vertere, quò Patriæ, extremè laboranti, succurratur. Quod eò magis verum, quia ex officina nummaria Principes nil prorsus lucri capere, quin potius propriis sumptibus & impensis præcellens hoc Regale exercere debeant, *Ren. Budel. de art. cud. monet. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 11. prout supra quoq; dictum; vid. quoque *Ord. Imp. Ferdinandi I. de An.* 1559. §. so setzen/ ordnen/ und wollen wir etc.

17. Monetæ forma sit certa & legitima, ejusque qualitatem definire solius est Imperatoris.

Ut ergò constans & certa sit forma atque ordinatio Monetæ, ac inde nata tollantur incommoda, providendum Imperatori, vigore *Capitulationis* §. und nachdem bißhero im Reich viel Beschwerungen und Mängel der Müntz halber gewesen. Quod prudenti ratione in Imperio sic constitutum. Licet enim *qualitatem* monetæ dare seu constituere solius sit Imperatoris, attamen cum juxta prudentissimorum quorumque judicium, magnarum in Republica mutationum sit præsagium, insolita hisce temporibus Monetæ mutatio & depravatio, præsertim cum nummus debeat esse mensura, ad quam commensurantur omnia. *Christoph. Besold. lib.* 1. *Polit. cap.* 3. §. 54. *& de ærar. publ. cap.* 6. *Limn. de J. P. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 64. Hinc multum refert, unius ejusdemque semper justi ponderis & probæ materiæ fieri monetam: ex qua non solummodo de dignitate & autoritate

Jahr.	Spanis. einfache Cron.	Frantzös. einfache Cron.	Welsche einfache Cron.	Der Engelott.	Gewichtiger Rosenobel.	Der Schiff-Nobel.	Königl. Kopffstück / 5. 10.	3. Bätzner 6. Bätzner.	Neue Burgundis. Thaler.	Real von Achten.	Burgundis. und Holländ. Thaler.	Louys-Thaler.
	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.	fl. kr.
1657.rc.							1. 40.					1. 30.
1659.rc.							1. 40.				1. 30.	1. 30.
1669.rc.							1. 40.				1. 30.	1. 30.

potuerunt de anno in annum, cum tamen publicè notorium sit, semper
Ducatum ad quatuor, & sic reliquas monetarum sortes in valore
de quarum reductione ad justum valorem quidem sæ-
bellica tempora nihil resolutum.

toritate Principis. *Reinhard. Sen. Comit. Solmens.* in Beschreibung vom Ursprung deß Adels *fol.6.* dann die Müntze ist eines Fürsten Glaube/ und stehet sein Name/ Wapen/ und Siegel darauff/ gleich wie auff einem Brieff/ als eine gerechte gute Währ; sed & ipsius Imperii diuturnitate flore & incremento judicandum. Unde Germanorum natum est proverbium: bey der Müntz soll man lehren/ wie sich die Welt thut verkehren.

18. Varii monetæ defectus. Varii in re monetaria defectus reperiuntur, & proveniunt eorum alii à *causa efficiente*, alii *à loco*, alii *à materia*. *In causa efficiente* vitium est, quando is facit cudere monetam, qui jus monetandi non habet, vel cui propter delictum vel aliam causam suspensum est. Quando is, qui monetandi jure gaudet, id alteri locat, vendit, vel alio modo concedit Müntz-Ordnung rc. anno 1559. §. ferners als rc. *R. I. Spir. de An.* 1560. §. als dann auch rc. Quando cudit alias species, quam quarum cudendarum jus habet, v. g. Ducatos, den Ducaten zu müntzen gebühret nur denjenigen Ständen / so hohes Gold in ihren Landen haben. *R. I. Ratisbon. An.* 1576. §. und auß sondern rc. Quando quis cudit alias species, quam quas cudere in Imperio permissum. *R. I. de An.* 1570. §. wir setzen. *vid. R. I. Aug. de An.* 1566. §. und damit der Gemeine rc. *Rec. Dep. Franc. an.* 1571. §. wie verächtlich rc. *R. I. Ratisb.* 1576. §. derhalben rc. & §. ferner *R. I. de An.* 1594. §. setzen. nisi hoc ei certas ob causas permittatur. *R. I. de An.* 1582. §. nach dem auch rc. quando minutarum specierum nimiam cudit copiam, unde publicum bonum & commodum lædi possit. Müntz-Ordnung Anno 1559. §. Wir ordnen rc. *Ratione loci* vitium committitur, si moneta alibi, quam ubi debet, cudatur. *R. I. Spir. An.* 1570. §. und dieweil rc. 1594. §. wir ordnen. *Materiæ* vitia sunt: 1. Si adulterina pro vera supponatur, 2. Si materia falsa cum proba commisceatur. 3. Additamentum detur auro & argento in speciebus, quas puras & sine mixtura esse volunt leges. *R. I. de An.* 1500. §. weiter 4. si additamentum excedat permissionem legis. *M. O.* §. zum ersten *& seqq.* 5. Si moneta non tantum habeat materiæ, quantum ad præscriptum à lege Pondus requiritur, wann die Müntz zu leicht ist. Inexhausta aliquando lucri vorago cum animæ dispendio & omnium lachrymis, sui compendii & risus momentanei satagens, sine fine, sine modo videre fecit, (quod stupor & portentum) integros solidos, grossos vel batzios bracteæ instar aquis supernatantes, valore nummorum majorum, quibus sua bonitas perstitit, sic in infinitum currente, *thalero* à 68. crucigeris, qui justus ejus ex Edicto est valor, ad 200. 300. 400. 600. 800. & ultra crucigeros excrescente? Helleboro, pol! opus fuerit, qui imaginarios hos valores, & nummos, justos & legitimos, pretiumque rei æquivalens dixerit, vel quorum solutione obligationi in justo valore contractæ satisfiat, quod neque *Molin.* neque ulli ex asseclis ejus unquam in mentem venit, ubique nummos probos, legitimos, stabiles, ex justa causa, publica autoritate aliquantulum valore auctos & minutos urgentibus, *Molin. quæst.* 100. *n.* 777. 798. *& seqq.* puta mille debentur floreni, numerati in tot thaleris, singulis sesqui 19. Qualis solutio hoc casu facienda & approbanda? floreno, prout nunc communis eorum est cursus, æstimatis, iidem si in *excessivo valore* 6. 8. & ultra fl. obtrudantur, ut pro 100. thaleris vix 10. 20. vel ad summũ 30. recipias, quis, amabo, nisi avaritia prorsus cœcutiens, solutio-

solutionem hanc sufficientem dixerit? æquissime proinde & justissime Camera valorem temporis contractus sententiis, mandatis, decretis suis semper respexit, totidemque thaleros, quot numerati sunt, quantumcunque eorum valor postea excreverit, reddi voluit, sine clausula quoque idem mandando. Quid autem? Creditor, importunitate debitoris, aliave temporis injuria vel necessitate pressus, talem forte solutionem in phantastico excessivo valore recepit, obligationem reddidit, apocham dedit, nihilne ei remedii superstes? utique cautionem reddendo pactus videtur, ne peteret, *l.2.§.1. de pact.* apocha data de negotio transactum censetur, *l. un. ubi Dd. C. de error. calc.* quod unusquisque suis confessionibus acquiescere debeat; nimis enim indignum judicatur, quod unusquisque suis confessionibus acquiescete debeat, nimis enim indignum judicatur, quod suâ quisq; voce dilucide est protestatus, id in eundem casum infirmare, ait *L. generaliter* 13. *C. de non num pec. l. fin. C. de remiss. pign. Wehner. pract. observ. verb.* Quittantz &c. Ast quod nullus sit errantis consensus, *l. 9. C. de jur. & fact. ignor. L. si per errorem.* 15. *ff. de jurisd. L. nihil consensui* 116. *in fin. de R.I.L. in omnibus* 58. *de oblig. & act.* nec cuiquam error facti, vel etiam juris, sagacissimos fallens, in damno vitando obesse, vel alteri in lucro captando prodesse debeat, *d. l. un. de err. calc. L. juris ignor. & L. seq. ff. de jur. & facti ignor. L. error.* 7. *ibique not. C. eod. Pinell. ad l.2. p.1. cap. 4. n.6. C. de rescind. vend.* neque aliter apocha, nisi quatenus solutum est, liberet, *L. si accepto.* 19. §. 1. *de accept.* justissime Camera hanc solutionem insufficientem reputat, & residuum, quod deest, suppleri, per mandata quoque pœnalia S.C. præcipit, allen Abgang und Mangel an Zinsen und Haupthum / in guter groben unterschlagegenen Sorten / in dem Valor und Werth / wie sie zur Zeit der Verschreibung oder Contracts golten / zu supplieren / nachzutragen und zu erstatten. Quæ præjudicia sunt quotidiana, & infinita allegari possent. *Thes. Basil. vol. 8. de Edict. monetal. th. 9.* 6. Quando moneta frangitur vel in Massam resolvitur, wann die Müntz gebrochen wird / ut inde vel alia moneta, unde commodum quæritur, fiat (v. g. Deput. Francof. §. aber damit &c. *R. I. de An.* 1576. §. und nach dem &c. & limitat *ex d. Ferd. Imp.* M. O. §. doch sollen &c. & §. damit man &c. item §. ob jemand.) vel aliud opus conficiatur. 7. In vitio & illi hærent, qui probam Imperii extra Imperium asportant, & in ejusdem locum exteram reprobam minimeque Constitutionibus nostris convenientem in Imperium inferunt *R. I. An.* 1566. §. je weiter 1582. §. demnach gemeinen Ständen. *vid. Limn. ad Capitul. Caroli V. art.* 27. voce Mangel. Confer von den Müntz-Gebrechen *Casp. Klock. lib. II. c. 84. de ærar. n.* 55.

20. Quomodo his defectibus ob-viandum. De hisce Monetæ defectibus ac vitiis tollendis deliberant legesque dant Comitia, licet & Circulis Imperii sint hîc sua jura, debent enim 4. Electores ad Rhenum cum Commissariis Cæsaris ad Nundinas Francofurtenses mittere Consiliarios, qui in monetæ defectus inquirant, *R. I. de An.* 1570. §. und außsondern &c. 147. Dein quoque quilibet Circulus Imperii, singulis annis semel vel bis, per suos Wardinos seu Zygostatas h.e. monetæ probatores, in monetæ cusæ qualitatem in conventibus probationum, denen Müntz-Probations-Tägen inquirere debet, *O. N. Ferd. I. de An.* 1559. §. und damit diese &c. 158. propterea que cavere, ne per Status, absque Circulari conclusc, moneta reprobata in territorium vel Circulum introducatur, *R. I. de An.* 1594. §. daneben 104. Quod à Circulo Francon. Bavar. & Suevico ante annos factum constat.

21. Quomodo moneta corrupta cum minimo subditorum damno eliminanda. Qua autem ratione moneta corrupta ac adulterata, cujus magna in Remp. invecta jam est copia, cum minimo subditorum damno eliminari ac cohiberi debeat, *in R. I. de an.* 1566. §. nachdem dann / wie vorgeordnet &c. 166. traditur: Scil. non statim è vestigio moneta illa est prohibenda, sed subditi opportune sunt monendi, ut permutatione vel mercium vel pecuniæ melioris, ad exteros & vicinos eam amandent, præstituto certo temporis spatio, intra quod omnis falsæ monetæ usus inter ipsos aboleatur. Recte sic atque prudenter; sicut enim omnino malum quodvis in Rep. est prohibendum, ita serio Magistratibus cavendum, ne ex festinata nimium mali prohibitione, malum novum & gravius enascatur. In Reipubl. administratione aliter considerandi qui male agunt, aliter qui patiuntur: illi mali, hi miseri sunt. Qui agunt, statim puniri, qui patiuntur, lensim juvari debent, ne malum aliud ex malo, ejusque subito remedio exoriatur: Quod in re monetaria, ita in aliis publicis negotiis, sæpius saluberrimum habet usum, *Boxhorn. disquis. Polit.* 46.

22. Pœna regali monetâ abutentium. Hinc se reproba moneta & contra Imperii leges cusa reperiatur, Dominus monetalis 50. libris auri, & amissione juris monetandi punitur, *R. I. de Anno* 1559. §. hierauff setzen / & *R. I. de An.* 1551. §. so haben wir. *Capit. Leopold. art.* 34. ubi *Monita Principum*: daß der künfftige Römische Käyser denjenigen Ständen / die ihre Müntz-Regul / dem Müntz-Edict, und andern zu dessen Verbesserung erfolgten Reichs-Constitutionen zugegen / mißgebrauchet / und sich also ihrer Müntz-Gerechtigkeit / ohne fernere Erkantnüß / verlüstig gemacht / wie auch denjenigen / so dasselbe Regal, mit deß Käysers und der Churfürsten Bewilligung nicht erhalten / oder sonsten rechtmässig und beständig hergebracht / dasselbe nicht allein verbiete / und durch die Creiß wider sie gebührend verfahren lasse / sondern auch einen solchen Privat-Stand / ausser einer gemeinen Reichs-Versammlung und der Stände Bedencken / nicht restituire / wofern sich aber dergleichen bey Mediat-Ständen / und andern / so dem Reich nicht immediate, sondern Reichs-Ständen unterworffen / begebe / daß so dann durch derselben Landsfürsten und Herrn wider sie / wie sichs gebühret / verfahren / und solche

solche Müntz-Freyheit ihnen gäntzlich geleget / cassiret / und ferner nicht ertheilet werden solle. Adeoque proprium hoc jus est Imperatoris, ut si quis alius, qui ex Principis concessione non obtinet, usurpaverit, licet alias probam percusserit monetam, pœnæ nihilominus capitali subjugetur, *per l.2. C. de fals. monet.* In eos verò qui non probam, sed falsam cuderint monetam, pœna ignis animadvertatur, *l. 1. C. d.t. Sixtin. lib.2. c.7. n. 109. & seqq.* & eorum bona, una cum domo, ubi moneta falsa fabricata, Fisco applicantur, *Thes. Basil. vol.7. d.9. l. pp. 2.* Idem fit conscìis hujus criminis, qui verò eam adulterant, id est circumcidunt, radunt, tondent, tingunt, minuunt, vel etiam alterius monetam conflant, & in aliam convertunt, hodie puniuntur pro judicis arbitrio, in corpore vel bonis, sublata omni differentia inter auream & argenteam monetam, *ibid. vol. 7. d. 9. L. pp. 2.*

23. Quodnam tempus valoris monetæ sit attendendum in restitutione mutui. Perpetuum est, quoties quæritur, quid quantumque debeatur *tempus obligationis* attendi, solutionis verò, ut sciatur quanti æstimandum sit, id quod debetur, *L. vinum 22. de reb. credit. L. ult. ff. de condict. tritic.* quod extra omne dubium ad æstimationem rei debitæ si deveniatur, quin ea quæ præsentis sit temporis, ut tantundem creditor habeat, sit præstanda, *per L. cum certum de aur. & arg. legat.* & quoties *æstimatio rei* debitæ est in *obligatione & petitione, obligationis tempus* spectandum esse, quoties verò nec in obligatione nec in petitione, sed in *sola solvendi facultate*, præsentem æstimationem id est eam, quæ sit quoquo solutionis tempore, deberi; & licet obligatio sub certa specie monetæ concepta fuerit, puta ad tot Ducatos vel aureos; nihilominus, æque ac si quantitas in genere deberetur, in qualibet alia proba moneta, etiam diversæ materiæ, ad æstimationem Ducatorum vel aureorum solutio fieri possit, & ita expressè sancitum in *Edicto monetali*, etiamsi aurea moneta sit in debito, nihilominus, modo ultra 25. fl. in moneta minori non obtrudantur in argentea; aliud nihil convenerit, consuetumve sit, solutionem recipiendum, M. O. §.11. die jetztgemeldte / quod & Camera quoque sic observat.

24. Attendendum, quid sit in obligatione, an species, an verò ejus æstimatio? Necessariò, quoties de *æstimatione pecuniæ* debitæ quæritur, recurritur ad tempus solutionis, quanti eo tempore sit, tantumque omnino præstandum, quod comprehendat summam debitam, & ex quo ea confici possit, *d. l. cum certum de aur. & arg. legat. Bald. in C. quanto vers. extra quæro.* Et neminem de eo dubitare fatetur ipse *Molin. de usur. quæst. 99. num. 744.* quin tempus solutionis inspiciendum sit in *specie monetæ, quæ non est in obligatione*, sed solvendi facultate, quod pro majori cautela contrahentes quandoque obligatione specialiter exprimere solent, wie die Sorten jederzeit gang und gäb seyn werden / wieder zu bezahlen.

Quod etsi *species* sit in *obligatione*, nihilominus in qualibet alia moneta proba rectè solutio fit, *si creditor inde damnum non faciat*, aliterve conventum vel consuetum non sit. Certum quidem hoc est, quicquid *Molin. q. 92. num. 710.* contradicat, ubi nominatim convenerit, *in eisdem speciebus*, eodemve numero, in gleicher ungeminderter Summ / Stück für Stück / solutionem fieri, de extrinseca æstimatione, num creverit vel decreverit, frustra quæri, sed totidem species, in eadem bonitate intrinseca, vi pacti, jure exigi. Quin etsi nihil tale convenerit, sed *simpliciter species* sint in *obligatione*, nihilominus certa & communissima omnium est sententia, in totidem vicissim speciebus solutionem faciendam, vel si *æstimationem* debitor solvere malit, quanti quoquo solutionis tempore valent. Finge 100. aureos debitos, vel iidem eodem numero solvendi, vel pretium eorum, quanti hodie valent, quantique comparari possunt, alioquin non posser dici soluta æstimatio ejus, quod debetur, quandoquidem prorsus ridiculum foret, ait *Ant. Faber. tr. de var. debit. solut. c. 15. in fin.* individua aureorum corpora aliter, si in arca reserventur, atque aliter si expendantur, considerare, nec ideo sibi similia manere, haud secus, *ut idem ait Faber d. loc.* ac fundo debito & ante traditionis tempus valore ejus exaucto, si quis contenderet partem fundi detrahi & tanto minus præstari posse, quod absurdum, *ita Dd. communiter, & Molin. teste ferè omnes*, & pro hac opinione textus est expressus in *C. olim causam. X. de censib. Molin. tamen & alii* dissentiunt, contendentes sufficere reddi æstimationem temporis contractus, in pluribus paucioribusque speciebus, pro ut valor interim decreverit vel accreverit, sic ut augmentum valoris deducere possit debitor, decrementum verò supplere teneatur.

Sed quid si *quantitas in genere* debeatur, puta tot thaleri, floreni, Marchæ, Libræ &c. cum hodie fere nunquam nisi propter monetarum inferiorum deteriorationem monetæ majoris æstimatio crescat, & ita semper præsumatur *Grat. cons. 12. n. 53. cons. 13. n. 39.* ubi hanc præsumptionem à communiter accidentibus elicit, & ait solita haberi pro probatis, *Cephal. cons. 37. num. 10.* neque aliter possit, si analogia & mutua ad invicem proportio constare debet, atque adeò revera & in effectu augmentum non sit, sed pristini potius valoris conservatio & æqualis ejus ad monetam deterioratam commensuratio; res est expedita, ut *tantundem creditor habeat, quantum sibi abest*, æque ad tempus contractus, lucro damnoque creditoris, recurrendum, etsi mera quantitas abstractiva sit in obligatione, & juxta temporis illius valorem solutionem faciendam, debitumque commensurandum: puta libræ debentur 300. quæ tempore initæ obligationis 100. valebant aureis, qui hodie valent libris 400. nihilominus 100. aurei vel eorum æstimatio præstanda, eò quod in effectu Libræ 400. recentiores non plus habeant bonitatis ac valoris, quam 300. antiquiores: Quamvis enim hodie 4. libris aureus æstimetur, qui contractus tempore non nisi tribus æstimabatur, in effectu tamen & re ipsa, eadem est 25. Si quantitas in genere debeatur?

est æstimatio, cum augmentum valoris ei non ex se, sed extrinsecus, quoad aliud accesserit bonitate sua diminutũ quandoquidem idem plane est aureus, eademq; mercium comparatio, ideò ut dicendus fuisset aureus valore suo diminutus, nisi tantidem, pro rata deteriorationis, monetæ minoris exauctus fuisset. Atq; ita absurdum foret, debitorem aureorum 75. præstatione liberari, & quarta debiti parte creditorem defraudari: cœteroquin malitiis via aperiretur, & durius cum *creditore obsequioso*, quam *moroso* ageretur, qui quanto diutius, indies nummis valore crescentibus, exactionem differret, tanto minus consequeretur, quod ferendum non est, neque audiendus debitor, imputans creditori dilationem, ex qua lucrum sensit, *L. cum in fundo §. quod si mulier de jur. dot.* cum ergo re ipsa libræ 4. de moneta nova plus bonitatis non habeant, quam tres illæ antiquiores, æquissimum & verissimum est, hoc casu, ubi propter auctam vel deterioratam bonitatem monetarum inferiorum, æstimatio majorum aucta vel imminuta est, etsi quantitas debeatur, nihilominus ad tempus obligationis respiciendum, & juxta illud solutionem faciendam; ita *Brun. tr. de augm. monet. declar. 6. ibique alleg. Cravett. cons. 47. n. 6.* ubi dicit, *absurdum, duas libras argenti deterioris, ita valere scutum auri boni, sicut olim valuerunt duæ libræ melioris argenti*, & hanc sententiam quoque Camera Imperialis secuta est.

Cœterùm si forte aliquo casu contingat, æstimationem ex se & absolute, citra mutationem bonitatis intrinsecæ monetarum majorum minorumque, puta *copiâ inopiave pretiosioris metalli*, similive causa inopinata aliquando emergente, per Principem mutari, augeri vel minui, eo demum casu vera est, & communis obtinet sententia, respiciendum *tempus solutionis* lucro dispendioque debitoris, ut sufficiat eandem reddi quantitatem citra specierum respectum, quod nulla sit facta valoris intrinseci mutatio, sed tantundem eadem qualitate, quantitate & valore solvatur: puta 100. debentur libræ, quæ tempore obligationis 25. valebant ducatis, libræ videlicet 4. pro uno ducato, tempore solutionis, si forte ad valorem $4\frac{1}{2}$. librorum excrevisset, solvendo 22. ducatos & libram, qui tempore solutionis 100. libras efficiunt, liberatur, quo exemplo utitur *Brun. d. tr. declar. 5. n. 3.* & ita communissime Dd. Hinc si 100. libræ v. g. sint creditæ, in dotem datæ, vel depositæ in 25. aureis, tum non species, sed quantitas 100. videlicet libræ sunt in obligatione, & ducati in solvendi facultate. *Angel. in L. si stipulatus sim. ff. de solut.* & veriorem hanc sententiam dicit *Brun. d. tr. limit. 8. n. 4.* quod dando 100. libras in tot ducatis, æstimatio ducatorum data censeatur, idemq; dicendum, de alia re æstimata *L. quoties L. cum dotem C. de jur. dot. L. æstimatis 50. ff. solut. matrim.* atq; ita cum quantitas debeatur, tempus solutionis attenditur, ita, ut quamvis dictum fuerit, datæ 100. libræ in tot ducatis, quod in ducatis reddi debeant, numero indefinito, etsi tunc ducati quoque sint in obligatione, nihilominus respiciatur valor ducati, temporis solutionis, & juxta eundem cum detractione augmenti, solutio facta liberet, *Bart. in L. Paulus. in fin. Alex. in L. pen. §. Mancipia solut. Matr. Covarr. de vet. collat. cap. 7. §. 1. concl. 8.* Idem dicendum, etsi obligatio non à quantitate, sed à specie incipiat, puta à tot ducatis, sed certa æstimatione taxatis: puta crediti sunt, in dotem dati vel depositi 25. ducati ad rationem librarum pro ducato, vel tot thaleri Imp. ad computum sesquiflor. pro singulis, jeden zu anderthalben Gulden gerechnet/ sola quantitas seu æstimatio est in obligatione æque ac in casu priori, neque ulla est differentia, consistens in nuda & sola transpositione verborum quæ idem utrunq; significant, videlicet sufficere eandem reddi æstimationem expressam, in præsenti valore temporis solutionis, commodo & detrimento debitoris, si interim valor decreverit vel creverit, *Brun. d. tr. limit. 8. q. 3. Covarruv. d. C. 7. §. 1. conclus. 7.* nisi aliud convenerit, vel pactum sit, quia pacta semper sunt observanda.

26. Si monetæ bonitas intrinseca sit mutata.

Quæ obtinent in quantitate debita, & si in *speciebus æstimatis*, sive obligatio incipiat à summa generali quantitatis, puta à 100. libris in tot ducatis, sive à certa specie æstimata, puta à tot ducatis sub tali æstimatione, ubique tempus solutionis attendi, nisi propter *inferiorum monetarum deteriorationem æstimationis augmentum* supervenerit, tunc etenim ad tempus contractus respicitur, lucro dispendioque creditoris. Hoc itidem manifestum est, etsi quantitas debeatur, & valor ex se mutaverit, nihilominus *si convenerit in eadem æstimatione species reddi, pacto standum*, puta datæ 100. libræ in 25. ducatis in eadem æstimatione restituendis, respicitur utique valor temporis contractus, & totidem ducati, quomodocunque valor mutaverit, ex conventione vicissim sunt solvendi. Et ita *Dd per L. si inter 21. C. de jur. dot. L. pen. §. Mancipia ff. solut. matrim.* Idque multo magis indubitanter procedit, quod in eodem numero ducati reddi debeant, ut recte consuluit *Cravet. consil. 47.* videlicet, vendito castro 12000. libris Turonensibus, numeratis in 6000. aureis solaribus, sub pacto redimendi eadem summa 1200. librarum in similibus 6000. aureis; valore aurei postea excrescente, creditoris commodum esse totidemque nihilominus aureos restituendos. Et si quantitas debeatur in valore currente solutionis tempore, in dem Werth/ wie die Sorten jederzeit gäng und gäb seyn werden/ nihilominus si mutatio æstimationis propter *mutatum valorem intrinsecum* contigerit, tempus contractus respiciendum esse, neque pactum istud quicquã obstare, cum semper hoc inter partes actum censeatur, sive species sive quantitas debeatur, solutionẽ fieri in moneta ejusdem bonitatis, qualis fuit tempore obligationis, *Surd. cons. 220. Lindeman. tr. de mut. c. 2. num. 122.* Indubitatum proinde manet, etiam quantitate debita, si mutatio valoris

valoris monetæ mutationem *bonitatis intrinseca* secuta sit, æque, ut in speciebus, lucro damnoque creditoris tempus contractus respiciendum, & juxta illud solutionem faciendam. Et sic Camera ab immemoriali ab anno 1495. quo primum fundata est, justitiæ tramites pertinaciter insistens, justissimè & æquissimè semper pronuntiavit: neque ullum præjudicium reperiri vel extare puto, quo tempus solutionis respexerit, casu opinor non emergente, quo, citrà materiæ mutationem, solius valoris mutatio in Imperio contigerit: adeò enim Camera indubitatum habet, quin juxta valorem *temporis contractus*, & si mera abstractiva quantitas sit in obligatione, solutio sit facienda, ut per mandata quoque pœnalia S. C. *de solvendo & recipiendo nummos juxta valorem temporis contractus*, hoc idem præcipere nihil hæsitet, non solum in mutuo, sed & in emptione aliisque contractibus & dispositionibus: ita quidem, ut nonnunquam & contra mediatos, quod præjudicia Cameralia testantur, hujusmodi mandata de solvendo S.C. decreta sint, jurisdictione, ex capite suspicionis fundata, ubi videlicet loci Magistratus eodem luto hærebat, similem causam fovebat, ob præconceptam diversam opinionem, nulla justitiæ spes, aliave suspicionis causa suberat, *Marant. part.6. de appell. n.27. & seqq.* Quin adeò nec privilegia contra obtenta, ceu juri & utilitati publicæ repugnantia, & in tertii præjudicium vergentia, Camera attenderit, *t.t. C. si cont. jus. vel util. publ.* Errore tamen detecto super debito seu residuo, si transactum postea fuerit, transactioni statur, cujus enim per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est, *L. cujus per errorem* 51. *de R. I.* neque causas semel decisas velamento erroris vel cujuscunque læsionis resuscitari oportet. *L. un. C. de error. calc. L. error.* 7. *C. de jur. & facti ignor. L. causas* 16. *C. de transact.*

Addendum porrò superioribus, tempus solutionis esse attendendum, quando summa monetæ non est determinata, sed simpliciter dictum, 4000. Gulden gangbahrer Lands-währung oder den Werth dafür. Videtur enim debitor periculum futuræ variationis in se suscipere, nam alias, si sibi voluisset cavere, monetam solvendam melius determinasset, *Grivel. decis.* 36. *num.*3. & *n.*6. & 12. ubi ait, quod omnes autores, qui dicunt, inspiciendum esse tempus contractus, loquantur de bonitate Monetæ intrinseca mutata, non si valor tantum extrinsecus & impositiius mutetur, semper tamen æstimationem referri debere ad valorem monetæ mutuò datæ tempore contractus, ita ut si moneta currens sit deterior, numerus augeatur, si melior, solvatur in numero pauciori, sic si obligatio in florenis est contracta, & non adjectum, an in ducatis, florenis aureis vel Imperialibus mutuum sit datum, tamen solutio debet fieri juxta æstimationem, non quæ est hodie, sed quæ fuit tempore contractus. *Blum. in process. Cameral. tit.* 34. §. 19. & sic pensionis solutio facienda est, secundum valorem antiquæ monetæ usualis, & ejus bonitatem intrinsecam, *Gilman. in præjud. Verb. Pensio.* Itaque si in minori quantitate aliquot annis sit soluta, tamen debitor cogi potest, ut imposterum indebita solvat: Sed ad defectum supplendum agi non potest, quem creditor potius remisisse censetur; Sed si Thaleri æstimati mutuo sint dati, certum est, eos secundum æstimationem conventam tempore contractus esse censendos, & periculum atque emolumentum debitoris esse, sive crescant sive decrescant, *per L. æstimata. & L. penult. §. Mancipia. ff. soluto matrimonio. L. cum dotem ff. de jur. dot.* Videntur enim contrahentes crebris mutationibus monetæ, quæ subinde in Germania factæ sunt, obviare & aliquid certi constituere voluisse, *Cothman. vol.*1. *resp.* 34. *n.*133. ubi porrò in *nn. seqq.* tradit, quod non debeat creditor velle augmentum, cujus contrarium in casu decrementi esset petiturus, & apposita in contractu verba, den Thaler zu 32. grosch. gerechnet / oder den Gulden zu 15. Batzen / debere aliquid operari, idque in favorem debitoris, ne in creditore duplex causa lucrativa concurrat, annuum scilicet interesse, & simul augmentum, & creditor non alio fine nummos æstimari fecit, quam ut illis decrescentibus sit sine damno *num.* 159. si verò inter partes convenit, ut in moneta currente tempore solutionis solvatur, tunc lucrum & damnum est Creditoris *num.*337. Addit porrò *citat. Autor. vol.* 4. *resp.* 50. *num.* 46. in mutuò intrinsecam bonitatem & valorem extrinsecum æque considerari, & imprimis intrinsecam bonitatem in solutione spectari, atque *num.* 21. ait, augmentum decrementumque quosdam referre inter casus fortuitos, quos debitor præstare non teneatur. Sed in mutatione monetæ tempus contractus inspiciendum esse, latè deducit *Sixtin. de regal. cap.*7. *n.*148. *lib.*2. Si enim in obligatione posita sint verba: gangbahre Landswährung / tunc denotatur bona moneta, non corrupta, quæ modico saltem tempore durat. *Speidel. in spec. verbo* Währung. *Besold. in thesaur. pract. verb. eodem.* Casus contigit, daß an. 1575. 3000. aurei oder der Werth dafür versprochen worden / als damahls der Goldgulden 5. Orth gegolten / da er nun 7. Orth gilt / tamen *Nicol. Eberhard. cons.* 105. *Fichard. cons.* 30. *vol.* 1. *Berlich. conclus.* 36. *p.*2. *Vultej. in Consil. Marpurg. vol.* 2. *cons.* 12. *n.* 170. *Mynsing.* 4. *observ.* 1. *Gail.* 3. *observ.* 73. *num.* 3. *Molinæ. in tr. de usur. quæst.* 92. *n.* 694. & *seqq.* omnes dicunt tempus contractus esse observandum, idemque obtinere in annuo reditu per *L. Paulus. ff. de solut. C. cum Canonicis de censib.* quamvis quidam limitent hanc sententiam in casu moræ debitoris, & sic in Camera pronuntiatum testatur, *Cothman. cons.* 34. *num.* 344. ubi ait: hanc esse quæstionem antiquam, profundam & argumentosissimam, variè & perplexè disputatam. Sed Consilium Imperiale Aulicum 11. *Septemb.* 1673. pronuntiavit secundum tempus contractus ex ratione der Müntz-Ordnung *de Anno* 1559. §. hierauff ordnen. 66.

daß der Goldgülden nicht höher dann um 75. kr. außgegeben / und eingenommen werden solle / quem textum tamen aliqui intelligunt tantum de Florenis Rhenensibus, qui multum æris & argenti admixtum habent. Wann einer lang die Zinß in gutem Geld bezahlet/ so kan doch der Debitor dasjenige/ was er jährlich zu viel bezahlet / nicht an dem Capital / sondern nur an denen noch rückständigen Zinsen abrechnen / ne creditor invitus particularem solutionem recipere cogatur, prout judicatum 19. *Jan.* 1674. Ex omnibus patet intricatissimam hanc esse materiam, de qua porrò videri possunt *Klock. de ærar. lib. 2. cap.* 84. *num.* 95. *& seqq. Ann. Robert. rer. jud. cap.* 7. *per tot. Carpzov. in resp. Elect. & alii.*

27. Superioribus cunctis adjungo resolutionem quæ *An.* 1625. in materia mutationis monetæ publicata est in Austria, prout sequitur:

Resolutio Cæsarea circa mutationem & solutionem monetæ adauctæ.

Wie es in denen Erkantnüssen wegen der langen und ringhaltenden Müntz zu halten.

DEr Regierung wird angezeigt / daß Ihro Majest. wegen der zwischen denen Partheyen / ratione solutionis debitorum (welche unter der nechst verwichenen Veränderung / entweder in Ringhaltung / oder sonsten hochgesteigerten guten Müntz contrahirt worden / vorkommende Strittigkeiten / den hievor / wiewohl peremptoriè, und sub comminatione præclusionis, angesetzten Termin, noch auff 6. Monat peremptoriè zu prorogiren / sich allergnädigst resolvirt, damit sich die Partheyen / unter dieser Zeit / entweder gütlich verglichen / oder aber ihre Beschwerden vor denen ordentlichen Gerichtlichen Instantien handlen sollen. Bevorab / weilen unterschiedliche Conditiones, und Circumstantien / sonderlich wie einem / und dem andern das *mutuum* zu guten kommen / mit unterlauffen / welche so wohl in tractatione als in causarum cognitione billich in Obacht zu nehmen seynd. Dannenhero haben Ihro Maj. denen Tribunalibus, und allen nachgesetzten Gerichtern eine Regel vorzuschreiben sich erkläret / wie sie so wohl in tractatione als decisione, und ferendâ sententiâ, procediren sollen / und zwar

Fürs Erste / daß / wann der Debitor sich in seiner Obligation gegen denen Creditoren verschrieben / daß er ihm zahlen wolte / wie die Müntz *tempore solutionis in valore*, und gangbahr seyn wird / alsdann auch der Debitor solcher seiner Obligation nachzukommen / und die Zahlung dem Müntz-Valor nach / wie er tempore solutionis seyn wird / dem Creditori zu thun schuldig seyn solle.

Fürs Ander / wann der Debitor deß geringhaltigen Valors auff bestimmte *Termin* keine Bezahlung gethan / sondern in morâ solvendi gewesen / und hierüber der Valor Monetæ, qui fuit tempore Contractûs verändert / so solle alsdann der Debitor dem Creditori der natürlichen Billichkeit nach / die Bezahlung nicht secundum Valorem monetæ, qui fuit tempore solutionis, zu thun obligirt seyn; Zum

Dritten / da der Debitor justo tempore dem Creditori ein Geld / in denjenigen Valor / wie er es von ihme tempore contractûs empfangen / und es damals gangbar gewesen / wiederumb *legaliter offerirt*, und der Creditor hätte es nicht annehmen wollen / und wäre hierüber mutatio Monetæ erfolgt / so ist billich / daß der Creditor die Bezahlung secundum eum valorem, qui fuit tempore contractûs, & non secundum eum valorem qui erit tempore solutionis, annehmen solle.

Vierdtens / da aber einer umb gering Geld seinen Nutzen geschafft / Güter / Aecker / oder Häuser erkaufft / und es so hoch genossen / als wann ihme guts Geld wäre fürgeliehen worden / und er wolte nunmehr / nachdeme das Geld abgewürdiget / die Solutionem thun / secundum intrinsecam bonitatem levis monetæ, quæ fuit tempore contractûs, so solle der Debitor damit keines wegs gehört / sondern die Zahlung secundum illum valorem, qui fuit tempore solutionis, zu leisten schuldig seyn.

Fürs Fünffte / daß ein Creditor allbereit die Bezahlung / obschon am geringhältigen Geld / eingenommen / Brieff und Siegel von sich geben / quittirt, und verzicht gethan / es rühre das Debitum ex quocunque contractu es wolle / wird / zu Evitirung infinitæ litium multiplicationis, statuirt, und es bey der einmahl beschehenen Bezahlung / Quittung und Verzicht allerdings gelassen werden.

Zum Sechsten / wann ein Debitor gut Geld zu bezahlen schuldig gewesen / als zum Exempel / wann er noch vor der eingerissenen Müntz-Confusion gut Geld auffgenommen / und hätte solches mit dem einfältigen Geld ablegen / der Creditor aber dasselbe nicht annehmen wollen; Dahero der Debitor das Geld judicialiter deponirt, so ist billich / daß der Debitor, das deponirte Geld / wiederum auß dem Deposito abzufordern / und seinen Creditoren mit gutem Geld zu bezahlen schuldig seyn solle.

Zum Siebenden / wann aber ein Debitor ein Geld / tempore exaltationis monetæ, da er gewust / daß das einfältige Geld in üblichen Gebrauch / und Schwung gewesen / auffgekündet / und durch solche Auffkündung die Deposition verursachet / weil der Creditor hierdurch tacitè in usualem monetam consentire / so solle er das Geld / wie es zur Zeit der Auffkündung gültig gewesen / nehmen / hätte aber er / nach beschehener Auffkündung / das ringhaltige Geld nachmahls nicht annehmen wollen / und wäre von dem Debitore deßwegen solches zu Gericht erlegt worden / soll der Creditor dasselbe Geld ex deposito zu erheben / und anzunehmen schuldig seyn.

Fürs Achte / was also in beeden nechst vorgehenden 6. und 7. Puncten geschlossen ist / solches auch in denen Depositis, so ratione

tione aliorum contractuum, veluti ratione juris relatus, & juris reluendi geschehen/ propter Identitatem rationis zu observiren/ und in acht zu nehmen.

Zum Neundten/ was die Geld-Wucherer belanget/ weilen ohne das derselben Contractus verbotten/ seynd solche Contractus für null, und krafftlos zu declariren/ auch wider dergleichen Geld-Wuchern/ vermög der Rechten/ auff vorhergehende genugsame Verkündigung/ mit gebührlicher Straff zu verfahren; und dieweilen

Fürs Zehende/ propter magnam Actorum & circumstantiarum varietatem, unmüglich aller dieser Strittigkeiten/ Decision, in gewisse Special-Regel zu verfahren/ als haben Ihro Majestät sich allergnädigst dahin resolvirt/ daß sie Regierung/ und alle andere nachgesetzte Tribunalien/ in denen übrigen Fällen/ so in Terminis darobem nicht decidirt/ alle in facto einlauffende Umständ fleissig erwegen/ und solchen Strittigkeiten/ ex æquo & bono, secundum conscientiam legibus informatam vel transigendo vel decidendo per formam sententiæ, ihre abhelffliche Maas geben sollen.

Ist also Ihro Käyserl. Maj. Befelch/ daß sie Regierung den Resolutionen nochmahlig sechs-monatlichen Peremptorial-Termin, zu jedermänniglichs Nachrichtung/ per publica edicta, prioribus inhærendo promulgiren/ mit dieser Clausul, daß solche peremptoria prærogativa allein denenjenigen/ so ihrer in nechst verstrichenen Fatalien, und peremptori Termin nit eingebrachten Beschwerden/ oder Læsion, innerhalb solcher prærogirten Zeit der sechs Monat/ entweder fürzubringen/ oder aber sich mit seinem Gegentheil transigendo zu vergleichen: da aber jemand in jetzt bestimmter Zeit/ sich weder verglichen/ noch gerichtlich angemeldet/ derselb weiter nicht mehr gehöret/ sondern ihme hiere mit jetzt als dann ein ewiges Stillschweigen aufferlegt/ und die jenigen/ so ihrer vorigen nicht-Anmeldung keine warhaffte Ursachen einbringen/ und dieselbe dociren würden/ der Gebühr nach ernstlich gestraffet/ und die Gegentheil bey ihrem erlangten jure quæsito kräfftiglich geschützet und handgehabt werden sollen. Actum Wien unter Ihro Käys. Maj. auffgetruckt em Secret-Insiegel den 26. April 1625.

Vide porrò *tr. Sam. Puffendorff. de jure nat. & gent. lib. 5. c. 1. n. 15. & seqq. Joh. Textor disp. 10. per tot.*

Lit. N.

Nacheyl.

Vide textum in *Tom. 1. h. tit.* & suprà *verb.* Absag/ *fol.* 141. *n.* 8. verbo Anzeig/ *fol.* 279. *n.* 26. Verb. Landfried *fol.* 1169. *n.* 6. 7. Constat enim alias, quod de jure communi Magistratus extra suam Provinciam & territorium regulariter pro privato habeatur, eique impune non pareatur, unde nec citatio in alieno territorio fieri potest, nisi per literas subsidiarias & per requisitoriales, ut proinde injuriarum teneatur, qui fugientem sequitur, & sine licentia Domini Territorii illius eum capit, ita ut statim captus relaxari debeat. *L. fin. ff. de off. præf. urb. L. 3. ff. de offic. Proconf.* Si tamen committens crimen statim fugiat in alterius territorium, tunc statim apprehendi & capi potest. Quia actus in territorio jam cœptus est, & in alieno saltem continuatur. Ideoque si statim & in continenti fiat, actus continuus censetur, *Thes. Basil. vol. 5. disp. de territ. thes. 8. Besold. de territ. fol. 272. & in Thes. Pract. verb.* Nacheyl/ ubi tamen monet, quod melius fiat, si delinquens sistatur Magistratui, cujus territorium est. Et ista ferè ex consuetudine Provinciarum & locorum atque observantia dependent.

Nachrichter.

SUMMARIA.

1. *Quinam olim hoc officium peregerint?*
2. *Quare hodie carnificum officium reputetur sordidum?*
3. *Securitas carnificis à temeraria populi violentia.*
4. *Quid faciendum, si carnifex desit?*
5. *Quare carnifex vocetur* Hencker?
6. *Quare carnifices, ut vulgus loquitur, bibant sanguinem humanum?*

De processu contra absentem ob delictum, pro quo pœna capitis irrogatur, *vid. sup. verb.* Abwesenheit *fol.* 173. *n.* 7.

Quod verò Carnifices concernit, certum est, Carnificum usum olim in Dei populo nullum fuisse, prout docet *Zepper. in explanat. Legum Mosaic. lib. 5. q. 7. fol. 710.* Sed vel 1. Quinam olim peregerint hoc officium.

vel totum populum pœnas de sontibus sumpsisse, vel Judices & Reges, si capitis pænam quispiam promeritus esset, servis & famulis suis, prout quisque obvius & ad manum fuit, hoc negotii dedisse. Neque enim de sceleratis supplicia sumere ignominiosum, sed & honestum & gloriosum fuit: cujus rei extant exempla *Levit.* 24. *v.* 16. 23. *n.* 15. *v.* 36. *Deut.* 3. *v.* 9. 10. *Judic.* 8. *v.* 21. 1. *Sam.* 22. *v.* 17. 2. *Sam.* 1. *v.* 15. 1. *Regum* 2. *vers.* 25. 29. 31. 34. 2. *Reg.* 9. *vers.* 32. *Actor.* 7. *vers.* 58. Etenim si honestum est, judicem in sceleratos capitalem ferre sententiam: quomodo illius executio turpis atque ignominiosa dicenda? *vid. Speidel. in spec. verb.* Schwert. Huc faciunt ea, quæ scribit *Guil. Bouchel. lib.* 2. *Serées c.* 14. *m. fol.* 81. ubi dicit: *Le nom & office, des bourreaux ne fut anciennement si infame & rejette qu'il est maintenant de plusieurs nations. Car il a esté un temps, que les gardes, les Ministres & Satellites des Princes, & Magistrats faisoient ce que les bourreaux sont maintenant, Les Satellites de Herodes couperent dans la Prison la Teste à S. Jean. Saul commanda à ses Gardes, de mettre la main sur les prestres, qui avoient des vivres à David. Les Soldats du Preteur Pilate crucifierent Jesus Christ. Aux guerres Civiles on s'est tousjours aidé des gens d'armes, à faire les executions, & les mandements de ceux qui y commandent.*

Sic in Lituania accusator fungitur vice Carnificis, secundum *Alex. Guagnin. & Abrah. Ortel. in descript. Lituan.* In Anglia quoque proximi cujusque Parentum, fratrum, propinquorum, qui modo in crucem aguntur, extremum pietatis officium est, agere carnificem, iisque de trabe humili pendentibus gulam frangere, den Gesellen-Stoß geben / teste *Bodin. de Rep. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 361. *Bulla ad constit. Crim. Caroli V. art.* 97.

2. Quare hodiè carnificum officium reputetur sordidum.

Quare autem hodie munus Carnificum ubique ferè gentium sordidissimum judicetur; duplex ab *Hoennon disp. Polit.* 2. *thes.* 51. ratio datur: 1.) quia homines facinorosi & scelerati plerumque eliguntur Carnifices. 2.) Quod plerumque turpiter & sceleratè vivunt, adeòque per vitæ actiones turpes & inhonestas officio suo ignominiam & labem aspergunt, vel ut ait *Zepper d. loc. fol.* 711. officium non ipsos, sed ipsi potiùs suo vitio polluunt officium. Quo factum est, quod apud Romanos per leges Censorias, Carnifici domicilium in urbe habere non licuerit, sed mœnibus urbis arcebatur. *Kornman. de miracul. mortuor. cap.* 19. inquiens: *Romæ carnifex extra Portam Exquilinam domicilium, Cicero pro Rabirio perduellionis reo: Sed moreretur prius acerbissima morte millies Grachus, quam in ejus concione Carnifex consisteret, quem non modo foro, sed etiam Cœlo hoc ac Spiritu Censoriæ leges atque urbis domicilio carere voluerunt.* Ac apud Rhodios lege cantum fuit, ne Carnifex urbem ingrederetur, *Chrysost. orat.* 31. Ac hujusmodi genus hominum, ut à cæteris dignosci possit, in der *Reformat.* guter Policey zu Augspurg *de Anno* 1530. Magistratibus cujuslibet loci injunctum est, mit ihrer Kleidung fleissiges Einsehen zu haben.

A populo Carnifices impediri non debent, quo minus suum officium exequantur, exinde improbatur ea hominum consuetudo populique temeritas, qui lictorem, si is primo ictu à nece aberret, saxis, telisque petere solebant, *Damhoud. in prax. crim. cap.* 155. Huicque consuetudini obviam ivit Carolus V. Imp. in der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung *art.* 97. ubi sancitur: Daß der Richter öffentlich ausruffen und verkünden lassen/ und von Obrigkeit wegen bey Leib und Gut gebieten solle/ dem Nachrichter keine Verhinderung zu thun/ auch obs ihme mißlünge nicht Hand anzulegen. Quæ constitutio multis in locis observatur, ubi à scriba Actorum Criminalium, in loco supplicii, ante executionem publicè, ad omnium notitiam & uberiorem pro Carnifice cautelam, securitas prælegi solet, *Becht. de secur. & salv. conduct. posit* 198. *Zieritz. ad art.* 97. ubi *in verb. violentas manus*, addit, ex historia Lubecensium constare, quod uno die quinque Carnifices temeritate vulgi fuerint trucidati. Sic etiam in der Fuß-Knecht Bestallung zu Speyer *de anno* 1570. *art.* 66. Carnifices ab omnium injuria vindicantur; ibi: Es soll ein jeder die Nachrichter bey Freyheit gemeinen Rechtens bleiben lassen; welcher das nicht thut / soll an Leib und Leben gestraffet werden.

3. Securitas carnificis à temerariâ populi violentiâ.

Quod Cicero in loco aliquo dixerit, funestari concionem contagione Carnificis, Ethnico protulit modo, *Bullæ, ad Constit. Criminal. art.* 97. Christianis longe alia mens est de hoc Magistratus officio ac ministerio, scientibus injustis legem positam esse. Carnifex enim est executor sententiæ & justitiæ instrumentalis, imò juxta *D. Paulum*, Dei minister, qui tametsi odiosum apud homines sustineat nomen, quod cruentum, quod tyrannicum, & quasi parum humanum videatur exercere officium, nihil tamen in conscientia peccat, nec coram Deo, nec coram mundo; & tamen Carnifices honestis Civibus non admiscendos esse, tradunt JCti & Politici, ac eos laborare infamia facti, *in Theat. Politic. p.* 1. *c.* 1. *n.* 360. & de tribu Levi esse ait *Nolden. de Stat. nobil. cap.* 22. *n.* 92. *item c.* 16. *n.* 118. ubi carnificem pro vili & inhonesto habendum esse dicit. Nihilominus Imp. Wenceslaus, Carnificem quendam non dedignatus est, quin ejus filium sacro è fonte levaret, sed & insuper nomine seines Gevattern eum honoraret, *teste Lehmanno* in der Speyrischen Chronick *lib.* 7. *c.* 60. in his verbis: Hernach berufft der Käyser alle Raths-Personen der alt und neuen Stadt Prag zu Hoff/ und als sie erschienen/ hat er sie heissen zur Taffel sitzen; als sie gesessen / ist der Scharffrichter / deß Käysers Gevatter/ ins Zimmer vor den Käyser getretten/ sagende: Gnädigster König und Herr / aus was Ursachen bin ich hieher erfordert? Der Käyser antwortete: Lieber Gevatter / wart draussen/ nach der Mahlzeit will ich dir zu schaffen geben ꝛc.

4. Quid fa-

Si aliquando desit Carnifex, tum unum eorum relaxari posse, ut contra alterum Carni-

ciendum, Carnificis officio fungatur, tradit *Zieritz. ad const. crim. Caroli V. art. 97. §. quid si*, cum (1. alius è proximo loco possit vocari, qui officium præstet, (2. quia præter hunc reum alius aliquis posset à Judice ad id cogi, *Damhoud. pract. crim. cap.* 152. (3. quia Philo *Judæus lib. de special. legib.* justum Moysis telum validius commendavit, quod maleficis, ne diei quidem unius inducias à nece concedendas statuerit: adeò, ut si Carnifex, dicit, per ipsum & Principem Judicem populi, eos de medio tolli voluerit, qui tali supplicio manus suas non contaminaturus, sed Deo sanctificaturus, ut alter Phinees videatur: ubi porrò notandum, quod in *d. const. crim. art. 79. ad fin.* tollatur abusus, qui alicubi minus laudabilis, sed potius reprobandus, vino ingurgitandi obruendique ante supplicium reum, quo pœnam plagamque obrutus vino minus sentiat. Dandum tamen est foras ducendo ad supplicium aliquid portiunculæ, non ut mergat reus, sed ut curas deprimat. Unde etiam *Ecclesiast. Proverb. 31. v. 6. & 7. date siceram mœrentibus perituris, & vinum his, qui amaro sunt animo, bibant & obliviscantur egestatis suæ, & doloris non recordentur amplius. &c.*

(si carnifex desit?)

5. Quare carnifex vocetur Hencker?

Quod autem Carnifices hodie sæpius Hencker/ quam Nach- oder Scharffrichter vocentur, exinde quidam descendere putant, quod olim pœna suspensionis magis, quam hodierno die, præsertim apud Saxones in usu fuerit, ut ita denominationem ab officio sumpserint. Quâ pænâ plerumque non nisi fures in Germania nostris temporibus afficiuntur. Ac notandum, quod Judæi vivos in crucem tollere non fuerint soliti, sed lapidatione priùs interfectos cruci alligabant. Gentes verò & vivos crucis afficiebant supplicio, & clavis eosdem affigebant, non alligabant funibus, *vid. Zepper in explanat. leg. Mosaicar. lib. 5. cap. 9. fol.* 733. Et licet per legem divinam *Deut. 21. v. 22.* suspendii supplicio affecti, ante solis occasum sublati atque sepulti fuerint, ne terra scil. inquinetur, neve dedecore quodam fœdetur: Item quod suspensus à Deo sit maledictus, non quasi desperata sit suspensorum salus: sed quia ipsum per se supplicii genus detestabile sit, *latè Zepper d. lib. 5. c. 7. fol. 715. & seq. Rab. Sal. Jarchi* post Uzielidem, propter imaginem Dei, suspensum in cruce vel patibulo non esse relinquendum dicit, *Speckhan. cent. 1. q. 6.* proinde ut mundano Domino non sit honorificum, si vel effigies sua vel alius, facie sibi similis suspendatur, *vid. Schickard. in jur. Reg. Hebr. cap. 4. theor. 14. fol. 98.* ubi addit, non solum ipsos farinolosos, eadem die ante solis occasum, sed etiam unà cum illis *omnia supplicii instrumenta sepulta* fuisse, ne scilicet relinquant turpem in mundo memoriam. Sic & *lapis*, quo aliquis obrutus, gladius quo quis decapitatus, & mappa, qua suffocatus fuit, sepeliebatur. Hodie tamen secundum communem Germaniæ consuetudinem, suspensorum & rotæ impositorum cadavera non sepeliuntur, sed ad exemplum, & ut sint cæteris terrori, in furca, patibulo, vel rota relinquuntur, præsertim eorum, qui Majestatis damnati, vel publicarum viarum aggressores fuerunt. Ac quoque olim Regi Hebræorum licuisse, contra expressam legem *Deut. 21.* aliquando diutius in patibulo relinquere suspensos, quorum exemplis terrendus erat populus, & ab invalescente scelere arcendus, tradit *alleg. Schickard. d. loc. fol. 99.*

Cum nulla fœdior aut turpior quam pæna furcarum dicatur, secundum *Bald. in rubr. de offic. deleg. vers. contra notor.* & ideò informe genus pœnæ appellari, *teste Servio*, quia Pontificalibus libris cautum erat, ut qui laqueo vitam amisisset, insepultus jaceret, ut infamem pœnam mortuus sentiret; Hinc lege cautum, viles tantum personas & abjectas, non honestis natas parentibus hoc genere mortis plecti debere *L. mortis §. sed etiam ff. de pœn.* Nihilominus tamen Historiæ & praxis etiam, in nobilibus hoc supplicii genus, pro rei circumstantia locum habere nos docent, prout *Griphiand. tract. de* Weichbild *cap. 58. n. 14. & seqq. & Crantz. lib. 10. Saxon. cap. 7.* de Comite Wernigerodensi & Comite Eberfteinensi exempla recensent, quorum primus ob fractam pacem juratam ad frenum equi, alter verò ob rebellionem & Sacramenti violationem pedibus suspensus fuit.

6. Quare carnifices, ut vulgus loquitur, bibant sanguinem humanum.

Quare autem Carnifices, ut vulgò existimatur, post primum factum experimentum suæ artis, *bibant humanum sanguinem*, *vid. Kornman. de mirac. mortuor. p. 5. cap. 21. Crinit. cap. 1. lib. 2.* ubi rationem ponunt, quod sanguis humanus hominem reddat ferocem in hominem, ut postea audacior fiat ad decollationis actum, & omnem quasi misericordiam exuat. Sic *Dion Græcus refert lib. 2. de Cæs.* quod Caligulæ 4. Imp. Roman. crudelitates & dedecora non fuere imputata Matri & Patri, sed ejus nutrici, quæ ipsum lactavit: illa enim ultra id, quod esset crudelis & barbara, sæpissimè oras mammillarum sanguine illinebat & fricabat, ac infantem exsugere permittebat. Quod ex post ipse bene probavit; nam non contentus erat infinita multorum hominum cæde, sed & sugebat sanguinem de gladio suo & sica, & lambebat linguâ suâ, & sæpius exoptabat, ut totus mundus unam haberet cervicem, ut sic omnes uno ictu decapitare posset & solus regnaret in terris. De gladiis Carnificum, quibus decollationes factæ sunt, eorumque putatitiis effectibus & operationibus, *vid. alleg. Kornman. dict. tract. cap. 16. 17.* ubi *cap. 18.* de Civitate Hildesiensi scribit, quod in ea Carnifex post decollatum reum, tribus diebus salvus & vivus permanere nequeat, ideòque originarius lictor in ea non sit, sed semper aliunde accersendus.

Carnifex verò officium suum peragens non peccat, non magis quam judex ipse morti adjudicans reum, aut miles authoritate Principis interficiens hostem. Eligendi autem sunt Carnifices non aleatores assidui, publici Scortatores, Calumniatores improbi,

probi, blasphematores impii, homicidæ & Latrones, sed homines boni, in officio suo gnari, certi & imperterriti, mites & humani, qui torquendos reos mitius alloquantur, clementer tractent, humaniter consolentur. Pœnæ executio reo denuntianda est; & ille per triduum in tolerabili custodia detinendus, nec cognatis ad eum denegandus est aditus, sed ipse in isto triduo cibo potuque suaviori pascendus, non tamen inebriandus. *Executionis actum* Carnifex studio & opera, qua par est, debet expedire, & nunquam ad executionem accedere, nisi prius memor sui expendat humanam fragilitatem, & de infligenda morte rei ex animo misereſcat, Deo protestans, se non interfecturum illum, nisi sciret esse præcepti Divini, ut criminosi tali supplicio afficiantur, ad commodum & utilitatem Reipublicæ Christianæ. Sed fortassis raræ sunt hæ Carnificum cogitationes: incumbit tamen Carnifici, ut oret reum, quo sibi mortem condonare velit, quam jubente Dei ministro ipsi inferre teneatur. Ac quo magis executio rite perficiatur, *Judex cum Scabinis* actui interesse debet, ut Carnifex eorum præsentia consolatus tanto majori studio ac diligentia suo fungatur officio. Si verò minus ritè executionem peragat, non quidem licet populo vim Carnifici inferre, à Judice tamen arbitrariè puniri potest. Cadavera punitorum sepeliri debent; quamvis suspensorum ac rota punitorum insepulta relinquantur, ob speciale suspendii & rotæ supplicium; quamvis etiam contra raptorum & Latronum Cadavera id fieri soleat ad terrorem aliorum. Denique cadavera punitorum Medicis ad anatomiam concedi solent.

Nachsteur.

Vid. supra verb. Emigratio fol. 687. & verb. **Bürger** *fol. 428. n. 16.*

Narrata.

Vid. tom. 1. Constitut. h. tit.

Nassau.

SUMMARIA.

1. *Origo nominis.*
2. *Divisio Comitatus.*
3. *Comitatus Cattimelibocensis.*
4. *Descriptio totius Comitatus Nassovici.*
5. *Genealogia seu series Comitum.*
6. *Wilhelmus Henricus Rex M. Britanniæ. vid. supr. verb.* **abgehende Stände/** *fol. 36.*
7. *Divisio Domus Nassoviæ in 2. principales Lineas.*
8. *Saræpontanæ subdivisio in Weilburgensem.*
9. *Et Idsteinensem.*
10. *Dillenburgensis linea in 4. dividitur ramos scil. in Siegensem.*
11. *Dillenburgicam.*
12. *Diezensem.*
13. *Et Hadamariam.*
14. *Comites Nassovii quando Principes facti, & controversia eorundem de præcedentia cum aliis Principibus.*
15. *Diversæ aliæ controversiæ & competentiæ Nassoviorum.*
16. *Nassoviorum laus & insignia.*
17. *Ad quem circulum spectent hi Principes.*

1. Origo nominis. NAssovia quasi Nassagavia dicta est, quæ vox humidam & uliginosam regionem significat, oppidum enim, quod ditioni nomen dedit in colle est situm, cinctoundique humidis campis: Germanis verò Aw, & Gaw ditionem sonat. Sic *Bat-Avv* Batonis terram notatat, *Thur-Avv*, regionem aridam, Rhenanam *Rheyn-Gavv*, laudatam *Bris-gavv*, Honorandam *Ar-Gavv* orientalem, & occidentalem, *Oster-gavv*, & *Wester-gavv*, fæno abundantem, *Hevv-Gavv*;
2. Divisio Comitatus. Habet autem Comitatus iste plures alios sibi adnexos, *Weilburgensem*, *Idensteiniensem*, *Weisbadensem*, *Dietzensem*, *Cattimelibocensem*, *Beilsteinensem.* Comites porrò *Nassovii Dilleburgenses* terminantur Austrum versus comitatu Weisbadensi, & Idensteinio: Ad ortum Isenburgico, & Solmensi cum Hassiâ; septentrionem versus Westphalia, & Comitatu Witgensteinio; Ad occasum Ducatu Bergensi, & Comitatibus Widdano & Seynensi. Ambactus sive Præfecturas habet multas, Freudebergensem, Sigenensem, Nephensem, Ferndorffensem, Hilchenbacensem, Hægeranam, Ebersbacensem, Dillenburgensem, Dringensteinensem, Herbornensem, Dridorfensem, Libenschidanam, Beilsteinensem, Lonbergensem, Eurichenhaynensem, Burbacensem, Marenbergensem, Rotzenhaiensem, Rennerodanam, Heenensem, Dernereeutanam, Hohnstettensem, Flachtensem, Dietzensem, Friekofianam, Zeutzheimensem, Elsofensem, Elleranam, Hadamarianam, Kirpurgensem, Cambergensem, Altenweilnensem, Wentheimensem, Esteneigensem, Altenbergensem, Oberwalmenacensem, Kirdorfensem, Nassoviensem, Daussenaviensem, & alias nonnullas. Censentur autem Comitatus isti inter liberrimos Imperii, utpote cujus Domini nulli addicti nisi soli Imperatori, fruuntur regalibus, præeminentiis, prærogativis omnibus, quibus præcipui alii in Imperio frui solent. Jus quoque habent cudendi *monetam auream*, *argenteam*, *æream*, quod & factitatum à Joanne Comite Nassovico liquet ex nummis aureis, qui adhuc in hominum manibus versantur; In eorum parte una legitur: *Moneta Seigen*: In alterâ: *Joannes Comes, de Nassau.*

3. Comitatus Catti- Cattimelibocensis Comitatus fructum per-

1480. *Charles III.* 1.

Rois de Naples & de Sicile de la Maison d'Arragon.

Pierre III. Roy d'Arragon épousa en 1262. Constance, fille du Bâtard Mainfroy, & fit Egorger tous les François, l'an 1282. en Sicile, où il s'établit, & mourut excommunié 4. ans aprés.

1282. *Pierre Roy d'Arragon* 4.

1286. *Jaques I.* 41.

1327. *Frederic* 1.

1328. *Pierre II.* 15.

1342. *Loüis* 12.

1355. *Frederic dit le simple* 13.

1368. *Marie, femme de Martin* 34.

1402. *Martin, veuf de Marie* 7.

1409. *Martin II.* 1.

1410. *Blanche, veuve de Martin* 2.

1412. *Ferdinand de Castille dit le juste.*

Joanne II. Reine de Naples adopta en 1420. Alphonse V. Roy d'Arragon, qu'elle deshérita trois ans aprés, à cause de son ingratitude. C'est sur cette adoption que fondent leur droit les derniers Rois de Naples.

Derniers Rois de Naples.

Alphonse V. Roy d'Arragon, mort en 1458.

1458. *Ferdinand I. Bâtard* 36.

1494. *Alphonse II.* 1.

1495. Le *Roy Charles VIII.*

1495. *Ferdinand. II.* 1.

1496. *Frederic, dépossédé* 5.

1501. *Le Roy Loüis XII.* 2.

1503. *Ferdinand V. Roy d'Arragon mort en 1516.*

1516. *Charles V. Empereur* 42.

1558. *Philippe II. d'Espagne Roy* 40. 7. Imp. Carolus V. & ejus successores.

1598. *Philippe III.* 23.

1621. *Philippe IV. Roy d'Espagne* 44.

1666. *Charles II. de ce nom, Roy de Espagne.*

Sequuntur literæ Augustissimi Leopoldi ad Pontificem Maximum.

Beatissime Pater.

Tristis & fatalis casus mortis Potentissimi Hispaniarum Regis Caroli II. proximo sanguinis tàm Agnationis quàm Cognationis vinculo nobis conjuncti, piissimæ memoriæ, Universæ absque dubio Europæ jam innotuit, per quem ejus relicta viduata Regna & Provinciæ & Feuda, legitimo successionis titulo & modo, ex naturali gentium & civili jure, Augustæ Domui nostræ Austriacæ devoluta sunt, ut non nisi per injustitiam & violentiam ab aliis occupari, & jura nostra inquietari possint ; Cum verò inter alia Regna sic nobis aperta, & ad Nos, Nostramque Domum pertinentia, numeretur etiam *Regnum Neapolitanum*, cujus Dominium Directum ad Beatitudinem Vestram, Sanctamque Sedem Apostolicam pertinet, sed jam ab ejusdem Prædecessoribus in Pontificatu, nempè felicis recordationis *Papa Julio* II. *An.* 1510. Imperatoris Caroli V. Avo Ferdinando Regi Catholico, & posteà ipsimet Imperatori Carolo V. à *Papa Leone X. an.* 1521. collata ejusdem investitura, eò quod *Regnum Siciliæ* hæreditario jure ad ipsum pervenerit,

8. Literæ Imp. Leopoldi ad Pontificem.

venerit, pro se & Successoribus, in Regno Arragoniæ hæredibus & successoribus, *tam masculis, quam fœminis*, ita ut *Masculi fœminis, & natu Majores Minoribus in eodem Regno præferrentur*, posteaque ab omnibus subsequentibus Sanctæ Sedis Pontificibus, prædecessoribus Beat. V. hæredibus & successoribus Ferdinandi Catholici, usque ad Regem ultimò defunctum, confirmata sit, post cujus è vivis decessum, Regni Neapolitani successio, unà cum aliis defuncti Regis Regnis, Provinciis, Ditionibus & Feudis, ad Nos & Domum Nostram Austriacam, sine ullo vel minimo dubio devoluta est, utpotè legitimum hæredem & successorem *Philippi I. & Joannæ* Hispaniarum Regum, ad quos cum Regni Neapolitani, variis anteà turbis, bellis & mutationibus, à diversis illud occupantibus agitati, regimen pervenisset, tranquillam ejus possessionem, legitimo successionis titulo subsequentibus Hispaniæ Regibus, usque ad ultimo defunctum reliquerunt, quæ jam Nobis Nostræque Domui, quæ à Vasallis anteà investitis, rectâ serie descendit, ex omni jure debetur, neque ullo rationabili modo impediri potest. Quamvis enim apud Imperatoris Caroli V. Investituram hæc olim obmota fuerit difficultas, quod in antiquis & novis Regni Neapolitani investituris, lege expressâ, & à Regibus jurata caverint Romani Pontifices, ne Rex Neapolitanus, vel Siciliæ, citrà Pharum, sibi Imperium vel Regnum Romanorum, Tusciamve aut Lombardiam deferri procuraret, aut delata acciperet, sub pœnâ amittendi Regni Neapolitani: Tamen *Pontifex Leo X.* dispensavit, juramentique relaxationem Imperatori Carolo V. impertitus est, novasque leges & Censum imposuit, quâ relaxatione, si pro Nobis denuò opus foret, eandem & Nos à Beat. V. obtinendam speramus, vel potius successionem regni Charissimo Filio Nostro, Archi-Duci Carolo, proximo post Nos Successori & Vasallo, resignamus & cedimus, & pro ipsius Investiturâ B. V. omni meliori modo & formâ requirimus & imploramus. Neque enim illi ullo modo obstare potest inanis & malè funduta suppositio, quod sæpè benè memoratus Rex Carolus II. suæ sororis Mariæ Theresiæ, nuptæ Reginæ Galliæ, Conjugis modò regnantis Regis Galliarum Ludovici XIV. Filium Dophinum, & ex eo Nepotes Ludovicum Ducem Burgundiæ, Philippum Ducem de Anjou, & Carolum Ducem de Berri, prætensos, si intestatus decessisset, hæredes ab intestato reliquisset, insuper verò modo dictum Philippum Ducem de Anjou, cum substitutione ejus Fratris Ducis de Berri, & tandem Filii Nostri Charissimi, Archi-Ducis Caroli, testamento suo, quovis modo ab agonizante procurato, successores regnorum, Provinciarum, & Feudorum, scripserit & declaraverit; Notum quippè est, quod quantum ad successionem ab Intestato attinet, omnia jura Divina, Naturalia, & Civilia, eam Nobis, Domuique Nostræ Austriaco-Germanicæ, utpotè à proximis successoribus directè descendentibus, ex lineâ Masculinâ primorum acquirentium, deferant. Extinctâ enim lineâ masculinâ primogeniti Filii Philippi I. Regis Hispaniarum, & Caroli V. Imp. per mortem ultimi Regis Caroli II. omnia mundi jura deferunt, successionem lineæ secundo-geniti, scilicet Fratri Imperatoris Caroli V. Ferdinando I. Imperatori felicissimæ mem. & ejus legitimis successoribus, inter quos nemo præter Nos, Nostrosque Charissimos Filios connumerari potest. Nullus hic patet aditus, Filiis vel Nepotibus ex sorore postremò defuncti regis prognatis, cùm non solum ipsa casum mortis non supervixerit, sed & à Fratre successore fuerit exclusa. Imò si qualiscunque respectus ad fœminas in hoc negotio haberi potest, Nobis & Nostræ Domui ex parte Matris Nostræ Dilectissimæ, felicifs. Recordationis, Mariæ Annæ Filiæ Philippi III. Hispaniarum Regis, ultimo defuncti Regis Aviæ, sicque ex lineâ primogeniali, indubiè, præ Dauphino Galliarum, ejusque Filiis debetur successio. Ex quo Argumento etiam illud concidit, quasi non possit fieri transitus, ad lineam secundò-geniti, quamdiu aliqua persona, etiamsi Fœmina ex lineâ primogeniti superest, quia fœminam seu filiam Rex Carolus II. non reliquit, sororem jamdiu exclusit, atque etiam, ut modo dictum, Mater Nostra Dilectissima, Maria Anna, defuncti Regis Avia, & per eam Nos & Filii Nostri Charissimi descendimus, ex lineâ primogeniti Imp. Caroli V. Filio & Nepotibus Mariæ Theresiæ, filiæ Regis Hispaniarum Philippi IV. multis passibus anteferendi; Quod si porrò his omnibus argumentis adjungatur *renuntiatio Reginæ Galliarum Mariæ Theresiæ*, facta per Actum non privatum, sed publicum, coram Deo juratum, fundatum super legibus regnorum renuntiatorum fundamentalibus, pro eorum conservatione & pace, & sine quâ renuntiatione matrimonium non fuisset conclusum, atque insuper, quod Reges Galliarum nullius Principissæ, in Hispaniis nuptæ, filios, & Regni Franciæ successionem admittant; itemque & ipsi jure talionis seu retorsionis, vicissim arceri possint, & debeant, existimamus omnes istas breviter deductas rationes, ita stabilitas, solideque fundatas esse, ut ex iis ipsa justitia, pro Nobis, Nostrâque Augustâ Domo sententiam, victoriamque pronunciet. Nullatenus his omnibus obstante Testamento sive Codicillo à Rege Carolo II. jam agonizante, ut fertur, condito, & in eo nulliter factâ institutione successorum, cum certissimi juris sit, quod si ultimus de Majoratu testetur, tanquam si successio agnatorum finita esset, institutus possessionem petens, impediri, & removeri possit per Agnatos, de jure suo dicentes, & hinc omnes ordinationes ultimi possessoris, nullius sunt momenti in præjudicium successorum, & regna deferuntur ad secundo-genitos proximiores, quia

quia Rex non potest testari in præjudicium eorum ad quos Regnum pertinet jure sanguinis, & in illis succedunt primis Regibus, qui regnum habuerunt, non autem ultimo morienti, qui proindè in præjudicium successorum nihil disponere potest, prout hoc ipsum etiam in omni materiâ feudali ubivis locorum observatur; Ut proindè contra Nos & Domum Nostram nullum validum argumentum ex testamento ultimo defuncti Regis Caroli II. ullâ ratione extrui vel deduci possit, præsertim contrà plus, quam bis centum annorum quietam possessionem, quâ Domus Nostra in Regno Neapolitano quiete gauisa est, & hucusque conservata fuit. Cum verò in dubium vix vocari possit, quin Rex Galliarum & Philippus Dux de Anjou, sub prætextu suprà tacti testamenti sive Codicilli, aliarumque conglobatarum rationum. B.V. instantissimè pro investiturâ Regni Neapolitani rogaturi, & omnia in eum finem tentaturi sunt.

Hinc intermittere non potuimus, hac brevi informatione. B. Væ. Jura Nostra aliquatenùs repræsentare, eamque amanter, & filialiter requirere, nec non eventualiter protestari, ut contra jura, Nobis & Domui Nostræ tam clarè competentia, nihil ad alienas preces, & in præjudicium Nostrum resolvere vel ordinare, prout nunquam de B. V. Nobis persuadere possumus, verùm omnia obiter supra deducta argumenta considerarè ponderare, & ulteriùs deducenda exspectare velit, Nobisque vel filio Nostro Charissimo Archi-Duci Carolo investituram competentem impertiri, prout de rectitudine & Justitiâ B.V. in hoc planè confidimus & speramus.

Neutralität.

Vide notata suprà *verb.* Bündnüß/ *fol.* 420. *num.* 22. & *seqq.*

Neuerung.

Quod justitia non debeat retardari per Advocatos & Procuratores, nec voluminosis scriptis, aut per documenta in fine processus demùm producta protrahi, traditur *h.t. ex O. C. an.* 1507. *tit.* 33. §. 1. & *tit.* 35. §. 10. qui tituli exhibentur in *Tom.* I. *harum Constit.* Et profectò indignationem & pœnam mereatur, qui ad nauseam & fatigationem Judicum & Judiciorum, cum gravi partim detrimento jacturaque temporis & expensarum, totos chartarum libros inutili verbositate implent, & ingentia citatorum auctorum plaustra corradunt, quos ipsi nunquàm viderunt vel inspexerunt. Miseranda satis, & justitiæ inimica conditio, sed quæ hodiè, licet in Jure & Constitutionibus Imperii severè prohibita, vix intrà suos terminos amplius cohiberi potest, ut non sœpius ad octuplicas usque scripturarum numerus augeatur. Hoc artificium est Advocatorum & Procuratorum, qui Principalia probationum documenta demum in fine litis producunt, sicque causæ decisionem protrahunt, ut interim suis gaudeant salariis. Judex etiam sæpius propter documenta revelantia, & ad quæ producenda altera pars in suis narratis ansam dedit, terminum potius indulget, ne restitutionis auxilio controversiæ terminatio longius differatur, cum tamen Reipublicæ intersit lites cito finire. Sed hac de re plura fortassis notabuntur *infrà verb. Process.*

Niederland.

SUMMARIA.

1. *Artis militaris recentes inventiones in Belgico Martis Gymnasio.*
2. *Variæ Belgii Sortes, usque dum pervenit ad Imp. Rom.*
3. *Belgium est feudum Imperii.*
4. *Bellum Belgicum & ejus eventus.*
5. *Quomodo Provinciæ Belgicæ ad Domum Austriacam pervenerint.*
6. *Belgium unde Dictum.*
7. *Ejus termini.*
8. *Figura.*
9. *Aqua.*
10. *Portus.*
11. *Fluvii.*
12. *Terra.*
13. *Sylva.*
14. *Belgii divisio in Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Dominia.*
15. *Provinciæ* 17.
16. *Artesia.*
17. *Flandria Hispanica, Gallica & fœderata.*
18. *Hannonia.*
19. *Namurcum.*
20. *Luxenburgum.*
21. *Limburgum.*
22. *Ducatus Brabantiæ.*
23. *Comitatus Antverpiæ.*
24. *Mechlinia.*
25. *Geldria.*
26. *Comitatus Zutphaniæ.*
27. *Dominium Transisalaniæ.*
28. *Domin. Gröningense.*
29. *Dom. VVestfrisiæ.*
30. *Dom. Ultrajectense.*
31. *Hollandia.*
32. *Seelandia.*
33. *Quinam populi olim in Belgio fuerint.*
34. *Brevis Historia Belgica.*

DE Belgio *vid. notata suprà* verbo abgetheilte außgezogene Stände *fol.* 104. *sub tit. Belgium fœderatum*, & *fol.* 16. §. *cum Imperatoria dignitas*, & *fol.* 22. *num.* 64. & *verb. Burgund. fol.* 429. Pleraque circà Belgium occurrentia videri possunt *in R. I.*

ann. 1594. §. 41. *& seqq. R. I. anno* 1598. §. 27. *& seqq. R. I. anno* 1603. §. 28. *& seqq. Instrum. Pac. Cæsar. Gallic.* §. 3. *Capitul. Cæsar.* §. 13. De bello Belgico accuratam scripserunt Historiam *R. P. Famianus Strada de bello Belgico*, *Hugo Grotius in Annal. Belgic. R. P. Angelus Gallacius de bello Belgico ab anno* 1592. *usque ad annum* 1608. ubi ait, *Belgium*, glorioso nomine & vero, *Martis Gymnasium* appellari, quod plurimos calamos ad scribendum excitaverit, præbueritque doctrinam militandi, auctâ in immensum arte homines ritè occidendi. Agit de veteribus munimentis, de muralibus machinis, de recentioribus vallis, fossis, aggeribus, receptibus, cœcis cryptis ad hostem tutò inspectandum, tectis viis ad se cautè protegendum, congestitiâ humo ad immissos globos humandos, pontes versatiles, ad ingressum intercidendum, pensiles catarractas, ad portas ipsas ferro armandas, cornua, multiplices loricas, lunatis molibus, ac sudium pluribus sepimentis communitas; ut plura hic loci non commemorem, lectorem ad ipsam historiam remitto.

1. Artis militaris recentes inventiones in Belgico Martis Gymnasio

Gabriel Sueder in I. P. Part. General. cap. 4. *n.* 34. describit quoque divisionem Belgii, quod totum antehac fuerit Imperii Romani Ditio, ab Ottone M. sub jugum redacta, habueritque leges & Magistratus proprios suæ gentis, postea cessisse Francis, tum portionem quandam devenisse ad Danos, quod tamen regimen non diu duraverit; Rege enim Daniæ Gothofredo interempto incolas rediisse in potestatem Francorum & perstitisse, ab Henrici Aucupis ætate saltem, donec Burgundos Principes acceperunt, in Imperii nostri obsequio. Ac quamvis illi potentia sua freti, Imperii jura multum debilitaverint, solito majore libertate sibi per vim partâ, à Cæsaribus tamen & Imperii Ordinibus, nihil jurium Burgundis fuit remissum. Quin imò in modum aliorum Principum Imperii ad Comitia sunt vocati, nec Carolum Audacem, res Imperii turbantem proscribere dubitaverunt. Sed & Philippus, quem Bonum sui cognominaverunt, ad aliquot Comitia Imperialia vocatus aliis ipse interfuit, ad alia Legatos misit. Carolus à Cæsare petiit se Regem Belgii declarari, non facturus, si existimasset Cæsari & Imperio illas regiones non obnoxias esse. Cum *Maria*, Caroli Audacis filia, Burgundicarum Provinciarum unica heres, ditiones has, exceptis *Ultrajecto*, *Transisulania* & *Groninga*, quas Carolus V. adjecit, *Maximiliano Imp.* in dotem attulisset, usque adeò ille agnovit Imperii jura, ut studiosè id egerit, ut omnes illæ regiones, uno Burgundici Circuli titulo in corpus Imperii cooptarentur, constituta certa oneris in publicum conferendi summa, *vid. R. I.* zu **Trier und Cölln**/ *de Anno* 1512. §. **und solche Hülffe**/ 6. & §. **darauff haben**/ *rc.* 11. Et quanquam etiam à Carolo Cæsare plus solito libertatis indultum ab Imperio Belgicis Provinciis, nec ita tamen planè sui juris factæ, sed feudum Imperii mansere, patet id è tabulis pacti, inter Carolum Cæsarem, & Imperii Ordines anno 1548. initi, quas velut omnium superstitum jurium Imperii basin supponit, *Conring. de fin. c.* 28. Et quod Imperii superioritas in has Provincias cum Carolo non extincta, sed successor ejus Ferdinandus I. sibi quoque eam reservaverit, satis indè elucet, quod ne quidem Vicarii potestatem in Belgas, Carolus ab eo, pro filio suo Philippo impetrare potuerit, dum diceret: *Tantum de Cæsarea dignitate & Majestate decessurum, quantum ex ea alteri accessisset*, *Thuan. lib.* 6. *Hist. in fin.*

2. Variæ Belgii sortes, usquedum pervenit ad Imp. Roman.

3. Belgium est feudum Imperii.

Ingentes Ferdinandi I. Imp. ætate exortos motus porrò *Sueder.* prosequitur de emisso à Rege Philippo in Belgium exercitu de cæde Lamoralii Comitis Egmonte, Philippi Comitis Montmorentiani, & Hornani, de 18000. hominibus intra 6. annos ultimo supplicio affectis, de exactionibus & confiscationibus bonorum, indeque secuto fœdere Belgii Provinciarum Trajecti *Anno* 1581. promulgato, quo omne obsequium Philippo Regi renuntiarunt: de quibus eventibus omnes Historiæ loquuntur. Inde tamen subsecutum est Bellum Belgicum, quod auspiciis *Wilhelmi Principis Auriaci* cœptum, 80. annos continuatum, duodecennalibus tantum interruptum induciis, ab *anno* 1608. usque 1620. tandem *anno* 1648. sub Philippo IV. in perpetuam pacem transiit. Tunc enim septem Nobilissimæ & potentissimæ Provinciæ *Geldria*, *Hollandia*, *Zelandia*, *Westfrisia*, *Trajectina Regio*, *Transisalania* & *Groningensis* ditio, Pace cum Hispanis facta Monasterii, ex Ferdinandi Imperatoris & Ordinum Imperii consensu, plenè liberæ per pacis illius tabulas declaratæ sunt, novo rerum Belgicarum Statu fundato, & diviso Belgio in *Hispanum* & *Fœderatum*, quod ultimum 7. Hispanicum verò 10. Provincias constituit, quarum ratione Rex Hispaniæ Beneficiarius est & Vasallus Imperii, *Instrum. Pac. Cæsar. Gall. art.* 3. *Fritsch. in annot. ibid.* Quæ tamen etiam Provinciæ tam à *Gallo* quam à *Belgis fœderatis* sunt imminutæ *Francisc. Iren. part.* 3. *discurs.* 8. *pag.* 79. *Burgold. part.* 1. *discurs.* 6. *n.* 15. Petiit etiam Rex Galliæ Anno 1668. ut ratione locorum in Flandria occupatorum in Statuum Imperii numerum reciperetur, sed id non obtinuit. *Fritsch. Elect. I. P. part.* 1. *cap.* 12. *Balthas. Venat. relat. Comit.* 1. *n.* 95. Videatur quoque *Beckman in Histor. Orb. Terr. cap.* 3. *de Regn. Gall.* §. 2. ubi recenset omnia loca Gallicam jurisdictionem agnoscentia & sententiam Cardinalis Richelii dicentis; *Regem Galliæ tribus clavibus indigere*, *Perpiniano ad Hispaniam*, *Brisaco ad Germaniam*, *Pignarolo ad Italiam.*

4. Bellum Belgicum & ejus eventus.

Nicol. Bellus in dissertat. Polit. tom. 3. *discurs.* 5. narrat, quomodo Provinciæ Belgicæ antea separatæ omnes in unum corpus coaluerint, quomodo item ad Carolum V. & filium ejus Philippum devolutæ sint. Nimirum *Ludovicus Malanus*, Comes & Dominus Flandriæ, Niverniæ, Ramestellæ, Salinarum], Antverpiæ & Mechliniæ,

5. Quomodo Provinciæ Belgicæ ad Domum Austriacam pervenerint.

niæ, post matris verò obitum Comes quoque Burgundiæ & Artesiæ, uxorem duxit *Margaritham*, filiam Joannis Ducis Brabantiæ, quo conjugio Dux etiam Brabantiæ, Limburgi & Lotharingiæ factus est; Ex hac genuit unicam filiam matri cognominem *Margaritham*, ditionum paternarum heredem, quæ *anno* 1469. nupsit Philippo Valesio, Duci Burgundiæ, qui liberos reliquit *Joannem & Antonium Philippum Valesios*, *Catharinam*, *Mariam*, *Margaritham*, ex quibus *Catharina* Lupoldo Duci Austriæ nupsit, *Maria* Amadæo Duci Sabaudiæ, *Margaritha* Comiti Hollandiæ & Hannoniæ. *Antonius* à Patre constitutus est Dux Britanniæ, Lotharingiæ & Limburgi; uxorem duxit *Elisabetham*, Ducissam Luxenburgi, ex qua filios suscepit *Joannem*, Maritum *Jacobæ*, Comitissæ Hollandiæ, & Philippum, ambos Britanniæ Duces. Antonius sine liberis decessit, Joannem Valesium relinquens heredem, cui in Ducatu Burgundiæ & aliis successit *Philippus* cognomento Bonus, factus etiam heres Comitatus Namurensis, auctusque aliis quoque Ducatibus, ut illius unius Imperio subjectæ sint Provinciæ amplissimæ & opulentissimæ; obiit relicto filio unico *Carolo Audace*, qui omnia conservavit & auxit, donec in prælio cum fugam quæreret, lapsus ex equo, tribus vulneribus est interfectus, conditus est Nancei, in æde D. Gregorii, ejusque lipsana translata sunt *Brugas*, à Maria Hungariæ & Bohemiæ Regina, anno 1550. Belgii Gubernatrice. Atque hic est Carolus ille, *Caroli V. abavus*, nati 1500. ex Joanna Ferdinandi Arragonum Regis filia, *Philippi* Austriaci uxore, qui *Philippus* filius fuit *Maximiliani* Austriaci, ex matre Maria, unica *Caroli Audacis*, ad Nanceum cæsi, filia & herede. Sub his Provinciæ, quæ anteà plures Dominos habuerant, conjunctæ in unum quasi corpus coaluerunt, sub nomine *Belgii* vel *inferioris Germaniæ*. Post hanc narrationem prosequitur *citat. Bellus* Situm locorum, aërem, æstatem, hyemem, solum, fructus, & bestias, sylvas, incolarum mores, reditus ex piscatione, præsertim halecum, quos vocant *haringos*, nec non *Asellorum*, *Cabeliau & Laberdan*. Tum recenset Regiminis formam, Consilium Status, Consilium privatum & Finantiarum, Gubernatores particulares, tribunalia, formam regiminis & administrationis *urbis Antverpiensis*, Nobilitatis Imperium, Status Ecclesiastici opes & dignitates, militiam & reditus. Accuratam quoque descriptionem Belgii exhibet *R. P. Boussingault in Theat. du Mond. part.* 1. *pag.* 366. & *seqq.* quam hæ notæ de præsenti non capiunt, quæ nimis latè excrescerent. Videri tamen illic possunt descriptiones omnium Civitatum in Ducatu Brabantiæ, Limburgi, Luxenburgi, & Geldriæ, nec non Comitatuum & Dominiorum, quæ in sequentibus paginis breviter exhibentur. Idem præstat *Ludov. Guicciardin. in descript. inferior. German. & Belgic. fœderat.*

Quando de Belgicis Provinciis, quarum hodiè propter assidua inter Gallos atque Hispanos bella habenda est ratio, agendum est, considerari à nobis debent:

Nomen. Appellatur hæc terra Belgium, à veteribus incolis suis, qui Belgæ ob fortitudinem militarem dicebantur; quasi dicas, die Bälger / à Germanicâ voce balgen / id est, streiten / kämpffen / fechten; Jam enim olim Julius Cæsar Belgas *Gallorum omnium fortissimos* dixerat; Vocatur etiam *Germania inferior*, Niederland: quod in illam terram maximi fluvii, *Rhenus*, *Mosa*, atque *Scaldis* se exonerant, Gallis dicitur *Le Pais Bas*. 6. Belgium unde dictum?

Termini. Olim *meridiem ortumque* versus latius extendebatur, usque ad *Matronam*, *Sequanam*, atque *Rhenum*. Hodiè verò longè est angustior, qua inprimis Galliam spectat, quamvis posteà egregiæ quædam Provinciæ trans Rhenum è veteri solo Germanico huic Belgio accesserint. Hodie Belgium *à Meridie* terminatur Picardia, Campania, & Lotharingia; *ab ortu*, provinciis quibusdam Germanicis, Archi-Episcopatu Trevirensi, & Coloniensi, Ducatu Juliacensi, & Clivensi, Episcopatu Monasteriensi, & Frisia orientali: *à septentrione, & occasu*, clauditur mari Germanico, & sinu Austrino, qui vulgò *de Zuyder See* dicitur. 7. Ejus termini.

Figura. Famianus Strada de bello Belgico, Provinciis Belgicis tribuit *figuram Leonis*, cujus caudam exhibet Artesia: *pedes posteriores*, quibus incumbit Leo atque initur, Hannonia & Namurcum; *pedes anteriores*, Lucemburgum & Limburgum, *Corpus Leonis*: sistit Brabantia; inque eadem Antverpia & Mechlinia: *Dorso Leonis*: inhærent Flandria, & Selandia *collum* præbent Hollandia; atque Ultrajectum: *rictum oris*, Transisalania, *nares*: *Gröninga*: *frontem* denique exprimit Westfrisia. 8. Figura.

Ex *aquis*, quibus Belgium omnem felicitatem suam debet, nominari possunt, 9. Aquæ.

Maria: scilicet Mare Germanicum, *de Noort-Zee*; & sinus Austrinus, olim *Flevus*, *lacus* inter Hollandiam, Ducatum Geldriæ, & Westfrisiam, nobis hodie *Zuyder-Zee*.

Portus; in quibus eminent, Dünckerkanus, locus commodissimus ad infestandos Anglos, Batavosque, Neoportus, Nieport / Sluſa, Vlissinga, Middelburgum: Gœrea: Briel: Texel, Vlieland: ad sinum Austrinum sunt, Enckhuysen: Hoorn: Amstelodamum. &c. 10. Portus.

Fluvii: quales ibi sunt: 1. *Scaldis*, die Schelde / Gall. *Escaut*: quæ in finibus Galliæ suprà Cameracum, *Cambray*, oritur, atque ubi Legiam, sive *Lilium* die Leye: *Lys*, ad Gandavum, itemque Teneram, *Dendre*, ad Teneramundam, *Dendermonde*, accepit, infra Antverpiam duobus magnis ostiis, quorum alterum *de Honte ofee*, *Wester-Schelde*, alterum de *Oster-Schelde* appellatur, inter insulas Seelandicas in mare Germanicum se exonerat. II. *Mosa*, die Maas / quæ ubi Belgium ingreditur ad Namurcum recipit Sambim, vulgò *Sambre*, ac posteà ad munimentum S. Andreanum, S. Andreas-Schantz / cum Vahali miscetur, & paulo inferius multas insulas efficit. *III. Rhenus*, Rhein / qui post- 11. Fluvii.

quam

quam à Germania evolvitur, ad munimentum Schenkianum, Schencken-Schantz/ in duo brachia dividitur; è quibus sinistrum vocatur *Vahalis* die Wael/ dextrum autem *Rheni* nomen retinet; Hoc verò mox iterum in duo secatur brachia, quorum dextrum per fossam Drusianam, in *Isalam* fluvium derivatur, & sinum Austrinum petit: Sinistrum verò *Rhenus* vocatur. Sed rursus ille Rhenus ad Batavodurum, h. *Wyck de Duerstede*, in Rheni veterem alveum, qui olim Trajectum, *Utrecht*, & Lugdunum, *Leiden*, rigabat, ad arcem Britannicam, hodiè: *Huys de Britten*, sive *Catovyck ob Zee*, Oceanum ingrediebatur: atque in novum plerumque alveum, *de Leck* separatur; tandemque Mosæ junctus Oceanum subit atque intrat.

12. Terra. *Terra*, maximam partem *Campestris* est, raroque *montibus* insurgit, si Ducatum Luxemburgicum, Hannoniam & Namurcum, itemque colles arenosos, quos ad Flandriam & Hollandiam Oceanus efficit, excipiamus.

13. Sylvæ. *Sylvis* quoque non est horrida; quando & *Arduenna sylva* maximam partem excisa est: & ubi lignis destituitur, ibi *cespites Uliginosos*, quos incolæ Torff appellant, suppeditat. *Paludibus* tamen multis in locis deformis est, atque aquis obnoxia, præsertim in Hollandia, & in illis Provinciis, quæ Belgio veteri ex Germania accesserunt.

14. Belgii divisio in Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Dominia. Divisio; quæ multifariam potest institui. Nam si 1. respiciamus ad *dignitatem* Provinciarum, dividi Belgium potest in *Ducatus* quatuor; qui sunt, *Luxemburgum*, *Limburgum*, *Geldria*, & *Brabantia*; in *Marchionatum* unum S. R. Imperii, *Antverpiam*, Comitatus septem, qui sunt: *Flandria*, *Artesia*, *Hannonia*, *Namurcum*, *Zutphania*, *Hollandia*, *Seelandia*: Dominia quinque, Mechliniense, Ultrajectinum, *Transisalaniæ*, *Gröningæ*, & *West-Frisiæ*. II. *Imperii* ratione habita, Provinciæ aliæ sunt *Gallicæ*, *Hispanicæ*, aliæ *Fœderatæ*: III. Si *linguas* intueamur, Provinciæ aliæ sunt *Germanicæ*, aliæ *Gallicæ*, seu potius *Wallonicæ*: IV. *Religio*, prædominans in Provinciis Gallicis & Hispanicis est *Romano-Catholica*, in Fœderatis, *Reformata*, quæ alias tamen non excludit.

15. Provinciæ XVII. Sequemur nos viam tritam, & Belgium dividemus in XVII. Provincias, easque hoc ordine collocabimus; E Gallia igitur ejusque Provincia Picardia egressis, occurrit.

16. Artesia. I. Artesia sive Comitatus Artesiæ, Gallis *L. Artois*. Caput Provinciæ est *Atrebatum*, Belgis *Atrecht*, Gallis, *Arras*: locus Episcopatu, & munimentis celebris, quem Anno 1640. Galli domuerunt, Fanum divi Audomari, sive Audomaropolis, *S. Omer*, ubi seminarium habent Jesuitæ Anglicani: Fanum D. Pauli, *S. Pol.* titulo Comitatus superbit; Hesdinum, *Hesdin*, vel *Hedin*: Rentiacum, *Rentii*: Bethunia, *Bethune*: nomine Comitatus gaudet, Aria, *Aire*: in loco palustri sita, & anno 1676. à Gallis domita: Tervanna, *Feroanne*, à Carolo V. Imperatore solo æquata, incolæ Gallicâ utuntur linguâ, & nunc Gallis parent.

II. *Flandria* sive Comitatus Flandriæ, Die Graffschafft Flandern/ per omnem Europam maximus, & urbibus splendidissimis quasi consitus & distinctus. Dividitur hodiè in *Flandriam Gallicam*, *Hispanicam*, & *Fœderatam*, sive *Hollandicam*. 17. Flandria Hispanica, Gallica, & Fœderata.

I. In Flandriâ Gallicâ urbes sunt; inter Oceanum & Legiam fluvium: Gravelina, *Grevelingen*, quam Galli 1658. sui juris fecerunt: Dunkerka: *Dünkirchen*, urbs ampla, mercimoniis dives, portu firmo, capacissimoque instructa, quam ingenti errore Gallis 1662. Angli vendiderunt: Mons S. Vinoci, *Winoxbergen*, captus 1668. Castellum Morinorum, *Cassell*, quod anno 1677. Galli occupârunt, Ypra, *Yperen*, urbs Episcopalis, una cum Castello Gallis cessit, *anno* 1678. Inter Legiam & Scaldim sunt: Bassea, *La Bassee*, periit *anno* 1668. Armentariæ, *Armentieres*: deditæ sunt Gallis, 1668. Duacum, *Douay*: ubi est Academia, sed victori Gallo cessit *anno* 1667. Tornacum, Galli *Tournay*, Belg. *Dornick*: castello gaudet firmo, quod Galli unà cum urbe 1667. occupârunt: Insulæ, Gall. *Lille*, Belg. Ryssel, Gallis deditæ *ann.* 1668.

II. *Flandria Hispanicâ*, Oceanum inter & fluvium Legiam, Hispanis adhuc supersunt; Novus portus, *Nieuport*: qui ipso nomine conditionem suam profitetur; Ostenda, *Ostende*, triennali obsidione, qua centum & viginti hominum millia utrinque ceciderunt, Fœderatis, qui acerrimè defendebant, vix extorqueri ab Hispanis potuit. Bruga, *Brüge*, urbs Episcopalis per commercia multas sibi divitias parit: Damum, *Dam*, robore suo Brugam tuetur; Blanckenberga, *Blanckenberg*, ad Oceanum sita, Gandavum, Gall. *Gand*. Belg. *Gent*. Caput est, & urbium Hispanicarum maxima, olim potens & opulenta, *Caroli V. Imp. locus natalis*, qui Castello nunc defenditur munitissimo contra vicinos, atque æmulos, Teneramunda, *Dendermonde*, nomen habet; quod ad confluentes Scaldis atque Teneræ sita est; Alostum, *Alost*, Comitatus titulo fulget: *Aldenarda*, *Oudenarde*, ad Scaldim, à quâ in duas partes secatur; Cortracum, *Courtray*, *Cortryck*: ad legiam fl. vallis suis denudatum.

III. In *Flandria Fœderata* seu *Hollandica*, præcipua loca sunt: Clausulæ, Gall. *Ecluse*, Belg. *Sluys*: captæ à Batavis anno 1604. cum Hispani obsidione Ostendana distraherentur, loca non magna quidem, sed munimentis suis firma sunt; Ardenburgum, *Ardenburg*: Isendicum, *Isendick*: quæ patria est *Wilhelmi Beuckelens*, qui primus docuit modum haleces saliendi: Birfletum, *Biervliet*: Cataracta, seu Ager Gandavensis, *T Sas van Ghent*, quem Hispani tanquam munimentum urbi Gandaviensi adpositum condiderant, sed fœderati sui juris fecerunt: Axella, *Axel*. Hulstum, Hulst. Terra vicina vocatur Vasia, *T Land van Waes*: Adhæret Flandriæ Insula *Cadsant* (cum aliis minoribus) unde prodiit & nomen accepit Doctissimus, & pacis Ecclesiasticæ amantissimus Theologus Georgius Cassander, quem ad hoc pacis negotium

gotium duo Augustissimi Imperatores Ferdinandus I. & Maximilianus II. per literas invitaverant.

18. Hannonia. III. Hannonia, sive Comitatus Hannoniæ, Gallis *Haynaut*, germanis, Hennegaw/ dividitur in Hannoniam *Gallicam*, sive superiorem, & Hispanicam, sive inferiorem.

I. In Hannonia Gallica, quæ longe major est, reperiuntur, Cameracum, Gall. *Cambray*: Belg. *Cammerich*, urbs Archi-Episcopalis, magnifica, munitissima, unde panni tenuissimæ telæ ad nos adferuntur; quam an. 1677. amissam Hispani simul atque cives lugent. *Terra*, in qua urbs sita est, *Cambresis*, & Castellum vicinum *Chateau en Cambresis* appellatur: Bochanium, *Bouchain, anno* 1676. in manus Gallorum venit: Valentianæ, *Valenchiennes*,, urbs robustissima, & tamen levi operâ *anno* 1677. à Gallis expugnata: Condate, *Condet, an.* 1676. subacta; Quercetum, *Quesnoy* 1654. domitum, Bavacum, *Bavay*, eodem impetu à Gallis captum, Landrecium, *Landrecy*, cum sororibus in potestatem Gallorum cessit; Avenna, *Avesnes*, Chimacum, *Chimay*, Principatus titulum præ se fert, *Mariæburgum*, quod nomen suum debet Mariæ, Caroli V. sorori; Philippopolis, *Philippeville*; à Philippo Hisp. rege nomen gerit: Bellomontium, *Beaumont*! Comitatus vocatur; Malobodunum, *Maubeuge*, multa sustinuit bello superiori.

II. In *Hannonia Hispanicâ* adhuc supersunt: Montes Hannoniæ. Gall. *Mons*. Germ. Bergen im Hennegau/ urbs magna, à Gallis inexpugnabili munimento firmata, & tamen pace Riswicensi Hispanis reddita; Athum, *Ath*: à Gallis similiter restitutum, Angia, *Enghien*, Principatus vocatur, Halla, *Halle*: ubi imago B. Virginis Mariæ, quam *Justus Lipsius* devotè colebat: Ligniacum, *Ligny*, titulo Principatus præfulget.

19. Namurcum. IV. *Namurcum* sive *Principatus Namurcensis*, die Graffschafft Namur/ nomen traxit à capite Provinciæ, quod est Namurcum, *Namur*, sive *Namen*, urbs præclara, & commodissimo loco, ubi Sabis cum Mosa miscetur, sita; Hanc tanti seculo superiori faciebat *Joannes Austriacus*, ut eâ expugnata Dominum se universi Belgii futurum crederet. Eam urbem vi summâ, inspectante *Rege Wilhelmo* nuper oppugnavit Gallorum exercitus, sibique subjecit: Sed Rex fortissimus pari ardore, Gallis ringentibus, & omnia frustra tentantibus, urbem aggressus recepit, & Hispanis restituit; Cætera loca sunt: Caroloregium, *Charle Roy*, in honorem Caroli II. Hisp. Regis conditum, sed statim à Ludovico XIV. oppressum; post varias tamen fortunæ vices pace Ryswicensi ad veterem Dominum rediit; Carolomontium, *Charlemont*, in gratiam Caroli V. hoc nomine ornatum, sed quod Galli jam diu possident.

20. Luxenburgum. V. *Luxemburgum*, sive *Ducatus Luxenburgicus*, das Hertzogthum Lützenburg; Metropolis est urbs ejusdem nominis, Lucemburgum, Gallis, *Luxembourg*, quam Galli altissima in pace *anno* 1684. invaserunt, sibique vindicarunt: nuper tamen novis operibus, vallisque abs se prius munitam Hispanis reddiderunt: Bastonacum, *Bastogne*, oppidulum amœnum, Hispanis paret. Cætera hujus magni Ducatus loca à Gallis possidentur; suntque Theodonis villa, Gallis *Thion-ville*, Belgis *Diedenhoven*, ad Mosellam; Mons medius, *Montmedy*: Epoisus, sive *Epusium*, *Tvoix*, quem locum mutato nomine Carinianum nunc vocari, *Carignan*, & Ducatus titulo ornari tradunt: Arlonum, *Arlon*: *Chivy*: nomen Comitatus. Præterea in Ducatu Lucemburgico sunt Provinciæ duæ, quæ alios Dominos agnoscunt, vel agnoscere debebant. I. *Ducatus Bullionensis*, quem Gothofredus Bullionensis, ejusque fratres Episcopis Leodiensibus seu vendiderunt, seu pignoris loco tradiderunt; sed pace Neomagensi Rex Galliarum Ducibus Bullionensibus hunc Ducatum adscripsit. Oppida sunt: Bullionum, *Bullion*; Fanum S. Huberti, *S. Hubert*, Rochefort. &c. II. *Partes quædam*, quæ *Principi Arausionensi* debentur; suntque Vienna, *Viande*, & Fanum S. Viti, *S. Veit*.

VI. *Limburgum*, seu *Ducatus Limburgicus*, Germ. das Hertzogthum Limburg/ quia habito respectu ad Brabantiam hic Ducatus trans Mosam maximam partem situs est, hinc à Belgis vocatur *T' Land van Overmaes*, à Gallis verò *le pais d' outre Meuse*, dividitur in urbes *Hispanicas*, & *fœderatas* seu *Hollandicas*. 21. Limburgum.

I. Inter urbes Hispanicas eminet Limburgum, *Limburg*, Saxo impositum, & ante hac probe munitum, sed jam superiori bello à Gallis tantùm non eversum, & prostratum.

II. Inter Hollandicas excellit Vicus, *Wyck*, ad Mosam, Trajectum contra, cujus altera quasi pars est: Deinde fœderati Belgæ possident Dalemum, *Dalem*: Montem Falconis, Germ. Falckenburg/ Gall. *Fauquemont*; Rodiam Ducis, Germanicè Hertzogen Rot/ Gall. *Rolduc*.

VII. *Brabantia*, sive *Ducatus Brabantiæ*, das Hertzogthum Brabant. 22. Ducatus Brabantiæ.

Habuit semper Brabantia magnam inter cæteras Provincias dignitatem, magnamque autoritatem; ejusque jura atque leges magni solebant fieri, undè & Principes harum terrarum *Bruxellis*, quæ est urbs Brabantiæ, commorari ut plurimum solebant. Hodiè dividitur Brabantia in urbes, quæ Hispanis parent, & in eas, quas Belgæ fœderati occuparunt.

I. Inter urbes Hispanicas excellunt: Bruxellæ, Gallis *Brusselles*, Belgis Brüssel/ urbs elegans, quæ olim Principibus, hodiè Gubernatoribus ex Hispaniâ missis sedem præbet splendidam, atque percommodam, Nivigella, *Nivelle*: Genapum, *Genepe*: Gemblacum, *Gembleurs*: Vilvordia, *Vilvorden*, infra Bruxellas ad eundem fluvium: Lovanium, *Lœven*, Gall. *Louvain*, cujus Academia viris doctis semper inclaruit, ubi & *Justus Lipsius* docuit, postquam à Belgis Fœderatis

deratis ad Hispanos transiisset, Tienæ, *Tienen*, Gall. *Tillemont*, Diesta, *Diest*, quod olim Principibus Arausionensibus debebatur: Arescotum, *Arschot*, quod Ducibus hujus nominis appellationem dedit: Lira, *Liere*: *Lillo*: castrum ad Scaldim, infrà Antverpiam; à quo non longè distat *Sandvliet*.

II. Inter Belgarum Fœderatorum urbes hæ præ cæteris eminent, Bergæ ad Zomam, *Bergen ob Zoom*, Breda, *Breda*, ubi an. 1667. Angli atque Batavi pacem restauraverunt. Vindicant sibi Baroniam Bredanam Principes *Arausionenses*, ejusque reditibus gaudent: Sylva Ducis *s. Hertogenbusch*, Gall. *Bois le Duc*, Germ. Hertzogenbusch/ locus, quemadmodum & urbs Bredana, omnium munitissimus, Gravia, *Grave*: ad Mosam, quam superiori bello strenuè defendebant Galli, sed majori animo aggrediebatur Princeps Arausionensis, Gallosque loco cedere cogebat: Trajectum ad Mosam, *Mastricht*, à Gallis vi summa oppugnatum atque captum, à Principe Arausionensi irrito conatu obsessum, à Gallis tamen pace Neomagensi redditum.

23. Comitatus Antverpiæ. VIII. Antverpia, sive Marchionatus S. Rom. Imperii, Die Margraffschafft Antorff, in Ducatu Brabantiæ una sua urbe constat atque concluditur. Erat Antverpia, quæ Gallis *Anvers*, Belgis *Antwerpen*, Germanis Antorff vocatur, Belgii ocellus, totius orbis Emporium, antequam Amstelodamenses omnium oculos in se converterent. Castellum jussu Philippi II. exstruxit Dux Albanus, qui eo ipso animos Belgarum à Rege avertit.

24. Mechlinia. IX. *Mechlinia*, sive *Dominium Mechliniense*, Die Herrschafft Mechelen/ in eadem Brabantia, similiter unâ urbe paucisque pagis constat. Mechlinia, Gall. *Malines*, Germ. Mechelen/ Archi-Episcopatum habet, quo hactenus inclaruit.

25. Geldria. X. *Geldria*, sive *Ducatus Geldriæ*, Das Hertzogthum Geldern / complectitur longissimum, sed angustum terræ tractum, inde à Ducatu Limburgensi, usque ad sinum Austrinum, vulgò, *de Zuyder Zee.* Dividitur in Geldriam *Australem*, sive superiorem, quæ Hispanis adhuc paret, & *septentrionalem*, sive inferiorem, quæ cum aliis Provinciis in fœdus coaluit.

I. Geldriæ Hispanicæ urbes sunt, Ruremunda, *Roermonde*, ubi Rura, *Rœr*, cum Mosa miscetur; Horna, *Hoorn*, quæ Comitatus honore celebris est; Castellum Menapiorum, *Kessell*, Venlo, in ripa Mosæ; unde fossam Hispani ad Rhenobergam usque ducturi erant; sed irrito conatu: Geldria *Gelre*, caput hujus Ducatus, undè Provinciæ nomen, Wachtendoncka, castellum, ad fluvium *Niers*.

II. Geldria Fœderatorum, dividitur in Betaviam, *de Betuwe*, inter Vahalim & Rhenum & Velaviam, *de Veluwe*, quæ est inter Rhenum, Isalam, & sinum Austrinum.

1. In *Betavia*, ubi vera Batavorum veterum sedes erat, caput cæterarum urbium est Neomagus, *Niemegen*, ad Vahalim, celebris antiquitatibus Romanis, cujus specimen dedit *Smetius*, itemque pace, quæ anno 1678. & 1679. hic confecta est; Bateburgum ad Mosam, Batenburg, veterum Batavorum sedes, Tiela, *Tiel*, cujus tractus vocatur, *Tieler-Waert*, Bommelia, *Bommel*, ubi Mosa atque Vahalis Insulam, quam *Bommeler Waert*, appellant, efficiunt: Culemburgum, *Culenburg*, & Bura, *Buren*, nomina sunt Comitatuum: Munimentum Schenckianum, Schencken-Schantz/ quod in Rheni divortio extruxit superiori sæculo *Martinus Schenckius*, & Castello nomen imposuit. In insula Bommelensi sunt munimenta: *Voorn*, & *S. Andreæ*, itemque Castellum Löwenstein.

II. In *Velavia* sunt: Arenacum, *Arnheim*, urbs non ignobilis ad Rhenum fluvium, paulò inferius occurrit *Wageningen*: ad littora sinus Austrini sunt: *Harderwyck*, ubi Ordines Geldriæ Academiam constituerunt: & Elburgum, *Elburg*: ad Isalam est *Hattem*.

XI. *Zutphania*, sive *Comitatus Zutphaniæ*, die Graffschafft Zutphan/ inter Rhenum, Isalam, & Westphaliam; urbs princeps est Zutphania, *Zutphen*, quæ regioni nomen dedit: Grolla, *Groll*; oppidum permunitum: ad Borckelam fluvium sunt *Borckeloa*, & *Lochemum*, non longè ab Isala fl. sunt; *Anhalt*, & *Doteckum*: Ad Isalam est *Doesburgum*: inter Doësburgum, & Zutphaniam est Baronia, seu Comitatus *Bronchorst*. 26. Comitatus Zutphaniæ.

XII. *Transisalania*, sive *Dominium Transisalaniæ*, Belgicè, Over-Yssel / regio est ampla, sed palustris, & multis aquis interfusa; Nomen habet; quod trans Isalam in veteri solo Germanico sita est, dividitur in tres regiones, quarum 27. Dominium Transisalaniæ.

I. Est Sallandia, in qua sunt Daventria, *Daventer*, olim Episcopatu, nunc schola publica illustris; Zwolla, *Zwoll*, emporium non incelebre, Campena, *Campen*, inter Ostia Isalæ jacens. Erant quondam liberæ Imperii Germanici urbes: sed nunc Belgis fœderatis sunt innexæ; Cætera oppida sunt; Hasseletum, *Hasselt*. Clausulæ nigræ, *Swartesluys*; Vollenhovia, *Vollenhoven*, ad littora Maris Austrini, Stenovicum, *Steenwyck*, & Meppel, itemque *Hardenberg*, sunt oppida mediterranea.

II. Est Twentia, *Twente*, infra Sallandiam, cujus oppida sunt *Enschede*: *Oldensael*: *Otmarsch*: *Almeloo*: *Delden*: *Diepenheim &c.*

III. Est Trentia: *Trente*: ubi est Covordia, *Cœvordia*, munimentum ad regulam artis extructum, quod Monasterienses nuper occupaverant, sed artibus *Rabenhaupti* tribuni mox recuperatum.

XIII. *Groninga*, seu *Dominium Groningense*, die Herrschafft Gröningen / Metropolis est Groninga, Gröningen / urbs ampla & potens, quæ fortitudine suâ obsidionem Monasteriensium, tametsi igne urbem infestarent, tamdiu sustinuit, donec auxilia 28. Dominium Groningense.

Xxxxxxxx appro-

appropinquarent, quibus freti cives hostem repulerunt; Terra ubi vicina Omlandia, dici solet; *Ommeland. De lange Acker-Schantz, Dam*, & *Delfzyl*, castella sunt ad ostium Amisiæ, *Den Dollart*.

29. Domin. Westfrisiæ. XIV. *Westfrisia*, seu *Dominium Westfrisiæ*, West-Friesland / ita cognominatur, ut distingui possit ab *Ost-Frisia* sive Frisia Orientali, quæ est pars Imperii Germanici. In *West Frisia* urbes sunt, & littorales quidem; Harlinga *Harlingen*, celebris commerciis, portu, & munimentis suis: Stavera, *Stavern*, ubi portus similiter bonus est; In ipsâ media Provincia urbes nominantur, Dockumum, *Dockum*, Leowarden, *Leuwarden*: caput West-Frisiæ, Franeckera, *Franecker*, habens Academiam celebrem; sunt præterea *Bolswart*: *Sneeck*: & *Sloten*: oppida non ignobilia.

Adnumerari West-Frisiæ à Geographis solent *Insulæ* quædam, quæ septentrionem versus his Provinciis adhærent, quæ sunt: Schellinga, *der Schelling*, Amelandia, *Ameland*: Monicoga, *Schiermonick*.

30. Dominium Ultrajectense. XV. *Ultrajectum* sive *Dominium Ultrajectense* Utrecht/olim Episcopum habebat, qui Trajecti ad Rhenum, *Utrecht*, sedem habebat, urbe ampla, & copiosa, & quæ nunc Academiâ suâ admodum inclarescit, Posteà sunt: Amersfordia, *Amersfort*: Rhena, *Rhenen*: Batavodurum, *Wyck te Duerstede*: Monfortium, *Monfort*.

31. Hollandia. XVI. *Hollandia*, sive *Comitatus Hollandiæ*, Holland/oder die Graffschafft Holland. Quoniam hæc Provincia plurimum inter Belgas fœderatos valet, Ordinumque Generalium conventus *Hagæ Comitum* haberi solet, & præterea opibus numeroque urbium magnarum præ cæteris excellit, hinc apud exteros, Germanos imprimis hujus Provinciæ nomen pro VII. fœderatis accipitur. Solet dividi in *Terram continentem*, & *Insulas* quasdam. Terra rursus in Hollandiam *Septentrionalem* & *Australem*, Germ. Nord-Holland/Sud-Holland.

I. In Hollandia septentrionali urbes sunt; Medemblicum, *Medemblick*: Enchusia, *Enckhuysen*, Horna, *Hoorn*, Monachodamum, *Munikedam*, Edam, *Edam*, unde casei præstantiores exportantur; Ambsterdamum, *Amsterdam*, quod à fluviolo Ambstela nomen traxit; Urbs est toto orbe, quem navibus suis pererrat, celebris. Hic igitur apud utriusque Indiæ Societates in earundem ædibus videre licet merces, quas universus orbis profert, huc homines confluunt, quos nusquam terrarum uno in loco videre dabitur: Sed extat peculiaris liber *Philippi Zesii*, qui famam urbis ebuccinat. Sequitur post Ambstelodamum in eodem littore Muda, *Muyden*, & post hanc Nardenum, *Naerden*, in cujus cives atrociter Hispani sæviebant: Urbes Mediterraneæ sunt, Alcmaria, *Alckmaar*, probe munita. Harlemum, *Harlem*, ad mare hujus nominis situm, ubi similiter in cives crudeli sævitiâ, quæ proverbio: *Actio Harlemensis*, Originem dedit, Hispani grassati sunt. Etiam Harlemensibus gloriam inventæ Typographiæ *Hadr. Junius*, vindicare conatus est.

Non omitti debet, *Vicus Egmondanus*, ubi quondam Comites Egmondani sedem habebant.

II. In Hollandia Australi sunt: Lugdunum Batavorum, *Leyden in Holland*, urbs peregregia, quæ obsidionem Hispanorum fortiter sustinuit, & nunc Academia illustris habetur: Haga Comitis *s. Gravenhage*, vicus est toto orbe celeberrimus, ubi Ordines Fœderati conveniunt, exterorum Principum Legatos audiunt, rebusque suis consulunt: Delfi, *Delft*: ubi armamentarium Batavorum instructissimum; Inter Hagam & Delphos est arx *Ryswick*, ubi superiori anno 1697. pax Gallum inter & hostes ejus facta est. Schiedamum, *Schiedam*, Delphorum portus, *Delfshafen*: Roterodamum, *Roderdam*, munitione suâ, commerciis, & cive suo Erasmo Roterodamo, in cujus honorem statua in foro erecta stat, clarum habetur: Dordracum, *Dort*: Germ. *Dordrecht*, magnam sibi famam peperit ob Synodum Dordracenam, quam in causâ Arminii anno 1618. Reformati hac in urbe habuerunt. Trans Leccam fl. sunt Gouda, *Goude*, quæ inter magnas Hollandiæ urbes refertur: Aquæ veteres, *Oudewater*: *Montfoort*: *Schonhoven* & *Yselstein*: Inter Leccam & Mosam sunt: Viana, *Vianen*: Leerdamum, *Leerdam*: Gorichemium, *Gorcum*, unde vicinus tractus vocatur *T' Land van Gorcum*, Trans Mosam occurrunt: Crepicordium, *Crevecoeur*, sic satis munitum, Heusdena, *Heusden*, Vorconium, *Worcum*: Mons S. Gertrudis, *S. Gertrudenberg*; ad lacum, qui Batavis, *den Biesbos* vocatur; Guilhelmostadium, *Willemstadt*, à Principe Arausionensi Guilhelmo, Heroe inclyto conditum. Ad numerantur Hollandiæ Insulæ quædam, septentrionales & Australes. *Septentrionales* sunt, *Texel*, & *Ulieland*: portubus bonis instructæ: *Australes* sunt: I. Iselmunda, *Yselmonde*, quæ Roterodamo objacet: II. Vornia, *Voorn*: ubi sunt, Briela, *Briel*: quæ prima contra Hispanos insurrexit, exulumque naves in portum suum recepit: *Hellevoetsluys*: Portus est non incommodus. III. Beverlandia: *Beverland*. IV. Trans-Flacheana, *Overvlacke*; in quâ est *Somersdyck*: V. Goderea, *Gœree*, ubi est *Gœrree* oppidum.

XVII. *Selandia*, sive *Comitatus Selandiæ*, die Graffschafft Seeland / in complures insulas dividitur, quas Scaldis, Mosa, atque Rhenus in Oceano efficiunt. Urbes hic nominantur: 32. Selandia.

I. In Valachria, quæ Belgis *Walcheren* dicitur, Flissinga, *Ulissingen*, quæ ob situs, portusque commoditatem à Carolo V. Imp. *Clavis* Belgii & Imperii Hispanici vocabatur, Middelburgum, *Middelburg* in mediâ Insulæ

sulæ regione situm, magna inter suos autoritate gaudet. Arx *Ramecken*, sive *Zeeburg*, ad littus maris: Campoveria, *Veree*, sive *Campvere*, Dominum habet Principem Arausionensem.

II. In Bevelandia Australi, Zuydbeveland; Gœsa, *Ter Goes*, oppidum satis lautum, magna hujus Insulæ pars sub mari latet, Belgis **das vertrunckene Land**.

III. In Bevelandia Boreali, Noortbeveland, Campena, *Campen*, oppidum, quod ægre contra vim maris defendi ac servari potest.

IV. In Scaldia, quæ Belgis Schouwen vocatur: Ziriczæa, *Ziriczee*, ubi portus percommodus, Brovenhavia, *Brouwershaven*: Bommenia, *Bommene*.

V. In Tola, Tolen: oppidum ejusdem nominis: itemque *Martensdyck*.

33. Quinam populi in Belgio fuerint. In Geographiâ veteri observandum, quinam olim populi hanc antiqui Belgii partem incoluerint: In Flandria erant *Morini*: in Artesiâ, *Atrebates*, quorum urbs erat Atrebatium, nunc, *Arras*: in Ducatu Lucemburgico *Nervii*, & *Pæmani*: In Brabantia & Geldria superiori, *Menapy*, quorum erat Castellum Menapiorum ad Mosam, nunc *Kessel*; In Limburgo & Episcopatu Leodiensi, *Tungri*, quorum nomen mansit in oppido Tongeren, *Eburones*, & *Condrusii*, à quibus Provinciæ *Condros* nomen hæsit: In Hollandia Australi, Ultrajecto, & parte Geldriæ, *Batavi*, undè pars Geldriæ, adhuc nobis *de Betuwe* vocatur: In Hollandia septentrionali, Frisii minores: ad Isalam & in West-Frisia, *Frisii-Majores*: in transisalania *Salii*: quorum terra hodiè Sallandia est, & *Bructeri*, qui inter Germanos computantur; denique in Selandia erant *Taxandri*.

34. Brevis Historia Belgica. VII. *Historia Belgica*. Belgas primus ex Romanis Ducibus aggressus est *C. Julius Cæsar*, qui eos cum reliquâ Galliâ domuit, iisque jugum imposuit. Mansere deinceps sub Imperio Romano usque ad tempora *Honorii* Imp. quando multi Germanorum populi & in iis *Franci* Rheno trajecto Romanos è Belgio pepulerunt, sibique eam terram vindicârunt; progressu temporis tot Domini in Belgio sunt enati, quot erant Provinciæ. Defunctis paulatim veteribus possessoribus vel per pacta successoria, vel matrimonia uniri quædam Provinciæ cœperunt, quæ posteà ad Duces Burgundicos venerunt: indè post obitum Caroli Audacis, cujus filiam unicam & hæredem Mariam duxerat Maximilianus I. ad Germanos, & Principes Austriacos: ac tandem cum Philippus Maximiliani filius in Hispania Johannam, Ferdinandi Catholici atque Isabellæ filiam, in uxorem acciperet, ad Hispanos translatæ sunt.

Ex his Carolus V. Imperator, Philippi filius, septendecim Provincias conjunxit, atque ad filium Philippum II. transmisit, verum Philippus II. cum misso in Belgium *Duce Albano* attrectare Ordinum Belgicorum Privilegia atque libertatem videretur, Belgæ ductu atque auctoritate Guilhelmi, Principis Arausionensis, Regi Hispaniæ Philippo II. Obsequium renuntiarunt, ex iisdem septem Provinciæ in novum systema, seu fœdus arctissimum coaluerunt. Factum id est, anno 1579. & 1583. à quo tempore inter Hispanos, Ordinesque Fœderatos per 80. ferè annos bello cruento certatum est. Donec tandem anno 1648. *Monasterii* in Westphalia Belgæ ab Hispanis dimissi plenissimam libertatem consecuti sunt. Ordo fœderatarum Provinciarum, quo in Comitiis utuntur, hic est: I. Ducatus Geldriæ, unà cum Comitatu Zutphaniæ. II. Hollandia. III. Zeelandia. IV. Ultrajectum. V. West-Frisia. VI. Transisalania. VII. Groninga.

VIII. Archi-Episcopatus, & Episcopatus; cum olim in Belgio non nisi IV. essent Episcopatus, *Cameracensis*, *Atrebatensis*, *Tornacensis*, & *Ultrajectinus*, Paulus IV. Pontifex Romanus, petente Philippo II. anno 1559. tres Archi-Episcopatus, & quindecim Episcopatus constituit. Sed illa novorum Episcoporum constitutio Belgarum animos valdè irritavit, causamque præbuit, cur à Rege deficerent. I. Archi-Episcopatus Mechliniensis, qui *primatis* nomine inter Belgas gaudet, sex habet Episcopos suffraganeos, qui sunt: *Antverpiensis*, *Brugensis*: In Flandria; *Gandavensis* in eadem Flandria, *Ypensis*, ibidem: *Ruremondensis*: in Geldriâ: *Sylvaducensis*, Hertzogenbusch, in Brabantiâ: sed hic ad seculum rediit. II. Archi-Episcopatus Cameracensis, in urbe Cameracensi: cui quatuor suffraganei subsunt: *Atrebatensis*, in Artesia; *Tornacensis* ad Scaldim: *Audomarensis* in Artesia; *Namurcensis*, in Comitatu Namurcensi. III. Ultrajectinus, sed qui unà cum suffraganeis suis ab Ordinibus Fœderatis, in quorum potestate sunt, sublatus est. Episcopi suffraganei erant: *Daventriensis*, in Transisalaniâ, *Gröningensis*, in Dominio Gröningensi; *Harlemensis*, in Hollandia, *Leovardiensis*, in Frisia: *Middelburgensis* in Zelandia. Sed Rex Galliæ *jus Regaliæ*, ut vocant, in Belgio quoque exercet, & Episcopos in Provinciis suis, quas in Belgio sibi acquisivit, nominat, & deindè Pontifici confirmandos sistit. vid. *Aub. Mirans*, de Statu Relig. Christ. *lib.* I. *cap.* 31.

IX. Academiæ Belgicæ; sunt illæ vel Romanæ Religioni addictæ, vel Reformatæ. Romanæ sunt: *Duacensis*, *Lovaniensis*, & *Mechliniensis*.

Reformatæ: *Lugdunensis*: & *Alcmariensis*, in Hollandia: *Ultrajectina*, in Dominio Ultrajectensi: *Harderwicensis*; in Geldriâ: *Franeckerana*; in Westfrisia: *Gröningensis*, in Dominio Gröningensi, quæ omnia studiosè tradit *Joh. Gerhard. Arnold. in Tabulis Geographicis*.

Notarien.

SUMMARIA.

1. *Notarius quid & quotuplex.*
2. *Est servus publicus.*
3. *Notarios qui creare possunt.*
4. *Notarii gaudeant plena securitate.*
5. *Requisita ad hoc.*
6. *Notarii differunt.*
7. *Quid circa Notariorum executiones & insinuationes processuum observandum.*
8. *Notarii scripturæ sine testibus non creditur.*
9. *Testium examinatio an competat Notario?*
10. *De modo creandi Notarios eorumque signetis.*
11. *Error Notarii contrahentibus non obest.*
12. *Notarii persona licet vilis dicatur, ars tamen ejus bona est & honesta.*
13. *Quomodo Notarii officio suo fungi debeant?*
14. *An instrumenta Notarii, extra Territorium Magistratus sui, inter non subditos confecta probent?*
15. *Notarius num sibi in testamento quid adscribere poterit?*
16. *Specialia de Notariis.*

TOta hæc materia latissimè traditur *in Recess. Imp.* & præcipuè *in ord. Cam. ann.* 1500. *tit.* 5. *& seqq. In Ord. Notar. Coloniens. anno* 1512. *in R I. anno* 1551. 1557. *&* 1600. quorum omnium tenor habetur *in Tom.* 1. *har. constit.* quò lectorem remitto. Addo tamen illis sequentia: *Notarius* à notando sic
1. Notarius quid & quotuplex. dictus; notare autem idem est, quod consignare, diligenter scribere & observare, quæ à partibus aguntur & dicuntur; dicitur & *Tabellio*, â tabula, in qua olim scribi solebat, *L.* 15. *in fin. C. de fid. Instrum.* Et est Notarius persona publica, qui varia hominum negotia, diversosque actus in solennitatem publicam & authenticam scripti formam redigit, atque ita dignam plenamque fidem, ad perpetuam posterorum memoriam, facit; & talis alius est *legalis*, qui est inscriptus matriculæ Notariorum in Camera, alius *non legalis*, qui non est inscriptus. Iste Processus Camerales exequi potest, hic verò minimè, *Mynsing. cent.* 2. *obs.* 18. eorumque autoritas sese non extendit ultra jurisdictionem ejus, cujus autoritate est creatus. Sic Notarius creatus à Rege Hispaniæ in Imperio fidem non meretur, quia eadem ratione Notarius Apost. in rebus secularib9, & inter Laicos, nullam habet autoritatem, secundum *Frid. lib.* 2. *de manda. c.* 53. *n.* 18. Quod tamen in Terris Catholicis, uti constat, aliter observatur.

2. Est servus publicus. Dicitur idem *servus publicus*, non quod servus sit conditione, qui Notarius esse non potest, cum servi pro nullis habeantur, *L. quod attinet*, imò pro mortuis, *L. servitutem* 209. *ff. de R. I.* Sed quod omnibus pariter munus suum implorantibus & requirentibus, pauperi æque ac diviti, ex officio, inservire debeat & teneatur, dahero/ wann man ihnen Silber und Gold aufflegt / und damit subarrhiret/ sie sich gebrauchen lassen müssen. Also kan eben selbiger Notarius, so einem eine Retorsion oder Protestation insinuiret; gleich wieder requiriret werden/ daß er eine Gegen-Protestation deme/ so er zuvor gedienet/ insinuire / quamvis dissentiat *Harprecht. tr. de retors.* nam non operam alicui Notarii locant, ut Advocati, sondern sie bleiben und sollen gantz unpartheyisch seyn.

3. Notarios Habentque hi Notarii publici suam autoritatem vel à *Summo Pontifice, Imperatore, Rege*, vel aliis quibus suam ad eam rem potestatem sunt impartiti, puta *Comitibus Palatinis*, vel vice-Comitibus Palatii Lateranensis. qui creare possunt. Summus enim Pontifex primò & per se, virtute supremi Imperii vel jure majorum Regalium, cum effectu pleno, Notarios creare potest, per tradita *Mart. Mayeri intr. de Advocat. armat. cap.* 17. *n.* 231. unde nemo, nisi qui ab ipso Imperatore hac de re specialiter privilegiatus est, hanc potestatem sibi adscribere potest. Licet hodie jus hoc quidam Imperii Status ad se traxisse videantur, dum *Archigrammateos*, vulgò Die Stadt-Schreiber/ quoad confectionem Instrumentorum publicorum ac Testamentorum, Notariis quibusdam in locis æquiparatos videamus, qui tamen extra territorium constituentis, officium suum expedire nequeunt; In quo notabiliter à *Notariis publicis & immatriculatis* differunt; nam hi ubique in Imperio Romano officio suo fungi possunt, unde etiam Käyserliche und öffentliche Notarien dicuntur, weil sie entweder ab Imperatore, vel ex Cæsarea potestate creiret. Ex quo est, quod si in exercitio officii sui ab aliquo impediantur, molestentur, offendantur, ullave injuria vel damno afficiantur, detineanturve adversus ea committentes, actio ex privilegio competat *Mager d. loc. N.* 232. 4. Notarii gaudeant plena securitate. Et hoc potissimùm in Notariis in Camera immatriculatis, processus Camerales exequentibus procedit: ii enim specialiter quoque privilegiati, salvo conductu & salvaguardia muniti sunt, ut patet ex *Ordinat. Cam. part.* 1. *tit.* 49. §. *pen. Mager d. loc. num.* 236. ubi formulam supplicationis pro citatione contra offensores Notariorum Imperialium addit. Ut autem Notarii, ut personæ publicæ & Judices Chartularii, plena securitate gaudeant, requiritur *primò*, ut de ipsorum officio constet, vel instrumento, vel matricula illorum, vel superioris, sub quo habitat rescriptione, vel longo notariatus exercitio, alias fides eis, eorumq; Instrumento haberi non potest, parte tamen non opponente, aut excipiente, Judex non urget probationem Notariatus literæ & signi. *Secundo*, requiritur, ut de impertiendo officio suo fuerint 5. Requisita ad hoc. requi-

requisiti, nam istud invitis obtrudere non possunt, cum chartularii tantum judices sint, nec terrere possint. Illud tamen constat, ipsos requirentibus officium suum impartiri debere, alioquin puniri. *Tertio*, ut de commissione sibi facta doceant, cum ipsorum assertioni de ea non stetur, & si commissionis tenorem non citata scilicet parte, inseruerint, imò, secundum quosdam, nec aliàs rogati præsumuntur, de rogatu tamen in Instrumento inter partes confecto, testantibus credi omnes volunt, & Notarius, si Instrumentum, facti seriem rectè explicatam continens, publicat, & parti communicet (sicut de jure Instrumenta exhibere, & communicare cogitur, imo ut exhibeat, licite attestatur) licet nulla ibi factæ rogationis expressa fiat mentio, rogatum illum præsumi tradunt, *Thes. Basil. Volum.* 2. *d.* 7. *l.* 1. §. 1. 3. & 4. præsertim si testes adhibeat, eorumque nomina & præsentiam Instrumento inserat, cum eorum subscriptione. Et sic, si prædicta hæc requisita habeant, ob publicam, qua pollent à Principe sibi concessam autoritatem, in exercitatione officii sui à nemine impediri, molestari, offendi, nullaque injuria aut damno, ut dictum, affici, detinerique debent: contra facientes privilegiatam eorum securitatē violant, & contra eos sunt eadem remedia, quæ in violatores judicum delegatorum, aut Commissariorum *ibid. vol.* 2. *d.* 7. *l. iſi* 4. Sed hæc securitas Notariorum hereditaria non est, sed cum persona extinguitur, cum officium tabellionat9 ad heredes non transmittatur, sicut & privilegiū creandi Notarios regulariter cum persona extinguitur, *ibid. vol.* 2. *d.* 7. *l. kkk*. 2.

6. Notarii differunt.

Ex superioribus patet, quod inter Notarios sit differentia: quidam enim à *Summo Pontifice* vel quibus hæc potestas ab eo concessa (unde etiam Päbstliche Notarii vocari solent) quidam ab *Imperatore*, vel ex illius concessione & privilegio à Comitibus Palatinis creantur, quidam sunt simpliciter Notarii, quidam denique Cameræ Imperiali immatriculati. De hac differentia ejusque effectibus *Stein. in Man. Notarior. fol. m.* 4. sic scribit: der Unterscheid ist / daß etliche Notarii am Käyserl. Cammergericht immatriculiret seynd / dahero den approbirten immatriculirten Notariis am Käyserl. Cammergericht / in Execution der Processen vollkomner / und sonst insgemein mehr dann den andern Notariis Glauben gegeben wird. Item, daß etliche von der Römis. Käyserl. Majestät oder den Comitibus Palatinis, und etliche von Bischoffen / Fürsten / und andern Ständen zu Notarien geordnet seynd / ob sie schon gleichwohln in gemein darzu gemacht / können sie doch ausserhalb derjenigen / so sie zu Notarien geordnet / Territorio, Gebieth oder Gerechtszwang / die desselben Fürsten Gebieth nicht unterworffen / keine Instrumenta verfertigen oder auffrichten. Quam differentiam approbat etiam *Greg. Tholosan. in Syntag. Jur. univers. lib.* 48. *c.* 42. *num.* 22. Porrò circa Notarios Immatriculatos Cameræ Imp. ac executiones processuum notandum, quod in Camera Citationum, aliorumque processuum executiones, puta mandatorum, ex ordinationis præscripto, bifariam fieri possint, *vid.* Cammergerichts-Ordnung *part.* 1. *cap.* 36. & *cap.* 39. (1. aut per Nuncios juratos Cameræ, durch geschworne Cammergerichts-Botten / vel (2. per Notarios in matriculam Cameræ receptos, welche bey dem Käyserl. Cammergericht immatriculiret / oder dem rotulo Notariorum einverleibt: Nam Notarii non immatriculati Processus in Camera exequi non possunt, & si exequantur, proclama contra citatum non decernitur, nec in ejus contumaciam proceditur: quia paria sunt, non citare, vel non legitime citare, *text. in C. fin. de fer. & in l.* 1. *ff. eod.* Ac sicut Nuncii relationem ad finem Originalis Citationis conscribere, ita Notarii Instrumentum super facta executione citationis conficere, & tenorem Commissionis, h. e. ipsius citationis plene inserere debent, *Gail. lib.* 1. *obs.* 54. *num.* 6. & *seqq.* Et licet privilegiorum insinuatio, ut valeat, coram Judice competente fieri debeat, *text. in l. testamenta & in l. consulta divalia. C. de testam.* constat tamen, quod etiam insinuatio fieri queat Parti in præsentia Notarii & 2. testium: quia Notarius habet jurisdictionem sive notionem in voluntariis actibus, & judex, ut dictum, chartularius appellatur, post alios *Gail. lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 13.

7. Quid circa Notariorum executiones & insinuationes processuum observandum.

8. Notarii scripturæ sine testibus non creditur.

Soli Notarii Scripturæ sine testibus non creditur, *Novel. Constit.* 6. *collat.* 4. & *Novell. Constit.* 49. *C. sed et si. collat.* 6. & tradunt *post gloss.* cœteri in *L. generali C. de tabul. lib.* 10. Quod ipsum quidem & novissima ordinatio à D. Maximiliano I. Coloniæ publicata, statuit, in §. und nach dem von gemeinen Rechten / ubi inter cœtera, quæ tam juri communi, quam de consuetudine ad solennitatem instrumentorum requiruntur, & hoc refertur, daß die Zeugen darzu genommen / deren aller Namen und Zunamen klärlich darin beschrieben werden sollen. Horum autem testium examinatio solis judicibus, non aliis competit, cum sit species jurisdictionis, *l.* 18. *C. de fid. Instr. Nov.* 90. *c.* 1. *C. cum causam.* 37. *X. de test. Tuscus verb. testes, concl.* 164. *n.* 2. & *seqq. Farinac. de testib. q.* 77. *num.* 175. ubi omnes unanimiter concludere asserit, testes existentes in loco judicii à Judice, non Notario esse examinandos, *Donell. ad l.* 4. *C. de test.* Et tale testium examen, receptum à Notario, absque decreto & Commissione Judicis, dicitur nullum, siquidem apparent sine jurisdictione examinati, *Tuscus d. verb. testes. conclus.* 164. *num.* 10. & *seqq. Postius de manutenend. obs.* 93. *n.* 1. In casu autem necessitatis v. g. infirmitatis, peregrinationis, testes à Notario examinati tantum præsumptionem inducunt, *Hotom. de art. Notariat. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 24.

9. Testium examinatio an competat Notario?

10. De modo creandi Notarios eorumque signetis.

De modo & forma creandi Notarios *vid. Jac. Bornitium de different. Instrum. lib.* 2. *c.* 16. ubi §. *præterea &c.* inquit Notarius etiam per Calamum sive pennam investitur; mit Uberantwortung seines gebührenden Werckzeugs / als Feder / Papier / Dinten und Schreibzeugs. Item aurei Annuli traditione, & impositio-

positione Bireti simplicis, ut instar auri puram conscientiam & constantiam servet, falsitatem fugiendo, & sine respectu personarum fideliter procedendo. Conceditur quoque iis singulare Signum, vulgò *Notariat-Signet* und Zeichen/ quod Instrumentis subnectitur, in fidem testimonii, ut alieno signaculo non liceat signare Scripturas, sed si id forte absfuerit, vice ejusdem annulo signatorio utatur cum clausula: In Mangel meines Notariat-Zeichens mit meinem gewöhnlichen Petschier bekräfftiget: Quod Signum Notarii sibi ipsi deligunt, aut datur à Creatore; adjungunt etiam plerumque aliquam sententiam vel parœmiam loco symboli, quod ajunt. Ac ipsum Notariatus Signum, ita è multis delegi oportet, ut perpetuo maneat, ac retineatur, & ne fortè post, pœnitentia illius, aliud eligat Notarius, quo utatur. Eo ipso enim facile accideret, ut non tantum levitatis, sed etiam de falso argueretur. Nec sane quorundam consuetudo placet, qui signis utuntur typo impressis: Melius est, Signis manu ductis uti. Nam propterea vocantur signa manualia, Handzeichen die auß freyer Hand gezogen und gemacht seyn sollen/ *Cnaust. de art. Notar.*

11. Error Notarii contrahentibus non obest. Hinc Notarii si in negotiis suis errent, contrahentibus id ipsum obesse non debet, *L. si librarius* 92. *ff. de R. I. C. & l. fin. & ibi Bald. per illum text. C. de fideicomm. Everh. in Topic. Legal. loc. ad Emphyt. ad cens. n.* 9.

12. Notarii persona licet vilis dicatur, ars tamen ejus bona est & honesta. Quamvis porrò Notarii persona vilis dicatur, utpote omnium servitio & obsequio necessariò exposita, *l.* 2. *rem pupill. salv. for. L. non enim ff. de adopt.* ejusque officium vile appelletur, *in gloss. in L. universos. de Decur. lib.* 10. *Guid. Papæ sing.* 34. 139. 280. & 624. ut etiam Notarii munus suscipiens perdat privilegium officii, *secundum L.* 2. *de Tabul. lib.* 10. nec Notarii possint esse decuriones, *L. universos C. de Decur. lib.* 11. Sciendum tamen & admonendum, Notarii vocabulum non semper satis intellectum, & huic officio abusivè impropriéque attributum fuisse. Notarii namque olim dicebantur illi, qui notis, ut plurimum inter scribendum scitè celeriterque utebantur, erantque plerique librarii. Hodiernis verò temporibus iis tantum Notarii nomen attribuitur, qui publica conficiunt instrumenta, idque eam ob causam, ut putatur, quod & ipsi certis uterentur notis &c. *Author artis Notar. tom.* 1. *fol. m.* 2. Ars etenim Notariatus, quæ bona & honesta est, dicitur scribendi per notas & celeriter excipiendi, quod plerumque à Notariis fit per notas sibi cognitas; Unde *Barbosa lib.* 12. *c.* 18. *ax.* 1. tradit: Notarium neminem præsumi, nisi probetur. *ax.* 2. Autoritas Notarii jurati æquipollet duobus testibus. *ax.* 3. Simplicitas Notarii non debet nocere partibus. *ax.* 4. *prout supra jam dictum*: Notarius in propria causa officium suum exercere nequit. *ax.* 5. Notarius semel electus amplius mutari non potest. *ax.* 6. Notariæ artis summam scripsit *Rudolph. Roland. Venet.* 574. *in fol.* Notarius postea Doctor creatus, instrumenta, quæ valent, facere potest, *Walther de privileg. Dd. p.* 357. munus suum omnibus implorantibus impertiri debet. *p.* 359. Ejus officium de jure communi Dd. non est permissum, *p.* 358. Notarius solenniter creatus esse debet, ut Scriptura ejus authentica sit, *p.* 357. Camera Imperialis Notarios non creat, sed immatriculat, *Mundius de Comit. Palatin. c.* 3. *n.* 61. quomodo verò istiusmodi immatriculationes petantur & impetrentur, videre licet *ap. Gylman. Symphorem. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 9.

13. Quomodo Notarii officio suo fungi debeant? Ut instrumenta à Notariis confecta publicè probent, iis incumbit, imo injungendum illis est, ut in actibus, ad quos requiruntur, mentem prius intelligant eorum, qui actum gerunt, deinde perscribant & scripta præsentibus gerentibus & testibus legant, & recenseant, ac interrogent, utrumne ita contraxerint, an addere vel subtrahere quippiam ex recensitis velint? quia concluso negotio, neque Notarius ipse, neque alter ex contrahentibus, altero invito vel inscio, quippiam alterare, minuere vel addere potest, *L. juxta. L. sicut. C. de action. L. incommodato. §. sicut. ff. commodat.* Et licet Notariorum instrumenta, ut jam dictum, publicam habere soleant fidem, in multis tamen provinciis Notarii eorumque instrumenta in testamentorum confectione parum valent, unde coram Judice vel personis nomine Judicii missis, testamenta facere, tutus esse tradit *Schulzen. lib.* 2. *Instit. tit.* 10. *sub lit. f.*

14. An instrumenta Notarii extra territorium Magistratus sui, in ter non-subditos confecta probent? Hinc quoque Instrumenta Notarii extra territorium Magistratus sui, & quidem inter non subditos confecta nihil probant, *secundum plurimos*, cum absurdum videatur, majorem autoritatem habere Notarium quàm Dominum, qui ipsum constituit, *L. nemo plus juris.* 54. *ff. de R. I. C. Romana* 1. *de foro competente in* 6. atque Notariorũ fides authoritate constituentis nitatur. *Felin. in Cap. cum P. Tabellio. de fid. Instrum. num.* 18. *Speculator. in Instrum. edit. §. restat. vers. quid de his. num.* 25. *Abbas in C. sicut* 8. *X. Ne Clerici vel Monachi Secul. num.* 12. *& seqq. per l.* 2. *de offic. Proconsul. Bart. ad l.* 1. *num.* 2. *eod. Vasq. de success. resolut.* §. 9. *n.* 111. ubi testamentum, quod Notarius à Rege Galliarum creatus confecit in Hispania, nullum esse pronuntiat, *Castrensis cons.* 34. *part.* 2. *n.* 1. ubi Notariorum instrumenta eorumque fidem ad terras ejus, qui creavit Notarios, præcise restringit. Quibus & adstipulatur *Pet. Gilken. de præscript. part.* 2. *memb.* 1. *c.* 7. *n.* 79. ubi exemplo rem illustrans, non posse, inquit Notarium à Magistratu Norimbergensi vel Francofurdiano designatum in Austria, Bohemia vel Silesia, & aliis in locis suum officium exercere, ob defectum authoritatis creantis, cum id his solis concessum, qui Imperiali autoritate creati, per totum Imperium fide digni reputantur. Quæ tamen sententia ita moderanda, nisi forte de consuetudine loci alicujus hujusmodi instrumenta approbentur, *per C. cum dilectus.* 8. *X. de consuet. Felin. d. loc. Mascard. concl.* 927. *n.* 11. *Brinckman. de Notar. Posit.* 8. *q.* 6.

15. Notarius num sibi Et quamvis Notarius in testamento, sub pœna falsi, sibi aut filio in potestate sua existenti,

In testamento quid adscribere poterit? stenti, quidquam adscribere prohibeatur, per *L. quis.* 6. *ff. ad L. Cornel. de fals. Bald. consf.*96. *n.*3. *lib.*2. *& consil.*92. *n.*3. *lib.*5. *Farinac. p.* 8. *per tot.* tamen idipsum ita limitatur, nisi testator ipse propria manu subscribat, quod Notarius jussu suo adscripserit, *Farinac. d. part.*8. *n.*201. vel nisi ex causa mercedis debitæ Notarius sibi adscripserit. *Idem p.*8. *n.*218. ubi ulterius plures subnectit limitationes; *vid. quoque Tuschus p.* 5. *pract. conclus. lit. N. conclus.*77.

16. Specialia de Notariis. De Notariorum, Tabellionum &c. laudibus, utilitate, commendatione item ac necessitate; ac è contra de miseriis, laboribus, & periculis, fraudibus & dolis eorum, *vid. Frider. Mindan. de Process. in Camer. extrah. lib.*2. *c.*69. *n.* 9. *Roderic. Zamorens. in spec. vit. human. lib.*1. *cap.*19. *& seqq.* ubi inter alia hæc habet: Tabelliones habent officium publicum, sed privatum exercent negotium, Rei publicæ serviunt, sed istam augent. Communes sunt personæ, sed propria sunt lucra. Demùm Tabellarii ipsi se servos esse publicos noverint, quos jure jurando constat adstrictos, ut quoties rogari eos à quoquam in omni causa contingat, ferre eos testimonium oporteat. Nemini autem dubium existit, tam adstrictos Reip. servos non esse illius dignitatis atque felicitatis; ejus verò artis labores, fraudes, doli atque pericula ex eo constant. Quia naturâ ipsâ homines impelluntur gratis fidem ipsam servare, veritatem attestari, ac de illa libere ubique ferre testimonium; Miseri tamen Tabelliones soli sunt, qui non nisi de pecunia, de fide dicere ac rogari velint: nec aliter quam pretio interveniente veritati fidem accomodent. Pauper siquidem fidem petit veritatis, ille Mammona exigit iniquitatis &c. omnia pretio agunt, nec calamum quidem manu accipiunt, nisi pecunia adsit. Plura de Notariis *vid. apud Kitzel. in disput. sing. Cochier. de exempt. tom.*2. *p.*1. *Speidel. in Syllog. part.*1. *&* 2. *hoc verbo. Idem in Specul. observat.* scitu digna de Notariis in Gallia tractat, *pag.*907.

Nothzucht.

Vid. supra Verb. Hurerey.

Nullitas.

SUMMARIA.

1. *Nullitatis querela adversus sententias supremorum Tribunalium non admittitur, nisi per viam revisionis.*
2. *Nullitatis querela non impedit executionem.*
3. *Nullitas principaliter introducta non deferitur desertâ appellatione.*
4. *Contumacia beneficium nullitatis non excludit.*

NUllitatis querelæ devolvuntur ab inferioribus judiciis ad Superiora, nimirum *Judicium Imperiale Aulicum* vel *Cameram*, ubi tales causæ examinantur; & in iis fatale decendii est observandum, exceptâ nullitate insanabili, *R. I. anno* 1654. §. 121. 122. Summa appellabilis non attenditur, *R. I. anno* 1570. §. 69. vid. suprà *verb. Appellatio fol.*288. *num.*17. Blumius *tit.*46. §. 39. distinguit inter summam Ordinationis Cam. & ex privilegio, & nulla major nullitas reperitur, quam quæ ab incompetentia judicis provenit, R. A. *de An.* 1654. §. 142. ubi etiam de omissis substantialibus processus fit mentio.

1. Nullitatis querela adversùs sententias Supremorum Tribunalium non admittitur, nisi per viam revisionis. Querelæ nullitatis verò contra sententias Supremorum Tribunalium non admittuntur, nisi per viam, & intra fatalia revisionis, *Roding. in Pandect. Cameral. tit.* 34. *Klock. relat. Cameral.*30. *num.*137. Hinc, quod sententiam Cameralem per viam nullitatis impugnare valens non sit audiendus, egregiè deducit *idem Klock. intr. de contribut. num.*398. ubi præjudicia Cameralia citat, & ait, quod hoc solum gravatis supersit, ut coram revisoribus talia proponant, *ex Ord. Cam. part.*3. *tit.*53. quocum *Ord. Imp. Aul. Judicii tit.*5. §. 7. in litera convenit, in quâ hoc solùm statuitur, daß wann einer sich durch die am Käyserl. Hoff gefällte Urtheil *gravi*ret zu seyn vermeynen / und dannenhero *viam nullitatis, syndicatus, restitutionis in integrum* an die Hand nehmen wolte / daß ihme solches *per viam supplicationis* erlaubt seyn solle; worauß klärlich zu ersehen / daß ein grosser Unterscheid zwischen denen Urtheilen seye / über welchen / wann sie von den Unterrichtern gefället worden / und in jurisdictione, vel substantialibus processus sich ein Fehler erzeiget / das beneficium nullitatis, auß den gemeinen Rechten / und dem letztern Reichs-Abschied / intra 30. Annos, à Judicibus Inferioribus eingewendet werden mag: und denjenigen / welche in summis Tribunalibus Imperii publiciret worden / gegen welche das beneficium nullitatis auff keine Weiß nisi per viam revisionis angenommen werden mag / per claros textus der C. O. *p.*3. *tit.*53. R. H. O. *tit.*5. §. 7. & præjudicia *ex Klock.* citata & quæ *in jurisprud. mea. lib.*2. *tit.*20. *n.*11. tradidi, ubi hæc verba:

Deinde advertendum est, querelam nullitatis contra suprema Imperii Dicasteria proponi non posse. Etsi enim Ordinatio Consilii Imperialis Aulici etiam hujus remedii meminisse videatur, nullum tamen admissæ querelæ extat præjudicium, quin potius sequimur praxin Cameræ, à cujus sententia, si nullitas intentetur, neglecto revisionis remedio, implorans non auditur, *Klock. relat. Cam.* 30. *num.*137. *Roding. d. loc.* Idcirco *Klock. in tr. de contrib. c.* 19. *num.*398. tradit: sententiam Cameralem per nullitatis querelam impugnare volentem non audiri, sed eandem, reservata contra procuratorem pœna, rejici, uti factum in causa N. contra N. 31. Jan.

31. Jan. anno 1589. ubi contra N. reservata pœna, quod productum suum inscripsisset, exceptiones notoriæ nullitatis, quia nullitas deduci non potest, nisi per revisionis remedium, *O.C.p.*3. *tit.*53. *in princ.* ibi: Unrechtmässig und nichtig / & §. darauff / nec non §. ob solche Nichtigkeit. *Bender. de revis. concl.* 18. *num.*17. quod Litigantibus contra sententias summorum Tribunalium sufficere debet, & in hunc etiam sensum *Ord. Conf. Imp. Aul.* accipienda, cum nulla ratio sit, quare Judicium Imperiale Aulicum hoc in casu deterioris conditionis esse debeat.

2. Nullitatis querela non impedit executionem.

Nullitatis querela non impedit executionem, nisi nullitas sit notoria, *Gail.* 1. *obs.* 127. *Mynf.*4. *obs.*64. *Carpzov. t.*19. *art.*4. *n.*1. *Coler. de processf. exec. p.*4. *c.*1. *n.*87. *Meisner. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.*28. *n.*49. & 50. ubi dicit hanc esse receptiorem. Et hæc nullitas cum puncto iniquitatis cumulari non potest, præsertim si sententia prioris judicis ex defectu jurisdictionis nullitatis arguatur, ne contraria allegentur; & eodem tempore reprobetur competentia judicis, & ea per iniquitatis accusationem approbetur, *Meisn. tom.*2. *lib.* 2. *decis.*1. *n.*56. & *tom.*4. *decis.*36. *n.*9. nisi alternativè proponantur, *ibid. Ord. Cam. an.* 1521. *tit.* 21. & causæ nullitatis exprimi debent, *R. I. anno* 1527. §. 23. Hæcque querela per contumaciam non excluditur sicut appellatio vel restitutio, *Meisner d. loc. n.*57. ac nullitates in Camera non attenduntur, ubi de meritis causæ constat, *O.C.p.*3. *t.*34. §. 1. *Meisner. tom.*1. *decis.*11. *n.*7. Si autem Jurisdictio Imperatoris impugnetur, quod privilegium Austregarum Statibus eripiat, nullitas debebit intentari.

3. Nullitas principaliter introducta non deseritur desertâ appellatione.

Non deseritur nullitas desertâ appellatione, scilicet, quæ postea *principaliter* adhuc moveri potest, quia hæc non est appellationis accessorium, sed per se subsistit, & in alio diverso deduci potest, *Mynf.* 2. *obs.*77. ut aliud sit, de nullitate incidenter proposita, quæ tanquam accessorium, desertâ appellatione, quoque corruit. Et licet hæc nullitas deducta non sit, Judex nihilominus super ea pronuntiare tenetur *idem* 1. *obs.*18. & 3. 20. & hâc nullitate principaliter intentata, inhibitio non facile decernitur, *Idem* 4. *obs.*64. *Klock. relat.* 3. *n.* 21. *Gail.* 1. *obs.* 135. Nemo verò super exceptione nullitatis propter incompetentiam cognoscere potest, quam judex, qui incompetens esse allegatur, *Gamma decis.*340. *num.*3. Ac quamvis deserta appellatione, etiam nullitas, tanquam accessorium deserta esse videatur, nihil tamen impedit, quò minus nullitas postea principaliter totis 30. annis intentari possit, *Klock. relat.*3. *num.*21. Atque id nullum habet dubium, quando à sententiis Judicum inferiorum nullitas introducitur. Sed, si neglecto revisionis remedio, à sententia Cameræ nullitas intentetur, implorans hoc beneficio juvari non debet, prout jam dictum, secundum *Klock. d. relat.* 30. *num.* 137. quia per istam omissionem omnis sententiæ nullitas & iniquitas purgatur, *num.*176. Et quando Judex competentem se pronuntiavit, nullitas ratione competentiæ moveri amplius non potest. *Klock. conf.* 11. *num.*335. & *seq.* Idque eò minus, quod licet alias ista duo remedia, nullitatis querela & restitutio in integrum, alternativè possint cumulari, tali modo *peto sententiam nullam declarari, vel, si aliqua sit, in integrum restitui*, id tamen fieri amplius nequit, posteaquam per solam petitionem restitutionis in integrum jam sententia approbata est, & alias etiam in dubio contra nullitates pronuntiandum, *Klock. d. loc. n.* 204. & 205. *Thes. Basil. vol.*2. *per l.* 13. §. 4. *C. de jud. ibique Brunneman.* ibi: Quinimo propter *contumaciam* non videtur posse admitti ad beneficium nullitatis, sicut ob eandem causam beneficio restitutionis & revisionis privatur, ne videlicet, quod una denegatur via, id alia videatur concedi, sicque contumax in effectu præmium suæ contumaciæ reportet, ut argumentatur *Meisner. tom.*2. *lib* 2. *decis.* 1. *n.*57. & *seq.* ubi ait: hanc esse contumaciæ pœnam, ne sententia possit amplius aliquo retractari remedio, & litibus imponatur finis; contrarium tamen sustinet *num.*61. & *seqq. Vant. tit. quis possit dicere de nullitate.* quia sunt diversa remedia, nulla in jure reperitur talis prohibitio, nec per nullitatẽ rescinditur lata sententia, sicut in appellatione & restitutione, quia quod nullum est, rescindi non potest. Porrò licet facultas agendi de nullitate sententiæ, usque ad 30. annos alias de jure communi duret, in Provinciis tamen Saxonicis ad 6. septimanas & 3. dies restricta est, quo tempore præterlapso nec agendo, nec excipiendo de nullitate experiri læsus valet, *Carpzov. decis.*50. *num.*2. Ex ratione, quod vitium nullitatis valde sit odiosum, tum respectu Judicis, cujus industria & honor non parum periclitetur in deductione nullitatis, quippe quod causam nullitatis non adverterit, nec maturo consilio ac Judicio eam prævenerit, *arg. Can. ideò huic.* 2. *q.*6. tum ratione litigantium, qui lite plena finita, admissione remedii nullitatis, alia nova implicantur, cum tamen Reipubl. commodum efflagitet, ut lites abbrevientur, & Judex prudenter agat viam nullitatibus præscindens, *arg. C. Odia. X. de R. I. in* 6. *Carpz. p.*3. *decis.*145. *n.*16. & *seqq.*

4. Contumacia beneficium nullitatis non excludit.

In Belgio quoque & Gallia nullitas non admittitur, sed ea, quæ in speciem juris fiunt, contra jus & fas, sola provocatione emendari possunt, *Christin. vol.*4. *decis.*88. *num.*3. Alias verò nullitatis querela nec ex plenitudine potestatis Principis tolli potest, & ex defectu jurisdictionis semper opponi potest, etiam post tres sententias conformes, & reddit sententiam ipso jure nullam, ut etiam statuto tolli nequeat, etiamsi verbis generalibus in statuto omnes nullitates tollerentur. *Thes. Basil. vol.* 5. *disp.*18. Solet autem sententia ratione commissæ nullitatis sæpius impugnari vel ex culpa personarum in judicio versantium, vel ex defectu processus ipsius met, si videlicet à judice incompetente, infami, vel corrupto, si inter personas legitimum in judicio standi locum non habentes, si contra indefensum, pupillum, minorem,

rem, furiosum, prodigum, Mortuum vel absentem, si ad instantiam falsi Procuratoris, si nullo oblato libello, lite non contestata, probationibus non auditis in loco & tempore insolito, si contra rem judicatam, contra jus Constitutionis tempore feriarum lata sit, vel si judex errorem Calculi in ea commiserit. *Thes. Basil. vol.3. disp.15. & vol.7. disp.5.*

Nullitas itaque in abstracto nihil aliud est, quam jus & commune auxilium ad irritandum actum, de quo agitur competens: in Concreto est vitium sive defectus rei gestæ, ob Legis transgressionem proveniens, & quando est clara, & patens, dicitur favorabilis, teneturque Judex illam declarare, cum nulla sit major injustitia quàm nullitas patens; quando verò est obscura, dicitur odiosa, & potius pro validitate stat præsumptio, *Vantius de nullit. tit. 1. per tot. Scaccia de appellat. quæst. 19. n. 1. Sabell. in Sum. diversf. tract. verb. Nullitas*, ubi ait, *num.* 3. Nullitatem etiam proponi coram executore, ut interim ab executione supersedeat. Non tamen potest allegari à tertio, cujus non interest; Quamvis etiam aliquis non possit appellare, tamen non prohibeatur de nullitate dicere; Nullitas etiam jurisdictionis non attenditur à Judice appellationis, ubi constat de bono jure, quia sententia justa, licet sit nulla, tamen potest confirmari, sed nullitas tamen non potest allegari ab eo, qui fuit causa illius, nec ab ejus successore, ne ex proprio dolo commodum consequatur. Possunt verò nullitates unico contextu reparari, acta repeti, & iis renunciari, ut postea valide sententia ferri possit, quasi per modum novi consensus ab utraque parte facti. *Anton. Sabell. n.* 30. ubi plura specialia videri possunt.

Nürnberg.

SUMMARIA.

1. *Encomium Civitat. Nürenbergensis.*
2. *Descriptio illius ex Bertio.*
3. *Norimbergæ prima origo.*
4. *Ejus incrementa.*
5. *Fortificatio.*
6. *Situs recreativus & utilis pro variis officinis.*
7. *Civitatis pulchritudo, ædificia & commoditas.*
8. *Duæ arces.*
9. *Civitatis internus Status, & Regimen.*
10. *Insignia Imperialia asservat Norimberga, eorumque gemina descriptio.*
11. *Noriberga totius Europæ ornamentum; & Limnei de ea elogium.*
12. *Varia ejusdem à Friderico Imp. concessa privilegia.*
13. *Privilegium Nundinarum.*
14. *Coërcendi liberos.*
15. *Prima Curia Regalis Norinbergæ.*
16. *De non exstruendis munitionibus, novis ædificiis & cauponis, intra unum milliare à Civitate.*
17. *Privilegium appellationis.*
18. *Privilegium de non rejiciendis Judæis, vel advenis, cives fieri nolentibus.*
19. *Gymnasii Altorffini in Universitatem erectio.*
20. *Privilegium quoad testamenta condenda.*
21. *Norimbergenses indigenatus jure in Galliâ gaudent.*
22. *Eorum moderatio vectigalium in aliis urbibus.*
23. *Noriberga Civitas est convocatoria.*
24. *Quales reliquiæ Sacræ, & Clenodia Norибергæ asserventur.*
25. *De antiquâ & insitâ Noribergensium pietate & Religione.*
26. *S. Sebaldi Basilica, & quanti in eâ monumentum hujus Sancti æstimetur.*
27. *S. Laurentii Basilica, & de singulari in ea spectando tabernaculo.*
28. *De Curiâ Noribergensi.*
29. *Populositas Nurnbergensis.*
30. *Quot Plateæ, Fora, Pontes, & Fontes Norибергæ.*
31. *Splendidæ Privatorum ædes Norибергæ.*
32. *De Patritiis Noribergensibus.*
33. *Patritiorum Noriberg. splendidus vestitus, præsertim eorum filiarum in die nuptiali.*
34. *Noriberga Imperatori semper fidelis.*

Elegans formatur Anagramma ex verbis: *Civitas Nurnbergensis*, quando commutantur in voces: *Nescis? Urbium Regina est*; 1. Encomium Civit. Nurenbergensis. Et Profecto Nuremberga Civitatum Imperialium Ocellus, Germanicarumque Civitatum politissima est, de qua in Elogio Urbium sub finem Julius Cæsar Scaliger ita canit:

Diva mihi extremi dat munera sacra laboris,
Non tamen extremo conspicienda loco,
Sed velut abdicto veneramur in ordine cœlũ,
Hic ubi naturæ fine quievit opus.
Non potes æthereis deducere sedibus astra,
Invenies, tibi quæ Norica terra dabit.
Hunc, si corruptas terras Astræa relinquens,
Fatali statuit sede tenere locum:
Quis putet horrifico sociatas Marte Camœnas?
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.
Martis habe & Phœbi felicia tempora lautè,
Sanctaque sit valido fœdere juncta fides.
Omnibus ex istis ne tu næ dempseris unum,
Addere quin potius omnia magna, tuũ est.

Bertius de German. lib.2. pag. 219. refert: 2. Descriptio illius ex Bert. Noribergam & omnem agrum vicinum non à Nerone, sed à *Noricis* nomen traxisse. Nam qui in hæc usque loca penetrasse Drusum & Tiberium, & in locis his Noricos devicisse, arcemque condidisse putant, non sunt veteris Geographiæ aut Historiarum satis gnari: Norici ergo Advenæ, lecta hic in saltu Hercynio mansionis sede, quod ea esset ab Hunnorum incursionibus tutissima, & propter amnium, Pegnesi & Regnesi, viciniam ad inhabitandum commoda, *Castellum* primum in eo colle rudi opere condidere; ad amnisque ripas liquatorias, & ferrarias elaborandi, molliendique ferri officinas (hac enim arte

arte præ cæteris nationibus excellebant) exstruxerunt, rotasque posuerunt impetu & rapiditate amnis circumagendas ad varios artium suarum usus. Aucta dein sobole, & in eandem societatem se jungentibus Hercyniæ silvæ pastoribus, aliisque, qui vel hostium, Germaniam reliquam vastantium, immanitatem fugiebant, vel novitate rei ducti, ex eo hominum confluxu lucrum sibi & vitæ compendia quærebant, congestis saxis & roboribus, fossaque educta oppidum cinctum est; Non defuêre, qui ex hoc loco profecti, itinera Hercyniæ insiderent, & Germaniam prædis actis infestârent. Atque hæc causa est, cur ab *Imperatoribus Conradis & Henricis* castellum cum arce suâ direptum aliquoties & expugnatum sit; Neque verò à latrociniis ante temperatum est, quam Imperator Exercitum colli admovit, arceque potitus coloniam ipse illùc deduxit veteranorum, qui communitâ arce surgenti urbi præsiderent, & circumjectum nemus à latrociniis purgarent, studiosè id per Burg-gravium curans, ut neque Noricis vis inferretur, neque ipsi aliis vim inferrent. Durat hodièque consuetudo, & habet Respubl. in eam rem Equites suos & pedites, qui publicis alti stipendiis omnia sylvæ latibula, omnesque recessus diligenti indagine perquirunt, tutamque & securam negotiatoribus viam faciunt. Arcem Caroli Magni ævo hoc loco fuisse constat. Testantur enim Historiæ, Carolum, quum Tassilonem Bavariæ Ducem esset oppugnaturus, tripartito divisisse exercitum, unum agmen sedes fixisse juxta Nürnbergam, alterum ad Dunibum consedisse, tertium ad Alpes Tridentinas.

3. Norimbergæ prima origo.

Urbs ipsa in tantum crevit, ut nunc *spatium octo millium passuum* implere credatur, triplici muro & fossa una accuratè cincta; Cernuntur intrà eam veteris oppidi muri, fossæque minore ambitu, cum vestigiis priscarum structurarum. Versus meridiem, ubi ab amne recedit, latior est urbs, ad sepentrionem adductior, neque omninò rotunda, sed de industriâ angulosa, ut oppugnatu esset difficilior; Lapidem ad muros, templa, & ædificia publica privataque sufficiunt vicini colles, & loca campestria. Ei nondum effosso singularis adest mollities; quæque facilè ferro cedat; Expositus idem vento & soli, ita paulatim excoquitur, ut duritie marmor æquet. *Fossa* urbis lata est cubitos 20. alta ferè totidem, inter duos muros, ad perpendiculum erectos, interlabente rivulo, cujus cespitem viridem cervi hinnulique depascunt; Turres in interioris muri, qui editior est, ambitu quadrangulares, paribus intervallis dispositæ, sunt ducentæ, quibus vigiles ad excubias urbis impositi, discrimina dierum noctiumq; horis distributa denunciant. In exteriori muro turres ferè sunt totidem, sed minores, & ubi muri fluxus id exigit, teretes ac rotundæ, singulæ machinis, & tormentis bellicis instructæ. Mœnia pinnata, coctili latere tecta sunt; Portæ, quæ diversos Germaniæ tractus spectant, sunt sex Majores, singulæ arduis turribus, & propugnaculis munitæ, instructæq; insuper catenis, & vectibus ferreis, & pensilibus Clathris, quæ demissæ ingressum hostium arcent. Amnis autem, ubi ab ortu per patentes fornicato opere pontes, vallis utrimq; benè munitos, in urbem infunditur, duas protinùs insulas efficit: quarum una angustior, altera è congesta terrâ nomen habens, linteis ad solum exponendis, ac præterlabentis amnis aspergine mundandis egregium civitati usum præstat. Cingitur ea arboribus, quarum alta cacumina deambulantibus ad ripam gratam umbram faciunt. Adjacent *thermæ* medendis corporibus salubres.

4. Ejus incrementa.

5. Fortificatio.

Postquam verò se amnis per duodecim pôtes, partim sublicios, partim ex secto lapide factos, quibus partes urbis connectuntur, sese extra muros evolvit, alluit locum publicum, quo, ut Spartani ad Euroram, ita Norica Juventus festis diebus sese exercet palæstra, luctu, saltu, disco, hastarum jaculatione, aliisq; honestis recreationibus. Locus is 500. passus in longitudine patet; intùs quaternâ serie arborum justo intervallo distantium consitus, sub quibus quatuor fontes non magis naturæ quam Dædalæ artis opificio commendabiles, aquam tubis & siphunculis spargunt. Sic sita urbs ad utramq; amnis ripam prona est, quæ res ad munditiam imprimis facit. Propter flumen infinitæ sunt officinæ, cum molis, machinisque frumentariis, papyraceis, ferrariis, cerariis, quibus enses, loricæ, galeæ, tela, cultri, novaculæ, forcipes, caldaria, pelves, sartagines cuduntur; fila quoq; ferrea, & ænea, rotarum ope ex massa crassiore (Rudolphi cujusdam inventum id esse creditur) in ingentem longitudinem protrahuntur; Qui ad urbem appropinquant, audiunt eminùs malleorum & serrarum sonum, suscipientesque vident angustas, & turribus tectisq; altè extantibus prominentes structuras; Ingressi, omnia supra fidem posita mirantur; plateas amplas, mundas: Ad solem apertas, saxo durissimo stratas, ad plaustrorum, & curruum onustorum usus. *Puteos* publicos 120. Canales & tubos aquarum 20. *Fontes* duos elegantissimo opere exornatos. *Fora* multa, variè ad usum civium per urbem dissita, boarium, olitorium, piscarium, cupedinarium, suarium, vinarium, frumentorium; Maximum verò & spatiosissimum est illud negotiatorum ad lanum medium, habens fontem secto lapide, multoque auro, & vario genere sculpturæ ornatum, virorum fortium statuis ingentibus circumpositis; Forma ejus pyramidis instar erigitur, opere pulcherrimo, & septo ferreo cancellato; Intus est labrum amplum; in quod sedecim cannis auratis profluens liquor se colligit. Adjacet illi foro templum B. Virginis, exstructum à Carolo IV. Ædificia civium spatiosa atque ampla sunt, supellectile pretiosa, pro cujuscunque facultatibus, ornata, non ad usum tantùm, sed etiam ad pompam. Collem sensim adsurgentem, lateribusque suis ab ortu in occasum circumductum, ornant infrà domus splendidæ Patritiorum, mercatorum, & potentiorum civium, intermixtis diversoriis, quibus vel Cæsaris familia excipi posset.

6. Situs recreativus, & utilis pro variis officinis.

7. Civitatis pulchritudo, ædificia & commoditas.

Incollis vertice *duæ* sunt *arces*: major, in quam

quam ex urbe per excisam petram itur, regias aulas, & cœnationes laqueatas latè patentes habet. Hæc Romanorum Regum, si quando illic morari velint, domicilium est: In ea *Fridericus Imperator* hortos pensiles fieri fecit. Altera Arx, quæ huic orientem versùs adjacet, sedes fuit Burggravii, nunc est horreum publicum, habens propugnaculum ad urbis excubias, per quod porta in pomœria septentrionem versus ducit. In colle Templa sunt tria, quorum duo publica sunt, in usum civium, sacra B. Margarethæ, & B. Walpurgi. Unum in arce Imperiali, quo Cæsares illic degentes rebus sacris operari solent. Habet & puteos duos collis, unum montis radici, & turri vicinam: Alterum miræ profunditatis in montis vertice excisum. Turres quatuor collem ambiunt. Duæ ad arcem Cæsaris, imminent urbi, inque subjectas civium ædes gratum præbent spectaculum, duæ ad ortem solis sitæ, Austrum & Boream versùs prospectant, quarum ea quæ major, altiorque est, specula regionis circumjectæ vocatur, estque tempore Sigismundi Imperatoris exstructa intra unius mensis spacium, Hujus arcis muros anno 1583. refecit Senatus, additis fortissimis propugnaculis. Ferunt in fundamento positos nummos aureos, argenteos, æneos, cum hac inscriptione; Deo Opt. Max. S. P. Q. N. muros arcis non satis firmos ad sustinendos hostiles impetus, & justa spatiorum adjectione, & multis subindè egestis ruderibus à fundamentis magna cum laude erexit, ac novos fecit, Imperatore Carolo V. Cæsare P. F. semper Aug. Rege Hisp. Catholico, Archi-Duceque Austriæ, &c. Et Ferdinando fratre ejus, Rege item Rom. Hung. & Bohem. Romanique Imp. successore &c. Patribus verò Christophoro Tegzelio, Leonardo Tuchero, & Sebaldo Pfintzingo, anno 1538. mense Augusto. Urbs non in Germaniæ tantum, sed totius etiam *Europæ meditullio* sita est: quippe quæ à Codano, & Hadriatico sinu paribus intervallis distet. Similiterque ab Oceano Atlantico & Tanais ripis. Cives ob Vicinorum consuetudinem pro quatuor Regionibus, quatuor quoque diversis linguis utuntur, Suevica, Francica, Bavarica, Montana; Corpora ipsis procera, firma, compacta, laborum & frigoris patientiâ; statura elegans, vultus liberalis, frons gravis, artifex manus, disciplina severa, ingenium discendæ sapientiæ aptum: sed plerique ad mercaturam proniores, cujus hic unicam in Germania sedem Deus benignus esse voluit.

Senatus prudens: *Templa* in urbe augustiora sunt duo: Unum B. Petro sacrum, in quo *B. Sebaldi corpus* quiescit: Alterum B. Laurentio, utrumque turribus excelsis, fenestris patentibus, columnis elegantissimis, adhæc fornicibus, campanis, organis, & reliquo apparatu conspicuum est; *Xenodochia* & *Nosodochia* quatuor sunt. Unum insigne, in cujus templo sacræ Imperatorum reliquiæ asservantur, cum insignibus Caroli Magni, & veteribus Diadematibus, quibus Aquisgrani Romani Cæsares ornari solent. Hæc Sigismundus Cæsar Pragâ Norimbergam missa illic adservari voluit, quo tempore Hussitarum moribus Bohemia concussa fuit: Monstrantur autem ea quotannis populo duodecimo post pascha die, in foro magno populi concursu; sunt & horrea multa, & granaria, quibus frumentū adservatur, etiam ab annis 300. sepositum; Est & armamentarium instructissimum; Tametsi vix eo opus sit, quum tota urbs Martis officina dici possit: nullum enim est armorum genus, quod non in eâ ab Artificibus cudatur; tanta quidem copiâ, ut vel universæ Germaniæ arma sufficere posse existimetur.

Civitas omnis in plebem, mercatores, & patricios divisa est; sunt autem Patriciorum familiæ 28. honoratiores, ex quibus Aristocratica constat Nobilissimæ Reipubl. gubernatio; Corpus Senatus constat 26. viris; ex quibus 13. juri dicundo præsunt, Scabinorum titulo: cæteri de Republ. deliberant, ita ut duo ex iis mensem unum consulari dignitate præ reliquis emineant. Deliguntur ex eodem corpore Duumviri, ærario, & pecuniis, rationibus publicis præfecti. Horum summa est in civitate dignitas, neque ad eum honorem admittuntur, nisi senes, qui variis documentis fidem suam, prudentiam, probitatem, Reip. perpetuò probàrunt. Sunt præter hos ducenti ferè ex tribus ordinibus viri Senatorii, qui semel in anno conveniunt; Sunt & quinque viri criminales, qui tribus per hebdomadam diebus causas & crimina audiunt: Est & Prætor Arvalis, qui rusticis jus dicit; Disciplina urbis exacta est; Leges in eâ sumptuariæ, vestiariæ, mensariæ. Non permittuntur occulti civium plebejorum conventus, ne convivii quidem, aut religionis, aut exequiarum titulo. Denique omnia in eâ ad bonos mores composita sunt. 9. Civitatis internus status & regimen.

Porrò insignia Imperialia custodiæ Noribergensium concredita sunt, quæ ad Coronationem Regis Romanorum solet conferre. Habet enim primo *Coronam Regalem*, intra cujus ambitum Mitra Episcopalis, bicorni cacumine exsurgit, ad partem anticam seu frontem, corona illa Crucem habet, bene magnis adamantibus distinctam, quam longa series unionum, seu margaritarum ad formam crucis perficit. In parte postica, seu occipitio, duæ appendiculæ sunt, auro tortili phrygiatæ ac rubra bysso, quæ simbriolis aureis terminantur. Tota autem aurea est, ac per circuitum pretiosissimarum gemmarum divite copia, rubinorum, smaragdorum, adamantum, unionum, dispuncta, quæ gratiosissimam lucem ex se diffundunt. Habet præterea semicirculum aureum, medium hiatum mitræ dispescentem, sursum instar ansæ repandum, & utrinq; in se reflexū, qui auream in apice crucem gestat. Deinde *Dalmaticam Vestem* S. Caroli M. pretiosis margaritis distinctā. Sunt autem ex auro tortili, cum subtegmine flavo serico, phrygiatæ ejus fimbriæ, & manicarū limbi unionibus auroq; bracteati, intus bysso carmesina suffulta. 10. Insignia Imperialia asservat Noriberga eorumque genuina descriptio.

Tertio *Cappam Choralem*, mantum seu *mantellum*, sive *paludamentum Cæsareum*, cui Phrygio opere intextæ sunt aquilæ aureæ; habet præterea duas grandes aquilas intertextas ex nigro Serico. Oras illius ambit bene lata fimbria, gemmario opere texta superbissimo rutilante, ubi Smaragdi, adamantes, Sapphiri, Chrysolithi &c. grandiores videntur. In pluvialis illius seu paludamenti posteriore parte, inter scapulas à cervice adusque baltheum, capucium seu ricinium est dependulum, in quo rutilantissimi lapides seriatim positi, & cum primis Caroli M. facies, cui cœlestis patris imago incumbit. A latere utriusque imaginis geminæ, columnæ Herculis, in montibus Calpe & Abyla consistunt, intra quas se Oceanus Atlanticus in Mare Mediterraneum, angusto freto ac faucibus contractis, diffundit; ubi balænæ affabre expressæ, smaragdos & uniones eructant, inter undosas tumultuosi maris processus. Pendet ex illo caputio nodus aureus, filamentis aureis sparsus, usquequaque fluidus, ac ingenti sapphiro coruscus. Quarto *stolam auream*, ex auro tortili ac flavo filo serico phrygiatam, in cujus extremitatibus cruces ex meris margaritis formatæ spectantur. Quinto *amiculum rubri coloris*. Sexto *Chirothecas* unionibus ornatas, & puro bracteato auro textas. Septimo *sandalia, calceos* seu *socculos* duos aureos, villoso cocco quoque rubricatos. Octavo *tibialia*, seu ocreas ejusdem vere M. Cæsaris & Sancti, quas *bruschinas* vocant, paululum supra genua ascendentes, reliqua passim nota sunt, ut longiore descriptione non sit opus. Nono *Zonam coriaceam*, cum retinaculo ejusdem aureo. Decimo *pomum* Comiti Palatino gestabile, Undecimo *Sceptrum*, quod Marchio Brandenburgicus fert, aureum; Duodecimo *gladium S. Caroli M.* à Duce Saxoniæ, ut Electore Marschallo præferri solitum, *Matenes. lib.3. de coronat. Ferd. II. pag.*88.

Civitas hæc Imperialium Civitatum maxima, & domestica disciplina clarissima censetur à Bodino *method. histor. cap.6. pag.*303. Norimbergam urbem non Germaniæ modo, sed etiam totius Europæ, imo orbis terrarum ornamentum vocat *Mutius Chron. Germ. lib.*17. *apud Pistor. tom.2. German. script. pag.* 138. Amplissimæ & fere Principis in Imperio Germanico Reipublicæ Norimbergensis gubernatorum prudentiam & constantiam totus terrarum orbis dilaudans admiratur, *Goldast. in replic. pro Imperio cap.*37. *pag.*382. *Limn. de Jur. publ. tom.*1. *lib.*1. *cap.*11. *n.*100. de ea sic scribit: Hæc inter Civitates Imperiales egregia & non postrema locanda sede. Hic Imperialia ornamenta, tanquam apud bonæ fidei custodem, deposita adservantur, Hic tot Comitia, tot torneamenta, tot Imperatorum nuptialia solemnia habita & celebrata, quot vix ullibi. Hæc tot Imperatoribus præstitit servitia, ut exinde præmii loco, multa privilegia, compluresque nunc habeat ab Imperatoribus nobilitatos *Patritios* incolas, qui tanta sapientia belluam illam multorum capitum regunt & moderantur.

11. Noriberga totius Europæ ornamentum, & Limnæi de ea Elogium.

Hanc verò non domi intra delitias quærunt; non patrio trahunt ex fumo, sed spontaneo exilio longinquis peregrinationibus eam sibi parandam statuunt. Carolus V. Imp. illam die fürnehmste und bestgelegneste Stadt des Reichs / desselbigen Landes / dixit in decreto cassationis der Zoll und Gleidt / apud *Goldast. tom.* 2. der Reichs-Satzungen *pag.* 70. Sicuti olim Roma communis quædam Orbis officina dicta legitur, ita Norimberga de hac ne latum unguem recedit, inquit *Limn. tom.*3. *lib.*7. *cap.*37. *num.*6. Non enim tantum quicquid orbis parat, in urbe hac, tanquam in compendio, visitur, verum & ipsa non Europæis modo, sed plerisque sublunaribus exquisitas submittit merces, unde proverbium illud: Nürnberger Hand gehet durch alle Land.

Varia Anno 1219. à Friderico II. Imp. obtinuit hæc Civitas privilegia, quæ *Goldast. tom.*1. *Constit. Imp. pag.* 291. recenset: Ad evidentiam specialis gratiæ & dilectionis, quam gerimus ad carissimam Civitatem nostram Nürnberg / antiqua jura, à Divis prædecessoribus nostris eidem loco tradita, non solummodo confirmamus, imo, si quem habere videntur defectum, cum locus ille nec habeat vineta, neque navigia, imo in durissimo sit situs fundo, de mera benignitate supplemus, statuentes & pro futuris incommutabiliter observari sancientes, quod quilibet ejusdem loci civis, nullum habere debeat *Advocatum*, præterquam *Nos* & *Nostros successores Romanorum Reges & Imperatores.* Item: Quicunque civis antedictæ Civitatis fecerit se alicujus Mundtman / tam civis ille, quam qui hoc modo receperit eum, gratiam nostram demeruit, & in utroque pax non violatur. Item: nemo aliquem civem loci illius *duello* impetere debet in toto Romano Imperio. Item: quicunque alicui civi Noribergensi aliqua bona sua, sive prædia sive feuda, obligaverit, aut impignoraverit, quocunque illa bona obligata devolventur, sive ad Dominos sive ad hæredes, civis ille, cui anteà fuerunt obligata, in quieta permaneat possessione, quousque à successore redimantur. Item: quicunque aliquem Noribergensem bonis suis, sive prædiis sive feudis, quocunque modo inbeneficiaverit, si forte Dominus feudi aliquo tempore illi feudum negaverit, vel si aliquis ipsum civem super hoc impetierit, & civis, cum suis concivibus, testimonio legitimo comprobaverit, se esse inbeneficiatum, in quieta permaneat possessione. Item: nullus Dominus aliquem Noribergensem compellere debet ad jus, quod appellatur Lehenrecht. Item: quicunque Dominus aut Creditor alicui Noribergensi accomodata reddere renuerit, mansionarius illius, aut mercator vel servus, Vogtman / erit pignus Nurnbergensibus. Nullus Noribergensis sit alicujus hominis *gaphant*, de jure, nec unus mercator pro alio. Item: quicquid aliquis Noribergens. ibidē deliquit, pro quo delicto puniendus esset, in persona aut reb⁹, si satisfecerit Schulteto Nost. nulli amplius respondere debet de hoc delicto, & gratiam nostrā percipiet.

12. Varia ejusdem à Friderico Imp. concessa privilegia.

Adhæc

Adhæc Civibus sæpedictis talis gratia, pro jure ab omnibus prædecessoribus nostris, inclytis Romanorum Regibus tradita & indulta dignoscitur, quam nos quoque approbamus, ut si Dominus Imperii *steuram* ab ipsis exigit, non particulatim, sed in communi, quilibet pro posse suo persolvere debeat. Item: in Nundinis Werde, *Donavverdensibus*, Civis Noribergensis cum denariis Noribergensibus de jure cambiet, emetque aurum & argentum, & nemo prohibebit. Similiter in nundinis *Nortlingensibus*, cum denariis Noribergensibus ement & cambient aurum & argentum, & *Magister monetæ* illuc ibit, si voluerit, & denarios suæ monetæ ibi formabit &c. Universum hoc diploma ab Henrico VII. & Carolo IV. Impp. confirmatum, extat in den briefflichen Urkunden der Stadt Nürnberg/ contra den Hrn. Marggraffen zu Brandenburg / Georg Friderichen/ *Spiræ Anno* 1585. 8. *Junii productis*.

13. Privilegium nundinarum. *Anno* 1318. *Ludovicus IV. Imp.* huic urbi Nundinas post festum Paschatis habendas, concessit. Hinc *Joan. Jacob. Fugger. in spec. Hon. Aust. l.* 3. *c.* 3. K. Ludwig ist in dem 1318. Jahr zu Nürnberg gewesen / und hat dem Rath daselbst/ nach unserer lieben Frauen Geburts-Tag/ Freyung eines Marckes gegeben/ welcher 14. Tag nach Ostern angehen/ und 4. Wochen währen / auch der Rath deßwegen Ordnung ihres Gefallens zu machen/ Macht haben solle.

14. Coercendi liberos. Idem Ludovicus, *secundum Limn. lib.* 7. *I. P. C.* 35. *n.* 24. circa *An.* 1320. terribile illud Privilegium tribuit, *ut parentes filios inobedientes, carcere turris coercere, & vivos in profluentem demergere possint*. Verũ, cum hodiè præsertim inter Christianos patria potestas, quæ olim in vitæ & necis jure in liberos, consistebat, in pietate non in atrocitate consistat, Norinbergenses summa ratione nituntur, si terribili isto Privilegio non amplius utantur.

15. Prima Curia Regalis Norimbergæ. *Carolus IV.* in A. B. cujus anterior pars Norinbergæ *Anno* 1356. in ea domo, quæ Aurei Scuti insigne præfert, condita est, *tit.* 28. profitetur, quod Regis Romanorum futuri Imperatoris prima sua Curia Regali seu *prima Comitia* Norinbergæ habere debeat.

16. De non extruendis munitionibus, novis ædificiis & cauponis intra unum milliare à Civitate. Idem *Imp. Carolus IV. Anno* 1378. huic Civitati Privilegium concessit, quod nemo inter unum milliare ab hac urbe Civitatem, castrum &c. de novo exstruere possit, quod Diploma exhibet *Goldast. part.* 2. der Reichs-Satzungen / *pag.* 66. Quod Privilegium Fridericus III. Imp. *an.* 1464. ad ædificia & cauponas extendit, scilicet, quod nemo nova ædificia & cauponas intra milliare prope Noribergam exstruere debeat vel possit, quod similiter extat apud *Goldast. d. part.* 2. *pag.* 358. & *Limn. cap.* 35. *n.* 29. ubi etiam n. 30. refert. Imp. Friderici III. confirmationem de Anno 1476. über die Auffhebung der Land-Vögte auff die Stadt Nürnberg gehabte hohe Obrigkeit/ über die Forst und Zeitel-Gericht. Plura ab hoc *Imp. Frideric. III.* vel noviter impetrata, vel confirmata Privilegia hujus Civitatis *vid. apud. Joan Christoph VVagenseil in commentat. de Civit. Norinb. lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 257. subsequentium autem Imperatorum huic urbi munificentissimè concessa Privilegia paululum tangendo:

17. Privilegium appellationis. Ex Privilegio *Maximiliani I. Imp. de anno* 1508. à Senatu Noribergensi, in causis ædificiorum, vom Bau-Gericht / sicut nec in causis Mercatorum, der Kauff-Händler/ so kauffen oder verkauffen/ societatum, & in aliis 600. flor. non excedentibus non appelletur, *Reformat. Noric. tit.* 20. *leg.* 3. §. es soll auch/ quod Privileg. exhibet *Limn. l.* 7. *I. P. c.* 35. *n.* 23. Non appellatur quoque vom Straff- oder Fünffter Gericht/ coram quo tam injuriæ reales quam civiles, Hader- oder Schmach-Sachen / aguntur, & in quo nec Procurator admittitur. *Reform. Nor. tit.* 1. *leg.* 5. *fol.* 5. In causis autem appellabilibus pars appellans *intra decendium personaliter* coram Senatu comparere, juramentum appellationis, & cautionem præstare tenetur, & appellationem intra certum & præfinitum tempus introducere, juxta allegatum Privilegium *Maximiliani I. Imp.* quod *Carolus V. Imp.* ex post *Anno* 1520. non tam confirmavit, sed insuper *Anno* 1540. huic Civitati *Judices Austregarum* assignavit, urbes *VVinshemium & VVeissenburgium* Norgoviæ, coram quibus conveniendа est, exceptis tamen casibus Cameræ Imperiali reservatis, ad quam etiam communiter & ordinariè appellatur. Quod Privilegium verbotenus recenset *Limn. lib.* 7. *I. P. C.* 35. *n.* 24.

18. Privilegium de recipiendis Judæis, vel advenis, cives fieri nolentibus. Maximilianus II. Imp. *An.* 1573. amplissimo diplomate, quod apud *Limn. l.* 7. *c.* 33. *n.* 32. totum licet legere, Norinbergensibus adversus Judæos perquam solicitè prospexit, quod non solum eos recipere non teneantur, sed etiam quod ejus Cives & incolæ cum ipsis Judæis contrahere non possint, ne quod damnum aut molestiam ab his illi patiantur, aut in fraudem induci queant. Ex eo simul cognoscendum, gaudere Noribergenses Privilegio *immunitatis à Rotvvilensi judicio*. Simile Privilegium ante ab Imp. *Friderico III. An.* 1475. impetrarunt, vigore cujus neminem in civitatem recipere teneantur vel debeant, qui civis esse vel onera Civica supportare nolit, Privilegium hoc verbotenus refert *Knipschild de Civit. Imp. lib.* 3. *C.* 38. *n.* 68.

19. Gymnasii Altorffini in Universitatem erectio. *Rudolphus II. Imp. An.* 1587. benigne potestatem fecit, Gymnasium liberalium artium, sive sapientiæ & bonæ mentis officinam, quam in *oppido Altorff* constituerant, in Academiam evehendi, cum jure, tribuendi in ea bene merentibus Baccalaureatus & Magisterii honores. Hanc postea *Ferdinandus II.* Anno 1622. adaucto insigniter beneficio, in generale studium & Universitatem convertit, Medicinæ & Jurisprudentiæ Doctores, itemque Poëtas Laureatos creandi, concessâ licentiâ, hæcque Universitas gaudet omnibus gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus, Privilegiis, Franchisiis, concessionibus & indultis, ac aliis quibuslibet, quibus Universitas Coloniensis, Viennensis, Tubingensis, Friburgensis,

Ingolstadiensis, Argentinensis, ac alia studia privilegiata, nec non Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei & Scholastici in dictarum facultatum una vel altera isthic promoti, aut aliqua dignitate seu gradu insigniti, gaudent, utuntur fruuntur & potiuntur quomodolibet, consuetudine vel de jure, non obstantibus aliis Privilegiis & quibuscunque in contrarium facientibus &c. Ipsa autem Diplomata, unum *Rudolphi II. de An.* 1578. alterum *Ferdinandi II. Impp. de Anno* 1622. refert supra *allegat. Wagenseil. d. loc. pag.* 268. *& seqq.*

20. Privilegium quoad testamenta condenda. Tam antiquum Noribergensium est privilegium, ut de ejus origine non constet, quo *testamenta urbica*, si duo ex Senatus aut honoratiorum etiam Civium, qui vulgo *Numerosior Senatus*, Germanicè die Genandten vocantur, interdum & alii bini quicunque, testes ei & signatores adhibeantur omnino validum sit, prout id uberius *in Reform. Noric. tit.* 29. *leg.* 1. exponitur. *Rittershus. in exposit. Novell. part.* 6. *cap.* 1. *n.* 9. *Limn. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 35. *n.* 15. ubi notandum authenticas formulas testamentorum omnium, sibi in archivo servare Magistratum, iis autem, quorum interest, concedi Apographum in membrana, munitum Sigillo Civitatis. Nec ad sola testamenta se porrigit Privilegium, de binis tantum testibus assumendis, sed etiam ad *bona fide initos honestos* contractus, & negotia alia, quæ ex lege vel consuetudine plures quam duos testes exigunt.

21. Noribergenses indigenatus jure in Gallia gaudent. Singulare & potentissimis accensendum est hujus urbis Privilegium, quod ejus Cives indigenatus jure, seu *naturalitate*, ut vulgo appellant, *per universam Galliam* gaudeant, nec pro *Albinis* reputentur, ac proinde tum alibi, tum in ipsa Lutetiæ urbe nihil Civibus originariis deteriores, domos emendi, & testamenta condendi facultatem habent, ab intestato verò mortui facultates suas ad proximos in Germania constitutos heredes transmittunt. Atque hæc quidem felicitas jure Civitati Noribergensi obtigit, quippe quæ Lutetiæ effigiem ac figuram quodammodo nobis ostendit, vel ipsis Gallis testibus. *Wagenseil d. loc. pag.* 277.

22. Eorum moderatio vectigalium. Estque memorabilis immunitas aut moderatio Vectigalium, qua Noribergensis Civitatis merces in aliis urbibus fruuntur, ubi nihil pendere Noribergenses est apud *Stumfium in l.* 5. *c.* 8. *Chron. Helvet.* Sic in Francofurtensibus Nundinis à vectigalibus liberatio est, ita tamen ut ad eas, quæ autumnali tempore celebrantur, hoc nomine Noriberga Tibicinem, quos habet præstantissimos, Francofurtum ableget, qui in muneribus, quæ ab aliis Civitatibus Sculteto ex prisco more offeruntur, palam cum Symphonia musica prosequentis officium faciat, quod vocant Judicium Tibicinum, das Pfeiffer-Gericht/ cujus conditionem *Ludov. ab Hornig in lib. de post.* plenius describit.

23. Noriberga Civitas est Convocatoria. Noriberga itidem cum Argentorato, Francofurto & Ulma, *Civitas* est *Convocatoria* eine ausschreibende Stadt/ quarum officium in eo potissimum consistit, ut graviori aliquo Imperii Civitatum negotio oborto, vel proprio motu, vel una aut altera Civitate poscente, causa prius probe discussa, Civitates reliquas ad certum locum convocent, querelas damnum passarum audiant, deliberanda proponant suffragia colligans, & ex iis consultum faciant, communi omnium subscriptione roborandum. In rebus autem subitaneis, quæ moram non patiuntur solæ convocatoriæ conveniunt, & curant, ne quid gravius, ac Civitatum Collegio detrimentosum accidat. Publicis Imperii *Comitialibus* Civitatum Consultationibus interest Secretarius Reipublicæ Noribergensis, & vota & conclusa annotat, quæ prærogativa nulli alii Civitati, protocollum efformantibus exceptis, conceditur, *Wagenseil d. loc. pag.* 276. Plura alia adhuc Privilegia hujus Civitatis recenset *cit. Wagenseil. d. loc. Knipschild de Civit. Imp. lib.* 3. *cap.* 38. *per tot. Oldenburg in Limn. Enucleat. lib.* 4. *Cap.* 39. *per tot.*

Porrò desiit *Anno* 1524. Norimbergæ mos, qui prius annuatim obtinebat, publice Reliquias & Insignia Imperialia hic asservata commonstrandi, nec ferè privatim quoque aliis, quam Imperii Principibus aut Regum Legatis, ea intueri conceditur. Exactis temporibus, cum adhuc propalam fieret ostensio in foro majore Theatrum ornatissimum excitabatur, in id hora destinata prodibant sacri, seculaTesque, qui religionis causa Noribergam venerant, Principes cum Primoribus Senatus, ardentes tædas manibus tenentes. *Scena quasi triplex erat.* Atque in illarum prima, oculis utriusque sexus, omnis ætatis infinitorum in foro congregatorum hominum, Sacerdote interprete contemplandæ subjiciebantur *Reliquiæ ad Christi infantiam, ejusque Cognatos & Apostolos attinentes.* Nimirum 1.) *Pars Sacri Præsepis*, in quo Christus recens natus vagiit, & à Pastoribus Magisque fuit adoratus. 2.) *Brachium S. Annæ Matris Deiparæ Virginis*, quo hanc illa fuerat complexa, & circumgestaverat. 3.) *Dens S. Joannis Baptistæ* Præcursoris Domini nostri. 4.) *Pars tunicæ S. Joannis Evangelistæ.* 5.) *Annuli aliqui catenarum*, quæ *Beatos Apostolos Petrum*, *Paulum* & *Joannem Evangelistam* tenuerunt constrictos. 24. Quales reliquiæ Sacræ & Clenodia Noribergæ asserventur.

Altera scena, spectanda exhibebat Clinodia Imperialia, quorum in solenni Imperatorum inauguratione usus est, de quibus suprà n. 10. & *verbo* Käyserliche Kleinodien/ *fol.* 1133. Nimirum 1.) Corona Imperialis, multa ex sanctis inserta habens sacra lipsana. 2.) Vestes Imperatoriæ, Tunica violacea, itemque alia nigra, Dalmatica alba, pluviale, stola, cingulum, Socculi. 3.) Sceptrum cum pomo. 4.) Gladius Carolo M. ab Angelo traditus, quo in expeditionibus adversus hostes assiduè utebatur. 5.) *Gladius S. Mauritii*, Ducis Thebeæ Legionis. *Tertia Scena* conspiciendas præbebat *Sacræ Dominicæ Passionis Reliquias*: Nimirum 1.) Laciniam mappæ, super qua supremam Cœnam Servator celebravit, & Eucharistiam instituit. 2.) Laciniam Lintei, quo Christus Apostolorum pe-

des

des, postquam eos lavasset, abstersit. 3.) *Spinas quinque ex Corona*, quæ Christi Domini caput perforavit. 4.) *Partem prægrandem almæ Crucis*, cui manus Domini nostri fuit affixa, & quæ clavi vestigium servat 5.) Ferrum Lanceæ, qua Servatoris in cruce pendentis latus fuit perfossum, & in qua filis aureis notatum, quousque in corpus ejus penetrarit. Amplius 6.) ejusdem Lanceæ excavatæ in media parte immissum clavum qui manum Salvatoris affixam tenuit. Inter hanc monstrationem

Lætitia voceque forum plausuque fremebat.

Dubio procul capiet multos desiderium cognoscendi ipsa verba concepta, quibus tota hæc ceremonia peracta fuit, quæ omnia videre licet apud *cit. VVagenseil dict. loc. pag.* 229. *& seqq.*

25. De antiqua & insita Noribergensium pietate & religione. Celebratur etiam Norinbergensium pietas, quod semper plenæ sint auditoribus conciones, quarum singulis hebdomatibus 36. haberi solent, nec sit in templis solitudo pro antiqua & insita Civibus pietate, ac erga Deum religione. Unde nec surdis inculcant verbi Divini, juxta ipsorum religionem, Præcones sua monita, sed morigeris & amantibus bonæ frugis, ac si qua in re se deliquisse sentiunt, vitam in melius commutantibus. Hujus inveteratæ indolis exemplum sit illud, quod veniente olim Cardinali Capistrano Noribergam, & quamvis alieno ore, quippe Germanicæ linguæ ignarus, ad populum, è suggestu, sub dio, in Xenodochii Cœmiterio constitutum, verba faceret adversus luxum virorum fæminarumque, & vitiorum illecebras graviter perorando, tantum tamen aculeum in auscultantium tunc Catholicorum, animis reliquit, & sic eos commovit, ut mulieres magis ad superbiam & irritamenta libidinum, quam tegendum corpus compositas vestes, viri aleas, tesseras, fritillos, lusorias chartas, trahas, multis sonoris nolis & imaginibus ornatas currus pompales & esseda, suis manibus illuc in medium comportarent & in ignem excitatum conjicerent. De qua re in Chronico M. S. Bibliothecæ Noribergensis legitur: *Cum Anno* 1554. *S. Joannes de Capistrano Ord. Minor. S. Francisci, vir excellenti doctrina, & vitæ morumque innocentia, Noribergam delatus, aliquot dies ibi commoratus, & officio concionandi functus fuisset, quanquam interpretis opera usus, utpote minus gnarus linguæ Germanicæ: confluente indies immensa hominum multitudine, & ostensa fœditate scelerum & flagitiorum tum ingravescentium, simul denunciata promerita ira & pœna divina, ita perculsi ac consternati fuerunt animi auditorum, ut mulieres mundum ad luxum compositum, viri vero chartas lusorias, currus phaleratos, & quasvis res ludicras alias in medium congestas, igni absumendas traderent.*

Utinam adhuc hodie tales Capistrani Catholici concionarentur Norinbergensibus.

Inter structuras magnificas & ædificia obstupenda, quibus superbit Noriberga, eminent duo Parochialia Templa, pro totidem ejus, in quas à Pegneso amne dividitur, regionibus, quorum unum *S. Sebaldo*, cujus lectu dignissimam historiam scripsit *sæpe alleg. VVagens. d. lib. pag.* 33. *& seqq.* alterum *S. Laurentio* consecravit antiquitas. Ambo Basilicæ dicuntur, & inter Germaniæ primarias referri debent, ob structuræ amplitudinem summamque elegantiam. Et occupat *S. Sebaldi* Basilica eum locum, ubi quondam Sacellum S. Apostolo Petro sacrum ipse Sebaldus condiderat, inibique sepultus fuerat sanctus hic; Id cum fulmine cœlitus tactum esset, successit augusta fabrica, quæ Anno 1377. ædificandi finem accepit, & Dominica post S. Bartholomæi festum solenni ceremonia fuit inaugurata. Servat hæc vetus *Petrini Sacelli altare*, quod retrò ex adverso est *altaris summi*, maximè verò inibi sese offert *S. Sebaldi monumentum* pulcherrimum, & plane incomparabile. Totum est ex ære fusili *Petri Fischeri* magnum opus. De æstimatione hujus monumenti scripsit *Math. Rader. vol.* 2. *Bavariæ Sanctæ in vit. S. Sebaldi: condiderant Cives Noribergenses D. Sebaldo inclytum Mausolæum, quod, ut ex rationibus MS. Codicis Noriberg. constat, ex Orichalco, singulari opere factum, septuaginta octo millibus sexcentis quadraginta quinque aureis æstimatur.* 26. S. Sebaldi Basilica, & quanti in ea monumentum hujus Sancti æstimetur.

Tantos detulerunt Norimbergenses S. Sebaldo honores, & hodiè etiam miracula S. Sebaldi à citato sæpius *VVagenseilio* narrantur.

Alteram *S. Laurentii* Basilicam *An.* 1140. successisse parvo templo, quod *An.* 1003. in memoriam Christi Servatoris sepulchri conditum, hacque appellatione insignitum fuerat, Annalibus proditum est. Sumptus præ cœteris contulere *Nassoviæ*, qui tum inter cives nomina profitebantur sua, *Comites*, quibus postea editus Adolphus, cui Regis Romani dignitas obtigit: majores imitando; fabricam ampliorem, pulchrioremque reddidit. *Ludovicus IV. Imp. Anno* 1314. *S. Deocari ossa* huc intulisse perhibetur. In templo hoc spectatur *Tabernaculum* seu *Repositorium Sacramentale*, splendidæ Imhoffianæ familiæ donarium. Ingens est, ac sublime, tantaque ornamentorum è lapide diffusa copia, ac simul gracilitate decoratum, ut dubitet quis, num è ligno æquè scitè ac ubertim sculpi potuissent. *Adamus* Krafft/ qui specimen hoc, aut magis artis portentum, reliquit, artem secretam aliisque mortalibus minime cognitam tenebat, *lapides emolliendi*, cujus beneficio, opus insigne, communemque hominum industriam excedens, dedit effectum. E Lacunari Chori dependet summæ artis venustatisque ligneum opus, quod *Anno* 1518. *à Vito Stos, Antonius Tucherus, Princeps* Senatus dedicavit. Exhibet figuris humana angustioribus, totisque inauratis, *Angelum Gabrielem* apud *Mariam Virginem Legatione cœlesti* defungentem; inter applaudentes parvos divinos genios, quos à remotiore non nihil loco aspicientes ab aëre solo sustineri arbitramur: qualis æneus Angelus Romæ in Vaticano Templo quoque cernitur, in culmine monumenti, quod Petri & Pauli Apo- 27. S. Laurentii Basilica, & de singulari in ea spectando tabernaculo.

Apostolorum cineres servanti tumbæ superstructum est.

28. De Curia Norimbergensi. De Curia hujus loci *Paul. Henzner J.C. in Itin. p.* 598. rectè scripsit: *Norimbergensem Curiam esse Domum magnificentia plenam, in qua totius Germaniæ Principum ac Legatorum Comitia ac Conventus, Imperatorum auspiciis convocati fuerint*, addit, *solemnes alioquin Civium nuptias, & chorearum spectacula publica magna cum hominum frequentia ibidem quoque celebrari*: quod olim sic fiebat, in Aula ingenti, cujus vastitas, quodque præcelsa & edita laquearia nullis columnis sustinentur, omnes intuentes percellit, rapitque in admirationem. E Curia digressos brevis via ad forum majus deducit. In hoc autem quotquot se conferunt peregrini, extra se rapiuntur, & plane credunt in alium orbem se delatos. Amplissimum est, longèque patens, & tamen, diebus inprimis hebdomadariorum mercatuum, non tantum non transeundi, sed propemodum ne consistendi quidem facultas præ turba conceditur.

29. Populositas Nurnbergensis. Verbo: Noribergam omnium Germaniæ urbium populosissimam celebrat *Bodin. lib.* 5. *de Repub. Dresserus* inter Germaniæ urbes hanc recensens, numerum definivit 52000. Civium validorum illic reperiri asseverans, pro argumento id, quod in Fastos relatum est, capiendum: Anno 1505. una & eadem die in S. Sebaldi Templo 26. in Laurentiano 22. atque sic novellorum Sponsorum paria 48. ritu Ecclesiæ fuisse consecrata: Item quod Conradus Celtes scriptum reliquit, *ad quatuor ferme millia civium nasci quotannis.* Credo tamen Viennam Austriæ moderno tempore quoad populositatem Noribergam longe superare.

De cætero inædificata est hæc Civitas Clivis & Montibus 12. atq; quod *Herm. Hermes in Fascic. I. P. c.* 35. scripsit: *à dictis* 12. *montibus, Dodecacollis Noricorũ Metropolis olim dicta fuit, ad invidiam Romæ, quæ septem colles habuit.*

30. Quot plateæ, Fora, Pontes, & Fontes Noribergæ. *Plateæ* numerantur 528. magna ex parte solis radiis, ventisque perviæ & spatiosæ, stratæque saxo durissimo, propter onerarios currus; sic quoque paratæ, ut catenis ferreis robustissimis adversus vim hostilem claudi ac obserari possint. *Fora* pariter, ut montes, sunt numero duodenario, nominatque *Celtes raparium, porcarium, lactarium, vinarium, frumentarium, caballarium, oporionum seu obsoniorum*, à fructibus sic dictum, & *negotiatorum*, præ cæteris. *Pontes* lapidei XI. lignei VII. sese offerunt. *Fontes* verò publicos in quibus dulces aquæ scaturiunt, colliguntur que, aut unde illæ è signis æreis vel lapideis prosiliunt, 133. offendas, nihilominus tamen quæque domus proprio suo fonte à parte gaudet.

31. Splendidæ Privatorum ædes Norimbergæ. Privatorum Noribergæ ædes etiam, quas modicæ sortis cives incolunt plerasque magnitudo & ingens species commendant, structæq; deprehenduntur ex solido secto lapide, cujus Fodinæ non procul à Noriberga absunt, eaque est illius indoles, ut recens excisus, velut coagulata arena, mollis sit & ferro cedens, levi sic negotio tractari scindique queat. Aeri expositus & sole, ventorumque flabris velut excoctus, evadit durissimus, ut nullus ad ædificandum aptior reperiatur uspiam gentium. Non igitur temere *Sabinus* dixit, *splendida magnorum Regum Palatia* Noribergæ reperiri: Nec *Æneæ Sylvio* vitio vertendum, ad *Martin. Majorem J. C.* quod scripsit: *Quot ibi Civium ædes invenias Regibus dignas, cuperent tam egregie Scotorum Reges, quam mediocres Norimbergæ Cives habitare.*

32. De Patritiis Norimbergensibus. Sunt Noribergæ Familiæ Patritiæ complures, sed è quibus Senatus nunc 26. numerantur, quarum nomina ordine alphabetico hic subjungo; ut *Behaimorum, Dorrerorum, Ebnerorum, Furerorum, Geuderorum, Gronlandorum, Grundheriorum, Hallerorum, Harsdorferorum, Holtzschuerorum, Imhofiorum, Kressiorum, Leffelholzioeum, Muffeliorum, Nutzeliorum, Paumgartnerorum, Peinzingorum, Pomerorum, Rieterorum, Schlusselfelderorum, Starckiorum, Stromerosum, Tetzeliorum, Tucherorum, Volckamerorum, Welserorum.* Vetus his Nobilitas, & ex antiquo illustrium imaginum splendor, unde & plerisque his familiis orti Ludis Equestribus, quos Torneamenta appellamus, Anno 1198. ab Henrico VI. Imp. in urbe celebratis, quo apud Germanos Nobilitatis fortius argumentum nullum est, dimicantes interfuere. Ex verò igitur *Melchior Goldastus* huic Senatui dixit: *Quis rerum omnium in tantum imperitus, ut nescire debeat, Patritios vestros, Dei beneficio & virtute sua, ab Imperatoribus & S. R. Imperii Ordinibus impetrasse, ut in Equestrem Franconiæ Ordinem cooptati, iisdem privilegiis, eadem libertate, quibus cæteri in Germania Aurati Equites uterentur, fruerentur, & Equestris Ordinis Torneamenta, quibus, nisi cingulo militari, & torque majorum claris, interesse nemini contingebat, liberrimè frequentarent, & tyrocinia sua inter primæ Nobilitatis viros exercerent & ostenderent.*

33. Patritiorum Noriberg. splendidus vestitus præsertim eorum filiarum in die nuptiali. Patritii seu Senatores Noribergenses ex antiquo Imperatorum privilegio *abolla*, pellibus è marte Scythica suffulta, & aureo torque è collo dependente, quod Summorum Principum quondam proprium indumenti genus erat, vestiuntur: *Patritiorum* verò *filiæ* in nuptiali solennitate, corona margaritata, catenis armillisque aureis, & violacea cui hermelinæ pelles subsunt, talari tunica, prorsus habitum & cultum referunt priscarum Germaniæ Augustarum, atque illarum se conspiciendas præbent vera imagine. Neque unus tantum habetur Ornatus ejusmodi, sed proprius est variis Familiis. Cosmus III. Hetruriæ Dux, cum in itinere, quo Patre adhuc imperante præcipuas Europæ regiones lustrabat, Noribergam quoque deferretur, post visa cætera, non contentus aspexisse Ornatum hunc Nobilium Sponsarum, requirebat vehementer, ut Virgo aliqua eas vestes, Sponsæque personam indueret; hac in re cum illi mos gestus esset, magnam exinde cepit voluptatem, xenio amplissimo virginem primariã & eximiæ venustatis, quæ tantisper pro Sponsa se gesserat, prosequens.

34. Noriberga Denique in hoc Noribergensis Respubl. potis-

potissimum laudanda, quod summa semper ope, contentioneque maxima virium unicè studuerit, ut fidem intemeratam ac perenne obsequium Cæsaribus & Romano Imperio præstaret, nunquam inobediens, nunquam immorigera, aut jussa ad publicam utilitatem spectantia defugiens. Hæc ejus præcipua laus est, hâc sese magnificè effert. Ejus rei documento sit, quod deposito ab Electoribus *Wenceslao* Cæsare, & ab Ordinibus deserto, sola Noriberga egeno, exuli, & contempto constantissimè adhæsit, jurisjurandi, quod ei dederat, religionem non violare volens, donec ipse eam hoc vinculo ultrò exsolvit, nullam pro ea gratia remunerationem aliam deposcens, quam vini Bacharacensis cados quatuor. Plura de hac Civitate, & præcipuè de Statu seu regimine hujus Reipublicæ videri possunt *Gastel. de Stat. publ. Europæ cap.* 32. *pag.* 1205. *Wagenseil in comment. Noriberg. cap.* 24. *pag.* 191. *& seqq.* de Burggraviatu Noribergensi *idem d. loc. lib.* 2. *per tot.* ubi hanc controversiam ad longum pertractat, *Gastel. d. loc. pag.* 1213. *& seqq. Oldenburg. in Limn. Enuc. lib.* 4. *c.* 39. *per tot. Knipsch. de Civit. Imper. l.* 3. *c.* 38. *per tot.*

Lit. O.

Oberehenheim.

Obereinnehmer.

Oberkirch.

Oberstein.

Vide Tom. I. *har. Constitut. & ibidem allegat. Instrum. Pacis.*

Obrist. Obrist-Hauptmann.

Vid. Tom. I. *hoc verbo, & supra verbo* Krieg.

Obligation.

SUMMARIA.

1. *De Obligationibus per vim & metum extortis.*
2. *De variis speciebus obligationum.*
3. *De Obligatione in mutuo, cum determinatione certæ speciei, & valoris monetæ, in quo pecunia sit reddenda.*
4. *Non præjudicat creditori, si multis annis solutionem in minori moneta acceptaverit vid. supra verb. Moneta.*
5. *Pacta sunt servanda.*

QUomodo propter obligationes pignora capi, distrahi, & qua ratione in tali casu procedi debeat, latè ordinatur *in Reform. Francofurtensi anno* 1442. §. 2. *& seqq. in Recess. Deputat. Anno.* 1600. §. 152. permittuntur 5. per centum loco interesse seu usurarum, nisi creditor tam ex lucro cessante quam damno emergente majus interesse docere & liquidare possit.

1. De obligationibus per vim & metum extortis. *In R. I. Ratisbonensi Anno* 1641. §. 46. disponitur, quod nullus Officialis militaris, restans sibi debitum â Magistratu exigere, nec quod regimento aut cohorti adhuc ex hibernis debetur, obligationi inserere, & sibi soli attribuere debeat; & §. 49. Imp. disponit, quod super obligationibus per *vim metumve* extortis, nulli processus seu mandata decerni debeant, idque etiam repetitur *in Instrum. Pac. Cæsar. Suecic. art.* 4. §. 46. ubi in specie fit mentio Civitatum Spiræ, Weissenburgi ad Rhenum, Landavii, Reutlingæ, Heilbrunnæ, aliarumque, & decernitur, quod etiam redemptæ cessæque actiones ita abolitæ & annullatæ sint, ut ullum judicium actionemve eo nomine intentare non liceat, sed Instrumenta obligationum restituenda sint, quod idem etiam statuitur de emptione annuarum redituum, in odium creditorum violenter extortâ, & transactionibus desuper subsecutis, salvis solum pecuniarum summis, quæ flagrante bello pro aliis, ad avertenda majora eorum pericula & damna, bono animo & intentione erogatæ sunt.

Alias quoque obligatio generalis nunquam continet, quæ quis verisimiliter non esset concessurus, ut in pignore, in legatis, in administratione rerum, in juramento, in feudo, & hinc fit, ut si quis omnia sua bona alteri submittat, semper tamen persona loquentis intelligatur excepta, nec clausula generalis extenditur, nisi ad specificata, & quæ notabiliter fiunt, nisi enim specialiter notentur, neglecta videntur; & obligationi generali 2. De variis speciebus obligationum.

generali semper adversantur tacite vel expresse prohibita. *Thes. Basil. vol. 2. disput. 3. lit. L. 4.*

Obligationes *conditionales* non perficiuntur, nisi impleta conditione: sed si quis ipsemet fecerit, quo minus conditio existeret, conditio habetur pro impleta. Obligatio *turpium rerum* nulla est, etiamsi bonus sit finis, nam is naturam rei mutare non potest. Sicut autem obligatio tollitur per rem judicatam, per præscriptionem 30. annorum, per solutionem, per novationem & delegationem, per acceptilationem; ita pariter tollitur per *confusionem*, si quis creditor & debitor simul esse incipiat, cum in omni obligatione hæc duo distincta esse debeant; Obligatio prior semper debet adimpleri, si velit aliquis, ut secundus, & sibi obligatus, suam adimpleat. Nam quando sunt invicem obligati ad præstandum aliquid, aut obligatio est ultrò citròque obligatoria, tunc unus ex ipsis non potest petere ab altero, ut sibi præstetur aliquid, nisi ipse prius ex sua parte adimpleverit, vel præstiterit illud, ad quod obligatus est; siquidem qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur, & qui non facit, quod debet, non recipit, quod eum alias recipere oportet: Et si quis habet dare & recipere, semper prius debet offerre & implere, *ibid. Vol. 7. d. 17. L. hhhh. 2.*

Obligationes sunt *stricti juris*, & non extenduntur ab uno casu ad alium, & *sine causa* in iis expressa non valent, nisi sint geminatæ ex intervallo, ex instrumento Guarentigiato, vel in articulo mortis & pro exoneratione conscientiæ, vel inter mercatores, vel si quis se obligat ex certa scientia, *Gratian. decis.* 136. vel si sit facta sub conditione, tunc enim conditio impleta habetur pro causa. Obligatio ex *falsa causa* non valet, nec ex *erronea*; Obligatio simpliciter facta statim valet, excepto mutuo, ne remaneat sine utilitate recipientis. *In obligationibus facti* non potest præcise agi ad factum, sed succedit obligatio ad interesse, nisi factum fieri possit, prout vult *Paul. Christinæ. decis. Belg.* 323. *vol.* 1. *vel* quando factum venit ex dispositione legis, *Fontanella decis.* 252. *&* 253.

Obligati plures in solidum habent beneficium divisionis, exceptis quibusdam casibus; *Auth. hoc ita. C. de duob. reis* nisi illi renuntiaverint, quo casu, si unus tantum conveniatur pro tota summa, debet actor non solum se fundare, in jure solidi, quia adversus illud competit ipso jure beneficium divisionis, sed in renuntiatione facta, & si unus solverit totum, potest ab aliis repetere pro rata. Si verò ex obligatis pluribus in solidum fuerint tantum aliqui conventi, & simpliciter condemnati, tenentur solum pro rata, habito respectu ad omnes obligatos, & non tantum ad conventos, & si solverint totum, possunt tanquam indebitum repetere. Obligatio *finitur* per interitum speciei vel rei debitæ, sine culpa debitoris, non tamen si quantitas vel genus debeatur, quod perire non potest, *Sabell. in Summ. diverf. Tract. verb. Obligatio.* ubi fuse hanc materiam pertractat.

Si obligatio in *contractu mutui* sit concepta, de solvendis *certis speciebus*, & in obligatione determinatus sit monetæ cujusvis valor, postea tamen longo annorum spatio solutio fiat in minori moneta, tunc videtur solutionem porrò faciendam esse, non secundum pactum, sed secundum observationem in valore, in quo hactenus fuit facta, secundum *Menoch. cons.* 138. *lib.* 2. *num.* 21. & decennalem solutionem ad probandam qualitatem monetæ sufficere, tradit *Cothman. cons.* 34. *num.* 316. cum per acceptationem pecuniæ minoris, per spatium multorum annorum, videatur Creditor à pacto recessisse, & in novam obligationem consensisse, per acceptationem minoris monetæ, cum non solum expressè, sed etiam implicite possit fieri novatio obligationis, & manifestæ conjecturæ ad eam sufficiant. In facto tamen contigit, quod Creditor non existimaverit *acceptationem minoris monetæ* sibi imposterum, contra tenorem primævæ obligationis, præjudicare, cum donatio, novatio, renuntiatio, nunquam præsumatur, nisi hoc expressè & verbis conceptis dicatur, *Brunnem. ad L. 2. ff. de novat.* Et non extenditur ad jura verisimiliter non cogitata, *Thes. Basil. Vol. 1. disp. 8. lit. LL. 4.* debent enim jura, quibus renunciatur, specialiter exprimi, *Vol. 5. disp. 8. lit. QQ. 4.* quia renuntiationes strictissimi sunt juris, & renuntiatio non inducitur per conjecturas, sed expressa mentione animi novandi indiget, juxta *L. final. C. de novat.* & quoties contractus possunt conciliari, primus non tolliter per secundum, sed secundus intelligitur juxta primum, *Mev. part. 2. decis.* 338. *num.* 1. *&* 7. Non enim censetur derogatum primæ conventioni, nisi quatenus in secunda reperitur expressum, *Rota part.* 1. *divers. decis.* 122. *& part.* 13. *decis.* 38, *num.* 3. Maximè si secunda obligatio minus contineat, & magis damnosa sit Creditori, nam stante præjudicio Creditoris, excluditur novatio, *Altograd. consil.* 4. *Sanfelicius decis.* 360. imò si actus inter se sunt incompatibiles & perplexi, si tamen apposita sit clausula, *sine præjudicio priorum jurium*, non inducitur novatio. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 134. *Tuscus conclus.* 119. *Sabell. in sum. divers. tractat. verb. Novatio.* Et quando capi potest interpretatio non novationis, vel renunciationis juris quæsiti, semper illa est capienda, quæ donationis sive renuntiationis est exclusiva, ut ex *L.* 50. *ff. de solut.* communiter tradunt Dd. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 3. *num.* 13. & recepta est veriorque sententia, pecuniæ mutationem debitoris periculo minui vel augeri, *Larrea decis. Granat.* 17. *Diana part.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 18. *&* 19. *Scaccia de commerc.* §. 2. *glossa* 5. *num.* 147. *Crespus de Valdaura observ.* 102. *num.* 5.

3. De obligatione in mutuo, cum determinatione certæ speciei & valoris monetæ, in quo pecunia sit reddenda.

4. Præjudicat creditori, si multis annis solutionem in minori moneta acceptaverit. vid. suprà verb. Moneta.

Itaque

5. Pacta sunt servanda. Itaque monetæ certa specie promissa ea omnino solvenda est, *Carpzov, in resp. Electoral. lib. 5. tit. 9. resp. 95. n. 4.* quia pacta, sicut in aliis, ita etiam in exsolutione pecuniæ sunt servanda, ne conventio fiat frustranea, *n. 6. 7. & resp. 93. n. 17.* ait: debitori non debere accedere lucrum cum damno creditoris. Monetæ siquidem valor & æstimatio præstanda est, quæ in Chyrographo exprimitur, non quæ est tempore solutionis, *Mev. l. 6. decis. 389.* ubi citat *Cothman.* & præjudicia. Quoniam in iis pactis, quæ dependent ex voluntate paciscentium, eorum attenditur voluntas, & quæ semel placuerunt, debent omnino servari, nec licet recedere â verbis pacti, *Klock. de ærar. lib. 2. C. 84. n. 102. & seqq.* Ex his omnibus infertur, quod si moneta in minori quantitate aliquot annis sit soluta, tamen debitor cogi possit, ut imposterum in conventa & debita moneta solvat, quamvis ad supplendum defectum quoad pensiones receptas cogi non queat, *Blum. in process. Cameral. tit. 24. §. 119.* Ideòque si Creditor importunitate debitoris aliave temporis injuria vel necessitate pressus solutionem in excessivo valore recepit, obligationem reddit, apocham dedit, ut sic de negotio transactum videatur, tamen cum alter de damno vitando, alter de lucro captando certet, apocha non liberat solventem, nisi quatenus solutum est, per *l. 19. §. 1. ff. de acceptilat.* in verbis: *Inter acceptilationem & apocham hoc interest, quod in acceptilatione omnimodo liberatio contingit, & si pecunia soluta non sit, apocha non alias, quam si pecunia soluta sit.* Et propterea in Camera sæpius mandata sine clausula justissimè decreta sunt, ut suppleatur solutionis defectus, allen Abgang und Mangel an Zinsen und Haupt-Summ / in guten groben unverschlagenen Sorten / in dem Valor und Werth / wie sie zur Zeit der Verschreibung oder Contracts gegolten / zu suppliren / nachzutragen und zu erstatten / *Georg. Pröbsting de Edict. Monet. inter thes. Basil. thes. 9. lit. O.* ubi varia citat præjudicia Cameralia, nisi errore detecto super residuo sit transactum, & ita quoque in Consilio Imperiali Aulico *Anno* 1703. judicatum.

Obrigkeit.

Magistratus contemptus gravissimas meretur pœnas, sed si vicissim ille aliquid per injuriam facit, vel quasi privatus, vel fiducia Magistratus, omnino injuriarum poterit conveniri, & si ex eo officio, quod gerit, aliquid emat, in quadruplum punitur. Alias Magistratus Imperio diligentissime est obediendum, nec debet Magistratui minor 25. annis præfici, quamvis ille inchoatus habeatur pro pleno, & si Princeps talem assumpserit, ejus jurisdictio valeat. A Magistratu excluduntur, qui subesse anteà non noverunt, qui indigni sunt inferiori ordine, qui pertinaci studio & per pecuniam se ingerunt, qui vano officii nomine immania lucra sectantur, qui culpa sunt notati, vel debitores rerum publicarum, postulati criminum, nisi purgaverint innocentiam, qui officiis abjectis funguntur. Debent enim Magistratus subditis tanquam patres filiis præesse, & cum aspera quadam humanitate se venerandos, maleficis verò terribiles demonstrare, non excandescere adversus eos, quos malos putant, nec precibus calamitosorum illachrymari, sed nec prece nec pretio flexibiles esse, nec eos circa se habere, qui muneribus circumaguntur; Itaque Magistratus consilia sua præcipitare non debent, sed ex causa, ex persona, loco & tempore, profundius res examinare, quapropter etiam ipsorum labores digna mercede sunt compensanda, & honesta ipsis constituenda salaria, cum amplis Privilegiis, ut competens ipsis reverentia præstetur. Hinc quamdiu in Imperio sunt, in jus vocari non possunt, nisi in officio delinquant, vel actio tempore peritura sit; nam alias Magistratus autoritas in reddendo jure & in exequendo, debet esse inviolabilis, & idcirco judicaliter vim inferenti resisti non potest, quia pro ipso stat præsumptio, donec de injustitia notoriè liqueat; tunc enim pro qualitate causæ subdito variis remediis contra Magistratum consulitur. In Magistratum multis in locis assumuntur Nobiles, qui vel in perpetuum, vel ad tempus eliguntur, & in quos cives potius quam incolæ sunt cooptandi, cavendumque, ne vilescant Magistratus, quando obscuris hominibus committuntur. Magistratus possessio tribus quasi modis completur & acquiritur, Electione, acceptatione, atque ingressu officii. Quot sint Ordines Magistratus, & quomodo honorandi, tradit *Christinæ. decis. 105. n. 57.* & plura videri possunt apud *Ant. Sabell. in Summ. divers. tractat. L. M. verb. Magistratus.*

Oesterreich.

S U M M A R I A.

1. *Austria,* Oesterreich / *unde sic dicta.*
2. *Comites Babenbergenses Marchiones Austriæ.*
3. *Primus Austriæ Dux Henricus II.*
4. *Dissidia inter Ducem Austriæ & Bavariæ.*
5. *Babenbergica familia extincta.*
6. *Discordia inter Sororum Babenbergensium maritos.*
7. *Ottocarus occupat Austriam.*
8. *Imp. Rudolphus I. cogit Regem Ottocarum ad restitutionem Austriæ.*
9. *Albertus ejus filius Dux Austriæ.*
10. *Origo Comitum Habspurgensium.*
11. *Arx Habspurgica fortissima.*

12. *Avus Imp. Rudolphi I. Vicarius Imperii sub Imp. Ottone.*
13. *Filii Rudolphi Ducis.*
14. *Duplex Habspurgensium familia.*
15. *Rudolphus I. Imp. nepos Ducis Rudolphi.*
16. *Votum Electoris Moguntini pro electione Imp. Rudolphi.*
17. *Conjugia filiarum Rudolphi.*
18. *Albertus Imp. Rudolphi I. Imp. filius.*
19. *Meinhardus Comes Tyrolis, ejus gener.*
20. *Alberti Imp. filii.*
21. *Rudolphus Rex Bohemiæ.*
22. *Marchionatus Brandenburgicus.*
23. *Albertus Imp. Rex Bohemiæ & Hungariæ.*
24. *Imp. Ferdinandus I. reduxit hæc regna in Domum Austriacam.*
25. *Imp. Frideric. III.*
26. *Maximilianus I. Imp.*
27. *Prosecutio Historiæ de Domo Austriaca & primo de Hungaria.*
28. *Imp. Sigismundus Rex Hungariæ.*
29. *Mutabiles Hungarorum Regum electiones.*
30. *Ferdinandus I. Imp. vincit Joannem de Zapolia.*
31. *Qui auxilium Turcarum implorat.*
32. *Sed Turca timens fortunam Caroli V. Imp. obsidionem Viennæ solvit.*
33. *Ceditur Ferdinando Regnum Hungariæ.*
34. *Sed nova recrudescunt dissidia ad opem Turcarum; vid. supr.* Abgehende Ständt.
35. *Regnum Bohemiæ ad Archi-Duces Austriæ pertinens.*
36. *Rebellio in Bohemia contra Ferdinandum II. Imp.*
37. *Successio in regno Bohem. hæreditaria; vid. supra verbo* Abgehende Ständt.
38. *Burgundia quomodo ad Austriacos pervenerit.*
39. *Burgundia Regnum Arelatense appellata.*
40. *Abolita Burgundiæ regni dignitas.*
41. *Belgium Austriacis acquisitum.*
42. *Acquisitio Styriæ.*
43. *Carinthiæ.*
44. *Ducatus Luzenburgii.*
45. *Würtenbergiæ.*
46. *Silesiæ.*
47. *Ducatus Sueviæ.*
48. *Marchionatus Burgoviæ & Algoiæ.*
49. *Moraviæ.*
50. *Arx Habspurgica.*
51. *Comitatus Kyburgi.*
52. *Landgraviatus Alsatiæ.*
53. *Brevis Geographia Austriæ.*
54. *Privilegia Austriaca.*
55. *Confirmatio privilegiorum Austriacorum.*
56. *Privilegia Imp. Caroli V.*
57. *Confirmatio Imp. Ferdinandi II.*

Repetantur huc notata suprà *verbo Austria, fol.* 340. *verb.* Ertzhertzog/ *fol.* 698. *verb.* Käyser/ *fol.* 1068. *n.* 12. 47. *& fol.* 1119. *n.* 167. de Imp. Rudolpho I. & sequentibus ex Augustissima Domo Austriaca Imperatoribus. Suprà notatis hic, nec enim satis dici potest, quin adhuc dicenda supersint, adjiciendum: Quod de initiis inclytæ Austriadum Gentis varias Chronographorum opiniones recitet *Wolffg. Lazius Commentarior. in Genealog. Austriac. lib.* 1. *c.* 1. *per tot.* Et quando hæc Provinciæ veteris, superiorisque Pannoniæ, olim à Sarmatis habitatæ, pars à corpore divulsa, novum nomen novosque Principes invenerit, Historici, quod sciam non tradunt; sed constat, eam à tempore *Caroli Magni* in hunc usque diem continuò vocatam, Ostenreich/ quod orientale Regnum sonat; minorem verò ejus partem, Hungaris vicinam, Marcam, id est, limitem orientalem, Ostermarck/ ubi Carolus M. contra irruptiones Hunnorum vel Hungarorum, quibus superiorem Pannoniam abstulerat, Præfectum limitis Germaniæ constituit. Ipsam autem vocem Oesterreich/à veteribus Francis putat descendere Lazius, *d. loc. cap.* 2. qui ejectis Galliâ Romanis, cum novi Regni fines contra vicinos censerent stabiliendos, in duas id divisêre partes, eamque quæ Rheno inter amnes Mosellam, Mosam, ac Illum adjacet, gentilitiâ voce Oesterreich/ab ignaris Germanicæ linguæ Austria vel Austrasia versâ, orientale Regnum appellavêre, ubi Regales sedes in Metensi, & Wormatiensi civitate fuêre, quæ verò versùs mediterranea Galliæ se flectebant, ut Burgundia, Provincia Lugdunensis, & Narbonensis, cum parte Aquitaniæ, Westenreich/ id est, occidentale Regnum vocârunt; Sed hæ appellationes in prædictis locis jamdudum desiêre, eo ferè tempore, quo Lotharii filius, etiam Lotharius dictus, Austrasiæ partem à nomine suo Lotreich vocavit. Extincto verò in Galliis regio Francorum stemmate, & novâ Caroli M. stirpe succedente, Sacerdotes Germanos, & Gallos, qui cum Carolo M. in Pannoniam venerant, nomen Ostenreich & Westenreich isti regioni indidisse verisimile est, *Pontus Heuterus Delfius de origine Austriacorum cap.* 13. nomine autem Westenreich brevi extincto, Marca orientalis in superiorem & inferiorem divisa, sola *Austria* ac *Ostenrichæ*, nomen servavit. Mortuo Carolo M. Austria Regnante Cæsare Arnulpho filio ejus Ludovico ac Cæsare Conrado, multas ab Hungaris passa est calamitates, donec tandem ab *Ottone I.* Hungari magnis cladibus affecti, religionem Christianam sensim admisêre, & intra limites sese continuere, qui Otto ob insignem sibi in hoc bello navatam operam, utrique Ostenreichiæ præfecit *Comites à Buchorn, Scala, & Blois*, è Gallia oriundos, eæque præfecturæ tandem hæreditariæ factæ sunt, ac hæ tres familiæ longo tempore diversis Austriæ locis præfuêre, *videatur Münsterus in Cosmographia lib.* 3. *cap.* 406. donec tandem ab Hungaris pulsi, trajecto Danubio, oppida ibi aliquot & arces à se conditas, Comitis cum titulo possiderent, *usque ad annum* 1241. (quo tempore familiæ defecerunt, succedentibus in eorum bonis *Burggraviis Magdeburgensibus*) ac liberâ voluntate juri suo cedentes

1. Austria, Oesterreich/ unde sic dicta?

tes *Ottoni II.* ut vult Lazius, ut verò Nauclerus, *Henrico Aucupi*, Austriam cisdanubianam reddidêre, qui eam *Babenbergensibus Comitibus*, Alberto, ac Leopoldo, Alberti (jussu Cæsaris capite injustâ de causâ cæsi ac proscripti) filiis, cum *Marchionis* titulo donavit, *anno circiter* 980. quorum uterque è postremis veterum Principum familiis uxorem duxit; Et ab his *Babenbergica familia* è Suevis orta, in *Marchionatu Austriæ* incipit. Leopoldo sine liberis mortuo, frater ejus Albertus filium reliquit Leopoldum Illustrem, qui cum Patre Alberto, ut erant viri bellicosissimi, insignes Hungaris clades intulêre, eosque universâ penè Austriâ expulêre. *Genealogiam Marchionum Austriacorum ex hac familia recenset suprà allegatus Heuterus cap.* 15. Leopoldum IV. Cæsar Conradus Bavariæ Ducem renunciavit, cui successit frater *Henricus II.* qui à Friderico Barbarossa factus est *primus Austriæ Dux*, ac ob acceptum *pileum Ducalem*, instar *Coronæ Rostratum*, cum *veste Principali*, dictus est etiam (*autore Cuspiniano*) *anno* 1161. *Austriæ Archi-Dux*, ut verò vult Münsterus, *Rex*, idque dum dictus Cæsar inter eum, ac Henricum Bavariæ Ducem, filium Henrici superbi, pacem faceret. Cæsar enim Conradus, Barbarossæ Prædecessor, Henrico II. Bavariæ Duci infestus, eo mortuo, *Bavariam* ad Imperium devolutam, huic *Henrico, Austriæ* tunc tantùm *Marchioni*, dono dederat, unde dissidia ac bella non exigua inter Henrici superbi filium, ac hunc Henricum, Austriæ primum Ducem, sunt orta: quæ ut tolleret Fridericus Imp. diminuto nonnihil Bavariæ Ducatu, auctisque Austriæ limitibus, insuper Ducis titulum Austriacis, abolito Marchionis titulo, ut cederet donatione Bavaricâ, tribuit, restituto hac ratione in Bavaria Henrico, Henrici superbi filio; *de voluntariâ & amicâ cessione hujus Austriæ Marchionis videatur Fr. Guillman. in Habspurg. f.* 210. sed Leopoldi Octavi filiis, Leopoldo, Friderico, ac Henrico, postremis Austriæ Ducibus è familiâ Babenbergicâ, quatuor & sororum liberis, supremum diem, nullâ relictâ masculâ prole, obeuntibus, stirps Babenbergicorum mascula, postquam 270. *circiter annos* in Austriâ cum laude regnâsset, defecit.

2. Comites Babenbergenses Marchiones Austriæ.

3. Primus Austriæ Dux Henricus II.

4. Dissidia inter Ducem Austriæ & Bavariæ.

5. Babenbergica Familia extincta.

Quæstio igitur inter dictas sorores earumque è fratre Henrico neptem Gertrudim, Melchii Ducem, de jure successionis in Austriæ Archi-Ducatum orta fuit. Id enim utraque Austria tum juris habebat, ut extinctâ virili stirpe, fœminæ sanguine propinquiores, clientelare ad ejus beneficium admitterentur. *Ladislaus Moraviæ Marchio*, causâ uxoris Gertrudis, cujus primus fuit maritus, à Cæsare Austriam petebat; obtinuissetque adjutus populi studiis, nisi paulò post, nullis creatis liberis, diem obiisset; Tum dictæ Gertrudis alter Maritus, *Hermannus Marchio Badensis*, Austriam vindicaturus, partem ejus occupat. Sed *Margaritha*, ejusque soror *Gertrudis*, sorores postremorum Ducum, in Austriam provolant, ac administrationem Reipubl. unanimi consensu arripiunt. Placet primùm populo, novarum rerum studioso, fœminarum dominatus, donec mutatâ voluntate, imperii earum pertæsus, principem animis requirere incipit. Pars Hermannum Badensem, pars *Henricum Misniæ Landgravium, Gertrudis maritum*, Ducem petit. Destinant tandem communi consilio, in Misniam Legatos, ad Henricum Landgravium, qui impetrato per Bohemiam à Rege commeatu, in Austriam properans, contra datam fidem in Bohemiâ à Rege *Primislao* detinetur, remissis Austriacis Legatis, qui in Misniam fuerant ablegati, filiumque suum *Ottocarum* cum eis proficisci jubet, atque ut ab Austriacis in Ducem inauguraretur, à majori parte impetrat, ductâ in uxorem Duce eorum *Margaritha*, fœmina provectæ ætatis ac sterili, & ob id paulò post ab eodem repudiata, ac cum Cunigundim, filiam Rossislai Bulgariæ Ducis, neptem Belæ Hungariæ Regis superinducens, tanquam polygamus malè audiret, veneno clam necatur.

6. Discordia inter sororum Babenbergensium maritos.

7. Ottocarus occupat Austriam.

Verum *Rudolphus* I. Imp. vindicaturus hanc iniquitatem, & Ottocarum eò etiam arrogantiæ provectum videns, ut contemptâ Imperii Majest. de clientelaribus Bohemiæ beneficiis Cæsari sacramentum dicere nollet, ad Comitia Imperialia Augustæ Vindelicorum propterea indicta citatum, non verò comparentem, ac à Legatis Austriacis graviter accusatum, tandem armis ad Austriæ restitutionem coëgit, dicto quoque de Bohemiâ, cæterisque ejus provinciis Cæsari sacramento. In genua autem, dum hæc fiebant, ante Cæsarem prolapsus, inspectante Bohemorum, Hungarorum, ac Germanorum exercitu (labente in quatuor mundi partes artificioso Cæsaris tabernaculo, unius tantùm clavi loco motione) ac ob hanc rem tanquam ab uxore, hominibusque turbulentis acerbè acriterque reprehensus, violatâ pace, cum ingenti exercitu Austriam invasit. Sed eo haud procul ab oppido Marchecco victo & occiso, Imperator demùm deinde infesto exercitu Bohemiam invadens, ferro ac igne adolescentem *Wenceslaum*, defuncti Ottocari *filium*, petere pacem cogit, legesque pro suâ Imperiique dignitate dat. Filium verò suum *Albertum* natu maximum Austriæ præfecit, ac paulò post, è communi Principum Imperii sententia, Ordinumq; omniũ rogatu, ducem Austriæ renunciat; utque in eâ jus illi acquireret, uxorem impetrat Elisabetham filiam Meinardi Comitis Tirolis, ac Agnetis Badensis, sororis Friderici Badensis, Austriæ materno jure Archi-Ducis, Neapoli cum Conradino capite plexi, postque hujus mortem legitimæ Austriæ hæredis. Undè in Habsburgicâ Domo Archi-Ducatus Austriæ hucusque felicissimè permansit. Eadem ferè tradit Bertius *in Commentar. de reb. German. c.* 17. *fol.* 214.

8. Imp. Rudolphus I. cogit Regem Ottocarum ad restitutionem Austriæ.

9. Albertus ejus filius Dux Austriæ.

Quia verò de Imp. Rudolpho Habspurgico facta est mentio, dissonantes de Comitum Habspurgicorum origine sunt Histo- rico-

10. Origo Comitum

Habspurgicorum. ricorum relationes; certior tamen existimatur opinio illorum, qui eos à *Vindonissâ*, urbe priscorum & Romanorum scriptis celebri, Vindonenses & Altenburgenses, ab arce Vindonissæ Altenburg, posteàque à conditâ novâ arce Habspurgenses Comites dictos esse, quod *Franciscus Guillimannus in Habspurgiacis lib.* 1. *c.*3. evidenter docet, & quidem ordine certo à *Guotramo* Comite Vindonissæ sivè Albenburgi per septingentos annos deducit, & ait, *arcem Habspurg* à nepote Guotrami *Rabotho* esse conditam, suprà Altenburgum, in colle paulò erectiore, ad vim impenetrabilem, uno saltem aditu adversus Aquilonem, cætera rupium ingentia/præcipitia claudere, aditum duplice fossâ/occupasse, & propugnaculis, ut adhuc rudera, & lapidum congesti ad ingressum cumuli ostendunt, firmasse. Arcis pars magna adhuc superest & incolitur. Hæc vera *Habspurgi origo* est, atque hinc Vindonissenses seu Altenburgenses se primo Comites nominarunt, postmodum verò Habspurgenses dixere. Fuerunt autem propter potentiam jam ab antiquo in eorum numero, qui soli Imperatori annexi, proindeque liberi & sui juris, *Comites Principes* dicti: Undè *Rudolphus I.* se scripsit *Rudolphum DEI Gratia Landgravium Alsatiæ & Comitem de Habspurg.*

11\. Arx Habspurgica fortissima.

Otto Imperator discessurus in Italiam, tribus communitatibus Uraniæ, Suiciæ, & Silvaniæ, Germaniæque adeò superiori Universæ *Præfectum* dedit, & *Imperii Vicarium*, sivè advocatum provincialem, Rudolphum I. Comitem Habspurgi, Landgravium Elsatiæ, Dominum Lauffenbergæ, *Rudolphi I. Imp. Avum*, cæteraque Regii juris ei commisit, vectigalia, tributa, porteria, collectas, captâ in id pecuniæ summâ; simul nobilitati propinquæ edixit, *Habspurgiensi*, se absente, tanquam suas vices agenti, parerent, opemque contrà tumultuantes aut contumaces ferrent.

12\. Avus Imp. Rudolphi I. Vicarius Imperii, sub Imp. Ottone.

Anno 1218. mortuus est *Berchtoldus*, ultimus *Zaimgensium* Dux, cujus filia Anna, quam Vernerus Ulrici Filius Comes Kiburgi duxit, obtinuit quæcunque proprietatis erant apud Aventicos, Vindones, Burgdorfi, Duni, Grasburgi, & illis adjuncta, advocationem quoque trium Episcopatuum, Lausannæ, Seduni, Genevæ; cætera quæ Imperialis juris & beneficii erant, ut ipsos Aventicos, Vindones, Antuates, Valesianos, sivè ipsam minorem Burgundiam, Tigurum, & Præfecturam Tigurinam, Oppidum & Comitatum Rheinfeldensem, in suam Imperii nomine Fridericus Cæsar potestatem recepit. Undè magna erat per ea tempora Comitum Kiburgensium, Vernheri & Hartmanni, Heluigis Habspurgiensis fratrum, potentia, quia præter Annæ Zaringensis dotem, tres insuper clarissimos Comitatus Kiburgi, Leinzburgi & Badæ, Burgdorffum quoque obtinebant; Kiburgum tandem, & cætera Kiburgensium Comitum, Rudolpho Imp. post Hartmannus, ultimus Comes Kiburgi, tradidit, eò, cum propinquiores non adessent, ex asse instituto hærede. Sed *Rudolphus* duos habuit *filios*, *Adelbertum* ætate provectiorem, & *Rudolphum*, cui taciturni cognomentum fecerunt; hique paternam hæreditatem inter se diviserunt. *Alberto Comitatus Vindonissensis, & Elsatiæ* provincialis, multò potior pars: *Rudolpho* Lauffenberga arx & Oppidum, Sanctionis advocatio, Waldsahuot, arx & oppidum, ac circa Herciniam ultra Rhenum Lacobrigi sive Kleggoviæ Comitatus, aliaque nonnulla obvenêre sanctionis Ecclesiæ Dominia, & Adjuncta. Atque ab his *duplex Habspurgiensium* familia, Adelberto & ejus posteris, sese Habsburgi Comites & Elsatiæ Landgravios nominantibus; Rudolpho verò, & ex eo genitis, Habsburgi pariter Comites & Lauffenburgæ Dominos se dicentibus: Sed hi Habsburgi titulum inter præcipua, dum fuerunt, usurpavêre; Illi Austriæ posteà Duces, & Archi-Duces appellati, Regnorum & Imperiorum Domini atque Monarchæ. Præter filias, quas habuit Adelbertus, Elisabetham nempè, quæ adjuncta fuit Friderico Zollerano Comiti, ex quâ Burggravii Norimbergenses, & hodierni Brandenburgii Electores, & Berchtam, quæ primùm Emerio Comiti Strasbergensi, deindè Ottoni Ochsensteinio nupsit; natus quoque est ex eo, & Helvige Uxore, Ulrici Kiburgi Comitis, & Elisabethæ Burgundiæ filiâ, *Rudolphus post Imperator* factus, cùm Friderico II. & Cunrado, Impp. ac Sueviæ Ducibus defunctis, Guillielmo Hollandiæ Comiti in Imp. à nonnullis electo, vires dignitati pares non adessent, atque fœda hinc anarchia exoriretur, nemine, præter Rudolphum, superstite, qui tantis malis eradicandis sufficeret. Præclarum est Archi-Episcopi Moguntinensis verbum in Comitiis Francofurtensibus, de eo prolatum; In *Rudolpho Habsburgensi* hæc insunt omnia, *genus clarum, & antiquum, opes haud contemnendæ, ætas annis matura, belli pacisque prudentia ingens & gloria, domi modestia, foris magnificentia, ante omnia recti verique constans, & perpetuus amor & tenor. Magnus ad hoc in manu exercitus, & nobilitas propè totius Germaniæ superioris obnoxia. Quod si ad colligandos animos nexu sanguinis & adfinitatibus nihil apud mortales est efficacius, ei quoque filiæ sex formâ & indole eximiæ, & cujusvis magnæ fortunæ pares, ampla conciliandis Imperii primoribus materia. Sunt etiam juvenes filii tres* (ex Anna Hohenbergicâ Suevâ) *paternæ virtutis æmuli, & conjugii expertes, firma stabilimenta regni, denique ita animum induxi, plures esse per Germaniam opulentiâ, & cultu, fastuque & jactantiâ superiores, neminem ad isthæc tempora Habsburgiensi aptiorem;* His verbis motus Ludovicus Palatinus Rheni, Zolleranum subitò rogavit, Habsburgiensis filiam sibi an Imperatoris sponderet, neque ille conditionem aversatus amicitiæ fiduciâ & affinitatis, aut rei dignitate, dato in rem quoque præsentem pignore, spopondit. Quod ubi Saxoniæ Duci Alberto (qui posteà in coronatione Alberti I. pressura hominum suffocatus fuit) & ut vult Alber-

13\. Filii Rudolphi Ducis.

14\. Duplex Habspurgensium familia.

15\. Rudolphus I. Imperator, nepos Ducis Rudolphi.

16\. Votum Electoris Moguntini pro electione Imp. Rudolphi.

Albertus Argentinensis, Ottoni Marchioni Brandenburgensi compertum, paria promissa, cum postulâssent accepère. Ita eodem
17. Conjugia filiarum Rudolphi Imperatoris. conventu filiæ Rudolphi tres, Palatino, Saxoni, Brandenburgico, auspice & sponsore Zollerano, promissæ. Et certè, *ut jam suprà attigi*, omnes ferè Imperii Principes, & Europæ hodiè Reges, lineâ rectâ à Rudolpho I. Imp. descendisse, elegantissimè demonstrat *R. P. Joannes Gans, Invictissimi Imperatoris nostri Capellanus, in arboreto Genealogico*, Rudolphus autem Imperator factus, impetratis in Comitiis Augustanis Imperii Viribus, *Austriam, Stiriam, Carniolam*, & *Carinthiam*, quæ interregni tempore Ottocarus Bohemiæ Rex occupârat, eo occiso vindicat Imperio, *filioque Ottocari Wenceslai Bohemiam eâ lege relinquit*, ut post hac Austriâ, cæterisque ejus Provinciis abstineat, *Gutham* Cæsaris filiam in uxorem ducat, Agnis verò Wenceslai soror, eâ conditione Rudolpho Sueviæ Duci, Cæsaris filio nubat, ut si Wenceslaus sine masculis liberis è vivis decessisset, Agnes illi succederet. Quod etiam ita evenit, mortuoque Wenceslao, Rudolphus ei in Regno Bohemiæ successit, sed primo statim anno à Bohemis veneno sublatus, relicto filio unico Joanne, interfectore patrui sui Cæsaris Alberti, Russium amnem trajicientis, nullâ de causâ, quam quod Dux Johannes se ab eo diutius quam par esset, Regno Bohemiæ excludi, & in tutelâ detineri, conquereretur. *Videatur Casparus Dornavius in Panegyrico Historico de Alberto I. Austriaco.*

Albertus verò Cæsaris filius natu maximus, Austriæ præficitur, ductâ in uxorem Elisabethâ filiâ Meinardi Comitis Tirolis, cui antiquum in Austriâ jus erat. Post hæc Cæsar iterùm Augustæ Imperii Comitia, *anno* 1282. indicit, ubi Austriæ Procerum, Ordinumq; continuis expugnatus precibus, consensu omnium Germaniæ Principum, Cæsareâ innixus potestate, & authoritate,
18. Albertus Imperator Imp. Rudolphi I. filius. *Filium Albertum*, Austriæ Archi-Ducem, Stiriæ & Carniolæ Ducem, Windorumque Marchionem renunciat, ac *anno* 1284. Norimbergæ, præsentibus Imperii Principibus, traditis filio de manu insigniis, inaugurat, accepto, nomine Imperii, clientelari Sacramento.
19. Meinhardus, Comes Tyrolis, ejus gener. Deindè Meinhardum, filii Alberti Socerum, Tirolis Comitem, Carinthiæ Ducem, Tervisianique Marchionem, Imperii vicarium, accepto sacramento nominat; Filios habuit Albertus, *Fridericum pulchrum*,
20. Alberti Imp. filii. contrà quem *Ludovicus Bavarus* Imp. electus; *Rudolphum*, qui ductâ viduâ Wenceslai junioris, mortuoque Henrico Carinthiæ Duce, qui Annam sororem dicti Regis Wenceslai in uxorem duxerat,
21. Rudolphus Rex Bohemiæ. *Rex* factus *Bohemiæ*, secundum conditiones Iglaviæ in Moraviâ factas, post annum primum Imperii, hausto veneno obiit, succedente illi *Johanne Lutzenburgi* Comite, Cæsaris Henrici VII. filio, quod in uxorem duxisset Elisabetham natu majorem sororem dicti Wenceslai, Regis. Tertius Alberti filius, fuit *Leopoldus*, Landgravius Alsatiæ; quartus *Otto*, Stiriæ & Carinthiæ Dux, sine liberis mortuus, primusque *Carinthiam* Habsburgicæ ac Austriacæ familiæ reliquit, mortuo scil. Henrico, non nisi unicâ filiâ hærede Margaritha, facie insigniter deformi, relictâ: Unde *Imp. Ludovicus Bavarus*, & Carolus Lutzenburgius, ad devinciendos liberis suis Austriacos Principes, ac quod Carolus veritus esset, ne aliquando Austriaci è formulâ concordiæ Iglaviensis Bohemiam repeterent, bellumque se mortuo filiis moverent, *Carinthiam* ac *Carniolam* ad Imperium devolutam Ottoni Habsburgico, Stiriæ Duci, concesserunt.

Quintus filius *Henricus*, Canonicus ac futurus Antistes Moguntinus, mortuo fratre Rudolpho relictis Sacerdotiis fit *Rex Bohemiæ*, donatusque est ab Henrico VII. Imp. hæreditate Sueviæ Ducis Johannis, qui Cæsarem Albertum interfecerat, obiitque nullis è duabus uxoribus relictis liberis, *anno* 1327. *Albertus* cognomine *Pius*, filius sextus, è Canonico Pataviensi, post fratrum sine liberis mortem, fit Comes Habsburgi, ac Archi-Dux Austriæ, dictus etiam *contractus*, quod haustum venenum Medici necessitate coacti in nervos divertissent. Hic ex Johannâ Ulrici Comitis Ferretæ filiâ ac hærede, sex liberos, Stirpis valdè diminutæ propagatores fœcundos; piosque Principes genuit; *Rudolphum* Comitem Habsburgi, ac Archiducem Austriæ, qui ductâ Margaritha deformi, duorum maritorum viduâ, morienteque paulò post Meinhardo Bavaro, Ludovici ac Margarithæ Uxoris suæ filio, sine liberis, testamento ab eodem *Tirolis Comes* Tirolis. *Rudolphus* scriptus fuit: Idque odio Patruorum Bavariæ Ducum, quibuscum convenire nunquam potuerat Meinhardus. *Marchionatum* verò *Brandenburgicum*, qui 22. etiam à Meinhardo ad Imperium erat devolutus, Marchionatus Brandeburgicus. *Carolus IV. Imp.* Johanni filio suo Gorlicii Duci attribuit, à quo tandem, *dono Sigismundi Imp. pervenit, ad Burggravium* Norimbergensem, qui hunc Marchionatum adhuc hodiè possidet, *ut jam suprà monui*; Alter filius *Albertus*, fratre Rudolpho sine liberis mortuo, successit, cujus filius unicus Albertus, puer quinque annorum, civilis inter Proceres Austriacos belli causa, ob tutelam, provinciarumque gubernationem, vir factus duxit Elisabetham filiam ac hæredem Cæsaris Sigismundi, quibus nuptiis, post soceri mortem, *Rex* est 23. Albertus Imperator Rex Bohemiæ & Hungariæ. factus *Bohemiæ*, ac paulò post Ordinum Electione etiam *Hungariæ*, tandemque *anno* 1438. loco soceri Sigismundi, *Romanorum Imperator*. Reliquit ex Elisabethâ Lutzenburgicâ, aut potius Bohemâ, Elisabetham, uxorem Casimiri Poloniæ Regis, quem post fratris mortem Hungariæ ac Bohemiæ Regem fecit, & Ladislaum posthumum, Hungariæ, Bohemiæque Regem, ac Austriæ Archi-Ducem, maturè veneno extinctum: cujus filiâ unicâ Annâ, fratre Ludovico sine liberis mortuo, Hungariæ ac Bohemiæ Reginâ in uxorem ductâ, *Ferdinandus I. Imp. duo hæc regna domui Austriacæ* postliminio restituit; 24. Imp. Ferdinandus I. reduxit hæc regna in Domum Austriacam.

Alberto

Alberto *Fridericus Imp.* ejus nominis III. aut, ut placet aliis IV. Maximiliani I. Cæsaris pater; tam in utrâque Austriâ, quam in Imperio successit: *Leopoldus*, Archiducis Alberti filius tertius, dictus probus, ab Helvetiis Rebellibus cum copiis undique, inexploratis montium in anfractibus conclusus, & non procul à Sempacho 10. *Jan. anno* 1386. interfectus, cujus filius *Guilielmus* patris mortem contra Helvetios bello vindicare volens, itidem prælio superatus fuit; decessitque nullis relictis liperis, succedente fratre *Friderico Tirolis Comite*; qui cum clam è Concilio Constantiensi Papam Johannem abduxisset, à Cæsare Sigismundo proscriptus, ac ab Helvetiis, quod Abbati S. Galli auxilium tulisset, cæso exercitu, in fugam conjectus fuit, qui ditiones ejus invadentes, tum belli, tum proscriptionis jure, quicquid ad amnem Arolam in circuitu possidebat, ei eripiunt; Tigurini Comitatum Kiburgicum, Wandelbergicum, Rappersuillicum, Advocatiam Turocensem, Breingartum, ac Mellingam: Bernates Vchtlandiam, cum Metropoli Friburgo, Burgdorffium, ac Ergoviam. Reliqui occupant Suntgoviensem Landgraviatum, Comitatum Tiersteinii, Badensem, ac Dornecensem. Genuit ex Annâ Brunsuicanâ, unicum filium hæredemque *Sigismundum* simplicem, Tirolis, Lauffenburgi, ac Ferrettæ Comitem, Advocatum Seckingensem, Sueviæque Landgravium, qui Carolo pugnaci, Belgarum ac Burgundionum Principi, Ditiones suas ad Rhenum sitas oppignoravit; Cumque è Saxonis ac Scotiæ Regis filiabus liberos non procreâsset, provectæ ætatis, cognatum *Maximilianum*, Friderici III. Imperatoris filium, adoptavit, eique ante mortem omnes hæreditarias ditiones liberâ voluntate cessit, certis ad vitam servatis annuis proventibus, mortuus an. 1497.

Ernestus filiorum Leopoldi Probi natu minimus, ab animi constantiâ ac corporis robore dictus ferreus, Comes Stiriæ, stirpis Habsburgicæ ac Austriacæ nostri temporis author est. Filius ejus *Albertus*, Cæsari Maximiliano I. apud Belgas summâ cum laude militavit, hæreditariæ Frisiæ gubernatione remuneratus. Natu Maximus Ernesti ferrei

25. Imp. Fridericus III. filius *Fridericus*, Comes Habsburgi, *Archi-Dux Austriæ*, *Dux Carinthiæ*, *Stiriæ*, *&c.* hæres omnium patruorum, fratrum, ac tandem etiam Ladislai Posthumi, Austriæ Archiducis, lectus est Imperator, *anno* 1440. ejus nominis tertius, aut, ut alii quartus, succedens in Imperio cognato Alberto Habsburgico, Austriæ Archiduci; quo, relictâ gravidâ uxore, mortuo, hâc lege Ordines Austriæ ei provinciæ gubernationem commisere, ut si filium vidua esset enixa, tutelâ Infantis, donec adolevisset, susciperet, si verò filiam, in Austriacas provincias solus Fridericus succederet; Sed cum filium peperisset Ladislaum, sanctissimè ejus curam ac tutelam agens, cum ad pubertatem pervenisset, Austriam ei restituit. Sed paulò post Ladislao, nondum ductâ uxore, veneno à Bohemis sublato, Albertus Austriacus fratri Frederico tantam invidens successionem, conatus est rebellium Viennensium, ac Austriacorum auxilio, ingenti excitato civili bello, Fratrem Fredericum pellere, diu ac acriter eum in arce Viennensi, cum Uxore ac filio Maximiliano, obsidens. Sed tandem Albertus innuptus moriens, quinto belli anno *universam Austriam fratri Frederico vel invitus* reliquit, nisi quod veterani milites in contumaciâ persistentes bellum traxissent, si non eos 70000. aureorum nummûm, majorique parte stipendiis suis addictâ pacâsset. Postremò à *Matthiâ Hunniade*, Hungariæ Rege, Austriâ exactus, continuo quinquennio (quo is Austriam Viennæ possedit) cum octingentis tantùm equitibus per universam errans Germaniam, Principum controversias composuit, donec mortuo Rege Matthiâ, ac receptâ, filii sui Maximiliani operâ, Austriâ, cum parte Hungariæ hæreditarias ditiones revisit.

Maximilianus genuit *Philippum*, Regem Castellæ, ex quo descendit *Carolus V. Imp.* & Ferdinandus I. Imp. qui genuit Maximilianum II. Imp. Patrem Rudolphi Imp. Ernesti, Matthiæ Imp. Maximiliani, Magistri Ordinis Teutonici Alberti ex Cardinale Ducis Brabantiæ, & Wenceslai; Ferdinandum, qui ex uxore Philippâ Welserinâ suscepit Andream Cardinalem Austriæ, & Carolum Marchionem Burgoviæ, & Carolum, patrem Ferdinandi II. Imp. avum Joh. Caroli, Ferdinandi Ernesti III. Augustissimi Imperatoris nostri Ferdinandi III. ac *Leopoldi Wilhelmi*, Episcopi Argentinensis, & Passaviensis &c. Patrem quoque Maximiliani Joannis Caroli, Leopoldi Episcopi Passaviensis & Argentinensis, post Austriacarum provinciarum in Sueviâ & Alsatiâ Domini, Archi-Ducis Austriæ, Comitis Tirolis &c. Et Caroli Posthumi Episcopi Uratislaviensis. *De potentiâ domûs Austriacæ consulantur Acta publica Londorpii tom. 2. lib. 7. fol. 1245. & de privilegiis & immunitatibus ejusdem, Petrus de Vineis Imp. Friderici II. Epistolar. Magist. lib. 6. Epist. 26. Genealogiam verò Habsburgensium Comitum, & Austriæque Archiducum ponit Joh. Stumpf. in Chron. Helvet. lib. 7. cap. 13. in fin. & cap. seq. fol. 212. quos allegat Ludov. de Lindenspür in dissert. de Imperior. & Familiar. orig. & mutat.* 26. Maximilianus Imp.

Meretur Augustissima Domus, ut porrò adjungantur, quæ *Tob. Pfanner. in Lib. de præcipuis Germaniæ Principum Gentibus*, literis consignavit, prout sequitur: *Hungariam* in provinciæ formam ab Henrico III. Imperatore An. 1063. redactam, at sub filio ejus Henrico IV. Anno 1074. aut sequenti eo obsequio liberatam, proprii Reges tenuêre, ex quibus, mortuo Ludovico, cum filia ejus Mariâ, *Sigismundus*, posteà Imperator eam accepit. 27. Prosecutio Historiæ de Domo Austriacâ, & primò de Hungariâ.

Indè *Albertus II. Austriæ Dux*, Imperiali quoque honore insignis, ductâ in uxorem Elisabethâ Sigismundi filiâ, mortuo socero, volentibus Hungaris, An. 1438. regnum 28. Imp. Sigismundus Rex Hungariæ.

gnum illud obtinuit; Eo vitâ defuncto, cum Uxor Elisabetha gravida relicta, Proceribus, ut vicarium deligerent, suaderet, ipsi consilium aliter interpretati, *Uladislaum Polonum*, Regem, (anno 1440.) acciri decrevere, Regnum cum Regina habiturum. Intercessit quidem Senatusconsulto Elisabetha, cui id tandem dedere Optimates, ut si marem ipsa eniteretur, re cum Uladislao nondum peracta, legati ad istum destinati illico, abdicato negotio, reverterentur. Quanquam alii, ne id quidem à Proceribus Reginam impetrâsse referant, incommodum, noxiumque regno ratis, pueri demùm nascendi natales juventamque operiri. Eoque, cui Ladislai nomen inditum, nato, Legati, quanquam re adhuc satis integra revocati, legationi tamen insistentes, Regnum Polono obtulere. Indè cum Uladislao, atque inter ipsos Hungariæ Ordines, dissidia, quorum periculo, & de salute filii anxia Elisabetha, eum, Optimatum quorundam voluntate quadrimestrem adhuc, regiis insignibus ornatum, *ad Fridericum IV. Imperatorem*, infantis patruum, abduxit, procerum inconstantiam verita. At cæsus post aliquod temporis spaciū ad Varnā à Turcis Uladislaus, vacuum æmulo locum fecit, qui patrui tutelam custodiamque egressus, Anno

29. Mutabiles Hungarorum electiones Regum. 1455. vita cessit, antequam nuptias cum Magdalena Caroli VII. Gall. Regis filia, desponsata sibi, celebrasset. Indè Hungari, sui jam arbitrii esse dicentes, Regem undè vellent, adsciscere, *Matthiæ Corvino*, Joannis Hunniadis filio, in honorem paternæ propriæque virtutis, regnum detulêre. Ei litem movit *Fridericus Imperator*, Alberti II. frater, cui componendæ Matthias pacto se obligari demùm passus est, ut matrimonio abstineret, quo Friderico filiisque ejus jura successionis securiota forent. Et quanquam conventis adeò non steterat Matthias, ut mortuâ primâ uxore alteram duceret, sterile tamen nullisque liberis lætum utrumque matrimonium fuit. Nec tamen ideò Austriaci, quod voluêre, consequebantur, *Uladislao Polono* in Regnum ab Hungaris accito. Orto indè bello, ita tandem in concordiam *cum Uladislao Fridericus atque Maximilianus* rediere, ut Proceres Regni solenni sacramento sponderent, deficiente aliquando Uladislai stirpe non alium quam Maximilianum posterosve ejus sese Regem habituros; Verùm Ludovico Uladislai filio, infelici cum Turcis ad Mohazium prælio, simul cum fratre Georgio cæso, Hungari, neglectâ pactorum fide, *Joannem de Zapolia* Transsylvanum, Regem delegêre.

Is Regi auxilium laturus, cum seriùs & confectâ jam pugnâ adventâsset, funestum istius casum in sapientiam, fortunarumque suarum incrementa vertendum ratus, Regno capiendo animum adjecit, tanto Ordinum assensu exceptus, ut mox, coacto Alba regali concilio, Regiis insignibus ornatus, Principem legitimum ageret; Neque tamen defuêre ex Proceribus, qui sive pactorum reverentia, seu invidiâ in Dacum, sivè aliis quibuscunque ex causis, proniori in Ferdinandum, Bohemiæ tum Regem, affectu, ad capessendi Regni fiduciam eum animabant, extinctâ Regiâ Domo non ad alium magis ac ipsum, & antiquo jam pactionum, novoque Matrimonii cum sorore Ludovici Annâ contracti jure pertinentis. Neque Ferdinan- 30. Ferdinandus vincit Johannem de Zapolia.
dus favorem atque hortamenta istorum aspernatus, auctis jam animis viribusque æmulum adgressus, uno ad Tokajum prælio provinciâ exturbavit; Pulso Sarmatia perfugium fuit. Neque tamen Ferdinando aditæ vindicatæque hæreditatis quieta possessio mansit. Joannes quippè dolore ferox, auctore *Hieronymo Lasco* Siradiensi in Poloniâ Palatino, in spem recuperandi Regni ingressus, cum alia non suppeteret, ad Turcarum opem conversus, missâ ad Solimannum legatione, & oblato ei clientelæ, si beneficio ejus amissam provinciam reciperet, obsequio, ne istam opportunam amplificandi Imperii occasionem negligeret, haud difficulter persuasit, cupidine dominationis non adeò ægrè servitutem passurus, neque ullâ in eo cura, si extrema Christiani orbis dehonestarentur. Et tulit ne- 31. Qui auxilium Turcarum implorat.
quitiæ pretium Transsylvanus, Hungariæ opibus Solimanni restitutus, cujus impetus prosperis undequaque successibus auctus, emensaque victoriis Pannoniâ Austriam usque progressus, ad Viennæ tandem mœnia hæsit, barbaro, quanquam secundâ fortunâ elatiori, atque Exercitu quingentorum millium hominum prævalido *Caroli fortunam*, fratri suppetias ferentis, experiri recusante. Ita solutâ Viennæ obsidione, defuncta isto 32. Sed Turca timens fortunam Imp. Caroli V. obsidionem Viennæ solvit.
metu atque periculo Austria, Hungariæ Turci Dacique jugo pressæ nihil indè præsidii, Carolo, non una ex causa, Italiam repetente, Ferdinando ne pulcherrimæ, incruentæ quippè victoriæ fructum abitu suo perire pateretur, nequicquam obtestante. Neque tandem Joannem facinoris magnitudinem, religionisque Christianæ à Turcicâ societate, clientelâque pericula, hostis denique aliquando reversuri potentiam reputantem, recepti Regni usus, dignitasque securum esse permisit, id animo agitantem, quâ ratione commodis utrinque conditionibus Ferdinando conciliatus domûs suæ fortunam utcunque firmaret; At intercessere consilio fata, Joanne, dum ineundi negotii rationes disponit, mortalitate prævento, relicto filio, *Stephano*, is primùm, posteà Joannis Sigismundi in gratiam, nisi fallor, Poloniæ Regis nomen tulit, cujus simul atque Regni tutelam uxori Isabellæ, Sigismundi Oloni filiæ; atque Georgio Martinusio nobili Dalmatæ, extremâ ab inopiâ, servilibusq; ministeriis, adspirante industriæ fortuna, ad summas divitias, atq; in Aulâ Joannis dignitates provecto, morti propinquus mandaverat. Recrudure morte Joannis inter *Ferdinandum* atque Isabellam, seposita hactenùs aliquantum potius quam 33. Ceditur Ferdinando Regnū Hungariæ.
sopita dissidia, auctore Martinusio, cui præcipua Zapoliæ domus tum innitebantur, iis tandem legibus, marito ejus jam oblatis olim, composita, ut Regina *cesso in Ferdinandum Regno*, contractum quoque ab istâ

ejusque

ejusque filio æs alienum exsoluturum, Oppoliæ & Ratiborii in Silesia terras, XXVCIↃ aureorum annuo reditu ferentes, atque insuper CLCIↃ. aureorum, Isabellæ nomine dotis reddenda, acciperet: Stephano, amicitiæ, propinquitatis nexu arctius adstringendæ, Joanna Ferdinandi filia pacta. At ne sic quidem partibus concordia constitit, non sine Ferdinandi invidia, neglectæ pactionis opprobrio à Regina acerbis magis quam falsis questibus, palam proscissi, quæ verba sibi dari haud amplicis latura, ad solennem jam sibi solitamque Turcarum opem confugit; qui vicinorum discordias sua in emolumenta trahere non ignari, optimam regni partem Austriis ereptam sui juris fecere, secutis etiam bellis nostra patrumque ætate plus quam Christianæ rei conducat, adauctam.

34. Sed mox nova recrudescunt diffidia, & confugium ad opem Turcarum; vid. plura supra verb. Abgehende Stände.

35. Regnum Bohemiæ ad Archi-Duces Austriæ pertinens.

Bohemiam, jam à Caroli M. temporibus, ad nostra usque tempora Imperio obnoxiam Duces habuere, ex quibus Wenceslaus Sanctus ab Henrico Aucupe, Uladislaus justus ab Henrico IV. Uladislaus à Friderico I. Imp. Regiam dignitatem obtinuisse referuntur, non tamen ad successores, ni Cæsares vellent, transituram, donec Philippus Imp. stabilem eam perpetuamque efficeret. Ex *Austriacâ gente* primus tenuit *Rudolphus*, Alberti I. Imperatoris filius, acceptâ Elisabetha Wenceslai Bohemiæ Regis vidua, *An.* 1307. in Regem electus, Æmulum habuit Henricum Tirolis & Carinthiæ Principem, maritum sororis Wenceslai. Hoc pulso Joannes Comes Luzelburgius, Henrici VII. Imp. filius, initis cum Elisabetha *Wenceslai filiâ*, an sorore, incertum, nuptiis regnum obtinuit. Hujus ex Sigismundo pronepte Elisabetha, in matrimonium accepta, Bohemiæ quoque regnum nactus *Albertus II. Imp.* cujus suprà meminimus, filium hæredemque Hungarici Bohemicique Regni Ladislaum habuit, quo Povene adhuc excincto *Georgium Podiebratium* Regem salutavere. Rediit ad Austrios Bohemia, cum *Ferdinandus I.* mortuo Ludovico Uladislai Poloni, qui Georgio successerat, ex Ladislai Sorore filio, Annam quam memoravimus conjugio sibi sociâsset.

36. Rebellio in Bohemia contrà Imp. Ferdinandum II.

Post hunc *Maximilianus*, *Rudolphus*, & *Matthias* regnum, nullo repugnante, tenuere. At non *Ferdinando II.* quieta ejus possessio fuit, aperta Procerum defectione turbata, qui Ferdinandum nunquam ritè, & more majorum electum, &, si absque hoc foret, multis adversum Bohemiam facinoribus, ea exui meritum causabantur. Præcipua in eo lis vertebatur, hæreditatisne jure an Electionis beneficio, Bohemiæ Reges fierent, hoc Proceribus, istud Austriacis assentientibus, qui tum demùm Ordinibus eligendi facultatem competere ostendebant, quando nemo ex regnatrice familia superesset. Et quidem non successionis jure, sed eligentium Ordinum arbitrio Bohemiæ Regem fieri, Friderici II. atque Caroli IV. Impp. *Bullis* (ut appellantur) firmabant. Atque ad hanc formam post obitam à Ladislao Alberti filio mortem, non ex Luzenburgiis, neque ex Austriacis quenquam, sed Georgium Podiebratium, & defuncto hoc, non filiorum aliquem, ut pater frustrà oraverat, sed Uladislaum Polonum, sponte Procerum, & Electionem horum ipso Friderico Cæsare, Austriacæ gentis Principe, ratam habente, accitum fuisse. Neque alio titulo Ferdinandi (*primi*) Posteros Bohemiæ imperâsse. Austriaci ex adverso, aurea Bulla Caroli IV. de creando Romanorum Rege, Electorumque juribus latâ, tum aliâ Bohemis peculiari, Proceribus extincta demùm Regiâ stirpe eligendi facultatem tribuentibus, (At eam utpotè prisco, & à Cæsaribus adprobato juri adversam fraudi sibi esse non debere, neque fuisse unquam isti reponebant, ut quibus neglectis etiam secutis temporibus suo eligendi jure usi sint) *Dispositione*, præterea Uladislai, Annam filiam Regni Bohemici hæredem nominantis, (verùm neque istam obfuisse sibi iisdem argumentis exemplisque Bohemi regerebant) litteris Ferdinandi I. ut vocat *reversalibus*, at eas post alia *reversalia*, melioris multò sensus, & quidem 19. post annis Bohemicis scriniis nescio qua fraude irrepsisse, causabantur Bohemi, constitutionibus regni legibusque Imperii, (Recess. de Anno 1545.) in regni tabulas relatis, juramenti denique formula ab *Officialibus* regni ejusque hæredibus præstandâ, causam suam adstruebant. Atque eo succedendi jure Luzelburgios, Austriacos, aliosque usos, non ex Bohemorum beneficio, sed suo jure regnum tenuisse, quanquam & electo Georgio Podiebratio, aliàsque sæpè variis artibus eligendi facultatem sibi vindicare conati sint. At Bohemi, iis insuper habitis, spreto Ferdinando, *Fridericum Palatinum* regem accersivere, alieni regni usurpationem avitarum terrarum jacturâ luiturum.

Quo uno ad *Pragam prælio* profligato debellatoque, Bohemis intolerantior servitus injuncta, iterum victis, & in tempore rebellaturis, nullo jam reperto, qui eligendi jura domitæ & belli jure subactæ genti assereret. Ita se unius familiæ hæreditatem esse, bonâ jam fide credunt, & discordia omnis feliciter sublata, successioque hereditaria stabilita est.

37. Successio in regno Bohemiæ hereditaria; vid. supra verb. Abgehende Stände.

Hæ Provinciæ communi olim Pannoniæ nomine, confusis Illyrici Pannoniæque limitibus, comprehensæ, atque *Croatia* ad superiorem Pannoniam, Sclavoniæ, cujus pars etiam Dalmatia, ad inferiorem pertinuêre, atque ita magis pro accessione Regni Hungarici, quam propriis regnis habendæ.

Quomodo Austriam Habsburgii obtinuerint, suprà retulimus; *Archi-Ducis titulum* primum Fridericus IV. Imperator, aut ut alii volunt, filius ejus Maximilianus I. usurpavere. Sunt tamen qui Carolum IV. hujus honoris auctorem faciunt, alii qui Fridericum II. An. 1245.

38. Burgundia quomodò ad

Burgundiones, Vandalicæ Nationis populus, communi tum isti genti mutandæ sedis libidine, ad Rheni usque ripam ulteriorè pro-

Austriacos pervenerit. progressi, at post subactam à Druso atque Tiberio Inferioris quandam Germaniæ partem repulsi, ideòque extrà urbes, quibus ejecti, per vicos, sive *Burgos* discreti, diversique habitantes, Burgundionum nomen traxere. Imperante Orbi Romano Valentiniano, ad Rheni oras reversos, transitu qualiscunque Cæsaris reverentia prohibuit. Minor feroci populi de Honorio cura, quo regnante Rheni flumen transgressi, apud Hednos, Vesontios, conterminisque in locis consedere, quibus *Galliæ Belgicæ* appellatione hactenùs celebratæ, à se Burgundiæ nomen fecerunt. Ne sine Rege agerent, *Gondochium* elegere. Hujus filius Gondebaldus ob exercitam in fratrem Childebertum (Childericum alii vocant) crudelitatem, à genero hujus Clodovæo, Francorum Rege, instinctu uxoris, armis impetitus, victusque, pacta certa tributorum summâ, captivitatem redemit. Fratri Gondegisilo tuendi regni cura à victore commissa; At Gondebaldus, fraternâ cæde ad quodvis scelus imbutus, leviori jam post Clodovæi abitum à Francis metu, fratrem adortus, excusso illorum jugo neglectâ pactorum fide, patriam libertatem asseruit.

Non eadem filiis, *Gundibaro* & *Sigismundo* in defendendis suis felicitas, Clodomiri, Clodovæo prognati armis tandem edomiti.

39. Burgundia regnum Arelatense appellata. Ex illo tempore sub Carolinis varias mutationes passa Burgundia, moderandæ rei Romanæ Carolo Calvo *Regni honorem* recepit, *Arelatensis* titulo claræ, quam, fratri Ludovico Germaniæ Regi ereptam, in Uxoris Judithæ fratrem Bosonem Carolus transtulit. Alii Bosonem hunc, uxoris Irmengardæ impulsu, id dignationis sibi usurpasse referunt. Ea sub Rudolpho Rege posteà renovata, invito Arnulpho Germaniæ Imperitante, à quo anno 894. victus iste clientem sese Regis Germaniæque professus est. Sunt, qui post Carolum, exuto Francorum obsequio, juris sui aliquantum fuisse, velint, donec sub *Ottone I. ad Imperium* reverteretur, à Regibus fiduciario jure gubernari permissa; Horum postremus Rudolphus, cum masculâ prole careret, *Conradum II. Imperatorem*, sororis Gisilæ maritum, heredem instituit (Anno 1032.) præterito Odone, Campaniæ Comite, fratre Roberti Franciæ Regis, ex alterâ sorore prognato. Eum quanquam, cum obniteretur, victum, inferiorem Burgundiam sive Ducatum obtinuisse volunt, Comitatû in possessione Germanica permansisse. Eodem, aliâ quidem viâ tendunt, qui Rudolphum suorum seditionibus fatigatum, induendi Germanorum obsequii, regnante adhuc Henrico IV. consilium cepisse memorant, Procerum precibus dilatum, donec verba sibi dari ultra haud laturus, in Conradi ditionem concesserit. Inde, (ita iidem) Burgundis alienum Imperium

40. Abolita Burgundiæ regni dignitas. ægrè tolerantibus, optimum visum Burgundiam, *abolita Regni dignitate*, in Ducatus formam redigere. Obtigit is primùm, *Odoni*, quem diximus, Campanensi, cujus è filio Odone neptis Joanna, Philippo longo Galliarum Regi nupta, filiam inter alias habuit, *Ludovico Flandro* elocatam; è quâ prognata unica paternæ maternæque ditionis hæres, primum Philippo consobrino, Burgundicæ itidem ex Odone Prosapiæ, Principi desponsata, eo (anno 1362.) antequam maritum experiretur, rebus humanis exempto, in Philippi (fortis sive audacis cognomento insigniti) manus convenit, cui, *Burgundiæ Ducatum*, velut ad se devolutum, quo jure, quâve injuriâ disceptatur, pater, Joannes Galliæ Rex, in præmium servatæ sibi in prælio vitæ, destinaverat, quem deindè, unà cum superiori Burgundia (eam, post distractum in partes Burgundiæ Regnum, olim Othonem Flandriæ Comitem titulo *liberi Comitatus*, *Franche Comtée*, occupasse quidam, tradunt) nuptias, si hæc vera sunt, Philippi Odonianæ stirpis cum Flandra, Ducatui iterum juncta, atque Belgio Habsburgiæ Genti Maria, Caroli Audacis Burgundiæ Ducis filia, *Maximiliano I. nupta* intulit. At abstulit eam *Ludovicus XI. Galliæ Rex*, non Burgundicæ minus, quam Austriacæ Domui infestus, hoc prætextu, quod Carolus, Mariæ pater, multis contra Regem regnumque facinoribus, terra exui meruisset, quam (ut feudum) beneficio Galliæ tenuerat, & si absque hoc foret, Mariam, fœminam quippe, provinciam habere non posse, quam *ex Salicâ lege*, regnique more, non nisi Masculæ stirpis hæredes sortiri possint; Hispanis ex adverso, unquam ad Galliæ Regnum Burgundiam pertinuisse negantibus, ut quæ Germaniæ obsequium ab aliquot indè seculis professa sit. Neque diversam *Ducatus* à *Comitatu* rationem esse, à quâ fœminas non excludi, ne Galli quidem inficiari audeant; Hinc atrox inter *Maximilianum & Ludovicum bellum.* Conventum quidem, ut permisso Gallis Ducatu, Philippus, quem unicum è Mariâ filium Maximilianus sustulerat, Artesiam reciperet. Mansit tamen de titulo controversia, quæ ambitio à Principibus novissima exuitur. Neque in cæteris transactioni vis sua constitit, Austriacis occasioni, licet frustrà intentis, quâ ablatas injuriâ res, alia injuria repeterent. Quamquam enim secuto post tempore, *Franciscus I. Galliæ Rex*, ad Ticinum à Caroli Ducibus captus, carceris molestiam, inter alia etiam pacta, consignatione Burgundiæ redemerat, indignâ tamen Principe exceptione, pactioni stare recusavit, cui non sua sponte, sed captivitatis necessitate consensisset. Etiam assensum Regni Procerum deesse causabatur, firmandis hujusmodi pactis necessariam. Atque lis ista adhuc sub judice, Gallis interim Burgundiæ terris, Hispanis, Austriisque titulo gaudentibus. Et ne aliqua Burgundiæ parte Galli carerent, etiam Comitatum non adeò pridem armis occupavêre.

41. Belgium Austriacis acquisitum. Belgium, olim tot verè diversos Principes, Dominosque, quot Provincias habuit, quæ successu temporis per matrimonia ferè in unum

unum coaluere, post multos familiarum transitus, à Bavaris ad Burgundos translatæ, nuptiis Joannis Mali Burgundi ex Galliæ regibus prognati, cum Margarethâ Alberti *Bavariæ Ducis* filia contractis. Earumque possessionem Jacobæ, Guilielmi ultimi Hollandiæ Comitis filiæ, cessio firmam efficit, jure suo se abdicantis, ut maritum carceris, quo detinebatur, tædio liberaret. Post *terra ista ad Austrios* transiere, nuptiarum quoque beneficio, quas cum *Caroli Audacis filia Maximilianus, post Imperator*, iniit. Et quanquam Galli plures ex iis sibi vindicârent, omnes tamen, præter Artesiæ Comitatum, Austriaca tum Domus retinuit.

Infestior fuit, majorique damno constitit *Belgarum defectio*, cujus post diuturna bella is exitus, ut *septem Provinciarum*, Fœderati Belgii nomine celebrium, jacturam Hispani facerent, decem, quas Belgium Hispanicum appellamus, retentis (quanquam & ex iis Galli, inclinante Hispanorum fortunâ, præsentibus, dum hæc scribimus, & præteritis proximè bellis, non parum decerpserint) quarum prima *Brabantia*, cujus Ducem primùm creavit *Henricus V. Imperator*, Gothofredum Barbatum, Lovanii Comitem, cujus prosapia in Henrici Magnanimi filiis, Henrico Mansueto, Patris in Brabantiæ Ducatu successore, & Henrico puero, matris Sophiæ jure, Thuringiæ Landgraviatum adepto, duas in familias abiit, quarum ista in *Joanne III.* extinctâ, Brabantia, præteritis Hassiacæ Domûs Principibus, ad *Wenceslaum Luzelburgium*, Joannis ex Joanna generum, id successionis beneficium deficiente Masculâ stirpe, sexui isti, Philippus, Albertus, Henricus VII. & Carolus IV. Imperatores contulerant, & cum hic mortalitati satisfecisset, in Joannæ sororem, indè Antonium Burgundum, Philippi Audacis, & Margaritæ, ex Margarethâ (Joannæ ea Soror fuerat,) & Ludovico Flandro prognatæ, filium, & posteà cum *Maria Burgunda ad Austrios* transiit.

42. Acquisitio Styriæ. Styriam, à Savorgnanis Italicæ gentis Dynastis, Ducum titulo aliquando habitam, emit *Leopoldus Victoriosus Austriæ Dux*, ex Babenbergensi stirpe, obiit is anno 1132. à Genero Sigismundo, Ottocarum alii vocant, inopia adacto, quam in gente Styriæ, Carinthiæ, Tiroli, & Goriziæ hactenus imperante, multæ partitiones, ut solet, effecerant. Post deficiente prisca Austriorum familiâ, uxoris, quam suprà memoravimus, nomine, sibi Ottocarus Bohemus asseruit, qui illam Imperio restituere jussus, cum parere detrectaret, invitus relinquere adactus est, impar armis, quæ hanc ob caussam ipsi *Rudolphus*, jubente Ordinum Imp. Senatu, intulerat. Eoque devicto *Styriam filio Alberto*, ut suprà dictum, unà cum Austriâ atque Carinthiâ pater Rudolphus addixit.

43. Carinthiæ. Carinthiam, post alios, *Ottho*, *Othonis M. Imperatoris* ex Ludolpho Sueviæ Duce nepos, eoque defuncto illius filius Cuno, agnati Ottonis III. beneficio tenuit, pensandæ fidei, industriæque, quam vindicandæ contrà Bavaros Duces, Cæsaris Imperiique dignitati iste præstiterat. Erant tum in Ducatu Carinthiæ Marchiones duo, alter tuendo limiti orientali adversus Hungaros, alter contra Slavos, defendendæ oræ meridionali, constitutus. Erant & Palatini, Goriziensis atque Crainburgius, iste in Italiæ, hic in Bavariæ finibus, omnes pari obsequii nexu Ducis jussa spectantes.

Adempta quidem Cunoni, Cunonis Nepoti, in contumaciæ pœnam ab Henrico IV. provincia, primùm in Welphonem Bojoarum, indè ad Bertholdum Comitem Zeringium translata. Rediit tamen ad Cunonis filios, qui, insignibus ergà Cæsarem officiis, parentis culpam eluisse visi amissam istius crimine terram suo merito recepêre. Eam posteà Ottocarus, emptionis titulo, cum Ulrico ultimo Carinthiæ Duce contractæ, pro suâ usurpaverat. Quidam *Carinthiam* Meinhardo Tyrolensi à Rudolpho, alii Alberto Contracto Austriæ Duci, à Ludovico Bavaro Imperatore, defuncto Henrico Carinthiæ, nullâ masculâ sobole relicta, Anno 1335. concessam, post per conjugem *Margaretham Maultaschiam*, pleno jure Domui isti illatam dicunt. Alii Alberti hujus filios à Margarethâ istâ hæredes Carinthiæ scriptos referunt; Inter diversas adeò narrationes lectoris, quam admittere aut respuere velit, notio est, cui præjudicare non voluimus, satis habentes quæ varii varia hanc in rem habent, memorare. Vid. supra verb. Kärndten.

Est ea *Sclavoniæ* pars, de quâ jam suprà diximus, eamque una cum Carinthiâ, ab Ottocaro emptam, posteà Austriis à Ludovico Imperatore datam memorant. Quamquam sint, qui Alberto à patre Rudolpho eam quoque datam velint.

Luzelburgia Ditio, Comitatus dignitate, Ottonis I. Imperatoris ætate, primùm innotuit; A *Carolo IV. Cæsare*, in gratiam filii Wenceslai, *Ducali* honore auctam, alii id dignationis incrementum ipsi Wenceslao, ad Imperii fastigium, post exolutam à patre mortalitatem, evecto acceptum referunt, à socero Sigismundo, Fratris Wenceslai, post Rupertum, successore, vivo adhuc, Albertus II. sæpius memoratus accepit. Defuncto vitæ munere Alberto Guilielmo Saxone (is Alberti filiam Annam sibi matrimonio sociaverat) *Fridericus IV. Imperator* concessit; sive, variant enim, feudi loco collatam, sive pignori oppositam, acceptâ tamen parte quæ ad Elisabetham, Wenceslai ex Joanne Duce Gœrlicensi neptem, Antonii Ducis Brabantiæ uxorem spectabat. At ista liberis orba, quò Guilielmo ægrè faceret, Principatum Philippo Bono Burgundiæ Duci vendidit, propinquitatem etiam caussata, nuptiis, nisi fallor, innixam, quas cum Bona Luzelburgia Joannes Galliæ Rex quondam contraxerat. 44. Ducatus Luzenburgiæ.

Et

Et Philippus jus suum qualecunque tuiturus, aucturusque, Ernestum Comitem Gleichensem, vice Guilielmi regioni moderantem adortus; Provinciâ extrusit, cujus secutam posteà stabilemque possessionem, ex solutis Guilielmo ducentis & quinquaginta Rhenensium aureorum millibus (anno 1443.) reddidit: Auxit securitatem posteà Casimirus, Rex Poloniæ, cesso in Carolum Philippi filium jure, quod conjux Elisabetha, Annæ, quam memoravimus, soror, marito contulisse videri potuerat; Ab isto nuptiis Mariæ, patriarum ditionum exasse hæredis, *cum Maximiliano, ad Austrios terra ista reversa est.*

45. Ducatus Wirtenbergæ. Wirtembergiam, Ulrico Duci à fœderis Suevici Sociis, Reutlingæ urbi à Duce infestatæ opitulantibus Anno 1500. ereptam *Carolus V. Imperator* emit Ferdinando fratri, cum paternas terras partirentur, adsignatam, quam tamen huic *Anno* 1534. rursùs ademptam, Philippus Hassiæ Landgravius Ulrico restituit. Secuta post, Philippi operâ, Cadamica transactio ita Ulrico possessionem hujus terræ firmavit, *ut eam beneficium (feudum)* Austriacæ *Domûs agnoscerent*, huic etiam successionis spes, deficientibus aliquando Wirtembergiis, servaretur, quanquam conditiones istæ Ulrico minus placerent; At tandem Duces isto nexu *Rudolphus II. Imperator* exsolvit, consensu gentilitium pactus, ut clientelâ hâc eximerentur Wirtembergii, *salvo* tamen *Austriacis*, si illi deficerent, *successionis jure.* Hujusque abdicationis pretium non spernendam auri summam tulit. Quam ob spem tamen successionis titulum Austriaci retinuere, qui à Principibus plerumque novissimè exuitur.

46. Ducatus Silesiæ. *Silesia*, sedecim Principatus uno Ducatus titulo nunc complectens, quondam ad Bohemos pertinuit, cum Uladislaus, Zethi primi Bohemiæ Regis abnepos, Mnathœ filius, ex hæreditate paternâ sortitus, Uladislaviam condidit; inde Poloni armorum lege sui juris fecerunt, ex quibus eam, cum Uladislaus (Is Boleslai ex Piastea familiâ filius cum tribus fratribus Poloniæ hæreditatem ita partitus, ut Boleslaus Massoviam, & Pomerianam, Micilaus Poloniam majorem, Henticus Sendomiriensem, & Lublinensem Satrapias, ipse Cracoviensem cum Silesiâ retineret, sorte suâ non contentus, dum aliorum portionibus inhiat, suâ excidit, fratribus tandem, ope Friderici I. Imperatoris, atque Alberti Brandenburgii, & Conradi Misnensis Marchionum opera, ea lege reconciliatus, ut Silesiam hæreditario jure possideret) tribus, quos habebat, filiis distribuisset, eorum posteri clientelæ nexu Poloniæ Regno adstricti manfere, donec malis fessi, quæ mutua inter Polonos atque Bohemos jurgia & bella mediæ inter illos Silesiæ attulerant tum indignatione moti, quod in eligendis Poloniæ Regibus adeò nulla, ipsorum cura ratiove habita fuerit, ut ne ad ferenda quidem suffragia accirentur: Polonis etiam, ob linguam moresque Germanicos magis magisque invalescentes, invisi infensique, prætereà, contemptu Regni in plures Dominos discerpti, denique ob imminuta ipsorum in terris ad illud spectantibus jura, ægrè ferentes, exuta hujus reverentia, ad Joannem Luzelburgium Bohemiæ Regem, sensim tamen neque uno impetu, transiere. Præivit viam Boleslaus Dux Münsterbergensis, quem deindè reliqui sua spontè, quidam etiam necessitate, majorisque potentiæ metu, secuti sunt. Eaque rata suo consensu fecit Casimirus Magnus Poloniæ Rex, initis in eam rem Anno 1335. cum Joanne pactis. Retinuit quidem Silesiam cum Moravia Lusatiaque *Matthias Hunniades*, in Bohemiæ Regem defuncto Podiebradio adsumptus, transactione cum æmulo Uladislao Polono inita; At post mortem istius, illæ quoque ex eadem transactionis formula ad Uladislaum, Bohemiamque rediere. Ita *cum Bohemia etiam Silesiam Austriaci*, ut appendicem illius nacti sunt. Et extinctis successu temporis priscis Piasteæ ex Uladislao prosapiæ Ducibus, (ex quibus *Carolus Guilelmus*, Lignitii, Brigæ & Wolaviæ Princeps, post familiam Sueidnicio-Munsterbergiam, in Joanne ab Hussitis, anno 1425. cæso, Sagano-Glogoviam, in Joanne ob segnitiem suis inviso, & ad privatam ferè fortunam redacto, sub exordia superioris sæculi, Steinavia Olsensem *Anno* 1492. in Conrado Albo, *Oppoliensem*, *Anno* 1532. in Joanne, Teschinensem denique in Friderico Guilielmo, nostrâ ætate emortuum, cum ista scriberemus, solus superstes, raraque animi Indole veniam minoris adhuc ætatis, capessendique Imperii gratiam à Cæsare meritus, non multò post vitæ simul, totique Piasteæ Genti finem imposuit) terræ istorum *Regio Cæsaris patrimonio*, sive *Cameræ*, ut vocant, accessere, quorum alias supremus Princeps sibi seposuit (Die Tafel- oder Cammer-Fürstenthümer/) aliæ in alios collatæ. Et quidem Crosnensem, *Elector Brandenburgicus*, Oppoliensem, & Ratiboriensem *Poloni*, pignoris jure, Troppaviensem, Jagerndorffium, & Teschinensem *Lichtensteinius*, Saganensem, *Lobkovvicius*, Munsterbergiæ partem *Aversbergius*, Oelsensem *Wirtembergii*, denique Grothaviensem & Neussensem *Uratislavius Episcopus* possident, supremo tamen Præsidi (dem Königlichen Ober-Amt/) à Matthia Hunniade Bohemiæ Rege, ejusque successori Uladislao primum constituto, (ni Polonum forsan & Brandenburgium excipias) obnoxii.

Alemanniam, sive Sueviam, olim Regnum, à se subactam Francorum Rex Clodovæus in Ducatum vertit, variarum indè familiarum Dominos nactam, post Rudolphum Suevum Anti-Cæsarem, ex Rheinfeldiis Comitibus ortum, Fridericus Antiquus Baro hactenus Hohenstauffæ, Friderici Barbarossæ Imperatoris avus, ab Henrico IV. Imperatore, in navatæ contra hunc operæ præmium, frustra repugnante istius 47. Sueviæ Ducatus.

genero Bertholdo Zæringensi, accepit. Ejus familia in Conradino sublata, *Rudolphus Habspurgensis* filio cognomini contulit, multis tamen partibus mutilatum, quarum plures ad Badenses & Wirtembergios, aliæ ad alios devenêre.

1. Episcopatus Osnabrugensis initia. EPiscopatus Osnabrugensis in veteri Bructerorum regione, nunc ad Westphaliam pertinens, à *Carolo Magno, Anno Christi* 777. conditus, & in honorem *S. Petri*, Principis Apostolorum & Ss. Martyrum *Crispini* & *Crispiniani*, postquam hæc loca insidentem Saxonum Regulum *Widekindum* debellaverat, Ecclesiam Cathedralem construxit, prout ipse *Carolus M.* in utroque Diplomate in monumentis Paderbornensibus recitato, ipse fatetur, & hanc esse primam omnium Ecclesiam, quam in Saxonia condidit, *Carolus*: Huicque Sedi populoque Saxoniæ datus est primus Episcopus, *B. Wiho*, vel *Wiso*, gente Frisius, atque ex ipso Leowardiæ oppido, ut Frisii auctores perhibent, jam ante *D. Ludgerum* à prima juventute adscitus in Clerum, & Seminarium Trajectense, atque à *D. Willebrodo*, ac deinde à B. *Bonifacio* ad omnem pietatis cultum sanctimoniamque vitæ formatus, quem jam ex docendi Evangelii munere Frisia clarum, ætas infulæ maturum, Caroloque commendatum fecerat. Eo quoque agente ab *Altfrido* Leodiensium Antistite consecratus est Episcopus, uti certa apud illos annalium memoria tradidit; ut vel inde recognoscant Acatholici, nullum à Carolo M. Episcopum esse impositum, qui non pro veteri ritu inunctus sit, ideò anni consecrationis, loca, & consecrantes Episcopi, tam sollicite relata in tabulas à Majoribus nostris. Hoc illud Caroli votum, quo primum Episcopatum Saxoniæ S. Petro Romæ obtulit, ac verisimile, Carolum soluta Paderbornensi Synodo, Osnabrugum cum exercitu movisse, *Wihonem*que coram imposuisse loco & populo Antistitem, ac prima Basilicæ fundamenta imperasse. Quam in rem adferunt Scriptores, Carolum descendisse in has Westphaliæ partes, ac binas, Witikindo profugo proscriptoque, arces eripuisse, alteram in Angariæ montibus, in qua paternam sedem habuit, monumento ejus post, & Collegio Canonicorum illustrem, alteram *Iburgum*, haud procul *Osnabrugo* in abrupto montis jugo, quæ post Episcoporum Osnabrugensium sedes delecta, utrumque locum, Francorum præsidio, ad tutelam Christianorum præmunitum, *R.P. Schaten in Histor. Westph. lib.* 7. *pag.* 457.

2. B. Wiho primus loci Episcopus. B. hic *Wiso*, primus loci hujus Episcopus *Anno* 804. migravit ad Christum, & successit ei

Meingardus secundus Osnabrugensium Episcopus, qui Ecclesiæ præfuit annos 29. 3. Series Episcoporum Osnabrugensium.
& obiit *Anno* 833. 1. *Aprilis.*

Gosvvinus tertio loco successit in Præsulatu Ecclesiæ Osnabrugensis, eamque 32. annis bene administravit. Decessit *Anno* 866. succedente illi

Gosberto de Gente Sueonum, qui per annos 10. præfuit huic Ecclesiæ, & *Anno* 876. obiit. Post hunc

Eigbertus, seu ut alii *Eggehardus* Ecclesiam Osnabrugensem per aliquot annos rexit, & *Anno* 884. occubuit. Illi mortuo successit

Egelmarus, vir venerabilis, qui Ecclesiam & commissum sibi gregem per 33. annos devotè rexit, & *Anno* 918. mortuus, successorem nactus

Dodonem, hic sub Ottone M. rexit Ecclesiam hanc per annos 120. & *Anno* 938. obiit; post hunc

Drogo, inclytæ Ecclesiæ huic ad longa tempora præfuit, & demum *Anno* 969. extremum clausit diem.

Ludol-

Ludolphus Drogoni successit, præfuit Ecclesiæ suæ annos 14. & obiit *Anno* 983. post hunc Osnabrugensem Ecclesiam obtinuit

Dodo II. sub Ottone III. præfuit Ecclesiæ suæ annos 13. & obdormivit in Domino *Anno* 996. cui successit

Gunthardus vel Guntherus, qui per 4. ferè annos semper infirmus Episcopatum tenuit, & *VIII. Calend. Decemb.* de hoc seculo migravit. Ex post

Wannonus seu Wacholphus paucis annis similiter Pontificatum Osnabrugensem administravit, unde *Anno* 1002. *III. Non. Aprilis* migravit ad superos; huic successit.

Dietmarus seu Dethmarus, dignus Ecclesiæ Osnabrugensis Antistes, utpote qui per 20. annos Ecclesiæ utiliter præfuit, *Anno* 1023. humanis exemptus.

Mencherus venerabili Dietmaro successit; is per 4. tantum annos sub Henrico V. Imp. ut Pontifex rexit, nam *anno* 1028. ad Dominum migrasse scribitur, post hunc

Gosmarus rexit Osnaburgensem Ecclesiam per annos 11. diem verò extremum clausit *Anno* 1037. Diœcesin relinquens

Elverico, qui Ecclesiæ suæ per 15. annos præfuit, & *Anno* 1052. vitam cum morte commutavit. Successit ei

VVerincherus, *aliàs Benno I.* hic rexit Ecclesiam annos 29. & demùm *Anno* 1068. humanis eximitur. Deinde

4. Glires de Civitate & Diœcesi Osnabrugensi excommunicantur.

Bernardus seu Benno II. successit. Hic Præsul excommunicavit glires de Civitate & Diœcesi Osnabrugensi per certam eleemosynam, quam *Godefridus de Arnsberg* dimisit, & tunc redierunt glires, qui per 200. & plures annos non erant ibi. Ecclesiæ suæ præfuit *Annos* 20. & moritur *Anno* 1088. cui surrogatus.

Marquardus, Abbas Corbeiensis; hic post quam annos 6. Ecclesiæ præfuisset, *anno* 1093. deponitur, eique substituitur

VVido; hujus temporibus fuit exusta Osnabrugensis Ecclesia, unde multorum SS. corpora & reliquiæ, de uno loco in alium collocata, ad longa tempora fuerunt hominibus abscondita, quod factum *anno* 1100. obiit verò hic Episcopus anno sequenti.

Joannes Widoni successit & præsulatum Ecclesiæ Osnabrugensis usque ad *annum* 1111. rexit, quô annô vita functus est, eique successit

Gotschalcus de Diepholte; hic postquam Ecclesiam suam ad annum 1119. usque laudabiliter rexisset, extremum clausit spiritum. Post hunc ascendit ad Cathedram Osnabrugensem

Diethardus; hic sedit annos 8. & postea *Anno* 1127. è mortalitate exutus cessit Episcopatum suum

Udoni, qui 4. duntaxat annis in Episcopatu vixit, & illis effluxis obiit. Econtra

Philippus Comes Cattimelibocensis, ejus successor, non tantum per 32. annos Ecclesiam suam optimè administravit, sed & in Diœcesi sua divinum cultum multum augmentavit. Obiit tandem *anno* 1163. Cui successit.

Arnoldus, antea Præpositus Osnabrugensis; hic per 22. annos Ecclesiæ præfuit, & postea *Anno* 1186. decubuit in Domino, successorem nactus

Gerhardum de Lippia, qui postea factus quoque Archiepiscopus Bremensis; hic Præsul sedit annis 40. & Ecclesiam Bremensem rexit, & successit ei in Episcopatu Osnabrugensi.

Adolphus, qui multa bona & salubria in hac Ecclesia & Diœcesi gessit, qui pauperes fovit, & miserabiles personas non dedignabatur visitare, præfuit Ecclesiæ huic 21. annos; successit ei

Bruno, Comes ab Isenburg, qui 8. annis Ecclesiæ præfuit, succedente illi

VVidekindo, è Comitibus de Waldeck, qui ad septennium Ecclesiam laudabiliter administravit, & *anno* 1262. ad superos migravit, eique surrogatus

Baldevvinus, de Russle, qui Ecclesiæ præfuit per annos 10. & *anno* 1272. obiit.

Conradus Comes Ritbergensis Baldewino successit, qui longo tempore Ecclesiam & Diœcesin gubernavit, & multa etiam suo tempore gesta sunt. Excessit è vivis *Anno* 1301. successitque

Ludovicus Comes Ravensbergensis, hic postquam per annos 12. Ecclesiam laudabiliter rexisset, in aliquo certamine cum Comite de Marcha, à proprio famulo ex errore læditur, ex quo vulnere post triduum quoque extinctus est, succedente illi

Engelberto, ex militaribus de Weigaorto, hic cum 10. *annos* Ecclesiam & Diœcesin Osnabrugensem gubernasset, obiit in Domino, eique successit

Gottfridus, è Comitibus in Arnsberg, qui administrato per 30. annos Episcopatu translatus est ad Archiepiscopatum Bremensem, ejusque in locum

Joannes Hoet, Doctor Juris Canonici egregius, primus à *Pontifice Romano* huic sedi impositus, & postquam Ecclesiæ huic 17. *annis* præfuisset, diem clausit extremum. *Anno* 1367. eique suffectus

Melchior, Dux Brunsvicensis. Hic *Theodoricum*, Comitem de Marca, Præpositum Ecclesiæ Coloniensis, Vicarium in spiritualibus & temporalibus constituit; Dehinc Melchior Romam se contulit, ubi à *Gregorio XI.* ad Ecclesiam Swerinensem translatus est, ubi post 8. annos in Domino occubuit, post hunc Anno 1376.

Theodoricus de Horne, Præpositus Ecclesiæ Osnabrugensis, Canonice in Episcopum hujus loci electus, & per *Gregorium XI.* confirmatus; cessitque sibi *Theodoricus de Marca*, cui meritò Summæ per eum pro liberatione Episcopi *Melchioris*, ac aliàs ad utilitatem & defensionem Diœcesis expositæ, redditæ fuerunt & solutæ, præfuit Ecclesiæ per 25. annos laudabiliter & 2. *Januarii* 1402. ex hac miseria migravit ad Dominum. Hoc mortuo provisum postea huic Ecclesiæ de

Henrico, *Comite Holsatiæ*, è Ducibus Sleswicensibus. Hic bene & laudabiliter per paucos annos Ecclesiam rexit; nam occiso prope Dithmarsen cum multis aliis fratre suo,

suo, properavit ad capessendas paternas ditiones, & sponte resignavit, eique surrogatus

Otto, è Comitibus de Hoya oriundus Episcopus Monasteriensis. Hic Ecclesiam Monasteriensem 32. *annis* & 6. mensibus, Osnabrugensem 20. *annis* laudabiliter rexit, & demum humanis exemptus 1424. 5. *Octob.* in ejusque locum eligitur

Joannes de Depholte, Clericus Osnabrugensis, hic ad annum 40. non pervenit, & sic in optimo ætatis flore, ex poculo venenato in die Parasceves *Anno* 1437. immaturè extinctus est, eique successit

Ericus Comes de Hoya, Metropolitanæ Coloniensis Præpositus, qui postea ab Ecclesia Osnabrugensi amotus, & ei surrogatus

Henricus, Comes Meursensis, Episcopus Monasteriensis, qui Monasteriensi Ecclesiæ 26. & Osnabrugensi 10. præfuit annis, & ex hac vita migravit ad Dominum *anno* 1450. post hunc elegerunt Canonici successorem

Albertum, Comitem de Hoya, quem Pontifex Romanus confirmare recusavit, præfuit tamen Ecclesiæ & Diœcesi per annos 3. *Hucusque successiones Episcoporum Osnabrugensium ex Chronica Osnabrug. Ertvvini Ertmanni.* Hinc ex defectum ulterioris informationis subsequentium Episcoporum nomina tantum recensenda hîc. Alberto sucessit.

Rudolphus de Diephold, & huic

Conradus, quem aliqui IV. nominant,

Conradus V. Comes Ritbergensis,

Ericus, Dux Brunsvicensis,

Franciscus, Comes de Waldeck.

Joannes, Comes de Hoya, obiit Monasterii *anno* 1574.

Henricus, Dux Saxoniæ.

Gnol Schelling.

Bernardus, Comes Waldeccensis.

Philippus, Dux Brunsvicensis, *anno* 1591. electus, & *anno* 1623. obiit.

Eitelius Fridericus Hohenzolleranus; huic successit biennio post mortuo

Franciscus VVilhelmus de Wartenberg S. R. E. Cardinalis, sed bello tricennali Suecico, postquam Osnabrugensis Episcopatus in Suecorum potestatem devenit, translatus is est in *Gustavum* Comitem de Wasaburg, *Gustavi Adolphi* Regis filium naturalem, & Capitulum, cum Senatu populoque in ejus fidem sub initium *anni* 1634. adactum: verum per Pacificationem Westphalicam rediit Diœcesis ad Præsulem suum *Franciscum VVilhelmum*, cui tamen id oneris impositum est, ut *Gustavo* Wasaburgio loco compensationis intra 4. proximos annos octuaginta millia talerorum persolveret. Cæterùm ne alternativam successionem Catholicorum & A. C. addictorum institutam per Instrumentum Pacis difficultas aut confusio oriretur, circa censuram ritusque in Romana Ecclesia receptos, cautum est, eadem Pacis formula, ut eorum omnium dispositio, quoties alternativa successio in Augustanæ Confessioni addictum devenit, Archi-Episcopo Coloniensi, velut Metropolitano reservata, adversus A. C. autem confitentes plane sublata esse debeat; Cætera Superioritatis & regiminis jura in Civilibus & Criminalibus, A. C. Episcopo, juxta Capitulationis Leges illabata permaneant: prout tradit *Imhoff. in notit. Procer. Germ. lib.* 3. *cap.* 21. quoties verò Catholicus Episcopus rerum potitur, nihil omninò in Evangelicorum sacra arroget sibi juris, aut obtineat. *Francisco VVilhelmo* anno 1662. humanis exempto successit.

5. In Episcopatu Osnabrugensi est alternativa successio inter Catholicos & A. C. addictos.

Ernestus Augustus Dux Brunvicensis & Luneburgensis, cui jam dum per Instrumentum Pacis Westphalicæ successor designatus erat, inter alia enim, quæ Domui Brunsuicensi, æquivalentiæ sive compensationis nomine, in eo concessa sunt, hoc etiam erat, ut viventi tum Episcopo Osnabrugensi immediate succederet minor natu è Georgii Ducis Luneburgensis filiis, ita ut imposterum alternativè modò Catholici modò A. C. addicti, sed ex his non alii, quam ex familia modò nominati Ducis Georgii descendentes, illis autem deficientibus ex Ducis Augusti posteritate, Episcopatui præficerentur. Hic Princeps *Ernestus Augustus*, loco sedis Episcopalis, quæ olim *Iburgi* fuit, quod *anno* 1553. *Philippus* Dux Brunsuicensis cum Osnabrugensi Diœcesi infesta arma inferret, occupavit, atque omnium rerum copia abundans, diripuit, in ipsa urbe Osnabrugensi, loco suo ære comparato, elegantem ac splendidam arcem, in qua Episcopi residerent, exstruxit. Hic Princeps *Anno* 1692. factus est Imperii Elector, & in ordine nonus; Decessit autem *Anno* 1698. Regiminis Episcopalis *Anno* 36. Ducalis 19. Electoralis 7. postquam vixisset annos 68. menses 2. dies 3. Illo mortuo Canonici Osnabrugenses ritè & canonicè elegerunt

Carolum Josephum, Ducem Lotharingiæ & Barri, Episcopum Olomucensem, Magnum in Castilia Priorem, modernum laudabilissimè regentem Episcopum, regnantis Ducis Lotharingiæ *Leopoldi*, *Eleonoræ* Imp. *Leopoldi* Sorore, Fratrem secundogenitum, cui Deus felicitatem, & omne bonum!

Hæc Diœcesis Osnabrugensis ex liberali munificentia Impp. *Caroli M.* & *Ottonis M.* præter multas sylvas & nemora possidet *Farnevvinckel*, *Rustenheim*, *Engern*, *Osningsnethe*, *Dercho ssel* & *Egesterfeld* item huc spectant *Osnabrugge*, *Iborg*, *Forstenau*, *Bostel*, *Quakenbrügge*, *Vorde*, *Gronsburg*, *Hunteborg* am Dummer-See / Wietlage Melle / Holte etc. etc. 6. Diœcesis Osnabrugensis Ditiones.

De cætero hæc Diœcesis annumeratur Circulo Westphalico, officialem hereditarium unicum habet, Erb-Land-Drosten dictum, quod muneris penes Familiam de *Babe in Barnavv* est. Capitulum hîc ex 25. constat Canonicis. Coronidis loco placuit hic ex *R. P. Boussingault. Theatre du Monde part.* 2. *pag.* 277. descriptionem ipsius Civitatis Episcopalis Osnabrugensis inserere *Osnabrugh est une Ville assise sur le Fleuve Hasa. Elle appartient à l'Eveque & relevé de l'Em-* 7. Civitatis Osnabru-

gensis descriptio. l'Empire, tout ainsi que celle de Munster. Elle n'est pas gueres moins grandeque Munster, maiselle est beaucoup moins peuplée, & n'est pas si belle. Quant aux Eglises, la Cathedrale, qui porte le nom de S. Pierre, est petite. On la tient pourtant pour la plus ancienne de toutes les Eglises que Charle Magne a fait bâtir dans la basse Saxe. Il y a encor dans le Tresor de cette Eglise quelques ornemens que cet Empereur a donnez, qui sont fort vieux, àsçavoit, une Chasuble, & deux Tuniques faits à l'antique. On y montre aussi la Couronne du meme Charle Magne, qui n'est que d'argent d'ore, avec cinq petites fleurs de Lys & trois un peu plus grandes & quelques Escarboucles. On y fait voir aussi son Peigne & son Baton qui est de six pieds de haut, l'un & l'autre d'yvoire. Il y a encore vingt-cinq ou vingt-six Echets qu'on dit étre de luy, qui sont de crystal, & ont diverses figures. A côté du Revestiaire est une Horloge d'une fabrique fort ingénieuse, qui montre avec des cercles de fer le cours des Planetes, les Eclypses, les Saisons, & autres choses semblables. Au dessous est en basse une Anatomie, c'est à dire la figure d'un Homme, qui est ouvert & dans lequel on discerne aisement plusieurs parties intérieures qui sont dans le Corps humain. Au Grand Autel de tous côtez sont quantité de reliques anciennes. On voit plusieurs notables Eglises dans la Ville.

Au dela du Fleuve Hasa est la Citadelle qui est petite mais fort réguliere. Elle à trois Bastions & deux Demy-lunes. Les Fossez sont fort larges & bien pleins d'eau, avec deux Portes, l'une, pour y entrer du côté de la Ville derriere S. Jean, & l'autre pour en sortir apellée la Porte S. André avec divers Pont-Levis & à chaque Porte un Bastion entoure d'eau, & separé de la Citadelle. On tient, qu'elle a la forme de la Citadelle d'Anvers. Tous les environs d'Osnabrugh sont extremement agreables & divertissans. Civitas hæc Osnabrugensis æquæ ac Monasteriensis ab Instrumento Pacis Cæsareo Suecico & Gallico, seu universali Pace anno 1648. hic sancita, & roborata, ac postea anno sequenti Noribergæ executioni mandata, celebris est & extollenda.

Lit. P.

Pabst / Papa.

SUMMARIA.

1. *Elogia Pontifici competentia.*
2. *Veneratio Pontificis in Veteri Testamento.*
3. *Eadem & major Veneratio in novo Testamento.*
4. *Ecclesiæ Majestatem meritò excrevisse.*
5. *Querelæ contra Pontificem, & causæ flagrantis odii.*
6. *Quæ diluuntur.*
7. *Electio Romani Pontificis magis congrua per Cardinales.*
8. *Ad Canonicam electionem qui numerus Cardinalium requiratur, & qualis, ad eam accelerandam modus.*
9. *Potest eligi Papa quicunque Cardinalis etiam Laicus.*
10. *Forma electionis Apostolicæ.*
11. *Quomodo Cardinales ordinant Pontificem.*
12. *Cardinales possunt esse Patrini, & sunt Pastores suæ familiæ.*
13. *Pontificis legitimè electi potestas, & autoritas.*
14. *Pontifex potestati Laicæ non est subjectus.*
15. *Decentissimus est hodiernus splendor Pontificis, vid. sup. n. 4.*
16. *An & qualis potestas illi in temporalibus competat?*
17. *Differentia inter potestatem spiritualem & temporalem.*
18. *Elogia Pontificis ex SS. Patribus.*
19. *Pontifex definiendo pro Cathedra errare non potest, & est supra Concilium.*
20. *Quare meritò debeatur veneratio sedi Apostolicæ.*
21. *Quæ fuerit antiqua Pontificum electio.*
22. *Decretum Pontificis Gregorii XV. super electione Rom. Pontificis.*
23. *Cautè & consideratè in electione Pontificis procedendum cum gratiâ Spiritus Sancti.*
24. *Modus electionis in conclavi.*
25. *A quibus rebus Cardinales abstinere debeant.*
26. *Pœnæ non ritè eligentium.*
27. *Quid, si non ritè Pontifex fuerit electus.*
28. *Quâ ratione Cardinalium dignitas aucta & jus eligendi Pontificis ipsis attributum.*
29. *Successio & Series Pontificium inter quos I.* S. Petrus Apostolus.
30. *Infamis Arii interitus.*

31. *Fit*

31. *Fitmentio fabulosæ calumniæ de Joanna Papissâ.*
32. *An quoad pœnam banni distinctio sit inter Ecclesiasticos & Seculares?*
33. *Quid de reditibus Episcopi crimen perduellionis vel læsæ Majestatis committentis?*

1. Elogia Pontifici competentia. PONtifex est *Magistratus Sacer*, qui etiam appellatur *Papa*, tanquam *communis Pater Ecclesiæ*, *Apostolicus Pontifex*, unde etiam *Romana Sedes* semper *Apostolica* dicta fuit. Dicitur quoque *Sanctissimus & Beatissimus*, quia *Christi* est *Vicarius*, quæ & alia ipsi tribuuntur elogia, ad demonstrandam non personæ qualitatem, sed Pontificiæ dignitatis prærogativam. Quod si enim olim in V. T. primum sacrorum Præsidem, Summum Sacerdotem & Pontificem vocârunt, & venerati sunt, quando omnia in imagine & figurâ continebantur, cur non hodiè meliori jure supremum Ecclesiæ Præsidem Summum Pontificem vocaremus, & veneraremur? Et si in Ecclesiâ veteri *unus* 2. Veneratio Pontificis in Veteri Testamento. tantùm erat *Sacerdos Summus*, qui omnibus præerat, quæ ad legem, ad Religionem pertinebant, usque ad tempus Christi: Cur in Ecclesia novi testamenti quæ est etiam corpus mysticum, cujus invisibile caput, & principale fundamentum Christus est, unus quoque non sit Rector, Pastor, & Sacrorum Præses, ut figura eò aptius suo figurato respondeat? Hinc mirari licet, quo odio in Pontificem exardescant à Catholica Religione alieni, cum tamen Rex *Joas* Pontificem *Jojadan* reveritus sit ut parentem, eôque vivente nihil fecerit, nisi ex illius dicto & præscripto *lib.* 4. *Reg. c.* 12. Similiter *Seleucus* Rex Asiæ, quamvis gentilis *Oniam*, Pontificem ita suspexerit, ut in gratiam illius, magnis muneribus cumularit templum Hierosolymitanum, *lib.* 2. *Machab. c.* 3. *Jaddoam* Pontificem, referente *Joseph. lib.* 3. *c. ult. Alexander* magnus adoravit. Tanta nimirum erat Pontificis, sive Summi Sacerdotis in V. T. autoritas, ut per Moysen Deus pronuntiârit: *qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis nempe Summi, sive Pontificis Imperio, morte morietur*, *Deut. c.* 17. In conciliis majoribus, quæ constabant 70. viris, seu Senioribus, præsidebat Pontifex, sicut Rex Josaphat constituerat in Jerusalem, & in Judicibus populi sui præceperat, dicens: *Amarias Sacerdos & Pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit*, *lib.* 2. *Par. c.* 19. Atque si inferiores judices non poterant convenire, aut controversias ad se delatas in minoribus conciliis, quæ XXIII. viris constabant, dirimere, confugiebant Hierosolymam ad superiores judices, quibus præerat Summus Pontifex, cujus sententiæ sub pœna mortis debebant acquiescere, *Deut. c.* 17. *vid.* etiam suprà de conciliis *tit.* 1. *p.* 1.

3. Eadem & major veneratio in Novo Testamento. Nec minoris esse autoritatis hodiernos in Ecclesiâ Christi Pontifices existimandum est, cùm vetus Testamentum figura tantùm fuerit, in quâ similitudo instituendi in novâ lege Regiminis erat expressa. Quid enim post hominos natos unquam fuit dignitatis & gloriæ, quod cum Papali possit potestate comparari? disputent invidiosè quotquot à Spirituali ejus potestate se exemerunt, & pergant ei maledicere, qui benedicere non didicerunt, Summam Sacerdotii dignitatem non convellent. Est in Ecclesiâ Triumphante unus Dominus, cur non in Ecclesia militante unum agnoscere-mus Pontificem, Vicarium Dei? probro sibi non duxit *Carolus VIII.* Galliæ Rex, apud Alexandrum VI. Pontificem in S. Missæ Sacrificio, implere subdiaconi munus. Nec *S. Wenceslaus*, Bohemiæ Rex, ministerium id Sacerdotibus exhibere recusavit, sed propriis manibus frumentum pro sacris Hostiis & seminavit, & Messem posteà collegit. Ipse Hunnorum Rex *Attila*, qui se flagellum DEI vocabat, cùm universam Italiam bello vastâsset, & jam Romæ immineret, à Leone Pontifice, & precibus & minis victus est, ut à proposito deflecteret, & copias aliò duceret suas, fassus se duos Pontifici adstantes strictis gladiis vidisse, qui mortem minarentur, ni pareret, Platina *in Leone primo.* Quid Principes aut homines loquor, (inquit *Just. Lips. D.* Hallensis amplificator) ipsi aërei, terreni, inferi Spiritus sive genii, vereantur & trepidant cœlestem illam in terris potestatem. In sanctæ hujus dignitatis recognitionem oscula figi pedibus Pontificiis, tradit Marta *de jurisdict. p.* 1. *c.* 46.

Hæc enim Ecclesiæ Majestas est, cui *Principes serviunt*, *& Reges sunt nutricii ejus*, *Isaiæ cap.* 49. Ita scilicet Pontificum dignitas in majus fastigium excrevit, nec decebat *cultum*, *& purpuram* Ecclesiæ semper deesse. E re fidei & Ecclesiæ est, ut Episcopi simul Principes sint, & possideant terrena, quæ ab officio eorum necessariò separata esse nulla ratio evincit. Ita placuit Deo Ecclesiæ dignitatem etiam hoc modo demonstrare, & stabilire. Nec novum hoc, sic enim Tribui Levi quam pro servitio suo elegit Deus, etiam de reditibus prospexit, & 48. Civitates cum suburbiis eidem assignavit, *Num. cap.* 35. Levitis Sacerdotibus ac Pontifici, decimas fructuum, pecorum, & jumentorum concessit, *Num.* 28. *vers.* 21. Sacerdotibus & Pontifici primitias & primigenia assignavit, *Levit.* 23. *Num. cap.* 18. *Deut. cap.* 26. quin etiam oblata DEO, sive ex voto, sive ex libera voluntate & devotione, in sacerdotum usum cedebant, *Levit.* 32. *vers.* 23. *Num.* 15. Undè colligitur, Tribum Levi præ aliis fuisse opulentissimam, & præsertim Pontificem ditissimum, cui vix comparari possit Pontifex & Sacerdotes novi testamenti, *Laur. Beyerling. supr. c. t. loc.* 4. Ecclesiæ Majestatem meritò crevisse.

Ecquid ergò de donatione Constantinianâ & externo splendore, opulentiaque contra Pontificem invidiosè disputatur, si possessio immemorialis jura possessoris demonstrat; Pontifex causam evicit. Nec contra illum, sed contra Ecclesiam & honorem Dei, cui hæc omnia sacrata, instruitur hæc pugna. Antipapas scilicet Romani Pontifices plerique habuerunt, Cornelius Novatianum, Liberius Felicem, Bonifacius Eulalium, &c.

5. Querelæ contrà Pontificem, & causæ flagrantis odii? Quid mirum, si etiam hodiè contradictores non desint? Verùm ajunt illi, nimium quantum per Canones & Canonistas Pontificiæ potestatis laxari repagula, Divinum illi honorem deferri per adulatores, in Papali ipsum missâ majori reverentiâ, quam ipsum Deum adorari, ex *lib. 2. Ceremon. sect. 1. c. 14.* Reges ad frena & stapedes, atque ad oscula pedum submissos ipsum desiderare. Hinc sortitum esse nomen potentissimi Sacerdotis, qui nominare, denuntiare & declarare possit Regem Romanorum. Cujus personam Electam examinandi & promovendi ad Imperium Pontificii sit muneris, & autoritatis, *c. Venerabilem. de Election. Clem.* 1 §. *nos. de jurejur.* Imperatores ex jussu & voluntate Christi à Papa accipere potestatem, *c. cum inter nonnullos, &c. seq. extravag. Joann. 22. de V. S.* Eosdem & omnes Reges esse Sedis Pontificiæ Vasallos, *Can. tibi Domino. dist. 73. & d. Clem. I. de jurejur.* Hunc contradictionis scopum, hunc iræ fomitem esse, quod Papa tantam sibi Præeminentiam insolenter arroget, quod Pontifex à Deo super Regna & gentes constitutos legatur, *in c. omnes Principes X. de Major. & obed. c. unam sanctam. extravag. comm. eod. tit.* tantumque præstet Imperatori, quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, anima corpori, *c. solitæ. X. de major. & obed. c. duo sunt; cum seq. dist. 96.* Imperia & Regna conferre, & transferre, *c. ad Apostolicæ. de sent. & re jud. in 6. c. alius, q. 6.* qui cunctos judicaturus à nemine judicandus, *c. si Papa, dist. 40. c. nemini 16. q. 4.* Neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque â populo. *c. nemo. 9. q. 3.* qui ideò non puri hominis, sed veri Dei vices in terris gerat, *c. quando. §. 1. &c. inter corporalia, in pr. vers. non enim humana. X. de translat. Episc.* Hæc Elogia liberè nimis in Pontificem congeri, & hunc pompæ arrogantiæque strepitum æquis auribus haud excipi posse.

6. Quæ diluuntur. Affundamus frigidam animis iracundiâ calentibus. Ipsi Theologi Catholici Canonistarum locutiones non agnoscunt, & Bellarmin. *lib. 5. de Pontif. per discurs.* variis distinctionibus rei asperitatem mitigat. Videtur multis querelis causam dedisse majorum nostrorum benignitas, & multa sano sensu dicta ab adversariorum sinistrâ interpretatione corrumpi. Ipsi olim Reges atque Imperia, seu sponte, seu necessitate, multa Pontificibus detulerunt, unde potestas Ecclesiastica ad Imperium temporale terrarum paulisper deducta; Quamvis alias Romanos Episcopos ex officii sui naturâ (nisi quatenus tanquam simul Principes ac Duces, ipsi Regionum sunt Domini) jurisdictione seculari carere, asserat Bodin. 3. *de Republ. cap. 3. n. 227. Guilielm. Barclai. de potest. Papæ in præfat. & per tot. tr.* Cum Ecclesiæ Ministris alia potestas à Christo data non sit, nisi ligandi & absolvendi, ut coarguere possint verbo delinquentes, & excommunicare contumaces. Omnis Ecclesiasticorum potestas hoc fine circumscripta est, ut ad vitam æternam dirigamur obtinendam; quæ huc non faciunt, ad politicam referenda sunt potestatem, cujus finis est, reipublicæ salus. Etsi Imperium à solo Deo, conspirante eligentium consensu venit, nullum Sedis Apostolicæ intervenit beneficium. Hinc Imperator à nemine, nisi à solo DEO, dependet, utiturque titulo, Von Gottes Gnaden / jure proprio, reliqui verò Principes subalterni & præscriptione vel privilegio. Quamvis enim Principes Romani soliti olim fuerint à Pontificibus inungi, non tamen magis aliquam superioritatis ansam inde arripi posse, quam si Archi-Episcopo Hafniensi, aut Roschildensi, vel Pragensi, hoc idem jus quis tribueret in Bohemiæ ac Daniæ Reges, tradit Busius, *disp. polit. 1. th. 24.* Juramentum fidelitatis à Clemente V. Authore Clementinarum in *Clem. 1. de jurejur.* introductum, Cæsarum ferè nullus præstitit, ut ipse Æneas Sylvius *in Historia de Friderico II.* testatur; quod ad solennem expeditionem Romanam, den Römer-Zug / attinet, post tempora Caroli V. nullus Impp. à Pontifice coronatus est; Et de expeditione Romana, Römer-Zug / videri possunt notata suprà, *verb.* Anlag/*Collecta, fol. 262. 263.* ubi referuntur rationes omissæ posteà hujus expeditionis.

De electione Pontificis, ab initio per Clerum & populum, cum approbatione Imperatorum, & tandem delata electione ad Cardinales, vide notata suprà *verb. Cardinalis. fol. 458. 459.* & latissimè tractantem *R. P. Mathiam à Corona, de potest. & dignitat. S. R. E. Cardinalium, Nuntior. & Legatorum,* ubi de eorum nomine, origine, titulo, numero, examine, habitu, munere, electione Pontificis, quam magis congruam per Cardinales asserit, hoc sic deducendo ex *D. Hieronymo in cap. 3. Isaiæ: Ecclesia Senatum habet Presbyterorum, sine quorum consilio nihil Monachis agere licet,* 7. Electio Romani Pontificis magis congrua per Cardinales. *Senatum quoque Romani habebant, cujus consilio cuncta agebant, & nos habemus Senatum nostrum, cœtum Presbyterorum.* Et ex *S. Petro Damiano lib. 1. epist. 20. ad Cadaloum,* sic scribente: *Romani Cardinales Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibusdam aliis prærogativis non modo quorumlibet, sed Patriarcharum atque Primatum jura transcendunt salvo quippe universalis Ecclesiæ Sacramento, isti sunt oculi unius Capitis ipsi lucerna unius Candelabri.* De illis plura *Bellarmin. lib. 1. de Pontif. cap. 19.* Ex quojus eligendi Pontificem ad illos Cardinales devolutum est. Ejusmodi Electiones melius successere, absque ullius injuria. Primo enim sunt *Primates*

Cleri

Cleri Romani deinde cum sint *Consiliarii* Romani Pontificis, melius possunt judicare, quinam ad regimen Ecclesiæ suscipiendum capaciores sint. *Tertio* ab annis 600. scil. à Decreto *Alexandri III.* promulgato in Concilio Lateranensi, ut patet, *ex Cap. licet. de elect.* imo ante, electiones melius successerunt, & ut notant *in Decret. cap. licet de evitand. 6. de elect. Onuphrius & alii*, censura excommunicationis afficiuntur, qui consentiunt electioni de se factæ in summum Pontificem, à paucioribus, quam duabus partibus Cardinalium, & qui talem recipiunt, ita *S. Antoninus part. 3. tit. 24. C. 45. & alii.* Et licet *Episcopi* in Conciliis Generalibus sint judices, habeantq; suffragium decisivum, sicut Cardinales, nihilominus, si Sedes Apostolica vacet, tempore, quo Concilium Generale est congregatum, non ad Concilium seu Episcopos, sed ad solos Cardinales, eorumque Collegium, Pontificis electio pertinet; ita *Fr. Emanuel Sà quæst. regul. tom. 1. q. 6. art. 6. Barbos. de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 3. n. 14.* sicut observatum in electione *Leonis X.* tempore ultimi Concilii Lateranensis, in quo penes statutum, ut deinceps soli Cardinales eligerent Pontificem, sic, ut is legitimus Pontifex censeretur, qui concordibus, duabus ad minimum Cardinalium partibus electus esset; E. G. si 60. fuerint, in electione Pontificis Cardinales sint 40. Nam qui suffragiis paucioribus, quam geminis Cardinalium tertiis, nomen Pontificis sibi usurpaverit, subjacet excommunicationi, punitur que privatione Sacri Ordinis, imo omnes ipsum recipientes, *C. licet. §. de elect. & Concil. Lateranens. part. 1. c. 1. tom. 3. concl.* his verbis: *de evitanda discordia &c.*

8. Ad Canonicam Electionem qui numerus Cardinalium requiratur, & qualis, ad eam accelerandam, modus?

Duæ autem *Cardinalium partes* debent esse præsentes, quia absentium nulla habetur ratio, quoad facultatem activâ eligendi, cum dubium non sit, quin absens eligi possit, & ita præsentes Cardinales, secundum Statutum Concilii Lugdunensis, ad ferenda suffragia conventuri, intra *conclavis* unius angustias clauduntur, neque prius emittuntur, quam unum Ecclesiæ Pastorem nominaverint. Porrò, ut electionis negotium Cardinales celerius absolvant, Ministrorum & ciborum solitis copiis priventur, & quidem post talem inclusionem triduanam, quotidie tam in prandio, quam in cœna *ferculo* duntaxat *unico*, singulis Cardinalibus ad 5. dies usque subministrato, quibus quinque diebus elapsis, nihil nisi *panis & aqua*, cum vino detur iisdem, donec electio perficiatur. Et licet sequentibus temporibus ab hac eligendi ratione Pontifices aliquomodo abhorruerint, eò quod observatio hujus *Constitutionis Gregorianæ* foret plerisque vel ominosa vel fatalis, ut inter alios testatur *Joannes Andreas*, cum tamen nulla alia fuerit inventa ratio, vel præsentior vel commodior, ad electiones Pontificum celeriter expediendas, cœpit ad praxin reduci partim *Cœlestini V.* renovatione, partim *Bonifacii VIII.* editione, quæ adhuc hodie viget, quâ constitutionem tandem *an. 1350. Clemens 17.* singulari Novella commodiorem reddidit. Et hæc Pontificis Romani electio ita *libera* est Cardinalibus, ut non tantum aliunde quàm ex suo Collegio vel corpore seu senatu: verum etiam, ex extrema vel mediâ hominum Laicorum turba, modo Christiana, etiam Laicali, in Pontificem possint eligere, ut patet in *S. Petro Morono* Eremita, qui *Cœlestinus V.* dictus est *anno 1294.* Laicus sic creatus Pontifex, Pontificalibus indutus, suscipit clericatum, omnibusque Ordinibus Ecclesiasticis initiatur. *cit. à Coronâ Tract. 1. de S. R. E. Card. Cap. 10. §. 5.*

9. Potest eligi Papa quicunque Christianus, etiam Laicus.

Forma autem electionis Apostolicæ triplex est. *Prima* per scrutinium seu suffragiorum collectionem, donec duæ Cardinalium tertiæ concordes inveniantur, sive mox initio sive post accessum, *Secunda*, per compromissum in certos Cardinales, numero paucos, ut quemcunque elegerint ipsi Pontificem, reliqui compromittentes omnes eundem pro vero & legitimo Pontifice agnoscere debeant. *Tertia*, per unanimem ac concordem vel omnium, vel duarum tertiarum, quasi conclamationem, citra collectionem suffragiorum prorsus ullam. Qualis via seu forma vulgò nuncupari solet *Via Numinis*, vel *S. Spiritus*, qua olim Pontifices fieri solebant. Cui similis est illa, quæ per *adorationem* nominatur, quando scilicet vel omnes Cardinales, vel duæ partes eorum, aliquem illic è suis præsentem salutant & venerantur ut Pontificem. Sic *Julius III. Marcellus II.* & *Paulus IV.* fuerunt renunciati. Electus Pontifex *sæpe nomen* suum mutat, forte exemplo Sanctorum Petri & Pauli, quorum ille ante Apostolatum *Simon*, hic *Saulus* vocabatur, ad mysticè veterem hominem exuendum, & novum induendum. Alii putant hanc nominis mutationem incepisse in *Sergio*, ob infame cognomen os porci, alii in *Joanne XII.* ob nomen Ethnicum Octaviani, quod gerebat.

10. Forma electionis Apostolicæ.

Quomodo autem Cardinales electum Pontificem ordinent, *vid. cit. à Corona d. loc. cap. 12.* ubi ex *Thoma Waldensi tom. 3. tit. 7. de Ord. Sacram. cap. 60.* sequentia circa hanc ordinationem subjungit: *Hoc sufficiat, quod Summum Pontificem inferiores possunt instituere obsequendo, non propterea excellendo, sicut hodie Episcopi possunt Archiepiscopum investire, & ut dicit Hostiensis Cardinalis, Dominum nostrum Papam, nulla sua ordinatione promoventes, sed simpliciter intuentes, aut decenter præparantes canonicè ordinatum. Et quæ consequentia, ut ideo ordinent Sacerdotem, & sua nuda auctoritate Sacerdotii destitutum constituunt? Notanter ideo distinxit Augustinus jam, quod infimi Sacerdotes vestiebant Pontificem obsequendo; non excellendo, nec coæquando, sed solummodo obsequendo.*

11. Quomodo Cardinales ordinent Pontificium.

Sicut Episcopi etiam ex ordine religioso possunt esse Patrini & susceptores baptizandorum, ita pariter Cardinales, quia sunt capaces cognationis Spiritualis, quæ contrahitur in similibus casibus. *Sacramentum Eucharistiæ* possunt recipere familiares & commensales Cardinalium, in eorum *oratoriis*, tum

12. Cardinales possunt esse patrini, & sunt Pastores suæ familiæ.

tum in die paſchatis, tum in modum Viatici, quia Cardinales ſunt veluti Paſtores proprii ſuæ familiæ, ſicut praxis hoc demonſtrat, & Cardinalis itinerans poteſt celebrare, vel dare facultatem celebrandi ante aurorам, & poſt meridiem, *à Corona tract.* 1. *cap.* 17. & 19. porro tradit, quod ſi damnatus ad mortem Cardinali occurrat, & ab eo veſte vel Galero tegatur, liber evadat, & ſimilia multa privilegia. Sede vacante Cardinales carent poteſtate Apoſtolica, quia non habent privilegium infallibilitatis, non poſſunt condere leges, nec beneficia & alia munia Pontifici propria obire, quamvis Pontificem nominent, deſignent & eligant, quia id faciunt ex mandato Chriſti, à quo Pontifex ſuam cenſetur habere poteſtatem. Si quis autem offendat Cardinalem, pœnam læſæ Majeſtatis incurrit, niſi id faciat ad ſui defenſionem. *Cap.* 24. *ſæpe cit. à Corona* tractat de Cardinalium Protectorum munere, & alia multa paſſim exhibet.

13. Pontificis legitimè electi poteſtas & autoritas. Papa ſic legitimè à Cardinalibus electus non habet in terris ſuperiorem, & ejus autoritas major eſt omnibus: eſt Caput Concilii, etiam univerſalis, nec ſolum ſuper omnes Eccleſias diviſim, ſed etiam collectim, & poteſt revocare decreta Concilii univerſalis ex juſta cauſa, quam poteſtatem probat *R. P. Leyta in cit. Clypeo impenetrab. Pontif. dignitatis*, ex SS. Patribus, D. Athanaſio, Chryſoſtomo, Theodoreto, & aliis: quod Patriarchas depoſuerit, in ſpecie Papa *Damaſus* Patriarcham Antiochenum, *Sixtus III.* Patriarcham Conſtantinopolitanum. Econtra etiam Papæ multos à Conciliis depoſitos Epiſcopos ſuis Sedibus reſtituerint, nam Papæ ſumma eſt autoritas, & poteſtas ferendi leges in omnes, qui etiam à ſolo Chriſto poteſt deponi, & propter nullum crimen, præter hæreſin, poteſt ab Eccleſia judicari. Si itaque Pontifex renuntiare velit ſuæ dignitati, id quidem fit apud Eccleſiam, non tamen quaſi Eccleſia ſuperior ſit Papa, ſed tantum, ut de renuntiatione apud Eccleſiam conſtet authenticè, tunc Pontifex in manus Chriſti poteſtatem renuntiat.

14. Pontifex poteſtati laicæ non eſt ſubjectus. Poteſtati Laicæ minime ſubjectus eſt Papa, nec hoc exinde poteſt inferri, quod S. Paulus ad Cæſarem, tanquam ad Judicem competentem provocaverit, *Actor.* 25. ibi: *ad Tribunal Cæſaris ſto, ibi oportet me judicari. Cæſarem appello*, quia *Bellarmin. lib.* 2. *de Rom. Pontif. cap.* 19. reſpondet, eo tempore, quando Imperatores non erant baptizati, ideoque Eccleſiæ non ſubditi, habuiſſe poteſtatem in Civilibus, in Epiſcopos, tunc Subditos ſuos, ac proinde S. Paulum legitimè ad tribunal Cæſaris appellaſſe; nunc verò id fieri non poſſe, quia Imperatores Chriſtiani ſunt ſubditi Eccleſiæ, & oves Chriſtiani Gregis ſubjecti ſummo Paſtori Romano Pontifici: Vel potius dici poteſt, duplici modo conſiderari Principem; primò ut *judicem*, qua ratione Princeps Secularis Epiſcopi judex eſſe non poteſt: Secundò modo, ut *defenſorem*, etiam defenſione privata. Imo judex talis ſecularis aliquando judicat de facto, non tamen de jure; & ſic S. Paulus recurrit ad Cæſarem de facto, non ut judicem, ſed ut defenſorem, propter vexationem ab iniquis Judæis innocenti illatam. Sic pariter Chriſtus Dominus non fuit ſubjectus poteſtati Laicali, nimirum Pilati, etiamſi *Joan.* 19. dixerit: *Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper*; unde inferunt, quia Chriſtus Dominus ſupponit poteſtatem à Deo datam Pilato, ergò multo magis Imperatori competere poteſtatem ſupra Papam, Chriſti tantum Vicarium. Advertendum enim eſt, aliam eſſe poteſtatem poſitivam, & de jure, ut fit in judicio competenti, aliam permiſivam, & de facto, quam ſæpe Vaſallus habet in proprium Regem, ſubditus in ſuperiorem, quos Vaſalli & ſubditi, per iniquitatem & rebellionem incompetenter judicare audent. Utraque poteſtas, eſt à Deo, ut *S. Paulus* ait, *non eſt poteſtas niſi à Deo*, hac tamen differentia, quod prima ſit à Deo poſitivè & volente, ſecunda verò non volente poſitivè, ſed negativè, non impediente, & illam permiſionem ordinante ad aliquem bonum finem, unde in Domino per Pilatum judicato fuit propter nos exercitium tollerantiæ, non verò ſubjectionis, de facto, non de jure; id quod Dominus indicavit *Matthæi* 17. dum rogatus de tributo ſolvendo, docuit primùm ſe non teneri, deinde juſſit, dari pro ſe & Petro propter ſcandalum tollendum.

Nec obſtat porrò autoritas *S. Pauli ad Rom.* 1. ibi: *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, & *S. Petri*, 1. *cap.* 2. ibi: *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi*, &c. cum *S. Bernard. epiſt.* 183. ad Conradum Imp. hunc locum ſic explicet, ut ſcilicet res intelligatur reſpectivè, ut ſuo quisque ſuperiori competenti pareat, ideoq; ex iſto textu monet Imperatorem, ut ipſe Summo Pontifici obediat, ſicut ipſe vult; ut omnes ſui ſubditi ex univerſo Imperio reverenter ipſi obediant. Legantur hujus Doctoris melliſlui verba: *Legi; omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, quam ſententiam cupio vos* (loquitur ad Imperatorem) *cuſtodire in exhibenda reverentia Petri Vicario, ſicut ipſam* (reverentiam) *Vobis vultis ab univerſo ſervari Imperio. P. Leyta ſect.* 5. ubi varias adhuc alias objectiones reſolvit.

Neque eſt, cur Splendorem Dominatus terreni in Pontifice Romano hoſtes Eccleſiæ criminentur, quia recolere deberent, quod ſicuti Vicarios humilitatis ſuæ Chriſtus ſub exordia Eccleſiæ dedit, ita & nunc pro diſpenſatione temporum gloriam eidem tribuat, poſtquam ſcilicet in Eccleſia adimpletum cernitur, *& adorabunt eum Reges terræ, omnes gentes ſervient ei*, hoc eſt, Chriſto, cujus cultus reſpectivè in Vicarios ejus tranſit, Pontifex enim per figuram deſignatus videri poteſt Melchiſedeck, qui Rex pariter fuit, & Sacerdos, & Chriſto Domino nihil derogat, Vicarium quoque ejus dicere in figura prænuntiatum, ſicut etiam per Moyſen præſignatur, qui cum Paſtor & 15. Decentiſſimus eſt hodiernus ſplendor Pontificis, vid. ſuprà n. 4.

Judex fuerit in utroque regimine, simul fuisse legitur in Sacerdotibus Dei. Quin etiam congruum est, gloriæ & potestati non in Pastore, duntaxat Supremo Ecclesiæ, sed Archiepiscopis, imo & inferioribus prælatis, commendatiorem & gloriosiorem reddi in sponsa Christi coram oculis hominum ipsius Ecclesiam.

16. An & qualis Potestas in temporalibus illi competat? De Potestate Pontificis accuratissimum tractatum scripsit *Guilielm. Barclaius*, an & quatenus in Reges & Principes sæculares Pontifex jus & imperium habeat, in quo *cap.* 2. Hosii, Episcopi Cordubensis, ad Constantinum Imperatorem literas refert, sequentis tenoris: *Tibi Deus Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit, & quemadmodum, qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita & tu cave, ne quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo. Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere neque tu Thymiamatum & Sacrorum potestatem habes, Imperator.* Ex quibus verbis apparet distinctio Potestatum, & quod Papæ solum obedientia debeatur in Spiritualibus, & quæ concernunt animam, quo sensu etiam restringi debet jus jurandum professionis fidei, quando dicitur: *Romano Pontifici veram obedientiam spondeo, ac juro*, quando Laicus est, qui jurat; Sic *Nicolaus* I. Pontifex ad Michaelem Imp. *in Canon. cum ad verum.* 96. *dist.* docuit: *cum ad verum ventum est, Regem atque Pontificem, ultra sibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoris usurpavit, quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, sic actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices, pro cursu temporalium tantummodo rerum, imperialibus legibus uterentur.* Constituitur itaque differentia inter Pontifices, ut quemadmodum post Christum agnitum & receptum Imperatores non amplius jura Pontificatus, ita nec Pontifices jura Imperatoria sibi arripuerint.

17. Differentia inter potestatem spiritualem & temporalem. Idem quidem & Princeps temporalis & Pontifex esse potest: Sed nec ut Papa temporalium, nec ut Princeps Spiritualium rerum actus, officia, dignitates, cœteraque jura sibi poterit vindicare. Nullum certe vestigium talis potestatis temporalis per manus traditæ ab Apostolis, & eorum successoribus, in Septingentesimum, ne dicam millesimum annum, à Christo passo reperitur. Hinc citatus *Barclajus cap.* 3. dicit, quanquam ore animoque profiteatur, Summum Pontificem urbis Romæ antistitem, utpote Vicarium Christi, & Legitimum *D. Petri* successorem, atque adeò Universalem & Supremum Ecclesiæ pastorem, Spirituali potestate super omnes Reges & Monarchas Christianos præditum esse, inque eos imperium habere, & exercere posse, quod in omnes animas *Petro Apostolo* datum fuisse Scriptura testatur, ligandi scilicet & solvendi: non tamen se adduci posse ait, ut credat eum Reges & Principes in sua potestate temporali continere, aut illis in Deum vel homines delinquentibus, vel suo munere abutentibus, Imperium abrogare, sceptraque auferre, & aliis conferre ullo modo posse, aut denique jus aliquod temporale in homines Laicos, cujuscunque sint conditionis vel ordinis, obtinere, nisi id civilibus, & Legitimis modis acquisiverit. Certe *S. Petrus & cæteri Apostoli*, in quemlibet privatum Ecclesiæ filium nullam sibi potestatem temporalem assumpserunt, cum Potestas Ecclesiastica semper fuerit à Politica separata. Hinc *D. Augustinus in libro expositionis quarundam propositionum in epist. ad Romanos* tradit: *cum enim constemus ex anima & corpore, quamdiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendæ hujus vitæ utamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa verò parte, quâ credimus Deo, & in regnum ejus vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini, idipsum in nobis evertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat, quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum, eis quis hæc curant, potestatibus, in magno errore versatur. Item si quis putat se esse subdendum, ut etiam in sua fide habere potestatem arbitretur eum, qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præcellit, in majorem errorem labitur. Sed modus iste servandus est, quem Dominus ipse præscribit, ut reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ sunt Dei.*

Si ergò nullam potestatem temporalem habuerint Apostoli in privatos homines regeneratos, & filios Ecclesiæ factos, qui fieri potest, ut successores Apostolorum eam potestatem in Principes, ad Ecclesiam venientes, nacti sint, qui tamen plus juris habere non possunt, quam habuerunt Apostoli, quibus successerunt. Tota antiquitas Christiana semper censuit, Reges solo Deo minores esse, solum Deum judicem habere, nullis legibus humanis subjici, nullisque pœnis temporalibus flecti vel coërceri posse; Itaque Civilis potestas nunquam subjecta est Spirituali, nisi in spiritualibus, & neutri in alterum ulterius competit Imperium, sed utraque alteram in suo Ordine & munere recognoscit & veneratur, & suam utraque functionem arbitratu suo exercet, tantum inter eas conspirans quidam consensus & societas est ad Rempublicam Christianam utraque potestate conservandam, hæc & similia argumenta *citatus Barclajus* per totum plenius deducit.

Cœterum Pontificis veneranda est & cælestis potestas, ideoque variis prærogativarum titulis condecoratur, veluti sexta Synodus appellavit illum Antistitem Pontificalissimum Apostolicæ Summitatis Basilius apicem 18. Elogia Pontificis ex SS. Patribus.

apicem sublimissimũ & Divinum cum Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis Patribus & Lactantio *Augustinus* Apostolicæ Sedis venerabilem Antistitem, & Apostolatus in Cathedra Principatum, cuilibet Episcopatui præferendum, *Chrysostomus* Basin immobilem, columen Ecclesiæ, & fundamentum fidei, *Cyrillus* Hierosolymitanus, custodem Vineæ à Salvatore ipso deputatum, *Hieronymus* Dominum Sanctum & Apostolici culminis venerandum, Sanctæ Romæ & Apostolicæ Sedis atque universalis Ecclesiæ Papam, *Hilarius*, Judicem omnes judicantem ipsum à nemine judicandum, Magistrum orbis terrarum, Moderatorem Regemque Universæ Ecclesiæ; quæ & plura Elogia refert R. P. Fibus in Demonst. Eccles. adversus hæret. §. 4. Ex Suprapositis omnibus deducitur,

19. Pontifex definiendo pro Cathedrâ errare non potest, & est suprà Concilium.

Quod Pontifex sit suprà Concilium, & quod definiendo pro Cathedrâ errare non possit; notatum est suprà *verb. Concilium*, *fol.* 562. *num.* 2. & *fol.* 597. & *fol.* 598. ubi demonstratum, quod Concilium generale legitimum non possit errare: quod etiam fusè confirmat *R. P. Fran. Leyta in Impenetrabili Pontificiæ Dignitatis Clypeo, disceptat. d. sect.* 1. per textum *Luc.* 22. *vers.* 32. suprà quoque *verb. Concilium* citatum, sed *à P. Leytâ* clarè explicatum, per allegatos Patres primitivæ Ecclesiæ, Lucium Papam & Martyrem, *anno Christi* 255. Papam Felicem & Martyrem, *an.* 270. Marcum Papam *an.* 336. S. Leonem, Papam, S. Gregorium Magnum, S. Agathonem, Papam, S. Nicolaum I. Innocentium III. S. Petrum Chrysologum, D. Bernardum, & innumeros alios. Objicitur quidem contra hæc, Pontificem non posse errare cum Concilio, sed tamen sine eo; erroneâ planè opinione, quia in multis universalibus Conciliis definitum est, Romanum Pontificem, etiam extra concilium universale, definiendo pro Cathedra, non posse errare, quæ Concilia utique continent veritatem, ex communi sensu SS. Patrum, qui bene animadverterunt, Christum *Luc.* 22. *vers.* 32. non dixisse: *rogavi pro vobis, ut non deficiat fides vestra*, sed *rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*, & loqui Christum Petro, ut distinctò ab Apostolis & reliquis fidelibus, ut clarissimè demonstraret, solam Petri sedem nunquam in vera fidei doctrina defecturam, sed cœteros emendaturam ac confirmaturam, & propterea non dixit: vos conversi confirmabitis Petrum, sed *tu Petre conversus confirmabis fratres*, id est, fideles omnes, tu eris regula cœterorum, cœteri non erunt regula tui. Confirmat hæc omnia Sacra Scriptura *Matth.* 16. *vers.* 18. *tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Si igitur Petri cathedra circumferretur omni vento doctrinæ pravæ, quomodo esset immobilis petra? Si fragile esset, & instabile saxum, quomodo diceretur firmissimum fundamentum? Si Petri sedes heretico obnoxia errori, diabolicæque subjecta pravitati, quomodo portæ inferi non prævalerent adversus eam; hinc meritò *S. Cyrillus* ad hunc locum ait: *secundum hanc promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione & hæretica circumventione manet immaculata. S. Augustinus* in psalmo contra Patrem Donati dicit: *numerate Sacerdotes, vel ab ipsa Sede Petri, in ordine illo Patrum, quis, cui successerit, videte: ipsa est petra, quam non vincunt superbæ inferiorum portæ.* Si ponatur per impossibile, quod Sedes Romana Petri sive Romanus Pontifex errorem doceret Ecclesiam, à quo emendabitur Ecclesia? Si dicas, à Concilio, & illud quoque erret, à quo emendabitur? Si dicas Concilium non posse errare, fateri quoque debes, non posse errare Ecclesiam Romanam Petri, quia hoc ex Sacra Scriptura & Patribus habemus, de Concilio non habemus, quando ei autoritas Romanæ non assistit Ecclesiæ, id quod omnes SS. Patres suprà citati docent, fusius hanc materiam prosequitur *P. Leyta cit. loc. sect.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & *seqq.* Romanus enim Pontifex super omnes Ecclesias jurisdictionem habet, illamque exercuit, *sect.* 4. & 5. & *disceptat.* 2. *sect.* 3. Lutheri & Calvini deliramenta dissolvit & repellit, aliaque multa scitu dignissima de Statu sedis Romanæ tradit.

20. Quare meritò debeatur veneratio Sedi Apostolicæ.

Eò major veneratio debetur Sedi Apostolicæ, quia per terna Secula Ecclesiæ prima ferme omnes Pontifices Martyrio sunt coronati, *R. P. Fibus in demonst. Tripart. Dei, Christi, & Ecclesiæ cap.* 2. §. 1. & successio Pontificum fortissimum est pro Ecclesia argumentum; & *tit.* 3. pro Ecclesia *idem autor* tradit Veræ Ecclesiæ notas, ex testimoniis scripturæ & SS. Patrum, scilicet unitatem, sanctitatem doctrinæ & morum, nomen Catholicæ, Romanæ, quod habeat supremum in Ecclesia Pastorem, quod ipsius autoritas etiam ad successores transiverit, quod in ea multa sint miracula, Sancti & Martyres.

De S. Petri primatu itaque dubitatio nulla superesse potest, eumque Romanæ Ecclesiæ fuisse Episcopum, & in ea Cathedra Romanos Pontifices in hunc usque diem ipsi succedere ex ipsius S. Petri *Epist. I.* nec non *Irenæo, Eusebio, Arnobio, Paulo, Orosio, S. Ambrosio & Hieronymo*, aliisque argumentis egregie demonstrat *Laurent. Beyerling in theat. vit. hum. tom.* 6. *verbo Pontifex.* ut ridicula sit eorum calumnia, qui asserere non dubitant, quod, an Petrus Romæ fuerit, adhuc sub judice lis sit, qui etiam *L. cunctos populos* 1. *C. de sum. Trin.* per Theodosium Imperatorem apertè confunduntur, ubi dicitur: *B. Petrum Apostolum Romanis tradidisse Christi religionem.*

21. Quæ fuerit antiqua Pontificum electio?

Pontifice mortuo olim jus eligendi successorem erat penes Clerum & populum Romanum, sic ut petitio seu nominatio esset Populi, electio Cleri, consecratio verò penes Episcopos. Accedere insuper debebat consensus Imperatoris, ita ut Pontifex electus sine eo consecrari non posset *C. Agatho*, & *C. Hadrianus dist.* 63. *C. in Synodo ead.* Sicque Imperator Henricus III. Papam Clementem

mentem II. Damasum II. & Victorem II. Pontifices Romanos creavit, & Germanos quidem, *vide* das Bedencken deß Reichs-Vice-Cantzlers Georg Sigm. Selden / an Ihro Käyserliche Majestät Ferdinand. ob die durch die Chur-Fürsten deß Heil. Römis. Reichs ohne deß Pabsts Bewilligung ordentlich beschehene Wahl gültig seye? Nam omnes Clerici, Episcopatus & Prælaturæ dependebant ab Imperatore, Innocent. *in C. 2. de Major. & obed. C. Literas dist.* 63. Et quamvis dicatur Ludovicum Imp. juri Pontificis eligendi renuntiasse, *per text. in C. ergo Ludovicus. ead. dist.* 63. Nihilominus tamen à subsequentibus Impp. electi Pontifices confirmari solebant, sicut legimus Leonem VIII. ab Imp. Ottone fuisse approbatum, *autore Platina in vita Leonis.* Hoc jus ajunt postea abrogâsse Gregor. VII. ut post illum plures Pontifices absque consensu Imperatoris electi fuerint & consecrati, donec tandem *ad Cardinales*, tanquam ad sacrum Ecclesiæ Senatum, tota Electionis ratio delata. Nec enim aliter à Pontificibus hoc jus Imperatoribus anteà fuisse tributum, nisi compellente aliquando necessitate, vel ex causâ tollendi schismatis, vel ad sedandos tumultus, & contentiones dirimendas. Itaque *à tempore Nicolai II.* Pontificis, Electio *ad Cardinales* delata est. Idque jam ab annis penè quingentis observatur. Hac occasione libuit *Decretum Gregorii XV. super electione Romani Pontificis* hic adjungere, quod ipse Pontifex Roman. & cum eo XLI. Cardinales, signaturæ suæ calculo & suffragio approbârunt.

22. Decretum Pontif. Gregorii XV. super electione Rom. Pontificis.

Gregorius Episcopus, servus servorum, Dei, ad perpetuam rei memoriam; Æterni Patris Filius, Magister, & Legislator noster, Christus Dominus, cujus omnis Actio nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suæ, nec esset quidquam absconditum ab oculis ejus, tamen, priusquam ad Apostolatûs munus duodecim Apostolos eligeret, & nominâret, quod aliàs unquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei: & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertium repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris ejus professionem; Nos scilicet erudiens, quantâ diligentiâ, cautione & cura in omnium pastorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur & fideles, præsertim verò in *B. Petri Successores, qui orbis est lumen, Doctor gentium, & Pastor Pastorum.*

23. Cautè & considerate in electione Pontificis procedendum, cum

Quapropter satis etiam admonemur, nihil eorum, quæ ad Electionis Romani Pontificis negotium cautiùs & meliùs, transigendum conducunt, omitti debere: Salus enim non unius membri, sed totius Corporis agitur, cum de capite consulitur; Igitur, etsi diversis felicis recordationis Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis, salubriter provisum est, ut electio ritè & accuratè rectéque peragatur, & in eâ non caro & sanguis, aut humana sapientia, quæ stultitia est apud Deum, dominetur, sed *Spiritus Sancti gratiâ* omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies dici eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientiâ compertum est, salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur, quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die prætermissi officii, in re tanti momenti, à nobis ratio à districto judice exigatur, quod multorum etiam votis & postulationibus multùm expetitum est, Spiritûs Sancti adspirante gratiâ faciendum decrevimus. gratiâ Spiritus Sancti.

Maturâ itaque cum Venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione habitâ, de eorundem fratrum consilio pariter & assensu, hac nostrâ perpetuò valiturâ constitutione statuimus, decernimus & declaramus, imposterum Electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quam *in conclavi*, & eo *clauso*, ac post celebratum in eo primâ die Sacro-Sanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta schedularum suffragia, *duarum ex tribus partibus Cardinalium*, in conclavi præsentium: præterquam si omnes & singuli Cardinales similiter in conclavi præsentes, nemine dissentiente, *aliquibus* ex eorundem Collegio Cardinalium *committerent eligendi potestatem*, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ providerent de pastore: aut nisi communiter ab omnibus & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi *per inspirationem*, nullo præcedente de personâ speciali tractatu, per verbum *eligo*, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata. 24. Modus electionis in conclavi.

Numerum autem suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi præsentium, ut Electio per *viam scrutinii*, sive *scrutinii & accessus*, valida sit, decernimus, & declaramus, ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus suffragium electi non numeretur, nec quisquam, sive scrutinii & accessus sive compromissi viâ procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare, ullatenùs possit: electi tamen persona, si in conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari. Rursùs nemo per viam scrutinii, seu scrutinii & accessus, habeatur pro Electo, nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantum modò duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis. Ac si contingat plures in schedulis nominatos duos tertias partes suffragiorum tulisse, in *suffragiorum paritate* neuter sit electus, in imparitate verò, qui numero suffragiorum superior erit, dummodò duas tertias partes, etiam

etiam in uno suffragio, excedat, electus censeatur.

Insuper in unoquoque scrutinio, antequam schedula in calicem mittatur, à quolibet Cardinale *juramentum altâ & intelligibili voce fiat*, *his verbis*: *Testor*, *Christum Dominum*, *qui me judicaturus est*, *me eligere*, *quem secundum Deum judico eligi debere*, *& quod idem in accessu præstabo.* Et hoc juramentum à nullo omittatur. Suffragiorum autem schedulæ hujusmodi tam scrutinii, quam accessûs, ubi fieri potuerit, impressæ omninò esse debeant; ubi non potuerit, unius tantùm manu scriptæ sint, ita videlicet, ut tam impressæ, quam ita scriptæ, ea omnia, quæ in schedulis hujusmodi, exprimi solent, contineant, præter sola nomina, seu denominationes eligentis & electi, & infrà scripta signa, quæ omnia manu ejusdem eligentis scribantur, & nomen quidem eligentis in primâ parte schedulæ, electi verò in sequenti, & rursùs electi, quantum fieri poterit Charactere alterato, ita ut cognosci non possit: eaque schedulæ pars, in quâ erit eligentis nomen, claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secretè habito, non autem eo, quo quisque uti solet, obsignetur.

Ut autem videri possit, ne, qui alicui accessit, eidem in scrutinio suffragium dederit, schedulæ omnes duobus aliis signis in ultimâ parte signentur, numero nempè aliquo, & brevi dicto, sacræ scripturæ, vel alio hujusmodi, quæ signa in utrâque schedulâ tam scrutinii quam accessus, eadem sint; Posteà verò pars illa schedulæ, ubi hæc signa erunt, etiam complicetur, & obsignetur, ne à scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per scrutinium & accessum, Electio perfecta, quæ casu schedulæ accessus à scrutatoribus eâ in parte, ubi duo prædicta sunt signa, aperiantur, iisque inspectis, & earum sigillis, aliæ schedulæ, iisdem signis notatæ, & in scrutinio datæ reperiantur, ut videlicet, an duo hæc signa, & sigillum eadem sint, cognoscatur, & indè duo suffragia ab eodem Cardinale unà data non fuisse appareat. At si inter schedulas Scrutinii nulla reperiatur iisdem signis notata, quibus schedula accessus signata erit, aut si quis accesserit, quem in scrutinio nominaverit, utroque casu suffragium accessus nullum sit; Subscriptio autem, seu nomen eligentis, resignari non possit, nisi contingat, ut sigillum, & alia duo prædicta signa sint eadem cum signis, & sigillo, alicujus alterius Cardinalis, aut aliâ difficultate cogente. Quod autem attinet ad nomen Electi, illud eo modo à Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, ubi in Conclavi notari suffragia solent.

Prætereà, ut secreto cautiùs consulatur, schedulæ suffragiorum conficiantur, unâ seu pluribus in Mensis, in mediâ Capellâ constitutis, ita à Cardinalibus remotis, & circumseptis, ut quid scribatur ab aliis, videri non possit; si quis verò ad Mensam accedere, impeditus valetudine, non potuerit, is suffragium suum, in loco suo secretè conficere debeat, & ad illum accipiendum ultimus scrutatorum accedat. Et ut accessus secretè etiam peragatur, scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios Actus deveniatur, Cardinales schedulam pro accessu formatam prædictis in Mensis conficere, sicut in scrutinio teneantur.

Porrò usus schedularum *pro accessu* talis erit; qui accedere alicui ex nominatis in scrutinio voluerit, ejus nomen scribit; qui verò noluerit, ne cognosci possit, eum nulli accedere, in loco nominis scribat, nemini. Nulli autem tam in schedulâ scrutinii, quàm accessus plures nominare liceat; alioquin suffragium, in quo plures fuerint nominati, nullum sit, accedere tamen uni ex nominatis à se in dictâ schedulâ, vel alii, dummodò aliquod aliud suffragium in eodem scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi præsentium numeretur. Neque in quolibet scrutinio semel accedere liceat, neque per accessum ab alterius nominatione, in scrutinii schedulâ facta, recedi, decernimus, & declaramus. Insuper antequam schedulæ sivè scrutinii, sive accessus à scrutatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentissimè numerentur: Et si plures repertæ fuerint, quam sint Cardinales in Conclavi præsentes, omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deveniatur. Si quis autem aliquid ex suprà expressis non servaverit, aut quomodocunque directè vel indirectè in aliquo contravenerit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat.

Præterea statuimus & ordinamus, quod si aliquem infirmitas impediverit ad scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, sorte ante scrutinium, ut infrà, ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti, cum capsulâ perforatâ, sed inani, & palam à scrutatoribus clausa, cujus clavis super altare maneat, & schedulam impressam illi deferre, ipseque illam, sicut alii Cardinales, prævio juramento suprà scripto, secretè conficere teneatur, deindè in capsulam conjiciat, eaque per eosdem Cardinales relatâ & apertâ in Calicem schedula mittatur. Publicato deindè scrutinio, si accessus agendus erit, ut etiam infirmi accedere possint, unum ex foliis, in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notantur, à tribus Cardinalibus prædictis sumatur, & palam, recognito numero suffragiorum, quæ quisque in scrutinio tulerit, ad infirmum unà cum aliâ impressâ schedulâ, pro accessu paratâ, & eum eâdem capsulâ ab iis deferatur; Infirmus verò alicui accedere debeat, omniaque & singulà serventur, quæ

quæ de scrutinii schedulâ suprà ordinata sunt, sub eâdem excommunicationis latæ sententiæ pœnâ. At si quis scribere valetudine impediatur, per alium, prævio juramento, ab eo, qui scribet, præstando, de servando secreto, quod sub eâdem excommunicationis pœnâ servari mandamus, scribere liberè possit.

At hæc scrutatores tres, sicut & tres alii Cardinales, qui ad infirmorum suffragia deferenda proficiscentur, ex omnibus Cardinalibus præsentibus in conclavi, nullâ ordinis servatâ distinctione, sorte, immediatè ante quodlibet scrutinium, per ultimum Diaconorum extrahantur, & qui semel extracti fuerint, in vas iterum conjiciantur; Alioquin si quis contrà fecerit, sicut si scrutatores, vel recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognoverint, & illud revelaverint, eandem latæ sententiæ excommunicationem incurrant. Finito scrutinio, & Accessu, sive electio secuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales, sorte pariter, ut suprà extrahendi, schedulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen & duobus aliis signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes & singulæ schedulæ, sive secutâ, sive non secutâ Electione, postmodum statim palam comburantur.

Similiter, ne Electio protrahatur, statuimus, & ordinamus, ut sub simili excommunicationis pœnâ, eo ipso incurrenda, scrutinium bis singulis diebus peragatur, ita, ut etiam perficiatur, manè, scilicet post solutam missam, & primâ quidem die tantùm post Cardinalium sacram peractam communionem, & pomeridiano tempore horâ opportunâ per Hymnum, *Veni Creator Spiritus*, & orationem de Spiritu Sancto, idemque si compromissi via eligatur, observari debeat: Atque ad scrutinium cum tertiùm pulsata, per loca solita Conclavis, campanula de more fuerit, omnes & singuli Cardinales convenire debeant, valetudine non impediti, sub eâdem excommunicationis latæ sententiæ pœnâ.

25. A quibus rebus Cardinales abstinere debeant.

Cardinales omninò prætereà abstineant, ab omnibus *pactionibus*, *conventionibus*, *promissionibus*, *intendimentis*, *condictis*, *fœderibus*, *aliisque quibuscunque obligationibus*, *minis*, *signis*, *contrasignis suffragiorum*, seu schedularum, aut aliis tam verbo, quam scripto, aut quomodocunque dandis, aut petendis, tam respectu inclusionis, quàm exclusionis, tam unius personæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut hujusmodi, seu de suffragio dando, vel non dando: quæ omnia & singula si de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla & irrita, neque ad eorum observantiam, quenquam teneri, aut ex transgressione notam incurrere fidei non servatæ, decernimus, & declaramus; & contra facientes ex nunc excommunicationis pœnâ innodamus: Tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus.

Quod si *Electio* hujusmodi *alibi* celebrata fuerit, *quàm in Conclavi* clauso, vel aliter, quàm per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium, in scrutinio, seu scrutinio & accessu, electi suffragio non computato, vel viam Compromissi, ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi præsentibus, nemine dissentiente initi; & ita, ut nemo seipsum elegerit, vel quasi per inspirationem, nullo præcedente de personâ speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præsentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum, *Eligo*, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce non potuerit expressum, nulla sit & invalida eo ipso, absque ullâ declaratione, & ita Electo nullum jus tribuat: quinimò is non Apostolicus, sed Apostaticus sit, & habeatur, & tam ipse, quàm eligentes, ejusque fautores, & Complices sententiam Excommunicationis, & Anathema, aliasque Censuras, & pœnas invasoribus Sedis Apostolicæ à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis impositas, pariter ipso facto incurrant, à quâ, sicut ab aliâ quâcunque in hac Constitutione impositâ, & irrogatâ, seu infrà imponenda, & irroganda, pœna excommunicationis, tam ipsi, quàm quilibet alius, sive S. R. E. Cardinalis, sive alia persona cujuscunque gradûs, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, à nullo, neque etiam à majori pœnitentiario, cujuscunque facultatis vigore, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possit; & tam ipse, ejusque complices, & Fautores, quam alii, quincunq; etiam S. R. E. Cardinales hujus Constitutionis in aliquo transgressores aliis gravissimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonicè intrantis arbitrio irrogandis.

26. Pœnæ non ritè eligentium.

Postremò statuimus, & districtè præcipiendo mandamus, ut S. R. E. Cardinales, quæcunque secretum violare quomodolibet poterunt, omnia evitare, & cavere omninò teneantur, cum intertio & mens nostra sit, electionis hujusmodi tam sanctum negotium, si fiat per scrutinium, seu scrutinium & Accessum, ut præfertur, *secretissimè* transigatur: Ac proindè iisdem omnibus singulis S. R. E. Cardinalibus, & eorum Sacro Collegio inhibemus, ne contrà hæc, vel horum aliquod statuere, disponere, vel ordinare seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præsumant, quovis prætextu, causâ, vel exquisito colore sub eâdem Excommunicationis pœnâ ipso facto incurrenda.

Ut autem hujusmodi nostra Constitutio inviolabilius observetur, tres Cardinales, qui singulis diebus congregationibus agendis præpositi sunt; Et cum iis S. R. E. Camerarius, illam in omnibus & per omnia observari procurent, & faciant. Volumus etiam & decernimus, censurarum & excommunicationum prædictarum, & qua-

& quarumcunque prætextu, vel Causâ, Cardinales à Summi Pontificis electione activâ & passivâ excludi nullo modo posse: quas quidem censuras & Excommunicationes ad effectus hujusmodi electionis tantùm, illis aliàs in suo robore permansuris, suspendimus; decernentes easdem excommunicationes, & censuras eos solum afficere, qui deliquerint, non autem alios conclavi durante, qui cum iis conversati fuerint. Cæterùm, etsi opus non esse in Domino confidimus, tamen pro officii nostri debito, & rei de quâ agitur, gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obsecramus Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ut attentè considerent *personæ*, *quam sustinent*, *officium & dignitatem*, quàm sacrum præterea, & quanti momenti sit opus, quod tractant, & nihil, quod se nondeceat, nihil à re alienum committant, sed cogitent, quam perniciosum futurum sit Universæ Ecclesiæ, Christi sanguine acquisitæ, si malè administretur; ac proindè exuant omnes mundanas curas, & induant solum Dominum Nostrum JESUM Christum: Memores, nihil prodesse homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. Deindè animum advertant, se in Conclavi clausos, editissima in specula constitutos esse, & factos spectaculum Deo, & Hominibus à Domino, cujus negotium gerunt, supplicii vel gloriæ sempiternæ retributionem citissimè laturos. Non obstantibus, quatenus opus sit, Fel. rec. Alexandri Papæ III. prædec. Nostri in Concil. Lateran. edita, quæ incipit, *licet de vitanda*, & aliorum Rom. Pont. Prædecessorum Nostrorum, etiam in Conciliis Generalibus promulgatis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Corpore juris clausis, quibus omnibus, & singulis, quatenùs pariter opus sit, eorum omnium & singulorum tenorem, perindè ac si ad verbum exprimerentur, pro expressis & insertis habentes, pro hac vice duntaxat illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus quoque præsentes Nostras, coram omnibus in primâ congregatione, post obitum Pontificis fieri solita, & deindè post Conclavis ingressum, & cùm quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis similibus Constitutionibus legi, & juramentum super illius observatione præstari, & ita præcipimus & mandamus. Quibus Constitutionibus & pœnis in eis contentis, nisi in superiùs expressis per hanc Nostram derogare non intendimus, sed eas in sui roboris firmitate relinquere. Sperantes etiam Romanos Pontifices, qui pro tempore canonicè eligentur, omni studio curaturos, ut quæ nostris hujusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inviolabiliter, ac etiam, si opus fuerit, per pœnarum ipsarum contra transgressores executionem, observentur.

Denique volumus easdem præsentes in Valvis Basilicarum sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non in Arce Campi Floræ, per Cursores nostros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deindè omnes & singulos Cardinales; tam absentes, quàm præsentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscunq; quorũ interest, vel interesse poterit, quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullamque harum ignorantiam prætendere posse, ac si personaliter intimatæ forent, præmissis cæterisque contrariis quicuscunque non obstantibus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Nostrorum Statutorum, Decretorum, Declarationum, Mandatorum, Innodationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & suspensionis infringere, vel ei usu temerario contraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ *millesimo sexcentesimo vigesimo primo*, decimo septimo Kalend. Decembris. Pontificatûs Nostri anno primo.

Quid verò, ajunt porrò, si Pontifex per conspirationes, per fœdera, per sordes, per corruptiones, eligatur, an talem pro legitimo successore S. Petri habebimus, an acta ipsius observare tenebimur? Equidem vix talis casus continget, prohibente Spiritus S. gratia, qui Ecclesiam Dei regit, & in omnem deducit veritatem? Quod si verò notoriè constet de illegitima electione, ipsum decretum modo supra positum determinat, quod non Apostolicus, sed Apostaticus Pontifex talis haberi debeat. Si vitium lateat, tunc receptio & approbatio totius Ecclesiæ defectum supplet, omnesque ad venerationem & obedientiam Pontificis obstringit. 27. Quid, si Pontifex non ritè fuerit electus?

Porrò *Evaristus* Pontifex primus omnium titulos Presbyteris divisit, septemq; Diaconos constituit, cum antea summa Dominici gregis pascendi cura solis Presbyteris incumberet. Deinde *anno* salutis 267. *Dionysius* tam urbis Romæ quam aliarum gentium templa, cœmiteria, & parochias assignavit, Episcopis Diœceses distribuit, mandavitque, ut suis quisque finibus esset contentus. *Marcellus* Pontifex titulos Presbyteris datos ad 25. reduxit, qui ab initio Cardinales dicti, quod ante alios haberent curam animarum, & essent primarii, ut sicut altissimæ cæli partes vocantur cardines, circa quos mundus circumfertur, ita ut ab his Ecclesia Dei dirigatur. Mox vero *Bonifacius tertius* Pontifex, Cardinales, uti Senatores Urbanos, mirificè extulit. Itaque officium à primis suis initiis onerosum, & circa baptizandas gentes sepeliendosque mortuos occupatum, summi tandem honoris gradus conscendit, & *jus Pontificis eligendi acquisivit*. 28. Quâ ratione Cardinalium dignitas aucta, & jus

Hinc

Pontificis eligendi ipsis attributum! Hinc factum, ut Pontifex *Innocentius IV.* circa *annum salutis* 1244. publico decreto sanxerit, ut equo deinceps insidentes, rubro uterentur galero, quo major adhuc ordini accresceret majestas, argumento tamen manifesto oportere ejus ordinis Antistites semper paratos esse, pro religionis defensione sanguinem effundere. *Paulus II.* vestem coccineam cucullo insignem adjecit, ut hac quoque cum rubenti petaso spectabiles essent. Is autem ordo ex triplici initiatorum genere constat. Sunt enim quidam *Episcopi* aut *Diaconi*, aut *Presbyteri*. Inter hos Episcopi appellantur, fratres Romani Pontificis, Diaconi verò filii, reputanturque Cardinales inter personas illustres ac dicuntur Ecclesiæ Senatores.

29. Successio & Series Pontificum, inter quos primus S. Petrus Apostolus. Sequitur nunc series & successio Pontificum, ex qua desumitur fortissimum pro Ecclesia Catholica argumentum. Inter Pontifices *S. Petrus Apostolus* promissam à Christo universalis Ecclesiæ Præfecturam, sub Metaphora clavium suscepit: *tibi dabo claves regni cœlorum*, cum à Domino ter interrogatus de singulari dilectione, *Simon diligis me plus his*, audivit coram sex ejus sociis, qui cum eo piscari venerant: *Pasce agnos meos, pasce agnos meos, pasce oves meas.* Quo verbo *pasce* includitur omnis actus jurisdictionis, qui ad claudendum & aperiendum regnum cœlorum conferre potest, ut hoc modo donatio sit æqualis promissioni. Hujus tempore Simon Magus Romam adveniens præstigiis suis Neroni ac Romanis illudens, à *S. Petro* coërcetur, & paulò post in aërem subvolans ejus oratione dejicitur, *Anno Christi 67.* Sedit *Petrus* Hierosolymis annos 5. Antiochiæ ferè 7. Romæ verò annos 24. m. 5. d. 12. & sic in universum annos 36. m. 5. d. 12. Passus est cum S. Paulo Apostolo sub Nerone, & quidem, quasi vilis esset persona, virgis cæsus cruci addictus est, ipse autem reputans se indignum, qui sic crucifigeretur, quemadmodum Dominus suus, petiit crucifigi capite deorsum verso, & in sublime pedibus elevatis. Locus Martyrii fuit trans Tiberim, ubi Judæi habitabant, in Summitate *Janiculi*, quæ pariter *Vaticanus* dicebatur, postea verò, puta honoris causa, ob Nobilem S. Petri triumphum, *Mons aureus* dici meruit. *Clementem* sibi successorem ordinavit his verbis, ut refert idem Clemens in *Epist. 1. ad Jacobum* fratrem Domini: *sicut mihi gubernandi tradita est à Domino meo JESU CHRISTO potestas ligandi & solvendi, ita & ego tibi committo, ut ordines dispositores diversarum causarum, per quos actus non Ecclesiastici profligentur, & tu minime curis sæculi deditus reperiaris, sed solummodo orationi & prædicationi ad populum vacare stude.* Tertullianus autem *lib. de præscript. cap.* 32. Epiphan. *hæres.* 27. aliique scribunt, Clementem recusasse Episcopatum usque ad Lini & Cleti obitum, qui ipsius Petri coadjutores extiterant. Successit igitur Petro Romanæ Sedis fundatori

2. S. Linus. *Linus*, natione Tuscus Volateranus, primo S. Pauli Diaconus fuit. Sedit hic sub ultimo Neronis anno, & Saturnini Consularis jussu (cujus filiam à Dæmonum vexatione liberavit) capite truncatur anno 9. Vespasiani Imperii, Pontificatus sui *anno* 11. *m.* 2. *d.* 23. Constituit, *ut mulier velato capite in Ecclesiam introiret*, successit

Cletus, natione Romanus, S. Petri discipulus. Hic *primus in literis usus est verbis illis, salutem & Apostolicam benedictionem*, & sub Vespasiano, Tito, & Domitiano Impp. 25. Presbyteros in urbe jam tùm temporis ordinavit; Sedit *ann* 6. *m.* 3. sub Domitiano martyrisatus, & in Vaticano sepultus, *Anno Christi* 93. 3. S. Cletus.

Clemens, Romanus, antiquus S. Petri & Pauli discipulus. Hic multos ad Christianam fidem perduxit, pluresque ordinavit hinc inde Episcopos, propterea à *Trajano* in exilium ad scindenda marmora mittitur, & tandem in profundum maris demergitur. Sedit *an.* 9. *m.* 4. *d.* 26. 4. S. Clemens.

Anacletus, Græcus, patria Atheniensis. Hic Primatum Petri, & Ecclesiam Romanam esse Ecclesiarum omnium caput, seriemque Sedium Patriarchalium docuit, Clericisque comam nutrire prohibuit, Martyr autem occubuit sub *Trajano*, postquam sedisset annos 12. *m.* 2. *d.* 10. 5. Anacletus.

Evaristus, natione Græcus, ex Patre Judæo. Hic matrimonia publicè solemnizari & benedictione Sacerdotali donari instituit, aliter verò præsumpta, non conjugia, sed adulteria dici voluit. Coronatur Martyrio sub Adriano Imp. cum sedisset *annos* 9. *m.* 3. 6. S. Evaristus.

Alexander I. natione Romanus. Hic postquam multos Senatores, & Hermetem urbis Præfectum, aliosque Cives Romanos, ad Christi religionem perduxisset, truditur in carcerem, ubi multa edidit miracula, & Quirinum Tribunum, ejusque filiam Balbinam Virginem, contactu catenarum suarum sanitati redditam, ad fidem convertit: hincque multis cruciatibus, creberrimisque punctis affectus, capite truncatur, cum plenus meritis sedisset *Annos* 10. *m.* 5. *& d.* 20. 7. S. Alexander I.

Sixtus I. Romanus. Hic universalis Ecclesiæ Apostolicæ Episcopum se primò scripsit; Decrevit penes, ne sacra Vasa ab aliis, quam à sacris ministris tangerentur. Martyrio demùm coronatur, postquam sedisset annos 10. 8. S. Sixtus I.

Telesphorus, Græcus natione hic singulari Decreto statuit numerum dierum seu hebdomadarum *quadragesimalis jejunii*; item decrevit, ut in Natali Domini noctu missæ celebrarentur. Cum autem sedisset *annos* 11. *m.* 3. *d.* 22. Martyr occubuit sub Antonino Pio. 9. S. Telesphorus.

Hyginius, Atheniensis. Hic clerum composuit & gradus seu officia distinxit, vel traditam ab Apostolis formam illustravit. Videns enim uni Ecclesiæ unum non sufficere Presbyterum, ob increscentem fidelium numerum, plures addixit cuilibet, cum Diaconis aliisque Ministris altarium. Martyrio demum sublatus, cum sedisset annos 4. 10. S. Hyginius.

11.S.Pius I. *Pius I.* Italus, natione Aquilejensis, decretum edidit de celebrando Paschate die Dominica. Sedit *annos* 11. *m.* 5. 27. *d.* martyrio donatus.

12.S.Anicetus. *Anicetus*, Syrus natione. Decretum Anacleti renovavit, ut Clerici comam non nutriant, sed desuper caput in modum Sphæræ radant, cavit à paucioribus, quàm tribus, ne consecraretur Episcopus, Metropolitanus autem ab omnibus suffraganeis Episcopis ordinetur. Martyrio clarus migrat ad Dominum, cum sedisset *annos* 8. sub M. Aurelio Imp.

13.S.Soter. *Soter*, Campanus natione, decreto statuit, ut nullus nisi jejunus sacrificet, nec nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus, & ipse tertius habeatur, quia cum à Sacerdote dicitur, *Dominus vobiscum*, & *orate pro me*, aptissimè convenit, ut ipsius respondeatur salutationi. Sedit *annos* 4. & Martyrio extinctus est.

14.S.Eleutherius. *Eleutherius*, Græcus natione Nicopolæus. Hujus tempore Christiana religio ad tranquillum statum deducta est, magnaque facta est cum aliis locis, tum Romæ, accurrentium ad fidem suscipiendam accessio, ac præsertim eorum, qui nobilitate generis, divitiarum affluentia, & animi ingenuitate præstarent. Gladio demum sublatus, postquam sedisset *annos* 15. *dies* 25.

15.S.Victor. *Victor*, Africanus. Sub initium hujus Pontificis res Christianorum floruêre, annuente Imp. Severo, & primus fuit, qui sibi *supremam jurisdictionem* super omnes alias Ecclesias, etiam transmarinas attribuit. Sedit *annos* 12. 1. *m.* 28. *d.* & in Vaticano sepultus.

16.S.Zephirinus. *Zephirinus*, Romanus. Divinis magis quam mundanis studuit, statuitque ut quisque annos 12. *major*, singulis annis, in festo Paschatis, sacram Synaxin reverenter sumere teneatur, mandavitque, ut in sumenda Sacra Communione Calicibus & Patenis, quæ antea vitrea erant, aureis vel argenteis uterentur, & ulterius tradidit, quod judicia Episcoporum, & majores Ecclesiæ causæ, à Sede Apostolica sint terminandæ, quia sic Apostoli & Sancti Successores eorum statuerunt, gladio demùm percussus, migravit ad Dominum, sedit *annos* 18. *totidemque dies.*

17.S.Callistus. *Callistus*, Romanus. Hic constituit, *quatuor anni tempora*, quibus jejunium ex Apostolica traditione acceptum, ut ab omnibus servaretur, prohibuit penes matrimonia inter consanguineos. Diuturno detentus carcere, post longam famem & quotidiana verbera, è fenestra domus, in qua custodiebatur, in puteum præcipitatus, Martyrii corona adeptus est, cum sedisset *annos* 5. *m.* 1. *dies* 13.

18.S.Urbanus. *Urbanus*, Romanus, sua doctrina & sanctitate vitæ multos ad agnitionem Christi perduxit, hinc fustibus miserè cæsus, tandemque decapitatus, martyrium subiit, sedit *annos* 6. *m.* 7. *d.* 4.

19.S.Pontianus. *Pontianus*, Romanus, officio suo in Ecclesia diligentissimè functus, multasque passus ærumnas & calamitates, ob religionem Christianam, Psalmos in Ecclesiis die ac nocte cantari, Missæque præponi *Confiteor* constituit, sedit *Annos quinque totidemque menses.*

20.S.Anterus. *Anterus*, Græcus. Hic Gesta Martyrum diligenter à Notariis conscribi, eorumque corpora in locis sacris recondi præcepit, Martyrio coronatus legitur, cum vix mensem aliquosque dies sedisset.

21.S.Fabianus. *Fabianus*, Romanus, Philippum I. Imperatorem Christianum baptizavit, hic constituit, quotannis Chrysma confici, & vetus incendi, persecutio demùm Decii hunc Pontificem abstulit, cum rexisset Ecclesiam *Annos* 15.

22.S.Cornelius. *Cornelius*, Romanus, Christianos in martyrio consolatus est, & eos, qui Christum negaverunt, prævia sincera pœnitentia rursum suscepit. Hinc instigantibus Novatianis, Imp. Decii odium in se concitavit, ut capite ex post plecteretur, unde *primum* in Ecclesia *Schisma*, sedit *annos* 2. *totidemque menses & 3. dies.*

23.S.Lucius I. *Lucius I.* Romanus, Ministros Altaris continentes eligi mandavit, quibus & *cum mulieribus contubernia* & frequentationes prohibuit. Passus sub Valerio Imp. sedit *annum* 1. *m.* 3. *d.* 13.

24.S.Stephanus I. *Stephanus I.* Romanus constituit, ut Sacerdotes & Levitæ sacratis vestibus in usu quotidiano non uterentur, sed tantummodo in Ecclesia, eæque non contingerentur aut ferrentur, nisi à sacratis hominibus, ob conversos multos Ethnicos demum coronam Martyrii consecutus, sedit *Annos* 2. *m.* 3. *d.* 25.

25.S.Sixtus II. *Sixtus II.* Græcus, Atheniensis; statuit, ut Chori & Altaria in Ecclesiis versus orientem sint construenda, multos ad Christum convertit, variasque hæreses debellavit, quapropter demum martyrisatus, cum sedisset *menses* 11. & 13. *d.*

26.S.Dionysius. *Dionysius*, Græcus. Hic laudatur valde eo quod sub illo Ecclesia notabiliter profecerit, & Hæreticis, *Sabellio & Samosateno* egregie & fortiter restiterit, ita bene meritus de Ecclesia feliciter migravit ad Dominum, cum sedisset *annos* 10. *m.* 5. *d.* 5.

27.S.Felix I. *Felix I.* Romanus. Decrevit, ne Missa, præterquam in loco sacro, celebraretur, eaque super sepulchra, aut memorias Martyrum, quod cum longe Ecclesia id faceret, edocta ab Apoc. 6. *Vidi sub Altari Dei animas interfectorum propter verbum Dei*, occubuit Martyr, cum sedisset *annos* 4. *m.* 5.

28.S.Eutychianus. *Eutychianus*, Tuscus, decrevit excommunicandos Christianos, qui ebrietatis vitium vitare noluerint, 342. Martyres, per diversa loca, manu sua sepelivit. Passus & ipse sub Numeriano Imp. cum sedisset *Annos* 9.

29.S.Cajus. *Cajus*, Dalmata, ex genere Diocletiani Imp. qui sub hoc Pontifice immanem & acerbissimam persecutionem & tyrannidem adversus Christianos instituit, quâ & ipse ablatus, cum sedisset *annos* 12.

30.S.Marcellinus. *Marcellinus*, Romanus. Hic metu Mar-

tyrii

Martyrii Idolis quidem immolavit, & eam ob causam ab aliis Episcopis excommunicatus, posteà verò, prævia sincera & cordiali pœnitentia, & agnitione erroris; cum aliis multis ad Martyrium properavit. Sub hoc Pontifice adeò acerbe grassata est persecutio Christianorum, ut à Gentilibus creditum fuerit, Christianam Religionem esse penitus abolitam, ac de subactis deletisque Christianis columnas erexerint. Sedit *Annos* 7. *m*. 9. 27. *d*.

31. Marcellus, I. *Marcellus I.* Romanus, sub *Maxentio Imp.* Christianam Religionem ferventer dilatavit, & ab eo impetravit, ut corpora Christianorum Martyrum liceret sepelire intra urbem, quod omnibus vetitum olim erat *leg.* 12. *Tabularum*, ut notat *Cicero lib.* 2. *de LL.* posteà verò ab eo in locum fœtidum conjectus est, in quo nudus, & cilicino habitu amictus, multis ærumnis afflictus, post multos dies defunctus, cum sedisset *annos* 5. *m.* 1. *d.* 25.

32. Eusebius. *Eusebius*, Græcus, decrevit, Sacrificium altaris, non in serico panno aut tincto, sed in puro lineo ab Episcopo consecrato celebrari; Definivit quoque Sacramentum confirmationis perficiendum à solis Episcopis, nec tempore Apostolorum ab aliis quàm ab ipsis Apostolis peractum, & si aliter præsumptum fuerit, irritum haberi & vacuum. Sub hoc *Sanctam Crucem à S. Helena* Imp. inventam esse tradunt. Martyrio vitam finivit, cum sedisset *annos* 2. *m.* 6. *dies* 25.

33. Melchiades. *Melchiades*, Hispanus. Hic docuit præeminentiam potestatis Petri in Apostolos: vetuit jejunium die Dominico & Jovis, in quibus Ethnici sua celebrabant festa. Martyrisatur demum, postquam annos 2. m. 2. d. 7. sedisset.

34. Sylvester I. *Sylvester I.* Romanus. Sub hoc Ecclesia Dei in quiete stetit, & regnante Imperatore *Constantino M.* qui & ipse religionem Christianam assumpsit, & ab hoc Pontifice baptizari voluit, ubique persecutio cessat & pax restituitur. Hujus tempore primum *Concilium Nicænum* contra Arrium, Orientis Hereticum, inchoatum & finitum est. Demum cum creasset 65. Episcopos 42. Presbyteros, 36. Diaconos, & sedisset *annos* 22. menses 11. obdormivit in Domino.

35. Marcus. *Marcus*, Romanus, surrogatur ei. Instituit, ut recitato Evangelio in Missa, Symbolum Nicænum à Clero & populo decantaretur, ejus anno *Arrius* infami periit obitu; divertens enim ad latrinas publicas Constantinopoli, ut ventrem exoneraret, ibi medius crepuit, effundens una cum excrementis viscera omnia, splen & jecur. Sedit *menses* 8. *dies* 22.

36. Infamis Arrii interitus.

36. Julius I. *Julius I.* Romanus. Sub eo universus Oriens tumultuabatur ob hæresin Arrianam, contra quam maximo cum fervore, probaque Doctorum innocentia, veram Christi religionem defendit. Hujus tempore *S. Athanasius*, Episcopus Alexandriæ, Romæ præsens insigne fidei Catholicæ reliquit monumentum, *Symbolum* scilicet quod hactenus Athanasii nomine in Ecclesia Catholica publicè recitatur. Sedit Julius *annos* 14. *m.* 5. *d.* 17.

Liberius, Romanus. Hic veræ Christianæ religionis indefessus fuit propagator, 37. Liberius.
quapropter à Constantio Arrianæ heresi addicto exilio mulctatus, & in ejus locum *Felix* Romanus ad interim intrusus fuit; hôc autem per *Constantium* Imp. eò quod ipsum excommunicarat, ex post capite obtruncatô, Liberius restituitur, & sedit *annos* 15. *m.* 4. *d.* 2.

Felix II. de quo jam dictum, recensendus 38. Felix II.
inter Pontifices Romanos, licet ingressus ejus fuerit vitiosus, & tempus Sedis ejus inclusum habeatur Pontificatu Liberii. Nam cum tempore *Gregorii XIII.* de emendatione Martyrologii, & de Felice in eo expungendo ageretur, accidit Dei providentia, eo ipso tempore *Anno* 1518. ut cum in Diaconia SS. Martyrum, Cosmæ & Damiani, in Foro Romano clam quidam Altare suffoderent, ut thesaurum invenirent, quem acceperant ibi esse reconditum, in arcam marmoream inciderent, in cujus altero latere Corpus S. Felicis inventum, cum laterculo lapideo ibidem intus posito, hisce literis exarato: *Corpus S. Felicis Papæ & Martyris, qui damnavit Constantium*, sedit de cætero Felix cum Liberio *annos* 10. *m.* 3. *d.* 11.

Damasus, natione Hispanus, super cujus 39. Damasus.
electione magnus excitatus tumultus, quia *Ursicinus*, vel, ut alii, *Ursinus* Romanus, sese ad instar Schismatici intrudere conabatur. Adversus sui temporis hæreticos acerrimus fuit defensor. Præter alia constituit, ut *Psalmi in Ecclesiis alternativè* canerentur, & ad finem cujusque Psalmi *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto diceretur.* Sub hoc Concilium Generale II. Constantinopolitanum celebratum est. Sedit *annos* 17. *menses* 3.

Syricius, Romanus, Manichæis & aliis 40. Syricius.
Hæreticis se fortiter opposuit, primis quantocius ex urbe pulsis. *Jovinianum* Pseudomonachum, asserentem Deiparam desiisse Virginem cum Christum peperit, ejusdemque esse gloriæ Virgines ac maritatas, publicè damnavit. *Sacerdotibus*, item *Clericis interdixit connubia*, sedit *annos* 13. *m.* 2. *d.* 14.

Anastasius, Romanus, Vir ditissimæ 41 Anastasius.
paupertatis, ait *Hieron. Episcop. ad Demetr.* & Apostolicæ sollicitudinis; damnavit *Originem*, & constituit, ut *Evangelium* quisque non sedens, sed *stans legere* & audire debeat, sedit *annos* 4. *m.* 1. *d.* 13.

Innocentius I. Albanus, multa Ecclesiæ 42. Innocentius I.
decreta edidit, inter quæ, quod *parvulis conferatur baptismus*, quod diebus *Sabathi* fit jejunium. Errores Pelagii & Cœlestii damnavit, unaque eorum authores. Confirmavit Concil. Carthaginense & Milevitanum, quæ Pelagianos damnaverant, sedit *Annos* 6. *m.* 2. 21. *dies.*

Zosimus, Græcus, qui similiter Pelagii 43 Zosimus.
errores rejecit, eumque & Cœlestium publice damnavit. Præterea in 6. Carthaginensi Concilio curavit insinuari, ut nihil validum esse possit, quod in rebus Spiritualibus

libus sine Romani Pontificis consensu concluderetur. Obiit demum, postquam sedisset *Annos* 2. *m.* 4. *dies* 7.

44. Bonifacius I. *Bonifacius I.* Romanus. Super cujus electione, quia adhuc alius nomine *Eulalius* secum electus erat, rursum Schisma exortum, eam ob causam Imp. Honorius utrumque urbe ejecit, in 7. tamen mense Bonifacium revocavit, & in sede stabilivit, quod Concilium 252. Episcoporum confirmavit, obiit cum sedisset *annis* 5. *m.* 2.

45. Coelestinus I. *Cœlestinus I.* Romanus. Hic fortiter Hæreticis, præsertim Pelagio & Nestorio, qui ultimus dicebat, *Mariam non Deum, sed hominem tantum peperisse*, hinc eam non Deiparam appellandam esse, fortiter restitit. Sub hoc Concilium Generale III. Ephesinum celebratum, & hoc tempore *Anno* 340. *S. Augustinus Episc.* Hippon. obiit. Sedit autem Cœlestinus *annos* 8. *m.* 5. *d.* 3. obiit *anno* 431.

46. Sixtus III. *Sixtus III.* Romanus. Mox incubuit, ut acta Ephesini Concilii firmata perstarent, *S. Augustino* fuit familiarissimus, omnia sua ad exstruendas Ecclesias impendit, & in pauperes liberalissimus extitit, acerrimus penes Pelagianismi fuit oppugnator, sedit *Annos* 8.

47. Leo I. *Leo I.* Tuscus, ob excellentissimum doctrinæ & Curæ Pastoralis studium *Magnus* dictus. Pontificatus ejus incidit in miserrima tempora, cum Orientalis Ecclesia Nestorianorum causa assiduis quateretur procellis, occidentis verò Imperium à Barbaris devastaretur. Ille nihilominus *Attilam*, flagellum illud Orbis, & formidabilem illum Tyrannum *Gensericum*, Gothorum Reges, sua modestia & eloquentia, ne urbem Romam everterent, prodigiosè avertit. Sub illo Concilium Chalcedonense tertium Generale celebratum est, sedit *annos* 20. *m.* 10. *d.* 28.

48. Hilarius. *Hilarius*, Sardus natione, stante miserabili & luctuosissimo tam urbis quam totius Italiæ Statu, nunquam à functione sui sancti officii destitit. Epistolam Decretalem de fide Catholica promulgavit. Erga Ecclesias & egenos munificentissimus notatur. Cum sedisset *annos* 6. *m.* 3. *d.* 10. migravit ad Dominum.

49. Simplicius. *Simplicius*, patria Tiburtinus, incidit in funestissima politici Status tempora, cum universus Christianus orbis, sub hæreticorum Principum Dominio constitutus, nullum penitus Catholicum Regem, alicui saltem exiguæ Provinciæ dominantem, habuit. Vetuit Clericos recognoscere beneficium Ecclesiasticum à Laicis, sedit *Annos* 15. *m.* 6. *d.* 10.

50. Felix III. *Felix III.* Romanus, hic *anno Christi* 483. electus, & anno ejus 2. Clodoveus regnare cœpit Parisiis, qui, etsi Ethnicus, Virginem Genovefam & Remigium Episcopum Rhemensem, coluit, qui postea anno scil. 499. eum ad fidem adduxit, & baptizavit. In Concilio Romano constituit, ut Ecclesiæ non nisi ab Episcopis consecrarentur, sedit *annos* 8. *m.* 11. *d.* 17.

Gelasius I. Afer, exacti judicii vir, Manichæorum libros perquisitos combussit. Decrevit Romæ in Concilio 70. Episcoporum, Primatum Ecclesiæ Romanæ, super alias omnes voce Domini, institutum. Ordinum collationem â mense Decembri, *quatuor temporum* Sabbathis attribuit, Clerum amavit, sicut & pauperes, sedit *Annos* 4. *menses* 8. *dies* 19. 51. Gelasius I.

Anastasius II. Romanus, legationem ad Anastasium Imp. misit, qua urgebat, ut *Acacii* nomen è Diptychis eraderetur, sicque concordia restitueretur Ecclesiæ Orientali, sedit *annum* 1. *m.* 11. *d.* 24. 52. Anastasius II.

Symmachus, Sardus natione, super cujus electione magnæ discordiæ, & sanguinolenti exorti sunt tumultus; nam Adversarius ejus *Laurentius*, à Festo Patricio intrusus, magna ipsi causavit negotia, donec utraque pars Ravennam pergens, ubi in Synodo Symmachus, ut primò ordinatus, & à majori parte, electus in Pontificatu confirmatur. Laurentius verò ut Schismaticus depositus, & in exilium missus. In hac Synodo decretum edidit Symmachus *de non alienandis bonis Ecclesiasticis.* Præterea multa fecit laude digna, extruxit varia, reparavitque templa. Manichæos urbe expulit, eorumque libros publicè combussit. Multis denique laboribus & ærumnis perfunctus, obiit, cum sedisset *Annos* 15. *menses* 7. 28. *dies.* 53. Symmachus.

Hormisda, Campanus. Huic Clodoveus, Francorum Rex, coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari solet, misit. Iteravit legationem ad Anastasium Imp. cum libello fidei Catholicæ, ut subscriberet cum Orientis Episcopis Eutychianismo infectis. Sed frustra; nam Anastasius Imp. rescripsit, *se jubere velle, non juberi*, hincque justo Dei judicio fulmine ictus interiit, *An.* 518. Imperii sui 27. Hormisda autem meritis clarus obiit, cum sedisset *annos* 9. *d.* 18. 54. Hormisda.

Joannes I. Tuscus, à Theodorico Hunnorum Rege, quod Ecclesias Arrianorum in Oriente in Catholicas consecrasset, Ravennæ in carcerem detruditur, in quo pœdore & inedia mori coactus est, cum *annos* 2. *m.* 9. sedisset. 55. Johannes I.

Felix IV. Samnita natione, non unam hic Ecclesiam Romæ ædificavit, decrevitque *missam celebrari non debere, nisi in locis sacris*, nisi magna compulerit necessitas, sedit *annos* 4. *m.* 2. *d.* 18. 56. Felix IV.

Bonifacius II. Romanus, adversarium habuit *Dioscorum* Diaconum, qui tamen paulo post humanis eximitur, hinc Bonifacius in sede stabilitur, Synodum habuit Romæ, in quâ decrevit, *ne quispiam sibi successorem in Episcopatu deligeret*, quod posteà multi Pontifices confirmarunt, sedit 2. *annis.* 57. Bonifacius II.

Joannes II. Romanus, aliàs Mercurius dictus. Habuit Concilium Romæ pro dicenda quæstione, *An unus de Trinitate passus dici debeat*, in qua, annua consultatione impensa, est statutum, posse dici, sed securius addi, *passum in carne*, sedit *annos* 2. *totidemque menses.* 58. Johannes II.

Agapi-

59. Agapitus. *Agapitus*, Romanus. Hic Imperatorem Justinianum eò commovit, ut hæresin Eutychianam manutenere desierit. Rogatus à S. Cæsario Ep. Arelat. ut alienationem prædii Ecclesiastici, ad alendos pauperes, permittat, renuit, misso ad Cæsarium Decreto Concilii Rom. sub Symmacho, quo prohibitum erat, sub anathemate, cujuscunque necessitatis obtutu prædium vel exiguum alienare. Sedit *m.* 11. *d.* 19.

60. Sylverius. *Sylverius*, Campanus, à Theodato Gothorum Rege, dissentiente Clero, Pontifex electus, paulò post ad sinistra narrata Vigilii rursum depositus, & in exilium missus, in quo etiam ut Martyr occubuit. *Festum Purificationis B. M. V.* ad sedandam cum temporis pestem instituit. Moritur in Insula Palmaria, ærumnis & inedia confectus, cujus ibidem sepulchrum miraculis Deus honorat, cum sedisset *Annos* 4.

61. Vigilius. *Vigilius*, Romanus, ope Imperatricis Theodoræ ad Pontificatum pervenit, à Justiniano Imperatore Constantinopolim, ad Concilium Generale quintum, Constantin. II. vocatus, ubi cæsus, ac fune collo tractus per urbem, carceri mancipatus, demum in exilium deportatus; unà cum Clero, qui cum eo erat, à quo revocatur *Anno* 554. tuncque Synodum comprobasse affirmant Græci, ex qua comprobatione Synodus hæc Oecumenica authoritatem obtinuit. Papa in Italiam venturus Syracusis in Sicilia calculi doloribus extinguitur, cum sedisset annos 16. justo autem Dei judicio exagitatus, & defunctus in Insula, qui Antecessorem coëgerat mori in exilii Insula.

62. Pelagius I. *Pelagius* I. Romanus. Incidit hic in suspicionem illatæ mortis Vigilio, ideoque omnes ferè ei communicare recusabant, juramento autem se purgans, populo satisfecit; Decretum promulgavit adversus eos, qui pecuniâ aut promissionibus ad gradus ordinesque Ecclesiasticos pervenirent, insuper decrevit, Synodos Generales non posse convocari, nisi authoritate Sedis Apostolicæ. Sedit *annos* 4. *m.* 10. *d.* 18.

63. Johannes III. *Joannes III.* Romanus, nihil memorabile egit, quàm ut Ecclesiam Collegiatam SS. Apostolorum Philippi & Jacobi, à Vigilio inceptam consummaverit, sed it *Annos* 12. *m.* 11. 25. *d.*

64. Benedictus I. *Benedictus* I. Romanus. Hujus tempore Longobardi pessundant Italiam, ex cujus compassione quoque mortuus. Sedit *Annos* 4. *& m.* 2.

65. Pelagius II. *Pelagius* II. Romanus. Hic primus, *sine consensu Imperatoris*, à Clero populoque Romano electus, licèt ex post ad Imperatorem Gregorium Monachum ac Diaconum suum misisset, ut se excusaret. Paternos lares in Hospitale pro pauperibus & miserabilibus personis convertit. Sedit *annos* 10. *m.* 2. 10. *d.*

66 Gregorius I. Magnus. *Gregorius* I. cognomento *Magnus*. Hic in Pontificatu multa doctrinæ ac Sanctitatis exempla reliquit, prohibuitque, ne quis imposterum *Subdiaconus* ordinaretur, nisi *continentiam servare* spopondisset Episcopo. Hic nomen universalis Episcopi assumere recusavit, sed ex humilitate se *servum servorum Dei* vocari instituit, quod & successores hactenus fecerunt. Multa scripsit de rebus sacris, assistente Spiritu Sancto in specie columbæ, quæ eam ob causam ejus imagini ad aurem appingitur. Ex patrimonio suo 6. ædificavit Monasteria; & reliquam substantiam inter egenos distribuit, aliqua etiam celebravit Concilia. Tandem mœroribus, curis & Podagræ doloribus attritus, migravit ad Cœlum promeritus, cum sedisset *Annos* 13. *m.* 6. *d.* 10.

Sabinianus, Tuscus. Prædecessori, 67. Sabinianus. quo ad liberalitatem in pauperes, omninò contrarius; hinc ab ipso Gregorio per visum ter de tenacitate sua reprehensum, quartò terribiliter increpitum, atque in capite percussum esse, eoque dolore vexatum, non multo post mortem obiisse scribit *Sigebertus in Chron.* Campanas & Horologia in Ecclesiis instituit. Sedit *annum* 1. *m.* 5. *d.* 12.

Bonifacius III. Romanus. Imperiali 68. Bonifacius III. edicto sancivit nomen *Universalis* decere tantummodo Ecclesiam Romanam, tanquam quæ caput esset omnium, solique convenire Romani Pontifici, non autem Constantinopolitano, qui illud sibi usurpare præsumeret: Quod Privilegium à *Phoca* Imperatore obtinuit, & ad illud confirmandum Synodum celebravit. Sedit *m.* 8. *d.* 23.

Bonifacius IV. Marsilianus, aliis Roma- 69. Bonifacius IV. nus. Impetravit à Phoca Imperatore Deorum Gentilium Templum *Pantheon*, quod in honorem B. M. V. & SS. Martyrum consecravit, etiam hac occasione festum omnium SS. instituit. Sedit *Annos* 6. *m.* 5. *d.* 12.

Deodatus, seu *Deus dedit*, Romanus. 70. Deodatus. Hic omnium votis præficitur. Cum ex terræ motibus vehementissimis in Italia lues Elephantiæ subsecuta esset, tuncque Papa visitaret ægrotos in urbe, unum ex illis commiseratione exosculans, sanavit. Sedit *annos* 3. *d.* 5.

Bonifacius V. Neapolitanus. Ob huma- 71. Bonifacius V. nitatem & ejus bonitatem omnibus charissimus. Sancivit, *confugientes ad Ecclesias* ne vi extrahantur. Sedit *Annos* 7. *menses* 10. *dies* 1.

Honorius I. Campanus. Hic Clerum in 72. Honorius I. bonis moribus diligenter instruxit, & reformavit. Hujus tempore *Anno* 633. reportata est *S. Crux* Constantinopolim ad securitatem. Sub hoc Pontifice Saraceni & Arabes bellum ineunt sub Duce *Mahomete*, qui ut DEI Propheta apud ipsos habebatur, primumque certamen iniit propè Mecham. Obiit demum Honorius, postquam sedisset *annos* 12. *menses* 11. 7. *dies*, & invocationem Sanctorum instituisset.

73. Severinus. *Severinus*, Romanus. Hic Ecthesin à *Sergio* Monacho callide concinnatam, & ab *Heraclio* Imp. promulgatam ſubſcribere deteſtatus eſt; ſed potius eam anathemate damnavit. Hinc *Iſacius* Exarchius, Italiæ Epiſcop. Lateranſ. devaſtat & expilat, & Cardinales reſiſtentes in exilium repellit. Sedit *annum* 1. 9. *m.* 18. *d.*

74. Johannes IV. *Joannes IV.* Dalmata *Anno* 1640. Collecta Synodo damnavit Ecthesin, & Monothelitarum hæreſin, quæ Imperatoris authoritate multum invaluerat. Reſiduum theſaurum in redimendis à Saracenis captivis Chriſtianis erogavit, ſeditque *annum* 1. *m.* 9. *d.* 6.

75. Theodorus. *Theodorus*, Græcus, commendatur de ſingulari in pauperes benignitate, acerrimus item extitit Religionis Catholicæ defenſor. Sedit *annos* 7. *m.* 5. *d.* 20.

76. Martinus. *Martinus*, Tuſcus, ab Imp. Conſtante, eo quod promulgatum à ſe *Typum*, qui ſilentium indicebat tam iis, qui duas voluntates & operationes, quam qui unicam credebant, ſubſcribere recuſaret, noctu Podagra laborans in Orientem aſportatur, adducitur Conſtantinopolim, ibi ſeminudus, & ferreis catenis onuſtus per urbem tractus eſt, & per 6. menſes in carcere detentus, inde Cherſonam relegatus, ubi ærumnis fractus, obiit miraculis poſt mortem clarus, cum ſediſſet *annos* 6. 1. *m.* 28. *d.*

77. Eugenius. *Eugenius*, Romanus, commendatur à manſuetudine, & probitate præterea nihil memorabile egit. Sedit *Annos* 2. *menſes* 9. *d.* 14.

78. Vitalianus. *Vitalianus*, Campanus, ſub hoc Imp. *Conſtans anno* 663. Romam accedit, cui Papa cum Clero obvius ad quintum Lapidem acceſſit, viſitat Eccleſias, Vaticanæ offert Pallium auro textili, ſed poſt dies 12. Romam ſpoliat, uſque ad tegulas æreas S. Mariæ ad Martyres, prædam navibus direxit Conſtantinopolin. Hic Papa *cantum Eccleſiaſticum ad conſonantiam organorum* ordinaſſe dicitur, uti muſices peritus, in hoc *Davidis* exemplum ſecutus, ſedit *Annos* 13. *m.* 5. & ſanctus habetur.

79. Adeodatus. *Adeodatus*, ſeu *Deodatus*, Romanus, laudatiſſimus, quod neminem inconſolatum à ſe diſcedere ſineret, multa extruxit templa & monaſteria. Sedit *Annos* 7. *menſes* 2. *dies* 16.

80. Donus. *Donus*, ſeu *Domnus*, Romanus, Vir probus & in religione fervidus, & in ædificandis Eccleſiis laborioſiſſimus, ſedit *Annos* 1. *m.* 5. *d.* 10.

81. Agatho. *Agatho*, Siculus, vir manſuetus & humanus, ſub illo Concilium Generale VI. Conſtantin. III. celebratum. Tantæ ſanctitatis notatur *Agatho*, ut leproſum oſculo ſanaverit. Sedit *annos* 5.

82. Leo II. *Leo II.* Siculus eruditione & pietate præſtans, linguæ Græcæ, ſicut & Latinæ peritiſſimus, hinc acta VI. Concilii Conſtantinopolitani ex Græco in Latinum vertit, & confirmavit. *Pallium, Archiepiſcopis gratis dandum* ſtatuit, ſicut & baptiſmum quolibet die conferendum, cantumque promovit Eccleſiaſticum. Sedit *menſes* 10. *dies* 19.

Benedictus II. Romanus. Hujus pietate & eruditione motus Conſtantinus Imp. ſtatuit, ut is quem Clerus populusque Romanus elegiſſent Pontificem, cum haberent, nulla expectata Imperatoris, ſeu ejus Præfecti confirmatione; ſicque mox ordinaretur. Imperator filios ſuos huic Benedicto dedit in filios obiit demum cum Sanctus ſediſſet *m.* 8. *d.* 17. 83. Benedictus II.

Joannes V. Syrus, Homo debilis, Agathonis olim ad 6. Synodum Legatus, non diu ſuperſtes, ſedit *annum* 1. 9. *d.* 84. Johannes V.

Conon Thrax natione, vir Doctus & munificus in ædes ſacras, ob delegata eis data. Sub hoc novum Schiſma exortum ex diviſione ſuffragantium, quia Theodorum ex una, & Petrum ex alia parte Romanos Presbyteros elegerant. Angelici nomen ſortitus, obiit, cum ſediſſet *m.* 11. 85. Conon

Sergius, Syrus Antiochenus, non obſtantibus duobus Schiſmaticis, Theodoro & Paſchali, Pontificatum ambientibus, unanimiter electus, vir Doctus & magnæ probitatis, multos habuit inimicos, & multa perpeſſus pericula. Sub illo Concilium Genenerale V. Conſtantin. II. celebratum. Sedit *Annos* 13. *m.* 8. *d.* 23. 86. Sergius.

Joannes VI. Græcus, commendatur, quod pauperibus multa bona præſtiterit, & Eccleſias exſtruxerit, & ruinoſas reparaverit. Sedit *annos* 3. *m.* 2. *d.* 18. 87. Johannes VI.

Joannes VII. Græcus, Vir Doctus & eloquens, in exornandis Eccleſiis valde ſedulus, ſedit *annos* 2. *m.* 7. *d.* 17. 88. Johannes VII.

Siſinnius, Syrus, Podagra ita conſtrictus, ut cibum ſibi exhibere non valeret. Obiit poſt *d.* 20. 89. Siſinnius.

Conſtantinus I. Syrus, Pauperibus, graſſante fame triennali, liberaliter ſuccurrit, *Sanctorum imagines* reverenter venerari præcipit, ac primus, cui ab Imperatore *Juſtiniano* pedes exoſculati, ſedit *Annos* 8. *m.* 1. *d.* 10. 90. Conſtantinus I.

Gregorius II. Romanus, Imp. Leonem, eo quod Sanctorum imaginum venerationem ſuſtulerit, excommunicavit, & præcepit, ne tributa ei ſolvantur, exinde tota Italia ab Imperatore ſe ſegregavit. Muros urbis Romæ reſtauravit, Eccleſias partim de novo extruxit partim renovavit. Obiit demum Sanctus, Gregorio Magno non minor, cum ſediſſet *Annos* 16. *menſes* 8. *d.* 20. 91. Gregorius II.

Gregorius III. Syrus, ob fidei Zelum & probitatem ſummopere commendatur. Pſalmos omnes per ordinem memoriter tenuit. Ipſe populo concionabatur, cum Imperatore Leone magnas habuit controverſias, à quo adeò preſſus, ut Legationem ad *Carolum Martellum* Franciæ Regem mittere coactus ſit, ejus implorans auxilium, quem in Epiſtola bis vocat *Chriſtianiſſimum filium*; 92. Gregorius III.

Sacra

Sacra pro defunctis instituit. Sedit *annos* 10. *m.* 8. 24. *d.*

93. Zacharias. *Zacharias*, Græcus, unus ex probissimis Pontificibus, qui unice eò rem direxit, ut Ecclesiæ autoritas & præeminentia in omnibus conservaretur & augeretur. Ecclesiam Coloniensem Metropoli confirmavit. Demùm sanctè obdormivit in Domino, cum sedisset *annos* 10. *m.* 3. *dies* 15.

94. Stephanus II. *Stephanus II.* Hic 3. dierum Papa, apoplexia tactus moritur.

95. Stephanus III. *Stephanus III.* Romanus. Hujus tempore Constantius Imp. Conciliabulum 338. Episcoporum Orientalium suæ sectæ facit, in quo decretum est, ut Sacras imagines quilibet *Idola* nuncuparet. Quæ & similia *Stephanus* damnavit. Hinc *Aristulphus*, Longobardorum Rex, Italiam devastat, sed *Pipinus* Francorum Rex à Stephano rogatus, *Aristulphum* ad restitutionem omnium coëgit. Obiit demum post immensos labores pro Ecclesia Romana, cum sedisset *annos* 5. *& d.* 28.

96 Paulus I. *Paulus I.* Romanus, Stephani frater, summæ pietatis vir, de nocte, cum paucis familiaribus, pauperum ædes visitare, captivos sublevare, oppressosque tueri solitus. Multa passus à Longobardis, sed à Pipino semper defensus, pacemque obtinuit. Sedit *annos* 10. *m.* 1.

97. Stephanus IV. *Stephanus IV.* Siculus. Hic Pseudo-Papam *Constantinum*, qui ut Laicus antè se ab aliquibus intrusus, damnavit, decrevitque, ne imposterum Laici talia præsumerent, nec ex alio ordine, nisi qui per distinctos gradus Diaconus vel Presbyter Cardinalis effectus esset, Pontifex creari posset, penesque res Ecclesiasticas acerrimè defendit. Sedit *annos* 3. *m.* 5. *d.* 7.

98. Adrianus I. *Adrianus I.* Romanus, multa à Longobardis sustinuit, ideo ad Carolum Magnum Legationem mittit, ut sicut ejus Pater Pipinus; ita ipse subveniret Ecclesiæ oppressæ à Longobardis, quod & factum. Celebravit Concilium Generale VII. Nycænum II. *Bullas*, quæ primo cera sigillabantur, *plumbo* muniri constituit: profusus fuit ergapauperes, magnificus in ornanda urbe. Ante Presbyterium S. Petri diuturniorem cæteris habuit Pontificatum, 43. dierum breviorem à S. Petro. Sedit enim 23. *annos* 10. *m.* 17. *d.*

99. Leo III. *Leo III.* Romanus, celebratur ab omni virtutum genere, non sine vitæ periculo Roma excedere coactus, hinc ad Carolum Magnum in Saxoniam properavit, à quo *Paderbornæ* honorificentissimè susceptus, & paulò post Romæ restitutus est, *Coronavit Carolum M.* in Imperatorem Occidentis. Hic Leo, cum esset suo tempore gravissimis vexatus afflictionibus, septies in die, & novies missas celebrasse pro implorando auxilio divino perhibetur à *Strabone de reb. Eccl. cap.* 21. Instituit 3. *dierum supplicationes* ante Ascensionem Domini. Sedit *annos* 20. *m.* 5. *d.* 17.

100 Stephanus V. *Stephanus V.* Romanus, tertio post electionem mense in Galliam profectus, cui Imp. *Ludovicus* obviavit, terque ante pedes ejus se prostravit. Papa autem in Ecclesia Rhemensi *unxit Ludovicum in* imperatorem, & *Irmingardem* coronavit, Augustamque nominavit, à reditu Papa obiit Romæ, cum sedisset *m.* 7. *& d.* 3.

Paschalis I. Romanus, *Donationes* à Pipino & Carolo M. Ecclesiæ Romanæ factas ratihabet. Electionem & coronationem Romani Pontificis reliquit omninò liberam Clero. *Lotharium*, quem Imperatorem Ludovicus Pater designarat, Romæ *coronavit*. invenit in cœmiterio Prætextati *corpus S. Cæciliæ*, aureis indumentis, sanguine adhuc infusis velatum. Sedit *Annos* 7. *menses* 3. *dies* 16. 101. Paschalis I.

Eugenius II. Romanus, Vir doctus, eloquens & beneficus, singularis Orphanorum & viduarum Patronus, ita ut Pater pauperum diceretur. Sedit *Annos* 3. *menses* 6. 23. *dies*. 102. Eugenius II.

Valentinus, Romanus, ex Diacono Papa creatus, post 40. autem dies humanis eximitur. 103. Valentinus.

Gregorius IV. Romanus, vir apprimè eruditus, invitus & latebras quærens, inthronisatur *Anno* 833. Gregorius profectus in Galliam, pro componenda pace inter Ludovicum & filios belligerantes, sed re infecta regressus est, cumque hoc tumultu Imperium Ludovico ademptum translatum esset in filium ejus Lotharium, facinus hoc, utpote ab omnibus detestatum, Papa rescidit. Sedit *annos* 16. 104. Gregorius IV.

Sergius II. Romanus, ante os porci dictus, primusque fuit, qui in creatione *nomen mutaverit*, quod tamen alii fabulam dicunt; cum prima nominis mutatio facta fuerit à Sergio IV. anno 1009. qui Petrus vocabatur, quod nomen reverentiæ causa dimisit. Lotharii filium Ludovicum Romæ unxit in imperatorem, quem adventantem suscepit in atrio S. Petri ad osculum pedis, & ad amplexus. Sedit *annos* 3. *m.* 1. 105 Sergius II.

Leo IV. Romanus, vir magnæ virtutis & sanctitatis. Vaticanum muro cinxit. Basiliscum, qui flatu suo accedentes ad cavernam interimebat, fugavit, incendium maximum extinxit, signo crucis Saracenorum irruptionem compressit ad Ostia Tiberis, & captivis ad reparationem urbis & murorum usus est, quos is turribus auxit. *Octavam assumptionis Deiparæ* celebrari jussit. Crucem, quam ex more antiquo Subdiaconi ante equum Papæ ferre solebant, renovatam auro & gemmis ornavit, obiitque sanctus, cum sedisset *Annos* 8. *m.* 3. *d.* 5. 106. Leo IV.

Benedictus III. Romanus, à Clero S. P. Q. R. sine consensu Imperatoris, electus, qui ideo eum per Legatos suos deposuit, & alium nomine Anastasium substituit, Benedictum autem custodiæ mancipavit: Quia verò exinde ortus tumultus, eum restituit & Anastasium expulit, qui postea, receptis factiosis in gratiam, consecratus est magna omnium exultatione, vir de cætero probissimæ 107. Benedictus III.

bissimæ vitæ, ut non immerito Benedictus vocatus sit; sedit *annos* 2. *m.* 6. *d.* 10.

108. Nicolaus I. *Nicolaus I.* Romanus, in præsentia Imp. Ludovici electus & initiatus, & cum hymnis & canticis deductus in Patriarchium Lateran, ab Imperatore honorificentissimè habuit, à plebe verò pro Deo quasi habitus. Inter cætera præcipit, ut *Divina* ubicunque in *Latina lingua* persolverentur. Sedit *annos* 9. *menses* 6. *d.* 20.

109. Adrianus II. *Adrianus II.* Romanus, vir multarum virtutum, ex liberalitate in pauperes factus Pontifex, ex quo Populi favorem & gratiam acquisivit, de Ecclesia bene meritus. Sedit *an.* 4. *m.* 11. *d.* 9.

110. Johannes VIII. *Joannes VIII.* Romanus, Carolum Calvum coronat Imperatorem, absolvit Ludovicum à Juramento. *Otto Frising.* scribit, huic soli Romano Pontifici accidisse, ut spatio 4. *annorum* 3. *coronaverit Imperatores, Carolum II. Calvum, Ludovicum II. Balbum, & Carolum III. Crassum.* Hæresin Simoniacam, tunc urgentem in Galliis, per legatum suum extirpavit; Hic ille famosus est

31. Fit mentio fabulosæ calumniæ de Johanna Papissa. Pontifex, qui *fœmina fuisse fertur* per calumniosam fabulam, quæ res amplissimum hæreticis campum præbuit, S. Sedem Apostolicam denigrandi; Cum verò ex scriptis eruditissimis pateat, confictam planè esse de hoc Pontifice fabulam, & jam diu passim explosam, mirum tamen est, reperiri adhuc hodie Scriptores, qui ex antiquis codicibus narrationem mendacem defendere contendunt, inter quos famosus est Professor, qui in Monarchia 4. Romanorum, seculo 9. multis argumentis hoc figmentum sustinere conatur, cum jam diu contrarium demonstrarit *Samuel Maresius. Florimund. Raymundus* Senator Burdegalensis & alii, ut frustra plane dicatur, aliquos data opera *Joannem Papam fœminam* ex Catalogo Pontificum expunxisse, cum contrarium ex omnibus Historiis & libris pateat. Evidentissimum Calumniæ & hoc est argumentum, quod fertur peregrinis Romam venientibus, & dato pretio res in urbe notabiles videre desiderantibus, in Lateranensis Basilicæ porticu monstrari sellam perforatam, in qua sessitaverit quisque recens electus Pontifex, ut quidam Diaconorum sexum illius explorarent quamvis explorationem hanc pridem in desuetudinem abiisse dicant cum hodie nullus Pontifex eligatur, nisi cujus mentum cana barba vestit. Sed sola hæc de sella narratio, totam de Joannâ Papissa historiam suspectam reddit, & fabulam malitiosè confictam in lucem producit; Illud tantum fabulæ ansam dedit, quod *Joannes Papa*, Photio non satis fortiter resistens, uti Nicolaus & Hadrianus fecerant, contumeliæ loco non Papa, sed Papissa fuerit dictus, qui Photio resistere non sciret, sicque nomen contumeliæ transierit apud posteros rerum inscios, in veritatis opinionem, fueritque à pluribus decantatum, Joannem VIII. fuisse fœminam, uti deducit *Fran. Carriere in Chronolog. Pontif. Rom.* & videri potest *Ludovic. Morery in Dictionar. Histor. lit. I. verbo Jean VIII.* ubi multa de hoc Pontifice recenset, & tandem addit: *Ce fut dans ce temps là, que* se laissant flechir aux prieres de Basile, Empereur d'Orient, il reçût Photius à la Communion de l'Eglise, & le rétablit sur le Siége de Constantinople. Cette complaisance surprit tous les Orthodoxes, & à fait dire au Cardinal Baronius, qu'elle à peut-être, donné occasion au vulgaire, de s'imaginer, que Jean VIII. étoit femme. D'autres disent, que Photius falsifia les Lettres du Pape. Charles le Gros vint à Rome, l'an. 880. & il y fut couronne Empereur par le Pape qui mourut le 15. Decemb. l'an 882. ayant siégé dix ans & un jour. On voit son Epitaphe dans l'Eglise du Vatican. Et sub Joanne VII. jam quoque meminit citatus Morery Papissa Joanna sub nomine Joannis VIII. quod dixerint diversimodè alii fuisse Angliam alii Germanam, & propter doctrinæ raritatem tandem elevatam ad Sedem Pontificiam, post Pontificem Leonem IV. quem ferunt fuisse mortuum anno 853. & hanc fabulam longo tempore fuisse creditam, esse tamen argumenta invincibilia, quibus hæc impostura fundatur, prout etiam multi, ab Ecclesia Catholica alieni, hanc fabulam dicant esse ridiculam; Scire enim vel obiter versatum in historia, quod Leo IV. demum *anno* 855. obierit, ipsique successerit Benedictus III. & postea Nicolaus I. ex quibus fabula conficta in apertam prodit lucem.

Martinus II. seu Marinus, Gallus natione, *Photium* cunctasque res ab eo gestas damnat, hincque Basilius Imp. conatur eum de Solio deponere, objecitque multa, quæ postea S. Stephanus VI. confutavit. Sedit laudabiliter *annos* 1. *d.* 20. 111. Martinus II.

Adrianus III. Romanus, prædecessoris sui vestigiis insistens, Photium ulterius execratus est. Duas edidit constitutiones, unam pro libera creatione Pontificis, ne in electione aut consecratione illius expectaretur autoritas Imperatoris; aliam pro gloria Italiæ, quam ab exterorum dominatu evincebat, & nativæ genti subjiciebat. Sedit *annum* 2. *m.* 3. *d.* 19. 112. Adrianus III.

Stephanus VI. Romanus, vir miræ virtutis & pietatis, qui ipso electionis die, urbi laboranti fame, aliisque incommodis ex Locustarum devastatione & pluviæ defectu, optatam pluviam copiosam impetravit, quique *aquam benedixerit*, cujus aspersione locustæ penitus sint expulsæ. Decreto sancivit, ut quisque Ecclesiæ statuta de necessitate observare teneatur. Sedit *annos* 6. *d.* 9. 113. Stephanus VI.

Formosus, Romanus, fortunæ inconstantia variè jactatus. Primus ille, qui non, uti alias moris, ex Presbyteris, Diaconis & Cardinalibus Romæ electus Adversarium habuit *Sergium*, qui factione *Alberici* intrudi voluit. Sedit *Annos* 4. *menses* 6. *dies* 8. 114. Formosus.

Bonifacius VI. Tuscus per 15. tantum dies hic præfuit, subitanea enim morte obiit. 115. Bonifacius VI.

Aliqui

Aliqui hunc non numerant inter Pontifices.

116. Stephanus VII. *Stephanus VII.* Romanus omnia prædecessoris sui *Formosi* acta & decreta annullavit, & Sacrilegus in cadaver extitit, illud enim ex sepulchro extrahens, atque in Sedem Rom. Pontificaliter indutum collocans, cum tanquam viventi exprobrasset, quod nimiâ ambitione ex Portuensi Episcopo Sedem Apost. occupasset, illud ipsum cadaver sic damnatum, sacrisque mox exutum vestimentis, ac tribus digitis mutilatum, quibus benedicere moris est, in Tiberim jactavit, cunctosque quos idem Formosus ordinaverat, gradu deposuit, iterumque ordinavit. Ita furore percitus, non quod jure liceret, sed quod exæstuans rabies persuaderet, scandalosè perfecit, reclamantibus omnibus qui aderant. Ipse demum anno 4. expulsus, & in carcerem detrusus, ibique strangulatus.

117. Romanus. *Romanus*, & natione talis, acta & actitata Formosi ratihabuit, & è contra Stephani Decreta rejecit, sed non diu superstes. Sedit enim *m.4. d.23.*

118. Theodorus II. *Theodorus II.* ordinatis à Formoso favit. Verum 20. post electionem die humanis exemtus.

119. Joannes IX. *Joannes IX.* Tiburtinus; Hic Stephani Synodum adversus Formosum damnavit, ejusque acta combussit, improbavit electionem Bonifacii, restituit ordinatos à Formoso, & anathematizavit Sergium Presbyterum, aliosque, qui Formosi sepulchrum temerare ausi fuerunt. Obiit post *an.3. & d.15.* qui missus à Deo visus est ad destruenda, quæ malè egerat, Stephanus.

120. Benedictus IV. *Benedictus IV.* Romanus, hujus seculi moribus corruptissimis laudabiliter vivens, & amore in pauperes commendatissimus, sedit *annos 3.*

121. Leo V. *Leo V.* patria Ardeatinus, post dies 40. expellitur, & detruditur in Monasterium, à Christophoro familiari suo, sed ambitioso, ubi mœrore obiit.

122. Christophorus. *Christophorus*, Romanus. Sicut hic Prædecessori suo fecit, ita illi à Successore suo Sergio factum; detrusus enim à Sergio in Monasterium, & tandem incarceratus, ubi miserè obiit. Sedit *m.7.*

123. Sergius III. *Sergius III.* Romanus. Homo Pontificatu indignus, utpote qui vi se intrusit. Sententiam capitis pronuntiavit in *Formosum*, extractumque de sepulchro (nam sub *Stephano VII.* corpus ejus à piscatoribus in Tyberi inventum, & ad S. Petrum deportatum & positum erat) capite truncavit, & in Tyberim rursum projecit cadauer. Sedit *an. 3.*

124. Anastasius III. *Anastasius III.* Romanus, modestè & integrè vixit, commendatur, quod Antecessorum suorum acta non damnaverit. *Sedit an. 2. m. 2.*

125. Lando *Lando*, Sabinus, non ab omnibus inter Pontifices annumeratur, Berengarium cum Rege Rudolpho reconciliavit. Sedit *m. 6. & d. 22.*

126. Joannes X. *Joannes X.* Ravennas, opera Theodoræ intruditur. Puerum quinquennem in Archiepiscopum Rhemensem electum, confirmat. In carcerem demum detrusus, in quo à Guidonis militibus faucibus cervicali occlusis, suffocatus est. Sic dignum suis sceleribus finem accepit, invasor Sedis Apostolicæ. Sedit *an. 16.*

Leo VI. Romanus, tumultuantem populum Romanum compescuit, & Italiam bellis plenam pacavit, sed brevi post veneno extinctus, cum sedisset *m. 6. d. 15.* 127. Leo VI.

Stephanus VIII. Romanus, hujus mansuetudo & religionis affectus commendatur. *Sedit an. 2. m. 1. d. 15.* 128. Stephanus VIII.

Joannes XI. Romanus. Sergii III. filius, à Matre, ope Guidonis Marchionis intrusus, sed ex post ab Alberico alio Maroziæ filio incarceratus. Obiit demum afflictionibus patientissimus, & bene functus, cum sedisset *annos 4. m. 10.* 129. Joannes XI.

Leo VII. Romanus. Homo modestus, Servus Dei & paci consulens. Sedit *annos 3. m. 6.* 130. Leo VII.

Stephanus XI. Germanus, opera Ottonis Germanorum Regis electus, posthabitis Cardinalibus, concitavit in se Tyrannorum odium, adeò ut à quibusdam Sacrilegis, crebris ictibus, per Alberici tumultum, fuerit facie deformatus, qui idcirco abstinuit à publico hominum congressu. *Sedit an. 3. m. 4. d. 15.* 131. Stephanus IX. Germanus.

Martinus II. seu Marinus, Romanus, mundanis valedixit, Religioni omnino deditus, Ecclesias ruinæ proximas restauravit, & egenis liberaliter subvenit. *Sedit an. 3. m. 6.* 132. Martinus II.

Agapetus II. Romanus, commendatur à probitate, Pacis conservandæ in Orbe Christiano studiosissimus; hinc Imperatoris Ottonis opem contra Regem Berengarium imploravit. *Sedit an. 9. m. 7. d. 10.* 133. Agapetus II.

Joannes XII. Romanus, à primis cunabulis minimi frugi, totus juvenis, utpotè 17. annum agens, Pontificatum invasit, & primum aliqui dicunt, qui nomen mutavit, antea enim vocabatur *Octavianus*. Malè administravit Ecclesiam; hinc Imp. Otto, cum sese non emendaret, Concilium instituit, in quo eum deposuit; cum autem ex post, absente Imperatore, à S. P. Q. R. revocaretur, & nocte extra Romam, cujusdam viri uxore oblectaretur, percussus perhibetur, in temporibus, forte à Marito, ita ut mortuus sit, intra 8. dies. Sedit *an. 9.*

Leo VIII. Romanus. Loco Joannis Papa creatus, ab Imp. Ottone confirmatus, à Romanis verò rejectus, commendatur à probitate & fidelitate. *Sedit an. 1. 3. m. d. 12.* 134. Leo VIII.

Benedictus V. Romanus, à Romanis, post mortem Joannis, contra Leonem electus, ab Imp. Ottone verò depositus, & in exilium missus, traductus enim in Germaniam, Hamburgi sancto quievit fine. Sedit *an. 1. m. 10 d.* 135. Benedictus V.

Joannes XIII. Romanus, consulto Imperatore electus à Romanis, postea ab iis in tumultu captus, & exilio traditus ab Ottone Imp. verò Sedi restitutus, Joannes, ex gratitudine juniorem Ottonem Imperiali corona donavit. In munimentum tantæ solennitatis *an. 968.* elevata est campana miræ 146. Joannes XIII.

magnitudinis, recens ære fusa, quam prius sacris ritibus Papa consecravit, atque *Joannis* nomine nuncupavit, hincque invaluit *usus benedicendi campanas.* Sub hoc Pontifice *Polonia* fidem Catholicam suscepit. Sedit *an.*6. *m.*11.

137. Donus II. *Donus II.* Domnio seu Domnus, Romanus, laudabiliter sedit *m.*3. & moritur.

141. Bonifacius VII. *Bonifacius VII.* Romanus iniquè Sedi impositus, hinc etiam non diu sedit; nam urbe excedere jussus, cum ex S. Petri Basilica multa pretiosa secum asportaverit, quæ vendidit, & hanc pecuniam ad sui restitutionem applicavit. subitaneè moritur, cum sedisset 1. *m.* 12. *d.*

142. Benedictus VII. *Benedictus VII.* Romanus. Nihil hic memorabile egit, quam quod suo assensu Otto III. Imperator electus & confirmatus sit, à quo ex post potestatem accepit, seditiosos & tumultuantes Romanos pro suo lubitu puniendi. *Sedit an.*9. *m.*1. *d.*10.

143. Joannes XIV. *Joannes XIV.* Lombardus. Hujus initio Sodalitium institutum est Romæ pro defunctis, quo singuli consodalium pro singulis defunctis 40. missas celebrarent à factiosis Romanis demum incarceratus, ibique 4. detentum mensibus fame perire coëgerunt, ac mortuum exposuerunt spectandum omnibus. *Sedit m.*8.

144. Joannes XV. *Joannes XV.* Romanus, à Crescentio Consule Romano male habitus, imo in exilium missus; Sedi tamen ex post rursum restitutus. Sedit *an.*10. *m.*4. *d.*12.

145. Gregorius V. *Gregorius V.* Saxo Germanus Ope Imperatoris, cujus erat consanguineus, electus, paulo post à Romanis Sede pulsus, ab Imperatore verò ei restitutus. Hic in honorem Patriæ suæ per Concilium instituit, ut Soli Germani potestatem habeant, Regem Romanorum seu Imperatorem eligendi, qui postea Augustus dicitur, denominavit etiam Principes eligentes. Quæ omnia ab Imperatore confirmata sicut. Sedit *annos* 4. *m.*3. *d.*3.

146. Sylvester II. *Sylvester II.* Gallus. Mathematicus insigniter eruditus, & Astrologiæ scientissimus, hincque præbuit ansam apud ignaros opinandi, quod magicis incantationibus ad tantum culmen elevatus esset, & ideo aliqui scriptores dubitarunt, an annumerandus esset inter Pontifices, quem crederent à Diabolo fuisse promotum. Ab Ottone Imp. & Roberto Galliarum Rege magni æstimatus: multos edidit libros. Prudenter administravit Pontificatum. Cultor sanctorum virorum, jurium Ecclesiæ defensor strenuus. *Sedit an.*4. *m.*1. *d.*10.

147. Joannes XVI. *Joannes XVI.* Romanus nihil memorabile egit, quia non diu superstes, sedit enim *m.*5. *d.*25.

148. Joannes XVII. *Joannes XVII.* Romanus. Hic ab electione Romani Pontificis Senatum Populumque Romanum exclusit. *Sedit an.*5. *m.*8. *d.*10.

149. Sergius IV. *Sergius IV.* Romanus, antea *Petrus* dictus, sed cui ob reverentiam Apostoli nomen mutare placuit, vel quia, ut asserit Ditmarus, *Buccaporci* diceretur: quam mutationem nominis rationabiliter imitati sunt Pontifices; commendatus à probitate, mansuetudine & liberalitate in pauperes, ita ut mediante sua providentia Pontificatum laudabiliter administraverit. Sedit *an.*2. *m.*9. *d.*12.

Benedictus VIII. Romanus, adversus hunc creatus erat *Gregorius*, qui pollens potentia Romanorum eum urbe ejecit. Sed Henricus Rex Germaniæ Romam veniens Benedictum restituit, & ad Regis adventum Gregorius abdicavit. *Sedit an.*11. *m.*8. *d.*21. 150. Benedictus VIII.

Joannes XIX. Benedicti frater ex Laico constitutus Pontifex, ideo Populo minimè charus, ab Imperatore Conrado, quem coronavit, defensus est. *Sedit an.*9. *m.*8. 151. Joannes XIX.

Benedictus IX. Romanus 10. annorum puer, Alberici Comitis Tusculani filius, duorum præcedentium Pontificum nepos, tyrannide Patris, ægre ferentis Papatum successione duorum Germanorum stabilitum egredi è domo sua, intrusus est. Hinc Romani eum cum Sede sua pellunt & Cardinalem Sabinum, qui *Sylvester III.* dictus, in ejus locum substituunt, qui *sedit m.*1. *& d.* 19. postea verò hunc Benedictus excussit, rursumque expulit. Nec multo post ipse Benedictus invisum se cunctis cernens *Joanni* R. E. Archipresbytero Pontificatum remisit. Certum tamen eundem dimissam repetiisse cathedram, & tradit Otto Frisingensis, simul tres illos Anti-Pontifices divisis inter se redditibus Romæ sedere visos esse. Ob quæ S. P. Q. R. videns miserrimum hunc Ecclesiæ statum *Joannem Gratianum* tanquam Ecclesiæ Dei liberatorem elegit, ac mutato nomine *Gregorium VI.* vocavit, cum sedisset Benedictus *an.* 12. 152. Benedictus IX.

Gregorius VI. Romanus sic electus, cum sedisset *an.*1. *m.*7. Henricus Rex Germaniæ Romam veniens erroneorum Pontificum causam ventilavit & *Gregorium* ob transactionem pecuniariam, redditusque percipiendos præfatis Pontificibus relictos exauctoravit. Hos prætextus autem simulans *Henricus*, ut deponeret, quem nullo petito Regis suffragio nosset esse creatum à Romanis, ne ejusmodi licentiam sibi arrogarent, quod Papa cernens, durumque schisma ea occasione prævidens, Pontificia sede libenter cessit. 153. Gregorius VI.

Clemens II. Saxo Episcopus Bambergensis, ipsa die natalis Domini solenniter consecratus, qui & eadem die Henricum Regem & conjugem ejus Imp. benedictione sublimavit. Remeans autem cum Imperatore in Germaniam ibidem post 9. menses à promotione sua obiit, & Bambergam delatus est. Hoc mortuo Benedictus IX. tertiò invasit Sedem, eamque per 8. menses tenuit. 154. Clemens II.

Damasus II. Bavarus Episcopus Brixiensis, dum Benedictus invasor Ecclesiam affligeret, missus est ab Imp. eligendus, qui votis omnium acceptis, consecratus est. Obiit autem 23. *die.* 155. Damasus II.

Leo IX. Alsatus, Comes Habspurgensis, Episcopus Tullensis, vir probissimus, ad instantiam *Romanorum* ab Imp. Henrico III. electus, 156. Leo IX.

electus. *Berengarium* Hæreticum damnavit, Simoniam & carnis vitia rescidit. In pauperes liberalissimus; in bello contra Northmannos captus quidem, sed paulo post Romæ magna cum reverentia redditus. Tantæ hospitalitatis & sanctitatis commendatur, ut Leprosum in lecto suo poni jusserit, qui mane non apparens *Christus* fuisse existimatur. Sedit annos 5. m. 2. ad cujus sepulchrum in Vaticano corruscant miracula.

157. Victor II. *Victor* II. Bavarus Episcopus Aichstettensis Imp. Henrici consanguineus, à quo electus, & Romæ Pontifex inauguratur. Episcopum Ebroduni accusatum de simonia, crimen verò negantem, jussit dicere: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.* Qui Patrem quidem Filiumque diserte & expedite pronuntiavit, *Spiritum S.* autem nequaquam valuit proferre, tunc se convictum judicio divino cernens crimen confessus est, & deposito Episcopatu *Spiritum S.* libero ore pronuntiavit, exinde 47. Episcopi se Simoniacos confessi renuntiarunt gradibus suis. Victori à Subdiacono, ministrante ei in Missa, venenum propinatur, quod Deus duplici miraculo avertit, ne Pontifex biberet, & detexit tanti sacrilegii authorem. Cum enim calicem post consecrationem levare vellet nec posset, à Domino inquisiturus causam facti, cum populo ad orationem prostratus est, statimque Subdiaconus à dæmone arripitur. Obiit Florentiæ, cum sedisset *an.* 2. *m.* 3. *d.* 13.

158. Stephanus X. *Stephanus X.* Dux Lotharingiæ, authoritatem & præeminentiam Summorum Pontificum non deterioravit, Ecclesiam Mediolanensem, quæ per annos 200. à Romana avulsa erat, ei rursum subjecit. Florentiæ, ubi Synodum celebrare voluit, humanis exemptus est. *Sedit m.* 7. *d.* 28.

159. Benedictus X. *Benedictus* X. Romanus, ab aliquibus Romanis pecuniâ & donis corruptis illegimè electus, & per vim intrusus, hinc paulo post sede pulsus, & in exilium missus, postquam sedisset *m.* 9. *d.* 20.

160 Nicolaus II. *Nicolaus* II. Sabaudus, à Cardinalibus electus, Benedictum depulit, Decretumque de electione Pontificum publicavit, vigore cujus solis Cardinalibus jus competat sine favore & munere Pontificem eligendi. In Laterano in Concilio 113. Episcoporum Berengarii hæresin damnavit, eumque ad ad publicam recantationem perduxit. Obiit commendatissimus & cultor pauperum, quorum pedes quotidie abluere non prætermisit. Obiit Florentiæ cum sedisset *annos* 2. *m.* 6.

161. Alexander II. *Alexander* II. Mediolanensis, Episcopus Lucensis absens, ob præclaras animi dotes, eligitur, sed sine præscitu Imperatoris; quia vero Episcopi ex Lombardia alium, & quidem ex eorum gremio, prætendebant, Imperator iis hoc concessit, in cujus præsentia Episcopum Parmensem *Cadolaum*, quem *Honorium* II. appellabant, elegerunt. Hinc uterque vi & armata manu sedem suam stabilire conabatur, & in Prato Neronis prope Romam acriter ab utraque parte dimicatum, ita ut magna hominum copia interneccione deleta fuerit, Victo *Cadolao*, Alexandro Victore. Sedit *an.* 11. *m.* 6. *d.* 22.

Gregorius VII. Tuscus, vir astutus à plurimis valde commendatur. Henricum IV. Imp. excommunicavit, contra Simoniacos & Clericorum matrimonia acerrimus vindex: Tandem tamen ab Imperatore vigore Concilii depositus, & Româ Salernum transmissus, ibique extremum clausit diem. Interea loco ipsius ab Imperatore *Guibertus* Archiepis. Ravennas electus, & *Clemens* III. vocitatus, sed inter Pontifices non numeratur. Sedit *Gregorius an.* 12. *m.* 1. *d.* 3. 162. Gregorius VII.

Victor III. Princeps Beneventanus invitus Pontificatum acceptavit, cui cum prædicto Clemente III. pro Pontificatu dimicandum, & licet in hoc prælio extiterit Victor, nihilominus non sine Veneni suspicione, paulo post humanis exemptus, cum sedisset à consecratione menses 6. 163. Victor III.

Urbanus II. Gallus similiter adhuc vivente putatitio Clemente III. electus, paulo post tamen Sedem & Urbem deserere coactus, cùm in exilio tam in Italia quam in Gallia hinc inde vagaret, & Synodos in aliquibus locis colligeret, & multa specialia Decreta ederet, tandem Romam reversus, clam in privata cujusdam civis domo se detinuit, in qua etiam, uti in captivitate moritur, & clam sepultus est. Sedit *annos* 11. *m.* 4. *d.* 18. 164. Urbanus II.

Paschalis II. Italus invitus & è latebris eductus surrogatur, cum tribus Anti-Papis, qui à Romanis secum eligebantur, quorum unus *Albertus*, secundus *Theodoricus*, Tertius *Sylvester* III. vocabantur, multa habuit negotia & incommoda, in quibus & ille per tempus aliquot fugâ sibi consulere debuit. Imp. Henricum V. excommunicavit, in diversis Synodis multa publicavit decreta, tandem morbo correptus obiit, & splendidè sepultus est. Sedit *an.* 18. *m.* 5. *d.* 9. 165. Paschalis II.

Gelasius II. Cajetanus summo Cardinalium & aliorum consensu creatur invitus & renitens quod tamen sine tumultu non factum. Nam *Cincius Frangipanis* potens Romanus, qui ex suo stemmate libenter habuisset Pontificem, Cardinales cecidit & dispersit, Papam cæpit, cum autem à Romanis liberaretur, eumque inaugurarent, metu tamen *Henrici V. Imp.* Roma decessit; Ideo Imperator *Mauritium Burdinum*, quem *Gregorium* VIII. nuncupavit, elegit, & licet *Gelasius* Imperatorem, ejusque Antipapam excommunicaverit, nihilominus in Gallia exul, in Monasterio Cluniacensi, ubi pleurisi correptus, strato ad terram corpore juxta normam Monasticam obiit in Domino, cum sedisset *an.* 1. *& d.* 5. 166. Gelasius II.

Calixtus II. Burgundus, strenuus Apostolicæ Sedis defensor, Imp. *Henricum V.* à Banno absolvit, pacemque Ecclesiæ attribuit, Antipapam suum *Bardinum*, quem complices sui *Gregorium* nuncuparunt, cœpit, & in carcerem detrusit, ubi post varias militum illusiones deductus fuit per mediam urbem, pilosa pelle vervecis pro chla- 167. Calixtus II.

myde

myde rubeo indutus, Camelo ex adverso impositus, data ei in manibus pro frœno cauda Cameli. Sub hoc Pontifice Concilium Oecumenicum IX. Lateranense I. CCC. & amplius Episcoporum celebratum. Obiit demùm bene pro Deo & hominibus meritus, cum sedisset *an.* 5. *m.* 10. *d.* 6.

168. Honorius II. *Honorius* II. Bononiensis. Convenientes autem Cardinales elegerunt alium nomine *Theobaldum* Card. & *Cœlestinum* appellarunt, nihilominus *Honorius* unanimi suffragantium voto sedem obtinuit, & quiete possedit *per an.* 5. *m.* 3. *d.* 13.

169. Innocentius II. *Innocentius* II. Romanus. Hic absens & contra Rogerium Regem Siciliæ bella gerens eligitur, à quo cum sibi adhærentibus Cardinalibus captus est; Hinc Romani *Petrum*, *Petri Leonis* civis Romani filium, elegerunt, eumque *Anacletum* II. dixerunt, ob eam causam Innocentius licet liberatus, Romā tamen venire non ausus, usque dum Imp. Lotharius cum exercitu eum illuc deduxerit, & sedi imposuerit. *Anacleto* autem mortuo iterum alius, *Victor* IV. nominatus, à factiosis quidem eligebatur, contigit tamen, ut Innocentius Pontificatum ad finem usque vitæ retinuerit. Sub hoc Concilium Generale X. Lateranense II. celebratum. Sedit *an.* 13. *m.* 7. *d.* 8.

170. Cœlestinus II. *Cœlestinus* II. Tuscus primus sine interventu populi ob rebellionem excommunicati creatus, qui non diu sedit, quinque enim menses & dies 13. superstes, fœlix tamen, in quem nulla impegit seditio, qua 8. sequentes Pontifices exagitati fuere. Hic incipit *Prophetia S. Malachiæ Archiepiscopi.*

171. Lucius II. *Lucius* II. Bononiensis; hunc Romani rebellantes vexarunt, in quo tumultu Lapidis ictu percussus, cum Romanos ad nova studia concitatos conaretur depellere à Capitolio, sicque post 11. *m.* *d.* 14. ab electione obiit.

172. Eugenius III. *Eugenius* III. Pisanus, vir eloquens & unanimiter electus, metu tumultuantis populi, extra Romam in Monasterio Farsensi apud Sabinos consecratus, Romanos banno & bello ad pacem petendam coëgit, eosque omni jurisdictione privavit. Legationem Metropolitani Armeniorum, qui mille pluresque sub se habet Episcopos, recepit, se cum suis Episcopis Sedi Romanæ subjicientis. Sic è longinquo accurrunt populi ad Papam, dum filii resiliunt à Sede Apostolica. *Ludovicum* Franciæ Regem ad expeditionem in terram sanctam persuasit, obtinente promotore & Prædicatore Cruciatæ S. Bernardo. Demum humanis exemptus, plenus meritis, cum sedisset *annos* 8. *m.* 4. *d.* 12.

173. Anastasius IV. *Anastasius* IV. Romanus, vir non sibi, sed pietati & Patriæ natus, egenis tempore annonæ caritatis liberalissimè subvenit. Notatur tamen nimiæ facultatis erga Fridericum Imp. Sedit *an.* 1. 4. *m.* 24. *d.*

174. Adrianus IV. *Adrianus* IV. Anglus; Hic ut Cardinalis ab Eugenio Papa missus, *Norvvegiam* convertit, hinc ex post Papa electus, *Fridericum Barbarossam* Imperatorem coronavit, & Romanos libertatem suam sustinentes potenter vicit, tandem tamen tumultum metuens, Arignanum se contulit, ubi morbo anginæ obiit, cum sedisset *annos* 4. *m.* 8. *d.* 28.

Alexander III. Senensis, à 23. Cardinalibus, assentiente Clero populoque Romano electus, alii verò Cardinales, una cum Imperatore, *Octavianum*, quem *Victorem* IV. dixerunt, & post hujus obitum, qui 4. *an.* & 7. *m.* sedit, adhuc alios tres, *Guidonem* scilicet, quem *Paschalem* III. & per annos 5. sedit; *Joannem*, quem *Calixtum* III. & 7. annos sedit, & demùm *Landonem*, quem Innocentium III. appellârunt, elegerunt, quos omnes tamen Alexander, qui interdum Romæ præsens, interdum etiam urbe excedere jussus, partim supervixit, partim, scilicet ultimos duos, de sede dejecit, omnesque cum Imperatore excommunicavit. Tertiò veniens Romam, & in quieto nunc vivere existimans, morbo lethali correptus, moritur. *Sedit* 21. *an.* 11. *m.* 23. *d.* Hujus tempore *Concilium* Oecumenicum XI. *Lateranense* III. 310. Episcoporum celebratum est. 175. Alexander III.

Lucius III. Lucensis. Hujus tempore, nempe *Anno* 1182. nascitur in Umbria Assisii *S. Franciscus*, filius Petri de Bernardone. *Anno* 1185. *Lucius* congressum habuit Veronæ cum Imp. Friderico, cui urgenti, ut Schismaticè ordinatos dispensaret, respondit, id non nisi in Concilio præstandum, & petenti instanter, ut Henricum filium coronaret, dixit non posse simul duos regnare Imperatores, nec filium coronari, nisi Pater deposuisset coronam; moritur demum Veronæ, cum sedisset *an.* 4. *m.* 2. *d.* 18. 176. Lucius III. Nativitas S. Francisci.

Urbanus III. Mediolanensis, suffragio 24. Cardinalium Veronæ existentium præficitur; Primo Christianos Principes ad concordiam & defensionem terræ Sanctæ adhortatus. Cum Friderico Imp. multas habuit controversias. Hujus tempore An. 1187. *Saladinus* Babyloniæ Rex cæpit Hierosolymam, 88. anno à possessione Godefridi de Bullion, & crucem Domini per 2. dies in ostentum per civitatem fustigando portari fecit, quo tristi nuncio perculsus Urbanus incidit in morbem, & obiit Ferraræ, an. 2. 35. diebus minus. 177. Urbanus III. Occupatio Hierosolymæ à Rege Babyloniæ.

Gregorius VIII. Beneventanus, mox pro recuperanda Hierosolyma, & subsidio Terræ sanctæ ad universos Christi fideles indulgentiam dedit, & jejunium pro eodem indixit. Sed secundo mense Pisis obiit. 178. Gregorius VIII.

Clemens III. Romanus, mox urget expeditionem in Palæstinam & indulgentiam confirmat. Hinc Imp. *Fridericus*, *Philippus* Rex Franciæ, *Richardus* Rex Angliæ, *Otto* Dux Burgundiæ, cum multis Archiepiscopis, sicut & Venetis & Pisanis, adversus Saracenos & Turcas exercitum duxerunt, de quibus pauci reversi, interea Clemens varia extruxit ædificia, & moritur, cùm sedisset *annos* 3. *m.* 2. *d.* 20. 179. Clemens III. Expeditio pro recuperandâ terrâ sanctâ.

Cœle-

180. Cœlestinus III. *Cœlestinus III.* Romanus recepit ab Henrico Rege Germaniæ *Sacramentum*, quod jura Ecclesiæ servaret illæsa, & quæ ejus erant restitueret, hincque à gradibus introduxit eum in Ecclesiam S. Petri, & unxit in Imperatorem, uxoremque ejus Constantiam. *Summopere* laborabat pro recuperanda terra Sancta, Romæ splendida extruxit palatia, & moritur cum omnium luctu. Sedit *an.* 6. *m.* 9. *d.* 11.

181. Innocentius III. *Innocentius III.* Patria Anagninus, Electioni Imp. Philippi adversarius, ècontra *Ottonis* electionem confirmavit, quem quoque coronavit, sed postea, quia multa in Italia oppida expugnavit, banno subjecit. Sub illo *Concilium Generale XII. Lateranense IV.* celebratum, multos Ordines, in specie Ordinem *Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione captivorum* confirmavit. Jura Canonica, *Decretales* dicta, in ordinem redegit. In itinere Genuenses & Pisanos componendi, moritur, cum sedisset *an.* 18. *m.* 6. *d.* 9.

Ordo SS. Trinitatis de redemptione captivorum.

182. Honorius III. *Honorius III.* Romanus, Fridericum II. Imp. coronavit, postea vero, cum bona Ecclesiastica sibi attribueret, eum banno subjecit, Imperialique dignitate privavit. Ordinem *S. Dominici*, & postea An. 1223. Ordinem *S. Francisci* Seraphici, præter alios confirmavit, multa edidit Decreta, & rara ædificavit ædificia. Quiete moritur, cum sedisset *an.* 10. *m.* 8.

183. Gregorius IX. *Gregorius IX.* Anagninus, Vir doctissimus. *B. Dominicum*, *B. Franciscum*, *B. Elisabetham* Regis Hungariæ filiam, *B. Antonium Paduanum*, ante completum annum post obitum ejus canonizavit. Bannum Prædecessoris sui adversus Imperatorem, eo quod votum Terram Sanctam recuperandi quantocius non persolverit, renovavit, Fridericus Imp. post hæc omnia turbat arte, bello, scriptis, Ravennam & Exarchatum usurpat: publicatur toto orbe dissidium inter Papam & Imperatorem. Hinc insurgunt factiones Guelphorum pro Papa, & Gibellinorum pro Imperatore, quibus omnes fere Italiæ civitates ad multa secula vexantur, Romaque nutata visa est. Mœrore tandem obiit, postquam præfuisset *an.* 14. *m.* 5. Librum Decretalium adjuvante Raymundo Garcinonensi compilavit.

184. Cœlestinus IV. *Cœlestinus IV.* Mediolanensis, non diu superstes, moritur 18. die, quo defuncto vacavit Sedes 20. menses, donec captivi Cardinales, cooperante *Balduino* Constantinop. Imp. qui in Italiam venerat, dimissi sunt à Friderico, qui postea

185. Innocentius IV. *Innocentium IV.* Genuensem, juris Consultum insignem elegerunt. Hic fuit amicus Friderici Imp. & antea *Sinibaldus* dictus, ad hujus electionem Imperator dixisse fertur, se optimum amicum Cardinalem Sinibaldum amisisse, & acerrimum hostem Papam nactumesse, quod eventus rei declaravit. Tractatur enim per 4. menses pax ineunda: Sed metuens sibi Papa cum 7. Cardinalibus, multisque Prælatis, Lugdunum petit, ubi honorificè à Ludovico XI. Rege Galliæ susceptus, ibique Concilium Generale XIII. Lugdunense I. celebravit. Cum scriptis clarus & de liberatis bene meritus esset, moritur Neapolis. *Sedit an.* 11. *m.* 5.

186. Alexander IV. *Alexander IV.* Anagninus. Manfredum Regem Siciliæ quantocius admonuit, ne quid adversi contra Ecclesiam attentaret, qui tamen admonitiones has sprevit, hinceum excommunicavit. Terræ sanctæ auxilia promovit, licet frustra. *B. Claram* in album SS. Virginum retulit, obiitque laudatissimus, cum sedisset *annos* 7. *mense minus.*

187. Urbanus IV. *Urbanus IV.* Gallus milites cum cruce signatos ex Gallia, adversus Manfredum vocavit. Creavit 14. Cardinales. *Festum Corporis Christi* instituit, occasione miraculi facti in diœcesi Urbenetana, dubitanti enim post consecrationem de realitate, scaturivit sanguis ab hostia, qui totum intinxit corporale anno 1264. hujusque occasione supplicationes per octavam Corporis Christi decrevit. Obiit demum Perusii, cum sedisset *an.* 3. *m.* 1. *d.* 4.

Festum SS. Corporis Christi.

188. Clemens IV. *Clemens IV.* Gallus, famosus Jurisconsultus, post uxoris, à qua duas habuit filias, decessum, secessit ad Carthusianos, usque dum Pontifex crearetur. Carolum Andegaviensem *Regem Siciliæ* & Hierosolymæ coronavit, hac tamen conditione, ut quotannis *Ecclesiæ feudi nomine* 40000. *coronas penderet.* Raræ virtutis & exempli Pontifex, cum in aliis, tum maxime in affectu erga Consanguineos, uni enim filiæ, in Monasterio collocatæ, 30. tantum libras dedit, alteri, quæ conditionis suæ Marito nupserat, 300. libras dotis nomine numeravit, & hac conditione, ne quid amplius peteret: *Nepoti, tres prabendas habenti*, injunxit dimissionem duarum, ea, quæ placeret, retentâ. Imitatus institutum Carthusianum, à morte uxoris abstinuit carneis eduliis usque ad obitum, nec unquam dimisit cilicium, unde merito Carthusianis annumeratur, cui flagrans non defuit affectus, & imitatio regularis. Sedit *an.* 3. *m.* 9. *d.* 25.

Tributum Regis Siciliæ pro sede Apostolica.

189. Gregorius X. *Gregorius X.* Italus, antea Theobaldus dictus: cum ex discordia Cardinalium Sedes Apostolica, à morte Clementis IV. per *an.* 2. *m.* 9. *d.* 25. vacasset, inter alia ratione electionis Pontificis, hoc quoque Decretum promulgavit, quod mortuo Papa Cardinales jejuni in Conclavi concludi debeant, donec unanimiter alium sibi Papam elegissent. Concilium Generale XIV. Lugdunense II. An. 1274. constans ex 500. Episcopis, totidemque & amplius Patribus celebravit. Contrariantibus sibi invicem Genuensibus & Venetis Pacem impertivit. Vivus Romam non venit, sed in itinere versus Romam Aretii in Tuscia obiit. *Sedit an.* 4. *m.* 4. *d.* 10. dicitur post mortem miraculis claruisse.

190. Innocentius V. *Innocentius V.* Burgundus, primus ex *ordine S. Dominici*, Theologus insignis, qui dum pacem conciliat in Italia, Florentinos arma deponentes obsequenter absolvit ab interdicto. *Sedit m.* 5.

191. Adrianus V. *Adrianus V.* Genuensis, obiit nondum consecratus, 40. die ab electione.

192. Joannes XX. *Joannes XX.* Ulyssiponensis, Medicinæ peritissimus, rerum gerendarum minus aptus notatur, in hoc tamen laudandus, quod studiosos inopes pecunia & beneficiis promovit.

vit. Ex syderibus longam sibi vitam vaticinans, ruina cubiculi recens constructi in Palatio Viterbii occubuit, 8. *mense & tot diebus* ab ejus electione.

193. Nicolaus III. *Nicolaus III.* Romanus Ursinus, Romanam Rempublicam & Tuscianam regulavit. Exarchatum & Romagnam, aliasque detentas Provincias, à Rudolpho Imp. requisitas obtinuit. Venetis pacem cum Anconitanis imperiosè indixit. Urbem sacris ornavit ædificiis, multa constituit ad utilitatem Ecclesiæ. Imperium Romanum quadrivarium dividere meditabatur, prima portio *Germania* hereditaria hærebat Rudolphi familiæ; *Regnum Arelatense*, quod ab inimico Carolo abstrahere volebat, filio Imperatoris destinabat: de reliquo 2. Reges domus suæ Ursinas constituebat, unum Longobardis Præfectum, alterum Hetruriæ dominantem, sic Gallos Neapolis & Siciliæ Dominos coërcebat, & à Germanis, qui Alpes inhabitabant, non timebat. Adhoc autem facilius ineundum, jam sollicite suaserat Petro Arragonio, ut repeteret regnum Siciliæ; tanquam jus hereditarium & dotale uxoris suæ Constantiæ. Apoplexia demum tactus obiit, cum sedisset *an.* 2. *m.* 9.

194. Martinus IV. *Martinus IV.* Gallus Turonensis, Carolo Regi Siciliæ dignitatem Senatoris Romani reddidit, quam prædecessor ejus amiserat. Romanis jus dedit, duos Senatores ex nobilibus eligendi. Petrum Aragoniæ Regem Michaelem Imp. Orientis, sicut & Perusinos excommunicat. Hujus tempore *Vesperæ Siculæ* factæ sunt, Gallorum ad 8000. in Sicilia trucidatorum, hoc facto Petrus Aragonius advolans Rex salutatus est Siciliæ, licet *Martinus* Carolum Valesium, filium minorem Regis Franciæ, libentius hic Regem habuisset. Sedit *an.* 4. *m.* 1. *d.* 7.

195. Honorius IV. *Honorius IV.* Romanus, Senio, Podagra & chiragra laborans, instrumentis ad hoc affabre adaptatis, Missam celebrabat, prudentia & consilio præpollebat, dictitans, *manus & pedes non imperare, sed caput.* Germanos amavit. *Ordinem Servorum,* nec non *Eremitarum S. Augustini,* per id temporis in Concil. Lugdun. ad maturiorem deliberationem relatos, confirmavit. Sedit *an.* 2. 2. *d.*

196. Nicolaus IV. *Nicolaus IV.* Asculanus, F. F. Minorum Generalis, sollicitè pro pace inter Principes Catholicos laboravit, & pro dilatatione fidei apud Tartaros, Slauos. Audito autem calamitoso rerum Syriæ statu, crucem prædicari jussit ubique, sollicitans occidentales & Orientales Principes, convertere arma in Barbaros, ipse suo ære accitos 2500. misit in Syriam ad Ptolemaidis, quam Suldanus obsidebat, defensionem, sed inutiliter, hincque Christianorum expulsionem à terra sancta deplorans, obiit, cum sedisset an. 4. m. 1. ob præclara ejus gesta Laudatissimus ab Annalistis.

197. Cœlestinus V. *Cœlestinus V.* ex Isernia, antea Petrus de Murrhone dictus, post vacationem Sedis ad *an.* 2. *m.* 5. *d.* 2. non sine admiratione electus, utpote Eremita & Sanctus, sed indoctus & simplex homo. Hinc à Cardinalibus persuasus, ut administrationem Pontificatus aptiori cederet, quod & libenter fecit, cum autem sese Eremo suæ concredere vellet, à successore suo incarceratur, in quo biennio post moritur, reputatur inter Sanctos. *Sedit m.* 5. *d.* 8.

198. Bonifacius VIII. *Bonifacius VIII.* Campanus, antea Benedictus Cajetanus, vir astutus & homo ambitiosus, ab Historicis non laudatur. Singulari Decreto *Jubileum universale* pro remissione peccatorum singulis seculis instituit. Regem Franciæ Philippum excommunicavit, à quo postea captus, & ex mœrore mortuus. Sedit *an.* 8. *m.* 9. *d.* 18.

199. Benedictus XI. *Benedictus XI.* Longobardus, ex Generali Ordinis Prædicatorum factus Cardinalis, demum Pontifex, à 22. Electoribus electus; audita assumptione Rex Galliæ Philippus gratulatoriam ad eum scripsit epistolam, hinc eum cum populo sacris interdictum absolvit, omnesque, quos prædecessor persequebatur, in gratiam recepit. Solitis in vestibus pannosis pauperculam Matrem suam agnovit introductam, quam sericis ornatam se agnoscere dissimularat, eamque deinceps honorificè habuit. Legationes ab Oriente & à Tartaris recipit; dumque impense pro utilitate Ecclesiæ & Reipublicæ laborat, moritur Perusii, ex veneno parato in oblatis ficubus. Sedit sanctus & miraculis post obitum clarus, *m.* 8. *d.* 6.

200. Clemens V. *Clemens V.* Burdigalensis ex Vasconia. Transtulit Sedem Apostolicam Avenionem in Galliam, ob continuas seditiones Italicas, ibique per 70. & amplius annis hæsit, tribus missis Cardinalibus, qui res Romæ & in Italia agerent. Sex Avenione habuit successores Gallos, quorum ultimus Gregorius XI. Sedem Romæ restituit, An. 1376. celebravit Concilium Viennense Generale XV. in quo *ordo Templariorum* damnatus, hujusque Concilii Decreta hodie in *Corpore Juris Canonici Clementinæ* nuncupantur. Rationem creandi Pontificis in conclavi determinavit. Sedit *an.* 8. 10. *m.* 26. *d.*

201. Joannes XII. *Joannes XII.* Gallus, post 2. annorum sedis vacationem, Cardinalibus diu non convenientibus, tandem electus. *S. Thomam Aquinatem An.* 1320. Sanctis adscripsit. An. 1322. bello inter Fridericum Austriacũ & Ludovicum Bavarũ, Imperii competitores, vincitur, capitur, & post triennii custodiam dimissus, Fridericus moritur: hincque Ludovicus solus pro Cæsare se gerit, cui Papa 1323. jubet abdicare Imperium, & sequenti anno excommunicat, à quo ipse ad futurum Concilium provocat. Hincque natæ multæ tragœdiæ, objicit enim Bavarus 36. articulos hæresis, Simoniæ, & enormium delictorum. *Ludovicus* interea an. 1328. alium Papam Romæ eligi fecit, quem *Nicolaum V.* dici voluit. Ludovico autem in Germaniam profecto, *Facius,* Comes Pisanus, cujus tutelæ ab Imp. commendatus erat, eum tradidit Joanni, cui se ad pedes projecit, laqueo in collum inserto, veniam & vitam deprecatus, ad cujus orationem Pontifex amarè flevit, & è terra sublatum osculatus est: Vixit ex post hic *Pseudo-Papa* in Aula Pontificia sub custodia, neminem per 3. annos alloquens. Joannes

annes

annes Salutationem Angelicam, quæ ter in die sono campanæ designatur, induxit. Obiit nonagenario major, relinquens 17. milliones auri cusos, & 7. non fabricatos. Sedit *annos* 18. *m.*4.

202. Benedictus XII. *Benedictus XII.* Theolosanus, etsi ignobilis, scientissimus tamen, mox latas in Ludovicum Bavarum censuras confirmat, uti Usurpatorem Imperii, quod vacans, consequenter ad Sedis Apostolicæ Episcopum credens devolutum. Beneficia per obitum vacantia reservavit Sedi, cui multum congregavit, nequaquam Parentibus, dicens Papam non habere consanguineos. Optime functus ann.7. m.3. post mortem miraculis claruisse perhibetur.

203. Clemens VI. *Clemens VI.* Gallus, Ludovicum Bavarum contumacem, confirmatis censuris in eum latis, omni dignitate & honore privatum declaravit, mandavitque Electoribus, ut sese ad alium Imperatorem designandum disponerent. *An.*1348. 9. Junii emit à Joanna Regina, consentiente ejus viro Ludovico Civitatem Avenionensem, cum omnibus ejus juribus, pretio *octoginta millium florenorum auri* de Florentia contracti. Potestatem fecit *Regibus Franciæ sub utraque specie*, quandocunque id optarent, *communicandi*. Obiit optimè functus, cum sedisset *an.*10.*m.*7.

204. Innocentius VI. *Innocentius VI.* Gallus, in Victu domestico admodum frugalis, in repetendis tamen, quæ à Tyrannis in Italia de bonis Ecclesiæ Romanæ superioribus temporibus occupata fuerant, largissimum sese præbuit. *Carolum IV.* Imp. per 2. Cardinales ad id delegatos Romæ coronavit. *Sedit an.*9. *m.*2. *d.*1.

205. Urbanus V. Aureæ rosæ. *Urbanus V.* Gallus, Libertatis Ecclesiæ Romanæ tenacissimus, statuit, ut in Dominica *Lætare* in quadragesimâ aureæ rosæ à Pontificibus consecrarentur, quæ Principibus præsentari assolent. Papa Avenione Romam advolans, venit ad eum *Carolus IV.* Imp. eique exhibet officium stratoris, & in ejus Missa Evangelium decantat, advolat & *Palæologus*, Imp. Constantinop. quem Urbanus honorificè suscepit, & sæpe ad mensam admisit, & audivit emittentem Professionem fidei Romanæ ante aram S. Petri, Româ denuò Avenionem properans in itinere Marsiliæ obiit. Sedit *annos* 8. *m.*4.

206. Gregorius XI. *Gregorius XI.* Gallus, Sedem Apostolicam Avenione Romam iterum transtulit, postquam omnes Civitates à Papa defecissent, Italia & Roma bellis & tumultibus per 70. hos annos misere dilaceratæ fuissent: *Festum Inventionis & Exaltationis S. Crucis*, uti & *Nativitatis B. M. V.* cum vigilia & jejunio instituit, moritur demùm, cum sedisset *an.*7. *m.*2. *d.*22.

207. Urbanus VI. *Urbanus VI.* Neapolitanus, populo Romano cum fustibus & armis atrociter urgente electus, quam ob rem maximum exortum schisma, quod duravit per annos plusquam 40. quia in Gallia alius quidam sub nomine *Clementis VII.* eligebatur, quorum unus alterum alternativè excommunicavit. Itali, Germani, Angli, Hungari, *Urbanum*, Galli, Scoti Hispanique, Insubres, Allobroges-que *Clementem* sequentes. Utrimque dilaceratur Ecclesia, labascit in Principibus fides, & justitiæ vigor, serpunt hæreses & superstitiones, vigentque tyrannides. Pontificatum infeliciter tenuit *an.*11. *m.*6. Festum *Visitationis* 2. *Julii* instituit, quò B. Virgo unionem Ecclesiæ impetraret.

Bonifacius IX. Neapolitanus, cum prædicto Clemente in Gallia in quintum usque annum sedit, post hujus mortem *Benedictus XIII.* antea *Petrus de Luna* dictus electus fuit, qui usque ad Concilium Constantiense ibidem sedit: Bonifacius interea *Annatas Beneficiorum* instituit, molem Adriani arce munivit, & suo nutu Magistratus Romanos creavit. Notatur nimii affectus erga propinquos, commendatur, quod mori potius elegerit, quam ad suasionem Medicorum calculo, quo vexabatur, liberari, si rem cum fœmina haberet, *sedit an.*14. *m.*11. 208. Bonifacius IX.

Innocentius VII. Sulmonensis, ornatus omnibus optimi Pontificis dotibus. Cum autem Romani libertatem suam recuperare studerent, eamque ob causam tumultus exoriretur, & ad eum sedandum Nepos Pontificis, *Ludovicus Melioratus*, temerario ausu undecim numero primariorum Civium interficeret: Hinc Pontifex penitus inscius, miro dolore tactus & anxius de gravi commotione populi fugit Viterbium, rebus suis expilationi relictis. Ex post tamen innocens *Innocentius* à Romanis revocatus, eique integrum urbis dominium tradunt, quod diuturnum non habuit, obiit enim paulo post: cum sedisset *an.*2. *d.*22. 209. Innocentius VII.

Gregorius XII. Venetus, hac conditione electus, quod si Ecclesiæ proficeret, & dissensiones cessarent, Pontificatui ultrò cedere teneatur, quod promisit, si id ipsum & *Benedictus* faceret, cum autem hic hoc ipsum facere detrectaret, Gregorius etiam cedere recusabat. Hinc Cardinales utriusque Partis Pisæ convenerunt, ibique Concilium celebrarunt, ubi, post maturam deliberationem hos duos Pontifices singulari Decreto deposuerunt, donec Gregorius in Concilio Constantiensi per suum Legatum sponte Papatum deponeret, & paulo post mortuus, *sedit an.*3. 7.*m.* 5.*d.* 210. Gregorius XII.

Alexander V. Cretensis, in Concilio Pisano electus, hujus tempore 3. fuerunt Pontifices. Laudatur Alexander à singulari doctrina & præstantia, & de liberalitate in pauperes, ita ut nihil sibi reliquerit, unde per jocum dictitabat, se *divitem Episcopum*, *pauperem Cardinalem*, *mendicum Papam fuisse*; non diu superstes, postquam pro Cardinalibus omnia confirmasset, quæ Concilium Pisanum statuerat, Cardinalesq; ad pacem & concordiam perduxisset, obiit; *sedit m.*10. *d.* 8. 211. Alexander V.

Joannes XXIII. Neapolitanus, violenter electus, quippe qui armatos milites tùm in urbe tum in agris pro statione haberet. Sigismundum Hungariæ Regem eligendum Imperatorem commendat Electoribus, quod & factum. Postea vero ab Imperatore & Concilio Constantiensi, una cum aliis duobus adhuc viventibus Pontificibus, deponitur. 212. Joannes XXIII.

Interea ab omnibus Christianitatis partibus, quæ tres simul hos Pontifices ferre non poterant, provocatur ad prædictum Concilium Constantiense Oecumenicum, *Sedit an.* 5. *d.* 15.

213. Martinus V. *Martinus V.* Romanus, antea *Otto Colomna* dictus, in Concilio Constantiensi ex consensu omnium nationum electus. Ad hunc venit è Germania *Balthasar Cossa* olim *Joannes XXIII.* qui custodiendus datus fuerat Comiti Palatino, pretio 30000. aureorum carcere exemptus, & 14. Junii publicè ad pedes Martini procumbens, lachrymabundus eum ut Pontificem verum & unicum professus & veneratus est, ratificans quæcunque in Concilio acta fuerant, collachrymantibus ad hæc adstantibus, & tantæ fortunæ mutationem commiserantibus. Romam secedens erigit *Florentiam* in Archiepiscopatum, ab adventu ejus mutata est facies urbis, & pristino sensim restituta culmini, ita ut verus Patriæ Parens nuncupatus, & summus Pontifex dictus sit. Sedit *an.* 13. *m.* 3. *d.* 12. ejus sepulchro inscriptum legitur: *Temporum suorum felicitas.*

214. Eugenius IV. *Eugenius IV.* Venetus, magnus planè corpore & animo vir, cultus Divini & Christianæ Religionis dilatandæ præcipuus Zelator. Magnus quamprimum contra illum exortus est tumultus, & in Concilio Basiliensi, non obstante, quod alia duo è contra Ferraræ & Florentiæ indixerat, depositus, & quidam alius sub nomine *Felicis V.* loco ejus eligitur. Concilium Basiliense sua sententia improbavit, quod & postea damnavit factus Pontifex: & cum *an.* 1447. Principum Germaniæ Legatos, qui eum verum Pontificem rejecto Felice agnoscebant, exciperet, diem clausit, cum sedisset *an.* 15. *m.* 11. *d.* 21.

215. Nicolaus V. *Nicolaus V.* Lunensis, unanimiter à 17. Cardinalibus Sedi imponitur, *Felicem* suum Antipapam sponte se submittentem Cardinalem creat, & Legatum facit in Germaniam. Coronavit *Anno* 1452. Fridericum III. Imp. cum Conjuge Romæ. Anno sequenti *Constantinopolis à Turcis* expugnatur, quo penitus Imperium Græcorum concidit. In Patrimonio S. Petri plurimas ac munitissimas arces opportunis locis exexit; Sedit laudatissimè *an.* 8. *m.* 9. *d.* 19.

216. Calixtus III. *Calixtus III.* Hispanus, antea *Alphonsus Borgia* dictus, bella contra Turcas quamprimum promovit. Decreto sancivit, ne quis à Papa ad Concilium appellet; Sonitum campanæ circa meridiem instituit, homines per hoc ad orationem contra Turcas admonendi. *Sedit an.* 3. *m.* 4.

217. Pius II. *Pius II.* Senensis antea Æneas Sylvius Piccolomineus dictus, inter doctos Pontifices doctissimus, pro tuitione juris Ecclesiastici Francorum Regi restitit, Ducem Austriæ, qui Cardinalem Cusa captivum detinebat, excommunicavit, Archiepiscopum Moguntinum, ob singulares opiniones Ecclesiæ incongruas, deposuit. Decretum ne à Papa ad Concilium appelletur, non tam approbavit, sed & contra facientes pœnam execrationis dictavit. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, classem paratam & Ducem Venetorum commilitones habuit Anconæ, ubi decessit, cum *Sedisset annos* 6.

Paulus II. Venetus. Hic Georgium Podicbracium, Bohemiæ Regem, ob hæresin, quam profitebatur, regno privat, illudque donat Mathiæ Regi Hungariæ, Cardinales & Episcopos tenuioris fortunæ, ac viduas & ægrotos, subsidio & liberalitate sublevare habebat de more. Statuit Jubileum à *Bonifacio VIII.* primum centesimo quoque anno institutum, à *Clemente VI.* ad quinquagesimum ab *Urbano V.* ad 33. reductum, à *Nicolao V.* verò, juxta Clementis constitutionem quinquagesimo anno celebratum, deinceps singulis vicenis quinis annis in perpetuum celebrari, incipiendo à proximo septuagesimo quinto. Sumptuosissimus notatur, & regnum sive Pontificiam *Mitram gemmis pretiosissimis* exornavit. Publico decreto *Biretam coccineam* Cardinalibus reservavit, quibus etiam assignavit pannum ejusdem coloris, quo equos sternerent. *Sedit an.* 6. *m.* 10. *d.* 26. 218. Paulus II.

Sixtus IV. Genuensis. Hic mox in Galliam Hispaniam, Germaniam, de consensu Patrum Legatos pro concordia inter Principes stabilienda creavit, & quartum classi, quam in Turcam præparabat, præfecit, singulis in mensem quingentis ducatis ad expensas constitutis. *Prædicatoribus & Minoritis interdixit de Conceptione B. V. altercari.* Intermissam S. Rosarii devotionem à S. Dominico olim introductam restituit. *S. Bonaventuram* quo tardiùs, eo gloriosiùs canonizavit. Privilegia concessa quatuor *Mendicantium Ordinibus* confirmavit & auxit. Bibliothecam in Vaticano, toto orbe celebrem, suis aluit sumptibus. Urbem Pontibus, fontibus, ædificiis ornavit, & ut de Augusto dicebatur, Romam Lateritiam inventam reliquit marmoream. Sedit *an.* 13. *d.* 4. 219. Sixtus IV.

Innocentius VIII. Genuensis, *Joannes Baptista Cibo* antea dictus. Hic *Leopoldum Austriæ Ducem*, cognomento pium, miraculis clarum, ad instantiam Friderici III. Imp. canonizavit. Toto ejus Pontificatu ubertas annonæ & tranquillitas Romæ viguit. Sub hoc Pontifice in Basilica S. Crucis inventus est Romæ *Titulus S. Crucis* in pariete occlusus, cum triplici lingua insculpta ipsi tabellæ. An. 1402. *ferrum Lanceæ*, quo Christi latus confossum fuit, à Bajazethe Turcar. Imp. dono accepit. Ante Pontificatum vixit in matrimonio. Sedit *an.* 8. *d.* 3. 220 Innocentius VIII. S. Leopoldus Austriacus. Titulus S. Crucis. Ferrum Lanceæ.

Alexander VI. Hispanus, antea *Rodericus Borgia* dictus, ingressus Pontificatum ut bos, qui ejus erat insigne, administravit ut Leo, *teste Otrio in sua histor. part.* 7. In eo vitia æquabant virtutes. Mulieribus erat addictus, ex quibus *Vannociam* Romanam, in minoribus constitutus, quasi uxorem habebat. Ante Pontificatum tres filios & duas filias habuit. Primum Ducem Candiæ fieri fecit, qui nocte vagans *Cæsaris* fratris insidiis interfectus, & in Tyberim projectus fuit, connivente Patre *Alexandro*, qui ab efferato filio vim metuebat. *Godefridum* natu minimum Principem 221. Alexander VI.

cipem Squilitanum fecit. Cæsarem Cardinalem creavit, qui suffectus in locum primogeniti, atque Dux Pontificii exercitus jam factus, renuntiato Cardinalatu, totam Italiam (cujus regnum ambiebat hoc assumpto elogio, *aut Cæsar aut nihil*,) vexavit, instigante Patre, qui in profusiones ejus ærarium Ecclesiæ profudit, sicque Pater cum filio nati in Italiæ exitium, cum nunquam in urbe libertas minor Romanorum, nec major extiterit Sicariorum licentia. Annum Jubileum celebrat *Anno* 1500. Cardinales toto Pontificatu creavit 53. quorum 18. Hispani erant. Cum ditiores aliquot Cardinales in convivio veneno necare instituisset, ut eorum bona sibi aut filio *Cæsari* vendicaret, errore Pincernæ ipse vinum hausit toxicatum, quo occumbit, cum sedisset *annos* 11. *m.* 8.

212. Pius III. *Pius III.* Senensis, qui in coronatione ad hæc verba depromi solita, cum stuppa concrematur: *Sanctissime Pater, sic transit gloria mundi*; flevisse prohibetur. Multa & magna sibi proposuit, sed morte præventus 26. die Pontificatus non sine veneni suspicione occubuit.

213. Julius II. *Julius II.* Genuensis, vir excelsi animi, bellica gloria, Pontifici, ut dicitur, indecora clarus: intrepidus assertor ditionis Ecclesiæ, bellicosus ultra morem prædecessorum, quos *baculo Pastorali. B Petri* satis usos fuisse dicebat, jamque sibi *assumendum S. Pauli ensem*: Objicientibus autem dictum Christi Petro: *Mitte gladium tuum in vaginam*: respondebat id imperatum ei post ab ipso factam percussionem. Fuit ædificiorum, singularium imaginum & famosorum pictorum cultor. Concilium Generale XVII. Lateranense V. Episcoporum 114. sub illo incœptum, & sub Leone X. anno 1517. 16. Martii finitum est. Sedit Julius *annos* 6. *m.* 3. *d.* 12.

214. Leo X. *Leo X.* Florentinus, conatur 11. *Aprilis* 1513. singulari pompa, eodemque vectus equo, quo à Gallis in Ravennæ prælio captus fuerat, ut veterem fortunæ acerbitatem cumulo præsentis lætitiæ compensaret. In concilio Lateranensi decreta erat expeditio contra Turcas, in hunc finem Leo per orbem Christianum *cruciatam cum indulgentiis* promulgavit, ejus promulgationis munus in Germania cum Archiep. Moguntinus *Joanni Tetselio* commisisset, id usque adeò molestè tulit *Joannes Staupitius*, Augustinianorum per Germaniam Vicarius Generalis, ac

Lutheranæ doctrinæ initia. *Martinus Lutherus*, ejusdem Ordinis Wittenbergæ Lector Ordinarius, qui id muneris speraverant, ut confestim Lutherus in ipsas indulgentias debacchari cœperit, ex quo principio ortæ innumerabiles hæreses, quæ orbem hactenus turpissimè inquinarunt. Hinc Lutherus cum suis adhærentibus excommunicatur. Leo autem ex nimio de Gallorum à Cæsarianis è Mediolano expulsione concepto gaudio obiisse perhibetur, cum sedisset *annos* 8. *m.* 9. *minus* 10. *d.*

215. Adrianus VI. *Adrianus VI.* Trajecta Hollandus, ex Theologo Lovaniensi, & *Caroli V. Imp. Præceptore* factus Cardinalis, & demum absens electus Pontifex, qui nomen non mutavit, sed retinuit proprium. Principibus Imperii, in Comitiis Norinbergensibus, per Legatum curavit initimari, expeditionem contra Turcas ut maturarent, sectamque Lutheri eradicarent. Aditum imperitis ad beneficia occlusit, abrogans plura officia à Leone vendita. Reformationem Cleri cogitans obiit *an.* 1. *m.* 8. *d.* 13.

Clemens VII. Florentinus, *Jubileum* celebrat *an.* 1525. ea saltem re memorabilem, quod rusticanorum irruptio in Germanai tum temporis, partim vi, partim dolo composita sit, 150. millibus eorum cæsis. Circa hæc tempora *Franciscus I. Galliæ* Rex propè *Papiam* à Carolo V. Imp. capitur, triplici accepto vulnere. *Anno* 1527. 5. *Maii* Carolus, Duce Carolo Borbonio, qui à Gallis defecerat, Romam invadit, & dum inter primos Borbonius conscendit murum, ictu sclopi occiditur, capta tamen urbs, templa spoliata, omniaque profanata, ac Pontifex in Adriani mole obsessus in potestatem hostium venit, pro cujus ad durissimam capitulationem reducti liberatione Rex Franciæ cum Anglicano parat exercitum. Interea Carolus mandat solvi Papam è detentione, imposita solutione 350. millium ducatorum. Amicitiam Clemens cum Carolo renovat, eumque Bononiæ coronat Imperatorem. *Anno* 1534. Henricum Regem Angliæ, & divortium Catharinæ ejus conjugis, post longas moras diuque frustra expectatam pœnitentiam, publicè anathematizat. Henricus è contra se *caput Ecclesiæ Anglicanæ* pronuntiat, pœnâ capitis statuta in eos, qui Pontif. Roman. authoritatem in ea agnoscerent. Obiit demùm Clemens, cùm sedisset *Annos* 10. *menses totidem d.* 7. 226 Clemens VII.

Paulus III. antea *Alexander Farnesius* dictus, Caroli V. expeditionem Tunetanam 12. Triremibus munivit, huncque triumphantem, expugnato Tuneto, Romæ excipit *Anno* 1538. Interea Franciscus Mediolanum venerat expugnaturus. Carolus autem pridiè quam Roma recederet, publica & vehementi oratione suam in Gallos indignationem aperuit, omnia commemorans dissidia, quæ inter Hispanos Austriacæque Domus Principes & Gallos intercesserant, eaque in aggravatione hæc dixit: *Ne Franciscus se imparatum inopinato adventu comprimi queratur, ei bellum jam modo denuntio.* Sicque excanduit, ut ad duellum eum provocaverit: quo audito Paulus de sede surrexit, placidoque sermone delinivit, & Legatis Regiis silentium indixit, incipientibus respondere. *Anno* 1545. *Concilium Tridentinum* Oecumenicum & Generale celebravit. *Anno* 1540. confirmavit *Societatem Jesu*; creavit 71. Cardinales. *Sedit Annos* 15. *d.* 18. 227. Paulus III. Societas Jesu confirmata.

Julius III. Aretinus, antea *Joannes Maria de Monte* dictus, magna hominum frequentia quamprimum celebravit Jubileum, novo edicto revocat Episcopos ad instaurandum Con- 228. Julius III.

Concilium Tridentinum. Philippum Caroli V. filium investivit de *Regno Neapolitano*. Sedit quiete *annos* 5. *dies* 47.

229. Marcellus II. *Marcellus* II. Toscanus, nomen non mutavit. Magnæ integritatis vir, Lutheranorum infensissimus hostis, accessum Parentibus suis in Curia interdixit, duorumque Nepotum, qui erant Romæ, visitationes congratulatorias suscipere noluit. Dum multa de ipso sibi promittit, Ecclesiæ sublatus est apoplexiâ, 22. die.

230. Paulus IV. *Paulus* IV. *Neapolitanus*, *Joannes Petrus Caraffa* olim dictus, vir antiquæ Ecclesiasticæ severitatis & propositi tenax, multa in urbe optimè instituit. Judæorum pilei crocei. *Hebræos* in locum singularem coëgit, hosque pro distinctione *croceo pileo* uti voluit. Severus fuit adversus deviantes à fide, præsertim Lutheranos, quorum libros publicè concremari jussit. Translationem Imperii in Regem Hungariæ *Ferdinandum*, Caroli V. fratrem noluit approbare, uti se inconsulto factam, hincque Martinum Gusmannum, Ferdinandi Legatum, uti Imperatoris, noluit agnoscere, cum tamen eum privatum perhumaniter exciperet. Tenuit Pontificatum *Annos* 4. *menses* 3.

231. Pius IV. *Pius* IV. Mediolanensis, *Medicus*, ob morum benignitatem populo indulget, confirmat Imperium *Ferdinando I. Imp.* Concilium Tridentinum resumit, sed frustra expectatis Protestantibus ad ea quæ restabant examinanda. Anno quinto sui Pontificatus Melitæ, obsessæ per Mustapham Præfectum Turcici ingentis exercitus, commeatum & subsidium misit, plura ædificia instauravit, unde exhausto ærario vectigalia imposuit, *Montes pietatis* constituit. Præcedentiam Legato Regis Galliæ, non obstante publica contestatione Hispani, injustè adjudicavi Sedit *annos* 6. *minus* 16. *diebus*.

232. Pius V. *Pius V.* Lombardus, antea *Michael Gislerius* dictus, ex ordine F F. Ordinis Prædicatorum, nolens & recusans assumitur votis 49. Anno 1569. Angliam proscribit, ac Reginam *Elisabetham* anathematizat, sequenti *Cosmum* Medicum, Ducem Florentiæ, *Magni Ducis Hetruriæ* titulo honestar, non sine multorum Principum obtrectatione. Titul. Magni Ducis Florentiæ. *Breviarium & Missale*, & *libros Ritnales* ad Conc. Trident. (cujus acerrimus vindex) ordinationem promulgavit. *An.* 1571. 7. *Oct.* Duce *Joanne de Austria*, *Caroli V. Imp.* naturali filio, in Lepanto â Turcis memorabilem reportavit victoriam, quâ 180. Turcarum triremes, intra 5. horas captæ, 20. submersæ, 20. combustæ, cæsi hostes captique ad 25. millia, liberati Christiani ad 20. millia, occisus summus hostium Dux *Hali Bassa*, ac duo ejus filii capti. *B. Thomam Aquinatem*, pro quinto Ecclesiæ Doctore promulgavit. Dumque Principes sollicitat ad novam expeditionem contra Turcas, calculi dolores patienter sustinens, hac voce: *Domine adauge dolorem, & da patientiam*, obiit. cum sedisset *annos* 6. *m.* 3. *d.* 23.

233. Gregorius XIII. *Gregorius XIII.* Bononiensis, antea dictus *Hugo Boncompagnus*, Legum scientia clarissimus, Reges Galliæ & Hispaniæ monuit per Oratores de insectando Turca, ideòque summa celeritate militem legit. Propagationem Christianismi promovet, fundans & dotans 23. Collegia in diversis orbis partibus, quorum 5. Romæ extant. Jubileum advenarum commodo luculenter parato celebrat 1575. Præter alia magni nominis gesta, Bononiam, Patriæ memor, Archiepiscopatu aliisque beneficiis insignivit. *Calendarium* variis erroribus obnoxium, & labantem festorum rationem, juxta veterem Nicænæ & Alexandrinæ Synodi normam restituit, *anno* 1582. demptis è mense Octobri ejusdem anni 10. diebus à 4. ad 14. & æquinoctio verno deinceps diei 21. mensis Martii assignato, Epactisque ad Lunæ mutationes designandas in aurei numeri locum substitutis, datis insuper hac de re certis regulis æternum valituris. Quod *Calendarium* duobus abhinc annis etiam *Acatholici* amplexi sunt, rejecto, quo hactenus usi, Juliano. Plenus meritis variaque elogiorum commendatione, obiit *anno* 12. *m.* 11.

234. Sixtus V. *Sixtus V.* ex Calabria, vel, ut alii, de oppido Montaldo, in Marca Anconæ, oriundus. Justitiæ admodum cultor, ita ut malis omnibus penè inexorabilis fuerit, cujus formidine incussa, latrocinia nulla, cædes, rapinæ, vagique ac Adulterini concubitus in urbe committerentur, vel commissa publicarentur, eratque contentiosis commune effatum, *memento Sixtum adhuc vivere*. Pro terræ Sanctæ recuperatione thesaurum 5. millionum aureorum reliquit, cum jam tria aureorum millia in singulos annos Archiconfraternitati Confaloniæ, ad redimendos è servitute Turcica Christianos consignasset, Pro *Sancta Ligâ* ad extirpandos in Germania Lutheranos summè laboravit. Multa & stupenda hinc inde construxit ædificia. Diem Mercurii faustum habuit, quo natus mundo, ordini datus, Generalatu donatus, Episcopatu consecratus, Purpura insignitus, Pontificatu sublimatus, & 27. Aug. 1590. defunctus sedit *Annos* 5. *menses* 4. *dies* 3.

235. Urbanus VII. *Urbanus VII.* Romanus antea Joannes Baptista dictus, de familia Genuensi Castaneorum, ob eminentes ejus virtutes, â quibus tota Italia experimento Legationum, quas obierat, non parum sperabat, unanimi 47. Card. suffragio præficitur, sed 12. ab electione die ante coronationem obiit.

236. Gregorius XIV. *Gregorius XIV.* Mediolanensis, Nicolaus Sfondratus antea nominatus. Urbem penuria sublevans: Cardinalibus, quibus res erat angustior, singulis mille aureos distribuit. In bellum Hugenottarum in Gallia præter 40. millia suo periculo impensa, quinquies insuper centena aureorum millia absumpsisse perhibetur, & cum labilis esset temperamenti 7. mense enixus à matre, jamque septuagenarius obiit *mense* 10. *Sedit dies* 10.

237. Innocentius IX. *Innocentius IX.* Bononiensis, antea *Joannes Fachinettus* appellatus, vir magnæ integritatis & experientiæ: Coacto Consistorio

multa

multa prudenter pro Reipubl. statu decernenda proposuit, inter alia, ut numerosus auri thesaurus in arce S. Sedis usui necessario asservaretur. Obiit post duos menses.

238. Clemens VIII. *Clemens VIII.* Florentinus, dictus antea *Hippolitus Aldobrandinus.* Peregrinis Romæ excipiendis Hospitium, & mensam adjunxit veteri instituto. Anno 1600. *Jubileum* celebrat, affluentibus peregrinis, liberalitatis & humilitatis opera impendit, pecuniis eos sublevando, *accumbentibus ministrando, pedes lavando, confessiones audiendo*, Cardinales aliosque Prælatos adhæc eadem præstanda verbo & exemplo egregie invitando, adeò ut non pauci ex hæreticis, qui Romam spectatum venerant, his visis sese Ecclesiæ Catholicæ addixerunt. BB. Hyacinthum & Raymundum, Dominicanos, canonizavit. Sedit *Annos* 13. *&* 33. *d.*

239. Leo XI. *Leo XI.* Florentinus, antea *Alexander Medices* dictus, ad Ecclesiæ universalis gubernium quidem assumitur, sed mortem ex morbo in ceremoniis inaugurationis suæ concepto obiit 25. d. ab electione.

240. Paulus V. *Paulus V.* Romanus, *Camillus Burghesius.* Familiam suam ita instituit ut nulla re magis quam singulari modestia & vitæ sanctimonia à vulgaribus discerneretur, cui & victus cultusque parcimoniam adhibuit. Venetos banno subjecit, ob quod magnus exortus tumultus. Legationem & obsequium suscipit à Rege Persarum, *Xa Aba*, sicut & à Rege Japoniæ, Idate Voxu, Sedi Apost. submissos excipit. Sedit *Annos* 15. *m.* 9.

241. Gregorius XV. *Gregorius XV.* Bononiensis, antea *Alexander Ludovisius* dictus, mox ad supprimenda dissidia electioni irrepentia, constitutionem de forma, qua deinceps legitime fieri debeat, novam edidit. *Isidorum* Agricolam Hispanum qui ante 450. & amplius annos vixerat; *Ignatium* Fundatorem S. I. *Franciscum Xaverium Soc.* ejusdem Indiarum Apostolum, *Teresiam* Fundatricem Carmelitarum discalceatorum, ac *Philippum*

S. Philippus Nerius. *Nerium* Fundatorem Congregationis Oratorii, una eademque celebritate *anno* 1622. 12. *Martii* canonizavit. Vetuit, ne in privatis sermonibus, & scriptis B. Virgo asseratur concepta in peccato originali, & ne alio nomine quam conceptionis uterentur Clerici in Missa & officio. Tumultus Italiæ sedavit Regum Franciæ & Hispaniæ in Valle Telina. *Ferdinandum II.* Imp. suscitavit adversus Protestantes Germaniæ, quorum Palatinatus Rheni, unà cum Electoratu translatus fuit ad Maximilianum Bavariæ Ducem. obiit demum, cum sedisset *Annos* 2. *menses* 5.

242. Urbanus VIII. *Urbanus VIII.* Florentinus, seu Senensis *Maffeus Barberinus* ante appellatus, omnium fereartium, præsertim Poësis peritissimus. 40. *horarum preces* in forma Jubilei instituit. Novum Equitum Ordinem de S. Militia confirmavit. In publico consistorio *Cardinales Eminentiæ titulo* cohonestari præcipit. Vetuit exponi imagines in locis sacris eorum, quos Ecclesia sanctos non edixit. Ordinem Conceptionis Immaculatæ semper Virginis dedit Carolo Gonzagæ Duci Nivernensi cum habitu singulari, & cruce quem Card. Sforza dedit nomine Papæ primariis viris *Anno* 1630. 10. *Junii* Ecclesiam Vaticanam pluries renovatam à Pontificibus & auctam consecravit. Sedit *annos* 20. *menses* 8.

Innocentius X. Romanus, dictus ante *Joannes Baptista Pamphilius*, Ecclesiam DEI pravarum opinionum erroribus purgavit, & *Jansenismum* late grassantem extinxit miro modo. Fortificationem urbis consummandam præcipit. Venetis contra Turcas subsidia subministrat, universalem Christianitatis pacem promovit. *Anno* 1650. Jubileum celebravit. Obiit demum anno ætatis 81. magnum relinquens thesaurum. Sedit *Annos* 10. *d.* 12. 243. Innocentius X.

Alexander VII. Senensis, *Fabius Chisius* ante nominatus. In pompa inaugurationis sacrophagum mortis memor in Cameram suam induxit; Specialem curam pauperum suscepit, in quorum subsidium pecuniam, quæ in die assumptionis parentibus mitti solebat, erogavit. Clericos Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia amovit à statu regulari, Professorumque vota relaxavit. Bullam ab Innocentio X. *de damnatione Jansenismi* editam confirmavit, licet ipse Cornelius Jansenius personaliter non sit condemnatus, quia S. Sedis Romanæ judicio se submisit. *Christinam Reginam* Sueciæ, Limina BB. Apostolorum *Petri & Pauli* visitantem suscepit magnificentissimo apparatu, hancque post ejuratam, in qua adoleverat, hæresin, Sacramento confirmationis, seu plenitudine Christiani consignavit. Pro auxiliis contra Turcas impetrandis laboriosissimus. Obiit demum *Anno* 1667. 12. *Maji*, ætatis 68. cum sedisset *annos* 12. *m.* 1. *d.* 15. 244. Alexander VII.

Clemens IX. Tuscus, antea *Julius Rospigliosi* dictus, Prædecessoris sui Alexandri VII. Secretarius Status, cui demum Anno 1667. in sede successit. Vir magnanimus, Liberalis & Doctissimus, promotus enim Doctor erat. Nihil magis in votis habuit, quam exaltationem nominis Christiani, & destructionem inimicorum JESU Christi, in quem finem maximam suorum redituum partem applicavit pro auxilio Candiæ contra Turcas. Ut omnia bene procederent, & differentiæ inter Regem Hispaniæ & Galliæ ipsius propositum non impedirent, omnibus viribus adjuvit, ut pax *Anno* 1668. Aquisgrani concluderetur. Canonizavit *S. Petrum de Alcantara & Magdalenam de Pazis.* Omni tamen sua opera non potuit præcavere occupationem Candiæ, quo casu ita contristatus fuit, ut 9 *Decemb.* 1669. vitam cum morte commutaret. Sedit *annos* 2. *m.* 5. 19. *d.* Felix ex prædicatione & gloria mundi, felicior apud Deum, qui unicum objectum erat omnium ipsius desideriorum. 245. Clemens IX.

Clemens X. Romanus, antea *Æmilius Altieri* dictus, Antecessoris sui creatura, in cujus honorem ejusdem assumpsit nomen, & *anno* 1670. 29. *April* Sedi impositus. Optimus 246. Clemens X.

mus Papa, & inimicus omnis fastus & superbiæ. Ipsius Prædecessor ante mortem desideravit ipsum investire purpura Papali, & cum ipsi propterea gratias ageret, *Clemens IX.* dixit: *Deus te destinavit pro meo Successore, & sentio quandam impressionem pro tua promotione.* Hic Pontifex diversos Sanctos canonizavit, quæsivitque tranquillitatem sui Pontificatus, mortuus 22. Julii 1676. cum sedisset *annos* 6. *m.* 3. *d.* 3.

247. Innocentius XI. *Innocentius XI.* Italus de Como, antea *Benedictus Odoschalchi* dictus. Factus Cardinalis anno 1645. 5. Martii ab Innocentio X. assumpsit ipsius nomen, ipsius honestas, suavis tractandi modus, & generosa liberalitas acquisiverunt illi pileum Cardinalitium, quem Papa Innocentius X. ipsi tribuit. Ipsius probitas & exemplaris vita ipsum evexit *anno* 1676. 21. *Septemb.* ad Papatum, ad quem Cœlum ipsum personam ejus destinavit, ut serviret pro exemplo virtutis & pietatis toti Ecclesiæ. Incitavit Imperatorem ad bellum contra Turcas, considerabilesque pecuniarum summas ipsi transmisit; constanter recusavit Regi Galliæ *Ludovico XIV.* Libertatem Quarterii pro Legato Gallico, & diversis Regis attentatis se semper opposuit. Mortuus tandem 12. Augusti 1689. cum sedisset *Annos* 12. *menses* 10. *dies* 22.

248 Alexander VIII. *Alexander VIII.* Venetus, *Petrus Ottoboni* antea cognominatus; *anno* 1689. 24. *Sept.* ætatis 80. electus, humiliter se indignum tantæ sublimitatis dicens, à Cardinalibus tamen persuasus consensit. Prima ipsius cura erat Differentiam cum Rege Galliarum sopire, quod opus singulari dexteritate aggressus est, à prædecessore suo Innocentio XI. omni conatu prætendentem Quartiriorum libertatem, respectu maleficiorum facili labore impetravit, quod ipsum tamen in aliis differentiis non obstante ipsius indefesso labore efficere non potuit. Humanis tandem exemptus *Anno* 1691. 22. *Jan.* ætatis 82. Sedis vix *anno* 1. *m.* 3. *d.* 22.

249. Innocentius XII. *Innocentius XII.* Neapolitanus, antea *Antonius Pignatelli* dictus, natus 1615. 13. *Martii* Neapolis, olim nuncius Viennæ Austriæ, & in Polonia, ab Innocentio XI. Archiepiscopus Neapolitanus & Cardinalis creatus, tandem mortuo Alexandro VIII. *anno* 1691. 12. *Julii* in 75. ætatis anno post 5. mensium in conclavi hinc inde agitatas controversias, legitimè Pontifex electus est. In honorem Electoris sui Innocentii XI. in Cardinalem, ejusdem nomen assumpsit. In esu & potu temperatissimus. *Nepotismum* singulari Decreto in æternum valituro abrogavit. Consanguineis parum addictus. Hinc cognatum suum *Andream Pignatelli* Nuntium in Polonia ideò Cardinalem creare noluit, è contra erga egenos & pauperes liberalissimus. Construendorum ædificiorum amans, hinc Civitavechiam & Portum Anconæ egregiè fortificari fecit; alia plura hic silenda. Pacem inter Christianos Principes anno 1697. promovit. *Fridericum Augustum* Electorem Saxoniæ abjurata Augustana confessione, in Regem Poloniæ coronari auxilio fuit. Ineunte Seculo 1700. Jubileum universale indixit, in quo Sanctam Portam ob supervenientem ejus imbecillitatem ipse non, sed per Cardinalem de Bouillon aperire fecit. Ingravescente autem ulterius morbo, & medicamentis nihil operantibus tandem naturæ debitum 27. *Septemb.* 1700. in ipso Jubilei gaudio persolvere debuit, ætatis suæ 85. *m.* 6. *d.* 14. Sedis *an.* 9. *m.* 2. *d.* 15.

250. Clemens XI. *Clemens XI.* Urbinus, antea *Joannes Franciscus Albani* dictus. Natus hic Pontifex *anno* 1649. 22. *Julii*, & ita tantum annos 53. senex, in qua ætate Papam à tempore Leonis X. non habuimus. Creatura fuit *Alexandri VIII.* qui eum 12. *Februarii* 1690. Cardinalem creavit, 23. *Novemb.* 1700. ipso die S. Clementis Papæ electus, in rei memoriam & præfati sancti honorem, Clementis nomen assumpsit. Commendatur à magna prudentia & experientia in rebus Politicis, dum diu apud ultimum Papam Secretarium Status intimi egit, ob mediocrem ætatem promittens nobis longum & felix regimen, quod DEUS pro S. Ecclesiæ Catholicæ exaltatione, nec non pace & unione inter Christianos Principes, & præsertim S. Rom. Imperium clementissimè ipsi tribuere velit. Quid circa feuda Imperialia sub hoc Pontifice actum & tractatum, notatum est supra *verbo* **Lehen** / *fol.* 1260. & seqq. præsertim *fol.* 1264. *n.* 33. ubi in hac materia exhibentur literæ Augustissimi Imperatoris ad Pontificem scriptæ, nec non aliæ propter investituram Regni Neapolitani *verb. Neapolis, n.* 8. Quid porrò Pontifex post mortem *Regis Hispaniarum Caroli II. inclitæ recordationis*, exortumque inter Imperatorem Gallosque & Hispanos bellum egerit, an se uni alterive parti magis addictum monstraverit, de eo varia in typis & scriptis prodierunt judicia. Præsumptio est pro integritate Summi Pontificis, S. Rom. Ecclesiæ universalis Pastoris, quam exitus præsentis belli & eo durante gesta in lucem producent, ut August. Imperator, Advocatus & Protector Ecclesiæ, suam ubivis, præsertim quoad successionem Hispanicam, consequatur justitiam.

Coronidis loco placuit his subjungere Prophetiam S. Malachiæ Archiepiscopi Dunensis & Primatis in Hibernia, qui vixit *anno Christi* 1140. de Summis Pontificibus à vitæ suæ tempore futuris temporibus secuturis. Additis per columnas nominibus, annis Christi, & explicationibus Prophetiarum à R. P. *Alphonso Ciacono* Ord. Prædic. editis.

Prophe-

PROPHETIA

S. Malachiæ, Archi-Episcopi Dunensis in Hibernia, Ord. Cisterciensis.

Prophetia S. Malachiæ de Summis Pontificibus.

Prophetia.	Nomina Pontific. perillam design.	An. Christi ex Onuph.	Explicatio Prophetiarum.
Ex Castro Tiberis.	*Celestinus* 2.	1143.	Typhernas, ex Onuphrio, dictus ante Guido de Castello.
Inimicus expulsus.	*Lucius* 2.	1144.	De Familia Caccianemica.
Ex magnitudine Montis.	*Eugenius* 3.	1145.	Patria Hetruscus oppido Montis Magni.
Abbas Suburranus.	*Anastasius* 4.	1153.	De Familia Suburra.
De rure Albo.	*Adrianus* 4.	1154.	Vili natus in oppido S. Albani.
De tetro carcere.	*Victor* 4.	1159.	Fuit Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano.
Via Transtyberina.	*Calistus* 3.		Guido Cremensis ante dictus, Catdinalis S. Mariæ trans Tyberim.
De Pannonia Tusciæ.	*Paschalis* 4.	1164.	Antipapa Hungarus natione, Episcopus Cardinalis Tusculanus.
Ex ansere custode.	*Alexander* 3.	1159.	De familia Paparocca vel Paparona; Alexander enim in insignibus habet Rocca, id est, turrim vel custodiam; papero autem, & Occa anserem notat Italis.
Lux in Ostio.	*Lucius* 3.	1181.	Lucensis, Cardinalis Ostiensis.
Sus incribro.	*Urbanus* 3.		Mediolanensis, familia Cribella, qui Suem pro armis gerit & cribrum.
Ensis Laurentii.	*Gregorius* 8.	1181.	Cardinalis S. Laurentii in Lucina, cujus insignia enses falcati.
De Schola exiet.	*Clemens* 3.	1188.	Romanus ex domo seu familia Scholarium.
De rure Bovensi.	*Celestinus* 3.	1191.	Familia Bovensi.
Comes Signatus.	*Innocent.* 3.	1298.	Familia Comitum Signiæ.
Canonicus de Latere.	*Honorius* 3.	1210.	Familia Sabella, Canonicus S. Joannis Lateranensis.
Avis Ostiensis.	*Gregorius* 9.	1127.	E familia Comitum Signiæ, Episcopus Cardinalis Ostiensis.
Leo Sabinus.	*Celestinus* 4.	1241.	Mediolanensis, cujus insignia Leo, Episcopus Cardinalis Sabinus.
Comes Laurentius.	*Innocent.* 4.	1243.	Domo Flisca, Comes Lavaniæ, Cardinalis S. Laurentii in Lucina.
Signum Ostiense.	*Alexander* 4.	1254.	De Comitibus Signiæ, Episcopus Cardinalis Ostiensis.
Jerusalem Campaniæ.	*Urbanus* 4.	1261.	Domo Gallus, humillimo in Tricassibus loco natus, olim Patriarcha Hierosolymitanus.
Draco depressus.	*Clemens* 4.	1265.	Ejus insignia Aquila unguibus Draconem tenens.
Anguineus Vir.	*Gregorius* 10.	1271.	Mediolanensis è familia Vice-Comitum, quibus Anguis symbolum est.
Concionator Gallus.	*Innocentius* 5.	1276.	Domo Gallus, Monachus Ordinis Prædicatorum.
Bonus Comes.	*Hadrianus* 5.	1276.	Anteà dictus Ottobonus, è Familia Flisca de Comitibus Lavaniæ.
Piscator Tuscus.	*Joannes* 21.	1276.	Anteà Joannes Petrus Episc. Cardinal. Tusculanus.
Rosa composita.	*Nicolaus.* 3.	1277.	E familia Visina, quæ Rosam in insigni gerit, dictus compositus.
Ex Telonio Liliacei Martini.	*Martinus* 4.	1281.	Ejus insigne Lilia, Canonicus & Thesaurarius S. Martini Turonensis.
Ex Rosa Leonina.	*Honorius* 4.	1285.	E familia Sabella, insignia habuit Rosam à Leonibus gestatam.
Picus inter Escas.	*Nicolaus* 4.	1288.	Picenus Patria Esculanus.

Prophetia.	Nomina Pontific. per illam design.	An. Christi. ex Onuph.	Explicatio Propheriarum.
Ex Eremo, Celsus.	*Celestinus V.*	1294.	Antea Petrus de Morone vocatus, olim Eremita, morum autem Italis celsus sonat.
Ex Undarum benedictione.	*Bonifacius VIII.*	1294.	Ante Benedictus Cajetanus, ejus insignia Undæ.
Concionator Pataræus.	*Benedictus II.*	1303.	Ante Frater Nicolaus, Ordinis Prædicatorum, ad S. Nicolai nomen, qui Patriâ Pataræus, alludens.
De Fessis Aquitanis.	*Clemens V.*	1305.	Natione Aquitanus, ejus insignia Fessæ.
De Sutore Ossio.	*Joannes 22.*	1316.	Natione Gallus, è familia Ossana, cujus Pater Sutrinam faciebat.
Corvus schismaticus.	*Nicolaus 5*	1327.	Qui anteà vocabatur frater Petrus de Corbario, contra Joannem XXII. Antipapam, Minorita.
Frigidus Abbas.	*Benedictus XII.*	1334.	Abbas Monasterii Montis Frigidi Ordinis Cisterciensis.
De Rosa Atrebatensi.	*Clemens VI.*	1342.	Episcopus Atrebatensis, cujus symbolum Rosæ.
De Montibus Pammachii.	*Innocentius VI.*	1352.	Cardinalis SS. Joannis, Pauli & Pammachii, ejus insignia sex montes.
Gallus Vice-Comes.	*Urbanus V.*	1362.	Natione Gallus, Nuncius Apostolicus ad Vice-Comites Mediolanenses.
Novus de Virgine forti.	*Gregorius XI.*	1370.	Qui vocabatur Petrus bel fortis olim Cardinalis S. Mariæ Novæ.
De Cruce Apostolica.	*Clemens VII.*	1378.	Qui fuit Presbyter Cardinalis SS. XII. Apostolorum, ejus insignia Crux.
Luna Cosmedina.	*Benedictus XIII.*	1394.	De luna Draconis Cardinalis S. Mariæ in Cosmedina.
Schisma Barchinoninum.	*Clemens VIII.*	1424.	Antipapa, olim Canonicus Barchinonensis.
De Inferno prægnanti.	*Urbanus V.*	1378.	Neapolitanus Prægnanus, natus in loco, qui dicitur infernus; Idem fuit Archi-Episcopus Acherontinus.
Cubus de Mixtione.	*Bonifacius X.*	1389.	E familia Tomacella à Genua Liguriæ, cujus insignia Cubi.
De meliore sidere.	*Innocentius VII.*	1404.	Vocatus Cosmatus de Melioratis, Sulmonensis, ejus insignia Sidus.
Nauta de Ponte Nigro.	*Gregorius XII.*	1406.	Venetus Commendatarius Ecclesiæ nigri pontis.
Flagellum Solis.	*Alexander V.*	1409.	Domo Græcus, Archi-Episcopus Mediolanensis, ejus insignia sol exoriens: Flagellum Mediolanensis Ecclesiæ est, cui S. Ambrosius cum flagello adpictus.
Cervus Sorena.	*Joannes XXIII.*	1410.	Diaconus Cardinalis S. Eustachii, qui cum cervo depingitur, Bononiæ Legatus Neapolitanus.
Cornua veli aurei.	*Martinus V.*	1417.	E familia Colonna, Diaconus Cardinalis S. Greg. ad velum aureum.
Lupa Celestina.	*Eugenius IV.*	1431.	Ante Canonicus Regularis Cœlestinus Episcopus Senensis, cujus Civitatis insignia Lupa.
Amator Crucis.	*Felix V.*	1439.	Ante Amadæus Dux Sabaudiæ, ejus insignia Crux.
De modicitate Lunæ.	*Nicolaus V.*	1447.	Lunensis de Sarzana humili loco natus, & medicus.
Bos pascens.	*Calixtus III.*	1455.	Hispanus natione, ejus insignia bos pascens.
De Capra & Albergo.	*Pius II.*	1458.	Venetus Commendatarius, Ecclesiæ Gervicensis Cardinalis titulo S. Marci, olim Secretarius Cardinalium Capræ, & Albergati.
Piscator Minorita.	*Sixtus IV.*	1471.	Filius piscatoris Ord. Min. S. Francisci.
Præcursor Siciliæ.	*Innocentius. VIII.*	1484.	Antea Joannes Baptista cum viveret in Aulâ Alphonsi Siciliæ Regis.
Bos Albanus in porta.	*Alexander VI.*	1492.	Episcopus anteà Cardinalis Albanus & Portuensis, ejus insignia bos.

De

Prophetia.	Nomina Pontific. per illam design.	An. Christi. ex Onuph.	Explicatio Prophetiarum.
De parvo homine.	*Pius III.*	1503.	Senensis è familia Piccolominea, qui parvi temporis spatio sedit.
Fructus Jovis juvabit.	*Julius II.*	1503.	Ligur, & pacem doctus, & arma senex, ejus insignia quercus, quæ Jovi sacra arbor.
De Craticula Politiana.	*Leo X.*	1515.	Filius Laurentii Medicæi, & Angeli Politiani olim Discipulus, Craticula autem S. Laurentium notat.
Leo Florentinus.	*Adrianus VI.*	1522.	Belga patre natus, cujus nomen Florentius, ut & ipse insignia habuit Leonem.
Flos Pilæ Nigræ.	*Clemens VII.*	1523.	Florentinus è familia Medicæa, ejus insignia Pila, & Lilia.
Hyacinthus Medico.	*Paulus III.*	1534.	Farnesius, qui lilia symbolum habuit, & Cardinalis fuit SS. Cosmæ, & Damiani, qui Medici.
De corona Montana.	*Julius III.*	1550.	Antea dictus Joannes Maria de Monte, cujus Insignia sunt montes & coronæ ex lauro.
Frumentum floccidum.	*Marcellus II.*	1555.	Insignia ejus cervus & frumentum, ideò floccidum, quia pauxillo tempore in Pontificatu vixit.
De fide Petri.	*Paulus IV.*	1555.	Dictus Joannes Petrus de Carafe, id est, chara fide.
Æsculapii Pharmacum.	*Pius IV.*	1560.	Dictus Joannes Anglus Medicus.
Angelus Nemorosus.	*Pius V.*	1560.	Antea dictus Michaël Boschi.
Medium Corpus pilarum.	*Gregorius XIII.*	1572.	Insignia medius Draco Cardinalis factus à Pio IV. qui pilas in armis gestabat.
Axis in medietate signi.	*Sixtus V.*	1585.	Qui pro insigni axem in medio Leonis gestabat.
De rore cœli.	*Urbanus VIII.*	1590.	Fuit Archi-Episcopus Rossonensis in Calabria, ubi Manna colligitur.
Ex antiquitate urbis	*Gregorius XIV.*	1590.	Mediolanensis.
Pia Civitas in bello.	*Innocentius IX.*	1590.	Bononiensis.
Crux Romulea.	*Clemens VIII.*	1592.	Florentinus dictus Cardinalis Alexandrinus, insignia ejus triplex obliqua crux Papalis.
Undosus Vir.	*Leo XI.*	1605.	Florentinus Undecimus ejus nominis, cujus vt a instar undæ paucis diebus dilluxit, i empe post 24 dies.
Gens perversa.	*Paulus V.*	1605.	Romanus, cujus tempore gens perversa Bohemorum, hæreticâ labe infecta, contra Religionem Catholicam, & Ecclesiæ columnam domum Austriacam insurgens totam Rempublicam Christianam turbavit.
In tribulatione Pacis.	*Gregorius XV.*	1621.	Bononiensis, anteà Cardinalis Ludovici dictus, à Paulo V. prædecessore factus, in antepenultima creatione Cardinalium, ab eoque statim post Legatus ad Sabaudiæ Ducem, Pacem inivit inter prædictum Ducem, & Hispaniarum Regem.
Lilium & Rosa.	*Urbanus VIII.*	1623.	Domo Florentinus, quæ civitas à flore roseo nomen habet, & pro insigni lilium gerit, antè verò quam Pontifex esset renuntiatus, apes florilegas symbolum habuit, vel quia ipsius tempore in Gallia, quæ per lilium significatur, & in Anglia, quæ per rosam innuitur, maxima bella fuerunt, ipse etiam ante Pontificatum Henrici IV. prolem ex baptismo levavit.
Jucunditas Crucis.	*Innocentius X.*	1644.	Et hic est, qui post tot cruces & Afflictiones bellorum, jucunditatem pacis nobis allaturus erat.
Montium custos.	*Alexander VII.*	1655.	Fabius Chisi Senensis stellam sex montibus irradiantem cum quercu in armis gestat.
Sydus olorum.	*Clemens X.*	1667.	Toscanus ex Pistoia Julius Rospigliosi antedictus.

Prophetia.	Nomina Pontific. An. Christi. per illam designat. ex Onuph.		Explicatio Prophetiarum.
De flumine magno.	*Clemens X.*	1670.	Romanus antea Æmilius Altieri nominatus.
Bellua insatiabilis.	*Innocentius XI.*	1676.	Ex Como Status Mediolanensis ante Benedictus Odoschalchi cognominatus.
Pœnitentia glori-	*Alexander VIII.*	1689.	Venetus ante dictus Petrus Ottoboni.
Rastrum in porta.	*Innocentius XII.*	1691.	Neapolitanus antea Antonius Pignatelli dictus.
Flores circumdati.	*Clemens XI.*	1700.	Urbinus antea Joannes Franciscus Albani dictus modernus Papa.

1. De bona Religione.
2. Miles in bello.
3. Columna excelsa.
4. Animal rurale.
5. Rosa Umbriæ.
6. Ursus velox.
7. Peregrinus Apostolicus.
8. Aquila rapax.
9. Canis & coluber.
10. Vir Religiosus.
11. De Balneis Etruriæ.
12. Crux de cruce.
13. Lumen de cœlo.
14. Ignis ardens.
15. Religio depopulata.
16. Fides intrepida.
17. Pastor Angelicus.
18. Pastor & Nauta.
19. Flos Florum.
20. De medietate Lunæ.
21. De labore Solis.
22. Gloria Olivæ.

In persecutione extrema S.R.E. sedebit Petrus Romæ, qui pascet oves in multis tribulationibus, quibus transactis, Civitas Septicollis diruetur, & Judex tremendus judicabat populum. Huc usque meritissimus de S. R.E. Archiepiscopus & Primas Hiberniæ S. Malachias, Monachorum gloria, Melliflui Doctoris S. Bernardi Coætaneus amicissimusque.

32. An quoad pœnam banni distinctio sit inter Ecclesiasticos & Seculares? Cum Archi- & Episcopi, qui simul sunt Principes Imperii, tamen in Spiritualibus à Pontifice dependeant, disquisitum esse memini si crimen læsæ Majestatis ab aliquo committeretur, an pariter, sicuti seculares, eadem pœna banni affici debeat, vel solum ad privationem Regalium, Dignitatum & privilegiorum, contra ipsum procedi possit? cum in *Ord. Cameræ part. 2. tit. 9. §. 2.* verba sequentia reperiantur: So jemand hohen oder niedrigen weltlichen Standes / wer der oder die wären / wieder eines oder mehr/ so in dem Käyserlichen Land-Frieden gesetzt/ handeln/ oder zu handeln unterstehen würde/ derselbe oder dieselbe sollen mit der That von Recht in die Pœn des Friedenbruchs/ sonderlich in der Käyserlichen Majestät unser und des Heiligen Reichs Acht / samt andern Pœnen gefallen seyn / in quo textu solum Secularium fit mentio, & attestatur *Gail. de Pace publica lib. 2. cap. 1. num. 12. 13. & seqq. & cap. 8. n. 12.* Item *lib. 2. cap. 4. num. 20.* quod secundum distinctionem inter Ecclesiasticos & singulares in Camera sit pronuntiatum, allegando pro hac opinione *L. de his. C. de Episc. & Cleric. cap. nimis 10. de jur. jur.* quam sententiam alii postea autores sunt secuti, existimantes personas Ecclesiasticas à pœna banni, sicut ea secularibus infligitur, exemptas esse, non immemores, quod omissio unius speciei non inducat correctionem legum anteriorum, sed potius ex iis supplenda sit, & quod autoritas sententiarum Cameralium contra leges expressas valida sit *per L. 13. C. de sent.* & quod textus à Gailio allegatus aliud nihil contineat, quam quod Magistratus secularis, in delictis Clericorum, eorum bona possit apprehendere. Alia verò & longè diversa sit quæstio, an non summus Princeps & Imperator Romanus, in casu Principum Ecclesiasticorum, contra Statum totius Reipublicæ delinquentium, & in crimine perduellionis ac læsæ Majestatis contumaciter perseverantium, sine ulla distinctione inter Ecclesiasticos & Seculares, ad parem contra ipsos pœnam possit & debeat procedere? cum in *L. 3. C. ad L. Juliam Majest. L. 10. §. 1. ff. de quæst. L. 10. C. eod.* expressè ordinatum sit, quod in crimine perduellionis, per quod quies & Status Reipublicæ, atque sic Ecclesiastica & Secularia sine discrimine subvertuntur, & in ruinam conjiciuntur, absque distinctione Ordinis vel dignitatis, puniri debeant, idque ex ea ratione, quod in *Const. Pac. Publ. de Anno* 1495. §. 8. expressè constitutum reperiatur: da die unmittelbare Geistliche Stände/ die unter ihnen gesessene Friedbrecher nicht straffen würden/ so setzen wir sie/ auch die Thäter/ hiemit aus unserer und des H. Reichs Gnad und Schirm/ wollen Sie auch/ als Irrer des Friedens/ in ihrer Widerwärtigkeit nicht versprechen oder vertheidigen in keine Weg/ quæ sint ipsissima verba declarationis banni. Et quamvis in novissima editione Moguntina, specialiterque in *Ord. Pac. Publ. de anno* 1521. §. 14. ubi Constitutio Maximiliani Imp. verbotenus repetitur, solum reperiantur verba; So setzen wir auch die Thäter 2c. omissis verbis: So setzen wir Sie / auch die Thäter/ tamen ex vetustioribus Constitutionibus illud verbum supplendum esse, quia in *Constitutione Pacis Religiosæ de Anno* 1555. §. 14. *Item Instrum. Pac.*

Pac. Westph. art. 17. §. *& nulli nec non in Rec. Imp.* Noviss. §. 15. expressis verbis constitutum, daß wofern ein oder ander / was Würden / Stands oder Wesens er auch immer seyn möge / den obigen Constitutionibus thätlich zu wider handeln würde / so solle gegen denselben / ohne Unterschied und respect, mit denen alldort befindlichen Straffen verfahren werden; worunter pœna banni ausdrücklich benennet; Et quamvis §. *dicti Recessus* solum loquatur de illis, qui se fundamentalibus Imperii legibus opponunt, tamen, argumento à majori ad minus, multò magis id observandum esse contra eos, qui totius Reipublicæ compagem & fundamentum, tam in Ecclesiasticis quam Politicis, subvertere conantur, adque ideò, teste *Goldasto*, Romanos Imperatores, sine omni personarum differentia, pœnam banni irrogasse.

Sed cum in *Rec. Imp. Norinb. An.* 1543. §. 28. distinctio inter personas Ecclesiasticas & seculares, quoad pœnam banni expressè reperiatur, in verbis; wo sie weltlich wäre / alsbald in der Käyserlichen Majestät und des Heiligen Reichs Acht mit der That gefallen seyn / und wo sie Geistliche Personen wären / alle und jede Privilegia, Freyheiten / Schutz und Schirm / die sie von Käyserlicher Majestät deren Vorfahren / und dem Heiligen Reich haben / dadurch verwürckt / deren priviret / und entsetzet seyn / auch gegen ihnen / samt und sonderlich / durch den Käyserlichen Fiscal zu Erklärung solcher Pœn und Straff / procediret und vollfahren werden solle; Item repetitur *in R. I. Spirensi Anno* 1544. §. 63. in verbis: und welcher darinn säumig oder ungehorsam gefunden würde / derselbe soll mit der That alsobald nach Verscheinung solcher Zeit / wo er ein Weltlicher die Pœn und Straff unser und des Heiligen Reichs Acht verwürcket haben / und in dieselbe gefallen seyn: wann er aber eine Geistliche Person ist / alsdann alle seine Privilegia, Schutz und Schirm / die er von uns / unseren Vorfahren / und dem Heiligen Reich hat / damit alsobald verwürcket / deren priviret und entsetzet seyn / in quibus textibus, expressa distinctio inter personas Ecclesiasticas & Seculares, reperitur. Et quamvis modo citati textus loquantur de collectis Turcicis, & eorum solutionem detrectantibus, ita, ut nihilominus in casu perduellionis & læsæ Majestatis, tanquam crimine majori, & non in *omissione*, sed prohibita commissione, motibusque belli consistente, gravior pœna etiam Ecclesiasticis videatur irroganda, utpotè quorum personæ, pro conditione & dignitate sua, delicta tam execrabilia, eò magis vitare, & ab iis abhorrere deberent: quia tamen in personalibus à Pontifice dependent, cui Ecclesiastica in illos jurisdictio competit, & quam violatam esse conqueri posset, hinc nullum facile reperitur exemplum, ubi, seposita distinctione inter personam Ecclesiasticam & Secularem, eodem statim modo, sicut contra Seculares, adversus illos pœna banni irrogata sit, quæ tamen circumstantiis observatis propter dignitatem Ecclesiasticam nihilominus in effectum deduci poterit, ut nec supremæ autoritati & potestati Imperatoris, pro tuendâ quiete & salute publicâ præjudicium inferatur, nec Ecclesiasticis juribus Pontificis aliquid derogetur.

Aliàs verò Principes Ecclesiastici banno Imperii non ulterius subjacent, quam quoad regalia, quæ ab Imperatore & Imperio habent, *Gail. lib.* 1. *de Pac. publ. cap.* 1. *num.* 3. quia de Regalibus solus cognoscit Imperator. Hinc Ludovicus IV. Imp. constituit, ne fideles Imperii coram alio judicio Ecclesiastico vel seculari, quam Imperiali, ratione bonorum ab Imperio collatorum respondeant. Et adsunt Mandata Imperatoris Maximiliani & Caroli V. ne judicium Camerale Pontificiis Decretis in talibus causis quicquam deferat, quia Pontifici, per concordata Germaniæ jurisdictio temporalis est adempta, & in dijudicationibus causarum Pacis publicæ ipse est incompetens. cum Episcopi & Capitula Germaniæ nihil temporale vel seculare, præterquam ab Imperatore & Imperio habeant, quod ipsa matricula Imperii ostendit, nec Pontifici competit jurisdictio in Laicos alibi, quam in suo territorio commorantes. Itaque Imperator privando Episcopum & Ecclesiam temporalibus nihil facit, nisi quod Leges Fundamentales Imperii exposcunt, quia bona Ecclesiæ temporalia regulantur secundum Legem, in tenore investituræ præscriptam, in quam si Episcopus committit, utique pœnas Legis subire tenetur, quia conventionis Lex sanctè semper est observanda: nec Episcopis, quà talibus, in terris Ecclesiæ, sive feudis regalibus, quicquam competit, nisi quæ ordinis & jurisdictionis Diœcesanæ sunt. Ideò etiam possessoria quæstio pertinet ad Imperatorem, & maximè periculosum esset, si Episcopi & Principes Ecclesiastici superioritati Imperiali subtraherentur, cum tamen bona Ecclesiæ temporalia & secularia Legibus secularibus sint subjecta, prout latè hæc omnia deducit *Johan. Stuckius part* 1. *cons.* 16. Idcirco Principes Ecclesiastici solvunt collectas Imperii, menses Romanos, & alia subeunt onera, propter quæ etiam executionem patiuntur, quia cuncta ab Imperatore & Imperio proveniunt, etiam ipsa mensa Episcopalis, nec non jurisdictio, quam exercent. Imò multa possident bona, quæ non fundata, sed empta, aut aliis titulis comparata sunt. Imò talis persona Ecclesiastica non solum repræsentat dignitatem Episcopalem, sed etiam est Princeps Imperii, à Subditis collectas exigit, militem conscribit, maximam & splendidissimam alit Aulam, vectigalia & alios reditus percipit, pœnas pecuniarias, ex jurisdictione temporali sibi concessa, in ærarium congregat; quæ omnia per deli-

ctum Episcopi ad Imperatorem & Imperium pertinent: quamvis *decimæ*, *primitiæ*, *oblationes*, *eleemosynæ*, *Annatæ*, & similia, possint à temporalibus separari, & præsertim *fundationes pro Ecclesia & Canonicis* factæ, pro cultu Divino, & convenienti Canonicorum & aliorum, pro personarum Illustrium, Nobiliumque qualitate, sustentatione.

Quamvis igitur aliàs, Episcopo mortuo, reditus pertineant ad Capitulum, usque ad aliam Electionem, tamen etiam Capitulum pro illo tempore onera Imperii sustinere & solvere tenetur: in casu verò delicti ab Episcopo commissi, præsertim in crimine læsæ Majestatis, reditus mensæ Episcopalis ipsi merito subtrahuntur, ne iisdem contra Cæsarem, qui per delictum ipsius læsus est, abuti possit, nec hic Pontifex est offensus, in Spiritualibus & Ecclesiasticis ab ipso dependentibus, sed tantummodo Cæsar & Imperium. In tali casu, ubi Episcopatus & Provinciæ alienæ & hostili potestati subjiciuntur, juste subtrahuntur delinquenti media, crimen commissum, cum injuria & ruina vicinorum, ulterius pro sequendi. Imperator enim & Imperium, dum Episcopatus & Provincias, pro salute publica, è manibus hostilibus recuperare laborant, approbante justitia, superstites delinquentis reditus in illam causam applicant, quos delinquens ex præscripto tam juris communis, quam Constitutionum Imperialium, resarcire omnino tenetur. Crimen etenim fractæ pacis, & multo magis læsæ Majestatis, tam odiosum est & execrabile, ut contra delinquentem, modo plane extraordinario, & alias inconsueto, procedi possit, ideo in *R. J. anno* 1548. §. 3. constitutum est, daß dem Beschädigten / auch vor und ehe die declaration erfolget / gegen den Thäter seine Gegenwehr und Verfolgung zuthun / zu frischer That / oder wann er seine Freund und Helffer haben mag / unbenommen / sondern gäntzlich vorbehalten seye.

33. Quid de reditibus Episcopi crimen perduellionis vel læsæ Majestatis committentis?

Quod si hoc cuivis privato conceditur, quanto magis talis persecutio Imperatori in crimine læsæ Majestatis itidem competit, ubi contra præstitum juramentum & debitam obedientiam integri Principatus, cum turbatione quietis publicæ, detrimento Imperialis præeminentiæ & jurisdictionis, diminutione membrorum Imperii, damno ruinaque subditorum, in hostiles manus transferuntur, ad quorum recuperationem bona & reditus delinquentis utique applicari possunt, ne delinquens felicior, & melioris sit conditionis, quam qui læsus est, dum ille reditibus iniquè subreptis fruitur, læsus verò propriis expensis recuperare perdita teneretur, id quod ansam delinquendi maximam patefaceret.

Nihil tamen interim subtrahitur *Ecclesiæ* & *Capitulo* cui *præbendæ*, *beneficia*, *fundationes* & reditus ipsi competentes intacti relinquuntur, & solùm proventus Episcopales impenduntur ad necessarium bellum, pro resarciendis expensis, qua in re aliàs Capitulum de Lucro captando, Imperator verò & Imperium de damno vitando certant: nec Capitulo, etiam in casu vacantis Episcopatus per mortem, reditus irrevocabiliter acquiruntur, sed solum administratio & custodia pro futuro Episcopo, & in præsenti casu non Capitulum, sed Imperator ab Episcopo delinquente offensus est, cui proinde pro Episcopatus vindicatione, & conservatione ipsius Capituli, meritò expensæ ex reditibus Episcopalibus attribuuntur.

Plura de banno videri possunt suprà *verb.* Acht / *& verb. Crimen læsæ Majestatis.*

Pacificatio Pax.

Vid. supra verb. Fried.

Pactum.

SUMMARIA.

1. *Pacta ubique & in omni genere servanda.*
2. *Pacta publica an cessante necessitate sint servanda?*
3. *Exempla, quibus demonstratur ejusmodi pacta non fuisse servata.*
4. *Alia exempla non servatæ promissionis.*
5. *Proferuntur opiniones Politicorum.*
6. *Opiniones nonnullorum JCtorum.*
7. *Licet ejusmodi pactis juramentum non accesserit, tamen non esse servanda.*
8. *Rationes pro hac opinione.*
9. *Vera proponitur & probatur sententia, quod pacta omnino sint servanda.*
10. *Imprimis Principes pacta servare debent.*
11. *Hostibus quoque servanda fides.*
12. *Imo & rebellibus.*
13. *Argumenta pro hac sententia.*
14. *Divina Nemesis punit fœdifragos seu pacta non servantes.*
15. *Concluditur servanda esse promissa ex necessitate facta.*
16. *Assertio Principis instar juramenti habetur.*
17. *Juramentum tamen longe arctius stringit Principem, quam simplex verbum.*
18. *Piratis quoque, qui peculiarem Remp. constituunt, servanda fides.*

Pacta servanda esse ratio dictat, omnesque docent leges, juxta tritum illud Germanicum: ein Wort ein Wort / ein Mann ein Mann. Pactio enim est duorum vel plurium in idem placitum consensus: ut autem tale pactum sit obligatorium, non sufficit consensus tantum, sed insuper necesse est, ut alter alteri fiat obnoxius, *Borcholt. Comment. in tit. de pact. cap.* 1. *n.* 6. In hoc enim consistit substantia obligationum, ut

1. Pacta ubique & in genere servanda.

alium

ADDITIO AD TITULUM Pabst / PAPA.
CONTINUATIO SUMMRRIORUM.

34. *De Stabilitate S. Sedis Apostolicæ, præ omnibus aliis Regnis & Provinciis.*
35. *Potestas S. Petro data in omnes successores est derivata.*
36. *Evangelium non demonstrari, nisi ex testimonio Ecclesiæ.*
37. *S. Petrum, sine omni dubio fuisse Romæ.*
38. *Pontifici adversantes fuisse punitos.*
39. *Pontificem sæpius pacem inter Reges Principesque fecisse.*
40. *Per missos à Pontificibus Episcopos & Sacerdotes populos esse conversos.*

34. De Stabilitate S. Sedis Apostolicæ, pro omnibus aliis Regnis & Provinciis.

ADmirandum profectò, tot tantaq; regna, cœlum ferè vertice tangentia, ut plurimum ne vestigium quidem interitus sui reliquisse, multosq; reges eorum, ne nomine quidem notos amplius esse reliquos, qui ab aliquot seculis beneficio Historiarum ad posteros delati sunt; familias suas in proavis quidem, non autem in pronepotibus numerare posse, disparuisse, fugisse, regiones quoque, revulsis limitibus, priorem faciem perdidisse: *Solam Pontificiam Sedem*, non inconcussam tantum hactenus perstitisse, sed novis quotidie accessionibus illustriorem redditam: jam non scapha aut parvula illa succrescentis ab initio Ecclesiæ navicula, sed immensis Classibus Magnum Mare hoc sulcare. Sanctissimam hanc Sedem primus tenuit *S. Petrus Apostolus*, qui cum reliquis Apostolis pari quidem potestate fuit, aliquando verò cœterorum caput, &

35. Potestas S. Petro data in omnes successores est derivata.

Princeps, pro ut loquitur *S. Cyprianus de unit. Eccles. Optatus Milevitan. l. 7. contra Parm. S. Hieron. advers. Jovin. lib. 1.* Ne autem fides Petri sive Christiana religio deficeret, aut oves, quibus Christus Petrum Pastorem præfecerat, sine Pastore imposterum existerent: fateri necesse est, eandem ipsam collatam à Domino in Petrum summã omnium potestatem in posteros ejus Cathedræ successores esse derivatam. Istud jam olim testati sunt non tantum iidem *S. Cyprian. de unit. Eccles. & ep. 55. 65. 69. Optatus lib. 1. & 2. S. Hieron. ep. 57. ad Damas.* Sed & sæpissimè *Augustinus in Johan. tract. 50. & 124. Ep. 165. ad Gent. & alibi.* Idipsum professi sunt, quotquot ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ extiterunt Catholici Scriptores, quotquot etiam fuerunt unquam Sacra Concilia in Spiritu S. legitimè congregata, omnes deniq; Sancti, quorum vita miraculis est illustrata, ita, ut is, qui hereditario aliquo testimonio, tanquã singularis vel auritus testis, huic consensui contraire velit, in humano, nedum divino judicio causa cadere necessariò debeat, *Vid. R. P. Adam Contzen. in S. Matth. c. 10. n. 2. 3. 4.*

Similes certe tales Conciliorum eversores, Sanctorumq; Patrum & Martyrum Mastyges mihi videntur illi, quos *S. Irenæus lib. 3. cap. 1. & 2.* memorat, dicere ausos, gloriantes, emendatores se esse Apostolorum: Apostolos autem admiscuisse ea, quæ sunt legalia, Salvatoris verbis, & non solum Apostolos, sed ipsum Dominum, modo quidem à Demiurgo, modo autem à medietate, interdum autem à summitate fecisse sermones: & se verò indubitatè & incontaminatè, & sincerè absconditum scire mysterium. Quod quidem impudentissimè est blasphemare suum factorem. Maximæ autem, inquit idem *Irenæus cap. 3.* & antiquissimæ & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis *Petro & Paulo*, Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum, pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cœcitatem & malam sententiam, præter quàm oportet, colligunt:

36. Evangelium non demonstrari, nisi ex testimonio Ecclesiæ.

Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undiq;, conservata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio &c. Hac traditione summæque Catholicæ sedis autoritate posthabita, magnam incertitudinem, eiq; conjunctam securitatem pariter & superbiam, animos diversè ab Ecclesia Romana sentientium occupare videmus. Unde *Mathias Bernegg. r. in Exeges. Histor. Politic.* non veritus est scribere, sub nomine tam Patrum quam ipsorum etiam Apostolorum, plurima fuisse scripta, quæ, si in vivis forent, pro genuinis non agnoscerent: idque vivo adhuc Paulo factum esse, *2. Thes. 2. v. 2.* ubi hortatur Thessalonicenses, ne cito dimoveantur à mente, neq; turbentur, neque per Spiritum, neque per sermonem, neque per Epistolam, tanquam ipso Autore existente. Sane præter quatuor Evangelistas, alia se vidisse Evangelia, inquit, Origenes *in Proœm.* ut Evangelium secundum

1534. und 1535. hinein binden.

cundum Ægyptios, Thomam, Mathiã, Bartholomæum, duodecim quoque Apostolorum, Basilidis, Apollinis de quibus *S. Hieron. in proœm. Mathei, vid. omnino P. Contzen. in proœm. super Matthæ. fol. 7.* Sed scribit *Ignatius in Epistola ad Philadelphum*, quosdam sui temporis omnia suspecta habuisse, nec credere Evangeliis voluisse, nisi illa in Ecclesiæ Archivis invenissent. Quapropter etiam *Origenes d. l.* subjungit: In his omnibus nihil probamus, nisi quod Ecclesia, id est, quatuor tantum Evangelia recipienda. An adhuc igitur testimonium Ecclesiæ fallax esse comminisceris, quisquis es, hæretice? cur Matthæi Evangelium admittitur? Matthiæ reprobatur? Quocunque te vertas, non occurrit aliud, quam Ecclesiæ testificatio, illud accipientis, hoc reprobantis.

Verum enim verò tanta est perversitas hæreticorum, ut ne receptis quidem jam à se sacris libris parcere possint, ac *Wolfgangus Frantzius Academiæ Wittenberg. Professor* disputare non erubuerit, utrum rectè talem asperitatem æmulatus fuerit S. Joannes Baptista, ille Angelus Dei, Propheta Altissimi, alter Elias, quo nemo major inter natos hominum fuit. *vid. R. P. Contz. in Comment. super Matth. cap. 3. vers. 5. q. 5.* Romæ verò fuisse S. Petrum, ipse *Alstedius*, alias *Calvinianus*, *in Chronolog. fol. 319. & seq.* fatetur. Idipsum testatur *Justinianus Imp. l. 1. C. de summ. Trinit.* & multis probat *Marta in tr. de jurisd. part. 1. c. 14.* Et de necessitate salutis est, subesse Romano Pontifici in Spiritualibus, non secus ac in symbolo Athanasii credimus unam, sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam esse, cujus ille caput est. *Marta d. tr. p. 1. c. 9. & 16.* Unde quoque est, quod Magnates corripere ac coercere potest, sive ne ipsi pereant, sive ne alios perdant. Quo in genere à malis Principibus maximum periculum est. Exempla hujus rei collegit Thomas *Stapletonus de magn. Rom. Eccles. lib. 2. c. 3.*

37. S. Petrum, sine omni dubio fuisse Romæ.

Et certe Papatus majoritas armata, utilissima est Christianis Principibus, dominatione temperatis, quoniam ipsorum discrepantias æquat, arbiter est pacis bellique justi, & arma exercet pro illis, qui injuriam patiuntur, nec patitur quenquam alius Christiani Regnum invadere; conjungit eos contra hostes fidei Christianæ, separatque ab hostium fœdere, & per cruciatus & indulgentias & excommunicationes pro bonis & contra malos regnatores. Christianam Rempublicam erigit, tueturque; Absque ipso jam annihilatus esset Christianismus (humanitùs etiam ac Politicè loquendo) si quis Historias consideret: sæpe quoque Principes minores à Potentioribus jam devorati essent. Veruntamen Princeps nullus, vivens sub religione habente summum sacerdotem armatum cum superioritate super illum, potest propriam ambitionem prorsùs effrenare. Unde nullus hactenus Christianus Princeps Monarchiam super cunctos populos Christianos sibi conservare potuit. Quoniam Papa præest illis, & dissipat eliditque eorum conatus, prout Religioni expedit, quæ, si Princeps ille unicus in hæresin laberetur, ipsa rueret. At Monarchia Hebræorum sub sacerdotio inermi unicum patiebatur Principem: & cum duplicaretur, facta est hæresis sub Jerobeam. Nihilominus Reges plerumque impii fuerunt, ab inermi sacerdote non timentes: Christiani verò Principes illis longe meliores sunt sub armato sacerdotio.

Porrò ut Monarchiam Universalem sub hac religione tuerentur, alii seipsos summi Pontificis Ministros, liberatores & defensores primos declaraverunt, sicut Carolus M. & Constantinus; quorum filii Pontifici adversantes, deleti sunt. Alii voluerunt Papam absque armis efficere, ut Henricus & Fridericus, & alii ultramontani Imperatores, jacturam potius quam lucrum ex hoc fecerunt, factionesque subortæ sunt perniciosæ, Guelforum & Gibellinorum, Papalium & Imperialium. Alii hæresin Arrii & aliorum erexerunt, ut Constantinus & Zeno Impp. ac consimiles, & in se aut in filiis extincti sunt. Julianus verò Gentilismum & Hebraismum in æmulationem revocare studuit: & in illorum corruptela ipse quoque interiit, *Campanella c. 8. Politic. §. 16. & seqq.* Justinianus Christianissimus prius ac felicissimus Princeps, cum in Sylverium ac Vigilium, Romanos Pontifices, impias manus injecisset, nullo non calamitatis genere exagitatus est, tandemque in insaniam versus, subitoque morbo perculsus, è vita migravit. *Paul. Diacon. lib. 6.* Neque aliorum hactenus, ab annis nongentis, aut regna eversa, aut occupata ab impiis Mahometanis, Imperia, quam eorum, qui sese ab ejus obedientia subtraxerunt. Ubi namque modo, quæ olim in Asia, quæ in Africa fuerunt? quæ causa? Schisma & ab hoc Principatu discessio.

38. Pontifici adversantes fuisse punitos.

Et

Et in Europa hac nostra? Dii meliora! Felix præterea hac in re est Christianus orbis, quod non ad Spirituales tantum, sed politicas quoque controversias componendas mediatorem habet summum Pontificem, *Vid. Orosius lib. 7. c. 39. Sozomenum lib. 9. c. 7. Cromer. lib. 9. anno* 1228. *& lib.* 8. 10.

39. Pontificem sæpius pacem inter Reges Principesque fecisse. Exarsit *anno* 1363. exitiale ac funestissimum bellum inter Carolum IV. Imp. Regem Bohemiæ, Moraviæ, Germaniæque Principes ab una parte, & Casimirum Poloniæ, Ludovicum Hungariæ, Sigismundum Daniæ Reges, Russiæ, Tartariæque Principes ab altera parte, quod ubi sensit *Urbanus V. P. M.* Legatum misit, qui non modo Reges adduxit ad concordiam, sed omnes ipsos affinitatibus novis conjunxit, *Cromer. lib.* 2. Sed & cum inter Stephanum Poloniæ Regem fortissimum, & Basilium Moscoviæ Ducem, circa Livoniæ Principatum bellum acerrimum exarsisset, *Gregorius XIII.* misso R. P. Antonio Possevino S. I. Presbytero, Sedis Apostolicæ Legato, Pacem Germaniæ perutilem & firmam, inter illos vicinos Principes composuit. Jam inter Gallos & Anglos, centum olim continuis annis bello mutuo decertantes, quoties & quanto studio Romani Pontifices pacem componere annisi fuerint, Annales Galliæ passim meminerunt. Illustre illud & memorabile est, quod stante in acie Joanne Francorum Rege, maximis cum copiis, ex tota Francia collectis, adversus Eduardum Angliæ Principem, Regisque filium, parvo tunc satis & minimè expedito agmine munitum, duo Cardinales ab *Innocentio VI.* Avenioni tunc sedente, Legati missi, inter utrumque exercitum discurrentes, utrique Principi varias Pacis conditiones proponebant: Sed iniquiores petente Franco, & certam sibi victoriam promittente, rejecta quidem Legatorum intercessio, & neglecta Romani Pontificis postulatio fuit, sed cum maxima Francorum clade, quorum Rex Joannes ea pugna captus, cum Philippo ejus filio ac Nobilibus 1700. ut late narrat *Polydor. Virgilius.* De *Paulo III.* scribitur, totum eum, quam diu sedit (sedit autem 15. annis) in eo fuisse, ut pax inter Carolum V. Imp. & Franciscum I. Gallorum Regem componeretur, ad quam etiam componendam ipsemet Nissam Pedemontanam veniens, coram utroque illo potentissimo Monarcha Pacis media & conditiones tractavit, quæ cum non succederet, decem saltem annorum inducias impetravit, *Paulus Jovius* &c.

Quin imò si nulla alia ratio esset, quæ hæreticos quoque ad suspiciendam Summi Pontificis autoritatem commovere deberet, certe Romanæ Ecclesiæ opus illud unicum & meritò admirandum, quod ejus unius opera, labore & auspiciis, innumeræ gentes per Europam, Asiam, Africam, non bello subactæ, non fortunis aut libertate spoliatæ, non servituti tributariæ addictæ, sed in summam ac beatam libertatem è servitute ac captivitate Diaboli assertæ; nec enim ullus hominum iis in locis instituit Ecclesias, nisi ii, quos Summi Pontifices constituerunt Sacerdotes. 40. Per missos à Pontificibus Episcopos & Sacerdotes populos esse conversos. De S. Petro, quem in ipsas Britannias pervenisse *Simon Metaphrastes* & alii dicunt, quosque ille hic inde ordinaverit, *vid. Baron. tom.* 1. *an.* 46. *Thomam Stapletonum d. tract. lib.* 2. *c.* 5. Sane Aureliis in Gallia templum conspicitur parvum, sed vetustissimum, *S. Piere le Vif* nuncupatum, quia vivente adhuc D. Petro extructum fuit. Clemens, S. Petri proximus pene successor, Lutetiam Parisiorum Dionysium Areopagitam, cum Sociis Eleutherio, Rustico, & aliis, misit, qui eam Franciæ partem nobilissimam Christo acquirerent. Ab eodem Clemente Bajocensibus in Gallia Exuperius, Ebroicensibus Taurinus, Rothomagensibus Nicasius, Metensibus Cœlestinus & Felix, Episcopi dati sunt, qui postremi totum illum tractum, qui Lotharingia dicitur, Christo conciliarunt. *Quintinus* autem, Romani Senatoris filius, à *Marcellino Papa* baptizatus, unà cum Piatone, Dionysio, Ruffino, Valerio, Eugenio, Crispino, Crispiniano, Luciniano, Marcello, & aliis, Religionem Christianam in Ambianis, & Veromanduis propagarunt. Jam & vetus Britannia, missis ab Eleutherio Papâ Fugatio & Damiano, & Scotia adjacens, misso à Cœlestino Papâ Paludio, vel, *si vera narrat Hector Boetius Histor. Scot. lib.* 6. missis à *Victore P. M.* fidei Magistris, & ipsi demùm Anglo-Saxones, occupatâ Britanniæ Insulâ, à *B. Gregorio Magno*, misso B. Augustino Monacho, cum aliis undecim sociis, fidem Christi acceperunt. Paulò post Conon Papa, S. Chiliano, cum Ditomanno, Colomanno misso, primos Ger-

Germaniæ populos ad fidem Christi pertraxit, *teste Sigeberto Gemblac.* Nam non ita multò post auspiciis *Gregorii II.* Insulam suam egressi Anglo-Saxones, Hollandiam, Frisiam, Westphaliam, Thuringiam & Cattos, aliosque Germaniæ populos Christo quoque lucrati sunt. Sanè Winfridus, vel, ut alii scribunt Benfridus, posteà Bonifacius dictus, à *Gregorio II.* Moguntiæ primus Archi-Episcopus creatus, eodem Authore, & Zachariâ successore ejus, creavit Episcopos, Trajecti Cobanum, Herbipoli, Burchardum, Eistettensium, Wilibaldum, Salisburgensium Joannem, Frisingensium Erimbertum, Ratisbonensium Winibaldum, è Monasteriis Angliæ omnes eductos. Similiter in Frisiâ fidem primi plantârunt Willibrordus, Suibertus, Acca, Levinus, Hannudus, Walterus, Wittinghius, & Marcellinus, Monachi Angli. Auspiciis ejusdem *Gregorii II.* *Corbinianus Noricis* Christum prædicavit. Moravia Christi cultum complexa est, missis eò Cyrillo, & Methodio, à *Nicolao I.* qui varios prætereà populos ad Christi fidem deduxerunt, Triballos, Rascios, Bosnenses, Servios, & Croatas; Universam denique gentem, quæ Vistulâ, Danubio, & Vago flumine circumdatur; ac demùm in Mysiâ Bulgaros, & Gazaros; Bohemiâ operâ *Stephani septimi Romani Pontificis*: Dania ab *Agapeto II.* fidem accepit. Primum Illyrii Episcopum Eleutherium *Anicetus Papa*, & ordinavit & eò misit. Scribit *Stanislaus Orichonius*, à *Johanne* 13. missos fuisse, qui Vandalos & Lechitas sacra Romana Christiana docerent. A quo etiam Pontifice missus est *Ægidius Cardinalis Tusculanus*, qui Christi Religionem in Poloniâ stabilivit: Nam priùs fidem susceperat, missis Româ Gallis Magistris, *ut scribit Martinus Cromer. in Colloquiis de rebus religionis lib.* 1. Ænea Sylvio teste, Livonia cum suo Principe complexa Christi cultum operâ Meinardi, quem Provinciæ illius Episcopum creavit *Alexander III. ut quoque jam suprà dixi.* Norvegia tota à *Nicolao* Anglo, posteà *Romano Pontifice*: *Adriano IV.* dicto Christo & Romanæ Ecclesiæ adjuncta est. Addit Saxo Grammaticus, ab eodem & Bernardo Anglo, aliis assumptis sociis, Daniam eadem felicitate donatam esse; Ita totam hanc Europæ partem, Hispanias, Gallias, Britanniam, Germaniæ populos, tam vastos atque diversos, operâ potissimùm, & auspiciis Romanorum Pontificum, ad CHRISTI fidem conversos fuisse cernimus; Jam verò nostrâ memoriâ, quis nescit amplissimas & numerosissimas gentes, in utrâque Orientali, & Occidentali, sed hac magis, adeòque & Japonios, & Sinarum populos, sacerdotum quidem, maximè societatis JESU & aliorum Monachorum operâ, immediatâ ac labore, auspiciis tamen, & authoritate unius Romanæ Ecclesiæ, à qua Missionis suæ originem omnes acceperunt, ad Christi gloriosum regnum accessisse? *Fusius hæc docet Thomas Bozius de signis Ecclesiæ Dei. lib.* Taceo Pontificum Romanorum, everso Imperio Orientali, operas & labores, ad hostem fidei Græciâ pellendum, *quos recenset Stapletonius d. l.* 2. *cap.* 9. per continua Christianorum bella intestina irritos ferè redditos. Videmus enim, ut Turcarum potia posterioribus annis (aliud agentibus Christianis) creverit. Intereà quippè præter Imperium Constantinopolitanum universum penitùs subactum, Imperium quoque Trapezontinum, cum duodecim Regnis Turca ademit, Peloponnesum, & Pontum expugnavit, Chalcidem, Scodram, & Hydruntum occupavit; Methonem, Neupactum, & Dyrrachium Venetis abstulit; ab alterâ quoque orbis parte, duobus devictis Soldanis, Ægyptum & Arabiam regno suo adjecit, rerum ferè omnium in oriente potitus, & ad nos se convertens, unius ferè anni spacio, Belgradum, propugnaculum Christianorum in continente, & Rhodum propugnaculum maritimum, expugnavit, ac tandem in Hungariam cum magno Exercitu irrumpens, Ludovicum Regem prælio superatum interfecit, Budam regni caput *Anno* 1525. diripuit, & totius penè Hungariæ Dominus factus, toti devorandæ Germaniæ proximus inhiavit; Scilicet Romanorum Pontificum Sanctissimis monitis acquiescere, privatas querelas componere, in communem hostem sese armare Christiani Principes noluerunt. Augustissimus tamen Imperator Leopoldus plurima Hungariæ loca Turcis iterùm eripuit.

Pacifi-

alium nobis obstringat ad dandum aliquid vel faciendum vel præstandum, *l. 3. pr. ff. d. O. & A.* Ejusmodi autem pacta obligatoria aut fiunt ex publica causa, aut ex privata, *l. 5. ff. de pact.* publica pacta ineuntur ob salutem Reipublicæ, vel ad consequendum majus bonum, vel ad avertendum majus malum, & fundamentum habent in ipsa ratione status, quæ in eminentiori suo significatu nihil aliud est, quam conformitas cum Statu Reipublicæ, vel est ipsa utilitas Reipublicæ, *Conring de Rat. stat.* §.10. De illis igitur pactis pauca hic, quæ ex necessitate publica, maximè summa, fiunt, ita ut nisi ineantur, periclitetur Salus totius Reipubl. vel etiam Principis: *An postea cessante vel sublata necessitate sanctè sint servanda? An verò vis, carcer, metus & similia ejusmodi fœdera irritare possint?* Dubia profectò, quæ quendam in posterius assertum flectere possent, hic movere videntur (1. tot exempla Principum & Rerumpublicarum, quibus demonstratur, ejusmodi pacta ex necessitate publica inita, aut vi aut metu extorta, minime fuisse servata; (2. Tot JurisConsultorum, Politicorum, & Moralium opiniones de ejusmodi pactis non servandis; (3. argumenta quibus opinionem suam corroborare conantur.

2. Pacta publica an cessante necessitate sint servanda?

3. Exempla, quibus demonstratur, ejusmodi pacta non fuisse servata.

Quod exempla concernit, incidimus, proh dolor, in illa tempora, de quibus Servator noster *Luc.* 18. *v.* 8. dixit: *Filius hominis cum venerit, num reperturus est fidem in terra?* Et de quibus conqueritur *Brunnem. ad L. hujus Edicti* 1. *ff. de pact.* inquiens: *Sane hæc lex prima jam diu in praxi sepulta. Rari fidem servant, omnia utilitate metiuntur, quorum Christianorum, ut in cœlum evehantur, sequior quam honestorum Judæorum ac Turcarum in die Decretorio erit conditio, cujus diei prænuncius, etiam fœdifragi, Apostolica voce recensentur.* Etenim hodie

Nobilitatis opus verbis promittere multum;
At servare fidem rusticitatis opus.

Parol, heist nunmehr Lohrol/ quia homines promissa servant ut arcus dolosus. Sic Pœni ira leve ducebant fidem frangere, ut abierit in proverbium, agere Punica fide, hoc est decipere, *Tit. Livius Histor. dec.* 3. *lib.* 1. Quo pertinet etiam *Lysander* Spartanorum Rex, qui jus in sola ponens utilitate, veritatem nihilo majorem esse mendacio ajebat, sed utriusque dignitatem ac pretium usu definiri; Et cum aliquando ob violatum jusjurandum reprehenderetur, respondit: pueros Astragulis, viros Sacramentis decipi debere, *Plutarch. in Vit. Lysandri.* Sed quid diu de priscis exemplis, cum recentiora non desint? Franciscus Maria, *Urbini Dux*, dicere solitus est: *Quod si Nobilis aut Dynasta, qui superiorem recognoscit, fidem non servaret, ignominiam & vituperium omnium incurreret ubique; Principes autem, qui superiorem non recognoscunt, possunt citra magnum vituperium tractatus & pacta inire, & ab iisdem discedere; contrahere fœdera, & ab iisdem resilire; mentiri, decipere, & alia hujusmodi generis omnia patrare, sub solo prætextu rationis status. Cardin. Ossat. lib. 3. Epist. Legat.* 87. *fol.* 373. cum quibus coincidunt, quæ de Duce Ossano Regis Hispaniæ Vicario refert *Bandartius Lib.* 38. *sub An.* 1617. Eum inter alia defendisse: Quod pacta & juramenta obligent Principes minorum Gentium ad ea servanda, sed Regem suum, tanquam maximum & potentissimum Christiani Orbis Regem, minimè ad talia servanda obligari.

4. Alia exempla non servatæ promissionis.

Imò *Franciscum I.* Galliæ Regem, non aliam habuisse repetendi belli causam, quam quod ad conditiones in captivitate cum Imp. Carolo V. initas se minime teneri diceret. Hinc Regem etiam eò facilius promisisse, quod satis intelligeret, quicquid à se captivo, cum in custodia asservaretur, fide neque accepta neque data, promitteretur, id nullum pondus habiturum, refert *Choppin. de Doman. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. *ex Martin. Bellaji comment. lib.* 3. Unde pauci etiam crediderunt pacta illa servatum iri. Præcipue Cancellarius Caroli V. qui, etiamsi illi, pactionis tabulas ex officio ut subscriberet, mandatum esset, id tamen recusavit, quod diceret, sibi tributa autoritate in periculosis pernitiosisque rebus, cujusmodi hæc esset, minime uti licere. Neque ab hac sententia unquam vel Cæsare non parum indignante removeri potuit, quare Cæsar, ejus pertinacia perspecta, subscripsit ipsemet, *Guicciardinus Histor. Ital. sui temp. lib.* 16. Quamvis autem Francis à multis retrò seculis ridendo frangere fidem admodum familiare fuerit, prout *Florus l.* 3. *c.* 10. suo tempore observavit, inquiens: *Nemo tantum feroces dixerit Gallos; fraudibus agunt.* Et *Trebellius Pollio*, ubi de Gallis loquitur, inter alia ait: *quibus insitum est esse leves & degenerantes à Civitate Romana, in Gallieno c.* 4. Omnino tamen notari meretur, quod huic Nationi, vel potius multis ex ea, exprobrat *Petr. Valckenier* im verwirrten Europa *p.* 1. *pag.* 38. *c. p.* 4. *pag.* 474. ubi inter alia refert, Civitates Belgicas à Gallis occupatas, & per Capitulationem privilegia sibi reservantes, querelam movisse de non servatis promissis, & responsum tulisse: daß der König ein allzu grosser Monarch wäre/ um sich an ein Stücklein Papier zu binden/ und daß er mit Gott so nahe befreundet/ daß er nichts Böses thun könte; notumque est illud commune dicterium Gallicum: *Regem suum non esse mancipium verborum suorum.*

Hinc *Rittershus. in Genealog. Rerum Hispan.* novendecim pacificationes recenset inter Domum Austriacam & Galliæ Reges, semper ab his violatas. Imo in Gallia fidem ex necessitate datam, sæpe ex propria utilitate & commodo dimetiri consuetum esse, ita, ut pacta cum aliis inita, tamdiu durare, quamdiu durat necessitas, existimatum sit; E contrario, ubi visum est subesse proprium interesse, ab aliis sanctissimè servari, quod promissum erat, exactum esse, etiamsi urgente summa necessitate hoc fuerat promissum, & cau-

& causam dederit necessitati vis atque metus. Exemplum extat in *Edicto Nannetensi*, quod tamdiu sancte custoditum fuit, quamdiu necessitatem id suadere creditum est, cessante vero postea necessitate, & cum nullum amplius, vel non tam grave periculum à Reformatis imminere putaretur, & huic exspirandum fuit. Ex his omnibus nihil aliud colligendum, quam in Gallia subinde prætendi jus status, quod in aliis nefas & summum probrum existimatur.

5. Proferuntur opiniones Politicorum.

Et hanc opinionem Politici secundant, *Machiavellus* enim *lib. 2. Comm. c.* 13. inquit: *Prudens & acutus Princeps fidem hosti datam, & ab ipso metu vel vi extortam, temporique accomodatam, nec debet nec potest servare, si tale pactum vel fœdus obfuturum ei sit, atque occasiones & necessitates, quæ istud extorserunt, præterierunt.* Et *cap.* 18. *de Princip.* inquit: *Nunquam hominibus defuturæ sunt causæ, quibus inviolatam fidem colorem inducant: & in hanc rem fere infinita possent recentia proferri exempla, & ostendi, quot Pacis fœdera, quot promissa & conventa fuerunt perfidiâ irrita & vana, qui vero sagacior fuit, ut Vulpinum ingenium melius exprimeret, ei felicius omnia ceciderunt.* Eodem capite Præceptum tradens, *Principem, qui opes suas augere, & Imperii fines propagare velit, artem fallendi ediscere oportere.* Huc quoque spectat illud *Dionysii Halicarn. l.* 8. *Quicquid necessitas pro tempore, vel privatis hominibus vel Civitatibus extorquet, tantisper durat, donec cesset ea necessitas.* Imo promittere, dum necessitas durat, prudentiæ non servare promissa, si exinde statui accedat commodum, utilitatis esse judicari.

6. Opiniones nonnullorum JCtorum.

Nec desunt JCti qui hanc tuentur opinionem, dicentes per metum aut impressionem extorta fœdera esse nulla, *Hipp. Marsi. num.* 22. & Pacem metu factam esse invalidam. Quin imò, si Tyrannus, cum Principe vel Civitate subjugata, pactum vel contractum aliquem inierit, regulariter eum contractum invalidum judicari debere, *Bart. in Tract. de Tyran. num.* 20. Imo, gesta tempore tyrannidis, regulariter non valere, tanquam facta ob timorem, *ibid. q.* 7. Et quidem hoc eò magis esse verum, quando metus est causa proxima obligationis, tunc enim contractum planè esse nullum attestantur, *Ripa Resp.* 4. *n.* 8. *ad Trebell. Gallerat. de renuntiat. lib.* 3. *c.* 11. *per tot.* Adeò quidem, ut ipse promittens semet ipsum, proprio facto, à promissis per vim & metum liberare possit, *per L. sed & partus* 12. *§. quæri. ff. quod metus caus.*

7. Licet ejusmodi pactis juramentum accesserit, tamen non esse servanda.

Imò etiamsi ejusmodi pactis accesserit juramentum, nihilominus invalida esse judicant multi, illa enim juramenta, quæ nec vi, nec dolo aut metu præstita sunt, servanda esse jubet *Pontifex, in Cap. cum contingat, & C. licet X. de jurejur. Sanchez in Decalog. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 20. quibus accedit *Gail. lib.* 2. *observ.* 42. *num.* 4. cum inquit: Imprimis dico juramentum, quod præstatur super pacto & conventione principaliter contra publicam utilitatem cedente, ipso jure non obligare jurantem, cui adstipulantur *Math. de Afflict. decis.* 263. *per tot. Panorm. in Cap. cum contingat. n.* 22. & 24. *de jurejur. & alii.*

8. Rationes pro hac opinione.

Et hoc ideo, quia quando ex necessitate, ratione status, & salute publica ita poscente, aliquid fuerit promissum, quid ni ex eadem ratione, cessante necessitate, fides frangenda, si salus Reipublicæ ita expostulet? cum salus publica suprema Lex sit, *L.* 14. *Cod. de oper. publ. & l.* 5. *de Decret. ab ord. fac. Nov.* 7. *c.* 9. §. 1. Unde Pacta publica semper intelligenda cum exceptione salutis publicæ, rebus sic stantibus, & nisi utilitas publica refragetur, *Tiraquel. de pœn. temper. in præfat. num.* 41. Quicquid enim usus Reipubl. alicujus exigit, idipsum est, quod ratio status postulat; neque aliud est ad rationem status dirigere consilia, quam pro scopo actuum habere salutem illam publicam, *Conring. de civil. prudent. c.* 2. *p.* 10. Præterea, Pacta ejus sunt naturæ, quod eorum ratio formalis consistat in consensu, qui excludit necessitatem, metum & coactionem, ita ut aliquis possit agere, & velit agere, imo contrarium agere valeat; ubi ergò talis consensus & voluntas libera non adest, ibi nec intelligi pacta, quæ enim ex necessitate, maxime summa, facta sunt, ad ea nemo tenetur, cum necessitas non habeat legem, *Angel. in L. si vacantia. C. de bon. vacant.* Imo Urgentis necessitatis illa vis est ac dignitas, ut facile honestum reddat, quicquid alias impossibile haberetur & turpe, inquit *Anonymus in observ. Polit. super Galliæ motib. obs.* 8. Et necessitas aliquando plus potest, quam pietas solet, *Seneca in Tragœd. in Troj. act.* 3.

9. Vera ponitur & probatur sententia, quod pacta omnino sint servanda.

Quamvis autem hæc omnia speciosè satis videantur esse prolata, iis tamen non obstantibus, *Pacta, ob necessitatem publicam inita, sanctè sunt servanda, etiamsi metus, vis, carcer, & similia causa fuerint necessitatis,* observatis tamen limitationibus: (1. Nisi ejusmodi pacta moralem in se turpitudinem contineant, *Barbosa ad c.* 33 *X. de jurejur.* (2. Ut procedat modo, ne promissio ex necessitate facta tendat in Præjudicium tertii, sic enim promissor semper habebit exceptionem, Non stat per me. (3. Modo promissor plenam habuerit cognitionem totius negotii, quod geritur, hoc est, ut intelligat quid agat, nec errore aliquo ducatur. (4. Modo ille, qui vis seu metus causam dedit, habuerit in sua potestate, quod transtulit, quod enim quis non habet, transferre nequit. Observatis ita limitationibus, pacta omnino servanda sunt, cum juris Gentium sit servare ea quæ vi bellica coactus promiseris. Fides enim nihil aliud est quam dictorum factorumque constantia & veritas, dicta à fiendo, ut videlicet fiat, quod fieri dictum est, *Myler ab Ehrenbach in Nomol. c.* 8. §. 9. Quam in rem etiam bene Cicero: *Nemo est, qui non hanc affectionem animi probet & laudet, quâ non modo utilitas nulla quæritur, sed contra utilitatem etiam conservatur fides.* Quid

enim tam congruum est humanæ fidei, quam ea, quæ inter eos placuerunt, servare, *L.* 1. *ff. de pact.* Hinc *Nevitz. Consil.* 11. *num.* 10. inquit, quod rumpere pacta sit grave, non solum apud jus commune, sed etiam apud Deum, & *consf.* 12. *num.* 23. quod illa verba: *Pacta conventa servabo, procedant ab ore Dei, ideo etiam Deus ligatur pacto, & Diabolus & Princeps*, quod nulla major justitia, quàm pacta servare, *num.* 24. & *seqq.* eaque ad unguem, *Curt. jun. cons.* 40. *num.* 2.

10. Imprimis Principes pacta servare debent. Principibus verò maximè Pacta servare convenit, alias mundus corrueret, *de Leonhard. cons.* 117. *num.* 86. Neque enim pacta tantum obligant privatos, sed etiam Papam & Imperatorem, *Plot. consil.* 11. *in pr.* Imo plus obligatur Princeps quam Privatus, quia fides publica maxime servanda, *Paul. à Castro Consil.* 318. *lib.* 1. Nihil enim est quod Luce clariore præfulgeat in Principe, quam recta fides & constantia conventorum, *Rol. à Valle Vol.* 1. *cons.* 13. *num.* 53. *Gail. lib.* 2. *observ.* 55. *num.* 4. Etenim Principum dispositiones ab omni malitia & diminutione remotæ, *per text. in §. illud auth. constit.* Nec fraudum seu circumventionum Autores esse debent, *Roman. cons.* 298. *n.* 3. Unde contractus habent præstationis necessitatem, etiam in summo Principe, *Reinking. lib.* 2. *de Regim. Secul. & Eccles. class.* 2. *cap.* 9. *n.* 109. *Besold. lib.* 4. *consil.* 165. *num.* 7. sive eum cum subditis suis sive cum extraneis celebraverit.

11. Hostibus quoque servanda fides. Imo & hostibus, cum quibus bellum geritur, fides servanda est, si à Principe fuerit promissa, *C.* 3. *C.* 23. *q.* 1. *l.* 5. §. 5. *ff. de pœn. Reinck. d.* 1. *l.* 2. *class.* 1. *c.* 1. *num.* 16. *Waremund ab Ehrenberg lib.* 2. *de fœd.* Etiamsi hostis ille non sit Christianus, sed Paganus vel infidelis: nam & illa pacta à Principe servanda sunt, quemadmodum hoc satis probatur autoritate *Apostoli* 1. *ad Thess. c.* 4. & 5. *ad Coloss. c.* 4. & *Philipp. c.* 4. ubi dicit honesta esse facienda erga omnes homines tam domesticos quam extraneos, & est text. *in C. offerentes.* 32. *q.* 2. ubi traditur, fidem etiam apud Barbaras gentes custodiendam, sicuti hunc textum ad hoc quoque ponderat *Colleg. Patav. inter Consil. Varior. Dd. consil.* 17. *n.* 40. *lib.* 3. Siquidem homines omnes, qui ad rationis usum pervenerunt, capaces sunt juris ex promisso, sed hostes qui sunt, homines esse non desinunt. *Grot. de J. P. & B. l.* 3. *c.* 19. §. 1. Natura enim inter omnes homines cognationem quandam constituit, *l.* 3. *ff. de just. & jur.* Jure verò cognationis alii aliis opitulari & benefacere tenentur, multòque magis, quod pax exigit, ab injuriis abstinere, *Zouch. de jur. & jud. fecial. p.* 2. *sect.* 1. *q.* 2. Et quamvis infideles & hæretici alias sint sortis pravæ in statu Civili, *l.* 4. *C. d. Hæret. & Manich.* Non tamen hæc extendi debent ad ea, quæ de jure naturæ & Gentium illis competunt, ut est fides rerum promissarum, quam in rem bene inquit *Cicero l.* 3. *offic. Qui putant nullam esse fidem, quæ infideli data sit, videant, ne quærantur latebra perjurio.* Quinimo rebellibus Civibus 12. Imo & rebellibus.
Pax & transactio cum iis inita, à Civitate eorumve Rectoribus omnino servanda, *Grot. lib.* 3. *c.* 19. §. 6. & *seqq. Puffendorf. de J. N. & G. lib.* 8. *cap.* 8. §. 2. Imò, etiamsi Princeps necessitate fuerit adactus, ut aliquid promiserit subditis rebellibus, quod citra illam necessitatem nunquam fecisset, tenetur nihilominus stare promissis: Potest enim fieri, ut causam dederit motioni injustis suis actionibus; cujusmodi exempla non ignota sunt. Nemo autem conqueri potest de malo, in quod semetipsum conjecit, nec de injuria, cui ipse causam dedit.

Et hæc ideo, quia si resolutio contractus esset in manu Principis, nullus inveniretur, qui cum Principe contraheret, *l.* 13. *C. de contrah. empt. Vultej. Vol.* 3. *consil. Marpurg.* 35. *num.* 114. Et sic privaretur hominum commercio, *Roman. cons.* 353. *n.* 24. *Mascard. de Probat. concl.* 275. *num.* 28. Et dum esset omnium Præsul, fieret omnium exul, *l.* 24. §. 1. *ff. de minor.* Hoc enim Lucri consequi solent violatores pacis, ut posteà ipsis non amplius credatur. Violata enim semel fide, semper præsumitur defectus in eadem. *L. si aliquid Cod. de susp. liber. lib.* 10. unde frangenti fidem fides non servanda, *Dec. in L. cum proponas* 2. *notab.* 3. *num.* 3. *C. de pact. Mascard. concl.* 1394. *n.* 44. Imo hujus sententiæ veritas ex seria Voluntate Divina desumi potest, ita enim Servator noster fidem politicam inculcat: *Esto Sermo vester etiam, etiam; non, non, quod autem supra hæc redundat, à malo est, Math.* 5. *v.* 37. Quod si igitur unusquisque cum proximo sincere agere teneatur, multo magis Princeps; nam omnis virtus, quæ in privatis desideratur, in longe eminentiori gradu requiritur in Principe, quippe qui præsumitur esse perfectus, & tanquam Deus videtur judicare, promissaque facere absque ullis intellectus ambigui scopulis. *Vant. de null. proc. tit. an quæ. L. sent. dici possit nulla. n.* 148. *Mynsing. Cent.* 1. *obs.* 27. & *cent.* 4. *obs.* 26. 13. Argumenta pro hac sententia.

Quibus accedit gravissima Dei Vindicta in fœdifragos & pacis violatores, imò etiam in illos, qui summa necessitate adacti & gravissima calamitate pressi aliquid promiserũt, nec tenuerunt; sicuti clarissimũ hujus rei exemplũ nobis præbet *Zedekias Rex Israëlitarũ*, qui superata & ad incitas fere redacta Republica Judaica, à Rege Babyloniæ Nebucadnezare, in summa necessitate & miseriâ publica pacta iniit, eaque juramento confirmavit, postea tamen contra fidem datam ab eo defecit; quare Deus O. M. ipsi per Prophetam *Ezechielem* annunciari curabat interitum suum, his verbis: *An prosperabitur? an eripiet se, qui facit ista? Qui irritum fecit fœdus, etiamne eripiet se? Ne vivam ego, dictum Domini Jehovæ, nisi in loco illius Regis, qui Regem constituerat ipsum, ejus spernit execrationem & cujus irritum facit fœdus, apud illum in medio Babyloniæ moriatur. Ezech. cap.* 17. *v.* 16. & *seqq. confer.* 2. *Reg.* 24. *v.* 20. *Osea Rex Israël*, ab Assyriorum Rege deficiens, & 14. Divina Nemesis punit fœdifragos, seu pacta non servantes.

 fidem

fidem datam violans, bello capitur, & in captivitatem adducitur, 2.*Reg.* 17. *v.*4. Rex *Antiochus* fœdus iniit cum Judæis, illudque postea fregit, 1. *Machab.* 6. *v.*60. mox vero ipse, cum suis à Demetrio trucidatur, *cap.*7. *v.*2. *Uladislao* Hungariæ Regi Pontifex *Eugenius*, & Cardinalis *Julianus*, autores fuêre, ut decennii inducias cum Amurathe II. Turcarum Principe initas, bello eidem illato violaret, & fidem datam frangeret: Hinc ad arma perventum, in quibus Christiani primo quidem victores, sed ad exclamationem Amurathis, *Christe, si Deus es, vindica hanc Populi tui perfidiam, qui jusjurandum, nomine tuo datum, tam scelerate violat*, mox mutata fortuna exercitus Christianus cæsus est, Rex ipse, in pugna equo dejectus, obtruncatus, & *Julianus* in fuga à Latrunculis necatus est. Et quomodo non puniti ipsi Turcæ in ultimo bello Turcico, qui, termino nondum elapso, pacti obliviscentes, fracta fide, irruptionem fecere, non tantum in Hungariam, verum etiam in ipsam Germaniam, Viennam obsederunt & omnia devastarunt? Verum quomodo hæc omnia ipsis cesserunt? Nonne summus rerum arbiter induxit mollitiem in animum eorum, in regionibus inimicorum ipsorum? Nonne ipsis dedit *Jehovah* cor trepidum, & hebetationem oculorum, & mœrorem animi, *Deuteron. c.*28. *v.*65. Ita, ut Ludibrio expositi Orbi Christiano, Pacemque petere coacti submissione alias plane insolita. Faxit Deus, ut Galli, qui iisdem fidibus cum Turcis canere consveverunt, eadem quoque fortuna mulctentur! *Infractorem Pactorum Turcam, licet jam jam exspirantium, compescuit ac profligavit Altissimus; compescet item profligabitque aliquando pactorum infractorem Gallum, duratorum adhuc annos sedecim.* Est votum publicum Responsionis Cæsareæ ad Manifestum Gallicum *Viennæ* 18. *Octobr.* 1688.

15. Concluditur servanda esse promissa ex necessitate facta.

Gloriosum itaque Principi, *L.* 4. *C. de LL. L.* 3. *C. de Testam. C.* 1. *X. de probat.* Imo necessarium est, servare fidem, promissa & pacta, *Alex. Spirel. Dec. for. Eccles.* 148. *num.* 39. fidem enim fallere grave est gravibus, gravissimis verò & exemplaribus viris est gravissimum, *Cravet cons.* 241. *num.* 19. *Schrader de feud. p.* 10. *Sect.* 1. *num.* 50. confer *Strick. de impug. fact. propr. c.* 1. *n.* 81. & *seqq.* ubi concludit, Principem non debere venire contra factum proprium, sed debere constantem esse & habere unum calamum & unam linguam, juxta illud *Psalm.* 88. *Quæ procedunt de ore meo non faciam irrita.* Etenim Princeps debet esse immobilis, sicut Lapis angularis & Polus in cælo, *Baldus Consil.* 326. *Col.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. Præsumitur enim semper velle, quod semel voluit, *Menoch cons.* 1. *num.* 40. Cum in eo, tanquam fonte justitiæ, constans voluntas esse debeat. *Gail. obs.* 55. *n.* 3. Et potissimum quidem, quando ejusmodi pactis, sicut communiter fieri consuevit, accessit jusjurandum; Quamvis enim assertio, manu & Sigillo Principis munita, instar jurisjurandi sit, *Cothm. Vol.* 2. *resp.* 68. *num.* 6. Unde Aragoniæ Rex Alphonsus dicere solitus fuit: *Quantum privatorum hominum jusjurandum ad fidem valere debet, ne actus juramento vestiti impugnari possint, tantum quoque Principis verbum. Mev. cons.* 41. *num.* 94. *Tholosan. de Republ. lib.* 8. *n.* 10. Siquidem simplex verbum & promissio Principis, propter dignitatis suæ splendorem, & maximam fidei exuberantiam, plenam fidem meretur, *L.* 8. *C. de Episc. & Cler.* & juramento privati, quoad fidei observantiam, æquipollet, *C.* 32. *X. de test. Coler. de process. execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 250. Imo Sacrilegii instar habetur, verba & asseverationem Principis in suspicionem vocare, *L.* 2. *C. de crim. sacrileg.* Hinc quidam Archiepiscopus Coloniensis inquiebat, *Verba Cæsareæ Majestatis mihi pro juramento sunt. Crantzius lib.* 6. *c.* 46. *in Saxon.* Quia Principes absoluti nullum jus civile cognoscunt, quod eos liget, ideo merum jus N. & G. observare tenentur, ex quo ad fidei datæ observantiam adstringuntur, *Celsus Hugo Consil.* 26. *num.* 30.

16. Assertio Principis instar juramenti habetur.

17. Juramentum longè arctius stringit Principem quam simplex verbum.

Interim tamen pactum juramento vestitum longè arctius stringet Principem, siquidem per juramentum homo non homini tantum, sed etiam Deo obligatur, adversus quem metus exceptio non admittitur. Nam ipse Deus pacta jurata vocat sua pacta & sua fœdera, *Ezech.* 17. *v.* 19. Neque enim hic persona sola respicitur, cui metu aut vi juretur, sed is, qui juramento invocatur, Deus, *S. Thomas* 2. 2. 89. *art.* 7. *Suaretz lib.* 2. *de juram. cap.* 4. 9. & 10. Unde magna juramenti dignitas, summaque religio apud omnes gentes semper fuit, *Rung. in c.* 16. *Genes. part.* 4. *loc. doctor. X.* Comprehendit enim religiosa ejusmodi asseveratio devotionem sui, si falsum adseveret, ad æternum exitium. Nam cum Deus, qui perjuros puniendi voluntatem ac potestatem habet, testis invocatur, simul ab eo ultio perfidiæ poscitur, & qui propter omniscientiam vindex falsi, is simul testis veri petitur, *Dominic. Sotus de Just. & jur. lib.* 8. *qu.* 1. *art.* 1. *Grot. de J. P. & B. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 10.

18. Piratis quoque, qui peculiarem Rempublicâ constituunt, servanda fides.

Quæ omnia quoque procedunt in Piratis, peculiarem Rempublicam constituentibus, uti sunt Algirienses, Tripolitani, Tunitani, similesque; hujusmodi enim populis fides ex necessitate publica data, servanda; licet formalis pactorum ratio deesse videatur, nimirum translatio juris, nihilominus tamen, quia ejusmodi pacta cum Piratis propterea ineuntur, ut imposterum tuti simus ab eorum invasionibus, adeoque idem ab ipsis exspectamus, fidem ipsis quoque præstare tenemur, secundum effatum Servatoris; *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Imo eo ipso, dum paciscimur cum Piratis, quorum vitæ genus nobis est cognitum, declaramus, ea vitia non sufficere, quo minus fides à nobis ipsis queat haberi, adeoque renunciamus exceptioni, quæ ex ipsorum moribus poterat peti, circa renuendam pacti impletionem;

Alias

Alias enim nihil fuisset factum, *Puffendorff. lib.* 3. *c.*6. §.9. *de J.N. & G.* atque hoc eo magis si juramentum accesserit, verba jurisjurandi non ad hominem, sed ad Deum fuerint directa; *Idem lib.* 4. *c.*2. §.8. hoc enim casu, quæcunque demum pacta, modo citra salutis jacturam, & illæsa conscientia servari poterunt, erunt servanda, & melius est pati injurias, quàm nomen Domini traducere in vanum.

Paderborn.

SUMMARIA.

1. *Paderborna unde sic dicta.*
2. *Paderæ fluvii descriptio.*
3. *Paderborna à frequenti visitatione Imperatorum & Regum celebris.*
4. *S. Cunegunda Imperatrix Paderbornæ coronatur.*
5. *Conradus Imp. Privilegia Abdinghoviana confirmat.*
6. *Carolus M. Paderbornæ fundat Episcopatum, & varias ibi habet Synodos.*
7. *Series Episcoporum Paderbornensium, & primus eorum B. Hatumarus.*
8. *Leo III. Pontifex consecrat Ecclesiam Paderbornensem.*
9. *Qua in forma Cathedrale templum Paderbornæ extructum.*
10. *Monasterium Corbejense in Diœcesi Paderbornensi fundatur.*
11. *Translatio S. Liborii Episcopi Paderbornam.*
12. *S. Menolphus condit Monasterium in Bodeken.*
13. *Corpus S. Menolphi elevatur.*
14. *Otto II. Imp. Ecclesiæ Paderbornensi auream crucem donat pretio* 60000. *aureorum.*
15. *Civitas & Ecclesia Cathedralis Paderb. cum magnis pretiosis igne absumuntur.*
16. *Readificatur Ecclesia Cathedralis in forma elegantissima.*
17. *Abdinghoffense Monasterium fundatur.*
18. *Sicut & Collegium Canonicorum in* Bustorff.
19. *Paderborna cum summo templo & Abdinghoff denuò igne absumuntur.*
20. *Corpus S. Modoaldi Paderbornam transfertur.*
21. *Tertium Urbis Paderbornensis incendium.*
22. 4. *Monasteria fundantur,* Marien Münster *scil.* Hardehausen / Gerden & Wilbadessen.
23. *Quartum urbis Paderb. incendium.*
24. *Canonicis in* Bustorff *datur facultas ad electionem Episcopi conveniendi.*
25. *Ordo Dominicanorum instituitur, & eorum primi Doctores ex Diœcesi Paderbornensi.*
26. *Oliverius Episcopus Paderbornensis fit Cardinalis.*
27. *Simon Ep. Paderb. fit captivus Archiepiscopo Coloniensi.*
28. *Episcopus Paderbornensis accipit jus construendi fortalitia.*
29. *Hujus rei effectum primò obtinuit Warburgum propugnaculum adversus Hassos, aliosque hostes.*
30. *PP. Dominicani Warburgi introducuntur.*
31. *Rudolphus I. Imp. Episcopum Paderb. Prncipem intitulat.*
32. *Warburgensium privilegia confirmantur.*
33. *Warburgensium prælium cum Nobilibus & Castrensibus Duce Geismario.*
34. *Warburgum & Brackelena potentiores Diœcesis Paderb. civitates.*
35. *Quintum Urbis Paderb. incendium.*
36. *Festum conceptionis B.M.V. jam An.* 1343. *Paderbornensi in Diœcesi celebratum.*
37. *Pars Comitatus Swalenbergensis Ecclesiæ Paderb. acquiritur, & Oldenburg ei oppignoratur.*
38. *Urbium Hanseaticarum Societatis origo.*
39. *Comitatus Sternbergicus feudum est Ecclesiæ Paderbornensis.*
40. *Simon Epis. Paderb. telo confossus.*
41. *Rupertus Ep. Paderb. peste in obsidione Padbergensi extinguitur.*
42. *Comites Lippienses præstant Episcopo Paderbornensi juramentum fidelitatis.*
43. *Bodecense & Dalheimense Cœnobia reformantur.*
44. *Warburgenses feliciter pugnant, & ex captivorum Lytro Urbis suæ debita persolvunt.*
45. *Canonici Paderbornenses debent esse Nobiles.*
46. *Bredense Cœnobium fundatur.*
47. *Academia Paderbornensis fundatur.*
48. *Episcopatus Paderbornensis hodierni & antiqui fines.*
49. *Variana clades in Diœcesi Paderb. facta.*
50. *Ecclesiæ Paderbornensis Benefactores.*
51. *Comitatus Pyrmontanus, & de acidulis ibidem.*
52. *Acidulæ Smechtanæ & Driburgenses.*
53. *Civitatis Paderbornensis descriptio.*
54. *Civitatis Warburgensis antiqua & hodierna facies.*
55. *Diœcesis Paderb. primariæ urbes & oppida.*
56. *Episcopatus Paderb. Officiales hæreditarii.*

1. Paderborna, unde sic dicta. PAderborna Civitas est Episcopalis, & Caput totius ejusdem nominis Diœcesis, à fontibus Paderæ, partim sub Choro Cathedralis Ecclesiæ, partim in medio Civitatis ibidem scaturientibus, sic dicta. Secundum *Gobelinum in Cosmod.* qui sic scribit: *Sciendum, quod hic locus nomen trahit à fluvio ibi surgente, qui Pader dicitur, quem Carolus M. loci amœnitate delectatus, à Pado Italiæ fluvio sic nominavit. Relatione quippe Seniorum*

2. Paderæ fluvii descriptio. *rum traditum esse dicitur, quod Carolus huic loco nomen indiderit: hic enim fluvius, quemadmodum Padus maximus Italiæ fluvius, ex tribus fontibus sibi invicem prope surgentibus ad pedes Alpium in unum alveum concurrentibus oritur, in pede montis, ex tribus fontibus, quasi profundis ex abyssis, scaturiens, multis rivulorum decursibus, ab eodem monte concurrentibus, inter unius alvei ripas, intra mœnia civitatis excipitur. Et horum trium fontium quilibet Pader appellatur, tamen cum sua determinatione. Et fons versus occidentem extremus,* auff dem Damm/ *à superficie effluentis aquæ, usque ad fundamentum ejus, centum, minus duobus pedibus, altitudinis est. Et hi tres fontes tantam profundentes aquarum abundantiam, cum rivulis suis flumen generant, cui in tota Europa, quantum ad ortum ejus, simile non contingit reperire. Dilatat quippe gremium mox fontibus egrediens, quod intra Civitatis, in qua surgit, mœnia, viginti molarum rotas, quarum nulla posterior præcedentis rotæ aquam recipit, sicut jugiter fluit, indesinenter volvere potest. Neque quisquam miretur, quod dixi, huic fluvio nomen prædictum à Carolo fuisse inditum, quamvis ante ejus adventum, apud incolas regionis, aliquo certo nomine fuisse fluvium ipsum nominatum, dubium non existat.* Hucusque *citat. Gobelin.* qui alio loco *in Cosmodr. ætat.* 6. *cap.*38. ulterius tradit. Ad hunc locum *Carolus M.* sæpe divertit, quoniam, ut scribit quidam, qui postea in eodem loco, tempore Arnulphi Regis, vitam duxit religiosam. *Hic locus viris omni nobilitate generis animique semper insignibus abundabat, ut non esset dubium, quin Patria civibus, & Cives Patriæ congruerent, ac sibi ornamento forent.*

3. Paderborna à frequenti visitatione Imperatorum & Regum celebris.

Quod & verum; nam, postquam Carolus M. *An. Christi* 780. quandam Ecclesiam, quæ fuit in Westphalia prima, in hoc loco *Paderborne* erexerat, & Episcopo Herbipolensi respiciendam commiserat, donec de Episcopo posset eidem loco tutò providere, venit sequentibus temporibus, *Anno* scilicet 1002. de antiquioribus enim nihil hic dicendum, in Westphaliam Imperator *Henricus II. Sanctus* cognomine, qui ad Visurgim *Gronæ* occurrentem sibi habuit *Cunigundam* Conjugem suam, quam Rex *Paderbornam* deduxit, invitatus à Loci Episcopo *Rethario* Sequebantur Regem magno comitatu Sacrorum Præsules, & Saxoniæ optimates, quod hanc urbem, & loci amœnitate, & cultu civium, & collegio Clericorum, ac religione præstantem florentemque delegisset, in qua *Cunegunda*, quam castam magis sororem quam conjugem habebat, Regina inauguraretur, quæ deinde magna celebritate à *Willegiso*, Moguntino Archiepiscopo, in corona Episcoporum & Procerum Saxoniæ, solenni ritu ibidem in festo *S. Laurentii* coronata est, quod exinde non modo ad splendorem urbis, sed Ecclesiæ augmentum evenisse tradunt; Nam ex eo tempore *Henricus Imp.* mirificè affectus erga Paderbornensem Ecclesiam, multis eam regiæ liberalitatis donationibus locupletavit, ut non immeritò alter conditor Episcopatus, aut certe Restaurator à Paderbornensibus colatur. *An.* 1015. idem hic *Sanctus* Imperator, dispositis per Orientalem Saxoniam negotiis, in occidentalem descendit, & Natalem Domini in *Patherbrun* festivis peregit gaudiis, cum *Meinvverco* loci Episcopo, quem, uti Imperator per omnem vitam sibi habuit familiarissimum, ita Consiliorum quoque intimorum participem, hortatoremque admisit sacrorum operum, quibus religiosissimum Imperatoris nomen per tot illustria facta inclaruit, *Dithm. l.*7. *An.* 1030. hoc ipsum factum à *Conrado Salico*, nam cum loci Episcopus *Meinvvercus* cum Imperatore ex Ungarica expeditione in Saxoniam rediisset, Imperator cum tota Aula ad Paderæ fontes, Christi Natalitia cum *Meinvverco* celebravit, quod idem Imp. sequentibus annis non semel hoc in loco repetiit, & in specie *An.* 1032. bello Polonico prosperè confecto, Imp. ex regressu in Saxoniam à *Meinvverco* Episcopo invitatus, *Paderbornæ* cum multis magnatibus & tota Aula Natalem Domini celebravit.

4. S. Cunegunda Imperatrix Paderbornæ coronatur.

Hoc tempore Imperator hic omnia Monasterii *Abdinghoviani* in media Civitate Paderbornensi, privilegia, jura & prædiorum bona ab *Henrico Imp.* & *Meinvverco* Episcopo donata, præclaro diplomate rata habuit, *Schaten Annal. Paderb. lib.* 5. *pag.* 485. ubi diploma verbotenus recenset. Idem Imp. *Conradus An.* 1025. Epiphaniam Domini, *An.* 1035. Pascha, *An.* 1036. Ascensionem Domini *Paderbornæ* regio more peregit; quod non minus fecit *Henricus III. Imp.* Ille enim cum Episcopis ad conventum Principum Paderbornam contendit, & festum Pentecostes, *An.* 1052. & *An.* 1056. Sanctum Pascha hic celebravit, lætè non minus, quam magnificè ab B. *Imado* Episcopo loci exceptus. Et Cæsarum adhuc nemo ullam Westphaliæ Urbem frequentius invisit, quam *Paderbornam*, seu amœnitate & veneratione loci seu opportunitate ad Procerum comitia invitatus. Quod & à multis aliis Imperatoribus, Regibus, & Principibus, sequentibus temporibus continuatum est. 5. Conradus Imp. Privilegia Abdinghoviana confirmat Paderbornæ.

Sed redeundo ad *Carolum M.* hujus Cathedralis Ecclesiæ munificentissimum conditorem, hic post aliquot in *Paderborne* gestas Synodos, ubi multa hominum millia baptizati, *An.* 782. ad fontes Luppiæ subsistens, accessere *Sigfridi* Danorũ Regis Hunnorum que Legati, quos *Caganus* & *Jngurrus* gentis Principes ad Carolum miserant. Ita rursum celebris Paderbornæ Regis frequentia, vidisse sque Francos non secus, quam Romanos, ad Alisonem, & hos Luppiæ Paderæque fontes de summa rei tractare; atque ut Cæsares Romani bella, ita *Carolum* Regem Christianæ religionis salutaria consilia conventusq; populi agitare; Capiebatur Rex loci amœnitate, agrorum fertilitate, & fontium salubritate. Et poterant *Carolum* non dissimilia *Paderbornæ*, quam *Aquisgrani* oblectamenta invitare quod in tota Saxonia Germaniaq; non repertus locus, quem natura fontium è terra prosilientium, multitudine & aquarum salubritate amœniorem dederit. Cœpit à frequentia hac accessuque Caroli Regis vicus circa Paderam excoli in oppidum, in quod Carolus

6. Carolus M. Paderbornæ fundat Episcopatum & varias ibi habet synodos.

lus Episcopi sedem transferret, quæ tamen primis temporibus non hic, sed *Heristalli* ad Visurgim collocata fuit, ex quo Episcopi Paderbornenses primum Heristallenses dicti fuerunt. *Schaten. d. loc. pag.* 13.

7. Series Episcoporum Paderbornensium; prim' eorum B. Hatumarus. Huic ergò Ecclesiæ, quam *Carolus* in Paderborne fundaverat, *An.* 785. quendam Canonicum Ecclesiæ Wirziburgensis, *Hatumarū* nomine, de Saxonia ortum, & tempore superiorum bellorum, sibi à Parentibus obsidem datum, præfecit Episcopum. *An.* 789. hujus *Hatumari* Pontificatus verò Anno quarto

8. Leo III. Pontifex consecrat Ecclesiam Paderbornensem. *Leo* III. Papa venit ad Carolum in Paderborne, quærens de injusta Romanorum persecutione, quem *Carolus* honorificè suscepit, & rogavit, ut Ecclesiam à se ibidem erectam dignaretur consecrare, qui precibus Regis gratanter susceptis, in eadem Ecclesia seu Capella, altare in honorem *S. Stephani* Protomartyris devotè consecravit, ac reliquiis ejusdem Martyris, quas secum Romà detulerat, in eodem altari reconditis, visitantibus hanc Capellam in anniversario dedicationis, de benignitate Sedis Apostolicæ, magnas indulgentias concessit, & Sedem ibidem Episcopalem, auctoritate Apostolica confirmavit, ubique *Hatumarus*, Collegium Canonicorum,

9. Quâ in forma Cathedrale templum Paderbornæ exstructum. quod *Autor Vitæ Meinvverci* nobile vocat, condit, quod in eam habitationis formam erectum est, qualis per Franciam & Germaniā, ad communem in Clero vitam tum florentem apta erat, claustris & monachorum cœnobiis, haud multum dissimilis, templo continenti structura inhærens, ex qua ad Chorum & communem triclinii mensam descendebatur. Moritur demum hic probissimus Præsul cum magna Sanctitatis fama, *Anno Domini* 804. Pontif. sui *an.* 9. eique successit

B. Baduradus, natione Westphalus, de Clero Wirzeburgensi electus, hic Paderbornæ parochias & gymnasium instituit, & Diœ-

10. Monasterium Corbeiense in Diœcesi Paderbornensi fundatur. cesin suam in bonum ordinem disponit. Hujus tempore *Caroli M.* filius & Successor in Imperio *Ludovicus*, inchoavit *Monasterium Corbeiense*, in diœcesi Paderbornensi, *Meibom. rer. Germ. tom.* 1. *p.* 242. quo postea corpus *S. Viti* de Parisiis transtulit. Hic Episcopus

11. Translatio S. Liborii Ep. in Paderbornam. Corpus *S. Liborii*, de Civitate Cenomanica Galliæ, in qua quondam ipse fuerat Episcopus, Paderbornam transferri curavit; Hujus translationis miracula conscripsit *Ido*, Cleric' Paderb. & *Erconradus* Diaconus Cenomanensis. Pro harum sanctarum reliquiarum receptione legati missi erant *Folodagus*, Episcopi Baduradi Advocatus, *Meinulphus* Archidia-

12. S Meinolphus condit monasterium in Bödiken. conus, *Adelbertus* Presbyter. *Meinulphus* autem in Ecclesia S. Vincentii Cenomanensi vovit Monasterium fundare in Bödiken, Diœcesis Paderbornensis, in honorem *B. M. V. & S. Liborii*, quod & postea ex bonis paternis fundavit & dotavit. Hic *Meinulphus* Archidiaconus Paderbornensis, post mortem & in vita miraculis claruit, hinc quoque in Sanctorum numerum relatus, & ejus natalis dies 5. *Octobris* celebratur. Episcopus *Baduradus* interea Ecclesiam Cathedralem Paderbornensem, à Carolo M. inchoatam, consummavit, & dedicavit eam 14. *Calend. Novemb.* Moritur demum pius hic Antistes *An.* 859. *in Septemb.* postquam Diœcesi laudabilissimè præfuisset *annos* 48. eique successit

Luthardus, alii *Luitharius*, è nobili Westphalorum prosapia ortus, qui Ecclesiam Paderfontanam per annos 26. felicissimè rexit, & inter alia præclare à se gesta *Anno* 885. ab *Imp. Carolo Crasso*, liberam Clericis Cathedralis Ecclesiæ Paderbornensis potestatem eligendi Episcopum impetrat, hujus rei Diploma extat apud *cit. Schaten. d. l. p.* 193. Obiit demum bonus hic Præsul *An.* 886. *Bruschius* hunc Episcopum innocentissimæ atque optimæ vitæ fuisse scribit, unde Successores Episcopi hujus, & duorum antecessorum ossa, è tumulo levarunt. Successorem nactus est

Bisonem, qui Ecclesiæ huic præfuit *annis* 23. hic confirmationem privilegiorum pro Ecclesia sua & Collegio Herisiensi impetrat à *Carolo Crasso Imp.* & confirmationem fundationis pro Collegio Herisiensi in Concilio Forcheimensi. Sub hoc Episcopo *Annus Domini* 897. Paderbornensibus ex illustri miraculo, quo Deus *B. Menolphi* sepulchrum exornavit, memorabilis fuit, quo miraculo *Biso* Episcopus motus, corpus hujus Sancti è terra levat, ex publico cultu venerandum exponit. 13. Corpus S. Menulphi elevatur. Sub hoc Ep. Hungari invadentes Saxoniam, & undique sævientes, Monasterium in Hervorde Diœcesis Paderbornensis, destruunt. *Meibom. rer. Germ. tom.* 1. *p.* 247. obiit demum hic Præsul anno 908. & surrogatus ei

Thidericus seu Theodoricus, cujus acta incomperta; sub hoc Episcopo Hungari non semel Diœcesin Paderbornensem infestârunt, obiit *An.* 915. succedente illi

Univano. Vitæ ejus genus incertum est, hoc tamen effecit, ut ab Imp. Henrico I. Herisiensium Virginum Collegii privilegia confirmarentur. Moritur demum, postquā annos 20. rexisset Ecclesiam, *An.* 935. eiq; successit.

Dudo. Sub hoc Episcopo, *an.* 946. Monasterium Sanctimonialium Virginum in *Geseke* initia sumpsit. Locus hic Diœcesis Paderbornensis olim fuit, qui post commutatione Coloniensi cessit; hic Episcopus cum aliis Episcopis, Osnabrugensi scilicet & Mindensi, Ecclesiam Mindensem consecrat. Hujus tempore *Otto M. Imp. Paderbornam* invisit, ubi magna Episcopi populique lætitia exceptus fuit, *An.* 958. Eximitur tandem humanis hic Præsul *An.* 960. postquam 25. *annos* Diœcesin gubernasset, successorem nactus

Fulmarum seu Volcmarum, ex Corbeiensi monacho electum Episcopum, impetravit ab *Ottone II.* Imp. Privilegiorum Paderbornensium confirmationem, cumprimis liberam Episcopi electionem, secundū *Caroli Crassi* concessionem *An.* 974. Hic *Imp. Otto II.* eodem hoc anno Paderbornæ *Volcmarum* Episcopū invisit, & Ecclesiæ Paderbornensi *auream crucem* dono dat, pretio sexaginta milliū aureorum, quam ex collectis Longobardorum triennalibus tributis, & puro auro confectā, tradunt Scriptores: hinc illa vetus inscriptio: *Auri sexcentas crux hæc habet aurea libras.* 14. Otto II. Imp. Ecclesiæ Paderb. auream crucem donat pretio 60000. aureorum. Cœterum eodem *an.* 983. quo *Otto II. Imp.* Romæ, sic *Volcmarus* Paderbornæ mortalitatem exuit, eique in Episcopatu successit

15. Civitas & Ecclesia Cathedralis Paderb. cum magnis pretiosis igne absumuntur.

Rhetarius, qui optime & sapientissimè per 28. an. sacram præfecturam gessit, ita, ut nomen Episcopi, quod officio tenuit, moribus adimpleverit. Sub hoc Episcopo *an.* 1000 Civitas Paderfontana incendio vastata est, & nobile Principalis Ecclesiæ monasterium, præcipui operis & decoris à *Carolo* fundatum, & à *Badurado* Episcopo consummatum, cum libris, privilegiis, aliisq; Ecclesiæ ornamentis conflagravit. Quare Episcopus misit nuncios ad Pontificem & Imp. iisque Ecclesiæ suæ detrimenta insinuans omnia Privilegia, Ecclesiæ suæ prædictæ tam à Romanis Pontificibus quam Imperatoribus concessa, petiit innovari, quæ tam à Papa quàm ab Imperatore innovata sunt, *Anno eodem* 1000. *calend. Januarii.* Hic Episcopus à *Joanne XVIII. Pontifice* impetravit, ne quis Episcopus Paderbornensi Ecclesiæ imponatur sine Collegii Cathedralis consensu. Magnopere enim de hoc veteri suo Privilegio conservando solliciti fuere Episcopi & Canonici, ne quis ingratus aut minus idoneus Principum favore imponeretur. Excessit demùm è vivis hic Præsul *Anno* 1009. *pridie nonas Martii*, Episcopatu per 26. annos bene administrato, quem in Episcopatu secutus

B. Meinvvercus, Regi *Henrico* consanguinitate junctus, alter Episcopatus Paderbornensis fundator, qui ea lege Episcopatum adiit, ut ex propriis bonis illum locupletet. Hic Cathedralem Ecclesiam, quam

16. Reædificatur Ecclesia Cathedralis in forma elegantissima.

Rhetarius Ep. Angustis spatiis murorum, nec solido satis opere, post urbis bustum, ad fenestras usque erexerat, funditus dejici jussit, atque ea, qua nunc aspicitur amplitudine & forma murorum, ac elegantissima columnarum structura, totiusque fabricæ magnificentia, à fundamentis exstruxit, quam in rem suis impensis omnem tanti operis materiam convehi imperavit. *Anno* 1030. Ecclesiam Monasterii SS. Apostolorum *Petri & Pauli* Paderbornæ, vulgò *Abdinghoff*, quam tunc consummaverat, dedicavit, & *Anno* 1014. tredecim Religiosos *Ord. S. Benedicti Cluniaco* deduxit, hoc Abdinckhoffense Monasterium formaturos, quibus postea *Anno* 1015. absoluto Monasterio primum Abbatem præficit *Sigevvardum*. Hic

17. Abdinckhoffense monasterium fundatur.

Episcopus *Anno* 1021. amplissimum Comitatum *Warburgensem* à *Dodicone* ultimo hujus loci Comite & improli, Ecclesiæ Paderbornæ præter alia adhuc magni nominis loca acquirit, quam donationem *Imp. Henricus II.* singulari diplomate eodem anno confirmavit. *Anno* 1032. misit in Palæstinam *Winonem* Abbatem Helmwardeshusanum, ad ideam ejus templi inspiciendam, deferendamque ad se in Saxoniam, *Anno* 1034. *Wino* Hierosolymitani descriptionem cum reliquis referens, *Meinvvercus* ad id exemplar Basilicam *B. Virgini Genitrici, Apostolisque Petro & Andreæ* in Busdorff / extra urbis mœnia, in Orientali parte, construere cœpit, additum Collegium Canonicorum, quos & magno delectu Status congregavit. Opus illud intra biennium, contento operum labore, ad fastigium assurrexit, quemadmodum illud ex solido lapide & firma structura hodiedum aspicitur, intra urbis muros ex post conclusum. Denique innocentissimus hic Antistes *Anno* 1036. *Nonis Junii* in vigilia Pentecostes, postquam 27. annos Ecclesiam Paderfontanam laudabilissimè non tantum rexisset, sed & Diœcesin suam magnis Comitatibus, prædiis, & non exigui momenti locis locupletasset, in æde sacra, Aulæ Episcopali contigua, Divis Martyribus *Primo & Feliciano* sacra, sublatis in cœlum manibus inter gemitus & preces animam Deo placida morte reddidit. Fusiorem hujus Præsulis vitam *vid. apud cit. Schaten loc. alleg. à pag.* 385. *usque* 504. Successit ei

18. Sicut & Collegium Canonicorum in Busdorff.

B. Rotho. Abbas Hirsfeldensis, ex illustri Burensium Baronum familia editus, hic in conservandis restaurandisque Parochiarum Ecclesiis occupatus, *anno* 1043. dedicavit Ecclesiam Horhusanam, quæ Eresburgi ad pedem montis Martis constructa est. Cætera hujus viri virtutum decora, resque ab eo præclarè gestas ipsa vetustas longa subtraxit. Obiit *VIII. Idus Novemb.* 1052. & primus inter Episcopos, qui in Basilica Cathedrali sepultus est, conditusque in navi templi ex qua corpus postea, ob præclaram sanctitatis famam, translatum est ad Chorum, ubi hodiedum monumentum ejus aspicitur. Successorem habuit

B. Imadum. Hic Goslariæ, in præsentia Imp. *Henrici III.* in Conventu Episcoporum & Principum consecratur in Episcopum Paderbornensem, tanto etiam majori splendore & plausu cœterorum, quod & ipse ex Principum ac Comitum Saxonicorum sanguine genitus. Sub hoc Episcopo *Anno* 1058. Civitas Paderborna, cum Cathedrali Basilica, & Monasterio Abdinckhoffiano *feria* 6. ante Dominicam Palmarum miserabili incendio conflagravit. Ità verò opus illud pulcherrimum ac Magnificum, Basilicæ & Monasterii, quod *Meinvvercus* Episcopus, ex prioribus incendii ruinis, tantis impensis construxerat, *Imado* consanguineo Episcopo rursum concedit in cineres, nec ultra 50. annos stetit incolume, ingens & calamitosum incendium, quod fama commiserationis totam implevit Germaniam. 19. Paderborna cum summo templo & Abdingh. denuò igne absumuntur.

Hoc incendio fatali *Paternus* monachus Abdinghoffensis, gente Scotus, sponte se comburi voluit, eò quod divina monitione edoctus, nisi populus sincera sese pœnitentia Deo reconciliaret, hanc combustionem 30 diebus ante sed incassum prædixerat, quam Basilicam & Monasterium hic Episcopus ex post restauravit, eoque perduxit, ut *Anno* 1068. fastigium operi imponeret, quam deinde mense Junio consecravit, quæ dedicatio adhuc hodie servatur 22. scilicet *mensis Junii*. Moritur demum *anno* 1076. postquam Ecclesiam annis 25. laudabiliter rexisset, ei que successit

Poppo, Bavenbergensis Præpositus, ex Dynastarum de Holte familia oriundus; hic gesto in nonum annum præclara cum laude Episcopatus munere, *Anno* 1084. felici morte excessit è numero mortalium, cujus ele-

cujus elogium inter cætera, quod licet ab *Henrico* Rege ad Episcopatum profectus fuerit, nunquam tamen ejus consilia factaque probarit. Post hujus obitum surrogatur ei

Henricus, Comes de Aslo, Cleri consensu & Legati Pontificis autoritate; fuit is vir in Clero probatus, multisque virtutibus conspicuus, nec enim ultra Episcopatum quietè gerere licuit, quam *Hermanni* Regis per Saxoniam res florerent; At postquam *Henricus* Rex didicit, hunc *Henricum Aslonem* Sedi Paderbornensi impositum, *Henricum Comitem* Werlensem obtrusit, gravem illi æmulum, quocum luctandum, donec tandem *Anno* 1090. *Henricus Asloensis* sede sua pulsus, & Magdeburgi in Collegio Clericorum solitariam vitam egit. Post depulsum hunc Asloensem.

Henricus, Comes Werlensis Ecclesiam hanc obtinuit. Is cum primum Schismaticus esset, tandem *Anno* 1100. Schismatis eum pœnituit & resipuit. Sub hoc Episcopo

20. Corpus S. Modoaldi Paderbornam transfertur.

An. scil. 1107. Diœcesis Paderbornensis ingenti Sanctorum pignorum thesauro à Brunone Archiepiscopo, & Clero Trevirensi, ditata est, & *S. Modoaldi corpus*, per Thietmarum Abbatem ad Monasterium *Helmvvardeshusen*, quod Episcopo Paderbornensi paruit, translatum fuit, qui tamen thesaurus posteà *Erico* Ep. Paderb. cessit. Humanis tandem eximitur *Anno* 1127. postquam Româ redux, errorisque sui veniam impetrasset à Papa. Vir de cœtero indole humanus, modestus, pius qui cum Clericis chorum magis, quam Regis aulam amabat. Successit ei

Bernardus I. è nobili Dynastarum de Osede familia ortus. Sub hoc Episcopo *Anno* 1133. 3. *Calend. Julii* tertio major pars urbis & Cathedralis Basilica igne absumpta fuere, At *Bernardus* non minus, quam cœteri Episcopi magnis animis reparationem Basilicæ & urbis aggressus, intra decennium Basilicam multò elegantiorem è busto eduxit urbs quoque *Bernardi* industria & liberalitate adjuta brevi ex ruinis veteri suo splendori est reddita.

21. Tertium urbis Paderb. incendium.

Anno 1140. fundavit Monasterium *in Hardehusen* ordinis Cistertiensis in Diœcesi Paderbornensi, hisce temporibus Comes de Arensberg / deprædationes & incendia exercet in hac Diœcesi, sed aggressus à *Bernardo Ep. Anno* 1143. commissoque prælio cæsus, & Comes ipse interemptus occubuit. *Anno* 1142. Monasterium Virginum *S. Benedicti*, quod ante octennium in monte Iburg inchoaverat, in commodiorem vitæ sustentandæ locum in *Gerden* transfert. Hic laudatissimus Præsul primo statim sui Pontificatus, *Anno. scil.* 1128. cum *Widekindo* Comite Schwalenbergensi fundat & dotat Cœnobium *Marien-Münster* ordinis S. Benedicti. *Annoque* postea 1149. Monasterium ejusdem Ordinis Virginum in oppido *Wilbacensi* extruit & fundat; omnia in Diœcesi Paderbornensi, & adhuc hodiedum in optimo flore. Pie demùm senio confectus *Anno* 1160. moritur, & in *Hardehusano* à se condito monasterio sepultus,

22. Monasteria, Marien-Münster/ scil. Hardehausen/ Gerden & Wilbadessen fundantur.

postquam Diœcesin per 33. annos optimè rexisset, & successorem nactus

Evergisum, qui primo statim Episcopatus sui anno fundationem *Hardehusani* Cœnobii & donationes bonorum monasterio *Abdinghoff* factas confirmat. Sub hoc Episcopo *Anno* 1165. Civitas Paderbornensis à parte Occidentali ultra forum cum Ecclesia Forensi & Ecclesia *SS. Apost. Petri & Pauli Abdinghoff.* miserabiliter consumpta est. Humanis tandem, postquam *Anno* 1173. reditus *Busdorfiani* Collegii auxisset, ex *Gerdensi* Cœnobio attributis quibusdam decimis *anno* 1177. aliisque benefecisset, ac per 17. annos præclare Ecclesiæ præfuisset, *Anno* 1178. eximitur, succedente illi

23. Quartum urbis Paderb. incendium.

Sifrido Ecclesiæ majoris Præposito, qui singularis Cœnobii Hardehusani benefactor extitit *Anno* 1185. Decessorum suorum donationes Corbeiensi Monasterio factas confirmat, litesque inter quædam Diœcesis suæ monasteria ad invicem motas componit. Moritur demum *Anno* 1186. postquam 8. annos & aliquot menses Ecclesiam rexisset, & in Monasterio *Hardehusano*, uti vivus constituerat, sepultus est. Successit ei

Bernardus II. è familia de Dissede vel Osede, *An.* 1189 in hujus Episcopi manus Comes *Witikindus* de Waldeck Advocatiam Ecclesiæ Paderbornensis resignavit, pro qua benevolentia ab Episcopo, tradente Ecclesia ex thesauro suo 300. marcas auri accepit, quam postea Henricus VI. Imp. confirmavit *Anno* 1192. Canonicis in Bustorff / controversum prædium *Helmgeldere* adjudicavit, facultatemque dedit non modò eligendi Præpositum, sed & cum primario etiam Clero conveniendi ad electionem Episcopi. *Anno* 1195. *Bernardo & Dietmaro* Dynastis Buranis, postquam eos in clientelam suscepisset, facultatem condendi oppidi Burani dedit. Obiit *Anno* 1203. postquam Episcopatui 18. annis præfuisset; Præsul certè ex tot donationum tabulis in Clericos religiosissimus. Surrogatus ei

24. Canonicis in Bustorff. datur facultas ad electionem Episcopi conveniendi.

Bernardus III. ex nobili Osedorum stirpe progenitus. Inter primas Episcopatus sui curas controversiam super Castro *Desenberg* prope Warburgum, ex quo Witikindus Corbeiensis Abbas multa sibi damna illata esse à superiori Episcopo querebatur, singulari transactione composuit. *Anno* 1209. *Gerdense* monasterium Virginum ab infesto Advocato Henrico Comite de Swalenberg feliciter liberat, illudque sequenti anno insignibus prædiis & bonis adauget. Sub hoc Episcopo 1215. *S. Dominicus* instituti sui vitæque leges ab *Innocentio III.* Pontifice petit, & ab *Honorio* III. confirmantur. Hujus Ordinis primi Ductores fuere *Henricus* Teutonicus & *Jordanus* Saxo, viri doctrina, religione atque vitæ sanctimonia ea tempestate celebres, quorum primus ex oppido Montis Martis nunc *Stadberga*, alter *Borgentrica*, Diœcesis Paderbornensis, progeniti. Hic Episcopus *anno* 1223. Civitatem *Brackelensem* cum Castro Hinnenburg ab Abbatissa Herisiensi acquisivit, & Ecclesiæ Paderbornensi incor-

25. Ordo Dominicanorum instituitur, & eorum primi Ductores ex Diœcesi Paderb.

corporavit. Eodem hoc *anno V. Calend.* 1. *April* humanis eximitur gesto per 10. annos Episcopatu, & successit ei

26. *Oliverius* Canonicus Paderbornensis, & Scholasticus Coloniensis, natione Saxo; hic *anno* 1226. ab *Honorio* III. Pontifice Romæ tum temporis præsens in Cardinalium numerum adscitus, præclaro sane ejus cum elogio & testificatione virtutum. Sed non diu in hac dignitate superstes, altero enim anno cum ipso Pontifice *Honorio* III. extinguitur, postquam 2. annos Ecclesiæ Paderborn. præfuisset. In ejus locum electus est

Oliverius Episc. Paderbornensi. fit Cardinalis.

Willebrandus è familia Comitum Oldenburgensium Præpositus Hildesiensis. Hic *anno* 1227. cum Friderico Imp. in Italia absens eligitur seu postulatur in Episcopum *Ultrajectensem*, missique desuper à Canonicis Trajectensibus Legati Romam à Gregorio IX. Pontifice translationem à Paderbornensi ad Ultrajectensem petituri. Hic Episcopus fortiter obstitit dissolutioni claustri & communis vitæ, quam Canonici Paderbornenses postulabant, dicens, fas sibi non esse, communis vitæ institutum, quod à tot ante se pissimis Episcopis acceperat, primum laxare. A successore tamen paulò post impetrarunt. Decessit demùm *Zwollis anno* 1223. Pontific. Paderbornens. *anno* 2. Ultrajectensis *anno* 8. Trajectum deportatus, & in templo *S. Servatii* tumulatus est; succedente illi in Paderbornensi Ecclesia.

Bernardo IV. Comite Lippiensi. Hic rexit Ecclesiam ipsam annis 28. Et sub hujus Episcopi initia in Ecclesia Paderbornensi adhuc observantia regularis inter Canonicos ejusdem Ecclesiæ viguit, posteà verò sub eo immutatio de regulari observantia ad Statum Canonicorum sæcularium facta est. *Anno* 1238. Geismariæ, quod in finibus Hassiæ est oppidum, & intra jurisdictionem Episcopi Paderbornensis erat, Templum PP. Franciscanorum magna hominum frequentia solenni ritu consecravit. *Anno* 1243. hic Episcopus vetus cum Cenomanis Episcopis & Canonicis sacrum fraternitatis fœdus, quod à *D. Liborii* translatione convenerat, cum Paderbornensibus renovavit, quare & hoc anno à *Gaufrido* Cenomannorum Episcopo præstantes *S. Juliani* reliquias novo ejus collegio dono impetravit. Tandem postquam omnibus ferè monasteriis in sua Diœcesi Paderb. liberaliter benefecisset, & ultimo anno instituti Monasterii *Hothusani* confirmationem ab *Innocentio* IV. Pontif. impetrasset, *anno* 1246. è vivis excessit, Præsul certè, qui magna omnium ordinum concordia & bona cum vicinis pace Ecclesiam administravit; successit ei

Simon pariter è Comitibus Lippiacis, & ante Præpositus Paderb. Hic primò statim Anno *Saltzkottenam*, suæ Diœcesis oppidum, vallo muris & fossis circumcinxit, translatis in illud tribus adjacentibus villis *Habringhusen*, *Vilhusen & Hohenrod*. Hoc indignè ferens Archiepiscopus Coloniensis, utpote qui intra Ducatum Westphaliæ munitiones sine suo assensu pati noluit, hanc civitatem rursus muris denudare curavit, quæ res demum *anno* 1254. in publicum bellum exarsit, in quo *Simon* Episcopus captus, & ad *Conradum* Archi Episcopum deducitur, qui ipsum ad biennium in libera custodia detinuit. Sub hoc Episcopo familia Asseburgica à Duce Brunsvicensi ob rebellionem pulsa *anno* 1256. in Diœcesin Paderborn. deducitur. *anno* 1257. hic Episcopus ab *Alexandro* IV. *Pontif.* arces & fortalitia in sua Diœcesi construendi facultatem non obstante contradictione Coloniensis Archi-Episcopi impetrat. Inde 1. *Junii* 1260. celebrem conventum Præsulum ac Nobilium ministerialiumq; suæ Diœcesis habuit *Warburgi*, in quo Consulibus ac Civibus potestatem fecit muniendi urbem, includendique novam partem urbis, quæ superiori in descensu montis subjecta est, & ad Dimolam fluvium porrigitur, idque se ob fidam hactenus operam ac merita indulgere profitetur. Ab eo tempore vetus & nova civitas in unum Reipublicæ corpus, unumque munimentum coaluit, magnumque semper Diœcesis præsidium in ea fuit adversus finitimorum Hassorum aliorumque hostium incursus, ex quo à *Dodecone* Comite olim urbs illa cum Castello è *Comitatu Warburgensi Meinwerco* Episcopo donata cessit. Denique post plurima hinc inde in Monasteria collata beneficia, cœteraque præclarè gesta *an.* 1277. 6. *Jun.* ad superos migravit, gesto in 33. annum Episcopatu; successorem accepit

27. Simon Ep Paderb. fit captivus Archiepisc. Coloniensi.

28. Episcopus Paderbornensis accipit jus construendi fortalitia.

29. Hujus rei effectum primò obtinuit Warburgum propugnaculum adversus Hassos aliosque hostes.

Ottonem Rittbergensem. Hic multa cum civibus Paderbornensibus gessit bella; unde accidit, quod cum ipsi castrum novum Newhauß sedem Episcopalem igne devastaverant, & post hoc quadam die ad implendum fossata ejusdem convenissent, Episcopus *Otto* cum fidelibus suis manu forti irruit super eos, & commisso prælio de Civibus occisi sunt plusquam quingenti, quorum cadavera in plaustris ducebantur in civitatem, & in una fossa magna sepulta jacent. Hic Episcopus *anno* 1281. non minus laudabili pietatis opere ordinis *S. Dominici* Religiosos in Diœcesin evocavit, sedemque *Warburgi* in veteri ad Dimolam ac celeberrima Diœcesis civitate capere jussit, attributo illis loco, & vitæ subsidiis *Chron. Mind. Annal. Colmar.* pro firmando autem ibidem hoc ordine parochialem Ecclesiam B. Virgini sacram, medioque inter vetus & novum oppidum loco sitam, religiosis viris attribuit; Parochianis ad Ecclesiam novi oppidi translatis, conjunctisque in unum Parochiæ cœtum, tradito illis penes fundo, qui continetur inter murum novi oppidi & murum *Bernam* locum dividentem à veteri oppido, vulgò der Mönches-Berg / & Berna das Brennthor / hodie dicuntur, prout hæc omnia in literis fundationis hujus Episcopi de *anno* 1283. Paderbornæ datis plenius patent. Quam fundationem FF. Ord. Prædicatorum *in Vinea B. M. V.* dictam Warburgi *Honorius IV. Pontif.* solenni Bulla anno 1286. confirmavit. *Rudolphus I. Imp.* hunc Episcopum in Diplomate de dato *Erfurt VII. Idus Anno* 1290. in quo duas ipsi munitiones construendi facultatem concessit, *Principem* intitulat, Huma-

30. PP. Dominicani Warburgi introducuntur.

31. Rudolphus I. Imp. Episc. Paderb.

nis

Principem intitulat. nis demum præclarissimus hic Episcopus eximitur *an.* 1307. postquam 30. annos Ecclesiæ præfuisset. post hunc duo Electi Episcopi, inter quos tamen, sed non diu, prævaluit

32. Warburgensium privilegia confirmantur. *Guntherus*, Comes Swalenbergensis, hujus licet facta in obscuro jaceant, unum tamen suppetit exemplar literarum, quibus utrique oppido *VVarburgensi* confirmat Privilegia. Quod signatum est *VVarburgi* 1. *Jul.* 1309. Tandem bonus hic Præsul paulò post molesto æmulo Episcopatum ultrò cessit, utpote senio confectus, qui ex privata vita, quam ex Episc. dignitate atque onere multò securius in mortem ire maluit, successit ei æmulus

Theodoricus, Dynasta de Isseren. Hic Anno 1313. necessitate pressus reditus Episcopales oppidi Saltzcottani accepta certa pecuniæ summa oppignoravit Bernardo Kreuet / militi & Dapifero suo ejusque filio Joanni, simulque Bodoni de Scelen Ministeriali suo, retento interim oppido & oppidi judicio. *An.* 1317. *Joannes XXII.* Pontifex facultatem concedit Cœnobio Virginum Ord. Cistertiensium in *VVormelen* prope Warburgum recipiendi bona virginibus jure patrimonii debita. *An.* 1320. sub hoc Episcopo non leve certamen fuit Warburgensibus cum Nobilibus & Castrensibus, quorum vita prædis & agrorum populationibus alebatur; nam lacessiti Warburgenses perpetuò ab his ex Desenberga in conspectu urbis posita, & horum nobilium Prædonum receptaculo. Demùm vexati satis Warburgenses prodiere in campum equitum peditumque vexillis, & Duce eorum *Joanne Geismario* Consule Civium, militaris ingenii & intrepidæ mentis viro, occurrentem Nobilium conglobatorum aciem cum prædatorio milite in planitie ad Desenbergam ingenti clade affectam in fugam compulêre. Perstat in hunc diem nobilis claraque Geismariorum familia, de urbe sua non minus, quam religione Catholica præclarè promerita. *Chron. Warb. M.S.* Moritur demùm hic Episcopus, postquam utriusque Warburgensis oppidi Privilegia, quæ Superiorum Pontificum liberalitate obtinebat, novis rursum tabulis instaurasset, & Ecclesiæ suæ annis 12. præfuisset, *An.* 1321. succedente illi

33. Warburgensium prælium cum Nobilibus & Castrensibus Duce Geismario.

34. Warburgum & Brakelena potentiores Diœcesis Paderb. civitates. *Bernardo V.* Comite Lippiensi; Hic primo statim sui Pontificatus anno, vicinos Comites & Nobiles sibi addictos devinctosq; ut haberet, allaborabat, quorum ope postea eodem anno obluctantem sibi urbem Paderbornensem obsidet, & ad deditionem cogit. Hinc Anno 1322. ut duas potentiores suæ Diœcesis Civitates *Warburgum & Brackelenam*, arctius in societatem belli pacisve obligaret, utrique vetera Privilegia confirmavit. Anno 1332. Castrum *Beverunganum* medio loco inter Heristallum vetus & castrum Blanckenau ad Visurgim cœptum est in fundo dotis Ecclesiæ Beverunganæ. Dringenbergense quoque castrum fundavit hic Episcopus. Humanis tandem An. 1340. eximitur hic egregius Præsul post laudabilissimè administratum in 20. annum Episcopatum. Non omittendum hîc ex *Meibom. rer. Germ. tom.* 1. *c.* 68. *p.* 284. quod huic Episcopo *Bernardo Anno* 1321. homagium præstiterint Principes, Comites & Nobiles sequentes: *Landgravius Hassiæ, ratione castri Schovenberg, & castri Dreidenborg & Sylvæ Reinersvvalt, Henricus Comes de Waldegge, Hermanus Comes de Everstein, Gualtherus Comes de Svvalenberg, Comes de Retberg, Comes de Ravensberg, & Bartholdus Dynasta Buranus.* Eòdem quò hic Episcopus moritur annò Civitas Paderfontana denuò miserandum in modum igne conflagravit. Successit ei 35. Quintum urbis Paderb incendium.

Balduvinus Dynasta Steinfurdensis qui *Benedicti XII. Pontif.* autoritate Paderbornensi imponitur Cathedræ. Hic Anno 1341. Castrum *Bredenborn* ab Abbate Mariæ Monasteriensi titulo donationis Ecclesiæ suæ acquisivit. Anno 1343. Diem conceptionis B.M.V. per Civitatem & Diœcesin Paderb. tanquam summum festum celebrari instituit, & existentibus eo die in divinis officiis Canonicis, & aliis in ipsa Ecclesia Paderbornensi beneficiatis, distributionem pecuniarum dari disposuit. *Meibom rer. Germ. tom.* 1. *c.* 68. *pag.* 285. *Anno* 1350. hic Antistes suæ Ecclesiæ magnam Comitatus *Svvalenbergensis* partem adjecit, eoque anno Dynastiam Oldenburgensem oppignoratam accepit, datis trecentis marcis denariorum. Anno 1351. controversiam inter Canonicos Huxarienses & Rectorem ædis B. V. ad Visurgim hic Episcopus *pro Pontificali autoritate in loco Paderbornensi & jurisdictione, quam in eo oppido Paderbornenses Episcopi, antiquo jure obtinent, interpellatus composuit. An.* demùm 1361. senio confectus moritur, postquam anno præcedenti coadjutorem sibi *Henricum de Spegel* Abbatem Corbeiensem adlegerat, qui & successit ei

36. Festum conceptionis B.M.V. jam Anno 1343. Paderbornensi in Diœcesi celebratum.

37. Pars Comitatus Svvalenbergensis Ecclesiæ Paderb. acquiritur, & Oldenburg. ei oppignoratur.

Henricus Spegelius ex vetusta Dynastarum de Spegel familia, eaque stirpe quæ Desenbergiorum appellatur â monte Desenberg / *Caroli M.* expugnatione claro. Abbatiam Corbeiensem in spiritualibus & temporalibus simul administravit circa hoc tempus Anno 1364. Urbium Hanseaticarum societas originem habet, aut magno saltem numero florere cœpit, ad quam ex Diœcesi Paderbornensi spectabant *Paderborna, Warburgum, & Brakelena. An.* 1370. hic Episcopus Marescallus Ducatus Westphaliæ â *Cunone* Archiepisc. Coloniensi constituitur. *An.* 1374. *Bernardus Simon, Joannes & Henricus* Fratres & Nobiles de Büren huic Episc. paternam suam hæreditatem vendiderunt, ad quem actum quintum quoque Fratrem *Bertholdum* Monachum in Werthinensi ad Ruram cœnobio adduxerunt. *An.* 1377. *Carol. IV.* Imp. Paderb. ingressus, ab Episc. Clero & Civibus magnificè exceptus tractatusq; ad triduum in urbe. Obiit deniq; 1380. eòdem die S. Benedicto sacro, quo Corbeiæ monachum induerat, gesto per 19. annos Episcopatu. Successorem nactus

38. Urbium Hanseaticarum societatis origo.

Simonem II. Comitem Sternbergicum. Nomen huic familiæ adhæsit ex arce Sterneberg, quæ Comitum sedes superest inter Blombergam & Rintelenam oppida. Comitatus hic complexus *Barenberg, Uffelen*, cæterosque pagos & vicos, quo nunc una alterave Satrapia continetur, similis Lippiensium Comitum antiquitus fuit, ante

39. Comitatus Sternebergicus feudum est Ecclesiæ Paderb.

quam feudis Paderbornensis Ecclesiæ increscerct. Totus hic Comitatus feudum est Ecclesiæ Paderbornensis, qui morte Joannis postremi Comitis ad Schawenburgicos Comites ex pacto transiit, & his extinctis ad Ecclesiam Paderbornensem recidit, de quo Comitatu adhuc hodiedum in Judicio Imperiali Aulico lis est. *Anno* 1382. Dynastæ Burani dimidiam partem castri feudum agnoscunt Paderbornense, renunciantque juri, quod habebant in Castro & perfectura *Wunnebergensi*. *Anno* 1388. Episcopus hic

40. Simon Episc. Paderborn. telo confossus.

multis bellis, præsertim bello Hassico implicitus, multa debita contraxit, postea eodem hoc anno cum propriis Vasallis, qui ad arcem Brobeckianam homines, pecora & prædas rapiebantur, bellum aggressus, & arcem hanc obsidione cinxit, sed dum ipse pugnantibus se miscet, propiusque ad arcem succedit, telo ex arce rebellium manu emisso trajectoq; in inguina lethale vulnus accepit, deinde post mensem anni sequentis 25. *Jan.* extinctus est, postquam Ecclesiam rexisset annos 8. menses 6. dies 10. Successit ei

41. Rupertus peste in obsidione Padbergensi extinguitur.

Rupertus, Juliæ & Montium Dux, hic simul *anno* 1387. electus erat Episcopus Pataviensis, sed dum inter utriusque Ecclesiæ electionem diu fluctuaret, *Fridericus Padbergius* homo ferocis ingenii flagitiosæque vitæ cum asseclis suis Ecclesiam & Diœcesin Paderbornensem miserandum in modum dilacerat, quē tandem aliosq; rebelles *an.* 1392. ad obsequium reducit, sed dum *anno* 1394. hi tumultus resuscitarentur, Episcopus aliorum fœderatorum Principum armis subnixus arcem Padbergensem obsedit, in qua obsidione pestis per castra serpere cœpit, qua Episcopus *Rupertus* 28. *Jun.* extinguitur, eique suffectus

Joannes, Comes de Hoia. Hic adjutus aliquorum ope Padbergiorum motus & insolentias comprimit. Hic *anno* 1399. deserto Paderbornensi Episcopatu, transiit ad Hildesiensem, jam antea *Gerhardo de Monte* Hildesiensium Episcopo cognatoque suo Coadjutor delectus, approbante Pontifice, hæc dum Romæ negotiarentur & ibidem innotesceret Ecclesiam Paderbornensem vacare, *Bertrandus de Arvassanis* Italus Patria Ferrariensis Episcopatum Paderbornensem à summo Pontifice impetrat, sed *Paderbornam* veniens rejicitur, & in hujus locum electus erat

VVilhelmus, Dux Montium, cujus electionem postea *an.* 1401. *Bonifacius IX.* Pontif. comprobavit, revocatō in Italiam *Bertrandō*. Hic dum *an.* 1402. Diœcesis suæ administrationem adiisset, jussu fratris sui à præfecto Ravensburgensi *Henrico Oer* noctu capitur, sed paulò post interpellata Cæsaris & Pontificis autoritate liberatus est.

42. Comites Lippienses præstant Episcopo Paderb. juramentum fidelitatis. Bodecense &

Anno 1407. Comitem Spegelbergicum & Hammelenses bello vincit, Fœdus cum pluribus Principibus init, & Lippienses oppugnat, quos anno 1408. ad præstandum juramentum fidelitatis cogit. Anno 1409. Monasterium *Bodecense* Canonicarum virginum, utpote vagæ pravæque vitæ in monasterium Canonicorum Regularium convertit. Anno 1410. Archiepiscopus Coloniensis & Comes Cliviensis Diœcesin Paderbornensem infestantes à Delbrugensibus cæsi repelluntur. An. 1412. magna rebellio civium & Capituli Paderbornens. contra hunc Episc. surrexit, quæ usq; ad annum 1416. continuavit, donec *Theodoricus Morsanus* Archiepiscopus Coloniensis solenniter in urbem & Diœcesin Paderb. admittitur, exauctorato *VVilhelmo*, qui postea An. 1416. sponte Episcopatu abit, & *Theodorici* neptem uxorem deducit. Episcopatum ergo obtinuit dictus

Theodoricus Morsanus Archiepiscopus Coloniensis. Hic anno 1429. dirutum dissolu- 43. Dalhemense cœnobia reformantur

tumque *Dalhemense* Cœnobium Virginum Diœces. Paderb. in Monasterium Ord. Canonicorum Regularium, non secus ac Wilhelmus antecessor dissolutum Bodecense Canonicarum Virginum collegium commutarat, in ejusdem Ordinis Canonicorum Regularium Monasterium convertit. Hic Episcopatum Paderbornensem cum Coloniensi conjungere molitus erat, quam in conjunctionem *Martinus V. Pontif.* jam consenserat, sed melius edocto Pontifice, res non venit ad effectum sub hoc Episcopo Anno 1442. *VVarburgenses* quendam *VVilhelmum Klenkium* 44. Warburgenses feliciter pugnant, & ex captivorum Lytro urbis suæ debita persolvunt.

Prædonem cum magnis copiis agrum eorum depopulantem ingenti clade afficiunt, & tot captivos ex iis accipiunt, ut ex horum lytro in unum congesto Warburgenses omnia urbis debita exsolverint, & turrim, quam Saxonicam dixēre, perpetuæ ignominiæ monumentum exstruxēre. *Chron. Warburg.* Humanis demùm eximitur *anno* 1463. postquam Archiepiscopatum Colon. per 49. & Paderbornensem Episcopatum per *an.* 47. bene administrasset; successit ei

Simon III. è Comitibus de Lippia. Hic magna cum Landgravio Hassiæ diu gessit bella, & *an.* 1470. Spiegelios ex Desenberg, qui tum temporis potentes erant, & Diœcesin hinc inde infestabant, in castro hoc obsidet, & eo adegit, ut gratiam Episc. implorarent, & castrum sibi darent, quod tamen ex post iis denuò in feudum reddit. Sub hoc Episc. *an.* 1480. Ca- 45. Canonici Paderbornenses debent esse nobiles.

nonici Cathedralis Eccles. Paderb. decernunt, nullum deinceps in suum Collegium admittere, nisi nobili genere natum, quod decretum *Sixtus IV.* Pontifex quoq; approbavit. *Anno* 1488. primarium & munitissimum suæ Diœcesis castrum *Dringenbergense*, amœno in colle & loco ad ipsum oppidum Dringenbergam situm, novis ædificiis & munitionibus instaurare cœpit, annoq; sequenti administratione Diœcesis se abdicans, & eam in *Hermannum* Hassiæ Landgravium Archiepisc. Colonienſ. transtulit, vitam privatam in restaurato à se castro *Dringenberg* agere incipiens. *An.* 1490. Nobilis Asseburgorum familia fundavit Monasterium monialium S. Augustini *in Breda* 46. Bredense cœnobium fundatur.

prope Brakel, quam fundationem postea Simon Episc. singulari diplomate confirmat. Sub hoc Episcopo *anno* 1494. ultimus Pyrmontii Comes *Mauritius* moritur, & Comitatus hic Ecclesiæ Paderb. tanquam feudum apertus fuit, de quo postea inter varios variæ lites exortæ sunt. Moritur demùm hic Præsul *Anno* 1498. postquam 36. annos Ecclesiæ præfuisset, & ante Canonici Paderbor. ipso consentiente *anno* 1496. Hermannum

mannum Archiepiscopum Coloniensem Coadjutorem elegissent.

Hermannus Landgravius Hassiæ Archiepiscopus Coloniensis, qui cum Antecessoris sui Senis & Valetudinarii vices per decennium gessisset, & Ecclesiam tot annis rexisset, obiit *an.* 1505. 27. *Sept.* eique successit

Ericus, ex familia Grubenhagensi Dux Brunsvicensis Princeps optimus, qui cum utilissimè præfuisset annis 24. obiit *an.* 1532. *die* 21. *Maji.* Huic surrogatus est

Hermannus, ejus nominis secundus, Comes à Wedda, hic cum novationes quasdam in Ecclesia hac præ manibus haberet, in Episcopatu commorari diu non potuit, itaque anno regiminis 15. eo privatus est *anno* 1547. Huic successor datus

Rembertus à Kersenbrock Eques Westphalus, qui 21. annis Diœcesin tranquillè administravit. Decessit *anno Christi* 1568. 12. *Feb.* in hujus demortui locum inauguratus est

Joannes Comes Hoiensis Princeps doctus & expertæ industriæ, qui non diu præfuit. Extinctus est *Anno Christi* 1574. 5. *April* cum per sex annos rexisset. Huic successit

Salentinus, Comes Isenburgicus Elector Coloniensis, sed triennio exacto munus suum resignavit *Anno* 1577. 5. *Sept.* huic Canonici substituerunt

Henricum, Ducem Saxo-Lauenburgensem, is tenuit clavum Reipubl. usque ad annum *Christi* 1585. 20. *April.* quo die extinctus, & successorem accepit

Theodoricum seu *Theodorum* à Furstenberg. Hic Diœcesi difficillimis temporibus per annos 33. *menses* 6. *dies* 28. præfuit, tanta cum laude, ut optimorum Præsulum nulli secundus habeatur, restituit religionem Catholicam, ære alieno Ecclesiam liberavit, auxit vectigalia, duas arces Principales *Neuhusium & Wevelsburgum* exstruxit, reliquas collabescentes refecit oppignoratas re-
47. Academia Paderbor. fundatur. cuperavit, Paderbornam rebellem compescuit, Collegium & Novitiatum S. I. cum Academia publica instituit, Ædis Cathedralis Canonicos, & universa Diœcesis Monasteria non uno annuo censu locupletavit, & egenis hominibus perpetuam eleemosynam largitus est. Obiit *Anno* 1618. 4. *Dec. ætatis suæ* 71. Paderbornæ in choro Cathedralis Ecclesiæ sepultus, ubi sumptuosissimum ex mero nigro & albo marmore Mausoleum in ejus memoriam extructum videmus. Ejus Symbolum: *Judicium melius posteritatis erit*, fama post obitum superstes approbavit. Successit illi

Ferdinandus è Ducibus Bavariæ Elector Coloniensis, Episcopus simul Leodiensis, Hildesiensis, & Monasteriensis, hic similiter difficillimis temporibus, scilicet in tricennali bello Suecico Ecclesiæ Paderanæ tanta dexteritate & solicitudine præfuit, ut hanc non solum, sed & alias sibi concreditas Ecclesias salvas & inconcussas periculosissimo tum temporis rerum statu non sine admiratione conservaverit, cui demùm *anno* 1650. vita functo surrogatus est

Theodorus Adolphus L. Baro à Keck. Vir præstanti ingenio, doctrina, & magnarum rerum usu præditus, perque omnes dignitatum gradus ad Episcopatū evectus, afflictissimam Provinciam singulari tum religionis tum prudentiæ laude administravit, ædem Cathedralem ara maxima, tholo, sacello, ornavit, arces Diœcesis suæ Suecico bello vastatas & exustas majorem partem restituit, templum Virginum Capucinarum exstruxit. Collegio Canonicorum primariæ hujus Ecclesiæ anniversarium in sui memoriam & optimi Pastoris exemplum successoribus imitandum reliquit, piè ut vixit def. 3. *Calend. Feb.* 1661. postquam Ecclesiæ præfuisset annos 10. *m.* 2. *d.* 28. & vixisset *an.* 59. *m.* 7. *d.* 13. In hujus locum suffectus

Ferdinandus, Liber Baro de Fürstenberg Canonicus Hildesiensis, Paderbornensis & Monasteriensis, natus *Bilsteinii* 1626. 21. *Oct.* ex post *Alexandri VII.* Pontif. Cubicularius intimus *an.* 1661. 20. *Aprilis* dum Romæ versatur, absens eligitur 30. *Maji*, confirmatur 6. *Junii* in urbe à Cardinale *Julio Rospiglioso* postea *Clemente IX.* consecratur, & 4. *Octob.* Paderbornæ inauguratur Episcopus & Princeps Paderb. *an.* verò 1667. 19. *Julii* eligitur, & *an.* 1668. 30. *April* confirmatur Coadjutor & Successor Monasteriensis. Princeps certè omnibus animi atque ingenii dotibus ornatissimus, summusque Literarum Patronus pariter & Cultor. Quot & quanta Monasteria & Templa Præsul hic egregius in & extra Diœcesin suam Paderb. vel in totum de novo exstruxit, vel pro magna parte restauravit, patet ex inscriptione sui nominis & tituli cuique loco affixa; recensentur autem loca omnia in *Monument. Paderb.* (quorum Auctor est hic Princeps) *ad finem.* Præter alia de novo Paderbornæ extruxit templum & Monasterium Franciscanorum strict. observ. ibidemque templum & Monasterium Capucinorum. Demùm Literatissimus hic Princeps 26. *Junii* 1683. doloribus calculi extinguitur, & apud Franciscanos in Templo à se condito tumulatus, post quam Paderbornensi 22. & Monasteriensi Ecclesiis 4. in circa annis *suaviter & fortiter* (ejus symbolum) præfuisset; eodem adhuc *an.* 15. *Sept.* à Canonicis Paderb. in hujus locum electus est

Hermanus Wernerus Liber Baro de Wolff Metternich, in Gracht, Decanus antea Paderbornensis modernus laudabilissimè regens Episcopus. Princeps sane, secundum ejus symbolum, *providè & justè* Reip. clavum tenens, utpote qui à Diœcesanis & subditis suis incessanter *Pater Patriæ* exclamatur. Monasterium & templum Virginum congregationis S. Ursulæ auf der Pader de novo extruxit, portas urbis Paderborn. imò ipsam civitatem magnis sumptibus egregiè fortificavit. Sed quid ulterius? Princeps est, & Pater Patriæ. Quem Deus T. O. M. in suorum solatium, & Reipubl. incrementum in omni felicitate in seros usq; annos illæsū conservet.

Refertur de cætero Episcopatus Paderbornensis ad Circulum Westphal. & includitur hodiedum Brunsvicensi Ducatu, Landgraviatu Hassiæ, Waldeccio, Marcano & Lippiensi Comitatu; nam olim, uti ex antiquis docu- 48. Episcopatus Paderbornensis

hodierni & antiqui fines. mentis compertum, *Moguntino*, *Coloniensi* *Monasteriensi*, *Osnabrugensi*, *Mindano*, & *Hildesiensi* contiguus, utque extra ditionem ad utrumque Ecclesiasticum & Seculare Episcopi & Principis sui imperium spectantem & tum variorum descriptionibus tum tabulis Geographicis satis cognitam, in *Westphalicum Archiepiscopo Coloniensi subditum*, & *Brunsvicensem Ducatum*, *Principatum Hassiæ & Corbejæ*, *Comitatum Waldecensem*, *Lipptensem*, *Ravensbergensem*, *Sternbergensem*, *Pyrmontanum*, *Spiegelbergensem*, *Eberfteinensem*, *Homburgensem*, *Ritbergensem & Dynastiam Schonebergensem* late porrectus, alios ex his totos, alios verò majorem partem, aut non modicum eorum tractum intra fines Diœcesis, sive jurisdictionis Ecclesiæ comprehendit. Unde propter amplitudinem necesse fuit, plures in iis Archidiaconales sedes constituere, inter quas insigniores habitæ Horehusana sive *Eresburgensis*, *Huxariensis*, *Hervvordiensis*, *Detmoldiensis* *Lemgoviensis*, *Helinghusana*. Minimè igitur in monumentis Paderbornensibus aliena censeri queunt, debentque Variana clades, Saltus Teutoburgicus, prælium Caroli M. apud Dethmoldiam, Eresburgum, & Brunisberga, cum loca nunquam alterius, quam Paderbornensis Diœcesis fuerint. *Monumen. Paderb. pag.* 8. & 7. ubi *pag.* 21. in specie de Variana Clade sequentia habentur. Si itaque in mediis Germaniæ finibus inter Rhenum & Visurgim in Teutoburgensi saltu, propè Amisiam Luppiamque amnes, ultimos Pructerorum, Alisonem, aram Drusi & tumulum Varianarum legionum duce Arminio à Cheruscis, Bructeris, Marsis & conterminis gentibus Variana Clades sit facta,

49. Variana clades in Diœcesi Paderbornensi facta. certum & manifestum est, alium ejus locum assignari non posse, quam medium Paderbornam & Dethmoldiam inter, ubi omnes expressos à *Vellejo*, *Tacito*, & *Dione* clarissimè repræsentat situs. Duo præterea rivi *rubeus* & *osseus* sive *Rodenbecke* & *Knockenbecce* per Senæ desertum Saltui Teutoburgiensi proximum defluentes: ille ab aquis sanguine infectis, hic ab injectis ossibus appellatus: ubi ossa humana diversi generis arma & numismata, in quibus *Julii Cæsaris Octavii* Augusti imagines atque inscriptiones agnosci potuerunt, reperta, magni cum Romanis initi prælii memoriam conservarunt: & demùm non Westphali tantùm & Paderbornenses Scriptores, verum etiam plurimi externi hæc omnia affirmant, uti *Cuspinian. in Aug. Lazius L.* 1. *comment. Reip. Rom. c.* 8. *Lindenbroch. in histor. Arminii. Lipsius in Tacit. Serrar. L.* 1. *rer. Mogunt.* pluresque alii.

50. Ecclesiæ Paderborn. Benefactores. Inter Ecclesiæ hujus Primarios Benefactores celebratur præprimis *Dodeco* Comes, qui Comitatum suum *VVarburgensem*, ut supra jam notavi, *Meinvverco* Episcopo donavit, quorum nomina in Diplomate sic enuntiantur. *VVartberg*, *Rainlefessun*, *Erungen*, *Radi*, *Radi in superiori VVurmlahun*, *Rothem*, *Gararnetti*, *Rodvvardeshusen*, *Illandehusen*, *Silihem*, *cum agris cultis & incultis*, *silvis*, *aquis aquarumque discursibus*, *pratis*, *pascuis*, *nec non cum utriusque sexus mancipiis*, & *cum omnibus ad hæc loca pertinentibus appendiciis*. Quam donationem non tam *Henricus II. anno* 1021. sed & *Conradus Impp.* peculiari quisque Diplomate roborarunt. Hic Tractus vulgò die Warburgische Börde ob optimum fundum quem habet, & ob indefessam in eo elaborando incolarum diligentiam cum sit fertilissimus, facile totius Diœcesis Paderb. potissima & nobilissima pars esto. Posteriori ævo pars Comitatus Stoppelbergensis, Comitibus circa annum 1312. extinctis Diœcesi accessit.

Pyrmontanum Comitatum ab acidulis celebrem, de quibus *Henricus de Hervordia in Cod. MS. de temp. memor. ætat.* 2. *cap.* 112. sic discurrit: *In VVestphalia quoque juxta oppidum Lude Diœcesis Paderb. fons est, qui dicitur* Sacer Fons, *de quo si quis pronus biberit in faciem ejus exilit, & quasi expergi videtur. Ibidem est & alius fons, qui dicitur* Fons Bulliens, *iste quasi quadratus est de* 4. *lateribus æqualibus; quolibet latere forte* 12. *pedum existente, & fundus subter rubens ad pallorem declinans, nihil in ipsum influit nec effluit, sed continuè bullit & sonorè, sic quod ad jactum balistæ potest audiri. Propter ampullas magnas & viscosas in ipso jugiter elevatas & disruptas perpetuæ est bullitionis*; cum Spiegelbergiorum Comitum, ad quos post Sualenbergios delapsus est, stirps defecisset, *Rembertus* Episcopus Paderbornensis sibi titulo caducitatis vindicare omni ope quidem contendit, sed hæreditate Spiegelbergiorum ad Lippienses, & ab his ad Gleichenses devoluta, quibus itidem priori seculo extinctis, Waldecii Comites eam adière, cum quibus Episcopus *Ferdinandus* Furstenbergicus anno 1668. ita pepigit, ut Pyrmontium penes Waldeccios, excepta Civitate *Lude*, maneret, in casu autem deficientium masculorum ad Episcopatum deveniret. 51. Comitatus Pyrmontanus & de acidulis ibidem.

Porrò Diœcesis Paderbornensis tam uberes passim aquarum perennium venas habet, ut nullam facilè regionem tot amœnis, dulcibus, & copiosis fontibus putem irrogari. Aquis dulcibus præter Pyrmontium, abundant Brackela, Smechta, & Driburgum. *Brackelenses* non adeò celebrantur, *Smechtanas* singulariter commendat *Tabernæmontan. in suo aquar. thesaur. cap.* 59. quarum idem fecit experimentum. *Driburgenses* ut aquæ copia excellunt, ita salubritate ac præstantia neutri cedunt. De quibus *in Monum. Paderborn.* hæc habentur: *Ad Acidulam Driburgensem, salubritate medendisque corporibus nobilem, commodius hauriendam, educta humido solo arboribusque consita, ad deambulandum via, & fontis celebritati & publicæ utilitati consuluit.* Fusius has acidulas *Bernard. Rottendorff. Med. in Epist. ad amic. Anno* 1668. 27. *hac super re datas* commendat. 52. Acidulæ Smechtanæ & Driburgenses.

Primariæ hujus Episcopatus Civitates & loca sequentia hodiedum sunt. *Paderborna* totius Diœcesis Metropolis, quæ à Paderæ fontibus inibi scaturientibus supra satis lau- 53. Civitatis Paderbornensis descriptio.

laudata, inter alias Germaniæ urbes hæc notabilis, insignis, fortissima & optime munita est, penes magna, præpollens, & populosa, habens Cathedralem Basilicam, quæ nulli in Germania, quoad intrinsecam structuræ & raritatis elegantiam absolutè cedit, habet præterea Ecclesiam Collegiatam in Bustorff ad formam templi Hierosolymitani extructam, Abbatiam S. Benedicti in Abdinghoff famosam satis, duas, præter Cathedralem, ad *S. Udalricum* & *S. Pancratium*, vulgò die Gau- und Marckkirch Ecclesias Parochiales, Collegium PP. Societatis JEsu, cum Splendidissimo ante annos non ita multos à *Ferdinando Furstenbergico* extructo sumptuoso templo. Monasteria & Templa Franciscanorum strictioris observantiæ, & Capucinorum, Cœnobia & Templa Virginum Capucinarum & Congregationis S. Ursulæ auff der Pader rc. De cætero Civitas immediatè subest Episcopo, habet duos Consules, tot Camerarios, & suos Senatores. Post hanc primas obtinet

54. Civitatis Warburgensis antiqua & hodierna facies.

Warburgum, seu *Variburgum*, *Serar. lib. 3. rer. Mogunt. notat. 29.* vel ut alii *Vari Castrum*, quod in literis Paderbornensium *anno* 1434. ad Concilium Constantiense exaratis, sic describitur: *Duo oppida Warberg Paderbornensis Diœcesis in se contigua, per muros distincta, unum videlicet oppidum novum, aliud antiquum cum ejus Castro & duobus suburbiis, magna, fortia, insignia, murata, populosa, & bene munita, in quibus sunt 4. Parochiales Ecclesiæ ab intra & extra, & aliàs in ipsis pene 24. beneficia sine cura pro clericis inibi deservientibus, & antiquitus consuevit esse Comitatus magnus, & adeò Oppidum est insigne, quod sufficeret pro erectione unius Cathedræ Episcopalis, & habet duos Magistros Civium, & duos Consulatus unumquodque ipsorum per se.* Ex quibus hujus laudabilis Civitatis antiquæ & hodiernæ faciei apparet differentia: Nam hodie præter alia privilegia, adhuc habet jus primæ Instantiæ, jus gladii, sed restrictive, jus piscationis in præterfluente fluvio Dimola, jus Venationis in circumjacenti territorio, cuicunque civium competens. Regimen Politicum seu status Civicus talis hodie est: Duo sunt ibi Consules. Duo Proconsules, vulgò Weinherren; tot Camerarii, & ex quoque oppido quatuor Senatores, quorum quisque suum sibi habet assignatum officium publicum, & hic Senatus, utpote ex veteri & novo oppido constans omni semianno in puncto præcedentiæ alternat. Parochiales Ecclesias etiamnum non nisi duas habet, unam in Veteri *B. Mariæ Virginis Visitatæ*, alteram in novo oppido ad *S. Joannem Baptistam*; habet tamen adhuc alia templa, seu Capellas, quæ hodie non ita veniunt in considerationem; Sacellum tamen *S. Erasmi* in Monte, vulgò auff der Borg in magna tam Diœcesanorum quam extraneorum hodie sancta est frequentatione. Hæc Civitas olim multas habuit familias nobiles seu Patritios, de quibus inter cæteras adhuc vigent Familiæ *de Geismar*, *de Hiddesen* & aliæ. Pertineba quoque olim hæc Civitas ad fœdus Hanseaticarum Civitatum, prout patet ex Matricula Imperii ab *Anno* 1521. usque ad *annum* 1577. Warberg ist anno 1545. und 1551. umb 9. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach monatlich zu Roß 3. zu Fuß 13. thut an Geld 88. fl. zu Unterhaltung Käyserl. Cammergerichts jährlichen 30. fl. Hanc sequitur

55. Diœcesis Paderbornensis primariæ Urbes & oppida.

Bracklena, quæ similiter olim fœderi Hanseatico annumerabatur; habet egregiam Ecclesiam Parochialem & PP. Capucini habent unum ibi Monasterium, *Neuhusium*, Neuhauß/ Episcoporum & Principum Paderbornensium Sedes magnifica. *Borcholte*, *Borgentrick*, *Driburg*, *Nyhem*, *Steinheim*, *Vœrden*, *Saltkotten* à Venis Salis ibi scaturientibus celebris, è quibus sal non solum pro usu hujus Patriæ, sed & pro vicinis hinc inde decoquitur, *Lipspring*, *Buren*, *Peckelsheim*, *Beverungen*, Lichtenaw/ Kleinenberg/ Lude in Comitatu Pyrmontano, *Herstel* olim sedes Episcoporum in ripa Visurgis, *Dringenberga*, *Wevelspurgũ* vetustissimum ab Hunnorum Germaniam devastantium memoria Castellum, à Friderico Arnsbergæ Comite instauratum ac munitum, à Comitibus Waldecensibus ad Ecclesiam Paderbornensem translatum, à Dynastis Buranis tum beneficii tum pignoris loco diu possessum, à *Theodoro* Episcopo Paderb. recuperatum, & à fundamentis extructum, à Suecis incensum, à *Theodoro Adolpho* Ep. Paderb. majori ex parte restitutum est. Omnia hæc Oppida notabilia, pulchra, murata & benemunita sunt, aliqua eorum quoque satis magna & populosa; habet penes 20. incirca Vogteias & Castella, 16. Monasteria & plusquam 60. parochias.

56. Episcopatus Paderb. Officiales hæreditarii.

Episcopus Paderbornensis suos quoque habet Officiales hæreditarios, inter quos munus *Mareschali* præcipuum est, tenetque id *Dominus à Spiegel* jure perpetuo, partes verò suas post solennem novi Principis introitum in Cænaculo scipionem manu gestans explet, & præmii loco equum cum phaleris, quo vectus fuit Princeps, accipit. *Princernatus* item penes *Spiegelios* est, quorum uni incumbit in festivitate illa potum Episcopo ministrare & prægustare, cujus operæ mercedem dolia omnia exhausta vel relicta capit. *Magistri Aulici* officium *Nobiles ab Haxthausen* obtinent, & Cænaculum, ac quidvis huc pertinens instruendi provinciam habent. *Camerarii* sive *Janitoris* munia *Nobiles à Schiller*, ad Conclave Principis stantes, & ipsius mandata capessentes, obeunt; præterea in Curia feudali præsident, & à singulis Vasallis nonnihil auri argentique in privatos usus percipiunt. *Archimagyri* officium in familia *Equitum de Westphalen* hæret, quorum aliquis in solenni illo atque initiali epulo promus condus est, procurator peni, operæque pretium reliquias ciborum, & coria mactatæ pecudis habet.

Paradisus.

SUMMARIA.

1. *Descriptio Paradisi, & ejus loci.*
2. *De Ligno vitæ.*
3. *Quare Deus fecerit hominem, quam peccaturum sciebat.*
4. *De effectu & virtute arboris vitæ.*
5. *An arbor vitæ fuerit similis aliis arboribus.*
6. *An Paradisus terrestris adhuc hodie extet.*
7. *Legatio Adami ad Angelum custodientem Paradisum.*
8. *Descriptio abundantiæ & fructuum terræ sanctæ.*
9. *De avibus Paradisiacis.*
10. *Et de Regulo earum.*

DE Paradiso dictum aliquid *supra verbo Adamus.* Est autem Paradisus hortus voluptatis, sicut ait *Moyses Genes. cap.* 34. *Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formaverat.* Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu & ad vescendum suave. Et Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde dividitur in 4. capita. Nomen uni *Phison*, & nomen fluvii secundi *Gehon*, nomen verò fluminis tertii *Tygris*. Fluvius autem 4. ipse est *Euphrates*. Gravissimi Scriptores volunt per duos primos fluvios intelligi *Gangem* & *Nilum*, qui tamen remotissimi sunt à Tygri & Euphrate. Nam *Ganges* oritur in Caucaso monte Indiæ, *Euphrates* & *Tygris* in montibus Armeniæ. *Nilus* ex lacu regni Congi, ut notarunt, qui postremis seculis ista loca lustrarunt. S. Augustinus dicit: Gangem & Nilum è terrestri Paradiso profluere, sed subterraneis cuniculis & montibus abscondi, usque dum locis jam dictis erumpant, idque Dei consilio, ad occultandum Paradisum, qui non procul à Mesopotamia extiterit. Ejecti enim de Paradiso has regiones incolere cœperunt, uti arguitur ex eo, quia Cain habitavit in *Eden*, circa Mesopotamiam & Paradisus utique constituendus est, ubi sunt Euphrates & Tygris, qui reperiuntur in Mesopotamia. Quibus accedit, quod Paradisus haud longè remotus sit à Juda, quia tradunt Patres Adamum peragratis aliquot Regionibus in Judæam venisse, ibique decessisse, & in monte Calvariæ sepultum, ubi & Christus Dominus crucifixus est. Cur in Oriente decuerit Paradisum constitui, tradit *D. Thomas lib.* 3. *de cæl.* hac allegatâ ratione: *quia credendum est, quod in nobilissimo loco totius terræ extiterit; cum autem oriens sit dextera cœli, ut patet per Philosophum, dextera autem nobilior est, quam sinistra, conveniens fuit, ut in orientali parte paradisus terrenus institueretur à Deo.* Addit locum esse nunc ab hominum habitatione seclusum impedimentis vel montium, vel alicujus æstuosæ Regionis, quæ pertransiri non possit, *& ideo scriptores locorum*, inquit, *de hoc loco mentionem non fecerunt; quamvis, ut dicitur, Henoch & Elias in eo habitent.* Quando autem & Paulus in paradisum raptus legitur, paradisum hunc paradisorum, seu cœlestem, vocat Augustinus. *Arbitramur*, inquit, *illuc raptum esse Apostolum, & ibi esse paradisum omnibus meliorem, & si dici oportet, paradisum paradisorum.*

1. Descriptio Paradisi & ejus loci.

Si quæratur, quale fuerit *lignum vitæ in medio paradisi?* respondeo literali historiæ insistendo, arborem fuisse vivificam, quatenus vitam præstare poterat longævam, eamque à morbis est senii vitiis, immune reddere. Fuitque vis utique ista naturalis, velut medendi vis in aliis fructibus, plantis, & herbis; Unde & post Adæ peccatum deperdita non est: sed protoplasti à Paradiso exclusi, ne fructu arboris vescerentur, & in perpetuum viverent. Neminem igitur (ô quanta felicitas!) in innocentiâ persistentem lædere quidpiam in paradiso multòque minus corrumpere potuisset; Contrà actionem quippè elementorum pugnantium, consumptionemque humidi radicalis, arboris fructus medelam dedisset; Deique tutela hominem undique vallâsset, munisset, protexisset. Quoniam verò & arbor vitæ activitatem nonnisi limitatam, cœterorum adinstar agentium naturalium, exercitura fuisset, longè verisimilius est, esu hominem indiguisse, per temporum intervalla frequentando. *Quamvis ergò, secundum corpus terra esset*, inquit Augustinus, *& corpus, in quo creatus est, animale*, id est, obnoxium, quantum de se, contrariantibus Elementorum incursibus, *gestaret; tamen si non peccâsset in corpus, fuerat spiritale*, quemadmodum tale, *mutandus, & in illam incorruptionem, quæ fidelibus ac sanctis promittitur, sine mortis periculo transiturus.* At enim, *alienatus* idem protoplastus à *vitâ*, sicut alibi prosequitur S. Doctor: *Non solùm quam fuerat, si præceptum servâsset, cum Angelis accepturus, sed ab illâ etiam, quam ducebat in paradiso, felici quodam corporis Statu, separari utique debuit à ligno vitæ.* Hæc ita tradit *R. P. Fibus in demonst. Tripar. c.* 3. §. 9. ubi porrò examinat, *quomodo Adam in Paradiso positus, legatur*, quomodo *Lapsus Adami contigerit, quare Deus fecerit hominem, quem peccaturum sciebat*, ut Manichæus apud S. Augustinum sciscitabatur, quæ indagatio curiosa est, & videtur ingredi in arcana Dei consilia.

2. De ligno vitæ.

Ad quam itaque respondit Augustinus: *Quia & de peccante multa bona facere poterat, ordinans eum secundum moderamen justitiæ suæ, & quia Deo nihil oberat peccatum ejus.* Ita est, nil oberat, quantum ex parte Dei, at quan-

3. Quare Deus fecerit hominem, quem pec-

catorum sciebat? quantum ex parte hominis, *omnino vellet is*, inquit Bernardus: *Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire: Vult ergò Deum non esse Deum, quod est immortalem ad mortem deposcere:* Urgere instabat Manichæus: *Si eum Deus faceret, ut non peccaret*, reposuit S. Doctor: *imò hoc ipse faceret, sic enim factus est homo, ut, si nollet, non peccaret. Non admitteretur, inquiunt Diaboli ad ejus mulierem; Imò ipsa Diabolum ad se non admitteret. Non fieret*, inquiunt, *mulier. Hoc est dicere, non fieret bonum, quia & ipsa utique aliquod bonum est, & tam bonum, ut Apostolus eam viri gloriam dicat. Iterum* dicunt, *quis fecit Diabolum? se ipse, non enim natura, sed peccando Diabolus factus est, vel ipsum*, ajunt, *non faceret Deus, si eum peccaturum esse sciebat. Imo quare non faceret, cum per suam justitiam & providentiam multos de malitia ope Diaboli corrigat: Aut forte non audistis Apostolum dicentem: quos tradidi Sathanæ, ut discant non blasphemare? & de ipso dicit Apostolus ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, Angelus Sathanæ, qui me collaphizet; Ergo inquiunt: bonus est Diabolus, quia utilis; imo malus, in quantum Diabolus: Sed Bonus & Omnipotens Deus, qui etiam de malitia ejus multa bona & justa operatur.* Hactenus S. Augustinus *citatus à P. Fibus qui §. 10. & 11. usque ad 13.* multas quæstiones de peccato Originali, de peccati vomite, concupiscentiaque carnis, pravis motibus, peccatique natura resolvit.

4. De effectu & virtute arboris vitæ. Sed redeamus ad arborem Vitæ, de qua *R. P. Pererius in Genes. lib. 3. cap. 2. disp. de arbor. vitæ* dixit, fuisse Lignum vitale & vinificum, quod miram vim atque naturam, non solum ad vitam hominis conservandam, sed etiam perpetuandam haberet, & velut quodam immortalitatis genere donandam. Quia Longissimam homini vitam tribueret, instar multarum vitarum, quas nunc homines agunt, quia potens erat producendi vitam hominis ad 3. vel 4. millia annorum, quam Longitudinem non solum Adamo, sed omnibus ejus posteris, si status innocentiæ permansisset, arbor ista suppeditasset, quia consumptum humorem naturalem, vi caloris fructus illius arboris resarciebat, & deperditum humorem naturalem, vel imminutum redintegrabat, ut nunquam debilitatus flaccesceret, tribuens vitam quietissimam, jucundissimam omniumque malorum expertem. Hinc dicitur hæc *arbor* posita *in medio Paradisi*, propter excellentiam & dignitatem inter omnes Paradisi arbores Principatum obtinens, vel quia erat in meditullio Paradisi, quod terra ejus loci aut excelsior aut felicioris esset fertilitatis, quo undique ab omnibus commodius adiri posset. *In supra cit. disput.* amplius disquirit *Perer.*

5. An arbor vitæ fuerit similis aliis arboribus? *quæst.* 1. an *arbor vitæ fuerit cæterarum arborum similis*, id est corporea & terrestris, an vero quippiam intelligibile & spirituale; sed respondet cum S. Augustino, arborem vitæ fuisse veram & naturalem arborem, ejusque vim & effectum fuisse, ab omni corruptione corporis, ipsaque morte hominem servare, quem effectum Deus cuilibet arbori poterat tribuere, differens tantum ab aliis arboribus secundum magis & minus, quia esset arbor singularis, & talis, qualis nulla ejus speciei vel intra Paradisum vel extra inveniretur.

Porrò *quæst.* 3. disquirit, an arbor vitæ verè largiretur homini vitam immortalem; & *quæst.* 4. an illa *vis arboris fuerit naturalis*, vel supernaturalis; & porrò prosequitur de arbore scientiæ boni & mali, quam quoque dicit fuisse naturalem & corpoream, quia ferebat fructus, qui ab homine poterant comedi. De loco & situ Paradisi dictum est supra, nec tamen per Paradisum intelligitur universa terra, uti quidam putabant, quasi in primæva conditione ac Statu suo Terra ob eximiam bonitatem amœnitatem & fœcunditatem tota fuerit quasi hortus quidam amœnissimus, & tanquam Paradisus, quia Moyses disertè dicit, Paradisum fuisse in regione *Heden* versus Plagam Orientalem, extra quem factus est homo, & postea introductus est in Paradisum, mox verò propter peccatum commissum, ex eo ejectus, posito ad ejus aditum custodiendum terribili Cherubino, unde clarè apparet, Paradisum de universo terrarum orbe intelligi non posse.

De Magnitudine verò Paradisi nihil certi dici potest, *Locus* tamen eximiæ fuit pulchritudinis & amœnitatis, nullo tamen tempore post Adamum ejectum à quopiam amplius inventus, licet non fuerit locus natura sua inaccessibilis, quia alias non fuisset opus ad arcendum hominem ab ejus introitu per tantam custodiam & munitionem avertere. Cur autem non fuerit quæsitus vel inventus, causa esse potest, quod locum illum infideles, fabulam putantes quæ de Paradiso traduntur, investigare non curarint: fideles verò, cum ex Sacris literis agnoverint, locum Paradisi adiri non posse, ejusque aditum homini esse interclusum, omnem investigandi operam inanem esse judicarint. Sed *P. Pererius* putat, Paradisum ideo inveniri non posse, quia diluvio perierit, & ideò *quæst.* 5. conatur refellere opinionem virorum Doctorum, qui Paradisum adhuc extare contendunt. Dicit enim, Paradisum terrestrem circa Mesopotamiam vel Armeniam, hæc verò loca hodieque comperta & nota esse, nusquam verò ibidem Paradisum reperiri, qui propterea in Diluvio è medio sit sublatus, quia *Moyses cap. 7. Genes.* tradit, omnes montes, qui erant sub Cœlo, aquis diluvii esse opertos, & consequenter etiam Paradisum eluvione obrutum & dissipatum. Quod vero *Enoch* dicitur translatus esse in Paradisum, *Eccles. cap. 44.* dicit *P. Pererius*, in textu Græco, non legi vocem Paradisus, sed præcisè dici, *Enoch placuit Deo, & translatus est, ut det Gentibus pœnitentiam.* Et hinc docere *Augustinum lib. 2. contra Pelag. cap. 23. sicut certum est, Enoch & Eliam nunc vivere, ita ubi nunc sint, an in Paradiso an alibi, incertum esse:* Et licet vul-

6. An paradisus terrestris adhuc extet hodie?

gata

gata translatio utatur verbo Paradisi, non tamen ex eo concludi posse, Enoch esse in Paradiso illo terrestri, sed quod significet locum, ad oblectandum hominem amœnissimum, ubi ducat vitam quietissimam, & jucundissimam. Nonobstante, quod multi de Paradiso à Moyse descripto id intelligant, inter quos est *Justinianus Martyr*, qui dixit *quæst.* 75. Paradisum illum terrestrem adhuc nunc extare, & permansurum ad diem usque judicii, in eo versari Enoch & Eliam, illuc esse ductum Latronem, cui Christus dixit in Cruce: *Hodie mecum eris in Paradiso*, in eundem locum deduci animas justorum hominum, non admittendas ad beatificam Dei visionem ante Diem judicii, ibique optatum illud tempus & gloriosam suorum corporum resurrectionem exspectare. Eadem tradit *Ireneus lib.6. advers. heres.* ibique addit: hunc esse Paradisum illum, ad quem raptus *Paulus*, ejusque sententiæ suffragatores laudat Presbyteros Asiæ, Apostolorum Discipulos. Eandem sententiam tenet *Tertullianus in suo libro de anima. Isidorus in lib. de Vit. & obit. Patriarch. & Magister Sententiar. lib.2. dist.17.* cum plerisque Theologis.

His omnibus reponit *P. Perer.* hanc esse sententiam in eo genere rerum, quæ, salva fide Catholica, in utramque partem possit tractari, quorum argumenta postea examinat, quod incompertum & incertum sit, an Enoch & Elias in illo Paradiso terrestri commorentur.

Nec *Divum Thomam* absolutè id affirmare, sed cum adjunctione, *ut creditur* vel dicitur, & *in 2. 2. q.64. art.2. & in part. 3. q.49. art.2.* docere, *Paradisum, tametsi à nullo habitetur, non tamen esse frustra*, de Enoch & Elia tamen nullam facere mentionem. *S. Augustinum contra Pelagium lib.2. c.23.* videri quidem significare Paradisum nunc existere in verbis: *Sunt nonnullæ quæstiones, in quibus, salva fide, qua Christiani sumus, aut ignoratur, quid verum sit, & sententia definitiva suspenditur, aut aliter quam est, humana & infirma suspicione conjicitur: veluti cum quæritur, qualis vel ubi sit Paradisus, ubi Deus constituit hominem, quem formavit ex pulvere, cum tamen esse illum Paradisum fides Christiana non dubitat; vel cum quæritur, ubi nunc sit Elias & Enoch, an ibi vel alibi? quos tamen non dubitamus, in quibus nati sunt corporibus vivere*: Per hæc tamen verba *Perer.* putat, Augustinum non affirmare, Paradisum illum terrestrem adhuc hodie extare, & sibi videri probabilissimum, Paradisum illum terrestrem generali diluvio esse destructum. Licet existimari prudenter possit, inundationem diluvii, ne in paradisum penetraret, à Cherubino illic posito fuisse aversam, ne locus tàm amœnus, & quo Adamus brevissimo solùm tempore gavisus est, sinè ullo alio usu & habitatione periisse dicatur, & alius locus incognitus Henoch & Eliæ assignetur, cum Deus & natura nil faciant frustrà.

Adjungo his omnibus, quæ legi in libello antiquissimo de legatione Sethi filii Adami, antequam moreretur, ad locum Paradisi, sequentibus verbis: Quand le terme fut passé, Adam engendra son fils *Seth*, qui fut tres-sage, & aymoit Dieu, quand il engendra Seth il auoit cent ans, & en de Dieu, afin que le monde multipliast: Il vesquit tant que sa vie luy ennuoit, & demeura au plus long-temps sans estre aucunement malade. Aprés qu'Adam eut demeuré, en ce monde l'Espace de cent ans, il cogneut Eve sa femme, & Engendra un fils à sa semblance, lequel il nomma Seth: Et depuis engendra plusieurs fils & filles, jusques à l'ange de huict cens-ans, puis is deuint fort vieil & debile, car le cours de nature, & fin de sa vie s'approchoit. Il appella son fils auquel Adam dit, *Seth* mon bien-aymé fils, il te convient aller parler à *l'Ange Cherubin*, qui est au Paradis terrestre, & Seth dit à son pere, que volontiers il feroit son commandement, Adone Adam luy enseigna se *chemin*, disant: Tu t'en iras par le val d'Oriental, par lequel ie suis icy venu, & passeras, par un chemin où l'herbe est cremée, sur laquelle i'ay esté quand ie vins en ce pays, & c'est par mon peché que j'ay commis? tu ne peus faillir d'y aller, & là tu trouueras deuant la porte un bel arbre, & aussi une grande flamme de feu. Il de faudra crier deuant la porte, & l'Ange viendra parler à toy, alors tu luy diras, que je t'enuoye, vers luy, & que je le prie qu'il m'envoye, de l'huille de misericorde, que Dieu me promit, quand il me mit hors du Paradis, & ne demeure que le moins que tu pourras.

7. Legatio Adami ad Angelum custodientem paradisum.

Quand Seth eut prit congé de son pere, il s'en alla par le val d'Oriental, & tant chemin a qu'il trouua le chemin que son pere luy auoit dit; lequel chemin le mena tout droict au Paradis terrestre, & quand il vid la flamme il fut fort émerveillé, & tout doucement il s'approcha de la porte. Quand il fut bien pres du feu, il commenca à crier l'Ange Cherubin: quand l'Ange l'ouyt, il luy demanda ce qu'il vouloit: Seth luy dit, Adam mon pere m'énuoyé par devers vous, & vous prie de luy énvoyer de l'huille de misericorde, que Dieu luy promit quand il le chassa hors du Paradis terrestre. Il mena Seth par tout le Paradis, où il vid plusieurs choses; l'Ange luy monstra l'arbre de vie, laquel estoit au millieu du Paradis terrestre, & vid ses quatre fleuves qui en sortoient, puis il vid sur l'arbre de vie un grand serpent, dont il eut peur, il regarda la pointe de l'arbre, & vid un petit enfant envelopé d'un drap; & aussi regarda le pied de l'arbre, & vid de dans les racines jusques au profond d'Enfer. L'arbre estoit si grand, & si merueilleux qu'il touchoit au Ciel, & vid dessus un enfant assis: l'Ange luy dit, que l'enfant qu'il auoit veu en l'arbre estoit Jesus Christ, lequel bien tost prendroit chair humaine en une *Vierge*, qui aura nom *Marie*, & souf-

& souffrira mort & passion en l'arbre de la Croix, pour racheter l'humain lignage, & que c'estoit l'huille de misericorde que Dieu promit à Adam, quand il le chassa hors de ceans, puis luy donna *trois grains d'une pomme du fruict de vie.* Car ainsi Dieu le vouloit, pource qu'Adam avoit mordu le morceau de la pomme: l'Ange luy dit, garde bien ces trois grains, & t'en va; Car quand tu seras vers ton pere, trois jours apres il mourira, puis tu l'ensevelira: & auant que de luy mettre la terre dessus, tu luy mettras ces *trois grains dedans sa bouche*, car par la bouche il pecha & par la bouche il faut qu'il soit racheté; Aussi par la femme il fut tenté, & par une femme il sera racheté. Il sleuera trois arbres de ces trois grains, lesquels porteront le fruict de vie, c'est à sçauoir, *JEsus Christ* en l'arbre de la Croix pour racheter l'humain lignage; Adonc Seth print congé de l'Ange Cherubin, & reuint vers son pere Adam: Et un de ses enfans, qui estoit allé à la chasse, tua Cain pensant que ce fust une beste sauuage.

Apres que *Seth* fut revenu du Paradis terrestre, il vint vers son pere, lequel il salua humblement, & luy conta les nouuelles que l'Ange luy auoit dites. Desquelles nouuelles Adam fut bien joyeux, puis le tiers jour Aadm mourut, il auoit à l'heure de sa mort neuf cens & trente ans. Quand il fut mort, Seth l'alla enterrer en la Vallée d'Ebron, & luy mit *trois grains en la bouche*, comme l'Ange luy auoit dit; Desquels trois grains sortirent *trois arbres* par la volonté de Dieu, & chacun arbre estoit d'une generation; à sçauoir, de *Palme*, *de Cypre*, *& de Cedre.* Aucuns disent que la Saincte Croix fut faicte de quatre bois, de Palme, de Cypre, Cedre, & d'Oliuier: Celuy arbre fut au mont d'Oliuet, lequel prend son nom des Oliuiers, les autres vindrent de la bouche d'Adam, & devindrent fort grands, non obstant que ces trois grains fussent tous d'un pommier, toutes fois ils tetterrent trois arbres differents: Car Dieu voulut demonstrer son miracle: l'arbre *du cedre* fut la *grande piece de la Croix*, le *Cypre* fut *le trauers*, & le plus odorant *la Palme* fut le titre où estoit estoit: *I. JEsus Nazarenus Rex Judæorum*: la mortoise du pied de la Croix fut d'Oliuier, quand Seth mourut il auoit neuf cents ans, & auoit engendre plusieurs fils & filles. Hæc in libello antiquissimo continentur.

8. Descriptio abundantiæ & fructuum terræ sanctæ.

Sed quia Paradisus non longè dissitus fuit à terra sancta, appono hic, quæ *Rev. P. Boussingault in Theat. Mund.* de abund. & fructibus terræ sanctæ tradit, sequentibus verbis: *La Terre Sainte a son air fort temperé: c'est un Excellent Païs, & tres fertil; il n'est ny trop chaud, ny trop froid.* L'on y voit, selon *l'Ecriture Sante, couler de tous côtez le miel, & le lait, c'est à dire toutes choses necessaires à la vie. Le froment qui croît en ce Païs; est de si bon goût, que ceux qui vont en Jerusalem, ne trouvent point, qu'en tout leur voyage ils magnent de meilleur Pain qu'en la Terre-Sainte. Ils ont des fruits qui se gardent toute l'année, même sur les Arbres; si bien qu'on voit fort souvent sur un même arbre, les fleurs, & les fruits: Ils ont de merveilleuses Pommes de Paradis, qui croissent en façon de Raisin, de la grosseur d'une moyenne Corbeille, si bien qu'on verra souvent cent Pommes qui s'entre-touchent comme les grains de Raisin, & chacune est grosse & grande comme un oeuf, & couverte d'une peau jaune fort epaisse, laquelle étant levée, on trouve un frut du tout doux, & tres-agreable. Cet Arbre ne dure que deux ans, au bout desquels il se seche, poussant toute fois de ses racines d'autres jettons: ses feüilles sont de la grandeur d'un Homme. Il y a plusieurs Vignes, qui produisent de fort bon Vin, & tres excellent. D'avantage, il y a force figues, Grenades, Oranges, Melons, Citrons, Limons, Olives, Dattes, & plusieurs autres sortes de fruits. Il y croît des Arbrisseaux qui portent le coton en abondance, de même que des cannes de sucre. Il y a quantité de belles Palmes, des Terebinthes, des Cedrés, des Cyprés, & des arbres qui portent le Baume; Comme aussi il abonde en Pistachiers, en Manne, & en Miel: Enfin ce Païs nourrit toute sorte de Venaison, de Gibier, & de Bêtes sauvages, & privées.*

Dans l'Abbaye de Sainte Croix, proche de Jerusalem, on entre par une petite porte de fer; & ensuite, dans une belle Eglise qui a son pavé à la Mosaïque, le haut, & la muraille peintes de figures de plusieurs Patriarches, Prophetes & Apôtres. Dessous le grand Autel de l'Eglise est un trou, où l'on dit que fut taillée la Palme pour servir de pied à la Croix de Nôtre Seigneur; Car l'on tient communément que la Sainte Croix étoit faite de quatre sortes de Bois; le pied de Palme, le corps de Cedre, le Travers de Cyprés, & le titre d'Olivier.

De avibus quoque Paradisi hic facienda est mentio, quas aliqui vocant *Manucodiatas*, alii Lufft-Vögel / quod pedibus careant, & in aëre habitare credantur, in *Moluccis* Insulis, ditissimo Europeorum Aromatopoleo, Cariophyllis, Cinnamomo, Ligno Paradisi, aliisque referto. Aves ipsas esse diverso pennarum dorsum tegentium colore, ut lusisse varietate specierum videatur natura. Quoad magnitudinem avium, *Cardanus* eas assimilat hyrundinibus, quamvis *Scaliger* putet Cardanum solum loqui de ave juvencula, eò quod Navigatores in Java Majori columbarum instar offenderint, & quod ipsemet quandam, maxima pica non minorem, ab amico acceperit. Pulcherrimâ avem Paradisi esse forma, variis literarum monumentis proditum est. Non idem omnibus est color, nec uno colore aliqua inter eas conspecta fuit. Aliis caput insigniter flavum & egregiè viride esse dicitur, qua- 9. De avibus Paradisiacis.

quarum alæ fusci, & corpus crocei feruntur coloris, aliæ candicare, adspersis maculis dicuntur, aliæ alia facie superbiunt. Pennas habent tenerrimas, speciosas, ac per Longiora filamenta multum deductas, caudam natura addidit longissimam, bifurcatam, ita ut ex Ouropygio duo nervi, filis sutoriis similes, pennis oblongiores prodeant. Avem hanc carere pedibus multi sustinuerunt, sed experientia contrarium docuit, & *R. P. Scotus in sua Phys. curios.* aves Paradisiacas pedibus instructas esse ostendit, prout in Gazophylaciis, Dresdensi, & Gottorpiensi id apparet, & testes auritos fecit oculatos. Error, quasi pedibus carerent, exinde videtur provenisse, quod anatomici, avem exenteratam, commoditatis ergò, sine pedibus mittere, eosque abjicere solent. Exinde etiam grandiores errores surrexerunt, quod rore has aves victitare, in aëre pendulas, pennis in *orbem* extensis, dormire crediderint: finxerunt naturam, velut providam matrem, fœminæ ventrem, dorsum masculo excavasse, ut ovis in cavo maris dorso depositis, commodè incubare & pullos excludere possint. Sed partim apinæ sunt affaniæque, partim meræ conjecturæ, dudum ab aliis profligatæ. Quod ad capturam attinet, *Clusius* de illis narrat, aves has turmatim, Rege Comite, volare, & siti laborantes, unam è caterva ad aquam, an morbida nec ne? explorandam mittere. Hinc insuper, ex nautarum relatis, addit: *Insulanos aquam hac ratione solere inficere, ad aves captandas. Conspicientes harum avium aliquam turmam prætervolantem, quo sese conferat, observant: atque ubi avem missam bibisse, & revolasse vident, illico venenum in eam aquam injiciunt, quam dum tota turma gustatum venit, inficitur, & sic præda fit. Sed etiam illas aves interdum sagittis peti solere: atque si contingat, illarum Regem interfici, illo cadente, reliquas aves, quæ in ea turma, simul cadere, & sese comprehendi finere, tanquam amisso Rege vitam retinere nolentes.* Ipse autem *Clusius* hoc fabulæ proximum judicat. Sed multi aliter sentiunt, putantes aves has non nisi demortuas colligi; Quod etiam oculati illius testis, cujusmodo mentio injecta est, calculo approbatur, cui ipsi Insulæ Bandæ incolæ pro certissimo narrarunt, se nunquam aves has vivas vidisse, certo autem anni tempore eas extinctas ibi locorum reperiri.

10. Et de Regulo earum.

Regem habent hæ aves, de quo varia narrat *Daniel Cruzman. in dissert. de avib. Parad.* ubi *sect.* 2. recenset *Musæum Gerhardinum*, in quo multa rara naturæ & artis spectatorum oculis exhibentur, dum ait: Præsto hic est Sylva Exotica amœnissima, ligno Cedrino, Cypressino, Rhodio, Petrifico, aliisque instructa: Epulas, ambulatiuncula confecta, instituere discupiunt? En mensam ibidem speciosam, quam ab ipso dixeris Apolline adornatam: Patinæ adsunt è China & Persia missæ, cultelli & cochlearia Turcica affabre concinnata: Panis ministratur ex Orientalibus & occidentalibus Indiis: afferuntur nuces Castaneæ & fabæ, quas India; Cancri, quas Portugallia mittit, bibere licet non auro tantum & argento, sed conchyliis variegatis, ovis Struthio-Cameli, nucibus Indicis, imo & ipso Rhinocerotis cornu, egregiis, regiis dicere volebam, poculis. Mensam secundam exornant multa, omnium maxime tamen *Rex Manucodiatarum.*

Sicut autem aves, aliæ sunt minores, aliæ majores, ita quibusvis peculiaris generis præfectus est Rex, & de majoribus Amstelrodami duos se vidisse tradit *Clusius*, ubi etiam color ejus describitur, & cauda inter omnes avium ordines conspicua. Constat enim illa pennis aliquot brevioribus, unam unciam sive pollicarem latitudinem longis, quæ adversa rufum, fuscum aversa parte colorem præ se ferunt. Ex *Ouropygio* ulterius: *Inter caudæ pennas binæ prodeunt, velut setæ equinæ, tenues quidem, firmæ tamen septem uncias longæ, colore nigræ, sed quarum extremitates ad unciæ longitudinem in orbem convolutæ, ab uno duntaxat latere, tenuissimis villis præditæ, qui prona parte coloris viridis saturæ splendentis & elegantis pene instar pennularum, quæ anatis feræ maris collum tegunt, magnam sane venustatem toto aviculæ corpori addentes, supina verò earum pars fusci coloris est.* Quamvis verò aliqui dicant solum Regulum inter aves Paradisiacas carere pedibus, prout narrat *Olearius lib.* 3. *itineris Indiani*, hæc tamen opinio exploditur, quia mutilum inter integros, imperfectum inter perfectos, Regem destinatum esse vix credi potest, cum potius natura, animantium reges, regio quodam dono præ cœteris semper nobilitet. Fuerunt quidem aves Paradisiacæ antehac rarissimæ, dum vix una aut altera pretio licet magno comparari potuit, extant tamen hodie in raritheciis, & adventantibus ostenduntur, Dresdæ & Gottorpii, nec non Gothæ, quamvis rarissimus inter has aves *Rex* sit, qualis vix unus ad nostras oras pervenit, cujus *caput nitidum, amabile rostrum, colores varii, quasi natura in iis luderet*, ut vix dexterrima ingeniosi pictoris manus exprimere possit: *gaudet rubedine insigni, ac oculos inspicientium detinente, superbit inde virore vivacissimo, ac Smaragdum vincente, nec ineleganti venter albedine tegitur*, idcirco pretiosissimus est, & secundum *Guillandinum*, etiam vulgaris avis in tanta veneratione est apud incolas, ut etiam se illa Reges ipsi in bello tutos esse existiment, quamvis in prima acie collocati fuerint, ita ut etiam Imp. Turcicus hanc avem suæ galeæ tanquam ornamentum addat.

De Paradiso plura videri possunt apud *Chasanæum in Catalog. Glor. Mund. part.* 12. *consid.* 4. ubi ait: aditum Paradisi post peccatum primi hominis septum esse undique Romphea flamma, id est, muro igneo, ita ut cum vertice suo cœlo pœne jungatur incendium. Cherubin ordinatum esse arcendis Spiritibus malis; flammam, ut homines submoveret, ne carni ingressus amplius pateat. Paradisum esse amœnissimum ex mirificis inse-

infectionibus, plantis & fragrantissimis aromatibus, ex vernantibus floribus, & temperatissimis ventis, & amænissimis avium cantibus. Propter altitudinem Paradisi aquas cadentes tantum facere strepitum, ut surdos faciant homines, ubi multa alia refert.

Parata Executio.

Vid. supra verbo Execution, & verb. Circulus.

Paria Vota.

Vid. supra *verbo Comitia*, *& verb. arbiter. verb. Majora.* Et infra *verb.* Reichs-Hoff-Rath *& verb. Vota, Votiren.*

Passau. Batavium.

SUMMARIA.

1. *De origine & situ Patavii.*
2. *Erchenfridus Episcopus.*
3. *Composita controversia inter Salisburg. & Passaviensem.*
4. *Præsules Passavienses abstinent à titulo Archiepiscopi Laureacensis.*
5. *Archiepiscopi Laureacenses.*
6. *Episcopi Passavienses.*

BAtavorum Cohors, sub Antonino Imp. habuit Castra in Vindelicis, ad lævam Æni ripam, qua is se in Danubium exonerat, locumque illum vocarunt eo tempore *Castra Batavorum*, & sine adjectione Batava. Hinc in Notitia Imperii legitur *Tribunus Cohortis novæ Batavorum Batavis.* Accolæ primum dixere locum *Battau*, ex quo postea factum est Passau. Neque verò est idem cum Poetovione Taciti, hoc enim est in Carnis ad Dravum amnem, diciturque hodie Pettau: cum istud nostrum sit in Vindelicis. Sunt qui existiment esse Ptolomæi *Birodurum*, quod vitiose apud Ammianum legitur Bolodurum, quo se Invanus amnis volvit in Danubium: Rectè, licet hodie simul atque alveo Æni, receptus est, infra oppidum Burckhausen, nomen deinceps amittat, nec suo, sed Æni nomine vocetur. Situs opportunitas, & trium amnium concursus effecerunt, ut plura hic oppida jungerentur. Primum ergò occurrit Æni stadium Instad: Inde Ponte ligneo, qui super Ænum fluvium sternitur, transmisso, offert se ipsum *Patavium*, Passau / in Promontorio peninsulæ. Sequitur postea Danubius, cui pons injectus urbem cum ripa adversa nectit, ædificiis turribusque egregie ornatam. In monte, quem B. Georgii dicunt, est Oberhusium, das Oberhauß/ arx & Sedes Episcopi. Sub quo oppidum Instadium, Ilsa fluvio discretum ab arce Episcopi, inferiore. Tres ergò amnes *Danubius, Ænus*, & *Ilsa* hic concurrunt. Danubius medius est, & Germaniæ quondam terminus. Is dextra recipit fluentem è Vindelicis Ænum, Juvavo auctum: Læva Ilsam, sive Ilissum, ex Germania adversa se in Danubium præcipitantem, ad pedem arcis Episcopalis. Porrò Ænistadium est ipsissimum Ptolomæi & Antonini Bocadurum. Suffragatur hic antiquus autor Vitæ Severini, qui Bojodurum ad dexteram ponit Æni labentis ripam. Suffragatur quoque hodierna vicini amnis appellatio, fluviolus enim inter portam & adjacens Severini fanum decurrens, seque Æno permiscens, *Bojetra* appellatur: Denique ædificia in Ænano oppido antiquiora etiam videntur, quam sint in Patavino. Porrò in Ænano oppido *templum est S. Gertrudis*, Patavii plura, unum *Cathedrale S. Stephani*, cui vicina est *Episcopi aula*, cum aula Capituli; Est & templum S. Pauli & S. Michaëlis, & S. Crucis: est etiam Occasum versus, extra Urbem, Monasterium S. Nicolai. Ita *Petrus Bertius de German. Urb. lib. 3. pag. 226. & sequ.* de hoc loco discurrit.

1. De origine & situ Patavii.

Jacob Wilhelm. Imhoff. in Not. Procer. German. lib. 3. cap. 14. sequentia de Episcopatu hoc Passaviensi tradit: Ecclesiæ Passaviensi seu Pataviensi originem dedit *Lauriacensis Archi-Episcopus*, qui inter quatuor sacras per Boicam sedes, primas obtinebat, & à Laureaco Norici Veteris oppido Metropolitano, ad Anasum amnem sito, dictus erat: istud ab *Attila* ferro igneque deletum, & deinceps restauratum, fluvii, quo alluitur, nomen accepit, idque hac quoque ætate servat; Sedem Metropolitanam autem inde *Juvaviam*, quæ nunc *Salisburgum* appellatur, transtulit *S. Rupertus*, auspice *Theodone* III. Boiorum Duce, qui in Pataviensi oppido, ad trium amnium, Danubii, Æni & Ilsæ concursum posito, & à Cohorte Batavorum, quæ sub Antonino castra hic loci habebat, dicto, *Episcopatum instituit*, seculo sexto ad finem vergente, eique præfecit *Erchenfridum*, tradita ipsi Civitate, jure proprietatis perpetuo possidenda. 2. Erchenfridus Episcopus. Usi sunt nihilominus Erchenfridi Successores titulo Archiepiscopi Laureacensis per longum temporis, memoratque *Hundius Metrop. Salisb. p. 121. & 122.* grave dissidium, seculo decimo inter *Heroldum* Salisburgensem Archiepiscopum, & Gerardum Laureacensem sive Passaviensem Præsulem, eapropter ortum esse; quod *Agapitus II.* Pontifex Romanus, tandem æqua transactione ita composuit, divisis in duas partes Noricæ regionis Provinciis, ut *Heroldo* Salisburgensi Occidentalis Pannoniæ cura & pastoralis custodia commissa esset; *Gerardo* verò, ejusque Successoribus, propter emeritam Laureacensis Ecclesiæ antiquitatem, Orientalis Pannoniæ regionumque adjacentium inspectio commendaretur, atque sic duo Metropolitani istis in oris essent. 3. Composita controversia inter Salisburg. & Passaviensem.

Eodem adhuc Seculo abstinuere Passavienses Ecclesiæ Antistites Archiepiscopi Laureacensis titulo, primusque, qui simplici axiomate Episcopi Passaviensis uteretur, *Christianus* 4. Præsules Passavienses abstinent à titulo Archiepiscopi Laureacensis.

stianus extitit, *An.*991. ad hujus Ecclesiæ clavum admotus.

Hinc *Otto III. Imp.* roboravit omnia privilegia hujus Ecclesiæ, & incorporationem Monasterii Crembs-Münster/cum omnibus pertinentiis, & Capellæ in Oetinga, & Abbatiæ in *Mathase*, exemitq; eum ac ejus Successores ab omni Ducum aliorumque potentium personarum servitio, præterea speciali dono, mercatum, monetam, bannum, telonium, & totius publicæ rei districtum ei contulit, tali tenore, ut Præsules omnem Rempublicam, hactenus ad Cæsarem in Pataviensi Civitate pertinentem, haberent, & firmiter intra Civitatem & extra tenerent. *Idem Hund. ibid. p.*125. Aucta deinceps Diœcesis diversis prædiis, imprimis autem, ditione *Viechtensteinia*, quam Conradus Comes de Hall & Wassenburg in Palæstinam iter facturus, *Ulrico* Episcopo *an.*1218. pretio mille marcarum tradidit; postea verò mutato consilio, ejus restitutionem postulavit. Præsulique renuenti bellum intulit; quod ab utriusque heredibus ac Successoribus continuatum, ita demum transactum est, ut persoluta à Rudigerio, qui tum Episcopatui præerat, certa pecuniæ summa, integer Comitatus penes Diœcesin pleno jure permaneret, *Hund. ibid. p.*134. *& de famil. Bavar. p.*152. Patavium autem urbs est Episcopalis, hodie ac Episcopi prima quidem sedes fuit *Laureaci*, urbe Norica, uti jam dictum, ad confluentes Danubii & Anasis, qui nunc vocatur *Ens*, 12. à Patavio milliari, unde Archiepiscopi Laureacenses auditi, quorum seriem *Bertius* talem suppeditat.

Archiepiscopi Laureacenses.

1. Laurentius missus à S. Petro Apostolo.
2. Florianus.
3. Gerardus.
4. Eucharius.
5. Quirinus.
6. Maximilianus, qui impetante Numeriano Imp. martyrio affectus est, quod esset Christianus, nec vellet sacrificare Marti, *A. C.* 289.
7. Constantius.
8. Theodorus, acerrimus adversus Arianos Orthodoxæ sententiæ propugnator.
9. Erchenfridus, qui factus est *Episcopus Patavinus*. Erchenfrido successit adhuc Laureaci Othecarius, hinc Viphilo, ac postea Bruno, circa annum Christi 654. Sub hoc autem conjunctus est Archiepiscopus Laureacensis Episcopatui Patavino. Hinc sequentes Episcopi sunt Passavienses.

Episcopi Passavienses.

Erchinfredus. Huic Theodoricus III. Bavariæ Dux, imperante Heraclio Patavium donavit. Fuerat autem Erchinfredus Decanus Laureaci.

Viphilo, sub quo Patavina Ecclesia reformata est, misso illuc Bonifacio, à Gregorio III. ob. anno 745.

Sidonius, qui de baptismo contendit cum Bonifacio.

Wisericus, qui anno 768. interfuit Synodo Provinciali celebratæ in inferiori Bavaria Didgenfini, ad Isaram flumen.

Waldericus, an. 775. huic Carolus Magnus multa donavit.

Hattò, an. 807.

Runharius, qui Moravos ad Christum convertit.

Winechindus. Hic an. 894. ab Arnulpho Imperatore dono accepit Patavium, cum omnibus proventibus, ex Cancellario Imperatoris factus est Episcopus. Intercessit huic cum Diethmaro Salisburgensi Episcopo contentio.

Anno Christi 899. Wiphilo, deleto ab Hunnis & Avaris Laureaco, cum Clericis suis concessit Patavium, atque illic fixit sedem Episcopalem. Hinc ergò Episcopi Patavienses etiam dicti sunt Archi-Episcopi Laureacenses.

Adelbertus anno 945. hic cum Salisburgensi Episcopo ita transegit, ut ad illum Austriæ, ad se Hungariæ, Moraviæ, Slavoniæ, & Mysiæ Ecclesiarum inspectio pertineret.

Pilgrinus, an. 971.

Altmannus Saxo, anno Christi 1165. absens, quum esset in itinere Jerosolymitano, electus est. Quum autem Henricus IV. Imperator acriter cum Papa Gregorio VII. disceptaret de conjugio Sacerdotum, qui omnes ita viventes excommunicavit, sequutus, & hic partes Pontificis, eos, qui in Patavina Diœcesi mariti essent, ejecit. Sed ejectos restituit Cæsar, omnesque contra sentientes proscripsit; Atque hæc semina fuerunt atrocis belli inter Henricum Cæsarem, & Rudolphum Suevum. Papa enim Cæsarem rejecit, & Episcopis auctor fuit, ut Rudolphum eligerent Imperatorem; Ille ergò armis adversus Dominum suum sumptis, Germaniam turbavit. Sed victus prælio, amissâ dextrâ, deploravit serò Pontificis & Episcoporum incitationem. Altmannus autem profugus Romam abiit, & illic in præsidio & tutelâ Papæ latuit. Tandem tamen reversus, obiit Gotuici, anno Christi 1092. in Monasterio à se condito. *Bertius loc. cit.*

Theobaldus, an. 1165.

Wolfgerus, an. 1189. hic cum Friderico Barbarossa in Asiam profectus est, vastante intereà ditionem Patavinam Comite ab Ortenberg.

Ulricus Comes à Dischèim, anno 1216.

Rudingerus an. 1233. à Legato Papæ ad Episcopatum evectus, propter suspicionem conspirationis cum Friderico II. Cæsare posteà abdicatus est.

Bertholdus. Hic quum adversos haberet cives Ducemque Bavariæ, ope Regis Bohemorum in Bavariam, postea in Urbem ipsam penetravit: Feudum Austriæ, & Styriæ à Diœcesi Pataviensi transtulit in Othocarum Regem Bohemiæ, venditum quater 1000. marcis argenti.

Otto à Lomsdorff, anno 1254. hic dissidium inter Clerum & Ducem Bavariæ composuit.

Petrus,

Petrus, electus anno 1266. posteà etiam provectus ad Archi-Episcopatum Salisburgensem, interfuit Concilio Viennensi, anno 1267.

Bicardus à Polheym. an. 1280.

Godefridus, 1283.

Bernhardus à Prombach. an. 1285. fundavit Cœnobium Cistertiense Angelocellam.

Albertus Saxoniæ Dux Anno Christi 122.

Gotfridus, Baro à Wiseneck in Styria.

Albertus, Baro à Winckel in Austria Anno 1392. hic bellum gessit cum civitate.

Georgius ab Hohenloe Anno Christi 1388. contrà quem electus fuit Rupertus, Dux Bergensis; cum ergò bellum ob Episcopatum ortum esset, Pontifex partes dissidentes sic reconciliavit, ut Comes ab Hohenlohe Pataviensi, Rupertus Padebornensi Ecclesiæ præesset. Fuit autem Georgius in magna gratia apud Cæsarem Sigismundum, à quo etiam factus est Imperii Cancellarius.

Leonhardus à Lanying, Bavarus, hic æmulum habuit Henricum Flokel juris Canonici Doctorem, cum autem arbiter ab utroque electus esset Archi-Episcopus Salisburgensis, cessit tandem Henricus, Leonhardus verò non tam precibus, quam muneribus Episcopatum retinuit. Certamen postea habuit cum Canonicis, qui etiam Viennam commigrârunt, & census Capituli omnes interceperunt, atque adeò ipsum Romæ apud Papam accusârunt. Sed Archi-Episcopi Salisburgensis autoritate res tandem composita est.

Ulricus à Nusdorff, anno 1451. à Ladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege cum 500. equis, & quatuor curribus deauratis, ad Carolum Galliæ Regem missus est, petitum filiam ejus Magdalenam Sponsam Regiam. Sed dum Romæ de pactis dotalibus disceptatur, deque delendis in Bohemiâ Hussitis, moritur Pragæ Ladislaus, Ulricus verò re infecta domum redit.

Fridericus, Comes de Oetingen, electus anno 1486.

Christophorus Schachnerus, electus anno 1490. hic bona Episcopalia egregiè uxit.

Vigilerus anno 1500. sub Pontifice Alexandro VI.

Ernestus, Dux Bavariæ, electus anno 1517.

Wolfgangus Comes à Salen anno 1540. Latinè, & Græcè insigniter doctus. Bibliothecam auxit.

Urbanus à Trenbach Bavarus. Hic primarium urbis templum S. Stephano sacrum fastigio magnifico, splendidoque instruxit. Idem quoque Palatium Episcopale restauravit, auxit, & turri ex solo structa ornavit. Ex hac turri, tanquam ex specula, patet in Danubium, Æmum, Ilzam, urbesque subjectas, Bojodurum, Patavium, Ilistadium, prospectus.

LEOPOLDUS, Archidux Austriæ, qui prædecessori suo Urbano à Threnbach, anno 1598. Coadjutor additus; hoc ad seculum reverso, successit

Leopoldus Wilhelmus, similiter Archi-Dux Austriæ, qui multos præterea Episcopatus simul habebat; & hoc mortuo

Carolus Josephus, itidem Archidux Austriæ è fratre nepos anno 1662. successit, & post hunc in tenerrima juventute humanis exemptum.

Wenceslaus, Comes à Thun, anno 1664. electus est, & cum etiam ille 6. Januarii 1673. naturæ debitum persolvisset, successit

Sebastianus, Comes à Poetting, qui hodiernum immediatè præcessit, Sebastiano autem 16. *Martii* 1689. vitam cum morte commutante, eodem *anno* 25. *Maji* electus est

Joannes Philippus è Comitibus de Lamberg, modernus laudabilissimè regens Episcopus & Princeps Passaviensis. Genus ducit ex Illustrissima & antiqua familia Carinthiaca olim Baronum nunc Comitum de Lamberg, cujus Genealogiam *Gabr. Bucelinus part. III. German. suæ* deduxit inde à *Volcardo* qui circa *annum* 1261. vixit Patrem habuit Celsissimus *Joannem Maximilianum* Comitem à Lamberg Supremum Aulæ Cæsareæ Præfectum *anno* 1682. 12. *Decemb.* vitâ functum. Matrem *Juditham Rebeccam* Comitissam de Würbe & Freudenthal. Avum *Georgium Sigismundum* Baronem de Lamberg. Aviam *Joannam de Scala* ex celebri Scaligerorum Veronæ Principum gente oriundam. Hodie non tantum Sacræ Cæsareæ Majestatis intimum Status Consiliarum, sed & ejusdem Principalem ad Comitia Ratisbonensia Commissarium summa cum laude agens, & ante annos non ita multos ab Apostolica Sede in Collegium Cardinalium solenni pompa assumptus est. Huic ergò Eminentissimo Præsuli in tanto dignitatum & honorum fastigio Longævam vitam pro continuandis suæ Cæsareæ Majestatis salutaribus officiis, omnemque felicitatem impertiri dignetur Altissimus.

De cætero *Ludov. Morery in suo Dictionar. Historico. verbo* Passau de hoc loco ita scribit: Le Danube, & les deux rivieres d' Inn & d'Ill, divisent la Ville en trois parties, que l' on nomme Passau, Ilnstadt, Innstadt. On trouve des perles dans la Riviere d' Ill; & cette pesche est reservée à l' Empereur, & à l' Electeur de Baviere. Passau est une Ville Imperiale & libre, sous la protection néanmoins de son Evêque qui tire du païs environ quarante mil écus de revenu. Ses places fortes, sont Obernberg, qui à un bon Château, & un Péage sur la riviere d'Inn: & Ebersberg, Château, & Bourg sur la riviere de Traun, en la Haute Aûtriche. Heiss, *Histoire de l' Empire, liv. 6.* Descriptio Civitatis Passaviensis.

Cette ville est célebre par la *traité de Passau*, fait au mois d' Août 1552. entre l'Empereur Charles quint, & Maurice E-

lecteur de Saxe, pour l'établissement de la Religion Lutherienne en Allemagne. Les Lutheriens profitant de la conjoncture, y insererent leurs interêts dans une étenduë qui faisoit un juste volume: & la preuve qu'ils n'y oublierent rien, c'est que dans toutes les Contestations sur venuës depuis entr'eux, & les Catholiques, ils ont toûjours, insisté sur la pacification de Passau, Les Principaux Articles qui regardoient la Religion, engageoient l'Empereur à mettre en liberté l'Electeur Jean-Frederic, & le Landgrave de Hesse, & à Convoquer dans six mois une Diete Generale, ou l'on chercheroit un moyen pour reünir les Allemans disivez sur le fait de la Religion par un concile General, par un de la Nation, ou par une Assemblée du corps Germanique. Que dans cette Assemblée on choisiroit entre les Catholiques, & les Lutheriens un nombre égal de personnes prudentes, qui travailleroient à trouver, les expediens propres pour rétablir la tranquillité spirituelle dans l'Empire: & que cependant ni l'Empereur, ni aucun autre, ne pourroit, sous quelque prétexte que ce fût, forcer personne en matiére de Religion: de sorte que les Princes, & les Etats de la confession, d'Augsbourg ne pourroient maltraiter les Ecclesiastiques & les seculiers de l'ancienne Religion, ny les troubler dans la jouissance de leurs biens: Et que de même, les Catholiques laisseroient une entiere liberté au ceux de la Religion Lutherienne. Que la Justice seroit Administrée dans la Chambre Imperiale de Spire sans aucun égard à la Religion des parties. Que le nombre de juges Lutheriens y seroit retably tel qu'il étoit il y avoir sept ans, & que dans les Sermens qu'on y feroit, il seroit libre de jurer au nom de Dieu, & des Saints: Ou au nom de Dieu, & par les Evangiles: que si les Affaires des deux Religions ne s'accommodient dans le temps de six mois ou aprés, les Catholiques, & les Protestans observeroient néanmoins le Traitté, & ne pourroient se broüiller pour l'interêt de la Religion: Ainsi la Paix de Passau fut à propreparler, la confirmation de l'Heresie Lutherienne dans l'Empire, où elle n'avoit auparavant été que soufferte. Varillas, *histoire des revolutions en matiere de Religion.*

Passaviensis Episcopatus refertur ad Circulum Bavaricum, licet multa in Austria possideat loca, qualia sunt *Mantern, Trebensee, Ambstetten, Ebersperg, Hag & Stahrenberg.* Ministrales habet *Pincernas hæreditarios* Barones, nunc Comites de Kirchberg; Marescallos, ex Illustri Nothaftiorum familia; *Camerarios* Equites ab Ahaim, *Dapiferos* Nobiles ab Ambsham. Capitulum Cathedrale, quod ibi est, complectitur Canonicos 25. quod omnes illustri loco natos & apprimè nobiles esse oportet. Denique hæc Civitas Passaviensis, olim fuit Civitas Imperialis prout tradit *Knipschild. de civitate Imp. lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 1027. allegans *Hopping. de jur. Insign. cap.* 6. *num.* 1083. *Abraham Saur. in theat. urb. pag.* 251. habet quoque in Danubio sicut Ratisbona & Ingolstadium jus stapulæ *Idem Knipschild. d. loc. lib.* 5. *cap.* 22. *n.* 44.

Passauischer Vertrag.

Vid. Tom. 1. *har. Constitut. hoc verbo*, ubi integer exhibitus.

Pasquill.

Vid. supra verb. Libellus famosus fol. 1284.

Patronatus Jus.

SUMMARIA.

1. *Jus patronatus cum superioritate territoriali nihil habet commune.*
2. *Quinam sint capaces juris patronatûs.*
3. *Patroni non habent potestatem liberè disponendi de Ecclesiis, juribus & bonis earum.*
4. *Jus eligendi vel præsentandi non competit Patrono in Ecclesia collegiata vel conventuali.*
5. *Quomodo jus Patronatûs per donationem & Venditionem in aliis transferri & permutari vel in feudum vel Emphyteusim pignori dari possit.*
6. *Præsentatio à possessore juris patronatûs facta valet, licet jus proprietatis non habeat.*
7. *Patronus an se ipsum vel filium suum, & an plures Patroni unum ex se ipsis præsentare possint.*
8. *An Patronus in præsentando licitè variare possit? & intra quod tempus præsentatio facienda.*
9. *Tempore ad præstandum jure definito & elapso lite pendente Episcopus liberè instituere potest sine præsentatione Patroni.*
10. *Episcopus an possit beneficium Patronatum donare vel unire alteri Ecclesiæ.*
11. *Episcopus potest præsentatum à Parocho ad titulum suæ Ecclesiæ ordinandum admittere.*
12. *An Pontifex seu Legatus à latere citra Patroni consensum beneficia conferre possint?*
13. *Modi admittendi jus Patronatus.*

1. Jus Patronatus cum superioritate territoria.

JUs Patronatus, Pfarr-Lehen/ est potestas præsentandi idoneum ministrum ad ministerium Ecclesiasticum vacans fundatoribus Ecclesiæ aliisque similibus personis competens. Hoc jus, qua tale, cum superioritate territoriali nihil habet commune, nullamque

toriali nihil habet commune. que jurisdictionem tribuit, nec in Clerum, nec in Parochianos, utpote, qui jurisdictioni Episcopi lege Diœcesana subjecti: sed tantummodo facultatem continet, Parochû munere sacro dignum, cœtui Ecclesiastico intra præfinitum tempus præsentandum, *Thes. Bas. Vol.* 5. *d.* 30. *L. G.* 4. *H. I.* Itaque ex hoc jure aliquis mutandæ religionis jus evincere non potest, tamen curare debet, ne bona Ecclesiæ suæ dilapidentur, quæ defendere debet, *ibid. Vol* 6. *d.* 3. *L. fi.* 2. Jus illud, quod successione & unica quoque præsentatione acquiritur, vendi non potest, nisi cum universitate omnium bonorum, potestque hoc jus unius Ecclesiæ penes duos in solidum esse, & si alicui bona confiscantur, Fisco non obvenit jus Patronatus, sed Ecclesiæ libertatem acquirit, *ibid. L. Aa.* 3. Hinc Laicus contra Laicum hoc jus præscribit annis 40. contra Ecclesiam verò non nisi præscriptione temporis immemorialis, & licet in fideicommissarium non transeat, tamen interveniente Episcopi consensu, legari potest, *ibid. L. Z.* 1.

Si Patronus v. g. Religionis sit Catholicæ, territorii verò Dominus, qui Ecclesiæ, cui minister præficiendus, Episcopus A. C. addictus, tunc præsentari debet talis, qui Episcopi, vel ejus, qui jus Episcopale habet, censuram sustinere potest, sc. A. C. addictus, & viceversa, *R. I. de anno* 1555. §. damit auch rc. Non enim Patrono quà tali, jus religionis, utpote jure territoriali adnexum, competit, adeòque nec jus reformandi nisi possessio anni 1624. quæ secundum instrum. Pacis ubivis observanda est, si in contrarium.

2. Quinam sint capaces juris Patronatus. Patroni esse possunt non tantum Clerici, sed etiam Laici, *C. quoniam* 3. *h. t.* non tantum viri, sed etiam fœminæ, *C. ult. de concess. prabend.* ita tamen, ut si jus præsentandi annexum est bonis ab uxore in dotem marito datis, præsentatio ad maritum pertineat, cum fructus rerum dotalium, qualis est præsentatio, ad maritum pertineant, non tantum puberes, sed etiam impuberes, ita tamen, ut si pupillus adhuc sit infans, infra septennium, non ipse, sed tutor præsentare debeat, si verò sit major septem annis, infra annos tamen pubertatis, præsentatio fieri debeat cum tutoris autoritate. Judæi tamen & pagani, aliique infideles & hæretici, non sunt capaces juris Patronatus, prout glossa recepta docet in *Can. Fregentius.* 27. *verb. qui Christianis. caus.* 16. *q.* 7. cum enim jus Patronatus sit jus Ecclesiasticum, consequenter illis, qui extra Ecclesiam sunt, competere non potest.

3. Patroni non habent potestatem liberè disponendi de Ecclesiis, juribus & bonis earum. Non habent Patroni ullam potestatem bona Ecclesiarum, quarum sunt Patroni, administrandi, vel de illis disponendi, sive Laici sive Clerici sint Patroni, *C. præterea* 4. *h. t. Concil. Trident. sess.* 25. *cap* 9. *de reform.* §. *Patroni autem.* ubi etiam pœna excommunicationis & interdicti ac privationis juris Patronatus in eos statuitur, qui contra hanc prohibitionem agunt, uti & in eos, qui à Laico Patrono, sine proprii Episcopi autoritate, institui se in tali Ecclesia patronata permiserunt, ita, ut hic etiam inhabilis sit ad hoc beneficium canonicè acquirendum, in quod per potestatem Laicam intrusus est, *arg. C. quisquis* 43. *de elect.*

4. Jus eligendi & præsentandi non competit Patrono in Ecclesia collegiata vel conventuali. Patronus, quà talis, si quam Ecclesiam collegiatam aut conventualem dotaverit, fundaverit, vel ædificaverit, jus tamen eligendi aut præsentandi Prælatum in illa Ecclesia non habet, neque consensus illius ante electionem necessariò requirendus est, Pater *Pyrhing. lib.* 3. *Decret. tit.* 38. *sect.* 2. §. 2. allegans *C. Nobis.* 25. *h. t.* tum quòd Laicis concessa non sint jura Spiritualia, prout est electio, tum quòd Clericis Collegiatæ vel Conventualis Ecclesiæ non debeat invitus obtrudi Rector, qui in foro externo jurisdictionem in illos exerceat, nisi in prima fundatione, v. g. talis Ecclesiæ, jus nominandi aut præsentandi Prælatum seu Rectorem illius, Patronus etiam Laicus, cum consensu Episcopi, sibi reservasset, vel certè ex Privilegio Pontificio obtineat.

5. Quomodo jus Patronatus per donationem & venditionem in alios transferri, & permutari, vel in feudum vel Emphyteusin oppignorari possit. Ecclesiæ, Monasterio, aut alii religioso loco vel dignitati Ecclesiasticæ potest Patronus jus suum Patronatus donare, etiam sine consensu Episcopi requisito, non autem personæ alicui privatæ, qua tali, sive Laica illa sit sive Clerica, prout habetur in *C. unic. h. t. in* 6. Vendi tamen per se & solitariè, prout jam dictum, sine Simoniæ vitio non potest, *C. de jure* 16. *h. t.* Per accidens tamen & concomitanter, vendendo rem temporalem, quæ continet plura jura, cui annexum est jus patronatus, transferri hoc etiam per venditionem accessoriè potest, prout habetur *in C. ex literis* 7. *h. t.* nisi specialiter hoc jus sit exceptum, quia in tali casu contractus censetur initus super rebus temporalibus, & non super jure Patronatus, accessoriè tantum & accidentaliter se habente. Simili quoque jure, cum consensu Episcopi, jus Patronatus potest permutari, neque tamen novus Patronus statum Ecclesiæ, aut illius rectorem, pro placito mutare potest, *C. quæ Simoniam* 9. *h. t.* cum alia potestas Patrono non competat, quam ut beneficio Patronato vacante præsentet, res Ecclesiæ defendat & excessus rectoris vel beneficiati denuntiet Episcopo. Sic etiam in feudum & Emphyteusin accessoriè cum bonorum universitate concedi potest, prout sumitur ex *C. cum sæculum* 13. *h. t.* Si tamen talis res, cui bonorum universitas, & inter hæc etiam jus Patronatus annexum est, Creditori in pignus detur, jus Patronatus non transit in eum, *C. cum Bertholdus* 18. *juncta Gloss. Verb. Patroni de sent. & re jud.* cum pignus non transeat in creditorem, quoad dominium directum aut utile, & consequenter neque fructus rei oppignoratæ, inter quos numeratur etiam jus Patronatus.

6. Præsentatio à possessore juris pa- Valet non tantum præsentatio, si facta sit ab eo, qui bona fide jus patronatus possidet, sed etiam consequens ad eam institutio, ita ut removeri hic amplius non possit, quamvis post-

postmodum appareat, quod verus Patronus ille non fuerit, prout sumitur *ex C. consultationibus* 19. *h. t. & C. querelam* 24. *de elect. junct. Gloss. verb. super jure.* Seipsum autem Patronus ad vacantem Ecclesiam, cujus Patronus est, præsentare non potest, nec per seipsum, nec per alium ex illius commissione tunc agentem, quamvis Clericus & idoneus sit, *C. per nostras.* 26. *h. t.* potest tamen, si ab Episcopo illi conferatur, sponte, aut interpositis precibus, beneficium, cujus ipse Patronus est, illud recipere, cum pro his casibus nec jura, nec allatæ rationes urgeant. Filium etiam suum, si idoneus sit præsentare potest Patronus, ad Ecclesiam, cujus est Patronus, uti sumitur ex *C. consuluit.* 15. *junct. Gloss. verb. concedunt.* cum nec sit una physice persona cum Patre filius, neque in spiritualibus acquirat Patri, quod acquirit. Prohibitum tamen est in jure Canonico, ne Parentes jus Patronatus Ecclesiarum emant, aut aliter justo etiam modo comparent, cum ea intentione, ut ad Ecclesias tales postmodum filios suos aut nepotes præsentent, *C. quia Clerici* 6. *h. t.* Si plures tamen sint Patroni, possunt unum ex se ipsis præsentare, si idoneus ille sit, *juxta Gloss. fin. in cit. C. consuluit. & arg. C. cum in jure* 33. *de elect.* cum sicut Electores unum ex se ipsis eligere possunt, ita possunt etiam Patroni unum ex seipsis præsentare.

7. Patronus an se ipsum vel filium suum, & an plures patroni unum ex se ipsis præsentare possint.

8. An Patronus in præsentando licitè variare possit? & intra quod tempus præsentatio facienda.

Patronus Laicus cumulative, non autem privative variare potest alium præsentando si prius præsentati nondum fuerit facta institutio, non autem Patronus Ecclesiasticus, *C. quod autem* 5. *& C. cum autem* 24. *h. t.* ita tamen ut ille, qui prius præsentatus fuit, per talem mutationem aut variationem non rejiciatur à Patrono, cum tantum cumulativè, non privativè variaverit, sed penes Episcopum sit in tali casu eligere ex duobus v. g. taliter præsentatis, quem ipse voluerit, si pariter idonei sint: quare autem Patronus Laicus, non autem Ecclesiasticus variare possit, dicunt, quod Laicus Patronus minus expertus sit circa Ecclesiastica, & minus etiam tempus ad præsentandum habeat, quam Patronus Ecclesiasticus, & hinc non privatur illa potestate præsentandi, licet scienter indignum præsentaverit. Hinc Patronus Laicus, sive si jus patronatus Laicale sit, intra 4. menses præsentare debet, si verò sit Ecclesiasticus Patronus, sive jus patronatus Ecclesiasticum intra 6. menses à die cognitæ vacationis, *C. eam te* 22. *C. cum propter* 27. *h. t. & C. unic.* 6. *eod. §. verum.* quare autem plus temporis ad præsentandum Ecclesiastico concedatur quam Laico, ratio esse potest, quod cum Ecclesiasticus Patronus in hoc gravetur, quod variare non possit, plus temporis videatur ad præsentandum illi concedi debere, quam Laico Patrono, qui variare potest, ut ait *Glossa in cit. cap. un. h. t. in* 6. Porrò si constet Ecclesiam patronatam esse, prius autem tempus præsentatione præfixum exspiraverit, quam lis finita sit, ne ex diuturna vacatione patiatur Ecclesia, potest Ordinarius loci, ad quem jus instituendi in tali Ecclesia spectat, libere conferre Ecclesiam talem, invitis etiam illis, qui de jure præsentandi contendunt, ita tamen, ut Clericus taliter institutus, postea à Patrono, qui jus patronatus in judicio obtinuit, præsentari debeat Episcopo, ut præsentatus talem judicialiter patronum declaratum agnoscat, & hic in Patronatus sui quasi possessione constituatur, prout notat *Gloss. fin. in C. si verò.* 12. *h. t.*

9. Tempore ad præsentandum jure definito & elapso, lite pendente, Episcopus liberè instituere potest, sine præsentatione Patroni.

10. Episcopus an possit beneficium patronatum donare vel unire alteri Ecclesiæ.

Episcopus non potest Ecclesiam vel beneficium patronatum alteri Ecclesiæ aut beneficio concedere, vel unire, sine consensu Patroni, sive Laicus hic sit sive Ecclesiasticus, ex præjudicio, quod fieret per talem unionem patronis, suum jus patronatus amittentibus. Sicut autem concessio Ecclesiæ, per modum incorporationis à Patrono facta, per subsequentem Episcopi consensum ratificari potest, ut ex eo tempore sit valida, prout sumitur ex *C. suggestum* 20. *juncta Gloss. verb. subsecutus. h. t.* ita valida etiam est concessio beneficii vel Ecclesiæ patronatæ ab Episcopo facta, si consensus Patroni ex post facto accedat, quia consensus in hoc casu tantum accidentaliter requiritur. Episcopis autem, ratione suæ dignitatis Episcopalis, donari potest jus patronatus, quod habent Patroni in Ecclesiis, sive in aliena Diœcesi sitæ illæ sint, sive in propria, secundum *C. significasti* 18. *h. t.*

11. Episcopus potest præsentatum à Parocho, ad titulum suæ Ecclesiæ ordinatum admittere.

Potest & debet Episcopus, præsentatum à Parocho ad titulum suæ Ecclesiæ ordinandum irrequisito patrono, admittere, ita tamen, ut nullum exinde fiat patrono præjudicium, sed possit hic, ubi Ecclesia patronata vacaverit, quemcunque alium præsentare, sed soli rectori Patronatæ Ecclesiæ incumbat sustentationis media ex suo beneficio subministrare ad Ordines præsentato, donec de beneficio provisum hic fuerit, prout habet *C. postulati.* 30. *h. t.* Hinc Episcopi, præsentatos à Patronis non debent prius in Ecclesia tali instituere, nisi prius, intra tempus ab Episcopo præfigendum, congrua sustentatio fuerit præsentato, coram ipsis Episcopis, assignata, de reditibus talis Ecclesiæ, ita, ut si præsentantes eam assignare intra præfixum tempus neglexerint, præsentatum admittere debeant Episcopi, & ad ipsos devolvatur portionis taliter instituto assignandæ facultas, in pœnam scil. negligentiæ, Patrono assignationis hujus jure privato, prout sumitur *ex Clement.* 1. *h. t.*

12. An Pontifex, seu Legatus à latere, citra Patroni consensum, beneficia conferre possint?

Licet Summus Pontifex nunquam censeatur derogare Laico patronatui, nisi expressa derogationis mentio fiat (ne scil. homines à fundandis beneficiis deterreantur) patronatui tamen Ecclesiastico sæpius ac facilius derogatur, cum pro his allata causa nihil urgeat, ita ut reservata etiam talia beneficia patronatus Ecclesiastici Summo Pontifici fiant. Si saltem clausula generalis, *ad cujuscunque Patroni præsentationem beneficia talia pertineant*, addatur, prout quoque habet *Gloss. communiter recepta in Clement.* 2. *verb. Apostoli-*

ſtolicis de præbend. Imo Legato à latere poſſunt ſibi reſervare beneficia primo vacatura, v. g. ac certæ perſonæ, cum vacant, conferre, etiamſi Patronatus Eccleſiaſtici illi ſint, & nihil de hac reſervatione & collatione interrogetur Patronus talis, *C. cum dilectus* 28. *h. t.* ſed reſervationum talium in Germania per Concordata ſublatorum vix aliquis reperitur uſus. Denique amittitur jus Patronatus per liberam ceſſionem alteri factam, ſive per remiſſionem hujus juris, per mutationem Capellæ in Eccleſiam collegiatam, per unionem alteri Eccleſiæ aut Monaſterio factam, per præſcriptionem contra præſentationem, per familiæ, penes quam jus Patronatus eſt, extinctionem per Apoſtaſiam, Simoniam, Hæreſin. &c.

13. Modi amittendi jus Patronatus.

Pedell.

Pedellus ſpecialiter & propriè dictus eſt ſervus Academicus, qui in proceſſionibus & actibus publicis Rectori Magnifico & Profeſſoribus facultatem ſceptrum præfert, ubivis ad mandatum Rectoris comparet, Studioſos citat, in invitationibus ad Doctoratum & Magiſterium promoventes & promovendos comitatur, carcerem Academicum cuſtodit, & Studioſos delinquentes vel in eo, vel in habitatione ſua pro delicti qualitate detinet, proclamata Academica, nec non præſcriptiones & mandata ad omnium Studioſorum notitiam affigit & publicat, eaque omnia peragit, quæ pro obſervantia cujusque Univerſitatis & Academiæ Pedelli officio incumbunt.

Peregrinatio.

SUMMARIA.

1. *Laus peregrinationis.*
2. *De Gubernatoribus filiis peregrinantibus adjungendis.*
3. *Monita Gregorii Leti obſervanda in peregrinatione.*
4. *Quæ in Gallia & Italia præcavenda vitia & bona imitanda.*
5. *Exemplum in Apibus, quæ veneno relicto mel ſaltem exſugunt.*
6. *Ante ineundam peregrinationem indagandam eſſe Provinciam & naturam populi, ad quem iter inſtituitur.*
7. *Converſandum cum honeſtioribus & doctis viris.*
8. *Officium paternum pro filiorum bona educatione.*
9. *Officium gubernatoris.*
10. *Qualis potiſſimum via obſervanda in Italiam.*
11. *Nunquam peregrinantibus patriæ amorem deponendum eſſe.*
12. *Quibus perſonis maximè conveniat peregrinatio.*
13. *Recenſentur aliquorum peregrinantium mali & noxii fructus.*

De Peregrinatione ad ſancta loca, ejusque utilitate, & pietate dictum eſt aliquid *ſupra verbo Italia.* Jam quoque de aliis peregrinationibus hic aliquid eſt notandum, cum vix comprehendi poſſit, quâ ratione homo laudare poſſit mundum pro ipſo creatum, ſi nunquam videat alia loca quam confinia ſuæ Domui & patriæ, nec alium populum quam ſibi proximè vicinum, Venatores vel canes ſuæ ſylvæ: dicente *Sancto Auguſtino*, quod mundus ſit ingens & maximus liber, in quo conſiderari & videri debeant omnia, ſicque neceſſarium ſit peregrinando varias provincias peragrare, ideò Homerus Ulyſſem laudavit carmine: *qui mores hominum multorum vidit & urbes*, hoc eſt varias nationum conſuetudines & civitates; alias Senecæ dictum poteſt illi applicari, qui ſemper domi ſuæ hæret: *imperitum eſt animal homo, & ſine magna experientia rerum, ſi circumſcribatur natalis ſoli ſui fine.* Infinitæ ſunt peregrinationum utilitates, in quibus admirari licet divinam providentiam, & virtutem Omnipotentis manus, quæ tam varias belliſiſſimas res in numero diverſarum nationum produxit, in differentia morum cujusque populi, & fortunarum cujuscunque in diſpoſitione montium, camporum, vallium, pratorum, collium, maris, & fluminum, ſecundum diverſitatem climatis, cum abundantia fructuum diverſarum ſpecierum, nec non mineralium. Conſpiciuntur in peregrinationibus omnes noſtri parentes, qui anteà nunquam à nobis erant viſi, vel cogniti, quia omnes homines ab uno Patre, unaque matre deſcendunt, & per conſequentiam proximâ cognatione nobiſcum ſunt conjuncti, ut eò magis neceſſarium eſſe videatur, ut homo ſemel in vita ſua peregrinas viſitet provincias, ut cognoſcat perſonas ſibi proximè conjunctas ex antiquiſſima deſcendentia, ipſisque honorem ſuæ præſentiæ exhibeat, interrogantibusque, quare illuc venerit, reſpondere poſſit, cum Hebræo juvene: *Fratres meos quæro.*

1. Laus peregrinationis.

Non decet hominem eſſe tam effæminatum, & mollem, ut ſemper in parentum ſinu hæreat; aſſuefaciendus eſt ad labores, & fatigationes, obliviſci otium in domeſticis plumis, addiſcere modum & rationem civiliter cum omnibus converſandi, & agendi diſcretè cum cunctis, matutino tempore conſurgere, & omnes occaſiones, vel incommoditates patien-

tienter sufferre, *ut malit sibi malè esse, quam molliter & delicatè vivere.*

Peregrinationes certè reprimunt vanas præsumptiones juvenum Nobilium, videndo personas egregiè qualificatas & majoribus præditas virtutibus, quam ipsi possideant, magis modestas & civiles, ex qua cognitione ardentius excitantur ad virtutem. In peregrinationibus addiscuntur variæ linguæ ad conversandum cum aliis personis, & posteà utilius serviendum Patriæ, tum acquiritur capacitas considerabilia acquirendi servitia pro legationibus ad externos Principes, & ex officiali militari ascendendi ad gradum, ad honorem Generalis alicujus Exercitûs, tum peregrinationes ostendunt naturam & situm exterarum Provinciarum, ut exercitus securitate possit in alia loca traduci, superari flumina, evitare sylvas, & impedimenta pro necessaria conservatione Exercitus, & linguarum peritâ, hostem aliquando fallere. Hinc Generales & Capitanei celeberrimi peregrinationes semper amârunt; per easque gloriam suam non minimâ ex parte auxerunt, prout, tacendo jam de Alexandro & Cæsare, sufficiens testimonium perhibet Imperator Carolus Quintus, qui bis in Anglia, bis in Africa, quater in Gallia, sexies in Hispania, septies in Italia, novies in Germania itineratus est, ut reliqui multi silentio prætereantur; Et profectò infinitas peregrinationes adferunt utilitates, & spiritus ingeniumque peregrinantium acuitur per discursus hominum doctissimorum: veluti Regina Sabæ rapta est in admirationem super sapientia Salomonis, unde in lib. Sapientiæ dicitur: *Sapiens in terram alienigenarum Gentium pertransiet, bona enim & mala in hominibus tentabit.* Peregrinationes sunt Commentarii excellentissimi super Historiis, quia nemo melius intelligere potest *Titum Livium*, Cæsarem & alios, nisi qui peregrinas visitavit Provincias, & postea in Patriam revertitur idoneus & capax ad omnia Reipublicæ officia.

2. De gubernatoribus, filiis peregrinantibus adjungendis.

Parentes verò filiis peregrinantibus providere debent de gubernatoribus honoratis & virtuosis, qui ipsos in itinere comitentur, & bona educatione instruant. Notum satis est, non facile reperiri homines Archangelo Raphaeli similes, qui se obligavit, quod juniorem *Tobiam sanum ducere & reducere velit*: Nihilominus adhibenda est diligens & accurata electio talium Ductorum, quia exinde dependet tota salus & perfectio filiorum, qui in exteras mittuntur regiones, multi sæpe Gubernatores indigni sunt tali nomine, qui vitia potius sæpe sequuntur, ipsimet egentes alio ductore ad ingrediendam virtutis semitam. Itaque disquirendæ sunt personæ discretæ & virtuosæ, nec non prudentes & boni genii, quibus possit absolute committi juvenis, ut ipsis obediat, quia frustranea esset omnis prudentia Gubernatoris, si à gubernando sperneretur, & monita ipsius nullum invenirent locum. Hinc non permittendum Juvenibus, ut solum videant Regna & Provincias exteras, nihil verò sapientiæ & virtutis ibidem hauriant, sed tantum ad suum beneplacitum inutiliter tempus terant, libertate gaudeant, in Italia & Venetia Veneris procos agant, & cum comitiva vitiorum Domum revertantur, sed cum Seneca semper recogitent: *Major sum, & ad majora natus, quam ut mancipium sim corporis mei.* Et imitari juvenem, de quo dixit *S. Ambrosius*, quod reversus à suis peregrinationibus offenderit fœminam à se prius amatam, simularit verò quasi eam non cognosceret, unde fœmina ipsum allocuta, dixerit ipsi, qualis esset, & quale haberet nomen, cui responderit juvenis: *Non ne dubito, ma se voi siete la stessa, io non sono il medesimo.* Sententia dignissima, quam sequatur, & animis imprimat tota juvenum nobilium cohors, quæ sæpius multas in itinere consumit pecuniarum summas, & sæpius tamen revertitur, si non plus ignorans, saltem plus malitiosa.

3. Monita Gregor. Leti observanda in peregrinationibus.

Annotantur hic meritò monita *Gregorii Leti in part. 1. Operis*, quod inscripsit *Italia regnante*, ubi in *Lib. 1. fol. mihi 19.* ait: Io sono stato sempre d' opinione, che i Cavalieri Stranieri, quali escono di casa, per imparar qualche cosa nelle Provincie straniere, devono drizzar il Timone verso la Francia, e quivi restar un ò due anni, per levar quella scorza rozza, che suol dare la Patria & aprirsi la strada ad avanzi maggiori. Non vi è Provincia che suodi meglio della Francia lo spirito d' un giovine Signore: quella libertà di conversare, quella Franchezza di procedere, quella società tanto affabile, quell' affabilità così sincera, quella domestichezza tanto reale, e cento e mille altre gentis lezze, che regnano tra Francesi sono proprie à suegliare in un petto giovenile attioni nobili, e generose, oltre che gli esercitii si fanno in Francia con maggior gratia, è con maggior commodo: e così ricevuti questi fiori, si può passare in Italia per raccogliere i frutti, e dar l' ultima mano alle sue educationi: tutta via mi pare, che mi lasciarei volentieri persuadere dal parere di quelli, che vogliono, che i *viaggi* si devono *comminciar dall' Italia*, & ecco ne la ragione.

Lo scopo Principale de' Viaggi è quello, di rendere la persona piu savia, e non piu raffinata; piu prudente, e non piu libertina; più matura, e non più suentata; à questo fine val molto meglio, riempire di primo tratto lo spirito del nostro viandante d' una savia, e prudente educatione, che col-

marlo

marlo d'una nodritura bizarra, mutabile, e ſtordita, la quale hauendo una volta, preſo il poſeſſo del ſuo Spirito, chiuderà la porta & impedirà l' ingreſſo alla conſtanza, alla ſtabiltà, & alla fermezza e farà che queſto giouinotto non habbia altro piacere, & inclinatione, che alle vanità, agli abiti, al ballo, alle livrée, & à certe ſtrauaganze di giuoco, e di feſte. Viaggiando dunque in Italia la prima volta, ſe non caua, come m' imagino, gran profitto, perche nello Spirito de Giouini Gentil huomini, imprimono la maſſime prudentiſſime di queſta Natione; eſſendo noto ad ogni uno, che l' Italia la civilizzato per non dire humanato tutto il Mondo, & ha imparato à tutti gli Huomini le virtù conueneuoli, non ſolo alle conditioni, ma al ſeſſo.

Ma qui è d' auvertire, che non biſogna andare in Italia per vedere ſolamente il Carnevale, & il Bucentoro in Venetia; Le Fontane, & i Giardini in Roma; Le Gallerie e la Capella del Gran Duca, il Teſoro di Loreto, e la magnificenza di tante belle fabriche per tutto; ſe non ſi và ad altro fine, ſarebbe meglio di cominciare, e finire in Francia, ò vero portarſi come di paſſaggio in Italia. Biſogna niceſſariamente viaggiare in Italia per imparar la lingua; per vedere, & oſſervare le corti de Prencipi; per informarſi del governo delle Republiche; per ſtudiare le maſſime de gli Italiani, per imitare la gentilezza delle loro converſationi, per riceuere qualche buono eſempio de' loro buoni coſtumi; per converſare i Pittori più celebri, & i Muſici più eſperti; per eſercitarſi nell' Architettura, e nella Mathematica; e ſopra tutto per introdurſi all' amicitia de' Letterati, e frequentare le Accademie di Bell' Ingegni, più toſto che le Comedie, de' Buffoni. Non nego che ſia niceſſario ancora qualche paſſa tempo, come quello delle Comedie dell' opere e coſe ſimili, per non affaticar troppo lo ſpirito nelle materie ſolide, ad ogni modo non ſi deue tralaſciare il frutto per il fiore, e la ſoſtanza per le parole.

Reſoſi dunque il Giouine Cavaliere in Italia, poſſeſſore delle ſopracennate, virtù ſe ne può paſſare liberamente in Francia per imparare, à ſchermire, à Ballare, à Cavalcare, à far gli eſercitii del Moſchetto, della Pica, della Bandiera, e per eſercitarſi nella Geografia, nell' Hiſtoria, & al preſente ſi può aggiungere ancora nella Politica, perche quantunque queſti Eſercitii ſi trouano tutti in Italia, non tutto ciò in Francia s' inſegnano con maggior gratia & eſperienza, eſſendo i Franceſi piu proprii in queſte ſcienze, che in altre più gravi, e più poſate, nelle quali rieſcono meglio gli Italiani. Chiara è dunque la conſequenza, che la Francia e l' Italia ſono le Provincie uniche, & aſſolute, non trouandoſene altre nel Mondo piu proprie à perfettionare gli ingegni giouinili ma però quelli che Viaggiano in Italia & in Francia non debbono imitare tutto ciò che ſi troua in queſti Regni.

Da' Franceſi ſi deue ſucchiare quell' aggradeuole confidenza che uſano generalemente con tutti, ma non gia quell' humoro ſtordito, e ſuentato del quale molti di loro ſi ſeruono. Deneſi da queſti imparare come ſi dene entrare in una Camera con gratia, & legiadria ma non già di precipitarſi come eſſi fanno ſenza picchiare la porta. Si deuono i Franceſi imitare quando ballano coſi legiadramente, quando ſpaſſeggiano con quella gentiliſſima libertà di corpo, e quando gentilmente ſi ſalutano gli uni con gli altri- non gia all' hora che vanno per la Citta ſpaſſeggiando come ſe ballaſſero, appunto come la maggior parte lo praticano all preſente. Fa di meſtieri pigliare il loro eſſempio nel ſaperſi veſtire con proprieta, e nel ſaper ſcegliere quello che ſiede meglio ſù il doſſo, ma non in quelle confuſioni di foggie fantaſtiche, & in quella ſpecie di abiti bizzarri, co' quali paiono che voleſſero ſempre recitare Comedie. Sarà bene di farſi da' Franceſi inſtruire à maneggiar le Armi con deſtrezza, & à ſchermire con gratia, ma non già à metter mano alla Spada come molti di loro fanno ſenza propoſito, e per ogni picciola bagatella. In Somma biſogna imitarli, e procurar d' eſſer come eſſi ſono gratioſi nell' Arte d' amare, e comparire con bell' aria e con bel portamento innanzi le Dame, ma non affettare come eſſi fanno, e come vogliono farſi conoſcere, i Corteggiani della gallanteria con tutte le Donne del Mondo e bene ſpeſſo ſenza diſtinctione.

Hora ſe ſi devono initar le virtu, e fuggit' i vitii de Franceſi in Francia, non meno niceſſario è di far lo ſteſſo in Italia, con gli Italiani. Da queſti ſi deve cavare il modello per ben fabricare una caſa commoda, e bella, ma non già di perdere il tempo, & il denaro, dietro à certe Fabriche, per la ſmiſurata grandezza non hanno mai fine. Biſogna pigliar degli Italiani l' eſempio della loro ſobrietà, e regime di vivere netto e polito, non di quella maledetta diffidenza che regna in molti di loro Sarà ottima coſa de ſeguirli nella prudenza, e nel far le coſe con temperamento e moderatione, non già in quel transporto di geloſia, dietro alla quale molti per-

4. Quæ in Gallia & Italia præcavenda vitia, & bona imitanda.

perdono tutto il cervello. Voglio bene che non cavino quelle belle, e buone massime di politica, e d'Economia, non quell'ostinatione che mostrano nella vendetta. Si deve da questi imparare la maniera di riceuere, com'essi fanno, le visite con honore e civiltà, ma non già di fermarsi in quei loro puntigli d'honore, che li sono ordinarii, e che non servono à nulla. Conviene comparire come compariscono gli Italiani civili con ogni uno, ma bisogna che la civiltà sia nell'animo, e nell cuore, non nella mano, e nel Capello, come appunto si trova in molti di loro. Finalmente oltre diverse altre virtù, che io tralascio per breuità, dico ch'è bene d'imitar gli Italiani, nell'arte di far la guerra, con giudicio, e con proportionate misure, non già in quell'infame costume che regna nel volgo, d'assaltare, un'Huomo dalla parte di dietro, & Ammazzarlo per una sola parola, con replicati colpi di stilletto.

So benissimo che la lettione di fuggire il male, e di abbracciare il bene è molto antica nel mondo, è Davide non ne fu il primo Maestro, quando disse: *declina à malo, & fac bonum*, ma però il punto stà nell'esecutione, perche, ancorche, tutti sanno che cosi si deue fare, tutta via pochi son quelli che lo fanno. Un giovine Signore deue hauer sempre inanzi gli occhi della contemplatione l'industriosa virtù dell'Ape, la quale con tanta sottigliezza succhia da' fiori il miele, e lascia in Tosco; Vergogna cheun'Animaluccio simile vinca il giudicio dell'huomo, e che più di questo rapporti in casa da' suoi continui viaggetti, dolcissimi frutti senza macchiarsi d'un nulla. Si deve praticare da chi viaggia, quell'appunto che si pratica ordinariamente ne' grandi Banchetti, dove si costuma mettere una gran confusione di viuande d'ogni sorte, per dar campo largo â Convitati di poter scieglière quello che più loro aggrada, e che più s'accommoda al gusto, anzi alla sanità del corpo: cosi il giovine viandante trà tante cose che si gli presentano ne' viaggi, in questa, & in quell'altra Provincia, deve scieglièreper nodrir lo spirito, il cibo migliore, col lasciare il resto al possessore.

5. Exemplum in Apibus, quæ veneno relicto mel saltem exsugunt.

Per assaggiar queste massime, e per poter far la scelta douuta, bisogna osseruare due cose in particolare, la prima è, che non deve mai un giovine Cavaliere, mettersi in Viaggio verso una Prouincia, che non sia prima informato, non solo dall'Historie, ma da persone pratiche, & intelligenti della natura del Paese, e dell'humore di quei Popoli, facendone alcune annotationi generali, & particolari, per rendersi ne tanto più padrone, perche con questo s'assicura di non cadere impensatamente ne' vitii, e di non trascurare per ignoranza le Virtù. Dio sa, se non ho riceuuto alle volte mortificationi, nell'interno dell'anima, nel veder uscire di Francia, e d'Italia alcuni non dirò gentil huomini, ma Ay, ò pure Governatori, senza saper cosa alcuna dell'humore, e della natura de gli Italiani, e Francesi, appunto come se mai fossero stati in questi Paesi non però senza haverne succhiata buona parte d'vitii, perche ordinariamente il male da se stesso de presenta, forse quando meno si cerca; dove che il bene bisogna conoscerlo col disponere la volontà à seguirlo. Hora lascio giudicare in qual' ignoranza erano i Giouini Signori ch'essi haueuano in cura, se essi stessi uscivano tanto ignoranti. Dunque per euitar questi inconvenienti è di bisogno usar le diligenze nicessarie, & instruirsi, come ho detto, del naturale de' Popoli, prima d'ingolfarsi nelle Provincie, verso done s'ha drizzato il Timone.

6. Antè ineundam peregrinationem indagandam esse provinciam, & naturam populi, ad quem iter instituitur.

L'altra cosa da osservarsi è la cura di praticar le migliori, e più qualificate Compagnie, perche da qui s'imparano tutte le cose ottime, e buone. In questo senso di migliori Compagnie, non intendo parlare delle Persone di sopremo grado, è di gran Nobiltà, perche il Mondo hoggidi ha questo di misero, che i più Grandi non sono in maggior parte i più dotti; questo s'intende, li più Savii, li meglio nodriti, li ben' instrutti, quelli che hanno le migliori inclinationi, più di riputatione, e più di civiltà; Perche tra le Persone di questo Carattere vi è molto da imparare. La loro vita è una perpetua lettura. le loro parole sono altri tanti Oracoli, li loro discorsi sentenze solide, e benche un giovine Signore, non sia capace di contribuire alla conversatione d'huomini simili, basta ascoltarli, senza dir nulla, coll'usare questa savia consideratione di non parlare senza essere interrogato. Quintiliano soleua dire, che la lettura di Cicerone serviva di gran profitto: *Ciceronem amâsse profecisse est*, cosi un Giouinotto Cavaliere si tenderà infallibilmente Galant'huomo à perfettione, se amerà di conversare Galant'huomini.

7. Conversandum cum honestioribus & doctis viris.

Gli Italiani intendono quæsta lettione à marauiglia, anzi col mezo di questa letione hanno acquistato il concetto de' più savii, e politici del Mondo. Ordinariamente dicono essi per proverbio, *Dimmi con chi stai, e ti dirò quel che fai*: & in fatti credono che la conversatione sia l'unico instromento per avanzare la giouentù al grado della virtù, quando si praticano buoni, & in uno stato di sceleratezza, quando si conversano cattiui: Onde Usano à questo fine grandissima diligenza, e non fanno altrimente come si fa in Francia, dove si lascia à figliuoli da' Padri una libertà smoderata, e quasi senza ritegno, e ciò nasce perche vi sono Padri, che non domandano nè pure una volta la sera à figliuoli quando

8. *Officium paternum pro filiorum bonâ educatione.*

quando ritornano in casa, in qual luogo sono stati, e con chi hanno conversato il giorno; doue che gli Italiani caminano per un' altra strada, nell' educatione de' loro figliuoli, perche un Padre non và mai à dormire, che non habbia prima racolto tutto il suo gregge, e minutamente interrogato i suoi figliuoli di quell' hanno fatto il giorno, con chi hanno conversato, & in che cosa hanno passato il tempo, e se troua che la loro conversatione è stata buona, cioè con fanciulli d' uguale conditione, li domanda in che sorte di giuoco si sono trattenuti, e si fa recitare ogni cosa, correggendoli di quello che trova male, e lasciandoli la libertà di seguire quello ch' egli trova buono, e profitteuole. Ecco il modo d' educare i figliuoli.

9. *Officium gubernatoris.*

Bisogna Viaggiare non per vedere solamente, ma per imparare, & all' Ajo conviene studiare dal primo giorne ch' entra in officio, il mezza più proprio de mettere nelle spirito del suo Gentil' huomo inclinationi buone verso tutti gli esercitii, e particolarmente in quello delle lingne pelegrine, con fargli vedere la necessità è la convenienza di farlo, sensa le quali si rendono inutili i viaggi. Il Ajo deve render conto di tempo in Tempo della spesa, per asservare la virtù dell' Economia è con questo conto mandare ancera di tre in tre mesi una esata relatione del suo Viaggio, & di quel tanto ha visto & imparato, per accendere nel' animo del figliolo sempre più vivo il desiderio di compiacere al padre.

10. *Qualis potissimum via observanda in Italiam.*

Strade per entrare in Italia sono diverse, tanto per mare, come per terra; molti dopo la prima uscita di Casa, si trasferiscono in Geneua per esercitarsi nella lingua, & Lo fanno prencipalmente i protestanti, trovandesi in Geneua molte famiglie Italiane. Da Geneua si poi partano con Vitorini, quali sanno molto buone le strade, verso *Sciamberi*, Capitale della Savoia, poi à Momigliano, Castello fortissimo, di la Aigue belle per una strada cattiua, di qui à San Giouanni di Moriana, à San Micheli e Lanesburg. Altri vano la strada della Suisa à Losana, Città appertinente al Cantone di Berna, Soleure & alia loca, quæ omnia latè describit *supra cit. Gregor Leti*, sicut etiam quæ Venetiis ante quadragesimam videri possunt, in Florentia, in Roma, aliisque locis, quæ omnia accuratè annotavit.

11. *Nunquam peregrinantibus patriæ amorem deponendum esse.*

Illud præ omnibus attendendum est, ne Germana Illustrissima & Nobilis Juventus Gallicos induat mores, & naturam ex toto, & seducta delitiis Francicis, amorem patriæ deponat, omnibusque rebus affectum erga Regem Galliæ in animis suis alat, prout hodie, proh dolor! etiam in Principibus Germanis clarissimis exemplis comprobatur, ut etiam multoties decepti, tamen in eadem sæpe retia Gallicarum promissionum & inescationum se involvant. Alias enim dubium nullum est, peregrinationes parandæ prudentiæ Civili utilissimas, & jam diu exsibilatum esse illud dictum Germanicum: Wer wohl leben und wohl schlaffen will/ der bleibe zu Hauß; nam quod *Seneca Epist.* 2. dicit: *id primum argumentum compositæ mentis existima, posse consistere, & secum morari*, id solum de vaga & perpetua jactatione intelligendum est, quam ægri animi indicium esse scribit *Seneca*, quia qui domi affixi sunt suæ glebæ, molles plerumque & delicatuli, si liberius & longius à suo solo recedunt, indurescunt ad varias fortunæ vices, & animus eorum veræ prudentiæ cortice obducitur:

Scilicet haud una capitur sapientia sede,
Sed variis terris quæritur atque locis.

12. *Quibus personis maximè conveniat peregrinatio?*

Unde colligitur, Nobilibus atque doctis viris, qui Reipublicæ aliquando præfuturi sunt, peregrinationes maximè convenire, quorum Divini & Illustres animi, includi nescii, cœlum, teste Lipsio imitantur, & motu gaudent. *An Principibus peregrinatio æque sit utilis*, maximè regentibus, videtur sæpe res ipsis & subditis periculosa, aut ad minimum damnosa; quia sicut absente Patre familias res domestica negligitur, sic Principatus à Principe relictus frigidè administratur, ut querelæ injustitiæ, confusionisque, quæ in rebellionem degenerare sæpius solet, exinde nascantur, teste Seckendorff im Teutschen Fürsten-Staat. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. Licet peregrina hodie pleraque præ nativis placeant Germanis, & vix æstimetur in patriâ, qui exteras provincias & regna non vidit & peragravit, linguarumq; Hispanicæ, Italicæ, & præsertim Gallicæ peritiam non possidet, quæ hodiè in omnibus Principum Germanorum Aulis floret, ut nullum ferè verbum, nisi Gallicum, audiatur, & famuli nationis Gallicæ passim suscipiantur, primasque vices præ aliis obtineant: ut inde *Conradus Heresbachius in lib. de Instit. Princip.* tradat:

13. *Recensentur aliquorum peregrinantium mali & noxii fructus.*

nos dum peregrinis moribus studemus, quod illic discendum erat utile negligimus, mollitiem, Luxum, Levitatem, aliosque aliarum Nationum mores reportamus, & quæ majores nostri veluti petulantiam, mollitiem, & thrasonicam levitatem abominabantur, ea nos Sybaritis molliores, magnis impensis studiisque comparamus, veteremque illam Majorum masculam, & multorum literis commendatam Virtutem rejicientes, externa Imperia, Religiones, & omnia turpitudinis genera substituentes, recepimus. Idcirco multi egregii Politici peregrinationes Principibus seriò dissuadent, inter quos *Dithenicus in notis ad A.B. tit.* 30. *& seq. pag.* 121. cum præter corruptionem morum patriorum, ærarii subsidia istis exhauriri soleant, & vix eveniat, ut ex peregrinationibus redeat Princeps, novitatibus peregrinis non infectus.

Solent plerumque peregrinationes in Galliam & Italiam dirigi, quas *Schuppius in dissert. de præstant. peregrin. pag.* 8. rejicit, inquiens: *quot Germani, animi gratia in Italiam profecti sunt, qui ibi animum & animam perdidê-*

didêre? quot pietatem in Gallias intulerunt, qui impietatem inde retulêre? Quot morum constantiam & sanctitatem foras asportaverunt, qui inde levitatis & inconstantiæ flagitia reportavere? quid dicam de aliis, qui intra Lares paternos exspectatione primi erant, & quibus meliores fingi, ne voto quidem poterant, foris Apostatæ, hostes patriæ extiterunt, Nerones & Sardanapali evaserunt? O igitur nimis improvidos illos Parentes, qui nullo cum fructu, imo damno inæstimabili, filios suos in Italiam, Galliam Hispaniam, vel ut proprie magis loquar, in Veneris & Floræ Ergasterium, in nequitiæ & flagitiorum amphytheatrum non mittunt, sed relegant, deportant & damnant. Cum quo consentit *Monzamban de Stat. Imp. Germ. cap. 7. pag. 199.* Quod Gallia plerosque Peregrinatores aliis instructos artibus non dimittat, quam ut sordidius tubicinari deinceps norint, gradusque Venereæ scabiei ex propriis ut plurimum experimentis recensere.

Magna itaque in Peregrinationibus adhibenda est discretio & prudentia, ut ista omnia evitentur, & abusus laudabilem non tollat usum, quia quælibet natio suas habet laudes & labes, quas omnibus aspergere velle inverecundum esset, & idcircò peregrinationes prudenter & cum judicio susceptæ non improbandæ, sed solum tollenda thrasonica ostentatio, de qua egregius Autor sic scribit: *Multi ex Peregrinatoribus nostris, si Galliam limis oculis aspexerunt, Gallica omnia; Si in Anglia pernoctarunt, Anglica omnia; Si alterum pedem in Hispaniam intulerunt, Hispanica omnia; Si Italiam intuiti sunt, Italica omnia, & undecunq; tandem peregre redierunt, peregrina omnia; mores, gestus, ceremonias, vestitum, Linguam, Histrionica temeritate ac stultitia probant, jactitant, extollunt, Germanicis & Paternis omnibus neglectis, fastiditis, rejectis.* Sed si superius notatæ regulæ observentur, bonique mores & consuetudines separentur à malis, Peregrinationibus sua laus, celebritas & utilitas ubique constabit. Quis enim aliàs Legatus cum laude & utilitate legationis munus perficere posset, qui neque Regis & Regni, neque Principis aut Provinciæ, neque subditorum aut populi ullam habet cognitionem, aut de situ & genio gentis informationem, neque lingua, quæ illis in locis floret, peritus est. Quis Generalis exercitus copias sibi commissas cum securitate, in Regiones hostiles ducere potest, qui montes & flumina, sylvas & alia impedimenta nunquam vidit, quæ ipsius intentioni obsistere possunt. Neque semper per Interpretes Legationes perfici possunt, cum ea res plenissima sit periculis, si non legatus ipse sibi commissa exponat, cum facile per interpretem aliquid sinistri intervenire possit, monente insuper Hypolito à Collibus, quod qui interprete uti coguntur, quæ proferunt, non tam grata, nec tam efficacia esse possint, nec per interpretem affectus tam bene moveri: Ut omittam, multos dicendi modos, qui suas energias & dicendi significationes habent, alia lingua vix exprimi possint, & qui Vicaria alterius opera confidunt, sœpe decipiuntur, *Alberic. Gentil. de legat. lib. 3. cap. 7.* ut proindè studium Linguarum & peregrinationum à Legationum Candidatis minimè sit negligendum.

Pfalburger.

SUMMARIA.

1. *Pfalburgerus quis, & quid hoc nomine veniat.*
2. *Pfalburgerorum initia.*
3. *Pfalburgerorum Exempla.*
4. *Effectus Pfalburgeratus.*
5. *Differentia inter Pfalburgeros, & Usburgeros.*
6. *Ob crebras de Pfalburgeris querelas, & lites Imp. Carolus IV. eos abrogavit.*
7. *Privilegia quædam contra Caroli IV. abrogationem Pfalburgerorum.*
8. *Quomodo & qua ratione Pfalburgeratus sensim interierit.*
9. *Non est permissum subditis se in potestatem alterius sine licentia Dominorum suorum dare.*
10. *De Pfalburgeris in Gallia.*

DE Vocis hujus origine multa, minus tamen accurata inveniuntur apud Publicistas; *Speidel. in Spec. obs. hoc verbo* allegans *Wehnerum & Besoldum*, qui Pfalbur-
1. Pfalburgerus quis, & quid hoc nomine veniat. gerum dici putant, der zwischen seinen vier Pfälen sitzet/ h.e. der nicht in einem Thurn/ sondern in einem hölzernen Hauß wohnet; *Besold. in discurs. de jur. ordinibusque Civium cap. 3. num. 5.* vel qui non habitat in suburbio, *Palis* scil. non *muris* vallato. *Freher.* Falsum civem *Phalburgerum* denotare putat, quæ notatio textu A. B. juvatur, ubi *Phalburgeri* dicuntur, qui in fraudem sui Superioris, se in Civitatem aliam adscribi procurant, ut ejus privilegiis & defensione fruantur, & tamen in loco pristinæ habitationis permanent, *Arumæ. ad A. B. discurs. 6. thes. 11.*

Exortos Phalburgeros in Germania fuisse constat cuicunque, ex Legislatione & aliis de Pfalburgeris documentis, & quidem bel- 2. Pfalburgerorum initia.
lis illis Civilibus, inde ab Henrici IV. usque ævo, inter Pontifices & Imperatores gestis, quibus paulatim magis magisque Regia vis & auctoritas imminuta; Urbium verò Germanicarum Respublica in majorem libertatem asserta fuit, & per hanc libertatem & immediatatem, observante *Lehmanno Chron. Spir. lib. 4. c. 3.* ist ihnen gegeben und eingeraumet in ihrer Stadt alle freye Leut zu

Bur-

Burgern anzunehmen/ sie zum Gehorsamb mit Eyd und Pflicht zu beladen. Hinc apparet, quod non solum Principum aliorumque liberæ conditionis subditi spontaneam Tyrannidem suorum Dominorum experti, aut Civitatum Vicinarum immunitatibus & privilegiis allecti, sed & homines eorum proprii, ut ad omnimodam libertatem pervenirent, jus Civitatis ac protectionis à Civitatibus Vicinis potentioribus quærentes, civitatibus adscripti & numero Civium adjuncti fuerint. *Lehm. Chron. Spir.* II. 20. *p.* 101. & *IV.* 14. *per tot.*

3. Pfalburgerorum exempla. Exempla Phalburgerorum pleraq; & Ussburgerorum suppeditat *Goldast.* & quidem recentiora suis temporibus in Alemannia adhuc reliqua. Quibus addit antiquiora *Limn. ad A.B. obs.* 8. De Trevirorum urbe exempla valde egregia habet *Brouverus in Annal. Trevirens.* Argentoratum quoque quam plurimos non tantum Ussburgeros sed & Phalburgeros habuisse non dubitant; De utrisq; loquuntur Pactiones insuper initæ cum Episcopis suis; Maximè vero probat hoc liber membranaceus conscriptus *A.D.* 1341. die Außbürger betreffendt/ cujus initialia ita sonant: Die sind die Außbürger also wie das Land ist / und auch zu der Stadt Straßburg hörent. Quibus exemplis addi possunt celebriora plura Nobilium & eminentioris dignitatis personarum, qui in Cives se recipi, juramento Senatui corporaliter exporrectis digitis præstito, curarunt, prout literis reversalibus, quas vocant, probatur.

4. Effectus Pfalburgeratus. Effectus Pfalburgeratus & consequenter etiam Ussburgeratus, consistit in jure Civitatis vero vel quasi, quod cooptatione in Civitatem aut gratis, aut pretio obtenta, vel simpliciter & jure, vel regulariter ad diem & definitum tempus, veluti decennium vel etiam in perpetuum, præstito homagio acquirebatur, & continebat *primo* fidelitatis, obsequii, & munerum præstationem, *dein* jurium atque privilegiorum fruitionem, & *tandem* defensionem & protectionem. Quod ipsum in Civitate Argentoratensi omnes tam originarii quam allecti, & consequenter etiam Ussburgeri atque Phalburgeri, ingesessene und außgesessene Bürger / obligantur ad sacramentum, zu Ablegung deß Bürger-Eyds / ad taxam præscriptam, zu der Darlegung der Gebühr und deß Bürger-Schillings; item ad præstanda obsequia & onera, quæ communiter bürgerliche Beschwerden nominantur. Ita contra gaudent omnibus honoribus, juribus, immunitatibus, libertatibus, commodis, favoribus & privilegiis.

5. Differentia inter Pfalburgeros & Ussburgeros. Porrò non omnes Cives duarum Civitatum sunt *Phalburgeri*, sed ii tantum, qui in præjudicium prioris posterius quærunt: *Ussburger* verò latius patet quam Phalburger, & notat non solum eum, qui utrinque jus Civitatis habet, sed etiam illum, qui in uno loco jus Civitatis, in altero jus protectionis, vel Incolatus. Hinc patet, quam longe distent Phalburgeri veteres ab iis, quos hodie nonnulli abusivè Pfalburgeros vocant, eos nempè, qui in Civitatibus tantum commorantur, ut incolæ, Einwohner/ Beysassen/ nec dum jus civitatis habent, sed tantum in tutelam & jurisdictionem ut subditi recipiuntur. Hi enim, sive retento sive resignato jure Civitatis, emigrantes, & in altero loco jus protectionis vel Incolatus obtinentes, nulli sunt Phalburgeri, sed Ussburgeri, ad differentiam eorum, qui utrinque jus Civitatis habent, peculiari nomine Schutz- un Schirm-Verwandte indigitati, à quibus tamen iterum differunt Clientes, qui non sunt Subditi. Alibi etiam Pachtburgeri dicuntur, ut vult *Killinger tr. de Ganerb. disc.* 3. *num.* 88. quod non absolutè, sed sub certo pacto, unter einem gewissen Pact oder Geding/ Cives sint, aut sub certa & denominata pensione annua vel censu, aut ad certum tempus, rarò in perpetuum, *vid. Gail.* 2. *obs.* 35. *n.* 3.

Olim de Pfalburgeris crebras in Imperio querelas & concertationes inter ipsos Imperii status viguisse notum erit; Cum enim isti Principum aliorumvè Imperii statuum subditi existentes, in aliis insuper Civitatibus Imperii Civium jura acquirerent, nihilominus in priorum Dominorum territorio residebant, in diversis territoriis juribus & libertatibus Civium gaudere, & in controversiis modò ab hoc, modò ab altero Domino defensari volebant. *Lindenspur. in Comment. ad Ord. Wurtemb. f.* 85. Si quis enim conveniretur corā Principe sub quo degebat, provocabat ad Civitatem, cujus civis erat, & vice versa ad Principem, sub quo vivebat, quod inter Status Imperii non immeritò materiam litigii præbens Imp. *Carolus IV. in A.B. cap.* 16. reprobavit, ac disposuit, hujus Phalburgeros à nemine recipi, aut si recepti fuerint, nullatenus potiri debere juribus & privilegiis earum Civitatum, in quarum Cives se recipi fraudulenter procurarunt; abrogatis etiam quibuscunque consuetudinibus, & juribus contrariis. Dolosa enim dicitur talis acquisitio Civicorum jurium, unde etiam fraus & dolus acquirenti patrocinari non debent, *Rumelin. ad A.B. part.* 2. *dissert.* 5. *thes* 1. & 2. ac *ibi in addition. Müllerus* ait, ejusmodi constitutionem & prohibitionem etiam juri Civili consentaneam esse, eò quod ad essentiam Civitatis, in ipsamet Civitate habitatio requiratur, quam constitutionem Impp. Rupertus & Sigismundus postea approbarunt. 6. Ob crebras de Pfalburgeris querelas & lites Imp. Carolus IV. eos abrogavit.

Nihilominus tamen nonnulla privilegia de receptione Civium extraneorum contra A.B. tenorem concessa, nominatim Wenceslai Imp. renovatum cum consensu Principum *anno* 1397. Civitati Spirensi, *Lehman. Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 70. Ruperti Imp. datum Ottoni & Gerhardo Wildgrafen zu Kirchberg/ *anno* 1403. & in simili in confirmatione Privilegiorum Civitati Suinfurtensi facta ab eodem concessum, *an.* 1401. quibus permittitur, daß sie allerley Leute/ wann die Quamen abe/ sie auch eigen Leute/ oder unverrechnete Ambtleute wären/ zu Bürgern offnehmen/ empfahen und behal- 7. Privilegia quædam contra Caroli IV. abrogationem Pfalburgerorum.

ten

ten mögen; Et memorabile, quod cum an. 1394. ea de re contentio exorta fuerit inter Bernardum Marchionem Badensem & Civitatem Spirensem, Imp. Wenceslaus *anno* 1398. Francofurti, cum consilio Principum, pro civitate pronunciavit. Ex quibus apparet, licitum etiam post A. B. fuisse Cives alterius invito Domino recipere, modo talis receptio non fiat violenter, aut ausu temerario, ut apparet ex responso Civitatis Spirensis, dato Bernardo Marchioni *Badensi ap. Lehman. d. l. c.* 71. daß sie mit keinem Gewalt noch frevendlichem Muthwillen dieselben Personen empfangen haben/ dann ein jeglicher habe sein Bürgerrecht an sie begehret/ das haben sie ihnen gegönnet/ als sie auch billig solten/ nach altem Herkommen und guter Gewohnheit ihrer Stadt. Sed quicquid sit, causa non observatæ A. B. prohibitionis fuisse neglectam executionem, partim ob temporum injurias, maximè in Germania, partim etiam, quod non tam judiciis, quam armis & bellis controversiæ Statuum tum fuerint agitatæ, imo potentiores quique Principum omnia judicia sæpe quasi everterint bello & armis, sibi quidvis pro lubitu vendicantes: alii arbitraria judicia consenserunt, non implorata auctoritate Cæsaris & Reipubl. vid. *Conring. de jud. Reip. Germ.*

8. Quomodo & qua ratione Phalburgeratus sensim interierit.

Cœterùm & tempore Maximiliani I. Imp. graves adhuc querelæ de receptione Pfalburgerorum propositæ fuerunt, ut patet *ex R. J.* zu Trier und Cölln *an.* 1512. §. *item* als an uns. Quamvis autem tunc hic articulus ad proxima Comitia rejectus fuerit, nihil tamen vel in proximis, vel aliis sequentibus de illo ulterius tractatum, decisumve extitit: nisi quod *Coll. Jur. Arg. l.* 1. *t.* 5. *th.* 18. meminit Supplicationis à Comitatibus, Baronibus & Nobilibus in Comitiis Wormatiensibus *an.* 1521. Imperatori Carolo V. exhibitæ de Pfalburgeris, ut & der Stadt Straßburg special Antwort an den Käyser/ inde tamen asserere non possumus, aliquid decisum tum ab Imperatore fuisse, prout ex actis horum Comitiorum constat. Illuxit enim melior Germaniæ Status, ex quo Fridericus III. & Maximilianus I. Imp. de arctius conjungendis & cohibendis Germaniæ Ordinibus sedulo occupati fuerunt. Quem in finem in Circulos Germania divisa, & supremum Cameræ judicium est institutum; sublatis itaque bellicis motibus, diffidationibus, conspirationibus, confœderationibus, & aliis hostilitatibus Principum adversus Civitates jam à multis seculis exercitis & commissis controversiis Statuum, passim legitimis judiciis, ab eo usque tempore Pfalburgeratus sensim interiit, ut vix reliquiæ illius hodie supersint.

Denique subditis permissum non est se dare in potestatem alterius absque auctoritate Dominorum, quorum subditi sunt, seu in quorum districtu consistunt, eisdem Dominis nominatim non exceptis, *Vid. A. B. C.* 15. *Constit.* ac *PP. An.* 1521. Tit. von den Aechtern. Quia in impetranda & suscipienda protectione regulam facit Imperium Ordinarium, cujus quippe pars est obligatio ad protectionem; adeoque in præjudicium ejus impetratio nec susceptio de jure N. G. & C. fieri non potest, nisi justa aut necessaria subsit causa, veluti, ut contra injustam vim defendantur, à qua Ordinarius, vel propter impotentiam vel propter negligentiam eos non defendit. Tunc enim jus Protectionis, ut extraordinarium aliquid, & in casibus tantum exceptis locum habens, etiam subditi aliunde quærere possunt, idque naturali ratione, quæ subditis undecunque defensionem quærere permittit.

9. Non est permissum subditis se in potestatem alterius sine licentia Dominorum suorum dare.

Similiter 2. si observantia vetus & jus quæsitum jam adest: Quapropter Imp. *in R. J. Spir. de Anno* 1554. §. doch soll kein Stand/ quæ verba repetuntur, *in R. J. de An.* 1555. §. es soll auch/ mori isti morem gessit: daß hiemit demjenigen/ so hiebevor vor Alters Schutz- und Schirm-Herrn anzunehmen gehabt/ nichts benommen seyn solle. Et hanc antiquam observantiam circa hanc rem attendendam esse non obscurè ostendit Imperator Carolus V. *in R. August. de An.* 1548. *in princ.* constituens: Daß kein Stand dem andern seine Unterthanen/ ohne ihrer Obrigkeit Wissen und Willen/ anders dann wie es jederzeit herkommen/ in Schutz und Schirm annehmen soll. Quod etiam dicitur *in R. Spir. de An.* 1529. §. Wie auch Chur-Fürsten.

10. De Pfalburgeris in Gallia.

Novissimè videtur cum Pfalburgeris similem rationem habuisse in Gallia & alibi eorum, qui se Burgenses Regis, *Bourgeois du Roy* appellabant, & eo inferiorum jurisdictioni, in quorum territoriis habitabant, se subtrahebant. In *Consuetud. Meledun. Bourgeois fieffez du Roy* dicuntur, *vid. Gloss. du Fresne h. v.* ibi: *Burgensis Regis, qui licet in alterius domini jurisdictione maneat, ab illa tamen eximitur, & jurisdictioni Regiæ tantum subest, nisi Dominus juribus Regiis gaudeat.* Hunc abusum in Gallia primum Philippus pulcher Rex Anno 1302. correxit peculiari ordinatione, quam postea A. D. 1351. Joannes Franciæ Rex confirmavit; *Vid. Estienne Pasquier des Recherches de la France l.* 4. *c.* 5. ubi illius contenta ordine descripta extant. Multa quoque de Burgensibus Regis è Constitutionibus & consuetudinibus Regni Franciæ collegit *Franciscus Raguellus* JCtus Gallus in Glossario juris Gallici, quod sub titulo *Indice des Droicts Rojaux & Seigneuriaux &c.* Parisiis An. 1600. edidit.

Pfalz-

Pfaltz/ Domus Palatina.

SUMMARIA.

1. *Vox* Pfaltz *unde venerit, & qualis ejus ab antiquo locus?*
2. *Divisio Provinciarum Rhenensis & Francicæ.*
3. *Conventus Imperii ad Rhenum.*
4. *Unde Dux Provinciæ Rhenensis Comes Palatinus dictus.*
5. *Officium Comitum Palatinorum, ejusque majus incrementum.*
6. *Origo Comitum Palatinorum.*
7. *Alia narratio de origine Comit. Palat.*
8. *Gevvoldi Genealogia Ducum Bavariæ.*
9. *Palatinorum hodiernorum descendentia ex Comitibus Chyrensibus.*
10. *Hodierni Comites Palatini & Electores omnes sunt ex sanguine Habspugico ratione matris.*
11. *Transactio & cessio Palatinatus Rheni.*
12. *Electoria dignitas ab Imp. Carolo IV. solis Palatinis attributa.*
13. *Heidelbergensis Academia instituitur.*
14. *Fridericus II. religionem Catholicam deserit, Luthero adhærens, Casimirus Calvinismum introducit.*
15. *Maximilianus Dux Bavariæ & Elect.*
16. *Referuntur porrò, quæ And. Burgoldensis de hac Serenissima Domo Palatina scripsit.*
17. *Linea Rudolphina series & successio.*
18. *Pugna Friderici Palatini.*
19. *Bellum Bavaricum.*
20. *Palatinatus Neoburgicus.*
21. *Tutela Electoralis.*
22. *Ulterior narratio de origine & successione Domus Palatinæ.*
23. *Controversia Aurelianensis & desuper compromissum in Sedem Apostolicam.*
24. *Comitatus Bipontinus & Veldentius.*
25. *Primogenitura Neoburg. & Bipontina.*
26. *Neoburgica linea.*
27. *Controversia Juliacensis.*
28. *Wolfgangus Wilhelmus Catholicam religionem in Palatinatum postliminio reduxit.*
29. *Sultzbacensis linea.*
30. *Bipontina linea.*
31. *Princeps Bipontinus Rex Sueciæ.*
32. *Birckenfeldensis linea.*
33. *Linea Veldentia.*
34. *Palatinatum superiorem olim habuisse suos Reges.*
35. *Sequuntur Comites Palatini Rheni.*
36. *Serenissimus Elector modernus, ejusque fratres, & Sorores, Imperatrix, Reginæ & Principissæ.*
37. *Duces & Electores Bavariæ.*
38. *Ditiones Palatinæ.*
39. *Quomodo Provinciæ Juliacenses ad Domum Neoburgicam pervenerint.*
40. *Transactio inter Elect. Brandenb. & Palatinum.*
41. *Privilegia Electoris Palatini.*
42. *Vicariatus Imperii.*
43. *Confirmatio electi Imperatoris gestorum à Vicariis Imperii.*
44. *Ad quos Circulos spectent Elect. Palatini provinciæ.*

1. Vox Pfaltz/ undè venerit, & qualis ejus ab antiquo locus?

PAlatium sive *Sala* dictus est locus, ubi publici *Conventus regni* habebantur, 2. *Feudor.* 27. & hinc in textu latino *A.B.* locus talis dicitur *Curia Regni*, Germanicè Käyserl. Hoff/ *A. B. tit.* 3. 4. 5. 6. 11. *& passim.* Hujus regni sedes perpetua fuit *Aquisgranum trans Rhenum*, indeque & hodie dicitur der Königl. Stuhl zu Aachen/ tanquam caput & Sedes Regni Teutonici, *Goldast. tom.* 2. *Constit. Imp. fol.* 8. *& in Confirm. privileg. Aquisgr. Caroli V.* Ita *Wippo de Itin. Reg. Aquisgranum*, ait, *ubi publicus Thronus Regalis ab Antiquis Regibus, & à Carolo præcipuè locatus, totius regni Archisolium habetur, Frising. Chron. lib.* 6. *c.* 35. *Eginhard. in Carol. M.* Aquense palatium vocat, & Carolum M. extremis Vitæ annis, usque ad obitum, perpetuò ibi habitasse dicit. Unde in divisione Imperator dicitur sortitus Palatium Aquisgranense, *Frising. d. l. c.* 4. *& Ludov. German.* Aquisgrani Palatium occupasse, *Viterb. part.* 17. *in an.* 874. Lotharius quoque, Aquisgranum plenam Majestatis urbem petivisse, *Æmil. lib.* 3. *in Ludovic. I. in fine.*

2. Divisio provinciarum, Rhenensis & Francicæ.

Fuere igitur tum Regni Francici, antequam ulla reliquæ Germaniæ pars occupata esset, duæ Provinciæ unitæ, *Rhenensis*, seu utraque Germania Belgicaque: & *Francia*, sed divisione filiorum Ludovici Pii iterum separatæ sunt, & *Rhenensis*, in qua Sedes Regni, data filio majori *Lothario* Imperatori, eo verò defuncto, ex divisione cum fratre Rege Galliæ inita, *Ludovicus*, Rex Germaniæ, terram *Rhenensem* recepit, *Frising. d. l. Reginald. Chron. lib.* 2. *in An.* 842.

3. Conventus Imperii ad Rhenum.

Habebantur itaque Curiæ & Conventus Regni, ubi Regis vel Regni sedes est, quæ in *terra Rhenensi* fuit, & exinde in cunctis prope hujus provinciæ urbibus antiquis extant tales Curiæ seu Domus publicæ, quæ hodieque dicuntur die Pfaltz/ oder der Sahl/ uti imprimis Wormatiæ, Spiræ, Treviris, Aquisgrani, & alibi. Quin & Curiæ sœpe in Campo habitæ sunt, & ad illas locus erat destinatus, qui dicitur Rheinsee/ de quo ipsi Electores in literis ad Papam Benedictum *XII. anno* 1338. datis ita referunt: *die* 15. *Mens. Julii an.* 1338. *in* Rheinsee *super alveo Rheni, ubi Principes Electores super negotiis Imperii tractandis convenire consueverunt, ab antiquo, cum aliis omnibus Principibus, in unum*

unum congregati fuimus. Hujus etiam descriptionem luculentam ex *Hedione* exhibet *Lehm. Chron. Spirens. lib.* 2. *cap.* 17. zwischen Rheins und dem Flecken Kapel / ligt ein schöner Baum-Garten / darin ist ein alt Gebäu unter 7. grossen Nußbäumen / deß Königs Stuhl genannt rc. *Freher. Orig. Palat. part.* 2. *cap.* 2.

4. Inde Dux Provinciæ Rhenensis Comes Palatinus dictus. Hinc Dux Provinciæ Rhenensis hujus Palatii *Comes Palatinus Rheni* specialiter dictus fuit. Et Palatii Comites inter omnes alios quandam æstimationem habuisse, non vanè creditur, cum illis munus incubuerit, ut controversias, quæ ad Palatium Regium deferebantur, legali sententia deciderent, & si quid in legibus emendandum esset, Principi exponerent & accepto responso emendarent, sicut officium horum Comitum exactè satis atque diligenter in diversis Epistolarum suarum locis descripsit *Hincmarus Episcopus Rhemensis.*

5. Officium Comitum Palatinorum, ejusque majus incrementum. Quantacunque verò horum potestas priscis temporibus fuerit, non tamen de omnibus promiscuè negotiis jus dixisse, sed de pauperum tantum & minus potentum causis, nisi speciali Regum mandato & privilegio aliud indultum fuisset, cognoscere potuisse, ex Capitularibus Regum Francorum *lib.* 111. *cap.* 77. & Eginharto in *vita Caroli M. cap.* 24. satis liquidò intelligitur. Procedente autem tempore & maxime sub Saxonicis Imperatoribus, non litibus tantum decidendis eosdem vacasse, sed longè ampliori potestate gavisos esse constat, sicut officium illorum ex veteribus Instrumentis & diplomatibus breviter & nervosè descripsit *Aventin. lib.* 4. *Annal. Bojor.* dum ait: *Comites Palatini, Vicem Cæsaris, præsidendo Senatui Principali, fungebantur. Fidem Imperatoris implorantibus aderant, jusque reddebant, fiscum Augusti, Prædia Salica, reditui regios procurabant, Cæsareum censum exigebant. Nihil citra eorum auctoritatem Ducibus aut decernere aut statuere licebat.* Et cum Germania quatuor velut insignioribus Provinciis, Saxonia sc. Bavaria, Franconia & Suevia distingueretur, singulis suos quondam Palatinos fuisse refert *Auctor speculi Saxonici lib.* 3. *art.* 53. quos inter præ cæteris, quorum omnis pene memoria, temporum, ut puto, vetustate intercidit, *Rhenanus & Saxonicus Palatinus* eminent, ut ut in hoc diversi sint, quod *Palatini ad Rhenum* solenni Curiæ stylo hodieque ita cognominentur, quo tamen titulo Saxones pridem uti desierunt, *Iter. de feud. Imp. cap.* 5. §. 10. allegans *Pithœum, Freherum, & Schubartum Exercit. Histor. de Comit. Palat. pag. præcipue* 134. *& seqq.*

6. Origo Comitum Palatinorum. Palatini seu Bavarici Principes antiquissimæ etiam sunt prosapiæ, nonnulli eos derivant à *Carolo M.* de quo tamen non satis constat. Majores ipsorum fuerunt *Comites à Schiern*, qui Henrico Leoni Brunsuigio, à Friderico Cæsare Bavariæ Ducatu exacto, Bavariæ Ducatu sunt potiti. Henrici Leonis Brunsuigii filius *Henricus Longus* duxit *Conradi Palatini* filiam & dotis loco accepit Palatinatum, hic duas reliquit filias, quarum primam duxit *Otto Wittelsbachius*, stirps & propagator omnium Ducum Bavariæ & Palatinatus ad Rhenum, ex hac familia duo fuerunt Cæsares, *Ludovicus IV. & Rupertus.* A Ludovico descendunt *Bavariæ Duces*, à Ruperto *Principes Palatini.* Cæteræ Germanorum Principum familiæ, si Austriacos excipias, Cæsares non habuerunt, magnam tamen partem à Regibus originem ducunt. *Jacob Lampad. de Republ. Rom. Germ. part.* 3. *c.* 5. §. 20. *&* 21.

7. Alia narratio de origine Com. Palatinorum. *Georg. Ludov. Lindenspür de success. & mutat. Impp. & familiarum pag.* 201. *& seqq.* de origine hujus familiæ sequentia tradit: Originem Bojorum incompertam esse, ob literarum silentium; In Gallia tamen Celticâ, eorum nomen, sexcentis ante Christum natum annis (quo tempore eorum pars in Hercyniam sylvam *Sigaveso* Duce, pars in Italiam, privatis auspiciis commigrârit:) inclaruisse memorat Brunnerus *lib.* 1. *annal. Boicor.* rationemque, cur multa à Bojorum Ducibus Regibusque gesta literis prodita non inveniantur, reddit *Aventinus lib.* 1. *fol.* 135. *b.* eò quod illis temporibus omnia adscripta fuerint Germanis, Scythis, & Sarmatis, den Teutschen und Wandlen. Sansovinus *in Chronologia Mundi fol.* 179. Bavariam dictam putat ab Avaris, reliquiis Hunnorum, præpositâ literâ B. dictam quoque Bojoariam *à Boiis* populis Cisalpinis, ubi habitârunt per aliquod temporis spacium; aliquando dictam fuisse Noricum, à Norice, Rege Bavariæ, Herculis fortissimi filio, uti Bavaria, à primo Bavariæ Duce Bojoaro, ut putat Joh. Trithem. *in Chronico Bavar.* & continere Austriam, Stiriam, & Carinthiam, omnes iisdem moribus, eâdem linguâ utentes; quibus Joh. Stumpfius *lib.* 3. *Chron. Helvet. cap.* 83. addit, tempore Caroli Martelli fines Bavariæ, in finibus Longobardorum sese terminâsse, subjungens, das Land / so man ob der Enß nennet / und Saltzburger Landschafft / hie dieß-halb Saltzburg / sambt dem Etschland / habe selbiger Zeit alles in das Fürstenthum Bäyern gehört; Tyrol seye wohl eine eigene Graffschafft gewesen / habe aber dannoch damahls dem Fürstenthum Bäyern gedienet.

Nos relictis illis, quæ Aventinus de Regibus Bavarorum ante Christum natum operosè conquisivit, initium faciemus ab iis, qui ante Carolum M. in Bavariâ præfuerunt, quique Originem suam ad Alemannum Herculem retulerunt; *An.* 456. *Hunni vel Hauvvoldi Schiri filius*, post obitum Azelii, Regis Germanorum potentissimi, *Rex* à Bavaris electus, suos hactenùs in confinio Hun-

Hungariæ & Bohemiæ commoratos, versus occidentem ad Albim & Rhenum deducit, inque Norico consedit, fœdereque cum Suevorum Rege Adelrico inito, adversus Ludovicum M. Francorum Regem, infeliciter congressus occubuit. Sic tota Bavarorum gens *Francis submissa* est, quique illis præfuit, *Ducis titulo* contentus, regiam dignitatem Francis relinquere coactus fuit. Filius ejus *Theodo seu Gibhuldus*, Francorum auxilio, Westro-Gothis victis, Vindeliciâ occupatâ, Ratisbonâ expugnatâ, Ducibusque Romanorum profligatis, plurima ad Danubii ripam oppida condidit, ejusque filius *Theodo II. Magnus*, tributo Romanis, quod hactenùs ex Norico petierant, negato, quinquies cum iis congressus, victor semper evasit, omnique eos Bavariâ exegit. Decimus quintus *Bavariæ Dux* Utilo regium nomen postliminiò usurpare cœpit, cujus filius, *Tassillo III. anno* 765, postremus hujus familiæ, in Aulâ Pipini, Regis Franciæ, Avunculi sui educatus, cum contrà *Carolum M.* conspiraret, *Bavariâ ejectus*, Hungaros in Germaniam evocavit. Sed victus denuò, & criminis læsæ Majestatis accusatus, postquam 23. annos Bavariæ præfuisset, in Monasterium *Laurissam*, quod anteà in stratâ Montensi non longè à Wormatia construxerat, unà cum filio Tassilone detrusus est: ubi sub regulâ S. Benedicti non sine Sanctitatis opinione vitam finiisse scribitur. Sunt qui dicunt, eum à Carolo M. fuisse in Carcere excæcatum, objectu continuo duarum laminarum ignitarum. *Trithem. d. Chron. f.* 101. Sic *Bavariam Carolus M.* reliquis suis regnis adjecit, cujus ex stirpe posteriores Bavariæ Duces descendunt. A Carolo autem M. scriptores diversissimis planè modis deducunt Bavariæ Duces; Aliter enim, & quidem duobus iterum diversis modis Genealogiam Ducum Bavariæ describit *Hieronymus Henninges*, Lunæburgensis Prædicans, eumque secuti quamplurimi; aliter quoque *Elias Reusnerus*, Medicus & Professor Historiarum in Academiâ Jenensi; qui omnes Carolo M. sed diversimodè, substituunt Ludovicos & Arnolphos, unum Imperatorem, alterum ipsius filium &c. *Genuinam verò Genealogiam Ducum Bavariæ*, veritatique historicæ, antiquis literarum monumentis subnixæ, consonam putat *Gevvoldus*, quod *Carolum M.*
8. Gevvoldi Genealogia Duc. Bavariæ. patrem, excepit, filius *Pipinus*, ex Matre Hildegardi Suevâ Italiæ Rex inunctus, & Bojariæ Rex in testamento patris scriptus, *circa ann.* 806. Hunc secutus est filius *Bernardus*, Italiæ Rex ab Avo Carolo M. declaratus, à Patruo verò Ludovico Pio Imp. contrà quem conspirâsse diceba-tur, luminibus orbatus & mortuus; Cujus filius *Pipinus* ob delictum patris, una cum filiis in Bavariam abductus, & in Comitum ordinem redactus, *Comes in Lengenfeld*, nuncupatus fuit. Successit filius junioris Pipini, *Bernhardus*, Comes in Lengenfeld, Bojoariorum Princeps (ut eum Annales Francorum vocant) contrà Nortmannos Dux, nomine Arnulphi Imperatoris factus *anno* 891. in prælio fortissimè pugnans occubuit.

Filius itaque Arnulphi *Luitbaltus seu Leopoldus*, à Ludovico IV. Cæsare Illustris Comes, ex dilectus propinquus appellatus, & Lengefeldensi Comite, primùm orientalis limitis Bojoariæ, seu superioris Austriæ Marchio, deindè *Bojoariæ Dux* creatus, contra Hungaros prælians occubuit, *anno* 709. relictâ Uxore Adelheide, Othonis Saxoniæ Ducis filiâ, & Henrici Aucupis Imp. sorore. Successit ergò *Arnulphus seu Arnoldus*, cognomento *malus*, Leopoldi Bojoariæ Ducis, *anno* 907. ab Hungaris occisi, & modernorum Bavariæ Ducum progenitoris (non verò Leopoldi, qui itidem ab Hungaris anno demum 1044. occisus, & antiquorum Austriæ Marchionum, & Ducum progenitor fuit, *quos ambos Lazius, & alii nonnulli, perperam confundunt*) filius, Bojoariæ Rex atque Dux, *anno* 948. vel secundum alios, 937. Et hujus quoque ex uxore *Gerbyrga*, *Rudolphi Comitis Altorfensis*, fratris S. Conradi, Episcopi Constantiensis, filiâ, filius *Arnolphus* unà cum fratribus, suo Bavariæ Ducatu per Othonem I. Imp. spoliatus, Comitem *Chyrensem* & Palatinum Bojoariæ se scripsit. Ab hoc itaque *Comites Chyrenses*, & Palatini Bojoariæ (quâ dignitate, tunc post Ducalem proximâ, à Dicto Ottone I. Imp. affine suo insigniti fuere) descenderunt. Occubuit autem hic Arnulphus in prælio ante Ratisdonam, *anno* 954. Uxor ejus fuit *Richsa* Soror Ottonis I. Imp. Undè tam multi Ottones in hac familiâ reperiuntur. Eckardus Monachus S. Galli qui non longè post hæc tempora vixit, Arnolphum hunc Schyrensem Comitem, Ducem Norici vocat. Hunc insecuti, filius *Berchtoldus*, & Nepotes *Wernherus*, *Otto I. Otto II.* qui duos fratres habuit, Arnulphum, conditorem *Comitum in Dachavv*, & Conradum Conditorem *Comitum de Phalai*. Successorem habuit Otto II. filium *Ottonem III. Palatinũ* Bojoariæ, & Comitem de *Wittelspach*, quam Arcem converso Castro Schyrnensi in Monasterium, ipse condidit, suis posteris indè nomen imposuit. Habuit Uxorem Agnetem Lotharingiæ Ducissam: & fratrem nomine *Eckardum* mit dem Pundschuch / cujus filii se Comites in *Wolfratshausen* scripserunt: Hunc excepit filius *Otto IV.* & nepos; ex Holicâ Burggraviâ de Regensburg: *Otto Magnus Wittelspachius Comes*, qui à *Friderico I. Imp. Dux Bojoariæ* declaratus est, *anno* 1180. quo pacto familia hæc *Ducalem dignitatem*, quâ per annos 232. caruerat, recuperavit, eamque in hodiernum usque diem conservavit.

9. Palatinorum hodiernorũ descendentia ex Comitibus Chyrensibus.

Nnn nnn nnn 2 *Franc.*

Franc. Guillimann. in Habspurg. lib. 6. fol. 223. Scribunt quidam, ex Ottonis hujus, ex fratre, Ottone juniore, Nepote Comite Palatino in Wittelspach, qui Philippum Rom. Regem Friderici I. Imperatoris filium *anno* 1208. Bambergæ in Cubili occidit, progenie, ob paternum delictum, Bojoariâ pulsâ, prodiisse Comites Sylvestres, die Wildgrauen. Sed Ottonis M. filius *Ludovicus*, Bojoariæ Dux & Septemvir, à Friderico II. Imp. Comes Palatinus Rheni designatus *anno* 1215. interfectus est in *Kelheim*, quo in loco Palatini Bojoariæ Wittelspacenses Comites, à multo tempore, recuperato etiam Bojoariæ Ducatu, habitare solebant. Secuti eum sunt filius & Nepos *Ludovicus II.* Utrique Bojoariæ Duces, Septemviri, & Comites Palatini Rheni. Uxor Ludovici tertia fuit *Mechtildis*, *Rudolphi I. Imp. filia*, quæ procreatrix est omnium Bavariæ Ducum, & omnium Palatinorum Rheni Electorum, quotquot hodiè ubique terrarum inveniuntur, ita ut omnes

10. Hodierni Comites Palatini & Electores omnes sunt ex sanguine Habspurgico ratione matris.

Bavariæ Duces, omnesque Rheni Electores ex sanguine Habspurgico seu Austriaco, ratione Matris orti sint: *Id quod Johannes Gans, Imperatoriæ Majestatis Capellanus, in Arboreto Genealogico, omnium ferè Imperii Principum, Regum Europæ modernorum, lineâ rectâ à Rudolpho I. Imp. descendentium, clarissimè ob oculos ponit, in arbore.* 7. Hujus Ludovici II. Severi & Mechtildis Austriacæ filius, *Ludovicus*, Bojoariæ Dux, & Septemvir, Comes Palatinus Rheni, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ Comes, ac Dominus Frisiæ, communis parens & progenitor omnium Serenissimorum Bavariæ Ducum, quotquot hodiè extant: *Anno* 1314. 13. *Calend. Novembr.* in Romanorum Regem electus fuit; quem in Ducatu Bavariæ excepit filius *Stephanus* Senior, Bojoariæ Dux, Septemvir, & Comes Palatinus Rheni. Hujus Ludovici pietas inprimis indè conspicua est, quod mortuo fratre Rudolpho, inter hujus suosque filios, injuriæ paternæ immemor, divisionem Provinciarum hæreditariarum instituit, & *fratris filiis Palatinatum Rheni* concessit possidendum, hac insuper

11. Transactio & cessio Palatinatus Rheni.

transactione factâ ab Electoribus tunc temporis ratificatâ, confirmatâ, & à Rudolphi filiis juratâ promissione susceptâ, ut Electio Regis Romanorum, Ducibus Bojoariæ ratione Ducatûs ab antiquo competens, casu eveniente, ab utrâque parte alternis vicibus fieri debeat. Hæcque transactio *anno* 1338. ab Electoribus observata fuit, cum nimirùm *Ducem Stephanum*, tanquam Coëlectorem suum, in confœderationem illorum, & literas ratificatorias illius super eâdem ab ipso recepissent; Verùm mortuo Ludovico, cum *Carolus IV.* Bohemiæ Rex in Imperatorem designatus, & *Philippi Palatini filiæ Annæ* matrimonio copulatus, alias quoque Antecessoris sui Ludovici Imp. filiis infensus esset: ipsi Palatini Rheni, posthabitis juratis conventionibus, facilè effecerunt; ut *Electoria Dignitas* posthac à solis Palatinis usurpata, ac Ludovici Imp. Posteri, ab Electionis jure per conditionem *Aureæ Bullæ* exclusi fuerint latè *Gevvoldus de Sac. Rom. Imp. septemviratu. cap.* 10. *f.* 218. & 222. *&c.* Mandelius *in dissert. de septemviratu Palatino c.* 2. *ubi num.* 36. Hujus pacti gentilitii meminit quoque Bodinus *lib.* 1. *de rep. c.* 2. *ante fin.* eumque allegans Arumæus, *vol.* 2. *discurs.* 19. *num.* 48. ubi ait, jure familiari etiam utuntur Duces Bavariæ, & Comites Palatini Rheni, tum in legitimâ bonorum suæ gentis successione, tum etiam in Electionis Imperatoriæ munere. *Ludovicus Imp. quinque fratres* habuit, quorum alii *Marchiones Brandenburgenses, Sac. Rom. Imperii Electores, & Comites Tirolis, Duces item Stiriæ, & Carinthiæ*: alii Hannoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ Comites, & Dominos Frisiæ se scripserunt: Frater autem ejus *Rudolphus*, communis pater & progenitor est Serenissimorum Comitum Palatinorum Rheni, quotquot hodiè extant: inter quos *Rupertus* Heidelbergensem Academiam *anno* 1327. instituit: Ludovici Barbati ex fratre Stephano oriuntur & *Simerenses, & Bipontini Duces*; Fridericus I. Victoriosus *anno* 1449. uno prælio Episcopum Metensem, Carolum Marchionem Badensem, & Ulricum Comitem Würt, victos cepit, eosque in primâ Cœnâ, ob vastatos ab ipsis segetes, pane privavit.

12. Electoria dignitas ab Imp. Carolo IV. solis Palatinis attributa.

13. Heidelbergensis Academia.

Fridericus III. Hæreticus factus *Anno* 1544. Ottone Henrico mortuo, ad cognatos Comites Palatinos *Simerenses & Bipontinos*, Ruperti Palatini Imp. Nepotes, *septemviratus* delatus: à *Ludovico* Lutherano liber Concordiæ subscriptus; à Joh. Casimiro Tutore *Calvinismus* iterum introductus: & *Fridericus V. proscriptus* fuit. Ludovici filium Stephanū secutus est filius *Johannes*, & Nepotes, *Ernestus*, *Albertus III.* qui Regnum Bohemiæ ultrò sibi oblatum magnâ cum laude repudiavit, *Anno* 1460. Albertus IV. qui *anno* 1504. bellum Bavaricum, cui Georgius Dives testamento suo causam & fomitem subministraverat, cum Palatinis Agnatis suis morem gessit. *Guilielmus IV. Albertus V. Guilielmus V. Filius Alberti, & Annæ Archi-Ducissæ*, qui *an.* 1597. gubernatione Ducatûs se abdicavit, ut DEO & divinis rebus liberius vacare posset; Uxorem habuit *Renatam Francisci Lotharingiæ Barrique Ducis, & Christiernæ Danorum Reginæ filiam*, ex qua suscepit Maximilianum, Serenissimum Bavariæ Ducem, & Principem, cui ab Augustissimo Imp. Ferdinando II. felicissimæ memoriæ, re cum reliquis Imperii Electoribus communicatâ, Pontifice item Maximo, & reliquis Electoribus adstipulantibus, electoralis dignitas, cum omnibus ipsi annexis juribus, bonis & ditionibus, utpote ob proscriptionem Friderici, non ad Serenissimum Ducem Neoburgensem,

14. Fridericus II. religionem Catholicam deserit, Luthero adhærens, Casimirus Calvinismum introducit. Liber concordiæ.

15. Maximilianus Dux Bavariæ & Elector.

sem, ut Agnatum, sed tam ipso quam aliis proximioribus exclusis, ad S. Cæsar. Majest. vigore juris communis feudalis, Aureæ Bullæ, & Constitutionum Imperii devoluta, ex certa scientia & motu proprio, ob infinita præclarè & gloriosè de sua Majestate, Romano Imperio, & Catholicâ Relig. merita, oblata, investitura more majorum collata est, atque ita velut postliminiò in eum statum & locum, à quo trecentos ferè annos, exulaverat, reversa fuit, *Mandelius in proœm. de dissert. fol. 2. & 3.*

16. *Referuntur porrò, quæ Andr. Burgoldensis de hac Serenissima Domo Palatina scripsit.* *Andreas Burgoldens. discurs. 24. ad Instrum. Pac.* quæstionem movet, utrum Electoralis dignitas in Palatina familia prior, an in Bavarica fuerit, ubi argumenta utriusq; Partis refert, & multa alia disputat. *membro 2. d. Cap.* agit de Maximiliano Electore Bavariæ, discursu verò 25. de octavo Electoratu, & hujus *memb.* 2. de Carolo Ludovico Electore Palatino, nec non *memb.* 4. de linea *Rudolphina* & *Wilhelmina*, cujus utriusque originem talem refert: *Linea Rudolphina & Wilhelmina.* *Ludovicus* Severus, communis Palatinorum & Bavarorum, quotquot hodiè supersunt, Pater, habuit filios *Rudolphum & Ludovicum*, Imp. posteà factum. Rudolpho Pater cum Electorali dignitate reliquit Palatinatum, & ab eo Comites Palatini, qui ad Rheni ambas ripas dominantur, descendunt, indeque *linea Rudolphina. Lehmannus* (l. ult. Chron. cap. 29. à princ.) ita hac de re: Churfürst Ludwigs hinterlassene Söhne/ Pfaltz-Graff Rudolph und Ruprecht/ hatten in Abtheilung der Pfaltz und Hertzogthums Bayern/ mit Käyser Ludwig *anno* 1327. zu ihrem Theil absonderlich vor sich/ ihre Erben und Nachkommen/ empfangen die Lande am Rhein-Strom/ und Ober-Pfaltz/ so zuvor zum Hertzogthum Bayern gehörig gewesen/ und von derselbigen Zeit einen beständigen Hoff zu Heidelberg angestellt; dann ihre Vorfahren mehrertheils in Bayern oder anderer Orten Hoff gehalten.

Ludovicus autem Imperator habuit filium *Wilhelmum*, Ducem Bavariæ, *à quo Wilhelmina linea originem trahit.* Et hoc modo Wittelsbachica, & Bavarica familia in duos ramos diffunditur, quorum ille *Wilhelminus Duces Bavariæ*: Alter *Rudolphinus, Comites Palatinos* Rheni propagat. Quod *Palatinatum superiorem* attinet, ille donatione Conradini, ultimi Sueviæ Ducis, quæ à Rudolpho, & Electoribus confirmata, Palatinatui inferiori cessit, & ab eo tempore in Comitum Palatinorum potestate fuit; *In Manifesto Electoris Palatini de anno* 1639. refertur, quod superior Palatinatus semper fuerit pars integrans Bavariæ, & per Pactum Pauiense ad Comites Palatinos venerit, (*Sprenger. in jurispr. Publ. p.* 380. 416.) Alii dicunt, quod Ludovicus Severus, Rudolpho primogenito, cum Palatinatu Electorali, etiam Palatinatum superiorem dederit. *Spenner.* (*in Syllog. Genealog. p.* 63.) ait: quod mortuo *Joanne Duce Inferioris Bavariæ anno* 1340. quum Ludovicus Imp. I. Nepotibus exclusis, solus succedere vellet, tandem in compensationem partem Norici nomine Palatinatus superioris concesserit Palatinis. Quicquid de eo sit, hodiè *per Instrum. Pacis, quamdiu Wilhelmina linea durat, Palatinatus superior ad Bavarum spectat.*

Sed ut ad Rudolphum, & Ludovicum, Ludovici Severi filios, redeamusu, *Rudolphus*, cum in eligendo Imperatore suffragium Friderico Austriaco potius, quam fratri Ludovico dare maluerit, & hic nihilominùs suffragiis superior fuerit, ut Ludovicus Imp. fratrem Rudolphum *anno* 1317. ditione sua exuit, qui extorris in Anglia moritur 1329. restituit tamen Rudolphi filiis Palatinatum Imp. Ludovicus, eâ conditione, quæ *Ticini eis* dicta *anno* 1329. *Ut in alternationem Electoriæ dignitatis, inter lineas Palatinam & Bavaricam servandam consentirent.* Ea verò transactio posteà, tanquam minorennibus vi extorta, irrita reddita à Carolo IV. 1339. Comitiis Norib. ob iniquitatem (vid. *Piasecium* in Chronic. nostr. temp. p. 36.) Ex familia Rudolphina prodiit dein *Rupertus Junior*, qui *electus Imp.* 17. *Linea Rudolphinæ series*
jura Imperii in Italia adversus Galeatium Mediolanensem asserere cogitavit, sed desertus à Pontifice & Florentinis, Moguntino etiam Conatibus ejus adversante, rem malè gessit. Hic Rupertus est Communis pater linearum Palatinæ familiæ; Ruperto Patri in Electoratu successit *Ludovicus Barbatus*, quem excepit dein filius, *Ludovicus Mansuetus*, & post illum frater *Fridericus victoriosus* (vulgò der böse Fritz/) qui præcipuum & gravissimum bellum cum *Diętheri* Isenburgici Electoris Moguntini (quem Papa, quod sine Pontificis consensu Electores se non convocaturum promittere nollet, excommunicaverat, substituto *Adolpho* Nassovio) hostibus gessit: Inferior multò hostibus fore visus Fridericus, sed ann. 1362. Cal. Jul. felicissimè hostes inter Angustias Rheni & Nicri (Am Frohn-Holtz bey Seckenheim/ zwischen Heidelberg und Mannheim) fudit, *Carolo* Marchione Badensi, *Georgio* Episcopo Metensi, & Ulrico Comite Würtenbergico captis, & Heidelbergam in arcem deductis. Eo in loco in pugna commissa adhuc hodiè extat *lapideum monumentum*, cui crux superimposita (unde ab accolis vocatur, das steinerne Creutz) Inscriptionem columnæ anno 1666. cum Heidelbergâ me animi gratia eò conferrem, talem deprehendi: 18. *Pugna Friderici Palatini.* Als man zählt nach GOttes Geburt 1462. auff S. Pauli Gedächtnuß-Tage/ seynd auff dieser Wahl-Statt durch Hertzog Friederich/ Pfaltz-Graff bey Rhein/ und Churfürsten niedergeworffen/ Herr Jörg/ Bischoff zu Metz/ Marggraff Carl von Baaden/ und Graff Ulrich von Würtemberg/ mit einer mercklichen Zahl ihrer Diener/ Graffen/ Herren und Knechte/ und denselben/ so in diesem Geschäfft todt blieben seynd wolle GOtt barmhertzig seyn. *Chronicon Heidelbergense M.S.* ita porrò hac de re: Diese Fürsten alle drey mit ihren Panieren/ so

noch zur Gedächtnuß zu Heidelberg im Stifft zu Heil. Geist hangen) wurden gegen Heibelberg in das Schloß geführt. Da ließ der Churfürst den dreyen Herren stattlich Essen und Trincken vortragen/ aber kein Brod/ die Herren sahen einander an/ und kunten aus Mangel des Brods nicht essen; der Chur-Fürst thät dergleichen/ als wann ers nicht wüste/ sprach ihnen zu/ sie solten frölich seyn/ essen und trincken; dem gab der Herren einer zur Antwort: Sie haben kein Brod: darauf der Churfürst ihnen sagte/ wie meinet ihr/ daß es mit meinen armen Unterthanen seye/ denen ihr alle Früchte verheeret/ und verbrennet habt? Gab ihnen dardurch zu erkennen/ was sie dem armen Mann für Schaden zugefüget hätten/ und ließ sie gleichwol hernach Fürstlich tractiren; zur Gedächtnuß dieses Siegs/ seyn diese alte Teutsche Reymen:

Als ein A. mit einem J. gezieret/
Vier Huff-Eisen wurden formiret/
Ein Axt und der Apostel Zahl/
Geschach die Schlacht am Necker-Thal/
Da fienge ein junger Pfälzer
Ein Bader/ ein Jäger und ein Sältzer.

Bellum hoc dein autoritate *Friderici Imperatoris* compositum, Fridericus verò Elector posteà Anno 1471. Augustæ ab Imperatore est depositus: Nemo tamen ausus ei vim inferre, cum omnes experti essent illius vires. Obiit anno 1476. d. 12. Decembr. sepultus Heidelbergæ in Cœnobio Minorum, ubi ejus Epitaphium reperi: *Salus Patriæ, Prædonum fulmen, tres hostes vicit, Principatum auxit, & piè vivis excessit, Anno Christi* 1476. *prid. Id. Decembr. fuit ejus virtus socia vitæ, gloria mortis.* Ei successit *Philippus Ingenuus*, Ludovici mansueti filius, sub quo Palatinatus viris, opibus & literis floruit, sed *Bellum Bavaricum* posteà secutum, crescentis familiæ fuit remora. Origo hujus belli talis: *Georgius Dives, Dux Bavariæ*, elocavit *Ruperto Virtuoso*, Philippi filio unicam filiam Elisabetham, eamque & 19. Bellum Bavaricum. per illam generum Rupertum hæredes omnium bonorum suorum & ditionum testamento (cui Executores destinaverat *Vladislaum* R. Bohemiæ: *Ludovicum* R. Galliæ & alios magnos Proceres) instituit. Testamentum hoc Imperator, ut in fraudem Agnati Alberti Bavari, cujus socer erat Maximilianus, Imp. contra leges Imperii feudales factum, probare noluit; probavit verò Pontifex. Duæ tamen, ut sine bello res perfici posset, ab Imperatore trientes ditionum Georgii, nomine tum dotis, tum prætensionum, quas ab antiquo adversus Bavaros habebant Palatini, offerebantur, ut tertia tantùm pars ad Albertum Bavarum perveniret. Rupertus, fiducia Bohemorum, & Regis Galliæ, qui dicitur stimulâsse, conditionibus recusatis, jus armis prosequi statuit, & ob hoc à Maximiliano ipse, & mox 1504. pater, quod auxilium ferret, proscribuntur. Indè omnes in Palatinos irruunt, quos Galliæ Rex deserit, Bohemi frustrà tuentur, ac tandem Palatini, acri prælio ad Ratisbonam victi. *Wirtenbergensis*, *Winspergam, Maulbronnam*, & alia eripit; *Norimbergenses* Altorfium, Heresbrug, Lauffenam; Ingolstadium, *Bavarus, Hassiæ Landgravius* Homburg; *Umstatt*, & alia loca cœpit; Umstadium autem ex dimidia parte ad Hanoicos, ex altera ad Palatinos spectabat. Posteà *novâ transactione* iterùm ad dimidiam partem Umstadii Palatini admissi, *anno* 1521. Nata dein sub *Carolo Ludovico* Electore moderno anno 1661. mens. sept. cum Domo Darmstattinâ iterùm controversia, ob jus Ecclesiasticum, in præfectura Umstatt: Res tum ad arma spectabat, quæ dein sumpta ac rursus posita. Sed redeundo ad *bellum Bavaricum*, solus *Christophorus Badensis*, ex vicinis fidelis & amicissimus mansit Palatino, & cum is à Consiliariis quoque incitaretur, ut hac oblatâ occasione, illa, quæ Fridericus Victoriosus patri Carolo Marchioni, qui ad Seckenheimium fuit captus, armis extorserat, nunc repeteret, vel saltem Chirographum de ablatis restituendis Palatino extorqueret, egregium iis responsum dedit: Er gilt bey uns mehr/ denn Land und Leute gewinnen/ mein Vatter hat Pfaltz-Graff Friederichen seine Treue von sich geben/ die begehre ich unverbrüchlich zu halten. In Comitiis Colon. anno 1505. *Fridericus Elect. Sax.* pro Philippo Palatino intercessit, qui dein in gratiam Cæsaris rursus receptus. Filiis autem Ruperti, *Ottoni Henrico & Philippo bellicoso*, pars aliqua avitæ hæreditatis inter Nabum & Danubium supra Ratisbonam, qui *Neoburgensis Principatus* (aliàs appellatur *Palatinatus junior*) concessa. *Otto Henricus Palatinam Bibliothecam* primus instituit, & Principatum 10. Palatinatus Neoburgicus. Neoburgicum *Wolfgango Bipontino*, agnato suo, testamento legavit; *Philippus* autem Viennam anno 1529 adversus Solymannum (qui jam in urbem usque ad Scotorum templum penetrarat, cujus rei signum, hodiè vocant, den Heyden-Schuß/ ejusque signi Heyden-Schuß. reliquiæ mihi Viennæ monstratæ) fortiter atque strenuè defendit. Fassus autem dicitur Imperator Maximilianus (vide *Spenner.* in Syllog. Geneal. pag. 68.) *anno* 1518. se Palatinis æquo graviorem fuisse, & poll icitus restitutionem, *vectigal* aliquod, quod *aureum* appellant, attribuit. Descripsit hoc bellum carmine *Rich. Bartholinus* libris 12. quibus Spiegelius adjecit commentarios.

Philippo Ingenuo Electori successit filius *Ludovicus Pacificus*, qui semper Pacis & concordiæ fuit studiosus. Carolum V. suo suffragio ad Imperii fasces promovit, & in Comitiis Wormatiensibus anno 1521. sententiæ Pontificiorum de non servando salvo conductu Luthero concesso vehementer restitit: *Franciscum* von Sickingen/ pacem publicam turbantem, coërcuit, & demùm obsedit, in quâ obsidione Sickingensis mortuus. Primam religionis pacem obtinuit Noribergæ à Cæsare anno 1532. Cumque Carolo V. im-

V. inprimis carus esset, eo vivo, non erupère in bellum, odia Pontificiorum. Mortuus est anno 1544. *d.* 16. *Martii* atque cum eo pax Germaniæ mortua atque sepulta. Ei successit frater *Fridericus II.* sapiens, cujus varios casus descripsit Comes individuus *Hubertus Thomas Leodius.* Hic *Electoralem dignitatem* contra æmulum Wilhelmum Bavariæ Ducem à *Carolo V. in Comitiis Spirensibus* anno 1529. *obtinuit*, & *Globum aureum*, Cæsaris dono, insignibus Palatini Electoris intulit, ac ab eo tempore Electores Palatini *pomo* illo *aureo* cum cruce imposita in suis insignibus uti cœperunt. *Fridericus* porrò *Smalcaldicæ causa particeps esse nolebat*, unicam fiduciam in Deum reponens. Cum aliquando à magno Principe interrogaretur; quare non arcem aut urbem aliquam muniret, cum tos haberet hostes? Resp. *ego arcem meam habebo inexpugnabilem* : Ein feste Burg ist unser Gott. Regessit alter: Utrumque utile est externum atque internum præsidium; cui reposuit: *quid quæso profuere in bello Smalcaldico vestræ arces, & munitiones?* Obiit anno 1516. In ejus locum successit *Otto Henricus Magnanimus*, Ruperti virtuosi filius, qui post mortem patrui, quem ante se Electoratum gerere permiserat, eundem suscepit, decessit anno 1559. d. 12. Febr. liberis orbus. Hunc ex lineâ *Simmerensi* excepit *Fridericus III. Pius*, qui primus Helveticam doctrinam de Sacrâ Cœna in Palatinatum induxit. Indè 1561. in conventu Naumburgico, an variata, an invariata Augustanæ Confessionis editio sequenda, ipso autore disputatum. *Anno* 1563. *Catachesis Heidelbergensis* ab ipso publicata, quam nunc plerique sequntur Reformati. Elogium ejus vide ap. *Thuan* (*l.* 62. *p.* 180. 181) successor fuit filius *Ludovicus*, (quem Reformati *facilem* vel *Lutheranum* cognominant) sacræ scripturæ lector assiduus, & scholarum ac Ecclesiæ Mœcenas liberalissimus; Maturè decessit 1583. (*V. Thuan. lib.* 79. *pag.* 892. 893 relinquens filium Minorennem, *Fridericum IV.* cujus curatelam suscepit, juxta Aur. Bullæ tenorem, *Johannes Casimirus*, Reformatæ religioni addictus. Quia verò testamento dati curatores Lutherani, hi initio in Camerâ Spirensi, mox armis egere; firmato verò in possessione Joh. Casimiro, desistendum fuit. Sed videri de hac quæstione possunt scripta, Marq. Freheri, Dionys. Gothofredi pro Palatinis, pro Neoburgicis Joh. Zechlin. Gewoldi, Zachariæ Fridenreich, & aliorum, quorum mentionem facit *Coler. de jure Imp. sect.* 56. & tractat hanc quæst. *Henr. Coccej. de de tutel. Illustr. sect.* 3. §. 7. ubi distinguit inter administrationem Principatuum, terrarum, bonorumque, & inter administr. officii Electoralis & Archi-Principalis adducens exemplum in Domo Brandenburgicâ, ubi Joachimus I. anno ætatis XVI. suscepit administrationem bonorum, tutor verò Fridericus officii Electoralis. Similiter Fridericum IV. Palatinum fecisse, licet invito Patruo, qui proindè injustissimè Palatinatum, sed frustrà invaserit. Plura videri possunt apud citatum autorem, suprà *verb. Comitia n.* 16. *fol.* 536. *In tract. à Pfeil/ de tutel. Electoral.* & infrà *verb.* **Vormund**. Sub illius administratione Augustana confessio invariata iterum Palatinatu toto exacta. Et filius Ludovici *Fridericus IV.* quem *sincerum* cognominant, ad Reformatam religionem traductus.

21. Tutela Electoralis.

Hunc excepit *Fridericus V. patiens*, sub quo infelix fatum Palatinatui incubuit, Friderico in exilio mortuo, ac Pace Monasteriensi 1648. conclusa, illaque anno 1650. Executioni mandata postliminio quasi Serenis. *Dn. Carolus Ludovicus*, Friderici V. filius, in Electoratum Palatinum restitutus, primus, per quem septemviratus, septenario numero in octonum mutato, augmentum sumpsit. Prudentissimus hic Princeps, videns quantum inclytæ Domui suæ nocuerit odium Cæsaris, omnibus modis Imperatorium favorem, quo Pater exciderat, rursus collegit, firmiterque agglutinare studuit. Ut ita Palatinatum, quem lateritium recepit, marmoreum posteritati relinquere posset. Tantas jam radices hic civilissimus Princeps in Cæsaris gratiâ egit, ut *Ferdinandus III. Imp.* excelsæ memoriæ, illum aliquando, (ut à viris fide dignis accepi) appellârit: Seinen Politischen Churfürsten. Nuper etiam, durantibus velitationibus Vicinorum, ob Wilfangiatus jus controversum, cum Dn. Elector ad majorem securitatem urbis Heidelbergensis fortalitium eo loci exstrui curaret, ubi olim stetit munimentum, quod vocârunt, den Trutz-Käyser / subditique novo illi Castello vetus illud odiosum nomen rursus imponerent; promulgato edicto sub severâ pœnâ Serenissimus Elector prohibuit, ne quis isto nomine amplius uteretur, sed omnes & singuli istud castellum novo nomine, die Stern-Schantz/ appellarent. Bonum factum! Uxor Serenis. Electoris fuit *Charlotta*, Wilhelmi V. Hasso Cassellensis Landgravii filia, ex qua anno 1651. d. 31. Martii suscepit Carolum, Electoralis dignitatis hæredem, & anno 1652. d. 17. Maji filiam *Elisabetham Charlottam*; *cum* verò postea *luctuosæ inimicitiæ hoc illustre matrimonium turbare inciperent, in tantum* (eheu) *illæ sunt auctæ, ut Serenissima Domina Electrix Heidelbergâ relicta tandem Cassellis, vivente marito* Electore, *dividuam vitæ consuetudinem degeret.* Undè postea Elector è *Degenfeldia* Nobili liberos suscepit. Causas hujus dissidii indagare aut proferre non est hominis privati, cum reverentius sit de actis magnorum Deorum credere, quam scire. Interim expientia rerum Magistra docuit, ejusmodi dissidium Archi-Palatinatui, ingruente factione *Anti-Wildfangistarum*, non parùm nocuisse. *Burgoldensis d. loc.*

Sed ut propter scribentium variationes evidentior semper reddatur origo, jura & successio Serenissimæ Domus Palatinæ, ex aliis quoque autoribus sequentia subjunguntur. 22. Ulterior narratio de origine & successione Domus Palatinæ.

Apud omnes Romanos Græcosque Imperatores olim Palatini dicebantur, qui Principi

cipi Aulæque ministrabant, *Marquard. Freher. orig. Palat. part.* 1. *c.* 2. *& part.* 2. *c.* 1. atque postea apud Francos, istorum instituta, nominaque plerumque imitantes, aulici in Palatinos majores, minoresque (quasi diceres, Ober- und Unter-Hoff-Aemter/) distincti fuere. *Bert. rer. Germ. lib.* 2. *c.* 10. primas tenuêre *Palatii Comites*, quibus præcipua pacis bellique negotia innitebantur, & ad hos à majoribus judiciis provocatio fuit, exceptis Procerum causis; de quibus, nisi Regis mandato, judicare nefas erat. Post in Provincias missi, qui Pfaltzgraviorum titulo ornati Cæsarum Regumque vice Tribunalibus præsiderent, *Idem cap.* 10. *Limn. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 35. Fiscum Augusti, Prædia Salica, reditus Regios curârent, censui præessent; tantâ equidem auctoritate, ut invitis istis Duci Provinciæ statuere quid, aut decernere nefas esset, ad Cæsarem relaturis, si hujus sententia displiceret. Et pro magnitudine Provinciæ uni plures sæpè Palatini præpositi fuere. Sic cum quatuor velut insignioribus Provinciis, Germania ferè componeretur, Saxonia nempè, Bavaria, Franconia, atque Suevia, singulæ suos Palatinos habuere, cæteris potestate atque dignitate potiores; Inter istos maximè *Palatini Rheni* eminuere, quorum illud præcipuum inter alia munus honosque, ut *vacante Imperio* tractum Rhenanum, cum Provinciis Franconico jure utentibus, vice sacra gubernarent. Cœterum quas ii ante 5. vel 6. Secula terras tenuerint, tradit *Munster in Cosmograph. lib.* 3. *c.* 350. & 351. ubi conjicit, Palatinatum ab initio quandam potius dignitatem quam Principatum fuisse, quam aliquando Saxoniæ, aliquando Sueviæ, & tandem Bavariæ Duces ditionibus suis comparare studuerunt, quanquam veteres illos Palatinos Rheni, in inferioribus Rheni partibus, longè latèque imperasse quidam asserant. Illud certum totum circa *Heidelbergam*, quæ Palatinatus est Metropolis, tractum alienæ tum ditionis fuisse, cujus scilicet pars quædam ad Moguntiæ, Wormatiæque Præsules, alia ad Badenses, alia ad alios, quædam etiam ad Imperium immediatè spectarit, quorum pleraque post Palatini pecunia, armis, aliisque modis sibi asseruere, præsertim postquam adjuncta Palatinatui Bavaria vires audaciamque Principibus istis addiderat.

Horum Palatinorum Rheni plures gentes Autores referunt; illud certiori aliquantum fide constat, Fridericum I. Imp. Fratrem Conradum, maritum Elisabethæ, filiæ Conradi Franconiæ Ducis & Palatini ad Rhenum Comitis, Palatinatu auxisse, *Lehm. Chron. Spir. lib.* 4. *c.* 7. *Bert. Freher. dd. LL.* Hujus filiam Agnetem duxit Henricus Dux Saxoniæ & Luneburgi, atque simul terras illas ac honorem adeptus est, *Arnold. Lubec. Chron. Slav. lib.* 4. *c.* 20. *Münster. d. l. lib.* 3. *C.* 356. *p.* 757. Hujus rursum filia Gertrudis, seu ut alii, Agnes, nupsit Ottoni *Comiti Schirensi*, ex veteri Bavariæ Ducum familia oriundo, *Bert. d. l. Freher. d. c.* 3. *p.* 21. *c.* 11. *p.* 94. *c.* 12. cujus conditor, *Arnolphus*, Schirensis Comitis titulo atque conditione uti coactus, postquam Pater Arnolphus Malus Bavariæ Dux, ob cœptam adversus Conradum I. atque Henricum Aucupem Imperatoribus rebellionem, Ducatu isto mulctatus fuerat. Alii filio Ottonis Ludovico benefico Cæsaris Friderici II. alii nepoti Ottoni connubio cum Agnete ista, obvenisse Palatinatum hunc volunt. *Aventin. lib.* 8. *p.* 518. *& seqq. Spenner. in famil. Palat. Bavar. p.* 62. *Limn. Tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 5.

In Nepotibus Ottonis cognomine illustris, quos è filio primogenito *Ludovico Severo*, Communi Palatinorum & Bavarorum Patre, habuit, *Rudolpho* nimirum & *Ludovico*, orta est Principalis *divisio* in duas stirpes *Palatinam & Bavaricam*. Rudolphinæ stirpis conditor extitit *Rudolphus*; hic cum in Anglia extorris anno 1319 obiisset, 3. reliquit filios, qui recepto â patruo Ludovico Imp. Palatinatu Rhenano, cum ea Nortgoiæ parte, quem modo Palatinatum Superiorem vocant, Heidelbergam sedem transtulerunt: Inter eos major natu *Adolphus, simplex* dictus, familiam propagavit, & Pater fuit *Ruperti II.* cognomine parvi, qui ab Eberhardo Comite Bipontino, *Bipontium*, castra & oppida Harnbach, Bergzabern/ cum omnibus pertinentiis, titulo emptionis partim, partim donationis, acquisivit. *Herzog. Elsaß. Chron. lib.* 5. *p.* 38. & *Rupertum III.* Electorem Palatinum genuit. Is *Wenceslao* Imp. exauctorato Procerorum suffragiis ad supremum hoc fastigium evectus est, & è duplici conjugio complures procreavit liberos, è quibus primogenitus *Rupertus*, ducta *Elisabetha*, *Joannis* Comitis Spanheimii filia, primum jus in Comitatum genti suæ intulit, sed improlis ante Patrem decessit. Proximus ab eo nascendi sorte *Ludovicus Barbatus* Patri in Electoratu successit, lineamque Electoralemque priorem prosevit, quæ in ejus abnepote *Ottone Henrico Anno* 1559. fatis functo extincta est. *Joannes quartus* è Ruperti Augusti filiis, *Sultzbachium & Neoburgum*, oppidum superioris Palatinatus ad Sylvam Bohemicam situm diversumque ab eo, quod Danubius alluit, & Principatui, qui per transactionem belli Bavarici ad Palatinos translatus est, nomen dedit, tenuit, filiumque reliquit *Christophorum*, Daniæ Sueciæque Regem intuitu matris, quæ Erici Regis, è Pomeraniæ Ducibus orti, soror erat, electum. *Otto*, Joannis frater minor natu, qui Mosbacum inhabitavit, & Electoratus administrationem, quoad *Ludovicus placidus* Barbati filius impubes erat, gessit.

Stephanus, Ruperti Imp. filius tertio genitus, ex paterna hæreditate *Simeram*, cum vicino tractu, & quæ è Bipontino Comitatu Rupertus II. Elector acquisiverat, accepit. Connubio sibi junxit *Annam* filiam unicam *Friderici* ultimi Comitis Veldentii, quæ ei integrum hunc Comitatum, cum magna Spanheimici parte attulit, & duorum filiorû, Friderici & Ludovici parentem fecit. *Fridericus* vigore paternæ dispositionis Simeren-

sem

sem Principatum, cum parte anterioris Comitatus Spanheimici obtinuit, & lineam condidit, quæ primo Simerensis, postea, cum ejus pronepos *Fridericus III.* Ottoni Henrico agnato in Electoratu successisset, Electoralis appellata, iterumque in filiis *Friderici IV.* videlicet *Friderico V.* & *Ludovico Philippo*, in Electoralem & Simerensem subdivisa est. Sed posterioris propago citò emarcuit, licet enim quinque marium pater factus esset, omnes tamen improles decessere.

Fridericus V. Elector Palatinus, Electoralem ramum propagavit, & liberos bene multos ex Elisabetha Stuarta, Jacobi Regis Angliæ gnata, genuit. Hic instinctu prædictæ Conjugis suæ *coronam Bohemicam*, à Bohemis ei oblatam acceptavit, & Pragæ 1619. inauguratur, per quod bello causam occasionemque præbuit, qui imminenti sibi suisque fato locum facturus, regnum, à Bohemis, spreto Austriacorum Imperio, novos Dominos circumspectantibus, accipiens, mox Bohemiam, ut alienam, inde Palatinatum, antiquum Domus Patrimonium, perdidit, ut quo, memorabili ad *Pragam prælio*, fugato, debellatoque, omnia in victoria Cæsariani habuere. Electoratus, auctore Ferdinando II. Imp. & adsentientibus tandem plerisque Septemvirorum, Maximiliano Bavaro permissus, operæ præmium, quam Austriacæ Domui, Bohemorum defectione non parum perculsæ, impenderat. Multa Palatinis reparando tanto damno tentata, omnia in irritum cecidere; Ita nulla in aliorum armis relicta spe, cætera destitutis à Westphalica pace remedium, neque ita tamen accomodatum, ut persanando malo sufficeret, leniendo dolori provisum est; ea pacandi utcunque Bavaricum gratia Palatini inita ratione, *Instrum. Pac. Suec. art. 4. §. ante omnia cum plur. seqq.* ut is *inferiori Palatinatu & postremo inter Electores loco contentus*, primum, Maximiliano Bavaro concederet, eam quoque terræ partem retenturo, quam Adolpho Palatino, nomine Palatinatus superioris, velut compensationis vice, Ludovicus Imp. concesserat, cum Joannis inferioris Bavariæ Ducis hæreditatem soli sibi vindicasset. Has inter turbas & calamitates, *anno* 1632. 19. *Novemb.* hic Regulus Hiemalis, Winter-König/ humanis eximitur. Filius ejus natu maximus, *Fridericus Henricus*, postquam prope Amstelrodamum in trajectu fluv. *Teyæ* 7. *Jan. anno* 1629. periisset, locum fecit secundo genito, *Carolo Ludovico*, qui per Pacem Westphalicam in maximam ditionum avitarum partem, nec non Electoralem dignitatem, in ordine tamen octavam, commutante cum Archi-Dapiferatu, Archithesauriatum, Palatinatumque superiorem, cum Comitatu Chamensi, Bavaro relinquens. Vitam 28. *Aug.* 1680. finivit, filios quidem 2. & gnatam unicam ex *Charlotta* Hassiæ Landgravia habuit, quorum natu major *Carolus* Parenti in Electoratu quidem successit, sed morte intra primum regiminis sui lustrum, 16. *Maji* 1685. abreptus, nullis ex *Wilhelmina Ernestina* Regio Danorum sanguine creta, *Anno* 1671. 20. *Sept.* in matrimonium ducta, susceptis liberis, ita ut cum vitæ suæ termino fatalem etiam stirpis suæ periodum absolverit; Nam secundogenitum *Fridericum* vita, in ipso limine destituit. Filia autem *Elisabetha Charlotta, Philippo* Duci *Aurelianensi, Anno* 1671. 21. *Nov.* in matrimonium locata quæ potentia Leviri sui, Regis Galliarum subnixa, jus in universam fratris *Caroli* hæreditatem sibi arrogabat, quod tum Heidelbergæ, tum in Comitiis Ratisbonensibus, ultrò citroque ventilatum, donec ante annos in circa duos, facto in *sedem Apostolicam* compromisso, negotium pro moderno Electore Palatino, & contra Elisabetham, feudorum Imperialium & pactorum familiæ incapacem, feliciter per sententiam definitivam sopitum fuit. 23. Controversia Aurelianensis & desuper compromissum in Sedem Apostolicam.

Stephani filius, natu minor, *Ludovicus* Niger cognominatus, per supremas patris tabulas *Bipontinum* & *Veldentinum* Comitatus nactus, nepotes habuit è filio Alexandro *Ludovicum* & *Rupertum*, duorum ramorum satores, qui mox in plures alios fuere subdivisi: *Ludovicus* enim cui Bipontinum & Veldentii maxima pars obtigit, filium habuit *Wolffgangum*, qui ex testamento *Ottonis Henrici* Electoris agnati, *Neoburgensem* Principatum in Bavaria, nec non *Sultzbachium* in superiore Palatinatu, & denique medietatem Comitatus *Spanheimici* citerioris, *à Friderico III.* Electore per translationem accepit, & 5. reliquit filios, à quibus totidem Palmites propullularunt: à Philippo Ludovico primogenito *Neoburgensis*, à Joanne *Bipontinus*, ab Ottone Henrico *Solisbacensis*, à Friderico *Vohenstrausensis*, à Carolo denique *Birckenfeldensis*, sed ex his Solisbacensis & Vohenstrausensis mox defecere. Ista autem ditionum divisio facta est secundum tenorem testamenti *Wolffgangi*, quo etiam *jus primogenituræ*, duasque domos regentes, zwey regierende Häuser/ *Neoburgicam* scilicet & *Bipontinam* instituit, quibus nunc quoque locus ac votum in Comitiis competit; his solis jura suprema territorialia attribuit, & ditiones fratrum minorum natu, tanquam appennagiatorum, certò respectu subjecit, ita ut *Sultzbachium* cum *Vohenstrausio* & annexis locis, *Neoburgensem* Principatum, *Birckenfeldium* autem *Bipontinum* respiceret. *Rupertus* Ludovici frater, à Wolffgango hujus filio, cujus tutor fuerat, gratitudinis & apenagii loco *anno* 1543. accepit Castrum *Veldenz* & Curiam, quæ *Molendinum* dicitur, una cum integra *præfectura Veldensi*, nec non Præfecturis, *Lautereccensi & Montis S. Remigii*: Filiumque habuit *Georgium Joannem*, qui ex testamento sæpius memorato Henrici Ottonis Electoris agnati, *Luzelsteinensem Comitatum*, in confiniis Alsatiæ & Lotharingiæ, obtinuit, & è filiis, *Georgio Gustavo* & *Georgio Joanne*, duas iterum condidit lineas: verùm secundogenitus, turbato mortalita- 24. Comitatus Bipontinus & Veldentinus. 25. Primogenitura, Neoburgica & Bipontina.

ralitatis ordine, liberos omnes extulit. De Georgii Gustavi propagine infra.

26. Neoburgica linea.

Neoburgica linea, quæ modo Electoralis est, principalem obtinet locum; ejus autor *Philippus Ludovicus*, prudentia Oeconomica & Zelo religionis clarus, *anno* 1614. fato functus, tres reliquit filios ex *Anna VVilhelmi* Juliacensis Ducis filia, *VVolffgangum VVilhelmum*, *Augustum*, & *Joannem Fridericum*: in his nova ditionum divisio facta est, ita ut *Augusto* Solisbacum, cum locis eo pertinentibus, *Joanni Friderico Hippolsteinium*, cum præfecturis *Heydeck* & *Allersperg* obveniret: *VVolffgangus VVilhelmus*, tanquam major natu, *Neoburgensem* Principatum, & jus suprematus secundùm dispositionem avitam, à Patre confirmatam, sibi servaret. *Joannes Fridericus* verò, cum ex Sophia Agnete, Hassiæ Landgravia, nullos suscepisset liberos, & ipse 19. *Octobris* 1644. mortalitatem explevisset,

27. Juliacensis controversiæ.

ditiones suas ad fratrem *VVolffgangum VVilhelmum* transmisit. Hic quoque Juliacensium Ducum mascula stirpe extincta, materno nomine, hunc Ducatum suæ Domui acquisivit, & cum desuper Controversiæ & altercationes cum *Electore Brandenburgico*, qui eidem prædæ inhiabat, exorirentur, ejuravit Brandenburgicam affinitatem; nam filiam ejus ducere debebat, & *Romanam sacram amplexus*, *Magdalenam Maximiliani* Ducis Bavariæ sororem uxorem duxit. Decessit

28. Wolffgangus Wilhelmus Catholicam religionem in Palatinatum postliminiò reduxit.

è vita *An.* 1653, postquam in ditionibus sibi subjectis Romanam Catholicam relig. universim introduxisset. & ex primo thoro suscepisset *Philippum VVilhelmum*, moderni Electoris Palatini Optimum Genitorem.

Ramus Neoburgicus genuit *Solisbacensem* cujus Conditor *Augustus*. Is ex *Hedvige Joannis Adolphi* Holsatiæ Ducis filia, præter alias 5. proles genuit *Christianum Augustum*, qui mortuo parente Ditionibus suis proprio

29. Sultzbacensis linea.

& supremo jure imperat, proindeque jus sessionis & suffragii in Comitiis Imperii quæsivit, ac impetravit, licet in possessionem ejus, propter oppositiones Ducum Brunsvicensium aliorumque, qui in scamno Principum Palatinos proximè excipiunt, pervenire nondum potuerit, ex conjuge Amalia Nassovica, utriusque Sexus proles suscepit, & *Philippum*, egregium militem, qui etiamnum vitam vivit cœlibem.

30. Bipontina linea.

Proximus à Neoburgico ramus *Bipontinus* est, hujus autor *Joannes I.* hic ex Magdalena Juliacensi tres præcipue suscepit filios, *Joannem II. Fridericum Casimirum*, & *Joannem Casimirum*, quorum natu major *Joannes II. Luisam Julianam* Palatinam è Domo Electorali in matrimonio habuit, ex qua *Fridericum* quidem suscepit, qui per Instrumentum pacis restitutus in quartam partem vectigalium *Viltzbacensium*, & Cœnobium *Hornbach*, sed ex *Anna Juliana* Saræpontana prolem masculam non suscepit, hinc vitam lineamque finivit 9. *Julii* 1661. *Fridericus Casimirus* alter *Joannis I.* filius appennagii loco *Landsbergam* accepit, & ex *Amalia*, Wilhelmi Arausionensis Pr. gnata, genuit filium & successorem *Fridericum Ludovicum*, qui Patre anno 1645. mortuo, *Friderico* patrueli & affini, sine prole mascula defuncto, in regimine Bipontini Ducatus successit, qui ex *Juliana Magdalena* patrueli, filium quidem *VVilhelmum Fridericum* suscepit, qui autem, cum tribus prolibus, ex *Carola Friderica* sobrina sua susceptis, Parentis fata antevertit, & paulò post *Anno* 1675. 31. *Aug.* vivis excessit. Extincto ita sine prole filio, *Fridericus Ludovicus* Parens, ditionum suarum regimen, quod antea filio *VVilhelmo Friderico* tradiderat, denuò suscipere coactus est, & afflictissimis temporibus, varia fortuna, ditionibus suis præfuit, donec 1. *April.* 1681. è vita decessit relictis tantùm duabus filiabus.

Exortus è *Bipontino ramo* tertius Palmes, sartorem habuit *Joannem Casimirum*, *Joannis I.* filium tertium. Is per matrimonium Catharinæ, Caroli IX. Regis Sueciæ filiæ, & *Gustaphi Adolphi* sororis, fortunarum sedem in Suecia fixit, unde etiam *Suecicus* dictus est. Ejus filius, *Carolus Gustavus*, in Aula *Gustaphi Adolphi*, & *Christinæ* Regum Sueciæ, educatus, ubi ob singularia sua merita dignus successione regni judicatus, atque *anno* 1649. *Princeps Hæreditarius regni Sueciæ* in publicis Comitiis ab Ordinibus regni designatus fuit; & cum Regina *Christiana* Catholicæ religioni sese adscripsisset,

31. Princeps Bipontinus Rex Sueciæ.

& è Suecia Romam se contulisset, onus regendi deponendo, *Upsaliæ* solennibus adhibitis publicè *coronatus est*. Moritur demùm in Comitiis Gothenburgensibus *Anno* 1660. 13. *Feb.* filium unicum, eumque impuberem, ex *Hedvvige Eleonora* Holsata post se relinquens, *Carolum* nempe, hoc nomine *XI. Regem Suecorum*, qui ad pubertatem usque, sub Matris Reginæ & Procerum Regni, tutela fuit, hic cum partes Gallicas in superioribus bellis teneret, omnes ferè ditiones in Germania per pacificationem Osnabrug. Regno Sueciæ concessas amisit, recuperavit tamen omnia, paucis exceptis. Connubio sibi junxit *Ulricam Eleonoram Friderici III.* Daniæ Regis filiam, ex qua præter 6. alias utriusque sexus proles, *Carolum XII.* 24. *Jan.* 1682. modernum gloriosè regentem Suecorum Regem procreavit.

32. Birckenfeldensis linea.

Birckenfeldensis sive Spanheimius Bipontinum ramum excipit, quem *Carolus*, Wolffgangi filius natu minimus prosevit. Huic parens appenagii loco medietatem Comitatus Spanheimici ulterioris assignavit, frater verò *Joannes* jura territorialia concessit, uti *Sprenger.* refert, *Luc. Imp. c. 2. p.* 186. Altera medietas hujus Comitatus ad *Marchiones Badenses* pertinet, imperio inter utramque familiam ita diviso, ut *Birckenfeldensis* præfectura solos Palatinos, *Castellanensis* solos Badenses Dominos agnoscat, reliquas verò præfecturas, nempe *Traerbacensem*, *Allebacensem* & *VVinterbergensem*, utri-

utrique communiter possideant. Suscepit *Carolus* è Dorothea Luneburgica Masculos duos, *Georgium VVilhelmum*, scil. & *Christianum*, à quibus duo orti sunt palmites: *Birckenfeldensis* in specie sic dictus, & *Bischvveileranus*. Ille quoad mares iterum defecit 18. *Martii* 1671. morte *Caroli Ottonis*, qui *Georgii VVilhelmi anno* 1669. 25. *Decembris* defuncti filius erat, è *Dorothea* Comitissa de Solms, im Sonne-Wald/ quique ex *Margaretha Hedvvige* amitina sua *Cratonis Hohenloici* filia, masculam quidem prolem sustulit, *Carolum VVilhelmum* scil. sed intra primum ætatis annum extinctum. *Christianus* verò Palmitem Bischvveileranum condidit, ab oppido Bischweiler / sic dictum, quod ille ab affine *Friderico* Bipontino Hypothecario nomine acceptum incoluit, atque arce ornavit, *Spreng. d. l. c.* 5. *p.* 257. *Carolo Ottoni* patrueli, inditionibus Spanheimicis *anno* 1672. successit, *Anno* 1667. *Catharinam Agatham* ultimi Comitis Rappolsteinii filiam in uxorem duxit *annoque* 1673. cum Socer ejus fatorum legem implevisset, Comitatum Rappolsteinensem cæterasque ejus ditiones, beneficio Regis Galliæ, cujus castra sequebatur, obtinuit, reclamante in cassum *Christiano Ludovico* Comite Waldeccio, ob jus & prætensiones in hæc loca ratione ductæ à se filiæ unicæ *Georgii Friderici* Comitis Rappolsteinii. Prolem ex Conjuge Rappolsteinia multam suscepit, ex qua masculus superstes *Christianus anno* 1674. 7. *Novemb.* natus.

33. Linea Veldentia.

Restat linea Veldentia, à *Ruperto* originem ducens, filio Alexandri natu minori, hujus gnato *Georgio Joanni*, Wolffgangus patruelis jura territorialia concessit, *Spreng. d. l. c.* 2. *p.* 186. suaque intercessione effecit, ut sub titulo Pfaltz-Veldentz/ *ad votum & sessionem in Imperii Comitiis* admitteretur, initio Augustæ Vindelicorum *anno* 1566. facto. Ejusdem è filio *Georgio Gustavo anno* 1634. defuncto, nepos ex hac stirpe unicus supermansit, *Leopoldus Ludovicus*, 1. *Febr.* 1625. natus, Patruo *Georgio Joanni*, in appennagio Luzelsteinensi successit, & per Instrumentum Pacis Westphalicæ restitutus est in Comitatum Veldenz, præteritis autem bellis â Gallo, quod in ejus verba Princeps Germanus jurare detrectaret, exutus, Argentorati extorris parum commodè victitavit. Habuit in Conjugio *Agatham Christinam*, *Philippi VVolffgangi* Comitis Hanovici filiam, ex qua undecim ferè proles utriusque sexus procreavit, de quibus ex masculis nullus amplius superstes. Denique à Serenissima hac Domo Palatina sanguinem etiam derivant Comites *Leonsteinii*, nec non *Raugravii Palatini*, de quibus *vid. Jacob VVilhelm Imhoff. in Notit. Procer. Germ. lib.* 4. *cap.* 1. *ad finem.*

34. Palatinatum superiorem olim habuisse suos Reges.

Cum ex Historiis constet Palatinatum Superiorem seu Bavariam olim suos habuisse *Reges*, placuit ex *Aventino* seriem eorum hic recensere.

1. *Gibhuldus*, qui & *Theudo* dicitur, vixit temporibus Theuderici Veronensis Ostrogothi, & cum ipso sæpius pugnavit.

2. *Theudo*, congressus cum Theuderico Ostrogotho, fudit Romanorum exercitum ad Ænum fluvium, loco, qui ex eo dictus est Mortfeld; postea septies cum illo certavit, semper victor.

3. *Theudo III.* Uxorem duxit Childeberti Francorum Regis filiam, Regentrudim, cujus consilio Theudo Ratisbonæ, Otto Laureaci, Theobaldus in Tirolensi Comitatu à Ruperto Episcopo baptizati sunt, *Anno* 565.

4. *Dietpertus* &

5. *Tassilo*, divisere inter se Bavariam. Ille Oetingam, quæ antea Pons Æni dicta fuit, hic Saltzburgum, quæ Juvavia & Porsonum coluit: Ratisbonæ obiit, *an.* 598.

6. *Gerboldus*, pulso Thassilone, occupaverat totam Bavariam: Sed ejectus ipse à *Chilperico An.* 690. cum filio & filia, pœnas dedit profugus ad Longobardos.

7. & 8. *Gerboldus* & *Theudo* quartus nihil patrarunt memoria dignum.

9. *Theupertus & Tassilo* iterum partiti sunt inter se Bavariam: Ille Ratisbonæ mansit; Hic ad Ænum, obiitque *anno* 650. relictis tribus liberis.

10. *Theudonis* filia *Uta*, ex stupro gravida, *Emeranum* Episcopum Ratisbonensem flagitii accusavit: qui, innocens licet, quum profugisset, interfectus est à Lantberto fratre Utæ, post prodito Autore, patuit viri sancti innocentia, Uta in Italiam ablegata est, Lantbertus in Hungariam abiit.

11. *Suinholdus*, fratris viduam uxorem duxit: reprehensus eo nomine à Corbiniano, primo Episcopo Frisingensi, retulisset à flagitiosa muliere, quod Joannes Baptista ab Herodiade, nisi tempestivè in Italiam aufugisset.

12. & 13. *Theudo VII.* tres habuit filios. Regnante Huberto revocatus est Corbinianus, & Episcopatui restitutus.

14. *Udilo*, à Carolomanno & Pipino affinibus suis regio titulo ornatus est. Hic *Episcopatum Pataviensem* fundasse dicitur, postquam Laureacense oppidum exustum fuit. Exstruxit quoque Monasteria *Degernsee* & *Osterhofen*; in quorum altero ipse etiam sepultus est. Fertur quoque Udilo hic, Childericum regem regno motum Ratisbonæ in cœnobio S. Emerani honestè habuisse, uxore ejus Gisela similiter in Monasterium ad lacum Kochlerum conclusa.

15. & 16. Tassilo, non jam Rex, sed *Dux Bavariæ*, à Grifone pulsus, per Pipinum avunculum suum restituitur. Idem post iterum iterumque rebellans, tandem cum filio Theudone in claustrum Monachorum conjectus est, *anno Christi* 718. ita sub Carolo M. & ejus posteris diu mansit Bavariæ administratio.

Sequitur nunc Comitum Palatinorum Rheni, S. R. I. Archidapiferorum & Archithesaurariorum & Electorum, à Temporibus *Ottonis I.* successorio ordine ad præsentia us- 35. Sequuntur Comites Palatini Rheni.

que tempora continuata series, vita & mors, ex *Carolo Ludovico Tolnero Histor. Palat.*

1. *Eberhardus*, Conradi I. Imp. frater, Conradi Franconiae Comitis filius, Palatii Comes, S. R. I. Archidapifer, *Ottoni I.* rebellis, Rhenum cum suis trajecturus, ab Hermanno ex improviso adoritur, & multis vulneribus acceptis, sed viriliter redditis, telis tandem obrutus, corruit in praelio, juxta Andernacum, *Anno* 939.

2. *Hermannus* cognom. Pusillus, filius Arnulphi Mali, Ducis Bavariae ab Ernesto Duce Ottonis I. Imp. privigno, in praesentia Caesaris occisus, ob calumnias sparsas, ac si vitae Caesaris insidiaretur, invidia exortas, ob singularem Ernesti in lingua Latina & Graeca peritiam, Spirae in Palatio. Regiminis *anno* 20. mortis. 959.

3. *Erenfridus*, cognom. Superbus, natus 955 filius Hermanni Comitis Palatini, veteribus Ezo, Ezelinus, Hizo, à concubina Thietburga veneno necatus, Salfeldiae in Thuringia & in Browillerensi Monasterio sepultus. *Regim. anno* 60. *mortis* 1035. *aetat.* 80.

4. *Otto*, Erenfridi filius, Patri successit *anno* 1035. electus postea in Ducem Sueviae, *Goslariae*, 1045. in Paschate, administravit Provincias per *Annos* 11. *obiit anno* 1048. 7. *Sept.* in Tonaburg. Castro veteris Palatii.

5. *Henricus*, C. Palat. Dominus de Lacu, Erenfridi Pal. ex fratre Herzilone nepos, electus in Comitem Palatii Goslariae eodem tempore, quo Otto patruelis ejus in Ducem Sueviae anno 1045. eligebatur, obiit in Castro ad Lacum, *anno* 1095. 12. *April.* cum rexisset, *annos* 50.

6. *Sigefridus*, cogn. Captivus, natus circa *ann.* 1080. Henrici Palatini Rheni Domini de Lacu privignus & haeres, ex testamento, confossus tandem ab Hoyero Comite de Mansfeld, Duce Exercitus Henrici V. Imp. *An.* 1113. Warensteinii in Saxonia, cum rexisset an. 12.

7. *VVilhelmus*, cognom. Puer, n. 1110. filius Sigefridi, Patre defuncto infans 3. annorum fuit, hinc Gothofredum Palatinum Sueviae tutorem accepit, majorennis factus, officio Palatii ipse functus est. Obiit in Castro Cochem an. 1140. & rexit annos 7.

8. *Hermannus*, cogn. Cynophorus, Comes de Stralecke, Electus in Comitem Palatinum Rheni à Conrado III. An. 1142. ob turbatam Pacem in *Comitiis VVormat. anno* 1156. ad canem portandum condemnatus, paulò post eodem anno febre correptus, obiit in monte Eboracensi *an.* 1165. cum rexisset *an.* 15.

9. *Conradus*, Filius Friderici Coclidis, D. Sueviae, natus an. 1127. in arce Weiblingen, electus in Comitem Palatinum Rheni à fratre Friderico I. Imp. An. 1156. Goslariae obiit sine prole mascula, Baccharaci in arce Stralecke, *Anno* 1195. cum rexisset *an.* 38.

10. *Henricus*, cognom. *Longus*, Friderici I. Imp. frater, Anno 1169. natus. Hic ducta An. 1194. Agnete Conradi Palatini filia, fit Comes Palatinus Rheni, An. 1195. & ab Henrico VI. Imp. An. 1196. investitus, obiit sine prole mascula, Brunsvigae in arce nova à Patre exstructa, Anno 1227. cum rexisset An. 32.

11. *Ludovicus I.* natus *An.* 1174. Kellheimii, filius Ottonis Wittelsbachii Palat. Ducis Bavariae. Proscripto Henrico Palatino à Friderico II. in Rheni Palatinum electus est, Ratisbonae An. 1215. à Stychione Morione, alii ab Henrici Caesaris subordinato, post coenam in ponte Kelheimii deambulans, cultello percussus in conspectu Aulicorum, obiit *An.* 1231. cum rexisset an. 15.

12. *Otto*, cognom. *Illustris* nat. an. 1206. filius Ludovici Comitis Palatini Rheni. Hic ducta Agnate Henrici Palatini Rheni filia *an.* 1225. Straubingae, fit Comes Palatin. Rheni. Cum diem hilarem cum eadem uxore & liberis traduxisset, nocte sequente, subito Apoplexia tactus, obiit Landshutae in arce, *Anno* 1253. cum rexisset an. 22.

13. *Ludovicus II.* cognomento Severus, filius Ottonis, natus *An.* 1228. 13. *Aprilis*: morbo correptus, genitalia intumuere, cumque prae pudore languorem diu texisset, nimis serò postea Medicos adhibens, in eodem, in quo natus cubiculo, obiit Heidelbergae in arce veteri, *an.* 1295. regim. *an.* 41.

14. *Rudolphus*, cogn. Balbus, Ludovici filius, natus *an.* 1274. Monachii. Exul, ob denegatum fratri votum *an.* 1314. in electione Regis Roman. & clandestina cum Friderico Adversario suo inita foedera, à fratre Ludovico R. ditionibus pulsus, in Angliam fugit, ubi moerore obiit *An.* 1319. *regim.* 19.

15. *Adolphus*, cognom. Simplex, Rudolphi filius, nat. 1300. Primogenitus beneficio Patrui Ludovici Imp. an. 1320. Elector fit, verum ob studium tranquillitatis fratri Rudolpho An. 1327. Electoratum resignavit, obiit morte placida Neostadii ad Huartam. *an.* 1389. *regim.* 7.

16. *Rudolphus II.* cogn. Coecus Adolphi frater una cum fratre Ruperto Electoratum aliquamdiu gessit tandem coecus evasit, obiit morte leni Neostadii ad Huartam, *anno* 1353. *Regim.* 26.

17. *Rupertus* Senior Rudolphi frater cogn. Rufus *nat.* 1309. Sub hoc ejusque fratre Rudolpho Academia Heidelbergensis An. 1346. fundata An. 1386, 18. Octob. introducta est. Obiit Neostadii ad Huartam. *an.* 1390. *regim.* 36.

18. *Rupertus II.* Filius Adolphi Electoris cogn. Durus *nat. an.* 1325. Hic 40. incendiarios captos in bello, quo Civitates Rhenenses jussu Wenceslai Imp. lacessebant Palatinum Anno 1388. in laterariam candentem projecit: Vos, inquit, clanculum igne saevistis, at ego vos palam alto die, imò ipsa meridie comburam. Obiit Ambergae *anno* 1398. *regim.* 7. *m.* 11.

19. *Rupertus III.* Filius Ruperti Duri cognom. Clemens *nat. an.* 1352. electus in Regem Roman *an.* 1400. 20. *Aug.* Lansteinii, deposito Wenceslao Imp. coronatur Coloniae 1401. 6. Jan. exstruxit templum Spiritus S. Heidelbergae, obiit Apoplexia Oppenheimii *an.* 1410. *regim.* 2. *m.* 6.

20. *Ludovicus III.* Ruperti Regis Rom. filius cogn. Barbatus *nat. An.* 1376. ob nimiam largitatem in Clerum reprehensus, juvenis in Palæstinam profectus, Joannem Huss in Concilio Constant. cui præses erat, lictoribus comburendum tradidit, senio confectus cœcus tandem evasit, & obiit morte leni Heidelbergæ *An.* 1436. *regim.* 26. *m.* 4.

21. *Ludovicus IV.* filius Ludovici III. cognom. mansuetus, in Comitiis Wormatiensibus profluvio ventris seu dissenteria correptus vitam finiit Wormatiæ, in der Thum-Probstey *An.* 1449. *reg.* 7.

22. *Fridericus I.* frater Ludovici mansueti, cogn. Victoriosus, nat. an. 1425. Non obstante Cæsareo æque ac Pontificio excommunicationis fulmine semper victoriosus extitit. Tandem in ipso Victoriarum flore morte placida obiit Heidelbergæ *Anno* 1476. *regim.* 27. *m.* 4.

23. *Philippus* filius Ludovici mansueti cognom. Ingenuus nat. 1450. 14. Julii Chiragræ, Podagræ, Calculi & arenæ corporis infirmitate oppressus obiit Germersheimii *An.* 1508. *regim.* 32. *m.* 2.

24. *Ludovicus V.* Philippi filius cognom. Pacificus *nat.* 1478. 2. *Julii.* Pacem Religionis inter Cæsarem & Protestantes omnium primus impetravit *An.* 1532. 23. *Julii* Norinbergæ tandem paralysi tactus obiit Heidelbergæ *An.* 1544. *regim.* 36.

25. *Fridericus II.* frater Ludovici V. cognom. Sapiens natus *An.* 1482. 9. *Decemb.* De Electoratu investitus Spiræ in Comitiis *An.* 1544. à Carolo V. cui nuncium de electione ejus in Imp. ipse in Hispaniam detulit; Galliam, Hispaniam, Italiam, Belgium, Hungariam, Bohemiam, majorem Europæ partem peragravit. Podagræ & calculi doloribus sæpius conflictatus, quibus & accedente febre obiit Altzeiæ *Anno* 1556. *regim.* 11. *m.* 11.

26. *Otto Henricus* cognom. magnanimus filius Ruperti virtuosi Com. Pal. Rheni D. Bavariæ *nat. An.* 1502. 10. *April.* Electoratum à Friderico Patruo moribundo sibi testamentum designatum excepit 27. Febr. 1556. In Palæstinam An. 1520. profectus, Auctor Bibliothecæ Heidelberg. celeberrimæ, tandem Anno ætatis suæ Climacterico inopinata morte obiit Heidelbergæ *An.* 1559. *regim.* 2. *m.* 11.

27. *Fridericus III.* cognom. Pius filius Joannis II. Com. Palat. Rhen. Simmerensis, *nat. An.* 1515. 14. *Febr.* An. 1565. Heidelbergæ Monasterium Franciscanorum in Gymnasium commutavit, Collegium Sapientiæ SS. Theologiæ dedicavit. Tandem gravedine capitis accedente Hydrope piè decessit Heidelbergæ *An.* 1576. *regim.* 17 *m.* 8.

28. *Ludovicus VI.* Friderici III. filius cognom. Facilis *nat.* 1539. 14. *Julii* Simmeriæ, Academiæ & Ecclesiarum liberalissimus Mœcænas, sed ab ubiquitariis ad violenta consilia impulsus est, hinc tristis Ecclesiarum & Religionis Reformatæ Pastorum dissipatio secuta. In ipsis diebus nuptiarum 2. matrimonii lenta febre correptus est, qua & obiit Heidelbergæ *An.* 1583. *regim.* 6. *m.* 11.

29. *Fridericus IV.* cognom. Sincerus, filius Ludovici facilis, *nat. an.* 1574. 5. *Martii* Princeps humanitate & Clementia erga subditos nulli secundus, Academiam Heidelberg. Professione Historica adauxit. Podagra aliisque morbis pressus, accedente tandem Colica, vitam finiit Heidelbergæ *anno* 1610. *regim* 17. *m.* 4.

30. *Fridericus V.* Friderici IV. filius cognom. Patiens *nat. An.* 1596. 16. *Aug.* Ambergæ Regimen suscepit an. 1614. 16. Aug. à Bohemis Pragæ eligitur & coronatur Rex Bohemiæ an. 1619. ob quod ab Imp. Ferdinando II. proscriptus 21. Jan. 1621. obiit tandem exul Moguntiæ *an.* 1632. *regim.* 8. *m.* 3.

31. *Carolus Ludovicus* Friderici V. filius, cognom. Germaniæ Salomon *nat.* 1617. 12. *Decemb.* Pace Osnab. & Monaster. Palatinatum Rheni una cum dignitate Electorali eidem annexa recepit, & primus factus Imperii Archithesaurarius an. 1648. 24. Octob. illo Archidapiferatus officio in Maximilianum Bavariæ Ducem 1623. 25. *Febr.* translato. Febre Manheimii correptus est, Heidelbergam profecturus Paralysi tactus in via animam agit Edingæ in horto alicujus rustici sub dio *anno* 1680. *regim.* 31. *m.* 10.

32. *Carolus*, cognomento probus, filius Caroli Ludovici natus *Heidelb.* 13. *Martii* 1651. Princeps magnanimus, felix, sed in hoc infelix, quod malis sit usus ministris. Fertur & eum in Anglia 1680. spatio 3. dierum 3. quoque dignitates fuisse consecutum 1. die Doctoralem, Oxonii; 2. Electoralem, nuntio allato de morte Patris; 3. Equestrem. Tandem febre quartana, in Ludis Campestribus juxta Castelnovo contracta, in Hecticam degenerante, obiit Heidelbergæ 1685. *regim.* 4. *m.* 8.

33. *Philippus Wilhelmus*, cognom. Prudens, & felix filius *Wolfgangi Wilhelmi* C. P. Ducis Neoburg. natus 4. Octob. 1615. Dusseldorpii ex Wilhelmi D. Bavariæ filia Magdalena. Princeps inter prudentissimos ævi sui Principes numerandus, qui propitiis fatis hereditatem Electoratus Palatini, post exstinctam an. 1685. in Carolo Electore lineam Fridericianam crevit, suamque in domum, præsidiis ac munimentis Imperii, libertimum innuo pulcherrimum chorum, usque ad invidiam abundantem transtulit, decessit è Vita *Viennæ An.* 1690. 2. *Sept.* omnium Europæ Principum natu maximus, & Neoburgi tumulatus, *rexit an.* 5. *m.* 3. *d.* 7.

34. *Joannes Wilhelmus*, modernus Serenissimus Elector, filius *Philippi Wilhelmi*, inter 16. alias utriusque Sexus proles natu major, natus *Dusseldorpii anno* 1658. 19. *Aprilis.* Ad conjugium Celsissimus hic Elector anno 1678. animum primitus appulit, & 15. *Octob.* Neostadii in Austria nuptiarum solennia celebravit, cum *Maria Anna Austria-*

36. Serenissimus Elector modernus, ejusque Fratres & sorores, Imperatrix, Re-

ginæ & Principiss &c. Austriaca, Ferdinandi III. Imp. & Eleonoræ Gonzagæ filia, quæ bis quidem fœtum masculum, sed exanimem edidit. *An.* 1686. 12. *Jan.* torque aurei Velleris Cæsaris manu decoratus est. In viduitatem deinde illius morte, quam 14. April. 1689. obiit, conjectus, & sequenti anno Elector, Genitoris decessu, factus, ad secunda transiit vota, atque *Annam Mariam Aloisiam Medicæam*, Cosmi III. M. Ducis Hetruriæ filiam, uxorem petiit, & solenni ceremonia Florentiæ *d.* 22. *April.* 1691. accepit, cum qua huc usque feliciter quidem, sed sine suscepta prole, vivit, quod matrimonium Deus clementissime fœcundare velit. Ex Serenissimi Electoris fratribus adhuc supersunt, *Carolus Philippus* natus 4. *Novembr.* 1661. abdicata Cruce Joannitici Ordinis uxorem sumpsit *Luisam Charlottam Radzivillam*, Ludovici March. Brandenb. viduam, 1. *Aug.* 1688. *Alexander Sigismundus*, natus Neoburgi 16. *April.* 1663. & *An.* 1681. in Coadjutorem Episcopi Augustani electus, mortuoque Joanne Christophoro loci Episcopo, *An.* 1690. Episcopalem dignitatem obtinuit. *Franciscus Ludovicus*, nat. Neoburgi 24. *Julii* 1664. electus 30. *Junii* 1683. in Episcopum Wratislaviensem.

Ex Sororibus nostri Serenissimi, potissimum supereminent reliquas *Eleonora Magdalena Theresia*, nata Düsseldorpii, 6. *Jan.* 1655. ob animi corporisque eximias dotes, *anno* 1674. 14. *Decemb. Leopoldi Augustissimi Imp.* conjugium promeruit, Augustamque Domum Austriacam totamque Germaniam novis fulcris quoque felicissime fœcundavit. *Maria Sophia Elisabetha*, 6. *Aug.* 1666. nata, *à Petro Lusitaniæ Rege*, 2 *Julii* 1687. in matrimonium ducta, sed jam non in vivis amplius, cum ante annos 3. incirca obierit. *Maria Anna* nata Düsseldorpii, 28. *Octob.* 1667. nupsit *Carolo II. Regi Hispaniarum*, 28. *Aug.* 1689. hodieque vidua, nam 1. *Novembr.* 1700. hic Serenissimus Conjux, ex utraque Conjuge improlis, humanis exemptus est, ob cujus successionem hodie totus fere Christianus orbis horrendis damnosisque est implicitus bellis. *Dorothea Sophia*, nata Neoburgi 12. *Julii* 1670. *Odoardo Farnesio* Parmæ & Placentiæ Principi, 3. *April.* 1690. nuptui locata. *Heduigis Elisabetha Amalia*, nata 18. *Julii* 1673. *Jacobo Ludovico* Sobieskio, Principi Poloniæ 11. *Febr.* 1691. Neoburgi in matrimonium elocata.

Cum Archidapiferatus cum Electoratu ex Domo Palatina in Bavaricam, prout supra jam dictum, transierit, volui & horum Seriem, vitam, & mortem hic quoque apponere.

37. Duces & Electores Bavariæ. 1. *Maximilianus I.* Wilhelmi Ducis Bavariæ ex Renata Lotharingica filius, natus 22. *Martii* 1573. Landshutæ. In Electorem Bavariæ & Imperii Archidapiferum, proscripto Friderico V. Electore Palatino, electus Ratisbonæ 25. *Febr.* 1623. obiit Ingolstadii, *An.* 1651. *ætat.* 78. *m.* 5. *d.* 10. *Regiminis* 28. *m.* 7. *d.* 2.

2. *Ferdinandus Maria*, cognom. *Pacificus*, Maximiliani ex Anna Maria Ferdinandi II. Imp. filia gnatus, natus 21. *Octob.* 1636. Ratisbonæ, cum in diversorio Schleusheimensi se oblectaret, subito Apoplexia tactus, obiit ibidem, & Monachii sepultus, *An.* 1679. 26. *Maji ætat.* 42. *m.* 7. *d.* 5. *regiminis* 27. *m.* 7. *d.* 29.

3. *Maximilianus Emanuel*, Ferdinandi Elect. Bavariæ ex Henrica Adelheida Sabaudâ filius, natus Monachii *an.* 1662. 11. *Julii* Imperatori & Imperio in nupero bello Turcico strenuam navavit operam, nunc vero ratione successionis Hispanicæ contra Imperatorem & Imperium partes Hispanicas Gallicasque tenendo arma sumpsit, & conjungendo secum Gallis, in meditullio Germaniæ non attentis Imperatoris & Imperii Mandatis & Declarationibus, omnia longe lateque minus conscientiose devastat, obfuscando suam in bello Turcico tam gloriose partam laudem & honorem, *vid. suprà verb.* Bäyern / *fol.* 359. *num.* 9. *& verb.* Landfried / *fol.* 1171. *& seqq.* & hinc merito justissimas armorum Cæsareorum vindicias jam experitur.

De cætero *Ditiones* ad Serenissimum Electorem Palatinum pertinentes latissime se diffundunt, dividuntur in Cis-Rhenanas & Trans-Rhenanas. Cis-Rhenanæ quinque absolvuntur Præfecturis, quæ vocantur die Ober-Aembter / & sunt sequentes: Heidelberg / Moßbach / Bretta / Bochsberg & Utzberg. Trans-Rhenanæ decem constant Præfecturis, quarum nomina sunt: *Alzey* sive Alceia, omnium amplissima, olim Comitatus, Germersheim, Neustadt / Lautern / Oppenheim / Bacharach / Creutzenach / Simmern / Kirchberg & Stromberg. 38. Ditiones Palatinæ.

Præfectura Heidelbergensis vel ideo omnium primo referenda, quod caput rerum *Heidelbergam* complectatur: *Academiam Germaniæ antiquissimam* Rupertus Senior *anno* 1346. fundavit, arx vero Electoralis *Ottonem Henricum* auctorem agnoscit, duabus ab Heidelberga Leucis distat *Manheimium*, ad Rheni Nicrique confluentes, cum Castro *Friderichsburg* ab auctore Friderico IV. sic dictum, & à Nepote Carolo Ludovico consummatum, priori bello vero à barbaris Gallis solo æquatum, nunc iterum aliqualiter reexstructum. Moßbach / in tractu Nicri titulo pignoris ad Palatinos pervenisse, cujus oppidum inter Civitates Imperii quondam relatum, dicit *Sprenger. in Luc. Imp. p.* 319. *Bretta*, olim Comitatus, à Comitibus Eberstein iis ad Marchiones Badenses, ab his vero ad Palatinos emptionis titulo transiit. Bochsberg ab Equitibus Rosenbergicis obtinuisse fertur Fridericus Victoriosus: *Utzberg*, castrum in Sylva Ottonica, prope Francofurtum situm, cum Vicino oppido, Umstadt / pro dimidia possidet Elector, altera dimidia penes Landgravium Hassiæ remanente. *Alzei* Comitatus, extinctis Comitibus titulo caduci-

ducitatis attinuere, hic per Burggravios hactenus administrari suevit, functusque est hoc munere *Wolf. Theod. Com. de Castel.* *Germersheimium*, cum Castro ad Rhenum sub titulo dependentiæ ab Alsatia ficto, Galli occuparunt, & cum Præpositura Selsa seu Saletia, *Seltz*; atque teloniis grandem pecuniæ summam quot annis inferentibus, interceperunt. *Neustadium*, in Nemetibus, loco conditum amœnissimo, dura hactenus à Gallis sustulit; pertinet ad hanc Præfecturam *Franckenthalium*, quondam fortalitium sub rabie Gallica destructum, & quantum ad ædificia, in Cineres redactum, minus de apparatu bellico & justo præsidio provisum, cessantibus insuper per longum tempus stipendiis, hosti traditum à Carolo Ludovico Com. de Witgenstein Gubernatore. *Lautera*, cognomine Cæsarea, ab Imperiali palatio, à *Friderico Barbarossa* extructo, sic dicta, munita Urbs, duabus vicibus oppugnationes Gallorum repressit, sed non apparentibus, qui subvenirent, se dedere coacta est. Illam cum districtu nec non cum *Oppenheimio, Ingelheimio, & Odernheimio*, pro centum mille florenis Imperium Palatinis oppignoravit, & obtinet Elector ratione Principatus Lauterensis peculiare votum in Comitiis. *Baccherachium*, ad Rhenum cum districtu, vino generosissimo claret: imminet ibi *Castrum* Stralect in monte extructum.

Crucenacensis Præfectura, varie divisa est, hodie dimidia ad Electorem, dimidia ad Marchiones Badenses spectat: *Crucenacum*, Urbs ad Navam in districtu, qui vocatur præsidium Hunnorum *Hunesruch*, vulgò Hunesruck sita, igne à Gallis fœdata, metropolis est Comitatus Spanheimensis anterioris, à pro non procul in monte eminet castrum Ebersburg/ à Gallis occupatum & magis munitum, quod priori bello ominosum vicinis extitit. *Simmerensis Præfectura*, cum *Kirchbergensi*, antea Comitatu, & Strombergensi, quondam Burggraviatu, morte Ludovici Henrici Palatini Simmerensis ad Electorem rediere. Ratione præfecturæ & Castri *Bœckelheim*, & conjunctorum oppidorum *Sobernheim* & *Monzingen*, controversia Electori intercedit cum Elect. Moguntino, quæ necdum finita; Sacra Cæsarea Maj. interposita auctoritate sequestrum constituit Baronem de Landsberg/ & post hunc Ludovicum Gustavum Comitem de Hohenloe, lis adhuc sub judice est. Badenses oppignorarunt *Heidelsheimium* & *Eppingam* cum reditibus annuis mille flor. vectigalis *Ernfelsiaci*. Spectant & ad Electorem nonnulla bona seculo addicta, quæ antea Ecclesiastica fuère, inter quæ Præpositura *Seltz*, Cœnobium Neuburg / *Sinsheimium*, cum *Neuhusio*, nec non pagi ad Academiam Heidelbergensem spectantes. Præter memoratas ditiones hodie à Gallis maxima ex parte occupatas, depopulatas & non parum igne fœdatas, pertinet ad Electorales Provincias *Ducatus Neoburgicus*, cujus caput est *Neoburgum* ad Danubium cum districtu: huc refertur Oppidum *Velburg*, dicitur alias Palatinatus junior, die junge Pfaltz; In Palatinatu superiori, huc pertinent *Burglangenfeld & Hippolstein*, & Dynastia *Hochberg* in Suevia: reliqua loca in Palatinatu Superiori sita, sunt, Gundelfingen / Gopstadt / Lavingen / Monheim / Haideck / Hemmau / Waiden/ Stauff/ aliaque.

Parent ulterius huic Electori Ducatus *Juliaci & Montium*, cum Dynastia *Ravenstein*. Illius caput est *Juliacum*, castrum munitissimum, cum arce egregia: Istius primaria urbs est *Dusseldorpium*, ubi & Sedes hactenus Electoris extitit, postquam in arce Heidelbergensi tutò commorari hactenus non licuit: Quomodo autem hæ provinciæ ad Domum hanc Electoralem Neoburgicam pervenerit, tradit *Imhoff. de Notit. Germ. lib. 2. c. 8. §. 17.* sequentia. Extincta Juliacensi mascula stirpe *an.* 1609. in *Joanne Wilhelmo* universam ejus hereditatem vigore pacti dotalitii sibi vindicare conatus est Elector Brandenburgicus *Joannes Sigismundus*. Sed plures eam competebant suis quisque titulis: *Saxoniæ Duces*, *Comites Palatini Lineæ Neoburgicæ & Bipontinæ*, *Burgoviæ Marchio ex Austriacis*, *nec non è Marcanis Comitibus Bullionensis & Lumayana linea*: denique *Nivernii Dux*: ex his tamen nonnulli litem deseruerunt; acerrimè omnium jus suum prosequente Palatino Neoburgico: comparabantur ab utraque parte favor & factio, & res aliquoties ad pactionem venit, nec una vice in bellum erupit, usque ad *Pacificationem Osnabrugensem*, quâ, ne novis turbis controversia ista fomitem præberet, ad *ordinarium processum vel amicabilem compositionem* seposita est, *Instrum Pac*, §. 4. *circa fin.* Verum *an.* 1666. Elector Brandenburgicus & Palatinus Neoburgicus, transactione plenaria, salvo tamen jure tertii, provincias inter se partiti sunt, cessitque Palatino *Juliacensis* Ducatus, cum *Bergensi*. Electori verò Brandeb. *Clivia* Ducatus, cum Comitatibus *Marca* & *Ravensberga*: *Raven steinensis* causa ad arbitros remissa est, quæ tamen nunc etiam direpta, hæcque Dynastia Palatino attributa est, quæ omnia adhuc hodiedum possidet.

39. Quomodo provinciæ Juliacenses ad Elect. Domum Neoburgicam pervenerint.

40. Transactio inter Elect. Brandeburgicum & Palatinum.

Singulare in Electorali Palatinatu, quod in eo nulli sint *ordines* seu *status* provinciales, quales in Ducatu Bipontino, Neoburgico, aliisque Germaniæ Principatibus reperiri solent, item quod copia & splendore Clientum & Vasallorum Elector omnes Imperii Proceres alios antecellat, teste *Spennero in Op. Herald. l. 3. c. 27. §. 8.* Qui & Catalogum refert. *Privilegiis* præ cœteris Elector Palatinus egregiis iisque singularibus gaudet, inter quæ eminet *privilegium circa jus VVildfangiatus* à multis Domui Palatinæ temporibus concessum, vigore cujus omnes Spurii, Peregrini, so keinen nachfolgenden Herrn haben/ illius homines proprii fiant, atq; Elector Spuriorum ejusmodi

41. Privilegia Electoris Palatini.

modi hominum, si sine prole mascula aut intestati moriantur, itemque aliorum, qui nullis relictis heredibus decedunt, bona, actiones, jura & nomina, ubicunque locorum deprehenduntur, accipiat atque in ea succedat. Circa hoc privilegium ejusque exercitium maximæ semper contentiones ortæ sunt inter Electores Palatinos & Principes Vicinos, quæ in apertum bellum *an.* 1665. tantum non erupêre. *Nobiles* primò *Franci*, die Fränckische Ritterschafft / propter interesse privatum de iniquitate hujus juris conquerebantur, itemque *Comites ad Rhenum*, quibus se socios addebant Episcopi Spirensis & Wormatiensis, ita ut Imp. *Ferdinandus III. Anno* 1653. Commissarios decerneret Electorem Trevirensem & Archiepiscopum Salisburgensem, Ducem Saxo-Gothanum, & Landgrav. Hasso-Darmstadinum, sed irrito successu. Memoratis belli sociis se adjungebant *Elector Moguntinus* tanquam Episcopus Herbipolensis & Wormatiensis, ut & Electores Trevirensis & Coloniensis ratione Vasallorum, Dux Lotharingiæ ob Comitatum Falckensteinii, & denique Episcopus Argentoratensis, res ad apertum bellum spectabat, & graviores inde motus oriri, ac Germaniam universam turbare ac distrahere potuissent, nisi Gallorum & Suecorum Reges, sponsores pacis Westphalicæ, tempestivè Mediatores extitissent, & rem per Legatos, & Laudum *Heilbronnæ* initum composuissent. Iustitia Causæ Palatinæ privilegio à sec. XIV. nitebatur, cujus Autor Ludovicus Bavarus memoratur, quod à Maximiliano I. Imp. repetitum & confirmatum. Vigore cujus *Electori Palatino jura VVildfangiatus, in locis controversis adjudicata sunt, sed eo modo exercenda, ne normam privilegii & antiquam consuetudinem excedant: ne pro advenis habeantur, qui jam subditi vicinæ ditionis, in alium ejusdem viciniæ locum commigrant, ac domicilium saltem transferunt: ne subditorum debitis erga Dominos territorii officiis impedimento sint: ne ipsa Dominorum territorii superioritas & jurisdictio lædatur; de cæteris vero juribus*, qualia sunt indictio accisæ, jurisdictio civilis & criminalis, jus armorum, lustrationis, venationis, & similibus, decretum est, *ista Electori Palatino neutiquam competere, eique imposterum illis abstinendum esse, nisi forte aliquid horum ex veteri conventione ad Palatinum pertineat, quo casu, transactionibus antiquis insistendum omnino esse*. Integrum hoc laudum videri potest in *Theat. Europ. Tomo* 10. *part.* 1. quod pronuntiatum 7. *Febr.* 1667.

42. Vicariatus Imperii. Cum Elector Palatinus sit quoque Vicarius Imperii, de Vicariatu illius pauca hic inseruntur. Interregni enim incommodis obviare sui officii existimavit *Carolus IV. Imp. in tit. A. B.* jus Vicariatus, vacante Imperio Palatino & Saxoni Electoribus confirmans. *Gerlac. Buxd. ad A. B. concl.* 56. *Henr. Bocer. de Regal. cap.* 2. *n.* 61. Hinc ad eos, qui jus eligendi Imperatores habuerunt, curam Regni, defuncto Imperatore, pertinuisse manifestum est, ut non dubitandum sit, quin tempore *Friderici I.* vacans Imperium, interregni tempore, pertinuerit ad Electores & Principes Germaniæ; donec usque, ob moram longiorem, quæ in novo eligendo Imperatore intercederet, ad certos Vicarios cura Regni fuerit delata, *Dom. Arum. ad A. B. disc.* 3. *conclus.* 24. *fol.* 142. *Pet. ab Andlo de Imp. Roman. lib.* 2. *c.* 10. *Vasq. lib.* 2. *controv. cap.* 22. *n.* 3. Sunt ergo hodie *Vicarii* universalis Regni *Palatinus & Saxo* Electores in Imperio Germanico. Particulares enim quondam in Regno Lombardico sive Italico varii fuere Vicarii: Duces nimirum Mediolanenses, Mantuæ, Montis ferrati, Rhegii, Mutinæ &c. quos refert *Gerlac. Buxdorff. in dissert. ad A. B. concl.* 53. Ita namque Ducibus Mediolanensibus ab Adolpho privilegium perpetui Vicariatus datum. *Carol. Sigon. lib.* 20. *de Reg. Italiæ*, & à *Carolo IV. Imp.* confirmatum fuit. *Cuspin. in Vita Caroli.* In terris Gallicanis ultra Rhenum, Burgundum Imperii Vicarium esse putat *Æneas Sylv. epist.* 395. & Dux Sabaudiæ perpetuum sese Vicarium scribit, *Jacobin. de S. Georg. de feud. in verb. Vicariusque n.* 5. *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 9. *n.* 127. Hocque privilegium à *Sigismundo* Imperatore primitus ei concessum, *Anton. Thessaur. in præfat. decis. Pedemont. n.* 14. à subsequentibus Impp. postea confirmatum fuit, *Choppin. de doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 3. *p.* 94. Sed Imperatores postea in concedendo Vicariatu moderatiores fuerunt.

Quo autem tempore hoc jus Vicariatus ad Palatinum & Saxonem Electores pervenerit, variæ sunt opiniones, *Andr. Knichen. de non prov. jur. Saxon. verb. Electorum. cap.* 1. *num.* 121. putat, jam ante Ottonem III. Comitibus Palatinis ad Rhenum jus hoc competiisse, sed vetustius exemplum, quam Rudolphi Palatini, Soceri Caroli IV. *Marquard Freher. ad Pet. de Andlo lib.* 2. *de Imp. Rom. cap.* 10. qui Vicariatum istum Imperii, quem Palatinus gerit, non aliunde quam vi & jure Præfecturæ Palatii veteris sive Majoratus Domus sub regno Francorum descendere, scribit, non adducit, quod tamen habemus in *Ludovico Palatino Rheni*, qui statim post mortem Rudolphi I. antequam regnum Romanorum accepisset *Adolphus*, Inter-Rex fuit, *Aventin. lib.* 7. *annal. Bojor. fol.* 576. Negari propterea nequit, ante A. B. quæ longe post mortem *Rudolphi I.* à *Carolo IV.* est promulgata, Vicariatum ad Comitem Palatinum pertinuisse, quod & probat *Cuspinian. in Vita Ludovici*; Imp. Ludovicum IV. in Comitiis Francofurtensibus de *an.* 1339. an Constitut. A. B. ita loquentem inducens: *Longa & approbata consuetudine, inconcusse, à Majorum ordinatione hactenus observata, vacante Imperio, jus administrandi Imperii, feuda conferendi, & negotia cætera disponendi, Palatino Rheni debetur*, *Vid. Goldast. in Constit. Imp. tom.* 3. *de an.* 1339. Postea jus hoc Palatini confirmarunt

marunt non solummodò Carolus IV. in A.B. sed & Maximilianus I. & Carolus V. apud *Goldast.* in den Reichs-Satzungen *tom.2. fol.* 241. Hoc jus Vicariatus Palatino Electori competere respectu Bavariæ Ducatus, putat *Gevvoldus* Consiliarius Bavaricus *in scriptis ea de quæstione peculiariter editis*, & post eum *Buxdorff. in dissert. ad A. B. concl.* 55. *lit. D.* quibus tamen contradicit *Marquard. Freher.* Comiti Palatino ratione Palatinatus h.e. vi & jure Præfecturæ Palatii veteris, sive Majoratus Domus, als dem Obristen Richter des Reichs und des Hauses Major, jus hoc deferens *in not. ad Petr. de Andlo lib.* 2. *de Rom. Imp. c.* 10. cujus opinionis est *& Besold. de success. reg. lib.* 3. *dissert.* 3. *n.* 5. vid. suprà *verb.* Chur-Fürst *fol.* 463. *n.* 4.

Conjunctim licet Vicarii sint in Imperio *Palatinus & Saxo Coelectores*, diversis tamen inter se limitibus Vicariam exercent administrationem: Palatinus nempe in Partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico: *Saxo* verò illis in locis, ubi jura servantur Saxonica, ex sanctione *Caroli IV. Imp. in A. B. tit.* 5. *in pr.* ibi: Soll der Durchleuchtige Pfaltzgraff beym Rhein/ deß Heil. Reichs Ertztruchses/ an Statt eines Römischen Königs/ in den Landen deß Rheins/ Schwaben und in Fränckischen Rechten 2c. Et postea: Eben dieses Rechtens wollen wir/ daß auch der Durchleuchtige Hertzog von Sachsen/ deß Heil. Reichs Ertz-Marschall/ sich gebrauchen möge/ in denen Orten/ da die Sächsische Rechte gehalten werden 2c. Hocque est, quod in speculo *Sueviæ lib.* 2. *cap.* 42. dicitur: Absente Imperatore Palatinum potestatem habere permittendi bannum, biß für Metz eine Meile/ und biß an die See/ und in Flandern/ Saxonem vero in Thuringia, Hassia, usque ad fines Bohemiæ, & in ea Franconiæ parte, quæ ipsi est subdita, *Gerlac. Buxdorff. ad A. B. conclus.* 57. Ex quo sequitur, omnes Imperii limites & loca, quantum Palatino & Saxoni, in Constitutionibus ac Diplomatibus specialiter & expressè non assignata, horum Vicariatui subjacere, *Thom. Mich. de jurisd. conclus.* 29. *lit. a. Marquard Freher de Orig. Palat. c.* 15. *Buxdorff. ad A. B. concl.* 58. *& alii.*

Hinc Vicarii exercent non duntaxat defuncto, sed & absente Imperatore, potestatem suam, quæ in non prohibitis & specialiter exceptis, cum potestate ipsius Imperatoris fere est æqualis, *Tiber. Decian. vol.* 1. *consil.* 23. *n.* 67. *Surd. consil.* 281. *n.* 1. ac quidem ex provisione A.B. Vicariis omnimodo competit jurisdictio, ac indefinita potestas exercendi judicia *tit.* 5. *A.B.* Ex quo fit, quod in Camera Imperiali, tempore interregni, Vicariorum nomine & sigillo peragenda peragantur. Et licet Sanctio A.B. indefinitè ac generatim attribuat Vicariis Imperii, *dict. tit.* 5. A.B. in verb. auch Gewalt haben/ Gericht zu halten/ sunt tamen nonnulli, qui causas criminales & feudales excipiunt, quibus *Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c.* 11. §. 15. non tantum contradicit, tradendo Vicarios interregni tempore, de causis criminalibus & feudalibus, imo de omnibus causis, de quibus Imperator cognoscit, sed & super *feudis Principum*, die Fahnen-Lehen judicare posse, motus generalitate verborum, *dict. tit.* 5. *A.B.* quibus & causas feudorum Regalium, der Fahnen-Lehen/ comprehensas existimat, contra *Arum. in disc.* 3. *A. B. concl.* 40. Imò *cit. Carpzov. d. loc. num.* 14. ulterius tradit, Vicariis hisce quoque potestatem investiendi de feudis, nec non juramenta fidelitatis Imperii nomine recipiendi, datam esse, in *dict. tit. A.B.* in verb. mit dem Lehen zubelehnen/ die Lehen-Eyd und Pflicht/ an statt und von wegen deß Heil. Reichs zu empfahen. Quod tamen non accidit, nisi forsan Vicariatu durante, annus petendæ investituræ præscriptus finiatur, cum per Regem Romanum ea omnia innovari ac de novo ipsi juramenta præstari debeant, *tit.* 2. *in fin. A. B.*

Excipiuntur tamen hic feuda Principum Regalia & Majora, vulgò die Fahnen-Lehen/ quorum investitura soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter est reservata, *d. tit.* 5. *A. B. vers.* außgenommen der Fürsten Lehen/ und die/ welche gemeiniglich Fahnen-Lehen genennet werden/ dann derselben Lehen investitur, und Verleihung/ wir einem Käyser oder Römischen König sonderlich bevorab behalten. *Herm. Vult. de feud. cap.* 2. *num.* 9. *Rosenth. de feud. cap.* 12. *conclus.* 5. *n.* 2. *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 40. *aliique.* Possunt quoque Vicarii præsentare ad *beneficia Ecclesiastica*, *dict.* 5. *A. B.* in verb. zu geistlichen beneficien zu præsentiren 2c. Idque ratione primarum precum. Cumque præterea ad Imperatorem spectet quoque jus præsentandi ratione juris Patronatus, vel ex titulo donationis, *Petr. Gregor. de benef. Eccles. cap.* 17. vel titulo præscriprionis aliisve modis, *Marta. d. p.* 2. *cap.* 41. *n.* 7. utique illis quoque casibus jus præsentandi Vicariis competere, extra dubium esse tradit *Carpzov. d. loc. num.* 24. Denique & facultatem recolligendi reditus & proventus Imperii, deß Reichs Renten und Gefälle einzusamlen/ Vicariis Imperii defert *A. B. dict. tit.* 5. *Limn. cap.* 12. *num.* 68. *Arum. in discurs.* 3. *ad A. B. concl.* 36. Hanc ipsis etiamnum competere, ut & alia Imperatoris jura in A. B. quantumvis non expressa, modo non prohibita, vix dubitare licet. Nam cum Vicarii parem habeant potestatem cum eo, cujus vices gerunt, *l.* 1. §. *à Præfectis* 4. *ff. de legat.* 3. utique & paria ipsis cum Imperatore jura competere concludit *Tib. Decian. vol.* 1. *consil.* 23. *num.* 67. maximè, cum Imp. Carolus IV. *dict. tit. A. B.* quædam duntaxat prohibuerit, sibique specialiter reservaverit, puta collationem ac investituram feudorum Regalium, vulgo der Fahnen-Lehen/ reliqua ergò non prohibita nec reservata Vicariis Imperii permissa & relicta censentur.

48. Confirmatio electi Imperatoris. Hæc sunt jura Vicariorum Imperii, quæ interregni tempore adeò liberè exercent, ut eorundem acta recens electus Imperator sive Rex

ratoris gestorum à Vicariis Imperii. Rex Romanorum, confirmare necesse habeat in Capitulatione Cæsarea: cui, si mortuo demùm Imperatore per electionem administratio ad Regem Romanorum perveniat, hæc clausula inseri solet: So wollen und sollen wir auch alles das / so durch die zween deß Heil. Reichs Chur-Fürsten und Vicarien in mitlerweil (so das Vicariat) laut der guldenen Bull / nach Vermöge deß Reichs Ordnung / gehandelt / und verglichen / genehm halten / auch confirmiren und ratificiren in der allerbeständigsten Form / wie sich dasselbe wohl geziemet und gebühret 2c. Ejusmodi confirmatio rerum à Ludovico Palatino tempore sui Vicaritus gestarum à *Carolo V. Imp. anno* 1521. facta extat. *apud Goldast. p.* 1. der Reichs-Satzungen / *pag.* 242. vid. notata *suprà verb.* Chur-Fürst *n.* 4.

44. Ad quos Denique comprehenditur Elector Palatinus sub circulo Rhenano inferiore, unter dem Chur-Rheinischen Creyß / respectu autem Simerensis Principatus, ad Superiorem refertur, ac ejus Directorium unà cum Wormatiensi Episcopo, tenet, qui quidem id sibi soli arrogat, ita ut desuper controversia ante annos ventilata adhuc, quantum constat, incomposita, id interea usu venit, ut Status Circulares, Romanis Sacris addicti, Wormatiensis Præsulis, Protestantes verò Simerensis Principis Directorium agnoscant. Porrò respectu *Principatus Neoburgici*, Bavarici etiam Circuli; ratione verò Ducatuum Juliaci & Montium, Westphalici quoque, cujus Condirectores Duces Juliacenses fuerant, insigne membrum est. Circulos spectent El. Palatini provinciæ.

Pfandung.

Vid. Supra Verb. Oppignorationes Imperiales fol. 1491. & Verbis Contract und Credit-Wesen.

Pfarr / Pfarrherr.

SUMMARIA.

1. *Ecclesia Parochialis quid sit & ejus requisita.*
2. *Jura Parochialia.*
3. *Obligatio & debita cura.*
4. *De Copulationibus Sponsorum.*
5. *An Parochus sit obligatus ad legendas Missas pro suis Parochianis sine stipendio?*
6. *An fines Parochiales possint præscribi?*

1. Ecclesia Parochialis quid sit, & ejus requisita. Parochia est locus, in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputatus, certisque finibus limitatus, *Hostiens. in summ. tit. de Paroch.* Ex quo est, si quis ad certum locum semel destinatus, ac ei incorporatus sit, wann einer an ein gewisses Ort verpfarret / ibi is manere debeat, nec aliam Ecclesiam frequentare possit, *Vid. Copen. enucleat. Quæst. decad.* 1. *qu.* 2. *n.* 18. Secundum *P. Pirrhing. Lib.* 3. *Decret. tit.* 29. Parochia nonnunquam latè, & impropriè, pro certa alicujus Diœcesis Ecclesia, quæ habet populum certis limitibus distinctum, cujus populi curam habeat Rector, vel Presbyter illius Ecclesiæ, in Ordine ad Sacramenta administranda: Et hinc ad constituendam Ecclesiam Parochialem communiter tria requiruntur, *Fons Baptismalis, jus sepeliendi, & cura fori pœnitentialis*, potestas scilicet ligandi & solvendi in foro conscientiæ, ac alia Sacramenta, subjecto huic Ecclesiæ populo ministrandi. Et quamvis horum aliqua aliis etiam Ecclesiis non Parochialibus competere possint, ex speciali privilegio, aut recepta consuetudine, rarò tamen hæc omnia uni eidemque Ecclesiæ competunt, nisi sit Ecclesia Parochialis.

2. Jura Parochialia. *Jura* autem *parochialia* in his potissimum consistunt: 1. quod in illa Ecclesia Parochiali Parochiani de jure communi baptismum, & alia Sacramenta percipere debeant: 2. quod diebus festis rem divinam ibidem audire debeant, si nullo privilegio, aut justa de causa, vel ex recepta consuetudine excusentur, aut alii ex privilegio vel concessione &c. non possint hæc talia ministrare, prout plurimis concessa facultas hæc est: 3. quod nuptiæ in Ecclesia illa solenni ritu celebrentur, & nubentes benedicantur. 4. Quod in illa Ecclesia, aut ejus cœmiterio sepeliantur mortui regulariter, 5. Denique, quod decimæ, oblationes & primitiæ, illi solvantur &c. in quibus tamen omnibus attendenda consuetudo, specialia privilegia & singulares concessiones &c. Notandum hic, quod de Parochia quis efficiatur, acquisitione domicilii, daß einer in diese oder jene Pfarr pfarrig wird: quantum ad pœnitentiam autem & Eucharistiam, sufficiat habitatio per 6. menses, secundum quosdam, at melius alii, sufficere quantum ad Sacramenta illic habitare, & non posse commode ad proprium ire. Ad Matrimonium verò sufficiat vel modica habitatio, & quantum ad decimas & utilia Sacerdotis, die Pfarrliche Gerechtigkeiten / requiratur animus habitandi ferè per annum, *vid. Sylvestr. in Summ. verb. parochia. & Navar. lib.* 3. *Cons. de parochia.* cumque Parochus loci ratione Parochiæ sibi commissæ à suis Parochianis ac aliis jura percipiat parochialia, puta groß und klein Zehenden / oblationes ac alia commoda, quæ circa baptizationes, nuptias, sepulturas &c. evenire possunt, exinde etiam est, quod non solum circa Sacramentorum administrationem, sed & doctrinam &c. magnam curam & obligationem in se suscipiat.

Quapropter vigore istius obligationis, negligentia Parochi in docendo ad salutem necessaria, nempe Symbolum, Decalogum, Pater noster &c. mortalis dicitur, *Sylvest. in summ. verb. negligentia. Navarr. cap.* 25. *n.* 121. *Sol. de just. & jur. lib.* 10. *qu.* 1. *art.* 3. 3. Obligatio & debita cura.

Concil.

Concil. Trident. Can. 1. *seß.* 23. Parochus item tenetur tempore pestis ministrare Saluti necessaria Sacramenta, *Cajet.* 2. 2. *quæst.* 26. etiam cum periculo propriæ vitæ, *Navar. in manual. cap.* 25. *num.* 3. *in fin. & num.* 10. Circa matrimonia contrahenda cauti sint, & circumspecti, ii namque secundum *P. à Laderm. quæst.* 45. *art.* 5. *verb. aliud dubium. ex Trident.* 24. *c.* 7. mortifere dicuntur peccare, si *vagantium matrimoniis* intersint, nisi post diligentem inquisitionem Ordinarium dehoc moneat, ab eoque facultatem id faciendi consequantur.

4. De copulationibus sponsorum.

Porrò per se clarum est, quod apud Romano-Catholicos ad valide contrahendum matrimonium requiratur præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de licentia Parochi vel Ordinarii, *Concil. Trident. seß.* 24. *c.* 1. *de reform. matrim.* ac proprius parochus dicitur ille, in cujus Parochia contrahens habitat, unter dessen Pfarr einer/oder dahin einer verpfarret ist/ unde Parochus alienigenarum est ille, in cujus Parochia alienigenæ habitant, seu commorantur majore parte anni, uti patet ex *Sanchez de matrim. lib.* 3. *disput.* 23. & *Menoch. lib.* 4. *consil.* 398. *n.* 33. Ex quo fit, ut ille qui ad aliquem locum divertit, intentione ibi manendi majore parte anni, possit matrimoniū contrahere coram Parocho illius loci, in quo incipit habitare cum intentione manendi ibi majore parte anni, ceu cum intentione gerendi aliquod negotium, quod majorem anni partem postulat. Ratio est, tum quia contrahit ibi domicilium Parochiale ad suscipienda Sacramenta; tum quia potest ibi sepeliri, & adstringitur ad Leges illius loci, potestque etiam coram Parocho illius loci matrimonium celebrare, ut docet *Bonacina tr. de matrim. punct.* 8. *quæst.* 2. *n.* 2. *ubi n. seq.* pulchras circa hanc materiam quæstiones resolvit. An Parochus unius parochiæ possit in alterius parochiâ copulare, vide suprà *verb.* Lehen/ *fol.* 1247. *n.* 12.

5. An Parochus sit obligatus ad legendas Missas pro suis parochianis sine stipendio?

Licet cœterùm, uti *Soto de just. & jur. lib.* 9. *q.* 3. *art.* 1. §. *nihilominus*, censuit, Parochus celebrare videatur obligatus pro suis parochianis, applicando nempe missas ad ipsorum fructum & utilitatem, ita ut exinde nulla Stipendia recipere queat, *Vasquetz tamen* 3. *part. quæst.* 8. *disput.* 23. *art.* 6. *cap.* 6. *vers. vera tamen sententia*, contrarium sentit, nempe quod Parochus ratione decimarum aut fructuum sui beneficii non teneatur Missas, nec omnes nec aliquas illarum, quas celebrat, offerre, pro suis ovibus, sed tantum coram populo eas celebrare, quò per ipsum, Præcepto Ecclesiastico audiendi Missam, satisfieri possit, & per consequens posse à suis, aut ab alienis accipere stipendia aut eleemosynas, pro ipsarum applicatione & ita servari videmus communi omnium Parochorum consuetudine.

6. An fines Parochiales possint præscribi.

Denique circa præscriptionem finium Parochiarum, an præscribi possint, *R. P. Pirhing. lib.* 3. *Decret. tit.* 29. §. 2. negativè, respondet, ita ut nec limites qua tales Parochiarum, nec quæ finibus cohærent, nunquam præscribi possint, *c. super eo* 4. *h. t.* dummodo constet de finibus talibus, quod legitima autoritate constituti sint, ut ne scilicet perpetuis mutationibus & perturbationibus consequentibus locus detur, & quamvis *Episcopus*, v. g. *Ecclesiam* aliquam intra alterius Diœcesin *præscribere* possit, ut suæ jam jurisdictioni subjecta sit, si tamen hæc sit constituta ad designandos fines illius Diœcesis, aut cohæreat finibus talibus, præscribi non potest, quia in illo casu non confunduntur termini, sicut confunderentur in posteriore casu.

Denique qui fructus Decimales percipit, quomodo teneatur ad Ecclesiæ reparationem, *vid. Martam. decis. tom.* 6. §. *Eccles. c.* 20. & *seqq.* Wer alsdann dem Pfarrer sein Stipendium augiren müsse. *Concil. Trident. seß.* 21. *de reform. l.* 7. Diejenige Parochiæ, so den Bißthumen/ Gottes-Häusern/ oder andern piis locis incorporiret werden/ pflegen keine veros aut proprie dictos Parochos, sondern nur Vicarios zu haben/ welche nicht investiret werden/ sondern mit den beneficiis, ut vocant, manualibus versehen/ und ad nutum amovibiles seyn/ *Vid. Azor. in Inst. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 1. *vers. quinto dividitur beneficium.* & *c.* 26. *q.* 12. & *seqq.* Plura de Parochis, eorumque Vicariis & Cooperatoribus tradit *R. P. Layman. in tract. de jurisd. cap. ult.*

Pfenning/ Pfenning-Meister.

Inter Majores Officiarios exercitus refertur Quæstor & Custos ærarii Castrensis, der Obriste Pfenning-Meister/ qui pecuniam ad bellum necessariam conquirit, conquisitam asservat & erogat. *Reinhard. König. in theat. Polit. part.* 3. *c.* 10. *sub n.* 4. hodie Commissarii dicuntur.

1. Käyserl. Cammergerichts Pfenning-Meister.

Quæstoris Cameralis officium in hoc consistit, ut quoquo medio anno ad nundinas Francofurtenses se conferat, ibidemque à Statibus Imperii Salaria pro Præsidibus & Assessoribus in Camera colligat, quæ postea cuique pro rata distribuuntur. **Cammergerichts-Ordnung.** *an.* 1507. *tit.* **Daß die Ständ das Cammer-Gericht von ihrem Geld um die bestimmte Zeit erhalten wollen.** R. A. *an.* 1521. §. 12. R. A. *Anno* 1526. §. 6. & *multis Recess. seqq.* R. A. *an.* 1542. §. 135. ubi constituitur: Dazu soll auch der Pfenning-Meister/ zu jeder jährlichen Visitation, den verordneten Visitatoren/ alles seines Einnehmens und Außgebens/ erbahre und auffrichtige Rechnung thun/ und zu jeder gebührender Zeit bey den gedachten Städten und sonst eigentlich erkundigen ob einer oder mehr Stände ihre

& ejus officium.

ihre gebührende Anschläg nicht erlegt haben/ und welche er also ungehorsam findet/ dieselben soll er jederzeit dem Käyserl. Fiscal anzeigen/ der auch alsobald gegen denselben zum förderlichsten procediren/ und sie zu solcher Bezahlung/ wie recht ist/ anhalten/ alles vermög deß gedachten Anschlags/ so dem Pfenning-Meister und Käyserl. Fiscal auß der Maintzischen Cantzley zugestellet werden soll. In *Ord. Cam. Anno* 1555. *part.* I. *tit.* 40. §. I. ordinatur: daß jederzeit eine redliche Person zum Pfenning-Meister durch die Stände deß Reichs auffgenommen werde/ die das Geld von den Ständen deß Reichs empfangen/ und darvon/ zu Bzahlung der geordneten Besoldung/ deß Cammergerichts Besitzer/ und anderer Personen außgebe/ und darum ordentliche auffrichtige Rechnung thue/ und solle derselbe das Geld/ so er einnimbt/ mit sambt der Urkund in eine Truhen/ so in deß Cammerrichters und Besitzers Verwahrung stehe/ aber allein der Pfenning-Meister den Schlüssel darzu haben solle/ unverzüglich einlegen/ und biß zu Außzehlung und Bezahlung deß Cammergerichts Personen liegen lassen. Plura de hac materia consequenter, & usque ad Recessum *an.* 1654. ordinata videri possunt in *Tom.* I. *har. Constit. sub verbo* Cammergerichts-Unterhaltung.

Cœterum Cæsar ut & Circuli, nummos & obulos, vulgo Pfenning und Heller / præter Circulorum permissionem & regionis cujusque necessitatem excusos, interdicere, ubicunque locorum repertos confiscare, & jure monetæ, citra causæ cognitionem privatos declarare, & in posterum ne exerceant, prohibere possunt. *Decret. Spirens. de an.* 1570. §. da aber *Denais. in jure Camer. tit* 92. *verb. Monetarium Edictum, n.* 35. *& seqq. Paurmeister de jurisd. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 291.

Vom Löwen-Pfenning / Weiß-Pfenning / Leicht-Pfenning *vid. Leuber. de reduct. Monetal. p.* 51. Crimen Repetundarum etiam unico nummo perpetrari potest, *Decian. tr. Crim. l.* 8. *c.* 35. *n.* 9. *facit l.* 7. *p.* 2. *&* §. I. *ff. h. t.* zu Straßburg hat ein kr. nur 2. pf. legimus etiam, Pfenningi voculam apud Aur *de jure monet. n.* II. Idem *num.* 66. statuit in quibusdam locis Franconiæ seye ein Pfund 30. alte Pfenning / ein neu Pfund aber seye 30. neue / oder 45. alte Pfenning / 30. Pfund und Pfenning / so der Thum-Probst dem Marggrafen zu Schaur oder Schirm-Geld gibt / machen 4. fl. 12. alte Pfenning / *d. n.* 66.

Porrò nulla ferè causa alia difficilioris annonæ & caritatis poterit afferri, quam abundantia nummorum, quibus res venales æstimantur, & appretiantur, ut proinde monetam aurumve as portari, Reipublicæ videatur proficuum. Accedit hinc in Hispania & Portugallia ut ex magna auri argentique abundantia res quæque pretio majori quam alibi vendantur, adeo ut etiam quindecim ducatus quotannis quis solvat pro barba solummodo tondenda, referente *Bodino in respons. ad Paradoxa Domini de Malestroick. Carpz. ad L. R. cap.* 8. *sect.* 9. *n.* 13. *&* 14.

Philipsburg.

SUMMARIA.

1. *Quomodo Cæsar Philipsburgum occupaverit.*
2. *Ejus deditio Suecis facta.*
3. *Recuperatio à Cæsarianis.*
4. *Occupatio à Gallis, & rursum à Cæsare, & iterum à Gallis.*
5. *Per pacem Risvicensem Imperatori & Imperio restitutum.*

Castrum *Philippiburgum*, olim Udenheim dictum, *Philippus Christophorus*, Elector Trevirensis & Episcopus Spirensis, impetratâ concessione ab Imperatore & El. Palatino ejus reficiendi, muro cirtumdedit, & præter concedentis postremi mentem, communivit, addito nomine Philippiburgi. De hoc castro dicitur in *Pace Pragensi an.* 1635. §. *incipiente*; die Vöstung Philipsburg gehört nicht in diesen Restitutions Punct, sondern Ihro Käys. Maj. haben Ihro reservirt, es damit zu halten / wie sie es für sich und das H. Römis. Reich am besten befinden; und wird solches / wie alles andere / treulich / ehrbahr / ohne Argelist und Gefärten verstanden / und daß damit / nach teutscher Ehrbahr- und Auffrichtigkeit gehalten werde.

Quæ constitutio sine dubio intelligenda est, postquam Philippus Christophorus, familiæ Sœterianæ, Trevirorum atque Nemetum Præsul, Suecorum armis oppressus, imploratam à Gallis opem ea lege obtinuit, ut Ehrenbreitsteinium atque Philippiburgum, hoc Spirensis, illud Trevirensis Ditionis munimentum, Suecico præsidio liberatum, Gallorum potestati permitteret, non minus Suecorum ac Gallorum amicitia fruiturus, Canonicis, Provinciæque Ordinibus, ostentata ab Hispano, Belgii Principe honestioris auxilii spe, multum, sed frustra refragantibus. Comes verò Emdanus, una cum Barone Metternichio, collecta ex vicinis præsidiis idonea militum manu, secundo Mosellæ flumine, solerti silentio devectus, capta Augusta Trevirorum, atque cæsis, qui defensionem ausi fuerant, Gallis, Septemvirum, Electoralis Decoris, & præsertim Sacri Ordinis jura frustra inclamantem, captivum abripuit, Bruxellas primum, indè Gandavum, deniqueViennam deductum, ubi liberaliter satis habitum, demùm, in sedis Romanæ reverentiam,

Aposto-

Apostolici Nuncii, tum Viennæ agentis, fidei Cæsar credidit, custodia istius tamdiu detinendum, donec de crimine aut innocentia Electoris constaret, *Londorp. tom. 4. l. 2. c. 11. & 12. & cap. 105.*

Cœlitus itaque parabatur ad castigandam Archi Episcopi insolentiam virga. Itaque Philippiburgum Galli Suecique, junctis armis sibi ad Rhenum in belli annonæque militaris sedem delegerant, quando *Casparus Bambergus*, ut hoc ipsis præsidium eriperet, milites agrestium habitu, rerum venalium sarcinis onustos, immisit urbi, jussitque, prima noctis vigilia certo loco adesse, quando superatis ipse Vallis, Vigilum stationem, & hi portas aggressi, perfringunt, arcem occupant, collectoq; armorum & alimentorum apparatu potiuntur, ut refert *R. P. Masen. in Epil. & Anal. Trevir. lib. 24.*

1. Quomodo Cæsar Philipsburgum occupaverit?

Narrat porrò *Samuel Puffendorff. de reb. Suec. lib. 5. §. 58.* Philippiburgum per *Schmidbergium* indies arctius pressum, cujus præsidiarii, postquam Electorem Trevirensem in Gallicas partes concessisse intellexissent, exuto ejus obsequio, Cæsaris se milites tulerint: Eos sibi iterum conciliare mirè cupiebat Elector, veritus, ne Sueci, subacto à se oppido ægrè carere vellent. Igitur Spiram se conferens, Præfectum & Præsidiarios Edicto monet, oppidum sibi suum restituerent, hostilia adversus se, Suecosque & eorum Socios ne exercerent, & ad se mitterent, quibuscum super componendo negotio agatur, sed Electoris conatus utrique parti displicuit, Præsidiariis abundante annona, & spe propinqui auxilii, monita minasque flocci pendentibus. Idcirco cum Elector Spiram, comitante Legato Gallico, progressus, literis per tubicinem missis, imperaret, ut Præfectus Baumbergius, unà cum præsidio oppido digrederetur; ille respondit, se Cæsari Sacramentum dixisse, eique jam militare, & sustinendo obsidio se strenuè paravit. Et licet Galli Philippsburgo omnibus modis inhiarent, tamen illud in Suecorum potestatem pervenit; quanquam enim Præfectus Baumbergius omnem moveret lapidem, ut, vario tractatuum ludibrio, id oppidum illorum manibus subtraheret, conatus tamen omnes sunt elisi, & exterioribus munimentis, telonioque & piscatoriis domibus occupatis, accessus ad Rhenum præclusus. Unde, fracta tandem pertinacia, ipse *Baumbergius* ad *Smidbergium* tribunum procedens, super deditione seriò tractare incepit, & quamvis extrema Philippsburgios fame premi nollet Rheingravius, ita ut paucos intra dies citrà pactum ad deditionem adigi possent, tamen ob machinationem Gallorum, omnem moram periculosam judicans, honestas conditiones illis indulsit.

2. Ejus deditio Suecis facta.

Galli nihilominùs Philipsburgi traditionem semper urserunt, velut ex pacto cum Trevirensi Electore debiti, jactantes Regem suum hostes Trevirensi ditione dimovisse, & quod oppidum contra jura Palatinis Electoribus, & Spiræ competentia, munimentis circum[...]tum sit, in meram æmulationem. Si id denuò [...] *Austriacorum*, aut *Hispanorum* manus inciderit, maximo vicinorum damno & stabiliendo ist[...]rum dominatui fore. Tandem tamen Philippsburgum à Cæsareis est recuperatum, pronis in Cæsarem oppidanis, & cum reliqua per oppidum haud satis essent provisa; Fossæ segnius à glacie purgabantur, & quod diurnus labor [...]perat, nocturnum frigus solidabat. Miles porrò sibi ipse pyrium pulverem comparare jussus erat, unde plurimis ne granum quidem in promptu. Per complures noctes inanem tumultum hostis excitaverat, quo audito Præsidiarii ad arma concurrerunt, sed sæpius iterata ludibria in securitatem eos verterunt, ut cum seriò res ageretur segnius molirentur. Cum itaque inter Germanos constitutum esset, ut signo dato quisque ad suam stationem in Vallo advolaret, Baumbergius circa quartam horam matutinam duobus locis assultum dedit, & per fossam frigore solidatam, injectis asseribus, Vallum alacriter scalis ascendit, milite intus securo, & præter solitas vigilum stationes nemine in armis existente, & priusquam illa arriperent, jam hostis Vallum superaverat, undè cum nulla amplius facultas esset repellendi hostis, Galli relicto oppido in arcem se recipiunt, & mox orto die hosti eam tradunt, in qua magna præda potitus est.

3. Recuperatio à Cæsareanis.

Philippsburgum posteà anno 1644. Enguianus Dux è Gallia veniens iterum expugnavit, & per pacem Monasteriensem Gallis cessit, *Instr. Pac. Cæs. Gall. §. 76.* in quo tamen certa moderatio continetur, & Regi Galliæ, ultrà præsidium, nihil amplius attribuitur, prout verba sequentia declarant; *Quarto Christianissimæ Majestati*, ejusque in regno successoribus de consensu Imperatoris, totiusque Imperii perpetuum jus sit tenendi præsidium in Castro Philipsburg protectionis ergo, ad convenientem tamen numerum restrictum, qui vicinis justam suspicioni causam præbere non possit, sumptibus duntaxat Coronæ Galliæ sustentandam. Patere etiam debebit Regi liber transitus per terras & aquas Imperii ad inducendos milites, commeatum, & cætera omnia, quibus & quoties opus fuerit.

4. Occupatio à Gallis, & iterùm à Cæsare, & rursum à Gallis.

§. Rex tamen præter protectionem, præsidium & transitum in dictum Castrum Philipsburg nihil ulterius prætendet, sed ipsa proprietas, omnimoda jurisdictio, possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, jura, Regalia, servitutes, homines, subditi, Vasalli, & quicquid omninò antiquitus ibidem, & in totius Episcopatus Spirensis Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu Episcopo & Capitulo Spirensi competebat & competere poterat, eisdem imposterum quoque, salva, integra, & illæsa, excepto tamen jure protectionis permaneant; Qui illud possederunt, donec à Cæsareanis anno 1676. recuperaretur. Inscriptio in lapide in signum fastus Gallorum reperiebatur sequens:

 Tuen-

Tuendis Rheni finibus
Ludovicus XIV. Francorum ac Navarræ
Rex Christianissimus,
Confecto in utrâque Germania bello,
restauratâ ubique pace,
Monimentum hoc virtutis suæ,
Assertæque libertatis munimentum,
firmiori hoc aggere muroque
Regiis sumptibus extrui fecit.
Annoque cIↄ. Iↄc. LXVII. perfecit
in terrorem hostium,
fœderatorum subsidium,
Liliorum præsidium.
Alterum Galliæ cis-Rhenanum propugnaculum.
Ac Germaniam versus ostium,
Brisaco inferius situ, non robore,
Quod ille claudit, utrumque & nemo aperit,
Idem aperit, & nemo claudit.

Hac tamen mutatâ & abolitâ, alia superaddita fuit, postquam à Cæsareanis *anno* 1676. est recuperatum, mansitque usque ad *annum* 1688. quo tempore Castrum hoc munitissimum in manus Gallorum iterum pervenit, sed per pacem Risvvicensem *an.* 1697. §. 22. Cæsari & Imperio est restitutum, prout sequitur: *Eadem ratione reddetur Sacra Cæsareæ Majestati, sacroque Romano Imperio Philippsburgum illæsum, cum munimentis ei in dextra parte Rheni junctis omnibusque tormentis bellicis, quæ tempore ultimæ occupationis ibidem exstiterunt, Episcopatus Spirensis jure undiquaque reservato, atque eo nomine articulus quartus Instrumenti Pacis Neomagensis expressè repetitus habebitur; Munimentum verò quod in sinistrâ ripa ædificatum est, unà cum ponte à Rege Christianissimo post occupationem facto destruetur.*

Cum Castrum Philippsburgense sit celeberrimum, & opportunissimo loco situm, de quo proindè omnes Historiæ loquuntur, & Generales Exercitus, Politicique variè discurrunt, adjiciuntur adhuc quæ *Lud. Moreri in suo Dictionar. histor. verbo* Philippsburg scribit: Philisbourg, Forteresse importante d'Allemagne, sur le Rhin. Elle a eu autrefois le nom d'*Udenheim*; Son nom moderne lui à été donnè de celui de Philippe Christophle Soeteren, Evêque de Spire, & Archevêque de Tréves. Ce Prélat la fit construire, & fortifier de sept. bastions, où étoient le Chateau Episcopal, & le village d' Udenheim presque sur le bord du Rhin, dans une plaine entourée de marais. Philisbourg tomba en 1633. entre les mains des Imperiaux, par la lâchetè du Gouverneur. Les Suedois les enchasserent de force le quinzieme Jan. comme on n'en pût achever les fortifications, à cause de la rigueur de l' Hiuer; les Imperiaux la surprirent la nuit du vingt-troisiéme Janvier 1635. Depuis Louis de Burbon, alors Duc d' Anguien, ayant defait les Bavarois à Fribourg, reprit Spire, & Philipsbourg, au mois de Septembre de l' *an.* 1644. Le Roy la fit fortifier regulierement, & la rendit une place importante. Les Allemans, & leurs alliez qui la bloquoienr, depuis long temps, l' assiegerent le seiziéme *Maji* 1676. & elle leur fut rendüe par capitulation, le 17. *Septembre* suivant. Elle à été reprise par Louis de Bourbon Daufi de France, *en*, 1688. sur la fin de l' année.

Phœnix.

Vid supra verbo Adler/*fol.* 241. *n.* 3.

Physiognomia.

Vid. supra verb. Homo fol. 965. *n.* 38. *&* 39.

Pohlen.

SUMMARIA.

1. *Regni Poloniæ Provinciæ & Pertinentiæ.*
2. *Termini.*
3. *Situs.*
4. *Aquæ & lacus, nec non portus.*
5. *Fluvii.*
6. *Divisio Poloniæ.*
7. *Warsovia.*
8. *Borussia.*
9. *Lithuania.*
10. *Borussia Ducalis.*
11. Königsberg.
12. *Curlandia.*
13. *Livonia.*

De Poloniæ Regno & Regibus vid. notar. supra verbo abgehende Stände / *fol.* 89. *& seqq.* Qibus addendum, quæ *Mercur. Germanus de præcipuis Imp. Rom. Germanici Aulis* scribit: sequentibus verbis: Post Hispanum *Poloniæ Regem* Imperator maximè respicit & fovet, nec sine causa, quæ à vicinitate & pacto unionis perpetuo à multis inde seculis repetenda: testantur Historiæ, Poloniæ Reges cum Austriacis sensisse semper, usque ad *Uladislaum IV.* Poloniæ Regem & Successorem fratrem ejus *Joannem Casimirum*, qui *Aloysia* Gallica ducta, amicitiæ mutationem aliquatenus induxisse visi sunt, magno suo Regnique damno: factio namque *Lubomirskiana* ab Aloysia contra *Joannem Casimirum*, cujus pertæsa erat, nota est, quo ipse Regno se abdicavit, Regina de successione Gallicæ factionis in locum Mariti sufficiendâ occupata: Spes tamen illa decollavit electo *Viesnievizio anno* 1669. & affine Augustiss. Imp. Leopold. cui successit Rex Joannes III. Sobieskius, qui in partes Gallicas instinctu Reginæ diu propendit, non sine offensionis nota Austriacorum, Successorum, & Electoris Brandenburgici, posteà verò machinationibus & insidiis Gallorum dete-

detectis ad partes Cæsaris accessit, & memor præstitorum à Domo Austriaca auxiliorum maximè *an.* 1629. *Sigismundo* Regi & *Anno* 1657. sub Generali *Souchio* auxilio missarum 16000. copiarum, quæ agonizantem *Joannem Casimirum* in Regnum restituerunt, justo cum exercitu ad liberationem Viennæ ipse anno 1683. plurimum contulit. Minus hac de re jam dubium est, ob initum fœdus triplex, quod à parte Regis Polonorum Cardinalis Bonvisius subscripsit, cui accedit, quod Regis filius primogenitus Jacobus sibi associavit Conjugem Serenissimā *Hedvvigem Elisabetham* Palatinam, Augustæ Sororem, item quod Elector Bavariæ invicem sibi Conjugem destinavit Primogenitam Regis Poloniæ. Interim Gallus per Reginam & asseclas quæcunque potest in contrarium machinari satagit, & constat certe ex eo tempore, quo Princeps *Wilopolsky* Cancellarius & affinis Reginæ, Legatus in Galliam missus est, virtutem & gloriam Polonorum ad Viennam aliaque loca Hungariæ superioris partam defecisse, ita ut Regis *Joannis III.* gloria ferè in fumum abierit.

1. Regni Poloniæ Provinciæ & pertinentiæ.

Illis adjungo hic quæ de regni illius Provinciis & eo pertinentibus traduntur. *Polonia* quam à Slavonica voce *Polen*, quæ Campestrem, & ubique planam regionem significat, quidam deducunt, vel accipitur in sensu *latiori*, tum pro Polonia propriè dicta, tum pro omnibus illis Provinciis, quæ Regno Polonico nostris temporibus comprehendi solent; vel in sensu *strictiori*, pro sola illa terra, quæ Poloniæ nomine maximam partem inter Silesiam & Vistulam sita est. Poloniæ priori significatione sumptæ

2. Termini Poloniæ.

I. Termini sunt: *ab ortu* Borysthenss fluvius, qui hodie *Dnieper* vel *Nieper* appellatur, ubi à Moscis atque Tartaris, qui Polonorum hic vicini sunt, separatur: *à septentrione*, clauditur *Dvvina* fluvio, & parte Moscovitici Imperii, habetque vicinos, ibi Suecos, hic iterum Moscos, ab *occasu* tangit Provincias quasdam Germanicas, Moraviam, Silesiam, Marchiam Brandeburgensem, & Pomeraniam, *à Meridie* clauditur Montibus Carpathiis, & Tyra fluvio, vulgò *Niester*, quibus à Transylvania & Hungaria submovetur.

3. Situs.

II. Situs atque elevatio; jacet Polonia inter gradum latitudinis Sept. 48. & 56. ibique diem longissimum habet horarum XV. min. 45. hic verò hor. XVII 30.

4. Aquæ & Lacus, nec non portus.

III. Aqua, uti notari merentur

I. *Mare*, quod in Borussia, Samogitia, & Curlandia attingit. Est verò illud mare Balthicum, quod ad littora Borussica succinum magna copia ejicit.

II. *Portus* mare præbet: ad Borussiam Regiam: *Dantiscum* & *Elbingam* ad Borussiam Ducalem sunt: *Pillau*, & *Memel*.

III. Lacus hinc inde reperiuntur, inprimis in Borussiâ Ducali & Lithuania, etiam *Pripetius* fl. multas paludes efficit, priusquam cum Borysthene miscetur.

5. Fluvii.

IV. *Fluviis* Polonia rigatur multis, atque magnis, è quibus sunt: I. *Vistula*, die Weixel/ quæ olim erat terminus Germaniæ, nunc verò Poloniam secat, atque à dextro latere infrà Warsoviam recipit *Bugiam*, Bug. II. Wartha, die Wartha/ quæ per Poloniam majorem ruit, inque Oderam se exonerat. III. *Nimien*, Germanis Memel/ in Lithuania oritur, seque deinde in lacum Curiensem, das Churische Haff/ præcipitat; IV. *Duna*, sive Dwina, fluvius limitaneus ad Livoniam, postquam 130. milliaria Polonica emensus est, infra Rigam urbem, in sinum Livonicum se immergit. V. *Borysthenes*, Dnieper oder Nieper/ qui fontes habet in Russia, ac deinde per Lithuaniam interque Polonos, Cosaccos, atque Tartaros decurrit, tandem verò in pontum Euxinum se totum immergit. Dicitur vulgò fluere melle atque lacte, quia pars ejus *superior* sylvis obsita est, quæ favis turgent: *Inferior* autem habet Insulas frequentes, in quibus pascua sunt longè uberrima. Recipit in itinere ex Polonia venientem Pripetium, Polonis *Przipiec*. VI. *Bog.* per Palatinatum Braclaviensem fluit, atque ad Ostium Borysthenis se jungit. VII. Tyras, die Niester/ à meridie Poloniam claudit, atque in Pontum Euxinum influit.

IV. Divisio. Dividere Poloniam haut incommodè possumus in duas partes. In Poloniam propriè sic dictam: & Provincias alias, quæ Poloniæ variis titulis accreverunt. 6. Divisio Poloniæ.

I. Polonia *propria* dividitur iterum I. in Poloniam Majorem, Groß-Pohlen / ubi occurrunt Palatinatus, id est, magnæ Præfecturæ, 1. Palatinatus *Posnaniensis*, ad Wartham fl. cujus urbs præcipua & Episcopalis est *Posnania*, Posen/ II. *Calisiensis*: ita dictus ab oppido Kalisch/ quamvis longè nobilior sis *Gnesna*, Gnesen/ urbs Archi-Episcopalis. III. *Lencizienſem*; ab oppido Lencicio, Lencici/ IV. ubi est *Rava*, oppidum, V. *Siradiensis*; cujus oppidum est *Siradia*.

II. In Poloniam minorem klein Pohlen/ quæ cis & ultra Vistulam non longè à fontibus illius jacet, Palatinatus sequentes habet, I. est *Cracoviensis*, quem maximè nobilitat urbs Cracoviensis. Cracau/ *Tripolis Sarmatica* dicta, quamvis alii IV. ejus partes nominant, & Cracoviæ addunt *Casimiriam*, *Clepardiam*, & *Stratodiam*. II. *Sandomiriensis*; ubi est Sandomiria, *Sandomirz*, ad sinistram Vistulæ ripam. III. *Lublinensis*, cujus urbs est *Lublinum*, Emporium non ignobile.

II. Provinciæ, quæ sceptro Polonico accreverunt, sunt,

I. *Russia rubra*, sive Minor; in qua sunt Palatinatus I. *Lembergensis*, ubi est Leopolis, Polonicè *Luvvovv*, Germ. Reusisch-Lemberg/ cujus Archi-Episcopatus in urbe duobus castellis munita, contra irruptiones Turcarum securè potest vivere. Est præterea ibi Premislia, *Przemysl*, cum *Halicia*, Halicz. II. *Belczensis*: qui habet Belczium, *Belcz*. III. *Chelmensis*; ubi est Chelmum, *Chelm*.

II. Podolia, divisa in *superiorem* & *inferiorem*, in superiori est Palatinatus *Kaminiecensis*,

sis, qui ab arce *Caminecia*, ubi invictum hactenus erat adversus Turcas propugnaculum appellari meruit; In inferiori est Palatinatus *Braclaviensis*, cum urbe sua *Braclavia* ad fluv. Bug.

III. Volhynia; quæ similiter dividitur in superiorem & inferiorem, in superiori est Palatinatus *Lusucensis*, cujus loca sunt: Lucko, sive *Lusuc*, & Wolodimiria, *Wlodzimierz*, inferior, quæ cis & ultra Borysthenem sita est, & vulgò *Ucrania*, die Ukreine/ vocatur, varios agnoscit Dominos. *Poloni* adhuc possident Bialocerquiam, *Bialocerkievv*; *Mosci* acceperunt Palatinatum *Kyoviensem*, cujus metropolis est Kyovia, *Kiovv*, ad Borysthenem, cujus cryptæ, Sanctitatis fama apud Græcæ Religionis homines insignes, à Joh. *Herbinio*, libro de religiosis Kyoviensium cryptis, descriptæ sunt; *Cosacci*, qui ex fugitivis Polonorum servis, aliisque Græcæ religioni addictis, quasi nova aliqua gens enati sunt, præter insulas, quas Borysthenes efficit, possident Czyrcassium, *Czyrcassy*, *Kudack*, & *Techtimerovv*; de Cosaccis qui plura velit legere, *Pastorium* adire poterit, qui *lib.* 1. *Histor. Polon.* plen. horum ortum moresque & bella cum Polonis gesta prolixè enarrat.

IV. *Podlachia*, quæ aliis Polaquia, *Podlasze* dicitur, unum habet duntaxat Palatinatum, quem *Bielskiensem* vocant, ab oppido Bielca, *Bielsk*.

7. Warsovia. V. *Masovia*, quam tabulæ quædam Warsoviam appellant, urbem habet totius Poloniæ omnium clarissimam; *Warsoviam*, Warsau/ ubi & Reges frequenter habitare & Comitia Regni haberi solent; Adsunt porrò Ploscum, *Ploczko*, & Dobrinum, *Dobrzin*, ad Vistulam fl.

VI. *Cujavia*, quæ suprà Poloniam majorem sita est, duos habet Palatinatus, *Bresciensem*, cujus oppida sunt Brestia, *Brzestye*, *Crusvicia*, *Krusvvick*, quæ patria dicitur fuisse *Piasti*, à quo plurimi Reges atque Principes genus atque familiam duxerunt; & *VVladislavia*: deinde *Lnoloczensem*, ab urbe sua Lnolocz, cognominatam.

8. Prussia. VII. *Borussia*, *Prussia*, Preussen/ quæ maximam partem inter Vistulam, & fluvium Niemen, sive Memel, sita est, quamvis utrumque Fluvium etiam transcendat, *Ordini Teutonico* parebat. Ortis deindè ob vicinitatem bellis, cum tandem inferiores discederent, Milites Teutonici in Clientelam Polonicam se dediderunt. Hodie dividitur in Borussiam *Regiam* atque *Ducalem*.

I. *Borussia* Regia, quæ Regibus Poloniæ subdita est, in IV. Præfecturas dividitur, I. est *Pomerellia*, cis Vistulam, cujus caput est *Dantiscum*, Dantzig/ Polonis *Gdansk*, Emporium opulentissimum, Regibus suis fidum, clavis Regni Polonici, & totius ferè Europæ granarium, portum habet, quem appellant, die Weixel-Münde; Habet Vicinum Monasterium, *Olivam*, ubi pax inter Suecos, Polonos, Cæsarem, & Electorem Brandenburgensem, anno 1660. conciliata est; Cæteræ urbes sunt, *Dirschovia*, Dirschau/ Schoneckh/ & Kyschauw. II. *Culmensis*, trans Vistulam; ubi sunt *Thorunium*, Thoren/ munitum, & celebre ob colloquium Thoruniense, quod religionis conciliandæ gratiâ in hac urbe *anno* 1645. haberi cœpit. *Culma*, Culm, urbs est Episcopalis, *Graudentium*: Graudentz. III. *Mariaburgensis*, nomen habens à Marienburg/ quod unà cum Elbinga, Elbingen / ad dextrum Vistulæ alveum, qui *Nogat* vocatur, situm est. IV. *Varmiensis*, Germ. Wermeland/ quæ inter Elbingam & Borussiam ducalem jacet, oppida habet, *Braunsbergam*, *Frauenbergam*, atque *Heilsbergam*.

II. *Borussia Ducalis*, de qua mox seorsim

VIII. *Samogitia*, suprà Borussiaam regio est vastis sylvis horrida, ubi Principes Razevilii opulenta prædia possident; Rosienia, *Rosiene*: & Mednicia, *Mednicii*, præcipua sunt illic locorum oppida, plerique enim Incolæ per vicos habitant.

IX. Lithuania, Germ. das Groß-Hertzogthum Litthauen/ Provincia est amplissima, 9. Lithuania.
in multos Palatinatus, Ducatus, & Territoria divisa; Cum olim per se suum haberet Principem, qui suas regebat in Lithuania Provincias, hac occasione Poloniæ accenseri cœpit: Cum Ludovicus Hungariæ & Poloniæ Rex *anno* 1383. diem suum obiret, neque filium haberet, regnum, ad filiam ipsius Hedvvigem pervenit; Ambibat istam Hedwigem Jagello, Princeps Lithuaniæ, qui tunc adhuc gentilis erat. Sed quia promiserat, Christianam se fidem amplexurum, suamque Lithuaniam æterno fœdere cum Poloniâ juncturum esse, si Hedwige potiri posset, Poloni eum ad regnum admiserunt. Ab illo indè tempore Lithuania adnectitur Poloniæ; partes ejus sunt: 1. Palatinatus *Vilnensis*: ubi est urbs ampla, *Vilna*, die Wilde / à trium religionum hominibus, *Christianis*, *Judæis*, & *Gentilibus* habitata; quorum illi feriantur *diem Solis*, isti *diem Sabbathi*: *hi diem Veneris*. 2. *Trocensis*, *Trocki*: ubi, Troccum, *Trocki*, & Grodna, *Grodno*, ubi Comitia Polonica aliquando haberi debent. 3. *Bressiciensis*, cujus locus est *Bressicia*, *Bressici*, ad Bugum fl. Polesia in tabulis vocatur, 4. *Novogrodiensis*: cujus urbs *Novogrodeum*, *Novogrodeck*, tam magna *fertur* esse, ut ipsam urbem Romam!, qualis hodie est, magnitudine exsuperare credatur. *Minskiensis*, cujus oppidum est *Minsck*. 6. *Braslaviensis*; quæ à Braslavia, *Braslavv*, nomen consecuta est; 7. *Ploczkiensis*; ubi est Polocium, *Polocz*: trans Dwinam fl. 8. *Witepskiensis*: qui oppidum habet *Witepsck*. 9. Ducatus *Smolenskoviensis*, qui urbem habet ejusdem nominis *Smolensko*; sed quem Mosci Polonis abstraxerunt, 10. *Mscislaviensis*, ubi in extremis finibus est *Mscislavv*. 11. Territorium *Rohaczoviense*, ubi est *Rohaczovv*. 12. Territorium *Rzeczica*, quod rursus habet oppidum ejusdem nominis.

Jacent ad littora maris Balthici tres regiones, quæ tribus parent Dominis, quas hic præterire non debemus; inter illas occurrit.

I. Bo-

10. Borussia Ducalis, vide supra verb. Brandenburg. fol. 390. n. 25. I. *Borussia Ducalis*, das Hertzogliche Preussen; Milites Teutonici, die Teutsche Herren/ cum Saracenorum, & Turcarum invalescente per orientem potentia ex Palæstina Syriaque pellerentur, in Europam redierunt, atque in *Borussiam*, ubi Barbaræ gentes Christianos miris modis vexabant, concesserunt; Hic cum essent, non Borussos modo ad fidem Christi adduxerunt, sed etiam Imperium in illos vicinosque populos exercuerunt. Non poterant non Reges Poloniæ ægris oculis crescentem exterorum potentiam adspicere, quare captatâ undique occasione bello collidi cœperunt. Diù se suaque defendebant Magistri Ordinis, donec tandem Sigismundi Regis armis victi, duras conditiones acceptare cogerentur. Quare Albertus Marchio *Brandenburgicus*. XXIV. Magister in has conditiones cum Polonis descendit, ut Rex illam Borussiæ partem, Regno suo adjungeret, alteram verò partem is retineret, titulo *Ducis Borussiæ*, eamque ut feudum à Rege agnosceret; Quo facto uxorem Albertus duxit, *Dorotheam*, Friderici I. Daniæ Regis filiam, sicque Borussiam cum Domo Brandenburgica conjunxit. Nuper Fridericus Wilhelmus, Elector Brandenburgicus, à Polonis, post præstitam illis in bello Suecico operam, impetravit, ut nexus feudalis ei omninò remitteretur, isque summo Imperio terras illas regeret. Urbes in hac Borussia sunt: Regius mons vulgò *Regiomontum*, Germ. Königsberg/ Pol. Kroleski/ urbs *Tripolis*, quæ in tria dividitur oppida, die alte Stadt/ Kne phoff/ und Lobenicht. Academia etiam sua atque tribunali totius Provinciæ, itemque Arce Ducali, templo Cathedrali, atque Bibliotheca est percelebris; Atque ut securior urbs esset, Pillavia, Pillau/ arx atque portus muniri cœpit, & præsidio firmari. *Fischhusia*, Fischhaussen/ sedes quondam Episcopi Sambiensis, arcem habet peramplam, ubi *succinum* inprimis legi solet. *Brandenburgum novum*, Neu-Brandenburg/ urbs est elegans, cui adjacet arx formâ quadratâ. Intus sunt, *Heiligpeil, Landsperg, Schlippenpeil, Allerburg, Insterburg*; & trans lacum Curiensem, *Memela*, Memel/ locus arte & natura munitissimus.

11. Königsberg.

12. Curlandia. II. Curlandia, das Hertzogthum Churland/ quæ per fluvium Dunam sive Dwinam, à Livonia, cujus olim pars erat, separatur, ac deinde Samogitia clauditur. Ducatus est, quem unà cum *Semigallia, feudi titulo à Regno Poloniæ* habent Gothardi Kettleri posteri. Hic enim Kettlerus, qui hactenus Magister Ordinis in Curlandia & Livonia fuerat, cum à Moscis valdè premeretur, Albertum Brandenburgicum secutus, se suasque Provincias in fidem & clientelam Sigismundi Augusti, Regis Poloniæ dedit, atque ab eo Dux Curlandiæ creatus est; præcipuæ hujus Ducatus urbes sunt, *VVindavia*, Windau: *Goldinga*; Goldingen/ & *Mittavia*, Mittau/ ubi Aulam suam habere Duces consueverunt.

13. Livonia. III. *Livonia*, Liefland/ quæ laxe acceptâ in longitudine 90. milliaria, in latitudine verò 50. complectebatur, hodiè concluditur fluvio Duna, sive Dwina, & Narva, ubi *Narva* urbs adjacet, populi hic olim vivebant, *Estones, Livones, Letti & Curoni*, qui in lingua & moribus penitùs nihil commune habebant. Hos *S. Meinardus* Lubeca cum Mercatoribus profectus ad Christi fidem convertere cœpit. *Fratres Ensiferi* postea, & *Milites Teutonici*, Colonias Germanicas in has Provincias intulerunt: Tandem cum Mosci ac Poloni de Livonia armis certarent, Sueci supervenientes maximam partem cæteris abstraxerunt, suoque regno subjecerunt. Dividitur hodiè in partem *septentrionalem*, quæ *Esthonia* vocatur, & *meridionalem*, quæ *Lithlandia* dici solet. vid. supra verb Liefland/ fol. 1286.

I. In Esthonia sunt: *Narva Teutonica*, die Teutsche Narva: *Revalia*, Revel/ ubi quondam erat Episcopatus, *Hapselia*, Pernavia; Pernau/ *Felinum*, Felin/ *Dorpatum*, Derpt/ ubi est Academia: *Mariæburgum*.

II. In Lithlandia, Germ. Letten/ sunt *Riga*, Metropolis Archi-Episcopalis, quæ ad Ostium Dwinæ habet arcem *Dunemundam*, Dünemundt: *Kokenhusium*, Kockenhausen/ ad Dwinam jacet; Moscis autem paret *Duneburgum*, Duneburg/ ad eundem fluvium, ad sinum Livonicum sunt quædam Insulæ, quas inter præcipuæ sunt: *Oeselia*, Oesel/ & *Daghoa*, Dagho.

Ad calcem adponimus, tum Archiepiscopatus, tum Episcopatus, qui in universa Sarmatia reperiuntur, sive Latinos sequantur ritus, sive Græcos.

I. Archiepiscopatus, *Latini* ritus sunt: 1. *Gnesnensis*, in Poloniâ majori, qui est regni Primas. 2. *Leopoliensis*, sive Lembergensis in Russia rubra, 3. *Rigensis*, quem Reges Sueciæ extinxerunt. *Græcos* ritus sequitur Metropolita *Kioviensis*.

II. Episcopatus, *Latini* ritûs sunt: *Cracoviensis* in Poloniâ min. *Posnaniensis* in Pol. maj. *Plocensis* in Massovia: *Mednicensis* in Samogitia: *VVladislaviensis*, in Cujavia: *Luceoriensis*, in Volhynia, *Varmiensis*, & *Culmensis* in Borussia regia: *Præmisliensis*; in Russia rubra: *Chelmensis*; ibidem: *Kioviensis*; in Volhynia: *Cameneæensis*; in Podolia: *Græcos* ritus sequuntur: *VVolodomiriensis, Luceorensis, Plocensis; Præmisliensis: Leopoliensis, Chelmensis, Pinscensis.*

Policey.

Vid. supra verb. Kleider-Ordnung/ *fol.* 1140. & quæ ex Recess. Imperii notata sunt in *Tomo I. har. Constitut.* ubi omnia specialiter continentur, & præscribuntur. Præcipua tantum hic quæstio occurrit, an in rebus politicis, in Policey-Sachen/ *appellatio* contra ordinationes Statuum & Magistratuum, interponi possit & acceptari debeat, quæ tamen resolvitur in *R. I. de Anno* 1654. §. 106. qui tamen §. non nimis latè est extendendus, ut nullo unquam modo appellationes politiam respicientes admitti possint; cum Superioris utique intersit, & Imperatoris officium

cium requirat, ut nulla politica contra leges publicas, ac cum maxima Subditorum & Civium injuria & damno introducatur, quibus casibus omninò, ita exigente justitia, & summa imperatoris autoritate, recipi possunt appellationes, & id quod æquum justumque est in appellationis instantia decidi & ordinari.

Portugall.

SUMMARIA.

1. *Descriptio fluviorum, Portuum, Archi-Episcopatuum, Provinciarum, Civitatum, Universitatum Portugalliæ.*
2. *De Collegiis Jesuitarum, & præcipuo Conimbricensi.*
3. *Laus Regni Portugalliæ in longitudine, latitudine, & fertilitate.*
4. *Ducis Bragantiæ potestas & divitiæ.*
5. *Opulentia Portugalliæ.*
6. *Principalis Portus Portugalliæ.*
7. *Provincia.*
8. *Militia.*
9. *Navigatio.*
10. *Ulterior Regni descriptio.*
11. *Successio Regum Portugalliæ.*
12. *Mutatio & defectio Portugalliæ ab Hispania.*

1. Descriptio fluviorum, portuum, Archiepiscopatuum, Provinciarum, Civitatum, Universitatum Portugalliæ.

Vide suprà *verb.* **abgehende Stände**, *fol.* 17. *num.* 28. & *seqq.* Adduntur hic quæ scribit *R. P. Bussingault in Theat. Mundi part.* 1. Le Portugal reçoit trois fleuves, le Guadiana, le Tage, & le Duero, il a trois *port* fameux, *Lisbone*, *Porto*, & *Setuval*: Trois *Archeveschez*, suivis de dix suffragans, Lisbone, Evora, & Braga: Six grandes *Provinces*, & un grand nombre de belles villes; avec trois Universitez tres-renommées, qui sont, Conimbre, Lisbone & Evora.

2. De Collegiis Jesuitarum & præcipuè magnifico Conimbricensi.

Les *Peres Jesuites* ont plusieurs belles Maisons dans le Royaume, trois à Lisbone, & quatorze, en divers lieux, ou ils comptent six cens quatre vingts Religieux; Mais celle de *Conimbre* est la plus magnifique de toutes les Maisons qu' ils possedent dans l' Europe: Elle a Seize, grands Corps de Logis, avec quatre belles Courts, sans parler de l' Eglise, qui n' est pas moins superbeque celles qu' ils ont à Rome, ny le Refectoire, où peuvent manger à leur aise trois cens Religieux que ce College nourrit, ny le bâtiment des classes qui a ses beautez à part.

3. Laus Regni Portugalliæ in longitudine, latitudine & fertilitate.

Le Royaume de Portugal, est plus *grand*, plus fort, & plus commode, que tout autre Royaume d' Espagne. Tout ce Royaume est de *quatre vingts dix lieües de longueur*, & *cinquante de largeur*, & deux cens quatre-vingts cinq lieuës de circuit; Jouit d' un air grandement temperé, & sain, parce qu' il est agité par la fraîcheur, & les vents de la Mer. Le terroir est pour la plûpart montagneux, Principalement en Algarbe, lequel produit des fruits tres-excellens & parfaits. Il est abondant en Vin, Huile & Miel. Il a aussi plusieurs *Mines d' or*, *d' argent*, d' *Alun*, & de *Marbre blanc*. En la Province de Bragance il y a force *Soye*; & par tout le Royaume telle abondance *de Sel*, qu' il en fournir abondamment le Pais étrangers. La Mer est grandement poissonneuse, & renomée pour la pesche des Tons. En ce Royaume il y a si grande quantité de Huille, que tous les ans on en envoye plus de trois mille tonnetux aux pais bas, principalement. La pescherie des Sardines y est aussi tres-abondante.

4. Ducis Bragantiæ potestas & divitiæ.

Une chose est étonnante sur tout, qui est, que le *Duc de Bragance est* si puissant, & si riche en ce Royaume, qu' il semble que c' est une chose monstrueuse, de voir qu' en un si petit Etat il y ait, outre le Roy, un si grand Prince, veu qu' on tient qu' un tiens du peuple du Royaume luy est sujet, & est dans ses terres. Outre ce Duc, il y en a encor deux autres, un Marquis, dix huit Comtes, un Vicomte & un Baron.

5. Opulentia Portugaliæ.

Pour bien concevoir le commerce, & les richesses du Portugal, il faut jetter les yeux sur les Cartes, & decouvrier d' un coup d' oeil tous les Pais que possedent les Portugais. L' on verra qu' outre les Villes de Goa, de Damman, & de Din, qui tiennent en bride, toute la côte de la presqu' Isle au deça du Gange; la Ville de Malaca dans l' ancienne, Quersonese d' or, & Celle de Macao aux frontieres de la Chine, qui leur obeissent, ils occupent une bonne partie des rivages de l' Afrique, Melinde, Quiloa, Mosembique, Angola, les Isles du Capverd, l' Isle de Madere, & les Açores, &c. le Brezil, & autres Païs, tant dans les Indes Orientales, qu' Occidentales. Ces Regions éloignées obligent les Portugais de tenir toûjours de fortes armées sur Mer, qui avec trente bonnes places, & bien regulierement fortifiées, qu' ils ont entre le Guadiana & le Duero, & le secours qu' ils peuvent tirer d' un puissant Amy, rendent leurs forces tres-considerables, & les mettent en état de rompre tous les efforts, de leurs Ennemis tant par Mer que par terre. Quelques modernes veulent que tout le Royaume de Portugal ait de longueur de côte cent-trente-cinq lieues, & ne continent cent cinquante, n'en ayant que cinquante le large.

6. Principales portus Portugaliæ.

Il à trois ports principaux fort commodes & Assurez. Le premier est *Stubil*, le second, celui de *porto* sur

porto sur la riviere de Duero, mais le plus grand, & le plus fameux de tous, est *Lisbone* sur l'Embouchure du Tage, &c' est le troisiéme Port.

Ce Royaume est borné vers le septentrion par la *Riviere* de Minno. Il regarde vers l'Occident cette partie de l'Ocean Athlantique, qui est entre l'embouchure des fleuves de Duero, & de Guadiana : du côte du Midy il touche à l'Andalousie, & de l'Orient à la Galice.

7. Provinciæ. Le Portugal a *six Provinces* particuliers, & Regions. Celle qu' on appelle d' entre Duero, ou Minno, Trasamontes, Beira, Estramadura, Alentejo, & Algarves. Il y a des *Mines de Métail*, & des *Pierres precieuses* qui s' y recontrent. Pour les Mines d'argent, elles y sont assez communes, aussi - bien que celles de plomb, de fer & d' étain. On y trouve un *Crystal* fort précieux, des Rubis, des *Hyacintes*, des *Pierres vertes*, qui ne valent pas moins que les *Emeraudes*, enfin des Marbres bigartez de toutes les façons. On y trouve méme des *Mines d' or* au Mont d' Aramenha; & le *Tage roule de l' or dans ses sablons.* Le Monde y est modeste & poly, les Esprits subtiles & genereux, & qui reüssissent également à l' étude des Lettres, & à l' exercice des armes, & tres- Affectionnez à leur religion, & à leur Roy. La Noblesse y est affable & Magnifique, le peur le civil, & industrieux, les femmes assez belles & tres-vertueuses.

8. Militia. Ce Royaume, pour les forces, & pour se defendre, peut mettre sur pied *cinquante mille Hommes*, & davantage en cas de besoin, puis que le Roy d' Espagne avec toutes ses forces, & ses millions d'or, & d'argent, n' a pû en venir à bout, quoy qu' il eut ramassé toutes ses armées tant par Mer que par terre, pour envahir le Portugal, & ce qui en dépend.

9. Navigatio. L' assiete de ce Royaume, & l' experience de ses habitans au fait de la *Navigation*; ont donné lieu à ses Princes de se faire reconnêtre dans les quatre parties du Monde, où ils ont plusieurs Roys pour Vassaux, avec la commodité de faire venir en Europe les plus rares, & les plus précieuses marchandises de l' Orient. Leurs conquêtes s' étendent en plus de cinq mille lieuës de côte, & toutes leurs places sont sur le bord, de la Mer, car ils n' ont eu le Dessein que de se rendre Maistres du Commerce. Les Provinces de Portugal ont toutes leurs commoditez particulieres; Elles produissent entr' autres choses des Citrons, & d' excellentes Oranges. L'on y compte plus de six cent Villes ou Bourgades privilegiées, & plus de quatre mille Paroisses. Il y a trois Archevéchez, avec dix Evéchez.

Le *Revenu du Royaume*, sans y compter celui des Indes, passe *dix millions de livres.* Il y a six Provinces, Tralos Montes à des Mines, avec la Ville de Bragance la Capitale d' un Duché de quarante mille ducats de revenu, où il y a bien cinquante petites Villes, & d' autres Terres qui font le Duc de Bragance trois fois Marquis', sept fois Comte, & plusieurs fois Seigneur.

His omnibus adjunxit *citat. Autor Boussingault.* descriptionem Civitatis *Ulyssiponensis*, *Bejæ*, *Ephoræ*, *Meridæ*, *Tomari*, *Conimbriæ*, *Portogalæ*, *Blessantiæ*, *Bragæ*, *Badaios*, *Algarbæ*, & aliarum, quas nimis longum esset hic annotare. Quia tamen celeberrimmum est Regnum Portugalliæ, cujus Rex hodiè in maxima est existimatione, ut tantò major & evidentior ejus habeatur notitia etiam ab antiquo, merito hic annectuntur, quæ *Ludov. Morery in Dictionar. suo Histor.* de hoc regno & Regibus scribit, sequenti tenore. Portugal, Royaume hereditaire de l' Europe, dans la partie occidentale de l' Espagne, comprend une partie de l'ancienne Lusitanie; & une partie du païs des anciens Callaiques, *Callaici Braccarii*, qui habitoient dans la Province dite aujourd' huy *Tralos Montes.* Cet état est un des plus petits de l' Europe; mais il est de plus considerables, par sa fertilité, & par ses richesses. Il n' a de longueur qu' environ cent dix lieuës Françoises: & à peu prés cinquante dans sa plus grande largeur. Il a la Galice au Nort, d' où il est separé par le fleuve Minhe; au Midy, & au Couchand l'Ocean; & au levant Castille, Leon, Estramadure, & Andalousie. On le divise en cinq parties ou Provinces, qui sont, Entre- Doure & Minho; Au delà des Montagnes ou Tra los Montes: Beira: Estramadoure ou Estramadoura Porthogesa: Et Alentejo ou entre Tejo, & Guadiana. Il y a aussi le petit Royaume des Algarves ou *Regno de Algarve*, qui donne son nom aux ainez des Rois de Portugal. Au reste, bien que ce Royaume ne soit que la *sixiéme partie de l' Espagne*, il a cependant une situation si fertile, qu' il surpasse tout le reste de ce grand païs. Aussi il est arrossé d' une infinité de belles rivieres, dont il y en a quatre tres-considerables, sçavoir le Minho, le Douro, le Tage, & la Guadiana. Elles se déchargent dans le grand Ocean, qui est de long de ce Royaume, où il y a de beaux Ports tres- commodes pour le Commerce, que les portugais ont de tout tems entretenus, & fait valoir, principalement dans les *Indes Orientales*, d' où ils apportent des Pierreries, de l' or, de l' argent, de la soye, &c. & ou ils sont tant de Villes, dont *Goa* est la Capitale Mais ce ne sont pas les seuls lieux dont les Portugais sont les Maîtres; ils ont encore le Bresil dans l' Amerique, autrefois Malaca: les Moluques, plusieurs places dans le Golphe de

10. Ulterior Regni descriptio.

Bengala : les Isles Azores; celles de Madere : Celles du Cap. Verd. Ceute, Mazagan & Tanger en Afrique qu'ils ont cedé aux Anglois, & que ces derniers ont abandonné: les forteresses de Mina, d'Arquin, & autres sur la côte de Guinée : D'autres de long des Royaumes de Congo & d'Angola: Sofala & Mozambique au dela du Cap de Bonne Esperance; & d'autres en divers endroits, qui rendent les Rois de Portugal puissans sur Mer, & riches sur terre :

Il est vray, que le seul Royaume, dont je parle, leur pourroit faire avoir ces avantages, ayant tant de bons Ports comme je l'ay dit, & étant si fertile en vins, fruits, poissons, gibier, sel, chevaux &c. Il y a aussi des mines, & les Romains venoient chercher en Portugal, l'or que les Portugais vont chercher dans les Indes. Cet état est si peuplé, sur tout vers la Mer, qu'on y compte plus de 600. Villes ou bourgs privilegiés, & plus de 4000. Parroisses. Entre les Villes la Capitale est *Lisbonne*. Les autres sont, *Euora*, *Brague*, *Coimbre*, *Elvas*, *Beja*, *Porto*, *Bragance*, *Portalegre*, *Visieu*, *Guarda*, *Miranda*, *de Douro*, avec grand nombre d'autres places. Entre ces Villes, il y en a trois Metropoles, Brague, Lisbonne & Evora, avec dix Evêchez.

II. Successio Regum Portugalliæ. Le Portugal à été tres long tems soûmis aux Maures. *Henri de Bourgogne* le conquit sur ces Infideles, & par son mariage avec Terese Fille naturelle d'Alfonse IV. Roi de Castille, il en devint paisible possesseur. Alfonse I. son fils, surnommé Henriquez fut salüé & couronné Roy de Portugal le 27. Juillet de l'ann 1139. apres avoir defait cinque petits Rois ou Generaux Maures à Ouriques prés la Raviere du Tage. Ce Prince assembla les etats de son Royaume à Lamego dans la Province de Beira, & l'on y fit la loy qui porte le nom de cette Ville, par laquelle les Princes étrangers sont exclus de la Couronne, dont on a vû quelques exemples en Portugal. C'est pour cette raison que les Etats de ce Royaume assemblez en 1679. & 80. à Lisbonne, derogerent à cette Loy de Lamege, pour une fois seulement, & en faveur du Mariage qu'on croioit qui se feroit entre leur Infante Elisabeth, Marie-Louise avec Victor Amedée-Francois Duc de Savoye. Je rapporteray dans la Suite la succession des Rois de Portugal, où les fils naturels peuvent succeder à la Couronne. Ainsi Jean I. de ce nom, dit *le Pere de la patrie*, fils naturel du Roy Pierre *le Justicier* succeda l'an 1385. à Ferdinand son frere, au præjudice de Beatrix sa niece, femme de Jean I. Roi de Castille. Cet Exempla suffira, Sebastien qui succeda à son ayeul Jean III. en 1557. entreprit en 1574. Son premier voyage d'Afrique, & il fut tué au second par les Maures en la journée d'Alcacer le 4. Aout 1578. en la 25. année de son âge & la 23. de son regne. Aprés cette mort si fatale au Portugal, le Cardinal Henry, cinquieme fils de Emanuel le grand fut déclaré Roi, & mourut l'année d'Aprés 1580. Louis Duc de Beja, frere amé de Henry avoit épousé Joland fille de basse naissance. Ce Mariage n'avoit plû ni au Roi Jean III. son frere, ni aux Etats du Royaume, & ils déclarerent que les enfans qui en sortiroient ne pourroient pas succeder à la Couronne Louis en eut pourtant Antoine, & celuy cy legitime heritier du Royaume prit la qualité de Roy l'an 1580. Mais Philippe II. Roy d'Espagne, ne voulant pas perdre une si favorable occasion d'usurper le Portugal; y envoya le Duc d'Albe avec une puissante armée. Antoine fut defait en la bataille d'Alcantata, il vint en France, & mourut à Paris en 1596. Ainsi les Espagnols furent maitres de cet Etat sons Philippe II. Philippe III. & Philippe IV. Mais les Portugais ne pouvant plus supporter le gouvernement de cette nation, dont la fierté ne s'accommodoit pas avec la leur, secoüerent un joug si fâcheux en 1640. & élurent pour Roy le Duc de Bragance, qui est Jean IV. pere d'Alfonse VI. & de Pierre II. qui Regne depuis 1667. jusqu' en 1693. aprés avoir été Regent. Les Souverains de ce Royaume prennent ces titres. N. *Roy de Portugal*, *des Algarves*, *decà & delà les mers d'Afrique*, *Seigneur de Guinée*, *de la Navigation*, *Conquête*, *& Commerce d'Ethiopie*, *d'Arabie*, *de Perse & des Indes.*

II. Mutatio & Defectio Portugalliæ ab Hispania. Je dois encore remarquer au sujet de la revolte de Portugal de l'ann 1640. qu'on admira le grand secret, qui s'observa durant plus d'une année pour cette affaire, entre plus de deux cens personnes; Toutes les places, que les Portugais ont dans les quatre parties du monde, secouerent le joug Espagnol en un même jour, Il n'y eut que *Ceuta* seule en Afrique, qui resta aux Espagnols parce que le Gouverneur qui étoit de leur nation ignoroit le secret comme je le dis en parlant de cette place. Les Principaux motifs de cette grande révolution furent la permission que le Roy d'Espagne donnoit à d'autres qu'à des Portugais de Trafiquer dans les Indes Orientales, les Actions des Espagnols, & le tribut qu'on y publia en 1635. du cinquiéme par lequel en vouloit prendre cinq pour cent sur tous les revenus, & les marchandises du Royaume. Les Portugais sont fiers, & méprisans, bons Soldats, mênagers, & aiment beaucoup leur Roy. Ils ont fait de grandes partes dans les Indes. La seule *Religion Catholique* est recüe parmy eux, ceux qui sont de race juisve ont été contraints de se faire baptiser. Il y a des inquisitions à Lisbonne, à Coimbre, & à Evora: des Parlemens à Lisbonne, & à porto, & des generalitez qu'ils appellent Comarques, & Almoxarifats dans 27. places. Outre le conseil Royal, les Portugais ont de autres Tribunaux, comme celuy de la Fazenda ou des finances, le Conseil de Conscience, dit la Mesada concientia, le Residor la Camera, le Conseil de Guerre, la casa de supplication, où l'on juge les affai-

affaires en dernier ressort, &c. Le Roy Jean IV. établit le Tribunal de l'inconfidence, contre ceux qui etoient accusez de découvrir les secrets de l'Etat aux ennemis, ou de les favoriser. Les Rois de Portugal, sont grand-Maitres de l'Ordre de Christ qui reside à Tomar. Ils ont encore ceux de Avis, & de S. Jacques, dont la Residence est à Palmella prés Setuval.

Succession Chronologique des Rois de Portugal.

Henry de Bourgogne, alla en Espagne en 1089. & il mourut l'an 112.
1139. Alphonse I. dit *Henriquez*.
1185. Sanche I.
1232. Alfonse II.
1233. Sanche II. dit *Capel*, chassé.
1246. Alfonse III.
1279. Denis dit *le pere de la patrie*.
1325. Alfonse IV. surnomme *le Fier*.
1357. Pierre *le Justicier*.
1367. Ferdinand.
1385. Jean I. dit *pere de la patrie*.
1433. Edoüard.
1438. Alfonse V. surnommé *l'Afriquain*.
1421. Jean II. dit *le Grand & le Severe*.
1495. Emuel *le grand*.
1521. Jean III.
1557. Sebastien.
1578. Henry, Cardinal.
1580. Philippe II. Roy d'Espagne.
1598. Philippe III. Roy d'Espagne.
1621. Philippe IV. Roy d'Espagne.
1640. Jean IV. dit *le fortuné*.
1656. Alfonse Henry.
1667. Pierre II. auparavant regent de Portugal dont il est parlé au mot Pierre.

Possessio.

SUMMARIA.

1. *Possessionis Scopus & finis.*
2. *Quomodo acquiratur possessio.*
3. *Possessionis apprehensio quotuplex.*
4. *Possessio rerum incorporalium eodem modo acquiritur, quo corporalium.*
5. *Quomodo acquiratur possessio corpore alieno?*
6. *De possessionis vitiis.*
7. *Quomodo possessio retineatur.*
8. *Possessio quibus proficiat.*
9. *Interdictorum rationem similem esse cum processu hodierno.*
10. *Convenire mandata & interdicta in modo exequendi.*
11. *Condemnatus ubi & à quô exequendus?*
12. *Quæ Circulorum Imp. sit utilitas.*
13. *Quare & in quibus causis processus mandatorum introductus.*
14. *Qui possidet, manutenendus est, non obstante armorum periculo.*
15. *Divisio possessorii, & quid sit?*
16. *Regulariter in summariissimo nullam appellationem vel revisionem habere locum.*
17. *Utilius est possessorio agere quam petitorio.*
18. *Suspenso petitorio ante conclusionem causæ ad possessorium posse recurri.*
19. *Quæstio proprietatis possessionem absorbet, sed non econtra.*
20. *Divisio interdictorum.*
21. *Interdictum Quorum bonorum. cui & ad quid detur?*
22. *Interdicta breviorem tribuunt viam ad res consequendas.*
23. *Heredibus scriptis datur remed. possessor. ex l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.*
24. *Salvianum ad quid & cui datur.*
25. *Datur adversus tertium possessorem.*
26. *Sed non nisi Principali debitore prius excusso & convento.*
27. *De actione Serviana, quomodo ab Interdicto Salviano distat?*
28. *De interdictis retinendæ.*
29. *Quomodo duo possidere dicantur?*
30. *Cui possessio adjudicanda sit jure civili?*
31. *Cui, jure Canonico? quod hodie sequimur.*
32. *Quid pronuntiandum, si pares utriusque partis sint probationes.*
33. *Remedium acquirendæ & recuperandæ potest cum petitorio cumulari.*
34. *Refertur præjudicium.*
35. *Agi summariissimo, quando unus libertatis, alter servitutis prætendit possessionem.*
36. *In Commendas neminem habere jurisdictionem præter Magistrum Ordinis.*
37. *Ab incompetente judice nihil judicatum dici posse.*
38. *Nullitates insanabiles post 3. sententias conformes & intra 30. annos posse proponi.*
39. *Jurisdictio per actum extrajudicialem, præsertim ab officiali, in præjudicium Domini prorogari non potest.*
40. *Si sententia à qua injusta, judicem non tam desertionis quam iniquitatis rationem habere debere.*
41. *Injustitiam notoriam sine appellatione causam devolvere ad superiorem.*
42. *Præsertim si judex prius pronuntiavit se competentem.*
43. *Nullitas quomodo principaliter deducenda.*
44. *Nullitatem ex officio attendi debere.*
45. *Quænam dentur actiones pro jure pascendi, vel ejus possessione in fundo alieno.*
46. *Cum interdicto retinendæ posse proponi interdictum recuperandæ in subsidium & quare?*
47. *Quomodo interdicto Uti possidetis. procedatur, & quis in eo vincat.*
48. *Quis in hoc judicio pro actore habeatur.*

49. *Quando possessio videatur amissa.*
50. *Quæ probanda in interdicto recuperandæ.*
51. *Appellatum nihil probasse.*
52. *Spoliatum ante omnia restituendum, in qua limitatione sit accipiendum.*
53. *In possessorio summariissimo prius de Possessione Spoliati cognoscendum esse.*
54. *Animalia in alieno fundo reperta ex consuetudine recepta concludi & detineri posse ad damnum resarciendum & quare?*
55. *Possessio quomodo amittatur.*
56. *De interdictis recuperandæ possessionis.*

1. Possessionis scopus & finis.

POssessionis Scopus Principalis & finis est acquisitio Dominii: illud verò possessione injusta, & quam nullus præcessit titulus, acquiri non solet, *Thes. Basil. vol. 7. d. 7. l. gg.* 3. Possessio tamen rerum contra aggressorem defendi potest, in tantum, ut hoc fieri possit non solum biduo & triduo, sed tanto tempore, quantum ad illam vim propulsandam, convocandumque amicos & auxilia, sufficit.

2. Quomodo acquiratur possessio.

Acquiritur autem possessio vel per nos ipsos vel per alios: Et quidem per nos ipsos, animo & corpore nostro simul. Itaque neque per se animo, neque per se corpore. Hinc promanat, quod, qui jure familiaritatis fundum amici ingreditur, possidere non videatur, licet corpore in fundo sit: quod item furiosus incipere possidere non possit. Quod pupillus, qui ejus ætatis nondum est, ut intellectum capiat, per se possessionis acquirendæ sit incapax: quod infans, qui nec linguæ, nec rerum gnarus est, mero jure, neque per se, neque tutore Autore, neque per tutorem possessionem acquirere possit: quod denique ex eadem strictâ juris regula, hereditas jacens, uti & municipes ad possessionem acquirendam sint inhabiles: apprehensio autem corporis præcedat, & animus subsequatur. Nam possessio non ab animo, sed à corpore incipit: ubi videri quidem possunt aliquot casus, in quibus multi Dd. asserunt, possessionem solo animo aut corpore acquiri, qui pulchrè refutantur *Vol. 2. Thes. Basil. d. 14. Lit. D. 1. 2. 3. 4. Vol. 3. d. 3. l. S. 3. Vol. 7. d. 7. l. ee. 4. ff. 1.*

3. Possessionis apprehensio quotuplex.

Apprehensio possessionis alia est *naturalis*, sive plena, alia verò *Civilis* sive compendiosa, hæc ab aliis ascriptitia, ab aliis ficta appellatur. Naturalis & plena est, totius corporis ministerio interveniente, rei possidendæ apprehensio: estque alias omninò *necessaria*, alias *minus necessaria* sive utilis. Necessaria præcisè in his, quæ nullius in bonis sunt vel unquam fuêre, iisque tam animatis quam inanimatis, consistit: utilis verò in his, quæ sunt alterius, & à possessore traduntur: Civilis vel adscititia est, quæ juris interpretatione, per modum compendii, genere corporis quodam, aliove actu æquipollente, expeditur, qui ad tres principales modos reduci potest, quorum primus sit, quando per *partis apprehensionem totum*, pro ratione tamen & diversitate subjectorum corporum, apprehensum intelligitur; ubi tria vide corporum genera: *unum*, una Elementorum compagine, ut homo, lapis, fundus &c. *alterum* ex pluribus corporibus inter se cohærentibus, sed una compagine conflatum, ut domus, navis &c. *Tertium*, ex pluribus capitibus, discretis & individuis constans &c. ut hereditas, Legio, Grex, Castrum, prædium &c. ex quibus omnibus, si pars apprehenditur, totum apprehensum censetur, excipitur, ubi ingens dubium occurrit, & negandum videtur. *Secundus* est, ubi non ipsa rei naturalis apprehensio, sed pro ea quid aliud, quod apprehensionis vim obtineat, intervenerit; id quod tum per *aspectum*, cæteris tamen paribus fit, tum per custodis appositionem, clavium traditionem, modisque similibus. *Tertius* est, ubi nec ipsa, ipsius rei tradendæ apprehensio, nec quod hinc æquipolleat, intervenit, sed pro re possidenda alia res traditur, & apprehenditur, cujusmodi est *instrumentum* autoritatis seu tituli; ut verò hæc locum habeat, requiritur, ut tradens instrumentum rem ipsam possideat, *Vol. 2. d. 14. l. E. 1. 2. 3. Vol. 7. d. 7. l. ff. 1. 2. 3.* Idem obtinet in retentione ususfructus, & re prius nobis vel locata, vel commodata, vel apud nos deposita, post nobis vendita, & in signatione v. g. arborum nobis in Sylva venditarum; possunt item alii modi consuetudine introduci, qui nos sine reali apprehensione, in possessionem introducere possunt. *ibid. lit. ff. 4.*

4. Possessio rerum incorporalium eâdem modo acquiritur, quo corporalium.

Incorporalium rerum possessio eodem modo acquiritur, quo corporalium, id est, animo & corpore simul, sive usu vel exercitio etiam per partem, id est, si pars jurium occupata sit, quæ tamen cohæreant, totum etiam occupatum censeatur, quod idem est de jurisdictione, *ibid. vol 2. d. 14. l. E. 3. 4.* harum rerum usus verè est non possessio, consuetudo tamen obtinuit, ut earum quoque possessio dicatur, *vol. 7. d. 7.* ad acquirendam tamen jurisdictionis possessionem unicus exercitii actus non sufficit, si aliquis alius contradicat, secus, si nemo se opponat.

5. Quomodo acquiratur possessio corpore alieno.

Acquiritur & possessio corpore alieno, quod fit, aut per homines liberos, potestatem nostram neutiquam recognoscentes, aut per potestati nostræ, vel patriæ vel dominicæ suppositas personas: ubi hæc notanda: 1. Ut animum & intellectum possidendi habeant illi, per quos acquirere volumus. 2. Ut eum animum habeant, quô nobis, non sibi, vel alii acquirere volunt. 3. Ut illi per naturam, ætatem, intellectum, aliamve qualitatem, ejus conditionis sint, ut sibi ipsis acquirere valeant. Superiora fallunt in Infante, furioso, hæreditate jacente, & ignorante in causa peculii, quatenus tamen hoc casu justè, non ex maleficiis acquiritur. Itaque Servus acquirit etiam ignoranti in causa peculii, sed in aliis rebus, extra peculium hoc non valet; extenditur etiam hoc ad servos adscriptitios, item ad Mona-

Monachos, & olim ad filios familias. Demùm per omnis generis servos nobis pleno jure acquirimus. De *procuratore* hoc loco animadvertendum, etiamsi animum possidendi non habeat, tamen si nos præsentes simus, & hunc habeamus, possessionem illam valere, *vol.* 7. *d.* 7. *lit. ff.* 3. Acquirimus denique per externas personas possessionem, & primò per illum ipsum, qui possessionem nobis tradit per modum constituti: secundò per eos, quorum possessio nunquam fuit, veluti per procuratorem, tutorem, curatorem &c. quatenus nomine nostro, idque vel mandantibus vel ratum nobis habentibus, eam apprehenderunt.

6. De possessionis vitiis. Vitia possessionis quædam sunt merè realia, quæ comitantur rem, sicut lepra leprosum, eaque aut sua natura talia sunt, ut est in rebus extra commercium constitutis, sacris, sanctis, religiosis, quæ vitium illud nunquam deponunt: aut ex accidenti, ut sunt rapina, furtum, violentia; res enim furto, aut per vim ablata, adeo inficitur, ut nisi à vitio purgetur; omnino impediat, & quasi enecet usucapionem. Quædam vitia sunt quasi realia, quæ mixtam sapiunt naturam, quæ & ipsa, propter juris prohibitionem, rem sequuntur, quocunque vadat, ut est in re quæ Præsidi contra legem repetundarum donatur vel venditur, in qua vitium illud contrahitur ex prohibitione legis, propter præsumptum periculum concussionis: Idem est in rebus Ecclesiæ, Monasterii, vel Civitatis, illegitime alienatis, nec non fundo dotali, rebusque pupilli. Quædam denique vitia sunt personalia, quæ durante persona, quæ vitium contraxit, durant, cessante, item cessant: Hic enim res ipsa non inficitur, sed potius personæ macula inuritur, quod fit, quando quis dolo aut metu inducit aliquem ad contrahendum, aut faciendum, vel per fraudem lædit contrahentem aut rem precariò possidet, vel etiam sciens rem alienam emit, *Thes. Basil. vol.* 2. *d.* 14. *l. G.* 3. *vol.* 6. *d.* 8. *l. Ddd.* 2. 3. ubi pulchre præsertim de possessione metus, quo plerumque subditi ad præstanda servitia inducuntur. Hinc possessio omnino violenta esse non debet, quam prætor non tuetur, sed potius vim fieri prohibet: hæc possessio nulla est, nihilque operatur, ejusmodi violentæ possessionis indices sunt arrestatio, pignoratio, incarceratio, mulctæ.

7. Quomodo possessio retineatur? Acquisita semel possessio præsumitur continuata cum solo animo concineatur, retineturque ea vel corpore vel animo nostro tantum, vel denique animo nostro & corpore alieno, nec verò civilem duntaxat sic retinemus possessionem, sed naturalem etiam, ut & nudam detentionem, rerumque tam incorporalium quam corporalium, & horum sive mobilium sive immobilium, sive denique in conspectu nostro sint, sive extra conspectum constitutæ. Itaque Dux expulsus post decennium Ducatum suum recuperare potest, modo nulla recuperandi diligentia omissa ostendat, se retinendi animum servasse: Eaque retinetur per quemcunque, qui nostro nomine est in possessione, & rem corporaliter tenet, uti per procuratorem, hospitem, amicum, colonum, commodatarium, depositarium, conductorem.

Potissimùm verò possessio acquisita solo animo retinetur, *l.* 4. *C. de acquir. poss.* quia possessio semel quæsita jus possidenti parit, quo retento, possesio quoque retinetur. Itaque licet corpore quis è fundo exierit, quamdiu animus amittendæ possesionis non adest, possesio rebus integris retinetur *l.* 3. §. 7. *& seq. ff. de acq. poss. l.* 6. *in fin. eod.* quamvis neque servum, neque colonum in fundo reliquerit, *l.* 44. §. *ult. eod.* quia, qui animo posidet, perinde habetur quasi rei adhuc insisteret: sicut abjiciens animum posidendi, licet adhuc sit in fundo, posidere tamen non intelligitur, *Zæs. ff. h. t. n.* 7. quod ita utilitatis causa receptum est, ne testudinis more, perpetuò nos domi continere, aut possesionem amittere cogamur. Imo etiamsi illi, qui nostro nomine in posesione sunt, mortui fuerint, ut sponte discesserint, animo possesionem derelinquendi, vel alii eam tradiderint, sublata veterum controversia, *Justin. in L. ult. C. de acq. poss.* constituit, nihil præjudicii dominis exinde generari, ne ex aliena malignitate damnum sentiant, *Menoch. recup. poss. remed.* 14. *n.* 17. nisi in possesione relicti vi dejecti fuerint, *l.* 1. §. 22. *unde vi.* Quod autem dicitur, nos solo animo retinere possesionem, id ita intelligendum est, si nobis facultas relicta sit, eam iterum, si velimus, ingrediendi. Itaque qui ad nundinas profectus est, etiamsi alius occupaverit possesionem, tamen adhuc dicitur posidere, nisi reversus à possesore non admissus, ei cesserit. *l. clam.* 6. §. *de acquir. poss.* absens enim animo solo posidet, etiamsi alius sit in fundo, *l.* 3. §. 6. *eod.* donec reversus, vel sciens ab eo posideri, eidem cedat, *l.* 7. *eod. Zæs. ff. h. t. n.* 7.

Possesio supradictis modis acquisita non nobis solum, sed & successoribus nostris, iisque tam singularibus, quam universalibus proficit: cum possesio defuncti vel Autoris, possesioni successoris accedat & quasi conjungatur. 8. Possessio quibus proficiat?

Hinc nemo in possesione rerum aut jurium suorum turbandus, alias *interdictis* fit locus, quorum simillima ratio est cum *processu mandatorum* hodierno, ut mandata frequentissimè ex Aulâ, & Camerâ Imp. emanantia, ex interdictis, & hæc ex illis declaranda & explicanda sint; Cum etiam interdicta sint mandata, quæ circà controversias possesionis, vel quasi ex legis præscripto fiunt, *Mind. de interd. com.* 1. *num.* 10. *&* 67. nec non *comm.* 14. *num.* 14. *& seqq.* quando nimirum Judex in causis possesionum, vel quasi, jubet aliquid fieri, vel fieri vetat, prout negotii, de quâ agitur, naturæ convenit. Atque obtinent interdicta instar actionum, potissimùm si vis & potestas eorum spectetur, undè & actionis 9. Interdictorum rationem similem esse cum processu hodierno.

nis verbo contineri dicuntur, *l.* 37. *ff. de O. & A. Schneid. Inst. de interd. num.* 28. dicit actiones possessorias in factum ex iis proponi, *vid. l. pen. & ult. c. eod.* & titulus ff. inscribitur de *interdictis seu extraordinariis actionibus;* sunt enim interdicta omnia de possessione, & remedia quædam temporaria, ad vim & injuriam prohibendam, præcipuè ob tranquillitatem Reipubl. conservandam introducta.

10. Convenire mandata & interdicta in modo exequendi.

Itaque ex his fundamentis Mandata inhibitoria, avocatoria, auxiliatoria, restitutoria, & similia cum vel sine clausulâ promanant. Sicut enim Prætor olim ad postulationem interdictum petentis, si ei paritum non esset, manu Ministrorum decretum exequebatur contrà contumacem, *l.* 3. *ff. ne vis fiat*, vel ex causâ interdicti utilem dabat actionem: Ita hodiè Mandata primùm decernuntur, & si iis non pareatur, nec relevantes proponantur exceptiones, *sententiæ paritoriæ* subsequuntur, & executio vel Principi, aut statui, in cujus territorio reus habitat, aut Principi Circuli demandatur

11. Condemnatus, ubi & à quo exequendus?

R. A. *de an.* 1654. §. in welchem Termin 160. ibi: seiner Obrigkeit oder deß Creyses / in dem er gesessen und begüttert / außschreibenden Fürsten / oder wann dieselbe bey der Sachen interessiret / auch sonsten erhebliche Ursachen vorhanden / nach Gutbefinden des Richters / den außschreibenden Fürsten eines oder mehr benachbarten Creysen.

12. Quæ Circulorum Imp. sit utilitas.

Quia Imperium prudentissimè in Circulos propterea distributum est, ut & paci publicæ consultum sit, & Legum autoritati, quò videlicet contra immorigeros Principibus cujuscunque Circuli executio demandari possit. Etsi non ad proferendos Imperii limites, aut recuperanda amissa, ad defendenda tamen præsentia Imperii jura, justitiæque & judicatorum paratam executionem, Circuli sunt instituti, *Thuan. Hist. lib.* 2. *Strauch. in controv. illustr. dissert.* 1. *n.* 4.

13. Quare & in quibus causis processus mandatorum introductus?

Hic verò processus Interdictorum seu Mandatorum in causis possessionum potissimum ideo receptus est, ut hujusmodi controversiæ quam celerrime transigantur, ne in pacata Republ. dum unusquisque sibi possessionem asserere conatur, vis interim fiat, ensesque pro libellis ostendantur, ut ait *Carpzov. de process. tit.* 1. *art.* 5. *num.* 43. Quam etiam ob rationem Suprema Tribunalia, in prima Instantia de causis hujusmodi cognoscunt, *Gail.* 1. *obs.* 5. ubi id in adipiscenda & retinenda possessione procedere tradit, in tribus scil. casibus, *in O. C.* expressis; Wann sich ein jeglicher für einen Besitzer deß strittigen Guts oder Gerechtigkeit hält. 2. Wann das strittige Gut nicht unter einem Herrn gelegen wäre. 3. Wann wegen der Possession Empörung / Weiterung / und Unruhe zu besorgen. *O. C. p.* 2. *t.* 21. *Roding.* 1. *t.* 9. licet in inferioribus judiciis interdictum nihil aliud sit, quàm actio, qua de possessione disceptatur:

14. Qui possidet, manutenendus est, non obstante armorum periculo.

si autem armorum sit periculum, id ita accipiendum est, si possessio ex justis causis sit dubia, nam si certum sit alteram partem possidere, tunc judex possidentem tueri, & alteri inhibere debet, etiamsi periculum subsit armorum, *Gail.* 1. *obs.* 5. *num.* 5. *Bender. de revis. concl.* 20. *num.* 134. quia nemo ob contradictionem alterius possessione sua privandus est.

15. Divisio possessorii & quid sit?

Est autem possessorium vel *summariissimum* sive momentaneum, vel *ordinarium* sive plenarium. Illud locum habet, ubi periculum armorum metuendum, *O. C. p.* 2. *t.* 2. §. *fin.* Summarium ideo appellatum, quod absque tela judicii, & sine longo litis sufflamine, sola facti veritate inspecta, in eo celeriter sit procedendum. *Clem. dispendiosam. de jud. l. si coloni* 14. *C. de agric. & censit.* ibi: *celeri reformatione.* Momentaneum verò dicitur, quia sententia in eo lata non perpetuum, sed momentaneum & reparabile præjudicium adfert, quod in ordinario possessorio restaurari potest; cum sit mera interlocutoria, & remedium provisionale, ubi imperfectæ & semiplenæ probationes recipiuntur; adeoque ab hoc ordinariè nulla datur appellatio vel revisio,

16. Regulariter in summariissimo nullam appellationem vel revisionem haberi locum.

l. un. C. si de mom. poss. fuerit appell. Scaccia de appell. q. 17. *Roding.* 1. *t.* 31. *num.* 4. *Georg. Pfannkuch tr. de summar. poss. c.* 18. *n.* 20. *& seqq.* ubi multis præjudiciis & limitationibus hanc quæstionem deducit, *Mynf.* 6. *obs.* 13. *Mev. part.* 1. *decis.* 25. Ex quibus omne dubium dissolvi potest: quod nimirum appellatio admittatur: si sententia summariissimi non sit modici, sed magni præjudicii, si agatur de perdenda possessione, si probatio petitorii est nimis difficilis, si sententia traheret secum effectum perpetuum, si propter antiquitatem temporis non extarent documenta, sed totum fundamentum poneretur in sola possessione, si alter in possessionem missus interim lucraretur fructus, si sententia evidenter sit injusta, si justa causa proferatur, ex qua appellans se inique gravatum docere queat, *d. loc.* bene autem ab ordinario possessorio permittitur appellatio. *Gail.* 1. *obs.* 7. *per tot. & obs.* 147. *num.* 6.

17. Utilius est possessorio agere quam petitorio.

Notandum autem est, duo considerari judicia, *Petitorium*, quo de dominio rei disceptatur, *& possessorium*, cum de nuda possessione est contentio, nulla mentione hactenus facta, ad quem spectet dominium. Atque utilius est intentare possessorium, & adversarium ad onera petitorii compellere, quam ab alio possidente petere. *l.* 241. *de R. V.* cum dominii probatio sit difficillima.

18. Suspenso petitorio, ante conclusionem causæ ad possessorium posse recurri.

Quod si quis vero, non considerata commoditate possessorii, petitorio agere inceperit, quæritur an postea, videns difficultatem probationis dominii, possit recurrere ad possessorium, quam quæstionem affirmativè resolvit, *C. pastoralis de caus. poss. & prop.* ubi odio violenti invasoris, & in favorem spoliati conceditur, ut ante conclusionem in causa factam, suspenso petitorii judicio, adversus spoliatorem judicium possessionis recuperandæ intentari possit.

possit. Maxima enim est rei hujus utilitas. Nam si actor in petitorio succumbat, nullus patet ad possessorium regressus, etiamsi in eo victoriam reportare potuisse; obstat enim exceptio rei judicatæ, præsertim quando reus ideo absolutus est, quia de suo dominio probavit. Sententia autem lata in possessorio, non parit exceptionem rei judicatæ in petitorio, quia in istis judiciis de diversis rebus est contentio, neque possessio proprietatem absorbet, sicut è contra evenit, *l. 14. §. fin. ff. de except. rei jud.*

19. Quæstio proprietatis possessionem absorbet sed non contra.

20. Divisio interdictorum.

Dividuntur Interdicta, quod alia sint *prohibitoria*, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti, vel mortuum inferenti, vel in loco sacro ædificari, vel in flumine publico ripave ejus fieri, quo pejus navigetur, §. 1. *Inst. h. t.* alia *Restitutoria*, veluti bonorum possessori possessionem eorum, quæ ejus pro hereditate, aut pro possessore possidet ex hereditate; aut cum jubet dejecto restitui possessionem. Alia *exhibitoria*, per quæ jubet exhiberi eum, de cujus libertate agitur, aut libertum, cui Patronus operas indicere vult, vel parenti liberos, qui in potestate ejus sunt. Sed principalior divisio est, quod quædam Interdicta comparata sunt ad *possessionem* vel *adipiscendam*, vel *retinendam*, vel *recuperandam*.

De Interdictis adipiscendæ.

Pro adipiscenda possessione datur Interdictum quorum bonorum & Salvianum, §. 3. *Inst. h. t.* In eodem genere sunt & Interdicta *quod Legatorum*, ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, de tabulis exhibendis. Quæ omnia explicantur in ff. & de quibus agit *Schneidvv. Inst. de Interdict.*

21. Interdictum quorum bonorum cui & ad quid datur?

Interdictum quorum bonorum datur hæredi Prætorio, seu bonorum possessori ex Edicto Prætoris, ad actualem possessionem rerum hereditariarum consequendam, adversus possidentem pro herede aut possessore, aut qui dolo male desiit ita possidere, *l. 1. ff. quorum bonor. l. 2. C. eod.* ex quo patet eum, qui titulo singulari possidet, puta pro emptore, pro donato, hoc interdicto non teneri, sicut nec petitione hereditatis, *l. 7. C. de petit. hered. l. 9. ff. eod.* esset enim iniquum, eum, quem dominum esse non constat, sed qui tantum se heredem esse dicit, rem auferre ei, qui pro Domino bona fide & justo titulo possidet, *Widenbruck. tr. meth. de interd. c. 3. num. 33. Schneidvv. Inst. §. seq. h. t. num. 17.* datur tamen hoc casu heredi vindicatio, *l. un. C. de alien. jud. mut. caus. fact.* injustus tamen titulus, aut jure invalidus, aut post mortem defuncti primum acquisitus, in præjudicium heredis, possessorem ab hoc interdicto non tuetur. *arg. l. nec ullam 23. §. 1. de hæred. pet. Cacheran. decis. 56.* Planè obtinuit, ut etiam utile interdictum iis detur, qui jure civili sunt heredes, *l. 1. C. quorum bonorum.* Neque putandum est hoc interdictum inutile esse, propterea quod heredibus & bonorum possessoribus per petitionem hereditatis satis sit consultum, quippe, qua non tantum corporum possessores, ut interdicto *l. 2. quor. bonor.* sed etiam possessores juris & debitores hereditarii tenentur, si se heredes esse contendant, *l. 9. l. 13. in fin. l. 42. & ibi Barth. de hered. petit.* Nam eadem inter hæc remedia differentia est, quæ inter cœtera judicia possessoria & petitoria: quod nimirum, sine longa mora, brevis & expedita via hic sit ad possessionem adipiscendam: sed in petitione hereditatis inquisitio plenior & efficacior requiritur. *d. l. 1. juncta l. judices C. de jud. Menoch. de adipis. possess. remed. 1. n. 97.*

22. Interdicta breviorem tribuunt viam ad res consequendas.

23. Heredibus scriptis datur remed. poss. ex L. ult. C. de Ed. D. Had. toll.

Est etiam aliud remedium possessorium heredibus propositum, sed scriptis tantum, in Constitutione *Justin. in ult. Cod. de Edict. D. Adrian. toll.* quo ille, qui testamentum profert, non laborans conspicuo aliquo vitio, quale est cancellatio, item defectus testium, Signorum, subscriptionis, autoritate Magistratus, mittitur in possessionem rerum hereditariarum, dilata tantisper inquisitione super vitiis occultioribus, puta falsitatis, injustæ exheredationis aut præteritionis. Succedenti autem ab intestato hoc remedium non datur, ne heredi instituto in testamento nuncupativo, nisi illud in scripturam, ut fieri solet, redactum sit, aut petente herede nuncupato publicatum. *Vigil. & Schrader. ad d. l. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. n. 648. & 726. Christ. vol. 4. decis. 30.*

24. Salvianum ad quid & cui detur?

Salvianum interdictum competit fundi domino, ad consequendam possessionem rerum coloni, propensione sibi per expressam conventionem pignori obligatarum, adeò ut nuda scientia non sufficiat. Et quidem interdictum non nisi adversus Colonum possessorem, *l. 1. C. de precar. Struv. de interd.*

25. Datur adversus tertium possessorem.

Adversus extraneum possessorem, etiam titulum & causam à Colono habentem, non nisi utile, ex productione redditur, *l. 1. C. de interd. Salv.* sicut etiam Locatori Prædii Urbani, cui res inquilini in prædium illatæ ipso jure sunt loco taciti pignoris, utile tantum interdictum datur. Porrò ex communi Interp. sententia obtinuit, latius hoc interdictum extendi, & utiliter accomodari cuilibet Creditori, non modo adversus debitorem, qui oppignoravit *l. 1. C. de prec. & interd. Salv.* Sed etiam contra quemlibet tertium ejus rei possessorem, *l. 1. in pr. & §. 1. ff. de Salv. Interd.* quanquam adversus hunc probationem desiderant, nimirum rem non solum obligatam esse, sed etiam in bonis debitoris, cum obligaretur, fuisse, non quod fuerit in ejus Dominio, sed bona fide & justo titulo ab eo possessa. *Wesenb. par. de Salv. Interd. num. 2. Schneid. Inst. h. l. num. 7. Fachin. 8. controv. 42.* quia debitor cum propria sua turpitudine non possit excipere de vitio nexus seu pignoris, sed bene tertius possessor. Qua tamen sententia admissa nihil differret ab actione Serviana, cum remedia possessoria fere sola ratione probandi, in petitoriis separentur, *Bach. in not. ad Wesenb. d. loc.* Et plerique etiam censent, prius excutiendum esse Prin-

26. Sed non

nisi Principali debitore priùs excusso & convento. Principalem debitorem, quam adversus extraneum possessorem interdictum intentetur, *arg. Nov.* 4. *c.* 2. ut idem hic statuendum sit, quod de hypotheca quam tertius possessor possidet, illum nimirum, ante excussionem Principalis, conveniri non posse. Nam licet multi affirment, Principalis excussionem necessariam non esse, *per l.* 14. *C. de pign. & Nov.* 112. *de litigios. c.* 2. *Carpzov. part.* 2. *Const.* 18. *defin.* 18. qui etiam inter hypothecam generalem & specialem distinguunt, & pro hac Creditori statim actionem adversus tertium concedunt. Hæc tamen distinctio non habet rationem disparitatis inter utramque hypothecam, & textus in *Auth. hoc ita C. de pign.* nimis clare & generaliter contrarium disponit, Legesque præcedentes corrigit, nec non *cit. Nov.* 112. *de reb. litig.* tantum loquitur, ut sententia contraria subsistere non possit, *Christ. lib* 8. *in Cod. tit.* 14. *decis.* 151. *num.* 10. ubi ita sœpe in Supremis Belgarum Curiis judicatum refert, *Georg. Tholos. in Syntagm. jur. l.* 23. *c.* 10. *num.* 6. *Card. Lugo disp.* 31. *sect.* 2. *n.* 33. *Vinn. Inst. de act.* §. 8. *n.* 11. *Bachov. tr. de action. disp.* 3. *thes.* 22. De credito quoque datur duplex interdictum generale, ex *l.* 1. *C. de pign. & hypoth.* quo creditores, non reddita sibi pecunia credita, possessionem rei, ex conventione vel ultima voluntate; propria autoritate adipiscuntur: vel *Speciale* interdictum, scil. Salvianum, quod ad solius pignoris possessionem adipiscendam competit. Ex his fundamentis profluunt *mandata de solvendo S. C.* cum scil. in obligationibus reperiuntur clausulæ executivæ **mit oder ohne Recht**/ & similes, quibus debitor ex conventione se subiecit viæ executivæ.

27. De actione Serviana, & quomodo ab Interdicto Salviano distat. Affine huic Interdicto Salviano remedium est *actio Serviana*, quæ & ipsa primum locatori de rebus Coloni pro pensione fundi obligatis proposita fuit, & postea ad alias causas & species pignoris per interpretationem producta, §. *Serviana Inst. de action.* est tamen interdum utilius quam hæc actio. Nam cum illo de possessione momentanea tantum agitur, sufficit actorem probare, rem sibi obligatam esse; sed in actione etiam probare debet rem in bonis debitoris fuisse, cum de pignore convenit, *l.* 11. §. 1. *de pign. l.* 23. *de prob. Wesenb. d. loc. Menoch. de adipisc. poss. remed.* 3. *num.* 8. Itaque ego malo concludere, vel interdictum Salvian. adversus tertium possessorem non dari, nisi ex causa locationis, *ex l.* 1. *C. de interd. Salv.* quæ loquitur de Colono, *Hahn. in not. ad Wesenb. par. h. t. n.* 2. vel competere omnibus secundum suam naturam, sicut adversus ipsum debitorem, cum *Bach. in tr. de act. disput.* 3. *th.* 38. quia cum possessoria judicia sint summaria, exceptio excussionis in iis merito cessat, & ad petitorium est remittenda, *arg. L. fin. C. de acq. poss. Mindan. de Interdict. C. ult. num.* 59. Sed quæ tunc utilitas erit Servianæ, cum quivis potius Salviano interdicto tanquam expeditiori remedio sit usurus. Nimirum quidquid hic in contrarium disputetur, praxis tamen exceptionem excessionis admittit, *Struv. in Syntagm. Jur. publ. h. t. Fachin.* 8. *c.* 13. *Thess. dec.* 175. *Tulden. ad C. h. t. num.* 3. Imo pragmaticis nostris inauditum hodie esse nomen Salviani interdicti, notat *Dassel. ad Zœs.* §. 3. *n.* 9.

Interdicta Retinendæ.

Retinendæ possessionis gratia ea interdicta comparata sunt, per quæ possessionem quam adhuc habemus, retinere volumus. 28. De interdictis retinendæ. Hujus generis interdicta sunt, *uti possidetis & utrubi*, prius est de rebus soli, posterius de rebus mobilibus, *l.* 1. *uti possid. l. un. de utrubi.* Sed non competunt hæc interdicta, nisi cum inter aliquos lis est, & quæritur, uter ex Litigatoribus possideat, & uter petere debeat, *l.* 1. §. 3. *uti possid.* ubi *Ulpian.* ait: *si inter litigatores contendatur, uter possideat, quia alter se magis possidere affirmat, tum ad hæc interdicta remittendos esse.* Nam quia actio in rem institui non potest, nisi certus sit possessor, *l.* 13. 29. Quomodo duo possidere dicantur? *C. de rei vindic.* idcircò quamdiu incertum est quis possideat, & commodo possessionis frui debeat, judicio petitorio, de proprietate locus esse non potest, *l.* 62. *C. de Jud.* Sed quomodo fieri potest, inquies, ut duo de retinenda possessione litigent, cum duo in solidum eandem rem possidere nequeant? *l.* 3. §. 2. *de acquir. possess.* nimirum accidere potest, ut duo in speciem videantur possidere, cum tamen revera unus tantum possideat? Varii enim sunt actus possessorii, ut quibusdam eorum usurpatis, plures sibi possessionem asserere possint: ut proinde cognoscendum sit de qualitate actuum, explorandumque cujus causa sit potior. Alii respondent, posse dici, duos simul eandem rem possidere, sed diverso possessionis genere, puta alter naturaliter, alter civiliter, alter justè, alter injustè, *l.* 3. *in pr. & l.* 6. §. 1. *uti possid. l.* 3. §. 5. *de acquir. possess.*

Et quamvis olim magna fuerit differentia inter hæc duo Interdicta, uti possidetis & utrubi, tamen tempore Justiniani, una utriusque vis ac potestas facta est, §. 4. *Inst. hic* ut ei possessio interim adjudicetur, qui tempore litis contestatæ sine vitio ab Adversario possidet; nam si ab extraneo vel vi, vel clam, aut precario possideat, Prætor nihilominus possessionem tuetur, *l.* 1. §. *ult. & l. seq. C. uti possid.* 30. Cui possessio adjudicanda sit jure civili? jure autem *Canonico* aliud observatur: nam hoc jure, ad Victoriam in his interdictis obtinendam, non sufficit possidere tempore litis contestatæ, sed is obtinet, eique adjudicatur possessio, qui *antiquiorem* eam probaverit tanquam qui justiorem habeat possessionis causam, *C. licet. de probat.* eoque jure fere nunc utimur, ut post alios testantur, 31. Cujure Canonico? quod hodie sequimur. *Gail. de pignor. obs.* 22. *num.* 3. & 8. *Widenbruck, de interd. c.* 10. *num.* 114. *Damhud. prax. civ. c.* 34. *Menoch. de retin. poss. remed.* 3.

med. 3. *num.* 714. *Wesenb. parat. uti possid. num.* 5. Et ratio est, quod quo vetustior est possessio, eo minus clandestina, violenta, aut vitiosa præsumatur, *d.c. licet.* Quod si titulus simul ostendatur, ut Dominii, præscriptionis, & sic deinceps, rationis est, ut qui præter antiquiorem sic quoque probavit, multo magis præferatur, quia, usu observante, magna est vis demonstrationis tituli, ex qua judex moveri solet, *Schneidevv. in* §. *pen. Inst. h.t. n.* 82. *& seqq.* ubi tractat, quomodo in diversitate possessionum judex pronunciare debeat. Quod si æquè obscura sit utriusque Litigatoris possessio, ut Judici non appareat, uter possideat, ea sequestrari solet, vel inter litigantes dividi, ut putat *Harp. h. t.* §. 4. *num.* 37. *Mind. de interd. t.* 17. *num.* 21. vel in paritate probationum is vincet, qui de dominio vel quasi probavit. *Clud. lib. rer. quot. sect.* 4. *num.* 25. *& seq.* aliter statuit *Widenbruck. d. c.* 10. *n.* 118.

32. Quid pronunciandum, si pares utriusque partis sint probationes.

Licet autem petitorio pendente possim agere possessorio, tamen id solum procedit in acquirenda vel recuperanda non verò retinenda possessione, quia finis vindicationis est restitutio, retinendæ retentio, *l.* 68. *de rei vind.*

33. Remedium acquirendæ & recuperandæ potest cum petitorio cumulari.

Quod si cum petitorio remedium acquirendæ vel recuperandæ cumulari, jure Canonico & communis fori praxi, hæc duo judicia una sententia terminari possunt, ut in pronuntiando possessorium, in exequendo petitorium præcedat, *c.* 3. 4. 56. *de caus. proprie & possess. Hahn. in not. ad Wesenb. tit. de interd. num.* 9. Addo in hac materia possessionis retinendæ præjudicium, tenoris sequentis in causa Commendæ N. contra A.

34. Refertur præjudicium.

Procuratoria ab utraque parte rectè se habent, & ordinationi novissimoque recessui Imperii sunt conformia, circa formalia varia possunt occurrere dubia, quod sententia lata sit super possessorio summariissimo, quando enim unus servitutis, alter libertatis possessionem prætendit, momentaneo possessorio prætendit; momentaneo possessorio locum esse ex *Covarruv. pr. qu.* 17. *num.* 1. tradit *Klock. vol.* 3. *cons.* 148. *num.* 58. per text. *in l. liberis.* §. *ult. de liberal. caus. c. cum venisse. de Inst.* in quo non conceditur appellatio, *Gail.* 1. *obs.* 7. *n.* 721. Quod appellans à Judice priori acta non requisiverit, Appellationem sexto demum mense à tempore latæ sententiæ introduxerit, & denique quod summa appellabilis non existat. Ex quibus fundamentis pars appellata semper id agit, ut potius exceptionibus non devolutionis & desertionis inhæreret, quam in causa Principali multum laboret.

35. Agi summariissimo, quando unus libertatis, alter servitutis prætendit possessionem.

Sed his omnibus non attentis appellatio accepta, & pars appellata ad articulos gravaminum respondere jussa est, sine dubio ex illo motivo, quod appellans non tam iniquitatem, quam nullitatem prioris sententiæ, & quidem ex incompetentia judicis impugnaverit, pro notorio supponens, quod nemo nisi *Magister Ordinis* jurisdictionem in Commendas, prædiaque & domos exerceat, ut tradit *Joach. Steph. de Jurisd. cap.* 4. *num.* 10. *Speidel. in obs. verb. commend.* nisi forte in prædiis obstet, reservatio juris à dominis territoriorum, quod his tamen in actis nullibi allegatum. Atque ob perversum processus ordinem justa est appellatio, etiamsi causa alias appellabilis non esset, *Mev. p.* 1. *obs.* 77. Quia ergò in competentia judicis nullitas est tam insanabilis, ut plane nihil dici possit judicatum ab eo, qui jus dicendi potestatem non habuit, ita ut post tres conformes sententias possit opponi, *Clement. l. de sent. & re jud.* etiamsi partes jurassent non dicere de nullitate *Gail.* 1. *obs.* 42. *num.* 8. *& seq.* sicut etiam ex novissimo *R. J. de An.* 54. §. bey denjenigen nullitäten 122. tales nullitates ex persona judicis, vel substantialibus processus provenientes, adhuc intra 30. annos possint opponi, & non sit necessaria in iis fatalium appellationis observatio.

36. In commendas neminem habere jurisdictionem præter Magistrum Ordinis.

37. Ab incompetente judice nihil judicatum dici posse.

38. Nullitates insanabiles post 3. sententias conformes & intra 30. annos posse proponi.

Quibus accedit, quod hæc causa jus servitutis concernit, in quibus juribus etiam summa appellabilis non attenditur, *Denais O. C. p.* 2. *t.* 28. *Roding. lib.* 1. *t.* 20. §. 13. & quamvis videri possit appellans jurisdictionem judicis à quo prorogasse, eo quod Procuratorem suum ad acta legitimaverit, & quidem per Procuratorium in forma communi. Tamen id factum est, eo saltem fine, ut exceptiones contra incompetentem & suspectum judicem proponat, sicut etiam per actum talem extrajudicialem jurisdictio prorogari nequit, præsertim à Vogteo vel officiali in præjudium sui Domini, *Vinn. tr. de jurisd. c.* 9. *l.* 4. *C. de jurisd. omn. jud. Cacher. dec. Pedemont.* 7. *Græv. concl. pract.* 4. *lib.* 1. quando enim quis habet superiorem, tunc non licet ei cum præjudicio & læsione juris ejus notionem alterius pro rogare, apertè traditur in *C. per Venerabilem* §. *insuper qui sint fil. legit. Christin. vol.* 2. *decis.* 159. *num.* 12. *& decis.* 160. *n.* 4.

39. Jurisdictio per actum extrajudicialem, præsertim ab officiali in præjudicium Domini prorogari non potest.

Unicum hic obstare videtur, quod nullitas hic incidenter saltem deducta est, & appellatione deserta etiam nullitas talis tanquam accessorium concidit, ita ut per viam ordinariam postea deduci debeat: Hinc vix videtur appellationis desertio, per nullitatem incidenter deductam excusari posse, quia hæc appellatio duplici vitio laborat, desertionis nimirum & non devolutionis possessorii momentanei, nisi forte statuatur, quod si sententia à qua iniqua & injusta, non tamen desertionis quam iniquitatis ratio sit habenda, *Klock. relat.* 20. *num.* 8. 9. 10. ubi ait Suprema judicia rectè etiam examinant acta causæ desertæ, neque tantum momenti apud se habere patiuntur desertionem, ut confirmandam ideo putent sententiam, quam ex actis iniquam deprehendunt, & ita in Hispania & apud alios servari tradit ex *Joan. Parlad.*

40. Si sententia à qua injusta, judicem non tam desertionis quàm iniquitatis rationem habere debere.

rer. quot. cap. p. 1. §. 1. num. 9. *Afflict. Ursil. Anion. de Amatis, Muscatello, Cravet.* ubi ait: quod omnis judex debeat ita servare, & tanquam ab igne cavere in pronunciando appellatione desertam, ubi vidit sententiam male latam: quia notoria sententiæ injustitia causam sine appellatione ad superius tribunal devolvit, si gravatus eam statim ex actis manifestam reddere offert. *Mev. p. 4. dec. 115. Meisn. tom. 4. dec. 6. num. 34.*

41. Injustitiam notoriam sine appellatione causam devolvere ad superiorem.

42. Præsertim si judex prius pronuntiavit se competentem.

Et quod si judex semel pronuntiaverit se competentem, tunc valeat processus non attenta desertione, *Mynf. 2. obs. 60.* imo, quod appellatione semel recepta, valeat postea processus in negotio appellationis, licet appellatio revera non sit devoluta, *Klock. relat. 18. num. 3. Mynf. 2. obs. 60. in fin. & 6. obs. 49.* ubi ait: Rursus non habet locum axioma, si judex ante pronuntiasset se competentem, tunc enim valet processus in negotio principali, licet revera causa non sit devoluta, quia vel nulliter appellatum, vel appellatio deserta, ubi etiam *in fin. d. obs. 60. notat. præjud.* Quid quod appellantes plerumque ita supplicant, im Rechten zu erkennen und außzusprechen / daß nichtig oder je widerrechtlich / sicut etiam hic factum est, gesprochen und überflüssig oder doch wohl darvon appellirt ꝛc. quo nullitatem etiam principaliter deductam videri tradit *Schvvan. obs. 176. num. 1. vers. si vero nullitas*; Si appellans dicat, ajo sententiam nullam, vel si aliqua est appello, nullitatem principaliter esse introductam tradit. *Covarruv. pr. quæst. 24. num. 7.* ubi dicit communem *Knich. de Sax. non provoc. jur. cap. 1. num. 41. Vant. de nullit. tit. quod & quibus modis nullitas in judicio proponi possit num. 10. Mynf. 1. obs. 91. n. 9.* Ex quibus fundamentis ratione formalium hic subsisti, atque de iis fusiorem non moveo disputationem.

43. Nullitas quomodo principaliter deducenda.

Salvis ergò formalibus appellationis dispiciendum est de materialibus, & an ex iis reformanda sit prior sententia? Antequam verò ad ea progrediar, excutiendum est, an etiam ex his actis causa Principalis huc sit devoluta? quod affirmandum existimo. Nam non tam super iniquitate, quam nullitate sententiæ conquestus est appellans, sicque nullitatem principaliter proposuit, dicendo sententiam vel nullam vel iniquam esse. *Mynf. 5. obs. 91. num. 8. & 9.* ubi ait: Nullitatem, licet de ea nihil dicatur, tamen ex officio à Judice attendi debere, cum *Gail. 1. obs. 127.* per textum in *L. quædam mulier. ff. famil. ercisc.* Itaque cum etiam iniquitas sententiæ accusetur de devolutione causæ principalis minus est dubitandum *Roding. in Pand. Camer. l. 1. t. 33. §. 9.* cum nullitas principaliter intentata etiam iniquitatem, causamque principalem devolvat *Gail. 1. obs. 135. per tot.*

44. Nullitatem ex officio attendi debere.

Quando itaque pars appellata in prima Instantia querelam instituit super sibi competente jure vel possessione pascendi in certis locis & turbatione desuper facta, quia servitutem in fundo alieno prætendit, pro ea demonstranda actione confessoria, vel interdicto retinendæ possessionis uti possidetis vel recuperandæ unde vi, experiri potuit. Omissa tamen actione Confessoria interdicto utili uti possidetis egisse videtur, quia interdicta talia etiam pro rebus incorporalibus competere extra dubium est *l. 8. §. 5. si serv. vind. Schneid. ad §. recuperand. de interd. num. 29.* Quæ intentio actricis ex eo clarius apparet, quia petiit à judice sibi mandatum de restituendo scuticata pecora S.C. & de non amplius turbando decerni, qui modus agendi interdicto uti possidetis conveniens est, teste *Wesenb. cons. 18. num. 3.* non enim possessio amissæ, sed pecorum restitutionem petiit, & cautionem de non amplius turbando, ut sonant formalia libelli. Quia tamen cum interdicto retinendæ possessionis proponi interdictum possessionis recuperandæ in subsidium potest, cum plerumque dubitari possit, an quis in possessione sua turbatus tantum, an omninò spoliatus sit. *Christ. vol. 4. dec. 138.* merito discipiendum est, an unum vel alterum interdictum actori magis prodesse possit.

45. Quænam dentur actiones pro jure pascendi vel ejus possessione in fundo alieno.

46. Cum interdicto retinendæ posse proponi interdictum recuperandæ in subsidium & quare?

Quid si igitur ponamus actorem experiri interdicto uti possidetis, in eo summariè proceditur per implorationem officii judicis. *Menoch. in prælud. rem recup. num. 24.* scil. ut judex jubeat deferri jura, quæ partes tunc habent ad manus, *Gail. 1. obs. 6. per tot.* Et in eo is demum vincit, qui vi, nec clàm, nec precario ab adversario possidet, per *text. in §. retinendæ instit. de interd.* & qui tempore intentati interdicti in actuali est possessione, *Joan. Faber. in d. §. retin.* de quo tamen videri possunt quæ modò, *suprà num. 23. & 24.* sunt dicta; Sicut licet de momentaneâ possessione tantùm agatur, unico tamen teste possessionem suam probare debeat, *Christin. d. loc.* In hoc enim interdicto ab Actore 1. possessionem propriam, 2. turbationem partis adversæ probandam apud omnes in confesso esse, ait *Klock. vol. 3. caus. 181. num. 148. Menoch. 3. remed. retin. num. 456.* Et cum duplex hoc sit judicium, ab utrâque afferri probationes necesse est, *l. 3. in pr. uti possidetis,* atque exindè secundum tres hujus judicii regulas ille obtinere debet, qui 1. possessionem antiquiorem, *c. licet causam, de probat. c. ult. de restit. spoliat.* vel 2. Justiorem, vel melius coloratam, seu titulatam probaverit, vel 3. in dubio pronunciatur pro reo, *Wesenb. cons. 18. num. 10. & seq.* licet enim, ut suprà modo dictum, in hoc judicio uterque Actoris & rei personam sustineat; tamen hoc tantùm procedit, quoad probationem, non verò quoad causæ definitionem, & sententiam, cujus respectu pro actore habetur, qui prior ad judicium provocaverit, *Wesenb. d. loc. n. 15. cum tit.*

47. Quomodo interdicto uti possidetis procedatur, & quis in eo vincat.

48. Quis in hoc judicio pro actore habeatur.

multis

multis aliis, ubi in praxi communiter ita observare tradit; Si verò Actricem ad *remedium recuperandæ* confugisse, & ex eo agere existimari velit, eò quod possessio amittatur, quoties non adest amplius facultas eam intrandi, sed legitimis demum remediis eam recuperare necesse habemus, tamen etiam ad hoc interdictum requiritur, ut Actor judici de antecedente suâ possessione fidem faciat. *Gail.* 1. *obs.* 6. *per tot.* quia nemo dejectus è possessione sua dici potest, nisi quem prius reverà possedisse Judici probabiliter constiterit, cum possessio sit facti, & non præsumatur, præsertim possessio servitutis in alieno fundo, eò quod è contrario potius pro fundi libertate præsumptio sit.

49. Quando possessio videatur amissa?

50. Quæ probanda in interdicto recuperandæ?

51. Appellatum nihil probasse.

Si jam ad requisita horum interdictorum probationes appellatæ partis examino, nihil eam præstitisse, acta evincunt; cum enim ille judici prioris instantiæ pro mandato restitutorio supplicaret, sine ullâ sui juris aut deductione, aut probatione Judex illud statim ad nuda narrata decrevit; Nec reus, jam appellans, exhibitis exceptionibus incompetentiæ, eo quod Commendæ per Privilegia sint à jurisd. Episcoporum exemptæ, nec nullitatis, quod mandatum sine ullâ causæ cognitione sit emissum, nec remonstratione suæ possessionis contrariæ, mandati cassationem impetrare potuit. Quin etiam in hac ultima appellationis instantia pars appellata ad appellantis articulos respondere jussa, non nisi brevissimas & generales dedit responsiones, ut ex actis apparet; Itaque nec retinendæ, nec recuperandæ professionis interdicto est ab Actore satisfactum; Nam quamvis dicatur, quod spoliatus ante omnia sit restituendus, sicut adversarius jus proprietatis vel possessionis opponens non admittatur, nisi prius interdictum recuperandæ possessionis sit Executioni mandatum, tanquam privilegiatum. *c. in literis de rest. spoliat.* Hoc tamen hanc limitationem habet, si spoliatus aliqualiter de possessione sua doceat, & alter non in continenti judici possessionem contrariam demonstret, *Herm. in not. ad par. Wesenb de vi priv. n.* 12. *t.* 1. *Menoch. rerum recup.* 1. *n.* 231. Nam si reus ipse asserat, se naturalem & pacificum possessorem esse, hoc facto possessionem ab Actore prætensam excludit, ut ait Abbas *in c.* 1. *de restit. spoliat* quia spoliatio non est, quando quis possessionem suam continuat, *cap. olim. & c. cum venissent*; *cod. Christin. vol.* 4. *decis.* 135. Itaque judex, licet in possessorio, uti vocant, summarissimo, primarissimo usquam de spolio, & turbatione cognoscat, vel pronunciet, anteà de possessione prætendentis spoliati cognoscere debet. *l. si de vi* 37. *ff. de jud.* Nec enim intelligi potest, utrum facta sit turbatio, nisi prius, an spoliatus possessor fuerit, nec ne, cognoscatur. Quin etiam, quia restitutio ista præcipitur ex odio violenti Spoliatoris, & favore spoliati, *Dessel. in Erotem. jur. can. lib.* 2. *tit.* 13. Hoc in casu tamen nulla violentia est commissa, & consequenter cessat favor restitutionis, cum ex consuetudine animalia in alieno fundo reperta pro damno dato resarciendo, includi & retineri possint, teste *Coler. de Process. exec. p.* 1. *c.* 2. *n.* 256. *Peck. de jure sistend. c.* 4. *n.* 42. Et quamvis id magis ex consuetudine, quam vi juris descendat, tamen hanc rationem habet, quod ita facilius de damno constare potest, quàm si pecus dimitteretur, & postea Dominus loci de damno ageret, quod fortassis non ita facilè ob contradictionem partis adversæ probare posset, *Speidel. in observ. verb.* Waid/ quo facit, quod in notorio offensus non quidem Judex, sed tamen juris executor dicatur. *Gail.* 1. *obs.* 139. *num.* 3.

52. Spoliatum ante omnia restituendum in qua limitatione sit accipiendum.

53. In possessorio summarissimo prius de possessione spoliati cognoscendum esse.

54. Animalia in alieno fundo reperta ex consuetudine recepta includi & detineri posse ad damnum resarciendum, & quare?

Non opus est multa facere verba de exceptionibus rei, siquidem Actore non probante, reus, etiamsi nihil præstiterit, absolvendus est, pervulgata. Nihilominùs appellans non solum suam possessionem quietam & pacificam opposuit, sed & insuper per apposita dicta testium, & antiquum librum scuticationis incontinenti probavit; quod quamvis colonus partis adversæ aliquando pecora sua in prædia controversa impulerit, tamen id non aliter, quam per contractum locationis ipsi permissum sit, & propterea mercedem quandam cæteris compascuariis exolverit. Aliàs verò in continua possessione scuticandi & includendi permanserit, quod etiam ipsa pars appellata in responsionibus ad Articulos in hac appellationis Instantiâ non quidem in specie adversus se, sed in genere confitetur, & ipsum den Schutz-Herrn in quæstionatis prædiis nominat; ut hic nihil amplius addam de incompetentiâ judicis à quo, & de recusatione ejus tanquam suspecti, utpotè qui ex alterius partis culinâ, salario, & officio, seu præpositurâ dependeat, ex quibus solis fundamentis prior sententia cassanda esset.

Quamvis igitur appellans etiam super petitorio sententiam petat, tamen puto in possessorio subsistendum, super quo primitus introducto appellatio posteà interposita est, & in hoc solo pro appellante ferendam sententiam, prout etiam judicatum est.

55. Possessio quomodo amittatur.

Amittitur autem possessio non solum volentibus nobis, sed etiam invitis: veluti si res commercio exempta sit, aut in aliam speciem transformata, *l. qui univers.* 30. §. 1. & 4. *eod. tit.* si amplius, & si velimus ejus possessionem nancisci, non possimus, *l.* 3. *quod Nerva* 13. *eod.* si locum possessum flumen aut mare occupavit. *d. l* §. 3. *Labeo.* 17. si prædones prædium invaserint, qui nos dejiciant, aut redeuntes appellant, aut quorum metu territi accedere nolumus, *tot. tit. unde vi. l.* 1. § *si quis* 9. *in fin. l. si id quod* 25. §. *ult. de acq. poss.* Si furto & rapinâ res mobilis ablata sit, *l.* 15. si in flumine deciderit, ut mergeretur, *l.* 13. *eod.* nam possessio planè amissa intelligitur, quæ nobis dejectis aut repulsis ab alio occupata est, *l.* 6. §. 1. *l.* 25. §. *ult. de acq. poss.* & in summâ, quando nulla spes nobis superest eam in continenti recuperandi. Neque hic animus ad

ad retinendam possessionem sufficit; quoniam ut maximè velimus, eam repetere non possumus, ergò sic dejectus vel repulsus remedio retinendæ, uti possidetis, juvari non potest; Sed necessarium ei erit remedium unde vi, quod possessionis recuperandæ causâ comparatum est. Si verò vetere possessore non dejecto, sed in possessione manente, possessio ei minuatur, vel turbetur, si vis fiat ei, quo minus uti possidet, ita plene possideat, tunc locus est interdicto, uti possidetis. *Menoch. rem. ult. retin. poss. num.* 17. *Christ. vol.* 4. *dec.* 142. *n.* 4. Et quia aliud est possidere, aliud in possessione esse. *l.* 10. §. 1. *de acq. poss.* hinc commodatarius, Procurator, colonus, non possident, nec gaudent interdicto, *l.* 3. §. 8. *uti possidetis*, quia saltem alienæ possessioni præstant ministerium, *l.* 18. *in pr. eod.* fructuarius quoque non possidet. §. *idem placet Inst. per quas person. cuique acq.* placuit tamen inter fructuarios dari interdictum uti possidetis, itemque inter fructuarium, & usuarium, *l. ult. uti possid.* propter jus quod in re habent, cujus respectu pro possessoribus habentur in his interdictis. *Cujac.* 9. *obs.* 33. ideoque etiam usufructuario vi dejecto datur interdictum unde vi, *l.* 3. §. 13. *de vi & vi arm.* Cæterum nihil interest, quoad reddendum interdictum justè quis possideat, an injustè, *l.* 3. §. 6. *de acq. possess.* Nam & possessori injusto interdicta retinendæ possessionis dantur, modo ne injustè possideat ab adversario, *l.* 1. §. *ult. & l. seq. uti possid.*

Volentibus nobis admittitur possessio, quando hoc animo sumus, ut nolimus possidere; idque etiam procedit, quamvis corpore v. g. in fundo maneamus, ut constanter à veteribus traditum est, *l.* 3. §. *in amittenda* 6. *si quis* 17. §. 1. *& l. seq. l. peregrè*, 44 §. 2. *ff. de Acq. poss.* Neque obstat huic sententiæ, quod Paulus scribit, possessionem non amitti, nisi eo modo, quo acquiritur, seu non amitti, nisi animo & corpore simul, *l.* 8. *eod. l. ferè* 153. *de reg. jur.* Nam & in fundo adhuc manens, constituit nolle possidere, is non animo tantùm, sed ob defectum animi corpore quoque possidere desinit, neque enim dici potest, possidere corpus remoto animo, in quo solo est affectio tenendi. Itaque in amittendâ possessione, quod volentibus nobis fiat, semper utrumque contrarium agitur, *Duar. ad. d. l.* 3. §. *in admittend. Donell. lib.* 5. *comm. c.* 13. Pro possessione recuperandâ datur interdictum unde vi, quod proditum est ei, qui vi de possessione dejectus est, ut fusè declarat, *Ulpian. in. l.* 1. *& l.* 3. *Unde vi & vi arm.* Pertinet autem hoc interdictum ad eos tantùm, qui de fundo & quibus adjiciuntur: ad rerum mobilium possessionem non pertinet, quia sufficit actio furti, aut raptorum bonorum, idemque est, si quis de navi aut vehiculo dejiciatur, *d. l.* 1. §. 3. *&* 7. videlicet si navis aut vehiculum simul abducatur: alias dejecto actio injurarum competit. Plenè propter res mobiles, quas quis in eo loco, undè vi dejectus est, tunc, cum dejiceretur, habuit, placuit etiam reddi interdictum undè vi *l.* 1. *in pr. &* §. 32. *& seq. l. pen. eod.* Et quia à dejecto difficulter probari potest, quæ & cujus æstimationis res direptæ, & perditæ fuerint, cautum est, ne longâ fatigetur probatione, ut ei de qualitate & æstimatione eorum juranti fides habeatur. *l. si quando C. unde vi Gail.* 2. *obs.* 64. *Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. lib.* 36. *c.* 25. *n.* 16. Hoc adjecto, ne liceat ei jurare ultrà taxationem factam à judice, qui rectè facturus sit, si priusquam jusjurandum deferat pro personarum & negotii qualitate modum statuat, quem jurando non liceat excedere; *l. si quando* 9. *C. eod.* Atque sicut suprà de interdicto retinendæ dictum est, eodem modo non datur hoc interdictum recuperandæ, nisi illi, qui possidebat: si tamen dejiciatur aliquis, qui nomine nostro est in possessione Imperator Constantinus *in l.* 1. *C. si per vim, vel alio modo poss.* etiam illis, qui absentis nomine in possessione fuerunt, & indè dejecti sunt, hoc interdicto ad recuperandam possessionem nomine Domini absentis experiri permisit, & quidē nullo expectato Domini mandato, cui nihilominus actiones suas integras conservavit. Scilicet propterea, ut reprimeret audaciam eorum, qui per absentiam Dominorum confidentiores facti, dejiciunt eos, qui absentis nomine in possessione sunt, spe impunitatis sibi propositâ, eò quod neque Dominus absens subvenire possit, neque dejectus interdicto agere. Porrò tam favorabilis est dejectus, & spoliatus, ut nullâ exceptione admissâ spoliator statim cogatur restituere possessionem occupatam cum fructibus, omnique utilitate, quæ ad eum, qui dejectus est, venire potuisset, si dejectus non foret, *l.* 1. §. 40. *& seq. l.* 15. *unde vi l.* 4. *C. eod. Gail.* 2. *obs.* 75. *n.* 4. *seqq.* ubi ait: quod spoliatori in alia causa, convenienti, spoliatus ante restitutionem factam non teneatur respondere; quod in tantùm procedit, ut etiam restituendus sit, qui vi vel clam ab adversario possidet, quia nulla exceptio auditur, ab eo qui spolium admisit, donec restituerit, quâ in quæstione tamen videri possunt dicta, *supra n.* 49. Enimverò, qui dejectus non ex intervallo, sed incontinenti, & ferventi adhùc congressu, dejicientem rursus dejecit, non tenetur hoc interdicto, quia quod licet, vim vi repulit, *l.* 3. §. 9. *eod.* ac proindè possessio in pristinam causam potius reversa, quam ille vi possidere intelligendus est *l.* 17. *eod.* Econtrà ille, qui rei alienæ vacuam possessionem occupavit, ab hoc interdicto non est exemptus, *l. ult. c. unde vi Tulden. ibid. n.* 4. *Menoch. recup. poss. rem.* 3. licet autem jure civili hoc intertertdicto tantùm teneatur, qui dejecit, non alius, qui posteà rem possidere cœpit, *l.* 7. *undè vi.* tamen jure Canonico tertius etiam Spolii possessor, dummodò sciat vim factam esse, eò conveniri potest, *c. sæpè de rest. spoliat.* Secus si bonâ fide & justo titulo possessionem sit nactus, *Menoch. recup. poss. rem.* 15. *q.* 13. Idem imò jus Canonicum etiam

56. De interdictis recuperandæ possessionis.

etiam pingius remedium introduxit, *in can. redintegrandæ* 3. *q.* 1. pro re etiam mobili per vim amissâ, quod hodiè praxis utriusque fori observat, *Gail. d. loc. Mynſ.* 3. *obſ.* 85. *Cacheran. decision.* 93. *Christin. vol.* 4. *deciſ.* 135. *num.* 17.

Qui violenter possessionem rei apud alterum constitutam invadit, non tantùm tenetur interdicto unde vi, sed insuper, si Dominus est, ejus possessionem amittit: Sin minus, alteram tantùm simul cum respoliato restituere debet; *l.* 5. *l.* 7. *c. unde vi.* Quæ pœna post etiam in conductores, cæterosque alienæ possessionis detentores, qui sine justa causa recusant rem restituere, in eaque recusatione perseverant, donec à Judice condemnetur, statuta est, *l. non abs re.* 10. *C. eod.* quod tamen praxis hodierna non observat; Illud notandum est, si quis hodiè per vim atrocem & majorem, quam resisti queat, collecta scilicet manu, & coadunatis hominibus, mit gewehrter Hand/ ex proposito & dolo, alterius territorium invaserit, personas læserit, bona rapuerit, incendio vastarit &c. ex Constit. pacis publicæ citatio super fractâ pace sub pœna banni, vel pecuniaria contra eum decernitur. *Gail.* 1. *d. P. P. c.* 5. 6. *Roding. lib.* 1. *t.* 7. quâ de suprà fusiùs diximus Mandata de non offendendo etiam contrà minas conceduntur, *idem lib.* 3. *tit.* 8. Tandem interdicta alia duplicia, §. 7. *Inſt. h. t.* quædam etiam causam proprietatis concernunt, *in pr. instit. eod. ibid. Schneidvv. & Vinn.*

Post/ Post-Regal.

SUMMARIA.

1. *Jus postas instituendi per totum Imperium solius & Imperatoris.*
2. *Recensetur ejusdem diminutio per postas Statuum Provinciales.*
3. *Referuntur fundamenta Imperatorii reservati ex Capitul. Impp. nec non officii Aulici Postarum in Provinciis hereditariis Cæsaris.*
4. *Confirmantur omnia ex Constitutionibus & Recessibus Imperii, ubi disseritur de R. I. de an.* 1542.
5. *Omnes Constitutiones Imperatoris reservatum confirmare.*
6. *Statuum monita ad Capitulationem Leopoldinam in puncto postarum.*
7. *Nihil tamen Regali Cæsareo per ea subtractũ, nec de postis provincialibus ulla mentio.*
8. *Distinctionem inter postam universalem & provincialem nimium quantum in Provinciis extendi, usque ad extinctionem reservati Imp.*
9. *Generalem Imperii supremum Postarum Magistrum recognoscere in feudum universalium postarum, officium suis sumptibus administrandum.*
10. *Si sustentationis media subtrahantur, unde reservatum Imperatoris subsistere possit.*
11. *Hinc mandata pœnalia justissime decerni.*
12. *Argumenta, quæ pro postis provincialibus afferri solent, refutantur.*
13. *De differentiis Principis de Tassis cum Magistro Postarum Imp. Aulici.*
14. *Literæ investituræ Leonhardo de Taxis datæ anno* 1615.
15. *Reversales.*
16. *De origine & inventione Postarum universalium per familiam Tassianam.*
17. *Regna Hungariæ, Bohemiæ, & Provincias hæreditarias Austriacas sub investitura Taxiana non comprehendi.*
18. *Varia argumenta Principis de Taxis.*
19. *Investitura Comitis de Paar.*
20. *Transactio inter ambos Comites de Taxis & Paar anno* 1666.

1. Jus postas instituendi per totum Imperium solius est Imperatoris.

Inter regalia sivè reservata Imperatoris numeratur jus postas universales instituendi per totum Imperium ex ipsamet confessione Statuum Imperii. Sed convellitur & affligitur hoc reservatum Imperiale partim sub prætextu postarum Provincialium, quas jure territorii sibi competere Staus Imperii asseverant, sed cum tantâ extensione, ut Postæ illæ intrà Provinciam cujusque Statûs non coarctentur, deferendo literas, & alia ab una Civitate, oppido vel arce Provinciali in aliam, intra istam Provinciam; Sed colligendo, mittendoque literas ab unius Principatus, vel territorii Magistris Postarum Provincialibus, ad Principatum territoriumque vicinum, cum omnibus utilitatibus & emolumentis, ut universali sive generali Cæsaris regali seu reservato, præter nudum nomen & vanitatem deprædicationis, nihil planè supersit, adeoque destitutum omnibus sustentationis pristinæ mediis necessariò collabi debeat. Licet enim *Irenicus ad Burgoldenſ. part. discurſ.* 12. Ubi simul de Tassis seu Turrianorum origine refert, reditus postarum ad invidiam usque & æmulationem, nec non Vasallagium ejus Hispanicum exaggeret, præcisæ tamen sunt per bellorum clades postarum alæ, & quærimonia sublata. Nec ulla est causa, vel ratio Imperatoriæ Majestati movendi controversiam, dùm omnes consentiunt, nullo contradicente, universalium postarum constitutionem, durchgängige General-Posten zu bestellen/ pertinere ad Imperatorem. Effectum tamen hujus tam honorificè deprædicati universalis Imperatoris regalis, per subtractionem mediorum omninò tollunt & subvertunt; Aut negare Impetatori universale in Imperio postarum regale aut præcidere media illud conservandi in pari piaculo est.

2. Recensetur ejusdem diminutio per postas Statuum provinciales.

3. Referuntur fundamenta Imperatorii reservati Postarum ex cap. Impp. nec non officii Aulici Postarum in Provin-

Examinemus propositionem antecedentem regale postarum semper Imperatoribus Romanis solis, cum omni jurisdictione attributum est, testibus universis Historicis, Politicis, Jurisconsultis. Videatur *l. nullus. & t. t. C. de Curſ. publ. Burgoldenſ. in Limn. enucleat. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 24. *Speidel. in ſpec. verb.* Post. Hinc in omnibus Capitulationibus Imperatoriis Cæsari specialis cura universalis Postarum per totum Imperium recommendatur, *Capit. Leopard. art.* §. 35. *in*

ciis hæreditariis Cæsareis.

in verbis: Und demnach auch / wider die im Römischen Reich verordnete Posten einige Beschwerden geführet werden / so seynd zwar dieselbe nach Anweisung des Instrumenti Pacis auff die bey nechstkommendem Reichs-Tag erfolgende Erinnerungen auszustellen. Wir sollen und wollen aber / zu gäntzlicher Auffhebung deren zwischen unseren Post-Aemtern hafftenden Differentien, in Erwegung des vom Churfürstlichen Collegio in Anno 1641. auff dem Reichs-Tag zu Regenspurg / wegen des Reichs-Post-Amts eingegebenen Gutachtens / und der im selbigen Reichs-Abschied beschehener Verordnung / die beständige Verfügung thun / daß unser General-**Obrist-Reichs-Postamt** in seinem Esse erhalten / und zu dessen Schmählerung nichts vorgenommen / verwilliget / oder nachgesehen / insonderheit aber / der darmit belehnte General-Reichs-Postmeister / wider alle von unserem **Käyserlichen Hoff-Post-Amt** / jenem biß dahero in dem Reich beschehene / oder noch ferner anmassende Eingriff / und Verschliessung absonderlich Amts-Paqueten / handgehabt / und so wohl im Beyseyn unserer Käyserlichen Person und Hoff-Statt / als abwesend derselben / bey ruhiger Einnehm-Bestell- und Austheilung aller und jeder vermittels der Reichs-Posten ankommender und abgehender Brieff / Paqueter / gegen erhebendes billiches Post-Geld gelassen / uñ was deme und gemeldten Reichs-Abschied zu wider / auff einigerley Weiß und Weg ergangen und verliehen worden / hiemit allerdings auffgehoben seyn / hingegen unser Käyserlich Erb- und / Hoff-Postamt / bey seiner in Anno 1624. erlangter Investitur, und des Generals Reichs-Post-Meisters / auff dieselbe ertheilte Revers, in denen Erbländern gantz unbeeinträchtigt verbleiben / und dabey geschützt werden soll.

Unterschied die angeregte Zeit über / durch Ihrer Käyserlichen Majestät Gegenwart/ das Brieff-Porto in eine darzudestinirte von beeden Theilen verschlossene Truhen zusammen gelegt / in einem jeden Amt eine gewisse Persohn darzu in beeden Namen kein Porto zu unterschlagen / sondern alle eingehende Emolumenta in solche Truhen / deren jedes Amt eine eigene auff obberwehnte Art haben solle / jedesmal zu bringen in Pflicht genommen / und solche hernacher unter beede Graffen zu gleichen Theilen getheilet werden.

Im übrigen aber / und zum fünfften solle / und will auch der Graff von Paar dem Graffen von Thurn und Taxis die Bestellung der Post durch den Stifft und Stadt Passau/ als ohne das zum Reich gehörig / zu Verhütung höchst-schädlicher Nachfolg bey andern jeden alsobald abtretten / und dergleichen nicht mehr prætendiren / sondern den Graffen von Taxis in Bestellung des Post-Wesens im Reich ungehindert gewähren lassen.

Und sollen endlich zum sechsten zu mehrerer Vesthaltung der verabschiedeten Vertreulichkeit beede Interessenten mit kräfftigster Haltung obbesagter Puncten keiner dem andern heimlich oder öffentlich / durch sich selbsten oder andere das Geringste zugegen thun/ noch unter was Vorwandt und Schein es auch seye / jetzo oder künfftig im Geringsten suchen zu beeinträchtigen.

Massen dann dieses alles vollkommentlich und auffrichtig zu halten beede Herren Contrahenten für sich und ihre Erben / und Nachkommen gegen einander zugesagt / und versprochen / und zu dessen all mehrerer Vergewissung derjenige / welcher in einen oder anderen Puncten im Geringsten nicht zu halten würde / nicht allein in ihrer Käyserlichen Majestät höchste Ungnad / sondern auch darzu eine Straff von 60. Marck löthigen Golds verfallen seyn / welche der Ubertretter ohne einige Verweigerung erlegen / oder / da er solches nicht gutwillig thun sollte / derselbige durch alsbaldige Executions-Mittel ohne einigen Process nebenst Verlust aller seiner diß Orts habenden Recht und Gerechtigkeiten darzu angehalten werden.

Schließlichen / weilen diese gleiche Theilung der Post-Emolumenten nur beede Partheyen angehende Privat-Sach ist / so solle durch gegenwärtigen darüber getroffene Vergleich keinem Theil an seiner habenden Käyserlichen Investitur im geringsten præjudiciret werden.

Dessen zu wahrer Urkund seynd dieser Recesse viere ausgefertiget / von hochgedachter J. Churfürstlichen Gnaden zu Mayntz / als Käyserlichem Commissario, und des Reichs Post-Regalis Protectorn, und beeden Contrahenten unterschrieben und besiegelt/ darvon ein Exemplar zur Käyserlichen Reichs-Hoff-Cantzley Registratur, dann eines zum Chur-Mayntzischen Reichs-Archiv reponirt / und beeden Theilen eins zugestellet worden. So geschehen Maintz / den zwölfften Februarii, Anno 1666.

Post approbationem hujus transactionis subscripsit eandem D. Commissarius & Comes, nunc Princeps de Tassis, Comes verò de Paar desideravit, ut recessui titulus **des Obristen Reichs-Hoff-Postamt/** juxta literas Investituræ de anno 1656. ipsi tribuatur & inseratur, id quod concessum & factum, cum verò aliæ adhuc difficultates à Comite de Paar moverentur, ut exemptio Cancellariæ Imperialis tolleretur, illa tamen prætensio post auditas sufficienter partes est denegata, & Comiti de Paar injunctum, ut absque ulteriori mora transactionem subscribat, cui decreto obsequiosè paruit, & sic omnes circa hanc transactionem difficultates sunt sublatæ. Nova tamen adhuc se exseruit controversia circa Postas campestres, quarum administrationem Comes de Paar sibi soli competere asseruit, atque de possessione sua in omnibus præteritis bellis clarissimè docuit, Comite de Tassis injurias belli, minorennitatem & alias exceptiones opponente. Cum verò Princeps de Tassis ex literis suæ investituræ universalem Postarum in Imperio administrationem sibi competere asseveraret, atque insuper hoc argumentum occurreret, quod non solum exercitus Imperialis, sed etiam copiæ Electorum, Principum & Statuum Imperii in campo sæpius versarentur, æquitati congruum visum est, tum præsertim Comes de Paar ad summam annuam Principi de Tassis persolvendam se offerret, ut Princeps de Tassis literis suæ investituræ etiam in hac parte gauderet, emolumenta quoque Postarum campestrium inter utrumque juxta normam transactionis de Anno 1666. esse dividenda.

Præjudicia.

SUMMARIA.

1. *Præjudicia, an & quatenus illa sequenda.*
2. *Quatenus sit periculosum.*
3. *Allegare præjudicium, quid sit?*

1. Præjudicia an & quatenus illa sequenda. PRæjudicia in multis casibus sequenda sunt, *Klock relat. Cameral.* 103. *num.* 9. cum non sit recedendum ab eo jure, quod interpretationem certam semper habuit, *L. minimè* 23. *ff. de LL.* quod diu æquum visum fuit, *L.* 2. *ff. h. t.* quod contradictorio judicio firmatum, *L. cum de consuetudine ff. de LL.* quod rerum perpetuò judicatarum auctoritate fulcitum est, *L. sed & ea* 35. *L. nam imperat.* 38. *ff. de LL.* Periculosum tamen est, absque inspectione actorum eadem sequi, cum levis circumstantia vel defectus juris

juris aut facti judicem ad ita pronuntiandum movere potuerit, quo non præsente forte aliter pronuntiasset, *Klock. relat.* 5. *n.* 435. idcirc o ex præjudicio malè applicato nihil in er ur, *Klock. tom.* 3. *conf.* 145. *num.* 19. & præudicia Cameræ, si variant ob casuum diversitatem, non relevant, *Gilman. tom.* 2. *p.* 2. *vol.* 30. *num.* 4. ut non sine periculo justitiæ, præjudicata hodie pro lege habeantur, nulla prorsus habita circumstantiarum ratione, quas, uti in facto, ita etiam in juris applicatione variare, & alia atque alia præjudicia generare certum est, *L. aut facta ff. de pœn.* Etsi enim præjudicia Supremorum Tribunalium non facilè sint repudianda, sed consideranda attentè; temerè tamen quoque pro lege vel Oraculo Delphico non sunt habenda, cum sint res inter alios actæ, atque de actis super quibus concepta & pronuntiata sunt, non constet, ut verissimè dici possit, præjudicia habere se instar alicujus referentis, quæ nihil certi probant, nisi de relato constet, *vid. Gail.* 1. *obs.* 82. *num.* 26. Ut taceam, quod à Gailio & Minsingero contraria sæpe adferantur præjudicia, & DDni Assessores Camerales non innitantur decisionibus illorum, sed ex ipsis legum fontibus causas decidant, ut ex *Fichardo conf.* 58. *vol.* 2. *num.* 9. tradit *Ernest. Cothman vol.* 1. *resp.* 13. *n.* 125. *& vol.* 3. *resp.* 25. *n.* 35. Ipsi tamen Assessores, *in R. I. de anno* 54. §. Soviel aber 136. in casibus similibus, eandem decisionem adhibere & contraria præjudicia evitare monentur: In verbis *d.* §. So viel aber bey diesen Puncten von den Accessorn selbsten/ in ihrem Anno 1643. nacher Franckfurt den deputirten überschickten Bedencken/ berührte Contrarietæten und Præjudicia Cameralia anbelanget/ welche sich Theils auff die Advocaten/ und Sachwalter nicht unbillich ziehen lassen/ sollen die Assessores solche gegeneinander lauffende Præjudicia in allweg verhüten helffen/ und da sich dergleichen Fäll begeben würden/ fürderlichst in pleno sich eines gewissen vereinbahren.

2. Quatenùs sit periculosum.

3. Allegare præjudicium, quid sit?

Præjudicium verò allegare, est judici ostendere, hunc vel illum casum judicando antehac ita decisum esse, quo circa etiam præsentem casum, qui prius deciso per omnia similis, sic decidi oportere. Cum verò vix centesimus casus alteri per omnia sit similis, frustraneum esse videtur, magnam præjudiciorum farraginem ad fundandam intentionem allegare, quorum tamen rationes decidendi sint ignotæ. Quod si nihilominus contraria præjudicia præcavenda sunt, cum præjudicia dent causam consuetudini, *Coler, p.* 1. *decis.* 59. *num.* 11. præsertim quando in jure & æquitate fundantur, *Prukcman. vol.* 1. *conf.* 42. *n.* 16, imitanda sunt exempla ac pronuntiationes aliorum in simili plane casu, *arg. L. Titius* 54. *ibid.* verum exemplo quoque *motus. ff. ad S. C. Trebell. L. filius* 14. *in fin. pr. ibid. Sic enim inveni Senatum censuisse ff. ad L. Corneliam de fals. L. un. in fin. pr. ibid. hinc crebrior apud veteres opinio est, ff. de off. quæst.* quia ad sententias usu receptas sæpissimè nos remittunt JCti *L. quæsitum est.* 12. §. 27. *ibi. quam sententiam quotidie increscere & invalescere videmus, L. de fund. instruct. vel instrum. Legat.* & passim exclamant Dd. apprime tutum & laudabile esse, præclari Doctoris decisionem in terminis habere, Finckelthauß/ *obs.* 70. *num.* 12. *& seqq.* præsertim si textus expressus, si bona ratio, si assensus plurium Doctorum concurrat: Quis enim non securiore conscientia in horum concedat sententiam, quam suam unius opinionem in dijudicando sequatur.

Quorsum enim alias servirent judicata & decreta per Cameram Spirensem, quæ cura celeberrimorum JCtorum in lucem prodierunt? Quorum decisiones Rotæ Romanæ, quæ per Achillem Cæsaremque de Grassis, Guil. Cassadorum, Jacob. Puteum, Marcel. Crescentium, Verallum, Seraphinum, Olivarium, Farinacium aliosque Scriptores compositæ sunt atque congestæ? Quorsum judicata Regni Siciliæ per *Gars. Mastrillum Francis. Milanensem?* Regni Neapolitani per Capycium, Math. de Afflictis Grammaticum, Borellum, Vinc. de Francis, Pel. Gars. de Toleto, Regni Corsicæ per Hier. Marlianum exposita? ut taceam Venetiarum, Senatus Pedemontani, Fori Fivizanensis, Senatus Sabaudiensis, Mantuani, Rotæ Marchiæ, Bononiensis, Perusinæ & Lucensis aliarumque Curiarum Scriptores. Quorsum inquam horum omnium labores? nisi ut Reipublicæ, justitiæ, judicio, judicibus, litigantibus, causarum patronis prodessent. Potest nimirum ex his decisionibus ea provenire utilitas, ut aliis per exemplum & imitationem idem jus dicatur, præsertim si Scriptores præjudiciorum circumstantias facti adjungant, ut applicatio ad præsentem casum eò securius fieri queat. Quis enim tum non assentiatur viris gravissimis, in tractanda jurisdictione longo tempore, assiduo & indefesso labore exercitatis, si casum ab iis cum diligentia seriò, ex conscientia sincerè, sine affectuum perturbatione dextrè, cum ratione consideratè decisum videt. Nemo certè ignarus est, quanti referat, inter tot de jure controversias, tam involutos legum morumque recessus & intellectus tam discrepantes JCtorum opiniones certum esse, quod post diligentem discusionem eventilatasque circumstantias veritati, legi, rationi, praxi & usibus populorū convenientius reputatum, & pro jure habitum sit. Cujusq; postea judicisprudentiæ conscientiæque expendendum relinquitur, an aliqua circumstantia mutet casum, ut decisio eidem attemperari possit vel nequeat.

Præscriptio.

Exceptio præscriptionis vulgò habetur pro impio remedio & fomento peccati, quo idcirco malæ fidei possessor nunquam est tuendus, *C.* 17. *& fin. X. de præscript* ibique *Coler. ad dict. C. fin. n.* 17. *Brunneman.* ad

ad L.1.num. 12. *de præscript.* 30.*ann. Mev. part.*2.*decis.*102.*num.* 1.hæc enim sententia pietati & bonis moribus convenientior est, *Mev. part.*4. *decis.*283.*num.*4.*& part.*2.*decis.*101.*n.*6.*& part.*7.*decis.*173.*n.*1.& in praxi est recepta, *Mynsing. centur.*4.*obs.*9.*Gail.* 2.*obs.*18.*n.*7.usque adeò, ut etiamsi per mille millia annorum durasset, & præscriptionis valor per statutum inductus esset, *Barbos. in locis Comm. lib.* 10.*cap.*5.*de mal. fid. & passim.*& mala fides inducitur etiam ex nuda interpellatione extra judicium. *Mev. part.* 8.*decis.*382. & hæredem quoque afficit, §.7. *Inst. de usucap. L.* 11.*ff. de divers. temp. præscript.* nam quando debitor ejusque hæres vivit, & titulus non docetur, mala fides manifesta est, *Rota Genuens. decis.*20.*num.*12. *&* 13. *& decis.* 203. *n.*4. *&* 5. proindeque temporis allegatio non sufficit, *Mev. part.*7. *decis.*182. *Hunde. vol.* 1. *cons.*79.*n.*44. nam ubi conscientia exigit debitum, non juvat exceptio hæc, neque enim conscientia unquam erit secura, nec bona fides integra, cum utraque semper interpellet, etiamsi homo sileret, *Mev. part.*7.*decis.*73.*n.*3.*&*4.

Quod si clausula, semota præscriptione, ausgeschlossen / und ungeachtet der Verjährung/apponatur illa tamen non habet locum in præscriptione centenaria, per tradita *Schurff. cons.*90.*cent.*3. *Cravett. de antiq. tempor. in* 4.*part. fol.*206.*n.*46. *& Tiraquel. in tr. de retract. convent. in V. intra certa tempora. super. glos.*2.*vers. hanc partem si sequaris.* Hæc tamen doctrina locum non obtinet, quando *mala fides* adest: cum in tali casu omnis annorum & temporis præscriptio remaneat. Et sic quod ab initio non valuit, nec ullo tempore convalescere possit. Non enim præscriptio potest sumere terminum à quo, scil. initium possessionis: quia mala fides justam possessionem impedit. Cum igitur talis careat possessione, sequitur, quod nec præscribere possit, quia sine possessione non procedit præscriptio; *Consult. Constit. Saxon. part.* 1.*contrad. quæst.* 1.*n.* 14. Præterea ea, quæ in judiciis observata sunt, temerè non sunt imitanda *L. minime ff. de LL.* sed observatum est, ut nec centenaria præscriptio possessorem relevet, obstante mala fide, *de Consult. Constit. Saxon. num.* 15.

Immemorialis tamen *præscriptio* malæ fidei vel præsumptionem tollit, nisi per probationem certum & vitiosum possessionis initium probetur, tunc enim præscriptionem immemorialem præscribi posse, communius est existimatum, quia mala fides præscriptionem quoque immemorialem plane enervat. Itaque non opus est possessori allegare titulum ipso jure satis munito, quia *bona fides præsumitur*, & quod jus Canonicum bonam fidem requirit, id ita intelligendum est, si de mala fide certo constet, alias in dubio bona fides præsumitur, quæ jure civili non requiritur, sed jure Canonico, veluti conscientiæ res, omninò postulatur;

De cætero certum est, quod præscriptio immemorialis vim contractus, justæ causæ, tituli, veritatis, legis & privilegii plenissimi obtineat, & hinc præscribi possunt omnia, etiam jurisdictio, Regalia, imperium, etiam non præscriptibilia, non verò quæ sunt inalienabilia. Similiter præscriptio non procedit in iis, quæ sunt *meræ facultatis*, nisi interversio possessionis cum legitimi temporis lapsu intervenerit, nempe quando illi, contra quos præscribitur, factæ prohibitioni non contradicunt, quia tunc præsumitur patientia, & tacita renunciatio. Præscriptionis etiam actus non debent esse *violenti* vel *clandestini*, & quia præscriptio est odiosa, idcirco tantum solummodo præscriptum censetur, quantum est possessum. Contra non agere valentem non currit præscriptio, nec in turbatione civili & continua, & quando potentior contra inferiorem præscribit, præscriptio non valet, nisi alia tituli adminicula concurrant. Et præscriptionem Principum, qualiscunque etiam tacita subditorum & imbecilliorum murmuratio interrumpit, & tacito subditorum consensu Tyrannus suam tyrannidem non præscribit, & servitia per Dominorum impressionem & vim non præscribuntur, quia possessio vitiosa est. Præscribi non potest annuorum redituum solutioni, jährliche Zinsen oder Pflichten/nec juri reluendi pignoris, nec juri offerendi, quod habet venditor ex pacto de retrovendendo nec fundo dotali, nec rebus Fisci.

Sed tamen præscriptionis tempore, id est, spatio 30. vel 40. annorum elapso, omne jus, omnisque actio tollitur, & talis præscriptio agentem excludit, quia debito non egit tempore, excludit enim post annum agentem de injuriis, post biennium de dolo, post quinquennium de inofficioso: quod tempus controversiæ Status defuncti vel adulterii, etiam accusationi, vicennium autem actionibus aliàs criminalibus ferè omnibus præstitutum est. Sic jus tam realibus quam personalibus certos terminos *tit. C. de præscript. long. temp. cum tt. seqq.* præfixit, quos si excedi contingat, exceptio hæc locum habebit.

Immemoralis præscriptio etiam per *Instrumenta* probari potest. Sin verò probetur per testes, oportet, ut illi sint senes, & ad minimum 54. annorum qui de 40. annis attestari queant, qui simul etiam sic deponant, se audivisse à majoribus, illum hoc jus, qui præscriptionem prætendit, habuisse, & in possessione fuisse. In præscriptione verò incorporalium *patientia loco possessionis* est: patientiam autem sine scientia quis præstare nescit: ergo etiam in immemoriali probanda est, nisi absque possessione præscriptionem subsistere posse, concludere malimus. Plura de hac materia videri possunt *verb.* Absag / *diffidatio, fol.* 139. *& fol.* 148. *n.*53. *& seqq.*

Præsumptio.

SUMMARIA.

1. *Protestatio Autoris.*
2. *De præsumptione juris & de jure.*
3. *De præsumptione pro allodio vel feudo.*

1. Protestatio Autoris. NOn libet diffusiores facere nota in materia præscriptionis & præsumptionis quæ ubivis latissime tractantur, præsertim cum has *notas* apprime dicere possimus *postarias*, quas sub intentione & spe brevissimæ monitionis statim Typographo commisimus, cum proposito finiendi intra paucos menses. Sed intentioni non respondit scripturi entium mos communis, quos vel suavitas materiæ aut historiæ, vel redeuntia in memoriam antehac lecta & notata, vel noviter occurrentia, ad impletionem paginarum seducunt. Sæpius aliàs, cum ex officio incumbentia, aliaque plurima me impedirent, statui abjicere calamum, & notas imperfectas relinquere, tædio eas prosequendi, præsertim cum & multa in chartam conjecta displicerent, & plurimos errores typographicos in omnibus ferè paginis deprehenderem, qui propter distantiam scribentis, & sumptus jam factos emendari amplius non poterant. Quid ergò statuendum erat? Nolui manum aratro semel applicatam retrahere. Itaque nolens volens pergo, ne inconstantiæ vel levitatis arguar, & omnium me judiciis subjicio.

Hoc præcipuè circa præsumptiones observandum, quod inter duas eligenda sit illa quæ excludit delictum, *suprà verb.* **Leben** / *fol.* 1213. *n.* 35. ne ex perverso hujus seculi more prædominentur præsumptiones malæ, quæ animos ad vitia inclinatos occupant, ut unumquemque suo pede, & modulo metiantur. Itaque transactio non producit præsumptionem diffidentiæ, *supra verb.* **Güter** / *fol.* 842. *num.* 14. & pro Instrumento transactionis præsumitur, *ibidem n.* 81. favore finiendarum litium.

2. De præsumptione juris & de jure. Aliàs *præsumptiones juris* probationibus claris proximè accedunt, ex quibus solis aliquando judex judicare potest, quando scilicet præsumptiones juris & de jure, uti appellantur, adsunt, prout exemplum occurrit in *L.* 22. *C. ad S. C. Vellejan.* ubi mulier pro extraneo post biennium secundò intercedens, non pro aliena obligatione se illigasse, sed pro sua causa aliquid egisse creditur. In *L. fin. C. de arbit. tut.* tutor nunquam præsumitur majorem patrimonii Pupilli quantitatem inventario inscripsisse, & hoc probare audens, non est audiendus. In §. 1. *& ult. Inst. de lit. oblig.* & multis *LL. C. de non num. pecun.* indubitatum est mutui indicium, si quis chirographum alicui dederit, & intra biennium non repetierit. In *L.* 15. §. 3. *ff. de re jud.* pignora nunquam minoris pretii, quam est ipsum creditum, præsumuntur, ideoque Creditori pro credito adjudicantur. In *L. fin. C. ad S. C. Maced.* Miles non creditur in aliud quicquam pecuniam accepisse, nisi in causas castrenses, in *C.* 30. *de Spons. & matrim.* fidem mulieri dans super matrimonio contrahendo, atque post copulam carnalem aliam in facie Ecclesiæ ducens & cognoscens, ex præsumptione prioris matrimonii, posteriorem relinquere, & ad primam redire compellitur. Eodem modo concubitus & cohabitatio unius anni integri, & dimidiati alterius, est indubitatum indicium subsecuti consensus matrimonialis, in ea muliere, quam parens invitam & reluctantem cuidam desponsaverat, *C.* 2. *de eo qui duxit in matrim.* Sic commixtio corporum indubitata est probatio, puri in matrimonium consensus, in eo, qui antea mulieri fidem dederat, de conjugio, sub quadam conditione, in *C.* 3. *&* 6. *de condit. appos.* Præterea satis probatur adulterium; si quis solus & nudus, cum aliena uxore sola & nuda, in uno lecto jacere visus fuerit, *in C.* 12. *de præsumpt.* Hinc Impp. adulterium tanquam confessum convictumque facinus puniri, si criminis illius accusati, consanguinitatis commemoratione se excusant, postmodum verò de nuptiis contrahendis conveniunt, in *L.* 34. *C. ad L. Jul. de adult.* Eodem modo permittit. Imp. marito, ter ac solenniter monitum, cum uxore tamen loqui non desinentem, tanquam confessum convictumque adulterum, interficere, in *C.* 15. *Nov.* 117. Certissimam etiam illegitimi filii probationem esse ajunt, si mulier, ante septimum mensem initi conjugii, vel à morte mariti undecimo mense, partum edat, per *L.* 12. *ff. de stat. hom. & c.* 2. *N.* 39 prout multa alia à *Maximil. Faust. in disp. de probat. per tot.* adducuntur, quibus diu adhuc immorari supervacuum est. *Præsumptio levis* semiplenam probationem facit, & consistit in opinione hominis, quæ tamen quandoque sufficit ad torturam, quandoque ad juramentum purgationis, quandoque etiam ad juramentum suppletorium, *Wesenbec. in parat. de probat. & præsumpt.*

3. De præsumptione pro allodio vel feudo. Hoc adhuc breviter attingendum est, an quando disceptatur, num bona feudali vinculo affecta sint nec ne, vel allodialia, illa in dubio, & saltem in possessorio, allodialia esse præsumi, *Klock. tom.* 2. *consil.* 7. *num.* 162. *& consf.* 8. in tantum, ut etiam in bonis regalem dignitatem habentibus hoc procedat, *Klock. tom.* 3. *cons.* 82. *num.* 654. *Reinking. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccles. class.* 4. *cap.* 16. *num.* 40. *Consil. Marpurg. vol.* 4. *consf.* 73. *num.* 551. *Sixtin. lib.* 1. *de regal. cap.* 4. *num.* 63. & videri potest *Diar. Europ. part.* 25. *num.* 107. *Itter. de feud. Imp. cap.* 25. *in fin.* Novissimam dissertationem de præsumptione feudali scripsit *Samuel Strick*, in qua

in qua *C.* 1. de præsumptione feudali in genere, *in C.* 2. de præsumptione feudali ratione ipsius feudi, in *C.* 3. de præsumptione ratione Domini investientis, in *C.* 4. de præsumptione feudali ratione Agnatorum, in *C. ult.* de præsumptione feudali ratione onerum feudalium quo lectorem, & præcipuè ad absolutissimum tractatum *Menochii* remitto, nihilque amplius addo.

Prag/ Prager Friedens-Schluß.

SUMMARIA.

1. *Urbis Pragensis situs & descriptio.*
2. *Pragæ veteris.*
3. *Pragæ novæ.*
4. *Parva Praga.*
5. *Arx & templum Cathedrale.*
6. *Pragensis civitatis varii casus & bella.*
7. *De Archiepiscopatu Pragensi.*
8. *Quæ alia in Bohemia civitates & oppida.*
9. *De Pace Pragensi* Prager Friedens-Schluß.

1. Urbis Pragensis situs & descriptio. URbium Bohemicarum Regina est Praga, in ipso veluti umbilico posita, Sedes & Patria multorum Regum, Ducum, Imperatorum. Urbs augusta, ad utramque interlabentis Muldaviæ fluminis ripam, in amœnissima & patentissima valle, inter colles & Vineta, cœlo salubri tanta amplitudine mœniorum, cum collibus vallibusque assurgentium aut recedentium, aut ob trium justarum civitatum, quas suo veluti sinu complectitur, nexum *triurbem* meritò appellare possimus. Eas Civitates nominibus quoque distinguunt, vocant enim *Veterem*, *Novam*, & *Parvam*, quarum illæ duæ sitæ sunt ad dexteram, hæc ad levam amnis ripam. Initia urbis referuntur ad *Lybussam* quandam Vatem, quæ circa *annum* 523. in monte *Vissegrad*, excisis arboribus domum ligneam extruxit, à cujus limine nomen loco, postea urbi datum: Limen quippe Bohemi *Praha* vel *Prach* vocant. Crescente verò convenarum numero, cœpit sub annum 729. murocingi. Tandem verò anno 1008. à *Duce Udalrico* amplificata est. Dubium tamen non est, quin jam olim habitata hæc loca fuerint, cum non alio referri possit *Bubiemum*, Marobodni regia, cui etiam opinioni videtur suffragari Aventinus. Habuit autem unaquæque urbs Senatum suum & jurisdictionem peculiarem: donec sub *Ludovico* Rege *anno* 1511. dirutis mœnibus interstitis, ex Vetere & Nova Praga unam urbem, Cives ex duabus fecerunt, uno jure constituto & Magistratu communi. Pons Pragensis. Veterem urbem cum parva jungit *pons* quadrato saxo exstructus, inque sedecim arcus porrectus, habens utrimque in aditum insignes turres. *Longitudo pontis est* 700. septuaginta duorum cubitorum Pragensium: Latitudo quatuor curribus sufficit. Exstruere eum cœpit *Githa*, *Vladislai I.* Regis filia, *anno* 1171. & intra quatuor annos absolvit.

2. Pragæ veteris. *Praga Vetus*, in valle sita est, habetque structuras insignes, ædificiorum publicorum & privatorum. *Curia* imprimis superba est, cum turri alta, in qua spectatur machina non minus arte quam sumptu commendabilis. Rarum horologium Pragæ. Continet quippe revolutionem totius anni, cum recto cursu Solis & Lunæ, numeroq; certo mensium, dierum & horarum Indicat quoque ortus & occasus siderum, Solis & Lunæ cursus, solstitia, æquationes, quantitates dierum & noctium, oppositiones situsque varios Lunæ, cum discrimine horarum triplici. Est eadem in urbe etiam *Academia* à Carolo IV. Imp. constituta, cujus Collegia ampla sunt & magnifica. Autor est *Æneas Sylvius*, Imperatorem animi causa Scholam hanc suam ingredi solitum fuisse, & per horas interdum quatuor disputationes Magistrorum audivisse, semel etiam interturbantibus aulicis, & de cœnæ tempore submonentibus, respondisse; has suas esse epulas, has dapes, quæ omnibus præferret ferculis culinariis. Sunt in eodem quoque tractu multa eaque præclara templa, quorum aliqua miræ altitudinis. Sunt & *domus duæ regiæ*, in quarum una nunc cuditur moneta. *Xenodochium* est vicinum ponti, & *Collegio Jesuitarum* splendidissimum sumptuosissimumq;. Parte verò ea, quæ magis ad flumen vergit, septentrionem versus, est mansio Judæorum tam ampla, ut justi etiam oppidi magnitudinem exæquet.

Praga Nova à veteri olim distincta fuit fossa & muris: postea muris partim colla- 3. Pragæ novæ.
psis vetustate, partim dirutis, fossâque oppleta, cessit ager in hortos & arva. Civitas ista satis ampla est, ut quæ colles aliquot in se contineat ædificiis ornatos. Colles sunt quinque: (1. Vocant S. Caroli, (2. S. Catharinæ. (3. S. Apollinaris. (4. Habet Monasterium Slavorum. (5. Vocatur Vissegradum, arx hodiedum munitissima. Urbem hanc munivit primus ornavitque *Carolus IV. Imp. Bohemiæ Rex*, is, qui cum in Gallia apud Regem Carolum educatus, alioque nomine appellaretur nomen in confirmatione mutavit, dictusque est Carolus. Hic ergo illam novis templis, novisque Sacerdotiis instruxit. Primus ille Canonicos, qui regulares dicuntur, & Carmelitas, Ambrosianos & Augustinianos, per singula contubernia distributos, illuc invexit. Primus quoqua Monachos Slavos introduxit, Hieronymi institutum sequentes. Hieronymum quippe Carolus Rex peculiariter veneratus est, quod fuisset Dalmata, à quibus Bohemos ortos ipse credidit. Arcem quoque Vissegradensem collapsam magna parte restituit.

4. Parvæ Pragæ. *Parva Praga*, ponte veteri Pragæ nectitur, habet sibi junctum ex una parte oppidum *Augerd*, ex altera collem, in quo, præter oppidum *Hradzin* sita est arx *S. Wenceslai*, Imperatorum Regumque domicilium. Palatium longum est pedes 222. latum 30. Ei contiguum est templum Cathedrale S. Vito sacrum.

5. Arx & Templum Cathedrale. In ejus aditu hæc legitur inscriptio: *Anno JEsu Christi Salutis* 923. *S. Wenceslaus Martyr & Dux Patriæ, post Martyrium aviæ suæ Ludmillæ, primum hoc B. Vito Martyri templum ædificavit, quod S. Wolffgangus Episcopus Ratisbonensis consecravit anno* 968. Boleslaus pius Episcopi sedem fecit: cujus secundus Episcopus, *S. Adalbertus*, anno 996. apud Prutenos martyrio coronatus, & ex Gnesna civitate huc translatus, peculiare sacellum adeptus est. Atque Spitigneus II. Dux *anno* 1060. post S. Procopii obitum annis 7. è templo S. Viti, ac item S. Adelberti unum idque augustum construxit. Sed cum hæc omnia *anno* 1162. hostili arcis direptione corruissent; Rex Joannes I. anno 1344. chori hujus fundamenta jecit, atque in Metropolitanam Ecclesiam erexit. Filius autem Carolus IV. Imp. etiam *S. Sigismundi* Regis & Martyris, multorumque aliorum Sanctorum reliquiis, *anno* 1353. ditavit & muneribus auxit. Quibus Rex Wenceslaus, ejusdem Caroli filius anno 1392. posteriorem hujus templi partem adjecit. Deinde casu publico anno 1541. exusta est. Ferdinandus I. Imp. Bohemiæ Rex 1553. eadem hæc & instauravit & ornavit. Hæc in fronte leguntur. In templo ipso cernere est monumentum *Ottocari* Regis, qui cum *Rudolpho I.* Imp. prælio decertans occubuit, tum *Barbaræ* Conjugis Sigismundi Cæsaris. His vicinum est Sacellum ab Imp. Carolo IV. exstructum ex lapidibus viridibus & puniceis, gemmarum instar relucentibus, auro intertexto, in quo *S. Wenceslai*, Ducis Bohemiæ & Martyris corpus quiescit. Super hujus capite solita est adservari *Corona Regum* Bohemiæ, sed tempore motuum civilium, cum Zisca cuncta pervaderet, translata est à Proceribus regni in arcem *Karlstein* munitissimam, atque illic adhuc custoditur. In eodem templo cathedrali conspicitur monumentum regium ex lapide alabastrite, in quo Principum aliquot & Imperatorum corpora posita sunt, ut ex inscriptionibus ibidem apparet.

Non procul à Cathedrali templo, Orientem versus, situm est *Monasterium Virginum vetustissimum*, S. Georgio Sacrum, conditum à Duce Vratislao, Patre S. Wenceslai Regis & Martyris. Hujus Cœnobii *Abbatissæ* tanta est dignitas, ut in coronatione Reginæ ejus præsentia requiratur. Alibi extra hoc templum, juxta urbis mœnia, inarduo & abrupto colle, *Petezin* dicto, Monasterium est, quod vocant montem *Strahovv*, vel montem Sinonis, in quo situs est Vratislaus I. Bohemiæ Rex. Conspicitur quoque illic hortus regius amœnissimus, cui juncta domus, caveæ instar, habens olim Leones conclusos, Pardos, Lynces, & Tygrides.

Praga prioribus seculis varios experta est casus, anno 930. circumsedit eam Henricus Auceps, & in illas angustias adegit, ut Dux Cæsari se dedere, ac tributum pendere coactus sit. Iterum capta est à Joanne Lucelburgo *anno* 1316. sed in extremas angustias redacta est bello Hussitico, quo, præter alia immanis crudelitatis exempla, factiosi Curiam irrumpentes Senatores 7. primarios, de fenestris præcipites, in consertam multitudinem projecerunt, quos illa hastis exceptos misere interemit; Ea res ita Wenceslai Regis animum consternavit, ut apoplexia correptus sit, ac non multò post extremum diem clauserit. Wenceslao successurus *Sigismundus* Pragam obsedit, qui, cum ipsi cives repugnarent, occupata arce ab Archiepiscopo coronam regni accepit, anno 1420. abiitque in Hungariam; unde post tumultum Ziscæ, pacatis rebus, regressus est, ut narrat *Æneas Sylvius*. Cæterùm sub Carolo V. Imp. cum is adversus Joannem Fridericum, Saxoniæ Ducem, proscriptum, arma sumpsisset, Pragenses à Rege suo Ferdinando abalienati, de *Casparo Pflugio*, in Regem adsciscendo consilia agitaverunt, missisque ad Saxonem legatis, auxilia ipsi adversus hostes suos polliciti sunt: Victo Saxone perstiterunt Bohemi in suo adversus Ferdinandum odio. At is auxiliis fratris adjutus, ex arce, quæ semper in fide manserat, directis in subjectam urbem tormentis, facilè ad deditionem cives coëgit. Ex eo sub *Maximiliano, Rudolpho, Mathia*, Impp. exceptis *Ferdinandi II.* Imp. temporibus, ratione illius solstitialis Regis *Friderici Palatini*, in monte albo cæsi, de quo supra *pag.* 85. *Ferdinando III.* & moderno Augustiss. Leopoldo, tranquilla Civitas, opibus & potentia floruit. Et hæc de regni Bohemiæ capite, *Praga*. — 6. Pragensis Civitatis varii casus & bella.

Alias, quas Bohemia numerat civitates, sunt ferè sequentes, & primum post Pragam meritò obtinet locum *Egra*, ad fluvium cognominem, ab acidudulis ibidem scaturientibus celebris, & hodiedum fortissimè munita. Austia, *Aussy*, Broda gemina, Bohemica, Böhmisch Brod/ & Teutonica, Teutsch Brod. Budovisa, Budweiß. *Cutna*, Kuttenberg/ adquam sunt præclaræ argentifodinæ, *Glacium*, Glatz, *Glatovia*, Klattaw, celebris ob casseorum præstantiam. *Hradecium*, geminum, unum Reginæ, Königin Grätz/ alterum Henrici Hradecz, Henry seu Neuhauß. *Jaromiria*, Jaromirtz/ *Laun* locus tritico abundans, *Littomeritium* Leutmeritz/ ubi vineta, *Littomescum*, Littomissel/ Saz/ *Satecium*, *Slania* Slan/ Rakonitz/ ob cerevisiæ bonitatem commendabilis, *Verona*, Bern ob fodinas & officinas ferrarias famosa. Taboria, seu Taborium, Taber/ unde Taboritæ nomen traxere, Tachavia Tachau/ Bruck/ Grätz/ Mauthoff/ *Landshutt*, ubi effodiuntur gemmæ, *Gilau*, ubi aurum eruitur, *Graupen*, ubi stannum, *Krumman*, Principibus de Eggenberg parens, ubi argentum, *Elbogen*, — 7. Quæ aliæ in Bohemia Civitates & oppida.

ther-

thermis salubribus nobilitatum. Sunt & *Commota*, Commetau / *Limburgum*, Nymburg / *Mutha*, Pardubitia, Misa, Tetina, Trebonia, Aicii, Wiswasser, Teplitz, aliaque haud invenusta oppida.

8. De Archiepiscopatu Pragensi. De Archiepiscopatu Pragensi hoc notandum adhuc hic: Hujus loci enim Episcopus in censu immediatorum Imperii ordinum olim fuit, atque ad Comitia, usque ad ætatem *Friderici II.* Imp. vocari solitus est, quemadmodum *Goldast. de regn. Bohem. lib.* demonstravit. Primus *Dutmarus*, Monachus, antea Magdeburgensis, nominatur â Boleslao II. pio dicto, Principe Bohemiæ XVII. & Pragensis Ecclesiæ Fundatore, circa *annum 967.* constitutus, atque ab Hattone, Archiepiscopo Moguntino, consecratus. *Carolus IV.* demùm, Imperator & Rex Bohemiæ, in Metropolitanam Ecclesiam illam evexit, à Moguntini Archi-Episcopi subjectione exemit, reditibus & ditionibus majorem in modum locupletavit, novumque *Archiepiscopum*, titulis *Legati nati S. R. Imp. Principis*, exornavit, quo jure Legationis non modo Regni Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ, Lusatiæ, sed etiam Misniæ & Saxoniæ septem Episcopatus illi subjectos fuisse *Balbinus Miscel. Reg. Bohem. lib. 7. sect. 2. cap. 2.* refert. Hac verò ætate duos tantùm suffraganeos habet, ab Imp. Ferdinando II. in Bohemia excitatos, videlicet *Litomericensem*, cui præest *Jarolaus Franciscus Ignatius Holiczky, Comes de Sternberg*, & *Reginohradecensem*, cui præest *Joannes Franciscus, Baro de Talmberg.* Hodiernus autem Archiepiscopus Pragensis est Reverendissimus Comes de Breuner, Joanni Friderico Comiti de Waldstein surrogatus. De Collegio Canonicorum *Balbinus* olim ad Joannem Wilhelmum Imhoff perscripsit: *Pragenses Canonici quia pridem ab Hussitis ditionibus suis exuti, non habent Metropolitanorum Canonicorum alibi splendorem; habent sex Canonici Præpositum suum & Decanum, omnes infulatos, pios quoque, probos & doctissimos, nobilitatis raræ.* Plura *vid. supra verb.* Abgehende Stände / *fol. 74. num. 51. & seqq.*

9. De Pace Pragensi Prager Friedens-Schluß. Quod Pacem Pragensem, Prager Friedens-Schluß / attinet, illa exhibetur *in Tom. 1. har. Constit.* verbotenus de *anno* 1635. cujus summa capita hic repetuntur, utpote in qua 1.) confirmata est Pax Passaviensis, de cujus articulis agitur infra *verb. Religio.* 2.) De reservato Imperatoris in ulteriori ordinatione, modo, & jurisdictione circa causas religionis, 3.) de Archiepiscopatu Magdeburgensi, de quo etiam supra *verb.* Magdeburg, 4.) de Pace Lubecensi, 5.) de civitate Donawerdensi, *vid. supra verb.* Donauwerth. 6.) de Regnis & Provinciis Imperatoris hæreditariis. it. de Camera Imperiali, & ejus visitatione 7.) de Consilio Imperiali Aulico & Agentibus Aug. Conf. 8.) de avocatione causarum à Camera, 9.) de causa Palatina, 10.) de hæredibus Tyllianis, 11.) de Duce Mecklenburgensi, 12.) de restitutione bonorum ab *anno* 1630. à Statibus A. C. occupatorum, & vicissim à Catholicis, 13.) nec non à Regibus Galliæ & Sueciæ armis, & auxilio omnium Statuum Catholicorum & A. C. 14.) de exspectantia Brandenburgica in Pomeraniam, 15.) de Lotharingia, 16.) Philipsburgo, *vid. verb.* Philippsburg / 17.) de captivis gratis dimittendis, 18.) de Amnistia, quinam in ea comprehensi, qui exclusi, 19.) de neutralitate, 20.) de fine & intentione hujus Pacis, 21.) de contributione 120. mensium Romanorum, & de militia externa removenda, 22.) de confraternitatibus Saxoniæ, Brandenburgi & Hassiæ, 23.) de Regimine Imperatoris, 24.) de obligatione *Statuum Imperii* erga Cæsaream Majestatem, cum demonstratione *debiti & submississimi respectus, honoris, obedientiæ, amoris & fidelitatis constantissimæ.*

Primogenitura.

SUMMARIA.

1. *Primogenituræ jura apud omnes gentes observari.*
2. *Referuntur exempla.*
3. *Primogenitura Augustæ Domus Austriæ.*
4. *Ducatus Bavariæ.*
5. *Ducatus Wurtenbergici.*
6. *Marchionatus Badensis.*
7. *Ducatus Brunsvicensis.*
8. *Landgraviatus Hassiæ.*
9. *Ducatus Holsatiæ Slesvicensis.*
10. *Ducatus Juliæ & Cliviæ.*
11. *Ducatus Megapolitani.*
12. *Ducatus Pomeraniæ.*
13. *Ducatus Sabaud. Lotharing. Pedemont.*
14. *An primogenitura sit contra jus naturæ.*
15. *Ratio politica primogenituræ introductæ; & num. 17.*
16. *Quot sint primogeniti prærogativæ.*
18. *Primogenitus non potest renunciare in præjudicium filii.*
19. *Primogenito jus suum adimi nunquam potuit sine bello aut malo exitu, quod probatur exemplis.*
20. *Quomodo fratribus secundogenitis consulendum?*
21. *Secundogeniti vocantur Cadetti,* abgetheilte Herren.
22. *Illorum portio appellatur apanagium.*
23. *Apanagiorum originem esse antiquissimam demonstratur exemplis.*
24. *Apanagium habita ratione personarum & facultatem esse constituendum.*
25. *Apanagium assimilari legitimæ, non tamen esse legitimam.*
26. *Refertur exemplum duorum fratrum Turcarum.*

27. Post-

27. *Postgeniti quomodo olim à multis gentibus fuerint tractati.*
28. *Hac omnia cessare inter Christianos, & constitui condigna personis apanagia.*
29. *Traditur cautio circa constituenda apanagia.*
30. *Quomodo feuda possideantur jure Paragii.*
31. *Quomodo constituatur primogenitura?*
32. *Æquiparari primogenitura fideicommissa & majoratus.*
33. *Alienationis prohibitio quam sit necessaria.*
34. *Qua sit inter primog. & Majoratum differentia.*
35. *Primogenitura lineam ingressa, non transgreditur in aliam, nisi prima planè finita.*
36. *Refertur certa quadam controversia.*
37. *An filia ultimi possessoris primogenita exclusis tantisper agnatis collateralibus in feudo primogenitura subjecto succedere possit, & de jure debeat?*
38. *Etiam in feudo hareditario mixto non admitti fœminam, quamdiu superest masculus descendens à primo acquirente.*
39. *An in feudo mixto succedere possit, qui non est defuncti Vasalli hares.*
40. *An in primogenitura non detur transitus ad aliam lineam, quam diu superest descendens ex prima, licet sit fœmella.*
41. *Referuntur argumenta pro filia.*
42. *Ducatum Mantua esse feudum mixtum, in quo non nisi hares ultimi Vasalli succedit.*
43. *Aliud in feudis Germania observari.*
44. *In feudis Italicis & prasenti casu requiri qualitatem haredis.*
45. *Primogenitura magis quam feudi naturam attendi.*
46. *Hanc primogenituram non esse erectam favore agnationis.*
47. *Praferri saltem masculos in eadem linea & gradu, non in diverso.*
48. *Admitti haredem, qui plures habet succedendi qualitates.*
49. *Verba investitura aliquid operari debere.*
50. *Primogenituram ex subsecutis investituris declarari.*
51. *Nullam esse differentiam inter casum à thesauro propositum & hunc prasentem.*
52. *Filiam sine dubio admittendam esse, si utilitas publica id suadeat, ubi multa se effectibus utilitatis publica.*

1. Primogenituræ jura apud omnes gentes observari.

GEntium penè omnium jure primogenitos in regnum paternum succedere probat, *Tiraquell. de jur. primogen. in praef. à n.* 19. aliique plures, quos allegat *Azorius tom.* 2. *Instit. moral. lib.* 11. *c.* 2. Quod, uti Artabasanes Darii filius natu maximus, apud *Herodotum lib.* 7. loquitur, *penes universos homines institutum sit, ut natu maximus liberorum obtineat Principatum.* Quo etiam jure regnum ab eo occupatum fuisse, & jus illud gentibus à natura datum esse asserit *Justin. lib.* 2. deque facto jus illud perpetuâ lege observatum fuisse, ab Atheniensibus & Macedonibus, scribit *Pausanias lib.* ab Ægyptiis. *Liv. lib.* 42. à Persis, *Herod. lib.* 7. à Gallis, Hispanis, Scotis, Anglis, Cimbris, Gothis, Wandalis, *Procop. lib.* 1. *de bello Persico.* aliisque plerisque nationibus in singulorum historiis, legibus, rebusque gestis, potest cuilibet apparere. Prout quam

2. Referuntur exempla.

plurima in & extra Germaniam Exempla refert, *Knipschild. de fidei Commiss. famil. nobil. cap.* 6. *n.* 275. *& multis sequent.* nimirum de Gallia, Hispania, Anglia, Hungaria, Sicilia, Serenis. Domo Austr. familiis Illustribus, Italiæ, Sabaudiæ, & Pedemontium Ducatu, Ducatu Bavariæ, Marchionatu Badensi, Ducatu Brunsuicensi, Cliviensi, & Juliacensi: Landgraviatu Hassiæ, Ducatu Holsatiæ, Lotharingiæ, Megapolitano, Würtenbergico, & Electoribus secularibus; de quibus omnibus etiam videri potest *Springfeld. de Apanagio, cap.* 3. *num.* 43. *& seqq. & Rumelin. ad A. B. p.* 3. *dissert.* 4. *th.*

3. Primogenitura gustæ Domus Austriacæ.

V. ubi habet sequentia: In *Archi-Ducatu Serenissima Domus Austriaca* primogenitus solus ex antiquissima consuetudine succedit, reliquorum fratrum jure suspenso, *Cothman. vol.* 5. *Conf.* 1. *n.* 281. *Goldast. de Majorat. l.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. *Carpzov. ad L. Reg. cap.* 9. *Sect.* 1. *num.* 6. *Springsfeld. de Apan. c.* 3. *num.* 42. Origo hujus primogenituræ provenit ex decreto Friderici I. Cognomento Barbarossæ in Comitiis Ratisbonensibus *Anno* 1156. hunc in modum statuentis: Inter Duces Austriacæ, qui Senior fuerit, dominium habeat dictæ terræ, ad cujus etiam Seniorem filium jure hæreditario deducatur, ita tamen, ut ab ejusdem sanguinis stipite non recedat, nec Ducatus Austriæ ullo unquam tempore divisionis alicujus recipiat sectionem. Etsi, quod Deus avertat; Dux Austriæ sine hærede filio decesserit, idem Ducatus ad Seniorem filiam, quam reliquerit, devolvatur. Idque decretum posteà non solum à Friderico II. in Comitiis Veronensibus in Italia, *anno* 1245. sed etiam à Carolo V. in Comitiis Wormatiensibus *anno* 1525. confirmatum esse, attestatur. *Goldast. de Major. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 12. In *Ducatu Bavaria* primogenitus solus Ducatum possidet, reliquis fratribus exclusis, *Arnisaeus de Rep. cap.* 2. *sect.* 7. *num.* 35. *Cothman. vol.* 1. *num.* 281. Idque per testamentum Ducis Bavariæ sub dato 11. *Aprilis anno* 1573. introductum fuit, cujus centonem refert *Sprinsfeld. d. Tract. cap.* 3. *num.* 56. In antiquis *Ducatus Würtenbergici* pactionibus Vraci, *anno* 1583. & Mynsingæ *Anno* 1480. erectis, atque à Friderico III. Imp. *anno* 1484. & 1492. nec non Rege Maximiliano I. *Anno* 1495. in conventu Ordinum Imperii publico Wormatiæ confirmatis statutum reperitur: Daß die Herrschafft zu Würtenberg / zu ewigen Zeiten / von Erben zu Erben / von einem Hertzog zu Würtemberg auff den andern/und allwegen auff den ältisten ehelichen männlichen Leibs-Erben/und nach eines ältisten Absterben/ auff desselben ältisten Sohn/und Descendenten/ und

4. Ducatus Bavariæ.

5. Ducatus Würtenbergici.

und also consequenter fallen soll. *Goldast. de major. lib. 2. cap. 18. n. 2.* quod æquè etiam in *comitatu Monbelgardico* receptum esse tradit, *Besold. lib. 1. polit. c. 6. n. 26.*

6. Marchionatus Badensis.

Marchionatum Badensem, divisionem ignorare testatur Juridica facultas Academiæ Friburgensis apud *Zas. conf. 20. lib. 2.* In Ducatu *Brunsuicensi Ditionis Wolffenbütelicæ* jus

7. Ducatus Brunsvvicensis,

primogenituræ pactis familiæ *Anno* 1553. initis, & ab Imperatore Carolo V. confirmatis, introductum fuit, per ea, quæ habet *Bess. cap. 9. vol. 21.* quorum tenorum refert *Goldastus de major. lib. 2. cap. 18. n. 3. Springsfeld. d. cap. 3. n. 63.*

8. Landgraviatus Hassiæ.

Hassiaca familia primogenituræ jus vigore des Casselund Darmstättischen getroffenen Haubt-Accords sub dato 24. Decembr. *anno* 1428. introduxit *Reinking. lib. 1. class. 4. cap. 17.*

9. Ducatus Holsatiæ Slesvicensis.

In Ducatu *Holsatiæ Schlesvvicensi* primogenitus solus succedit, per ea quæ habet *Kranz. lib. 7. Histor. Danic. cap. 41. Goldast. & Springsfeld. cit. locis.*

10. Ducatus Juliæ & Cliviæ.

Juliacensis, & Cliviensis Ducatus possessores, & Principes primogenituræ jus observant, ex pactis antiquis occasione nuptiarum Mariæ Juliacensis, & Joannis Cliviensis initis, ex Auctore des Gülchischen successions-Streits. *Besold. de success. Reg. lib. 1. dissert. 6. n. 10.*

11. Ducatus Megapolitani.

Megapolitanus Ducatus, quamvis olim divisioni obnoxius, nuperrimè tamen primogenituræ jus singulari familiæ pacto recipit. *Test. Reinking. l. 1. class. 4. cap. 17. n. 34.*

12. Ducatus Pomeraniæ.

Idem in *Pomeraniæ Ducibus* existente adhuc eâdem familiâ observatum fuisse, tradit *Reinking. d. cap. 17. n. 34.* quamvis olim secus fuerit. *Goldast. de major. lib. 1. cap. 22. n. 15.*

13. Ducatus Sabaud. Lotharing. Pedemont.

Sabaudiæ, Lotharingiæ, & Pedemontium Ducatus divisionem respuunt, & secundum primogenituræ Ordinem uni soli assignantur. *Besold. d. Dissert. 7. n. 9. Reinking. d. cap. 17. n. 26. Cothman. vol. 5. cons. 1. n. 267.* quamvis nuperrimè Carolo Cardinali & Thomaso Principibus Sabaudiæ ultrogenitis, defuncti Sabaudiæ Ducis Philiberti fratribus certæ ditiones assignatæ fuerint, quæ tamen assignatio magis cautum Apanagium, quam veram divisionem sapere videtur, idque interventu Galliæ pacis gratiâ propter fraternam concordiam factum fuit. *Hactenus Rumelin.* de aliis videri possunt *Cothman. Limn. Goldast. Sprinsfeld. dd. loc.*

14. An primo genitura sit contra jus naturæ.

Non desunt, qui jus primogenituræ vix admittendum esse putant, eò quod jure naturæ filios omnes æqualiter succedere doceat *Aristot. lib. 7. Ethic.* Duo tamen fundamenta primogenituram semper propugnârunt, *Natura & lex* Divina humanaque. Quia Deus ipse approbat primogenituram in veteri Testamento: *Gen. 25. vers. 29. & seq.* nullibique præcipitur *positivè* in jure naturæ, quod omnes ex æquo debeant succedere, quamvis enim hoc juri naturæ sit consentaneum, non tamen est jure illo necessarium, sicque non *contra* sed *præter* naturam, quæ duo longissimè distant; Hinc secundum supra dicta, *n. 1.* ubivis locorum apud gentes moratiores jus primogenituræ observatur, atque simili fere Ratione inter Agnatos Cognatosque illi interdùm prærogativâ aliqua, interdùm nulla gaudent. *Grot. lib. 2. cap. 7. v. 11.* Neque dici potest, fratrem majorem natu cum reliquorum damno locupletari; quia cum primogenitura per A. B. lege publicâ introducatur reliqui damnum non patiuntur, cum nullum jus quæsitum habeant in illa bona primogeniti, & imò constet legitimæ quantitatem diminui posse. Addi potest ratio politica, quod divisio Du- 15. Ratio politica primogenituræ introductæ & n. 17.
catuum sit periculosa, quæ multiplicat Dominos, minuitque divitias, & dignitates, in quibus splendor, & decus consistit Imperii: Varietur insuper matricula Imperialis, & collectæ reddantur minutæ. Quamvis enim negari non possit multas esse provincias, in quibus jus primogenituræ non obtinet, & res nihilominùs feliciter procedit, nec Principis Dignitas in divitiis, sed in sanguine & jure consistat, adeoque inter multos fratres unus possit constitui Provinciæ Judex; sufficit tamen omnibus istis argumentis, primogenituram defendi.

Natura enim eo ipso, quod quis primo loco, primus ætate, primus stirpe inter fratres constituitur, primogenito prærogativam tribuit, cujus tanta vis est, ut impensiùs amentur primò nati, quam prærogativam lex deindè tam divina quam humana confirmat. *Arnold. Engelbrecht, de success. in Electorat. inter Thes. Basil. tom. 4. disp. 16. concl. 15. & seq.* Sicque cum Sacræ literæ, *lib. 2. paral. cap. 21. vers. 3.* retulissent, Regnum à Josaphat translatum esse in Joram, causam adducunt, *eò quod esset primogenitus.*

Jus primogeniti quadruplex in lege naturæ fuisse observârunt Authores. *Pri-* 16. Quot sint primogeniti prærogativæ.
mum erat, quod primogenitus erat Princeps fratrum, eorumque quasi Pater & Dominus, *Genes. 27.* *Secundum*, quod primogenitus duplicem acciperet partem, *Deut. 21.* *Tertium*, quod primogenitus erat Sacerdos familiæ, *Num. 3. & 20.* *quartum*, quod pater moriens peculiariter primogenito benedicebat, *Gen. 27.* quæ benedictio magni tunc æstimabatur magnique sæpius erat valoris & efficaciæ apud Deum. *Pererius* verò, octo inquit, memorantur primogenitorum prærogativæ in populo Dei, etiam ante legem Moysis. *Prima*, erant Sacerdotes, *secunda*, primogenitus sedebat primus in mensa, *majorque* portio ei dabatur, *Gen. 43.* *Tertia*, benedicebat ille alios fratres, & ipsi submittebant se illi & adorabant eum, *Gen. 17.* *Quarta*, habebat Imperium & Dominatum in fratres, *ibid.* *Quinta*, accipiebat duplicem partem hæreditatis paternæ, *Deuter. 21.* *Sexta*, primogeniti redimebantur quinque siclis, alii verò filii minimè, tanquam illi specialiter essent Deo consecrati & addicti. *Septima*, utebantur, inquit, illi singulari quodam vestitus genere, id est, præ cæteris fratribus pretioso & delicato; *Octava*: primoge-

mogenitus singulariter benedicebatur à patre jam moribundo. Atque adeò quinquaginta prærogativas primogenitorum enarrat *Knipschild, de fideicommiss. cap.* 6. *num.* 300. quas quia longum nimis esset omnes recensere, ad ipsum autorem, cupidum lectorem remitto.

17. Quoad legem humanam in Regnorum successionibus ab omni ferè ævo usurpatum illud jus, ut non omnibus liberis ex æquo, sed uni tantùm dignitas cum successione cederet; Non omnibus, inquam, ne infinita sequeretur partitio, cum fieri nequeat, ut regni nomen tueri tam exiguæ partes semper possint, velut hujus rationem habet, *Justin. lib.* 21. & pluribus exemplis comprobat

18. Primogenitus non potest renunciare in præjudicium filii.

Bets. de pact. famil. Illustr. c. 8. Ut ita primogenituræ jus omnium Regnorum sit unicum fulcrum, & firmissimum Illustrium familiarum vinculum: quod ubi semel receptum, tantarum est virium, ut pater primogenitus renuntians filio tamen suo præjudicare non possit, qui scilicet eam renunciationem pro se interpretabitur, nec illud, cui renunciatum est, præferri sibi patietur, *Bets. cap.* 8. *fol.* 407. *Bechmann. ad A. B. tit.* 7. *fol.* 110. quia nullus renuntiare statuto in tertii, sive filii, sive extranei detrimentum potest: Licet *Besold. de success. Reg.* 11. *conclus.* 4. inter filios tempore renuntiationis existentes, & post natos differentiam constituendam esse putet.

19. Primogenito jus suum adimi nunquam potuit sine bello aut malo exitu, quod probatur exemplis.

Alias enim nec ex plenitudine potestatis jus à lege, primogenituræ nomine delatum, aufferri potest, *Buxtorff. ad A. B. concl.* 85. *lit. B.* quem citat *Knipschild. de fideicommiss. cap.* 3. *num* 24. & quoties id attentatum, belli semper extitit acerrimi causa; Liquet id ex duobus filiis *Alexandri Regis Judæorum.* Eo enim mortuo, uxor ejus Alexandra, quæ duos illos ex Alexandro genuerat filios, natu maximum Hircanum declaravit Pontificem, & quod præterea segnior, quam ut potestate Regia molestus cuidam videretur, Regem quoque constituit: Minorem autem natu Aristobulum privatum videre maluit, quod ferventioris esset ingenii. Attamen cum mortuâ Alexandrâ Aristobulus regnum Hircano ademptum sibi usurparet, bella civilia exitum reperire prius non potuerunt, donec post ingentes clades, & prælia à Pompejo victus & captus est Aristobulus, regnumq; Hircano restitutum. Parem ferè tragœdiam narrat *Pausanias* de Ptolomæo, qui Philometor est dictus, octavo Rege Ægypti, quo nullum alium majori odio mater prosecuta fuit, cum nec Regem salutari sit passa, & ut in Cyprum ablegaretur, patre adhuc vivente effecerit, saltem ut hac ratione Alexandrum natu minorem in Regem crearent Ægyptii, & Ptolomæo magis esset formidabilis. Idcircò Eunuchos aliquot studiosè vulneribus fœdatos pro concione adduxit, insidias sibi à Ptolomæo factas inclamans. Undè parùm abfuit, quin Alexandrini Ptolomæum opprimerent: & fecissent, nisi se periculo eripuisset; Haud multò post reversus Alexander Rex est salutatus. Sed Cleopatra dignam suo scelere pœnam incurrit. Nam à filio, quem ad Regnum evexerat, interempta est; quo scelere cognito fugâ sibi consuluit Alexander, & Ptolomæus revocatus, regno, quo excesserat, potitus est. Ita Caroli Sexti Galliarum Regis filius unicus à patre suo, regnique consilio, successione indignus judicatus, ejusque in locum Catharina, dicti Caroli VI. filia, Henrici V. Anglorum Regis conjuge substitutâ, ad mucronem gladii sui solenniter provocavit, hancque provocationem, Authore Deo, & Duce Puellâ Lotharingâ, Joannâ Dare felici exercens successu, Imperii habenas Anglorum è manibus extorsit, & Galliis omnibus, solo Caleti portu excepto, eosdem deturbavit, sicut ex Titio refert *Nicolaus Betsius de pact. famil. Illustr. cap.* 6. *fol.* 186. *& seqq.* Itaque non facilè de alio successore, est disponendum, nisi primogenitus fortè sit mente captus, vel aliter ad Gubernandum non idoneus, *Laudens. tr. de Princip. num.* 22. *Knipschild. de fideicommiss. cap.* 3. *num.* 27.

Quamvis autem primogenitus solus sit hæres, fratresque cæteros excludat, ut indè Doctores dicant, *primogeniti legitimam in totum esse regnum:* nihilominùs reliquis etiam fratribus honestè prospiciendum est, iisque solent vel annuæ pensiones, vel regni aut Principatûs portio hac lege assignari, ut eam non teneant regio nomine, sed subsint fratribus, ac morientibus illis absque prole redeant ad regnum, soloque nomine familiæ debent esse contenti. 20. Quomodo fratribus secundo-genitis consulendum.

Talesque fratres vocantur *Cadetti*, qui ex amplissimis patrimoniis id tantum consequuntur, quod vectui & vestitui sit satis. Germanis nominantur, abgesonderte/ oder abgetheilete/nicht regierende Herren. *Springsfeld. de Appanag. cap.* 3. *n.* 33. *& seqq.* Portioque his fratribus constituta, vulgò *Apanagium* appellatur: multi scribunt *Abbannagium*, illudque derivant à Banno, Germanica voce Bann/ quasi Abbannum, Abfindung/ oder Hintanweisung/ undè dicuntur abbannagiati, sivè abdicati, abgefundene Herren/ *Besold. in thes. pract. lit. a. n.* 4. *Bets. de pact. famil. Illustr. fol.* 333. 21. Secundo-geniti vocantur Cadetti, abgetheilte Herren.

Galli Appennage vocant, quasi ad panem & sustentationem concessum, *Nicod. in dictionar. major.* quoniam Regis aut Principis fratres portione quadam acceptâ tacitè ab ipsius Regni hæreditate excluduntur, quemadmodum *Otto Frisingensis, Regino, & Godofridus* scribunt, Dagobertum, Lotharii filium regem constitutum, fratri Heriberto urbes & pagos aliquot propè flumen Ligerim fruendos dedisse. 22. Illorum portio appellatur apanagium.

Nec recens, sed antiquissima est Apanagii origo, ac jam tum in Republicâ Hebræorum usitata, teste Hieronymo ad *Genes. cap.* 49. Sic enim Abrahamum fecisse legimus, cum primogenito solidam hæreditatem, cæteris pecunias daret, seque vivo 23. Apanagiorum originem esse antiquissimam demonstratur exemplis.

à se

à se dimitteret. Ita quoque Judæorum Rex Josaphat, uti scribitur *lib. 2. Paralip.* 21. Joramo filio primogenito regnum tradidit, cæteris filiis minutas quasdam civitates aurumque & argentum reliquit, quo possent honestè vivere. Id quod etiam fecit Cyrus, qui primo filio Regnum: Tana zaridi alia quædam minutiora reliquit, ut testatur *Xenophon*; æquitas enim & lex naturæ imperat; ut ex bonis paternis, filiis postgenitis alimenta præbeantur, *Arnis. cap. 9. doctr. polit. n.* 218.

24. Apanagium habitâ ratione personarum & facultatum esse constituendum.

Primogenitus enim in majoratu succedens, aliis fratribus Apanagium constituere, sororesque dotare obstrictus est, habitâ personarum & facultatum ratione, etiamsi statutum vel consuetudo nihil hac de re exprimat. Indè in *Aureâ Bullâ Carol. IV. Imper.* conditio singularis adjicitur, ut clementem se & pium primogenitus ergà cæteros suos fratres sororesque exhibeat, atque iis alimentariam assignet portionem, *tit. 25. A. B. vers.* und wo ihm in solchen Sachen.

25. Apanagium assimilari legitimæ, non tamen esse Legitimam.

Assimilari enim solet Apanagium legitimæ, & loco ejus postgenitis conceditur, licet non jure successionis, sed provisionis debeatur. Nec fratres postgeniti, ad quantitatem legitimæ provocare possint, *Sprinsfeld. de Apanag. cap. 12. num. 12. & seqq.* Hinc in Galliis hoc receptum, ut harum assignationum quantitas in solo Regum arbitrio posita credatur, neque de ejus tenuitate conqueri audeant fratres, licet Rex succedens de ea defalcare aliquid non prohibeatur, ut sic ipsi in amore, officioque & obsequio ergà fratrem majorem contineantur.

26. Refertur exemplum duorum fratrum Turcarum.

Magnum certè humanitatis & virtutis documentum de Turcarum Imperatoris Ossmanni (à quo & hodiè Ossmannidarum seu Ottomannorum progenies) filiis refert *Joannes Leunclav. histor. Musulman. lib. 4.* quod moriens filios post se duos reliquerit, & in his natu majorem Urchanem, alterum Aladinum Bassam; Ercisciundæ familiæ paternæ cum Comitiis dictus esset dies, fratrem interrogavit, Urchanes, quid faciendum de hac putaret hæreditate? respondit Aladinus, constituendum ante omnia regem in ditione paternâ qui pastoris boni munere fungeretur, Incolas regni benignè regeret, & defenderet: huic & equos & equas, & boves & oves omninò deberi, ceu patrimonium Principis: quando Pater etiam militiæ causâ solitus fuerit, hos alere, nullum hic se vel hæreditatis adeundæ, vel successionis sibi jus vindicare: quibus auditis Aladinum Bassam denuò compellans *Urchanes*: Ergo tu, mi frater, inquit, pastoris hoc in te suscipe munus. Nequit hoc fieri, subjecit Aladin, quando pater adhuc superstes, regium tibi jus dignitatemque tribuit lubens. *Te vivo nihil mihi deerit, cum & frater natu major & patris mihi sit loco.*

27. Postgeniti, quomodo olim à multis gentibus fuerint tractati.

Magnum certè virtutis in barbaris hominibus exemplum, etiam Christianis imitandum. Nam de cætero maxima Regum olim erat, occidere postgenitos fratres, quod semper primum fuit facinus novi Principatus. Quin & ipsi Patres, uni ut filio tutiùs regnum relinquere possent, cœteros sustulerunt, exemplo Dejotari Regis, qui cum uni relinquere cuperet Imperium, reliquos omnes trudicavit; Cum enim ab initio ita comparati essent homines, ut nulli mutuis se parricidiis fratres è medio tollerent, ante Bajasitis Chanis imperium, quem Gilderunem appellaverunt, *Leunclav. in Annal. Turc. fol.* 10. Jam tamen potior est occupantis conditio, nec æmulos Imperii Turcæ possunt ferre, prout hodiernus etiam eorum status & regimen id demonstrat. Apud Abyssinos Regii gentiles, & fratres, agnatique in unâ quâdam educantur arce, in loco penè inaccesso sita, validoque custodiuntur præsidio, ne turbas aut factiones excitare queant, *Alvarez. in histor. Æthiop. fol.* 103. Sic & Caliphæ (magni quondam in Arabiâ reges, & prosapia Mahometi) singulos ex gentilitiâ eorum familiâ, qui superstites erant, catenis ferreis vinciebant, singulis sua palatia intra maximam Regiam tribuentes, custodibus benè munitas, ne quis adversus magnum Regem rerum novarum aliquid moliri posset: ubi illi convivia exercebant, & genio per totam vitam indulgebant, *Benjamin Tudelens. in itinerar. fol. 61. referente Besold. de success. Reg. diss.* 5.

28. Hæc omnia cessare inter Christianos, & constitui condigna personis apanagia.

Cessat autem hæc omnis barbaries inter Christianos, qui inter fratres æqualitatem servant in rebus privatis, in Regnis verò & Principatibus postgenitis honestam tribuunt sustentationem, & quidem talem, quæ dignitati personæ respondeat; Ideò feudistæ docent, quod licet in feudo jure Francorum concesso primogenitus non sit obligatus, fratribus legitimam dare, nihilominùs tamen pro ratione status ipsis condignè prospicere teneatur, *Rosenth. 9. cap. 55. num.* 11. modò reditus primogenituræ sint opulenti: non enim est cogendus alienare ex proprietate, sed pro fructuum proportione, & ex viri boni arbitrio illa alimenta sunt congruenter æstimanda, *arg. l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad. SC. Trebell. Bess. cap. 9. fol.* 603. prout ferè liberis natu minoribus secundum suprà dicta *num.* 20. vel annuæ pensitationes, vel portio quædam Regni aut Principatûs adscribitur certa, quam non Regio teneant nomine, sed eâ lege, ut ipsis sine liberis masculis discedentibus ad Regnum illa denuò revertatur.

29. Traditur cautio circa constituenda apanagia.

Primogenito enim quodammodò subsunt cæteri fratres, eaque ideò portio omni plerumque caret jurisdictione superiori, nec alio propè jure possidetur, quam apud nos viduæ Principes dotalitia sua, ait *Besold. suprà d. loc.* in dotalitiis verò constituendis duabus cautelis utendum esse monet, *Bess. cap. 5. fol.* 181. *primò*, ut non præcipuæ aut minutæ arces eo nomine viduis assignentur, sed potiùs ædificia commoda, & œconomiæ ido-neæ,

neæ. *Secundo* ne plus jurisdictionis in bonis ejusmodi viduis illustribus attribuatur, quam ad conservandam dignitatem suam, & obedientiam subditorum retinendam necessarium videtur: quod etiam in casu primogenituræ salubri, prudentique Consilio posse observari, monet idem *Bess. cap. 8. fol. 844.*

Hinc apud Saxones initio statim mos iste observatus legitur, ut primogenitus succederet in Ducatu, reliqui fratres Dominatus dignitates impetrarent, *Albin.* in der Meißnischen Chronick. 1. *tit.* 16. imò fuit in Germania frequenti in usu positum quondam, ut natu minoribus per subinfeudationem, vel usumfructum perpetuò prospiceretur *Bess. cap. 9. fol. 603.* quæ homagii nomina obtinebant, & de iis primogenito ejusque hæredibus fidelitatem, & Dominium jurare tenebantur. Cum econtrà *paragii jure* feudum possideri dicebatur, ubi in successione pares erant titulo & dignitate omnes, etsi natu maximus majorem partem, quam posteriores nonnunquam auferebat, *Bess. cap. 8. fol. 331.* Exempla, quomodò tractentur secundogeniti in titulis, in sustentatione, passim in historiis sunt obvia, & insuper experientia quotidiana demonstrat.

30. Quomodo feuda possideantur jure Paragii.

Constituitur autem primogenitura, 1.) Lege regni vel Pragmatica sanctione, qualis de Electorum successione existit *A.B. tit. 25.* 2.) Voluntate ac Investitura Imperatoris, factâ scilicet ad instantiam feudi regalis, *Besold. Cons.* 148. *num.* 48. 3.) Testatoris dispositione, quâ hæredem sub hâc conditione instituit, ut bona ad primogenitum perveniant, *Menoch. Cons.* 275. *n.* 1. modò Imperatoris adhibeatur consensus. 4.) Introducitur jus primogenituræ pacto familiæ vel statuto, ejus requisita refert *Bess. c. 9. p. 500. Limn. lib. 4. jur. publ. c. 8. num. 121. Sprinsfeld. de Apanag. c. 5. num 47. & seqq.* ubi latè ea pertractat. 5.) Recipitur primogenitura consuetudine, & longissima temporis præscriptione, *Joh. de Cirier. de primog. lib. 1. q. 3. & lib. 3. q. 9. Tiraqu. eod. tract. q 16. n. 11. Sprinsfeld. d. c. 5. n. 64. Rumelin. ad A.B. p. 3. dissert. 4. th. 6.*

31. Quomodo constituatur primogenitura.

Æquiparatur primogenitura fideicommisso & Majoratui, quia Majoratus vel primogenitura nihil aliud est, quam fideicommissum familiæ perpetuò relictum, *Knipschild. de fideicomm. c. 15. n. 4. & seqq. cum multis ibid. alleg.* quemadmodùm enim bona fideicommisso subjecta alienari nequeunt, ita etiam bona primogenituræ vel majoratûs, quia scilicet primogenituræ, Majoratus & fideicommissi hic communis est finis, ut bona integra & indivisa perpetuò in familia, pro ejus dignitate & splendore conserventur. Et profectò hujusmodi jura, prohibitionesque alienationum, hoc exulceratissimo sæculo, familiis multum prodesse experientia testatur. Plurimi enim hodie reperiuntur qui statim à morte parentum, ubi rerum potiri incipiunt, non aliter ac si Pythio, vel Crasso (qui tamen & ipse ad extremum eo pervenit miseriæ, ut ab occurrentibus dives per jocum salutaretur, teste *Valer. Maxim. lib. 6. 11.*) essent ditiores, laborant, ut mente gaudio diffusâ & velut natante, ipsique tanquam mox morituri bona avita, multis sudoribus parta, & hactenùs conservata alienent, decoquant, & quasi abliguriant, ut de magno sæpè patrimonio vix testam, quâ ignem sibi petant, relinquant, juxta Cornificium *apud Herenn. l. 4.* cui malo per primogenituras, fideicommissa & Majoratus succurritur, utpote per quæ media illustres familiæ, si bona avita alienare non licet, conservantur & quasi reviviscunt; Nec tot Helluones reperiuntur & fruges consumere nati, sed bona familiæ semel quæsita seræ posteritati gloriosè custodiuntur.

32. Æquiparari primogenituræ fideicommissa & majoratus.

33. Alienationis prohibitio quam sit necessaria.

Hæc tamen inter primogenituram & majoratum differentia est, quod in majoratu semper ille succedit, qui in familia post mortem ultimi possessoris major natu reperitur: In primogenitura verò successio de linea in lineam progreditur, ita ut quotiescunque bona primogenituræ affecta lineam unius ex vocatis ingressa fuerint, secundogeniti vel alterius linea non admittatur, nisi deficientibus omnibus prioris lineæ, eâque totâ evacuatâ & finitâ, *Thesaur. lib. 2. q. 12.* quia primogeniti appellatione omnes descendentes in infinitum comprehenduntur, *Paris. lib. 4. Cons. 72. num. 92.* hinc quæstio gravissima de facto mota, *an filia ultimi possessoris agnatum remotiorem in successione primogenituræ excludat?* Primogenituræ erectio & confirmatio hæc erat: *Considerans Princeps N. nec de re Sacri Romani Imperii esse, nec bono publico castri & oppidi, nec paci successorum conducere, si fortè feudum prænominatum, aliquâ voluntate, dispositione, instructione, in plures partes dividi contingeret. Et quamvis Illustris N. prædicti supplicantis Avus hujus feudi in ejus familiâ primus acquisitor Cæsarem primogenitum suum, hæredemque universalem in hoc feudum introduxerit, & ipse Cæsar ab Aug. memoriæ Imperatore Ferdinando investituram de ipso feudo & castro tanquam primogenitus, & hæres universalis obtinuerit, sicque deinceps per multas antecessorum nostrorum investituras à dicto N. & ab ipsius filio N. supplicante obtentum fuerit: ad tollendam tamen omnium dissidiorum causam, quæ inter filios, quos habet plures, etiam temerè oriri posset, nobis reverenter, humillimèque supplicavit, nos tanquam Electus Romanorum Imperator, & ipsius feudi supremus Dominus, prædictum feudum in ejus Patrem N. tanquam primogenitum & hæredem universalem ritè & rectè, & in ipsum supplicantem successivè venisse, dignaremur declarare, & in ejus filios & hæredes utriusque Sexûs in infinitum jus primogenituræ observari debere, expressè constituere, & post illius mortem ipsius primogenito, seu primogenitæ investituram dare:* Et porrò infrà: *Declaramus Illustrem quondam N. N. ejus filium hucusque jure primogenituræ, & hæreditatis ritè & rectè successisse: Atque deinceps sic observandum, ut postquam dictus N. DEI voluntate ex hac vita decesserit, liberosque legitimos, & naturales,*

34. Quæ sit inter primog. & majoratum differentia.

35. Primogenitura lineam ingressa, non transgreditur in aliam, nisi prima planè finita.

36. Refertur circa quædam controversia.

rales, masculos & fœminas, ex legitimo matrimonio descendentes post se reliquerit, tunc filius ejus primogenitus, qui de jure ad feudi successionem habilis reputabitur; hocque è vivis sublato, ejusdem primogeniti primogenitus masculus, legitimè natus, deficientibusque sic primogenitis, succedat & succedere debeat secundogenitus masculus legitimè natus, atque ejusdem secundogeniti primogenitus masculus, legitimo quoque thoro procreatus; Illud idem intelligendo de tertio & quarto, ac ulterius genitis perpetuâ serie, donec & quousque linea ipsius N. supplicantis duraverit, lege primogenituræ semper in his salva: Deficiente verò lineâ masculinâ, in feudo quoque postmodum succedant & succedere debeant filiæ ipsius N. primogenitæ, legitimo quoq; connubio ortæ, eo planè modo ac formâ primogenituræ, quâ suprà jam de ipsius filiis masculis dictum, declaratum & sancitum est.

37. An filia ultimi possessoris primogenita exclusis tantisper agnatis collateralibus in feudo primogenituræ subjecto succedere possit & de jure debeat?

Contigit autem possessorem ultimum carere prole masculâ, & duas solùm habere filias, cum superstite fratre suo & patruo; Hinc quæsitum, *an filia possessoris primogenita, exclusis tantisper agnatis, ad successionem feudi admitti debeat, & possit?*

38. Etiam in feudo hæreditario mixto non admitti fœminam, quamdiu su. erest masculus descendens à primo acquirente.

Et quidem si versaremur in casu feudi proprii ex pacto & providentia, nullus pateret filiabus ad illud accessus, ipsâ feudi naturâ repugnante. Si verò feudum esset merè hæreditarium, ipse possessor, pater filiarum litem dirimere & ultimâ voluntate filiabus id assignare posset. Sed negotium verti videtur in qualitate *feudi hæreditarii mixti*, in quo tamen filiæ, nisi deficientibus omnibus masculis, à primo acquirente descendentibus, admitti non solent. Cui accedit clarus Investituræ tenor, quem primogenitura super feudo erecta non mutat, sed potiùs ita confirmat, ut deficientibus demùm masculis primogenitis omnibus filiæ succedant, à cunctis autem primo- secundo- tertio- & ulterius genitis Agnatis, à primo acquirente descendentibus excludantur, & quamvis non desint JCti gravissimi, asserentes, quod Imperator ordinem succedendi semel constitutum, & introductum de plenitudine potestatis mutare possit; eosdem tamen suis & in majori numero non carere contradictoribus, qui sententiam contrariam fortioribus propugnant argumentis.

39. An in feudo mixto succedere possit, qui non est defuncti Vasalli hæres.

Nec enim ideò Agnatos excludi posse, quasi in feudo etiam mixtè hæreditario nemo succedere possit, nisi qui simul est hæres Vasalli, seu possessoris ultimo defuncti, quæ qualitas in præsenti casu solummodo in filiabus reperiatur. Quia hæc doctrina locum non invenit, si non stat per agnatum feudum vindicantem, quo minùs hæres sit ultimi Vasalli, & tunc satis est, si saltem sit hæres sanguinis, mediante primo acquirente, *Rosenth. c. 7. concl. 21. lit. E.* Cum in feudo mixto non requiratur hæreditatis aditio, sed agnatus feudum sine hæreditate consequi possit, adeoque masculi transversales excluduntur quidem à filia Vasalli in feudo *merè hæreditario*, sed non in mixto, *Klock. tom. 1. cons. 17. num. 130.* quia controversa

40. An in primogeni-

adhùc est opinio, an in primogenitura non

tura non detur transitus ad aliam lineam, quamdiu superest descendens ex prima, licet sit fœmella?

detur transitus in aliam lineam, quamdiu supersunt ex alia linea descendentes, licet fœmellæ & in feudis, teste *Rosenth. c. 7. conclus. 41. 42. 48. & seq.* Contraria doctrina prævalet, cùm feuda non deperdant ideò naturam suam, quod primogenitura illis est annexa: præsertim cum etiam verba primogenituræ hoc casu ita sint concepta, ut non admittatur fœmina, nisi masculis deficientibus, quæ conditio nondum est purificata; Nec removeri agnati possunt, ex ultima investitura, Vasallo tantùm possessori, ejusque liberis data, quia non ultima, sed prima Investitura, tanquam radix & fundamentum est inspicienda, quæ scilicet alterari per subsequentes in eadem familia factas nequit, *Klock. tom. cons. 28. num. 64.*

Cæterùm supradictis non obstantibus, pro filiâ Vasalli possessoris sequentia militant argumenta, cum non tantùm ad agnatorum jura conservanda dirigenda sit consideratio, sed etiam ne filiæ debita successio per iniquitatem auferatur. Et primò quidem extra dubitationis aleam positum est, feudum quæstionis hæreditarium mixtum, sive ex pacto & providentia improprium esse, in quo non solo feudi titulo succeditur, sed qualitas requiritur hæredis, deducente celeberrimæ Italiæ JCto *Cyriaco Nigro controvers. forens. lib. 1. controv. 2. n. 69.* ubi ait: *Ducatum Mantuæ & ejus castra esse feuda mixta, in quibus non succedit, nisi qui est hæres, & qui non est hæres, excluditur.* Hancque propositionem multis Autoritatibus, & præjudiciis confirmat, addens *num. 95.* decretum Cæsareum, quo Vasallo possessori dabatur licentia, pro libitu suo disponendi de feudo inter comprehensos investitura, non obstantibus in Instrumento conventionum, vel Investitura super indè secutâ contentis, quibus omnibus, in quantum obstarent, vel obstare possent, est derogatum. Neque scilicet sufficit, agnatum esse hæredem sanguinis mediante primo acquirente, ut ipsi nocere non possit, si per ipsum non stet, quominùs etiam sit hæres hæreditatis ultimi Vasalli, quia ut ut ista doctrina in feudis Germaniæ locum reperire possit, in quibus successio jure hæreditatis non est recepta; Cum tamen tota feudorum substantia à jure consuetudinario dependeat, aliud in feudis Italicis statuendum, in quibus, teste *Cyriaco suprà allegato*, jure hæreditatis succeditur, ut doctrina contraria hic applicari minimè possit: Præsertim cum ipsâ investiturâ clarissimis verbis secundum ferat, in hoc feudo successionem jure hæreditario semper observatam fuisse, & posthac observari debere: his verbis: *Quod* N. primogenitum suum, hæredemque universalem, *in hoc feudum introduxerit, & ipse N. ab Augustæ memoriæ Ferdinando Imp. investituram de ipso feudo & castro tanquam* primogenitus & hæres universalis *obtinuerit, sicque per multas antecessorum nostrorum investituras ab ipso N. & ipsius filio N. obtentum fuerit.* Et paulò post: *Reverenter nobis supplicârit, dignaremur declarare prædictum feudum in ejus patrem*

41. Referuntur argumenta pro filia.

42. Ducatum Mantuæ esse feudum mixtum, in quo non nisi hæres ultimi Vasalli succedit.

43. Aliud in feudis Germaniæ observari.

44. In feudis Italicis & præsenti casu requiri qualitatem heredis.

patrem N. tanquam primogenitum & hæredem universalem, *ritè & rectè, & in ipsum supplicantem successivè devenisse, & inter ejus filios & hæredes utriusque Sexûs, jus primogenituræ in infinitum observari debere.* Cui non hinc patescit, successionem in hoc feudo semper ita factam esse, ut successor non solùm esset hæres sanguinis, sed etiam hæreditatis, prout etiam supremus feudi Dominus hanc succedendi qualitatem approbavit, ut jam absque causâ non mutari, nec jus succedendi filiabus ultimi possessoris delatum auferri possit?

45 Primogenituræ magis quàm feudi naturam attendi.

Quod *Gail. lib. 2. obs.* 154. tradit Agnatum in feudo mixto succedere volentem non semper hæredem esse debere ultimi Vasalli: Id egregiâ limitatione discutit *Anton. Thesaur. qu. forens. lib.* 2. *q.* 12. *num.* 25. nisi in feudo primogenitura constituta est, quia hoc casu magis primogenitura, quam feudum attenditur. Nunc enim *ait autor cit. loco.* esse absque difficultate, quod succedere volentem esse oporteat hæredem ultimi Vasalli, quia in feudo consideratur persona primi acquirentis, sed in primogenitura spectatur persona ultimi possessoris, & bona, quæ ab initio erant sub regulâ feudi, posteà cum consensu & approbatione supremi Domini feudi posita sunt sub naturâ primogenituræ, quæ jam attenditur. *d. loc. n.* 25. & 33. quia de primogenitura principaliter agitur, sub qua feudum continetur, cui formam & modum successionis potest de consensu investiti Dominus adjicere, ut qualitas bonorum non amplius consideretur. *d. n.* 33. & 42. Cum ex clara literarum investituræ dispositione successio jure primogenituræ fieri in hoc feudo imposterum debeat, inter hæredes utriusque Sexûs. Undè patet argumenta superius pro agnatis adducta ex ordinaria feudorum natura esse desumpta, cum tamen nos versemur in terminis primogenituræ, cujus natura diversa est à successione feudali, & in qua regulariter admittuntur fœminæ, nisi speciatim & expressè reperiantur exclusæ, *ex comm. Dd. sententiâ teste Thesaur. d. loc. n.* 10. *Fusar. de substit. q.* 385. *n.* 3.

Nec removeri eo argumento filia potest, quasi primogenitura in præsenti casu pro masculis tantùm ita sit concepta, ut ex claro ejus tenore ante deficientiam masculorum filiæ nullâ ratione admitti possint: quia

46. Hanc primogenituram non esse erectam favore agnationis.

1.) primogenitura sic erecta est, ut etiam à filia tunc impetrantis N. capessere potuerit initium, 2.) quod primogenitura ista non erecta est favore agnationis, sed tantùm eâ de causa, *ne feudum*, ut formalia habent, *in plures hæredes & partes aliquando dividi contingeret, quod utilitati, Sacri Romani Imperii, & ejus feudi bono regimini & augmento obesse posset*, nullâ vel minimâ de conservatione agnationis & familiæ factâ mentione: sed potius 3.) hac dispositione, ut post mortem Vasalli, ejus primogenito vel primogenitæ investitura concedatur, nullâ filiarum privativâ ante secundogenitos exclusione. Hinc *Thesaur. d. loc. n.* 58. egregiè deducit, quod etsi primogenitura his verbis ordinata sit: *Ita tamen ut semper masculi fœminis præferantur*, tamen ista substitutio intelligenda sit cæteris paribus, ut scilicet non respiciat omnem casum successionis, sed quod semper inter filios, nepotes & pronepotes, in pari gradu existentes, masculus præferatur, non autem, si sint alterius lineæ, & gradus; quia non est verisimile, fundatorem alterare voluisse naturam primogenituræ, in qua prælatio intelligitur cæteris paribus, cum verba etiam præcisa congruam recipere debeant interpretationem juris. Non itaque operatur ista clausula: *ut semper Masculi fœminis præferantur*; nisi quando masculus est in pari gradu cum fœmina, *ex communissima Dd. opinione* cum satis sit, ut excludatur fœmina senior à masculo juniore natu in sua linea, non autem à masculo alterius lineæ quoque repellatur, ne inducatur multiplicatio privilegiorum, & extensio in odiosis, atque in casu omisso, contra jura, *Thesaur. d. loc. n.* 37. & 38. *qui porrò ex Andr. Isern. in c.* 1. *de eo qui sibi & hæred.* in terminis hunc ponit casum, quod filia possessoris, patre mortuo, ad primogenituræ successionem, exclusis masculis ulterioris lineæ sit admittenda, etiamsi constitutio extaret in Regno, quod masculis extantibus fœminæ non succedant, quia prælatio masculorum semper restringenda sit, ad eandem lineam & gradum, nec admittenda sententia contraria, sed hæc in conscientia observanda, nisi de prælatione masculorum, in dispari quoque gradu, expressa facta fuisset mentio, *Thesaur. n.* 15. ubi *vel* 20. *Autoritates adducit*, quas omnes in terminis feudi mixti, & antiqui accipiendas esse, dubio caret, cum in feudo merè hæreditario vel novo tam anxiâ disputatione non sit opus.

47. Præferri saltem masculos in eadem linea & gradu, non in diverso.

Et quod filia primogeniti possessoris excludat secundogenitum, & alios ulterioris lineæ, tradunt communiter omnes, ut videre est apud *Vincent. Fusar. intr. de substitut. q.* 385. *ubi n.* 9. ait: Ad hoc ut masculus excludat fæminam, debet ille masculus esse de eadem linea, secus si esset de alia linea semel exclusa, exemplo, si quis mortuus sit, relictis duobus filiis masculis & primogenitus admissus moriatur, relictâ unicâ filiâ, ista excludet patruum masculum, semel à patre suo primogenito exclusum, *hucusque Fusar. cum allegatis Autor. mult.* Idem tradit in terminis. *Blas. Michalorius in tr. de fratrib. p.* 3. *c.* 30. *an fœminæ comprehendantur in jure primogenituræ?* ubi *n.* 6. hæc habet: secundò limitatur, si primogenitus decederet, relictâ tantùm filiâ quæ patruum excludet; nam quamdiù superest aliquis, sive masculus sive fœmina, ex linea, ad quam hæreditas semel pervenit, linea postposita non admittitur, ita *Michalor.* citans *Isern. Tiraquell. Paul. de Castro Honded. Ruin. peregrin. curt. jun. & alios.* quamvis *num.* 4. id saltem procedere existimet in filia primogenita non in reliquis. Quin imò judiciali examine discussum aliquando est, annon filia ultimi possessoris adhuc sit de linea masculina

sculina & sententia affirmativa reportavit triumphum.

Si hæc omnia jungantur argumento suprà posito, quod in feudis Italicis mixtis, & præsertim his in quæstionem deductis observantia corroboret, sententiam, quod successor debeat esse hæres hæreditatis ultimi Vasalli, *Cyriac. lib.* 1. *controvers.* 2. *n.* 86. *&* 119. *ubi plures allegat.* Et quod in terminis primogenituræ illius persona spectetur, ex receptissima sententiâ, magnum pondus prærogativæ pro filiâ accedit.

48. Admitti hæredem, qui plures habet succedendi qualitates.

Est enim filia & primogenita & hæres, tam primi institutoris, mediante personâ patris, quam ipsius patris ultimi possessoris, quo in casu, & quando concurrunt duo ad feudum hæreditarium, quorum unus est hæres primi investiti mediatè, & alter est hæres utriusque, & est de vocatis in investiturâ, ille qui habet majores qualitates, admittitur in concurrentia, ut ex Cephalo, Castâ, Nattâ, tradit *Thesaur. d. loc.*

49. Verba investituræ aliquid operari debere.

Corroborantur hæc omnia in literis investiturarum, in quibus semper Vasalli, tanquam primogeniti, *pro se suisque hæredibus, & successoribus, utriusque Sexûs, ex se legitimè descendentibus*, sicque pro lineâ suâ tam masculinâ, quam fœmininâ ad feudum & primogenituram vocati. Eademque ratione moderni possessoris filia, tanquam hæres & primogenita, ex clara investituræ dispositione & vocatione, post mortem parentis admitti debet, ne inania sint investituræ verba, quasi nullam inter Dominum & Vasallum producerent obligationem: quod omnia jura, cum quotidianâ observantiâ aversantur; Nec fingi debet, fœminam suo saltem ordine vocari, nimirum post omnium masculorum deficientiam: quia expediti juris est, quod fœmina semel exclusa, semper exclusa maneat; sicque investitura omni caret effectu, cum primogeniti hujus possessoris filia nunquam amplius ad feudum admitteretur. Quibus addendum, non solùm investituram ultimam, sed primam cum omnibus subsequentibus, pro successoribus & hæredibus utriusque Sexûs cujuscunque Vasalli esse conceptam.

50. Primogenituram ex subsecutis investituris declarari.

Dubio autem planè omni caret, quod primogenitura ex subsecuta investiturarum observantiâ declaretur, *Andreol. controv.* 254. *n.* 78. *cum ibid. cit.* Cum interpretatio melior reperiri non possit, quam subsecuta observantia, quæ nimirum declaret quamcunque dispositionem, & dubium scripturæ, etiamsi esset observantia contra verum intellectum dispositionis, quia nihilominus mentem disponentis declarat observantia, tollit dubitationem & prævalet omnibus aliis conjecturis, est regina interpretationum, habet vim testium super veritate disponentium, & si dubitatur, quænam personæ debeant ad successionem admitti, id observantia subsecuta declarat, *Andreol. controv.* 381. *n.* 5. *&* 7. quæ observantia hactenùs militat pro filiabus, cum omnes Vasalli investiti sint, pro se suisque successoribus & hæredibus utriusque Sexûs. Nec disparitatis ratio

51. Nullam esse differentiam inter casum à thesauro propositum & hunc præsentem.

potest ostendi, inter casum, quem *Thesaur. lib.* 2. *q.* 12. proponit, & inter præsentem. Hinc enim instituitur primogenitura pro masculis & fœminis, ita tamen, ut primogenito succedat primogenitus masculus filius, & sic deinceps, deficientibus verò primogenitis succedat secundogenitus, & sequentes: sed apud *Thesaur. d. loc.* primogenitura erecta est pro masculis & fœminis: Cum hac tamen expressâ conditione & pacto, *ut semper masculi fœminis præferantur.* quemadmodum verò pactum istud nihilominùs intelligendum est de prælatione masculorum, qui in eodem gradu & lineâ cum fœmina existunt, ita pari ratione & eodem sensu accipi potest substitutio Masculorum in casu nostro, ut prælatio eorum ad hunc casum, ubi fœmina proximior cum remotiore masculo concurrit, non extendatur, quia deducente *Castill. lib.* 2. *controv. quotid. c.* 4. *n.* 65. fœmina proximior non aliter excluditur à masculo remotiore, nisi expressissimis verbis inveniatur exclusa, aut per tam indubitabiles, & evidentissimas conjecturas, ut salvâ mente disponentis ab eis recedi non possit. Idem, *c.* 19. *n.* 146. ubi dicit, fœminas excludere masculos remotiores, ubicunque ipsæ non expressè excluduntur à successione, citans *Tiraqu. Molin. Gomez. Valasquez, Guttierez, Cephalum; Covarruv. & alios.* Cum in dubio verba primogenituræ interpretanda sunt secundùm jus divinum & commune, nec non juxtà naturam primogenituræ ordinariam, ut exindè nulla ratio conservandæ agnationis, sed tantùm prædilectionis masculorum inferri possit, *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *n.* 12. quoniam aliàs in dubio exclusionem fœminarum irrationabilem vocat, *Molin. de primogen. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 20. nec admitti posse in foro conscientiæ docet *Domin. Sotto de just. & jur. lib.* 2. *q.* 6. *artic.* 2. *Columu.* 5. *&* 6.

52. Filiam sine dubio admittendam esse, si utilitas publica id suadeat, ubi multa de effectibus utilitatis publicæ.

Quod si porrò causa utilitatis publicæ, & quietis Regni, vel Principatûs accedat, suadeatque, ut exclusis agnatis filia ad successionem admittatur, tum verò sine dubio illa ad successionem qualificari & admitti debet, ex communissima omnium sententia, teste *Rosenthal. de feud. c.* 7. *concl.* 46. *num.* 3. *&* 8. *&* 29. nec non *c.* 7. *concl.* 19. *num.* 17. *&* 15. ubi ait: Justam causam & utilitatem publicam omnia excludere, ut filia etiam aliàs incapax & inhabilis ad successionem possit admitti, consentiente etiam *Gail.* 2. *obs.* 56. *per tot.* Cum *Greve ibidem*, nec non *obs.* 142. *num.* 12. *& seqq.* ubi in terminis tradit, Principem posse Agnatis jus, quod in spe tantùm habent, ex justa causa tollere. Idem tradit *Franc. Niger. Cyriac. in controvers. forens. lib. contr.* 2. *n.* 89. *&* 90. quoties enim suadet utilitas publica, toties subditos à jure suo discedere oportet, & nisi volent, cogi possunt *Clapmar. de arcan. rer. publicarum lib.* 4. *c.* 16. Hinc Princeps supereminens Dominium etiam in rebus privatorum habere dicitur, quo utitur, quoties ratio salutis publicæ id exposcit, *Grot. de jur. pac. & bell. lib.* 1. *c.* 1. *& ibidem, Boecler. fol.* 114.

Ubi

ubi refert exemplum domesticum ex Instrumento pacis. Atque in terminis, quod Princeps supremus derogare possit primogenituræ ex justa causa, ejusque qualitates vel tollere vel immutare, & potestatem concedere, ut bona vel in totum vel in partem alienentur, vel cum aliis permutentur, tradit *Ciarlin. Controv. forens. lib.* 3. *c.* 242. *num.* 25. quia Princeps utique potest auferre jus tertii ob bonum publicum, idem *Controv.* 230. *num.* 13. Multa enim pro tranquillitate reipubl. conservandâ contra juris ordinem recepta esse constat, ex *l. hoc modo.* 64. *ff. de condit. & demonstrat. l.* 3. *C. de Primipil.* Cum tantus sit utilitatis publicæ favor, ut ea, quæ publicè utilia sunt, non includantur in his, quæ lege prohibentur, *Jason. in l. cætera.* §. *sed & si quis. ff. de legat.* Hinc Imperator omnia jura, statuta, & fœdera, pacta & Privilegia, quæ cum utilitate publica pugnant, de plenitudine potestatis tollit, *in Recess. Imp. Wormatiensi de anno* 1521. *sub. tit.* Von Ordnung des Land-Friedens. §. Wir setzen auch / *& in Recess. Imp. Augustano de anno* 1530. §. Und nach dem wir. & §. und meynen / setzen und wollen / nec non *recess. Imp. Augustano de anno* 1551. §. und nach dem Neuen. adeoque rescripta, utilitati publicæ contraria, irrita pronuntiantur in *l.* 6. *C. si contra jus vel utilit. publ.* Ut semper salus populi suprema lex sit.

Itaque non obstat filiæ textus in *jure feudali lib.* 2. *tit.* 39. ubi sancitur quod feudum filiæ, non consentientibus agnatis confirmari non possit, cujus rei ratio est; quod nec Imperator agnatis jus ex contractu quæsitum auferre possit; Idque eò minus, si expressum adsit pactum in ipsa investiturâ, quod fœminæ feudi non esse capaces, aut post masculos demùm succedere debeant, quo casu nec ex plenitudine potestatis eas admitti posse, fusè deducit *Rosenthal. de feud. c.* 7. *concl.* 19. *num.* 17. & 30. in quo *d. c.* 7. *Conclus.* 46. etiam refert distinctionem, an feudum jam delatum sit agnatis, an verò non priori casu res est difficilior, & quidam simpliciter negativam tuentur: posteriore casu unanimiter filiam admittunt, multique etiam absolutè defendunt, posse Imperatorem alicui rem, jure civili jam quæsitam adimere, si justa causa subsistit, si ratio publicæ utilitatis id suadeat, tunc enim filiam investiri posse, exclusis agnatis concedunt, præsertim verò, si feudo Agnatis nondum delato, nullum jus quæsitum, sed tantùm spes fallax eis auferatur, cum fieri facilè possit, ut ipsi ante Vasallum adhùc viventem, & ipsis obstantem ex hac vita decedant, prout deducit *Rosenth. cit. loc.* Illud tamen necessitas publica non excusat, qui in damnum agnatis aliundè compensandum sit. Cum meminerimus in tractatibus pacis, illis qui bona sua pro obtinendâ salute, & quiete publicâ cessere, justam aliundè compensationem esse factam. Itaque ponderatis omnibus, supremus feudi Dominus hanc mediam inivit sententiam, ut suadente necessitate utilitateque publicâ, filia quidem feudum, agnati verò compensationem haberent. Cautè enim in talibus procedendum est, & natura feudi, investituræ tenor, consuetudo & observantia accuratissimè examinanda. Sequitur

Ulterior Tractatio de
Primogenitura & Fideicommissis.

SUMMARIA.

1. *Refertur dispositio testamentaria.*
2. *Substitutus in casum contraventionis, an etiam sit substitutus in casum mortis?*
3. *Cessionem substituti unius in sequentem factam, non obstantibus fœminis esse confirmatam.*
4. *Appellatione filiorum in conditione positorum etiam filias comprehendi, præsertim in ultimis voluntatibus.*
5. *Et magis sub verbo linea, & generatio fœminas contineri.*
6. *Principaliter si verba linea, generatio, in totum sæpius repetantur & geminentur.*
7. *Ne ista verba reddantur elusoria, præcipuè propter dictiones ex tunc & eo casu;* & *num.* 21.
8. *Ab hac sententia non recedendum, nisi ex urgentissimis conjecturis.*
9. *Masculinitatem regulariter non censeri repetitam; infra num.* 26.
10. *Præsertim si induceretur correctio juris communis.*
11. *Vel in materia odiosa.*
12. *Vel in alia periodo separata inter diversas personas & causas.*
13. *Considerandum esse affectionem erga propinquiorem.*
14. *Masculinitas expressa in dispositione, & omissa in conditione non censetur repetita.*
15. *Conservationem agnationis non præsumi, si testator eam non expressit;* & *n.* 17.
16. *Ex masculinitate expressa ad agnationis conservationem non inferri.*
17. *Non esse inconveniens, ut feudum aliquo tempore sit liberum, & postea primogenituræ de novo subjiciatur;* & *n.* 25.
18. *Rationem agnationis ab uno casu ad alium non extendi.*
19. *Existentiam fœminæ impedire, quo minùs linea dicatur defecisse.*
20. *Verbum relativum, dictis lineis, hic nihil operari.*
21. *Relationem sæpè fieri ad substantiam, non ad qualitates.*
22. *Ad quid enim alias prodesset geminatio verborum universalium.*

23. Te-

23. *Testatorem præsumi se voluisse conformare dispositioni Juris communis.*
24. *In primogenituris non dari transitum ab ab una linea ad aliam, quamdiu aliquis superest ex linea priore, & in hac re fœminas quoque habere fundatam intentionem.*
25. *Bona fideicommisso subjecta, medio tempore libera esse posse & supra n. 17.*
26. *Denuò firmatur masculinitatem non præsumi repetitam, supra n. 9.*
27. *In transitu ad aliam lineam testatorem fœminas lineæ prioris tanquam prædilectas non exclusisse.*
28. *Adferuntur rationes contrariæ partis.*
29. *Objecit exceptionem rei judicatæ.*
30. *Testatorem intendisse conservationem agnationis & familiæ.*
31. *Adferuntur fundamenta hujus assertionis.*
32. *Pro hac parte pronuntiatum esse.*
33. *Substitutionem factam in casum contraventionis tacitè etiam factam esse in casum mortis, & id quare?*
34. *Quæ de causa filiæ primogenitæ, & post mortem Patris Joannis, & in eventum mortis Jacobi investituram petenti ea fuerit denegata?*
35. *Exceptionem hanc judicati non in possessorio tantum, sed in petitorio opponi posse.*
36. *Ex primogenitura masculina, quam testator intendit, omnia reliqua accipere interpretationem.*
37. *Verbum linea & generatio in materia differenti fœminas non comprehendere.*
38. *Fœminam favore masculi semel exclusam semper exclusam manere.*
39. *Testatorem clarè admisisse transitum de linea in lineam masculinam, non obstantibus fœminis.*
40. *In feudis nobilibus verbum generatio, fœminas non comprehendere.*
41. *Nec ubi agitur de conservanda agnatione.*
42. *Quæ ratio conservandæ agnationis hic variis modis demonstratur.*
43. *Filias ex conditione præsumptivè aliquando vocatas hic per evidentem testatoris contrariam voluntatem excludi.*
44. *Filiam nuptam amplius non esse de familia Patris.*
45. *Non esse credibile testatorem voluisse transitum feudi in extraneas familias, exitantibus adhuc masculis de suo sanguine.*
46. *Cum transitus feudi in externos Dominos nec prosit Reipublicæ nec subditis.*
47. *Excludi fœminas, si testator in masculorum vocatione hæserit, & aliis casibus.*
48. *Fœminas prætensè positas in conditione, non posse ab intestato succedere.*
49. *Ubi simul examinatur quæstio, an positi in conditione, ab intestato, an verò ex testamento succedant?*
50. *Filias in conditione positas non posse bona à defuncta cessa vel alienata revocare.*
51. *Fœminas tanquam in conditione positas, & tacitè vocatas hic non posse succedere.*
52. *Feudum masculinum esse tam ex investitura, quam ex institutione fideicommissi.*
53. *Vocationem ab initio statim restrictam ad masculos, fœminas nunquam comprehendere, secus si ab initio facta esset verbis communibus.*
54. *Respondetur ad objectionem dictionum, generatio, totaliter, in totum.*
55. *Masculinitatem non per conjecturas, sed expresse repetitam esse.*
56. *De natura referentis & relati.*
57. *Diversas diversarum personarum substitutiones aliam considerationem non operari.*
58. *Superfluitatem verborum potius tollendam esse.*
59. *Autoritates ex adverso adductas hoc negotium non tangere.*
60. *Restrictionem facere, ut verba universalia fœminas non comprehendant.*
61. *Alto gradi rationibus responsum esse à Ronconio.*
62. *In Revisorio reformatam esse sententiam.*
63. *Enarrantur ea, quæ durante lite acciderunt.*
64. *Paulum emptorem problematicè hanc quæstionem disputasse.*
65. *Proponuntur argumenta Pauli, quibus contrarium suum stabilire conatur.*
66. *Sequuntur fundamenta Nicolai, & primo quod laudum fuerit perfectum.*
67. *Paulum nullam habuisse causam castrum occupandi.*
68. *Objicitur Nicolao, quod contrahentes procuratorio nomine nullum habuerint mandatum.*
69. *In re empta illum præferri, qui prior possessionem acquisivit.*
70. *Exponuntur rationes, quare contractus non possit dici metu initus.*
71. *Nicolaum perfectionem laudi multis argumentis ostendisse.*
72. *Laudum homologatum dici, cui partes intra decendium non contradixerunt.*
73. *Non arbitratores, sed arbitros hic fuisse assumptos.*
74. *Stari debet sententiæ arbitri, sive æqua sit sive iniqua.*
75. *Exponitur, in quibus casibus L. 15. C. de R. V. non procedat.*
76. *Paulum non posse purgare vitium violentiæ.*
77. *Paulum emisse rem litigiosam, & hinc contractum esse nullum.*
78. *Quando contractus dicatur in scriptis celebratus.*
79. *Paulum per violentiam excidisse ab omni jure, si quod prius habuisset.*
80. *Exceptionem metus, à quocunque, cujus interest, proponi posse.*
81. *Metum leviorem in fœminis sufficere.*

Superiore titulo, occasione materiæ de primogenitura, aliquid etiam de fideicommissis tractatum. Nunc specialiùs hac de re agendum; in qua proximis annis casus singulari & accuratâ discussione examinatus est. Instituit fideicommissum *Petrus pro Johanne suo nepote ex fratre* super feudo & castro suo, hac conditione adjectâ, *ut in illud* 1. Refertur dispositio testamentaria.

 succedat

succedat sub qualitate fideicommissi, aut alia constantissima & durabili, ita quidem ut post ipsius mortem, id fideicommissum perveniat ad filium ipsius primogenitum legitimo matrimonio procreatum, sicque postea continuetur successio de primogenito in primogenitum masculum, & observetur perpetuò sine ulla mutatione, alienatione, aut venditione, sed bona semper maneant unita, ita ut si quis legibus his contravenerit, eo ipso sit fideicommisso privatus, quod in eum casum transfert testator in Jacobum, ejusque hæredes & successores, cum iisdem fideicommissi & primogenituræ masculinæ conditionibus; extinctis verò totaliter dictis duabus lineis Johannis & Jacobi, in totum finita eorum generatione eo casu vult testator, ut succedant filii Petri & Nicolai, cum iisdem iterum conditionibus, incipiendo vicissim à filiis masculis, & sic continuetur in proximos familiæ agnatos. Contigit casus, ut vitam clauderet Joannes sine masculâ prole, relictis tantùm filiabus. Prætendebant hæc fideicommissum, & videbantur non levi argumento adjuvari, quod Johanni tantùm Jacobus in casum contraventionis esset substitutus, qui hactenùs nondùm evenisset; Sed quia non verborum spectabatur cortex, verùm intentio potiùs testantis ad familiæ conservationem directa, hinc à substituto patris sui Jacobo filiæ fuerunt exclusæ, 8. *Martii anno* 1636. Hoc etenim argumentum in primogenituris masculinis utramque facit paginam, ut semper agnationis & familiæ consideretur favor, remotis perpetuò fœminis, quamdiù extat masculus ad primogenituram, vel fideicommissum vocatus. Si præsertim, uti hic, talis sit ratio fideicommissi, ut in nullâ ejus parte, nisi fortè constitutione dotis, fœminarum fiat mentio.

2. Substitutus in casum contraventionis, an etiam sit substitutus in casum mortis.

Itaque Jacobus fideicommissum, tanquam agnationis conservandæ consideratione institutum obtinuit; Verùm senio confectus, visuque oculorum orbatus, octuagenarius de successore cogitare cœpit, & cum se videret improlem, Nicolai filio, cui omni jure, tanquam à testatore sibi substituto & vocato fideicommissum deberi haud vanè credebat, illud in vivis cessit; quam quoque cessionem supremus feudi Dominus in omnibus suis clausulis confirmavit, & investituram eidem concessit, etiamsi filiæ virtute testamenti, verborumque *lineæ & generationis*, tanquam utrumque Sexum vulgò comprehendentium, admitti peterent. Habitum est enim fideicommissum pro masculino, quod idcirco post mortem Jacobi spectaret ad Nicolai filium, filiarum verò petitioni locus nullus esse possit, prout decretum 8. *Martii anno* 1636. Hinc confirmata est Jacobi cessio in filium Nicolai, insertis testamenti seu fideicommissi verbis, ipseque tanquam proximè vocatus post mortem Jacobi, ad fideicommissum vi dispositionis admissus. Investituræ verba hæc erant: *Pro ipso, ac legitimis, & naturalibus liberis, hæredibus & successoribus ejusdem masculis primogenitis, servatis nimirùm ordine succedendi à Petro quondam expresso, in feudum dedimus & concessimus.*

3. Cessionem substituti unius in sequentem factam, non obstantibus fœminis esse confirmatam.

Poterat videri omnis controversiæ ulterioris filum inter fœminas, investitumque Nicolai filium planè præcisum esse, litemque extinctam. Sed vix animam exhalaverat Jacobus, cùm fœminæ litem resuscitavêre, sequentibus potissimùm argumentis in medium allatis.

Feudum in controversiam deductum omninò à primitivâ suâ naturâ, & expressis investituræ verbis, fuisse liberum, francum, exemptum, & alienabile, tam inter vivos quam per ultimam voluntatem ad instar allodii. Id primò in fideicommissum & primogenituram erectum à Petro in favorem Johannis ex fratre nepotis, ejusque primogenitorum masculorum, & in eorum defectum primogenitorum masculorum Jacobi alterius sui nepotis, horumque duorum lineis omninò deficientibus, ex toto finitâ eorum generationem, substituit masculos agnati sui Petri & Nicolai, qui modò cum filiabus de successione decertant. Itaque in hoc concursu ad successionem fideicommissi, admittendæ filiæ Johannis videntur, excluso Nicolai filio, cum ex harum existentiâ deficiat conditio, sub quâ vocata extitit linea primogenitorum masculorum Petri & Nicolai, ad regulam, quod appellatione filiorum in conditione positorum indistinctè veniant tam masculi quam fœminæ, *l. filii appellatione. ff. d. V. S. Peregrin. de fideicommiss. art.* 25. *n.* 1. Maximè in ultimis voluntatibus, *l. si ita scriptum, ff. de leg.* 2. *l. si quis ita; ff. de testam. tutel. Dec. cons.* 236. *num.* 5. *Cephal. cons.* 45. *num.* 10. Cum in testamentis masculinum semper concipiat fœmininum. *Socin. jun. cons.* 180. *n.* 3. *l.* 3. *cum concordan.* Et sic fœminis debetur fideicommissum, sivè quia præservatum est jus succedendi ab intestato, sivè, & forsan meliùs, quia ex hac positione in conditione vocatio inducitur.

4. Appellatione filiorum in conditione positorum etiam filias comprehendi, præsertim in ultimis voluntatibus.

Quod enim dicitur de filiis, eò magis procedit de *linea*, sub qua ex latiori ejus significatu, nedum fœminæ, verum & ab eis descendentes comprehenduntur. *Pereg. de fideicommiss. art.* 22. *num.* 24. *Fusar. de substitut. conclus.* 346. *in princ.* ubi dicit: quod nulla circa hoc sit dubitatio probabilis. Et clariùs si dictum fuerit de *generatione*, juxtà *Theor. Bald. in L.* 1. *num.* 3. *C. de condit. insert. Mantic. de tac. lib.* 22. *t.* 15. *num.* 5. *per tot. Gratian. discept.* 295. *num.* 1. *Fusar. cod. tr. quæst.* 326. *n.* 2. & 3. ubi testatur de veriori & magis communi *Altograd. cons.* 96. *n.* 28. *l.* 2. *Rot. decis.* 226. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* ubi in specie, quod existentia fæminæ impedit, quo minus linea dicatur extincta.

5. Et magis sub verbo linea & generatio fœminas contineri.

Sed videtur in proposito nos versari extra omnem difficultatem, inspectis & accuratè perpensis formalibus verbis dictæ substitutionis, quæ sunt: *Et deficientibus in totum lineis Joannis & Jacobi totaliter finita eorum generatione*: quod non contentus idem testator expressione lineæ per viam ampliationis & majoris declarationis, superaddit etiam generationem, cum repetitione & geminatione illius dictionis per *in totum finita*, quæ

6. Principaliter si verba linea, generatio in totum sæpius repetantur & geminentur.

quæ sunt magis expressiva ejus determinatæ voluntatis includendi fœminas ad text. *in L. Balista ibique Glossa & Bart. in prim. oppositione ff. ad Trebell.* & illa repetita dictio *in totum*, quæ idem importat, quod omnino *ex Gloss. & Bart. in L. si cum exceptione. §. quatenus ff. quod metus causa.* cum aliis congestis per *Roland. cons.* 84. *num.* 24. *lib.* 1, tanquam universalis omnia includit, & nihil excludit *L.* 1. *ff. de Leg.* 1. & idem importat, ac si de fœminis facta fuisset expressa & individualis mentio, *Bart. in L.* 2. *ff. de novat. Cravett. cons.* 308. *num.* 6. includendo ea, quæ alias non includerentur *Dec. cons.* 11. *num.* 16. *& alibi sæpe*, præsertim dum est prolata ab homine, cum nullam eo casu recipiat restrictionem *Bartol. in L. generali §. Uxori de usuf. Legat. cons.* 27. *n.* 22. *vol.* 4. *& plene Becc. cons.* 94. *n.* 31. quia integritatem importat *Barbos. appell.* 240. ubi de dictione *omnino n.* 1. 2. 3. *& seqq.* ubi de dictione *penitus* & similibus, quæ nullam recipiunt modificationem, sed operantur, quod etiamsi alias fœminæ non comprehendantur.

7. Ne ista verba reddantur elusoria, præcipue propter dictiones ex tunc & eo casu, & num. 21.

Anchor. cons. 68. *n.* 1. *& seqq. de Pratis de Interpret. ult. vol. lib.* 2. *interp.* 4. *dub.* 2. *solut.* 2. *n.* 66. quia alias, nisi hæc verba operarentur fœminarum inclusionem, omnino illa essent elusoria & superflua, ut ex *Theor. Bald. in rubr. de contrah. empt.* bene concludit *Surd. cons.* 31. *num.* 27. & satis esset, si testator dixisset: *& deficientibus lineis Joannis & Jacobi substituo filios Petri & Nicolai*, maxime concurrente illa dictione tunc & eo casu, cujus tanta est vis, ut nullam patiatur extensionem, ad alium casum præter expressum ex *cons. Anchor.* 356. *licet ex serie col.* 2.

8. Ab hac sententia non recedendum, nisi ex urgentissimis conjecturis.

Et licet ab hujusmodi opinione recedatur, quandoque propter conjecturas, illæ tamen ad hunc effectum esse debent adeò urgentes & claræ, ut omnimodam testatoris voluntatem pernecesse convincant, quales non habentur, quæ ex adverso possent in proposito adduci. Et *primo*, ut sub istis verbis; & deficientibus in totum lineis, censeatur repetita masculinitas, supra in vocatione primogenitorum expressa.

9. Masculinitatem regulariter non censeri repetitam infra n. 26.

In contrarium est regula, ut masculinitas, per testatorem sæpius etiam expressa & repetita, non inde subintelligatur, ubi non est opposita, ex regula Dd. passim relata, ut testator, ubi voluit istam qualitatem exprimere seu repetere, id facere sciverit, & quia noluit, ideò non expressit, *arg. L. unic. C. de cauduc. tollend.* præsertim dum agitur de juris communis correctione ad regulam, ne sit locus repetitioni quando ex illa inducitur aliquid correctorium juris communis,

10. Præsertim si induceretur correctio juris communis.

Bart. in L. Prætor ait. §. erit differentia n. 1. *ff. de vi bonor. raptor. Ruin. Cons.* 187. *n.* 10. *l.* 3. *Socin.* 10. *Jun. cons.* 77. *num.* 32. *lib.* 3. ut esset in casu nostro, dum remanerent ex tali subintellecta dispositione exclusæ dictæ sorores ab hujusmodi successione contra dispositionem *text. in L. maximum vitium. C. de liber. præt.*

11. Vel in materia odiosa.

Minusque in odiosis, qualia dicuntur fideicommissa, *L. coheredi §. cum filiæ ff. de vulg. substit.* est locus repetitioni, *Dec. cons.* 442. *num.* 12. *Marzar. cons.* 8. *n.* 14. *Cephal. cons.* 86. *n.* 17. *Anchur. cons.* 120. *pro clariori decisione sub n.* 3. *vers. cum ergo Anan. cons.* 22. cujus sententiam tanquam veriorem & magis receptam amplexa fuit *Rota Romana*, *ut in decis. Gregor.* 514. *n.* 6. ubi cumulantur concordantes, nec est, qui in contrarium sentiat, præsertim in oratione & periodo in se perfecta, & distincta ab illa, in qua fuit expressa masculinitas, & inter diversas & distinctas personas, in quibus diversa potest concurrere testatoris affectio, quia tunc nulla inducitur repetitio ex subsistenti ratione diversitatis causæ & dilectionis, *L. quæ condit. vers. atq; conditio, ff. de condit. & demonstr. Bart. in L. Seia. §. Cajo n.* 2. *ff. de fund. Instr. Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 9. *Surd. cons.* 21. *n.* 9. *&* 10. *& cons.* 564. *n.* 7. *cum aliis congest. per Fusar. de substit. quæst.* 403. *n.* 9. *& apud Greg. dict. decis.* 514. *n.* 6. *rec. decis.* 151. *n.* 24. *& decis.* 381. *n.* 5. *part.* 5. *& decis.* 144. *n.* 3. *p.* 7. infortioribus loquendo, etiam quando utraque dispositio est posita in eadem oratione & regitur ab iisdem verbis, cum ad inducendam repetitionem non sit sufficiens unitas orationis, ubi diversæ concurrunt personæ, cum de una non infertur ad aliam. *Molin. de primogen. Hisp. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 59. *usque adeò.* Nec est in dubium revocanda ista personarum diversitas in substitutione non primogeniti, sed solum lineæ & generationis Joannis & Jacobi positæ sunt in conditione.

12. Vel in alia periodo separata inter diversas personas & causas.

13. Considerandam esse affectionem erga propinquiores.

Nec minus considerandа est dilectionis & affectionis disparitas, dum in vocatione Primogenitorum fœminæ veniunt exclusæ à masculis, natis ex Joanne & Jacobo, quia sunt ex eadem linea dicti testatoris, ejusque fratris, sed in substitutione ex prætensa masculinitatis repetitione venirent exclusæ à masculis alterius longe diversæ lineæ nimisque remotæ, & ubi probabilis reddi ratio potest differentiæ, cur magis in uno casu, quam in alio expressa fuerit masculinitatis mentio, non ad eosdem masculos restringenda est lineæ denominatio *Ruin. cons.* 93. *num.* 11. *lib.* 2. *Socin. Jun. cons.* 158. *num.* 48. *& seqq. lib.* 2. *Gabr. cons.* 97. *num.* 6. *lib.* 1. *Mantic. de conject. lib.* 6. *C.* 13. *num.* 8.

14. Masculinitas expressa in dispositione & omissa in conditione, non censetur repetita.

Et cessat omne dubium, ut masculinitas est expressa in dispositione, & omissa in conditione, nam tunc nulla datur repetitio *Peregrin. de fideicom. art.* 25. *num.* 25. *vers. conclusive crederem & cons.* 41. *num.* 21. *lib.* 5. *Fusar. dict. quæst.* 403. *num.* 30. *&* 32. *& cons.* 66. *num.* 5. *Prat. de interpret. ult. vol. lib.* 5. *interpret.* 41. *dub.* 1. *fol.* 3. *num.* 85. *Ruin. consil.* 149. *n.* 3. *in fin. lib.* 2. ubi si testator se non restrinxit in conditionalibus ad descendentes masculos, sed simpliciter in conditione posuit descendentes, eo casu fœminæ comprehenduntur, ut pariter si dixisset, quod finita linea alii succedant, fœminas comprehendi voluit *Bero. cons.* 77. *num.* 19. *in fin. lib.* 2.

15. Conserva-

Paris irrevolantiæ est alia conjectura assertæ

tionem agnationis non præsumi, si testator eam non expressit; & n. 17. sertæ repetitionis deducta ex causa conservandæ agnationis, cum ad hujusmodi effectum semper requiratur explicita expressio conservationis ejusdem agnationis vel adsint ad minimum conjecturæ præponderantes dictam expressionem ita & taliter, ut sit necesse ex illis à verborum proprietatibus recedere. *l. 1. c. de Condit. insert. Alciat. in l. Gallus. §. quidam rectè. n. 5. ff. de lib. & posthum. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 4. n. 6. vers. & quidem durum est, & lib. 6. tit. 55. num. 15. & lib. 11. tit. 14. n. 7. Rot. diversf. decis. 485. n. 3. part. 4. & Rec. decis. 151. n. 5. part. 5. & decis. 144. num. 3. part. 6.*

16. Ex masculinitate expressa ad agnationis conservationem non inferri. Non enim per solam masculinitatis expressionem & necessitatis inducitur ratio contemplatæ agnationis, ex magnâ differentiâ à Doctoribus constituta inter masculinitatem & agnationem, esto enim ut testator prædilexerit masculos, non indè sequitur, quod legem agnationi suæ indixerit, *Can. in l. 1. C. de condit. insert. num. 20. Paris. cons. 41. n. 23. lib. 3. Grat. cons. 3. n. 18. lib. 1.* Et in omni casu inspectæ agnationis, illa duntaxat procederet in solis terminis expressæ masculinitatis, & nullo modo in alio casu, in quo sunt positæ in conditione & totalis deficientia, & omnimoda terminatio lineæ Joannis & Jacobi.

17. Non esse inconveniens, ut feudum aliquo tempore sit liberum, & postea primogenituræ de novo subjiciatur. Nec est inconveniens, quamdiù superest linea dicti Joannis, ex parte fæminarum hujusmodi feudum interim, attento præsentaneo ejus statu, liberum esse ab omni onere prætensi fideicommissi, & assertæ primogenituræ. Imò alienari posse, revocabiliter tamen & sub spe ejus retractionis in omni eventu purificatæ conditionis, per totalem defectum dictæ lineæ, & tunc fideicommisso, ac primogenituræ de novo subjici, ex celebri cons. *Casanatt. 45. n. 191. & Cons. 49. n. 34.* Itaque argumentum ratione agnationis deductum non potest impedire comprehensionem fœminarum Joannis, in casu, quo omnes filii & descendentes masculi (prout evenit) prædecessissent. Præsumptio enim negativa non habitæ rationis ad agnationem viget, quoties eandem rationem testator non expressit, *Dec. Cons. 511. n. 6. Molin. de rit. nup. q. 24. n. 114. lib. 3.*

Atque concessâ ratione conservandæ agnationis, ea tamen non est Universalis, & ideò non attendenda, nisi in casibus à testatore expressis, nempè vocationis illorum masculorum, qui sunt expressè vocati, *Molin. de primogen. l. 1. c. 5. n. 37. Peregrin. de fideicommiss. art. 29. n. 39. Honded. cons. 28. n. 49. Mart. de success. p. 3. q. 1. art. 4. n. 25. Altograd. cons. 60. n. 124. lib. 1. plenè Molin. de rit. nupt. l. 3. q. 24. n. 72. & seqq. Thesaur. decis. 188. n. 10.*

18. Rationem agnationis ab uno casu ad alium non extendi. Undè dato, quod in ingressu ac successivo progressu uniuscujusque lineæ fuerit habita ratio agnationis, ea intelligenda est respectu uniuscujusque lineæ, non autem, ut deficientibus masculis illius lineæ, fœminæ remanentes per masculos alterius lineæ excludantur, ut in individuo dixit, *Rot. Roman. coram Seraph. dec. 1023. n. 9. repetita in decis. 466. n. 6. part. 4. div.* cum ratio agnationis in uno casu, non autem in alio, & respectu aliquarum personarum, non autem omnium aliarum possit considerari.

19. Existentiam fœminæ impedire, quominus linea dicatur defecisse. Imò existentia fœminæ impediat, quo minùs lineam defecisse dicatur, *Redenasch. cons. 30. n. 16. & seqq. Cyriac. controv. 281. n. 88. Altograd. dict. cons. 96. n. 29. & seqq.* Et ex masculinitate repetitâ infertur quidem prædilectio masculorum, in concursu fœminarum; non autem consideratio conservandæ agnationis, quæ est res diversa, *Mantic. de conject. lib. 6. tit. 15. n. 5. 6. 7. Rot. coram Seraph. dec. 880. n. 2. cum seq. & Dec. 1216. n. 6. vers. neque obstat & seqq.* Ubi hanc conjecturam, de se solâ, nunquam sufficere traditur.

20. Verbum relativum, dictis lineis, hic nihil operari. Nec prædicta controverti possunt exindè, quod testator dixerit: deficientibus *dictis lineis*, quasi virtute hujus relationis expressè videatur repetita qualitas masculinitatis, de quâ suprà actum fuerat, cum testator de lineis masculinis Joannis & Jacobi suprà tranctaverit, ut verba relativa, *dictis lineis* aliam qualitatem non involvant; quia cum verba *in totum* fœminas includant, hinc dictio illa *dictis* stat solùm demonstrativè ad denotandum, de quorum lineis agat testator, cum suprà nunquam irrepserit mentio lineæ, sed benè principii dictarum linearum, nempè Joannis & Jacobi, de quibus actum fuerat, non autem de lineis, ut dictum est, quibus ideò relatio adaptari non potest, cum relatio saltem facta videatur ad ea, quibus adaptari potest. *Bec. Cons. 101. n. 78. lib. 1.* Nec fieri debet ad id, quod implicat repugnantiam. *Seraph. decis. 1500. n. 1. Rot. in Recent. part. 5. tom. 2. decis. 513. n. 29.* Id fieri non potest quoad expressa in termino referente, sed solum quoad ea, quæ non fuerunt specificata. Non enim fuit specificatum, quod intelligeret de lineâ & generatione totali comprehendente fœminas, *Paris. Consil. 39. n. 18. Gratian. discept. 828. n. 28. & seqq.* Relatio enim facta est ad dictam lineam, in quâ tanquam referente fuit adjecta qualitas fœminas comprehendens, ut dici præcisè non possit, relationem ad lineam masculinam tantùm pertinere, cum novum non sit, quod relatio sæpissimè ad substantiam,

21. Relationem sæpe fieri ad substantiam, non ad qualitates. non ad qualitates, secundum subjectam materiam fiat, juxta exempla relata à Barbosâ, *dict. 87. n. 3. vers. importare tamen usque ad finem*; & videri potest *Alexander. cons. 17. n. 4. & 5.* quia aliàs illæ dictiones, *omninò, in totum, totaliter, penitùs,* remanerent superfluæ, nec debet fieri relatio ad casum, cui jam specialiter est provisum;

22. Ad quid enim alias prodesset geminatio verborum universalium? Ad quid enim tot universalia verba, illaque geminatione roborare, nisi fœminas testator comprehendisset? quod argumentum, ne Dispositio fiat inanis, ex capite superfluitatis etiam comprobat *Decian. resp. 1. n. 213. lib. 2. Rot. in recent. p. 5. tom. 2. decis. 581. n. 4. & seqq. & p. 7. decis. 144. n. 10. & seqq. Altograd. cons. 96. n. 25. & seqq. l. 2. & n. 87*

Tolli-

23\. *Testatorem præsumi se voluisse conformare dispositioni juris communis.*

Tollitur itaque omnis difficultas per verba, *deficientibus in totum dictis lineis, totaliter finitâ generatione*; ex quibus patet, testatorem consideràsse totalem extinctionem totius lineæ, per verba indifferentia, etiam fœminas complectentia, ut se cum dispositione juris communis eò magis conformaret, quod in dubio facere voluisse præsumitur, *Mantic. de conjectur. lib. 6. t. 5. ferè per tot.* De jure enim nunquam fit transitus de lineâ unâ, ad aliam, donec aliquis superest ex priori lineâ, & in primogeniis fœminæ succedunt deficientibus masculis ejusdem lineæ, per *deducta suprà præced. cap. 7. Covarruv. var. resol. lib. 3. c. 5. n. 5. vers. rursus septimo, & pract. quæst. c. 38. n. 18. Molin. de primog. lib. 3. c. 4. per tot.* ubi ait: fœminam habere intentionem fundatam de jure communi, ut deficientibus masculis ejusdem lineæ ac gradus in primogeniturâ succedat, quia non præsumitur exclusa, sed exclusio evidentissimè est probanda, aliàs in dubio judicandum pro fœminâ, *Ludovic. Bellon. cons. 1. n. 203. Salon. de pac. in proœm. l. Tauri. a. n. 37. cum plurib. seqq. & in Consil. 29. n. 1. & 4. & 10.* ubi asserit; quod in primogeniis fœmina semper præponitur masculo remotiori, & *n. 41.* generaliter ait, quod vocatis masculis ad successionem exclusis fœminis, intelligitur, quando masculi & fœminæ sunt in eodem gradu, respectu ultimi possessoris, & idem latè fuit resolutum in *Bononiens. fidei commiss. 27. Novemb. anno 1637. coràm Pirovan. in recent. decis. 249. p. 7. & 18. Junii 1639. coram Rev. Tarraconens.*

24\. *In primogenituris non dari transitum ab una linea ad aliam, quamdiu aliquis superest ex linea priore, & hac in re fœminas quoque habere fundatam intentionem.*

25\. *Bona fideicommisso subjecta medio tempore libera esse posse.*

Neque absurdum est, quod testator fecerit primogenituram in descendentia masculina Joannis, & postea Jacobi, & demum in descendentia Nicolai, & quod tamen medio tempore fœminæ descendentes ex Joanne debeant habere bona, quia non est novum, quandoque fideicommissum certo casu suspendi, & bona interim libera manere, ut in fideicommissum reincidant, & revinculentur, eveniente casu conditionis defectus lineæ, cui facta est substitutio, uti supra quoque dictum ex *Casanatt. cons. 45. n. 191. & cons. 49. n. 34.* quibus locis firmat, fideicommissum etiam perpetuum in eventum conditionis suspendi, & bona reputari libera, adeò ut interim etiam alienare liceat, nulla etenim fit injuria fideicommissariis, quia dicitur transferri dominium cum sua causa, ut resolvatur eveniente casu fideicommissi.

26\. *Denuò firmatur, masculinitatem non præsumi repetitam.*

Ergo Regula juris communis est contra repetitionem. *Anan. cons. 22. Altograd. lib. 2. cons. 83. n. 75. Greg. decis. 514. p. 17. Burat. decis. 282. n. 19.* ita, ut quando testator usus est verbo differenti â præcedentibus, non sit locus repetitioni Masculinitatis. *Peregrin. de fideicom. art. 25. n. 33. & 53.* Præsertim de una persona ad aliam. *Fusar. de substit. quæst. 403. n. 18. & 25. Altograd. cons. 96. n. 42. Andreol. controv. 114. n. 3.* Vel quando concurrit diversitas graduum *Rot. decis. 151. n. 24.* nec sunt connexæ partes unitate Orationis, vel diversitas rationis repetitionem excludit. Voluit enim testator in unaquaque linea masculos præferre, consequenter nominavit primogenitos masculos, & ut successivè de primogenito in primogenitum fideicommissum transeat: sed quando transitum de linea ad lineam consideravit, noluit fœminas lineæ prædilectæ â masculis alterius lineæ minus dilectæ excludi, quod etiam regulare est, ut masculi unius lineæ fœminas alterius lineæ non excludant, quia alias qualitatem masculinitatis testator denuo adjecisset. Hinc non fit repetitio ab expressè vocatis ad positos in conditione. *Bald. lib. 3. cons. 13. in fin. Altograd. lib. 2. cons. 82. n. 11. Andreol. controv. 114. n. 6.* quia ex majori dilectione cessat masculinitatis repetitio. *Fusar. cons. 66. n. 5. & de substit. q. 403. n. 32. Altograd. cons. 96. n. 39.* quæ omnes circumstantiæ procul dubio repetitionem masculinitatis excludunt. Et hæc ferè argumenta sunt, quibus filiæ Joannis præ filio Nicolai fideicommissum vindicare studuerunt.

27\. *In transitu ad aliam lineam testatorem fœminas lineæ prioris tanquam prædilectas non exclusisse.*

28\. *Adferuntur rationes contrariæ partis.*

Filius verò Nicolai suis quosque partibus non defuit. Ajebat enim, admissum esse post mortem Joannis Jacobum, licet contraniterentur totis viribus dicti Joannis filiæ, quæ Jacobum in casum saltem contraventionis vocatum esse contendebant. Vicit nimirum ratio agnationis, & removit prætensionem filiarum, in tantum, ut etiam cessio Jacobi in filium Nicolai, tanquam proximum & immediatum feudi ex testamento Petri successorem, â supremo feudi Domino fuerit confirmata, filiusque Nicolai investitus. Contra hanc cessionem denuò insurrexere sorores, ejusdem confirmationem & investituram subsecutam in magnum sui præjudicium vergere prætexentes. Verum allegatis ipsarum non obstantibus, mandatum sine clausula decretum est, ne supplicantem Nicolai filium in portionibus feudi ad ipsum spectantibus, turbent, sub pœna 20. marcarum auri, doceantque de paritione intra duorum mensium terminum. Exinde controversia decisa videri poterat, ut refricari amplius nequeat determinata quæstio, cum obstet exceptio rei judicatæ, sed alia insuper argumenta filius Nicolai adjecit.

29\. *Objecit exceptionem rei judicatæ.*

30\. *Testatorem intendisse conservationem agnationis & familiæ.*

Tota scilicet hæc quæstio ex testamento Petri dependet, cum lex vel publica vel privata dispositionis hujus limitativa appareat. Non obscurè autem ex dictis testamenti verbis intelligi, testatorem intendisse conservationem agnationis, familiæ & nominis, cum exclusione omnimoda filiarum. Cur enim alias prætulisset 1. proximis quibuscunque è materna sua linea remotiores ac in infinitum descendentes sui nominis & sanguinis masculos? Cur 2. in casum, quô Joannes primò vocatus ordinationi testatoris contraveniendo indignum se fideicommisso redderet, præferri filiabus voluit Jacobum, expressè & immediatè, illis exclusis hunc vocando?

Xxx xxx xxx 3 idem-

31. Afferuntur fundamenta hujus assertionis.

idemque repetiit, si dictam ordinationem heredes Joannis prævaricarentur ? cur 3. fidei commisso per contraventionem Joannis ad Balthasarem devoluto si hic etiam in testamenti leges peccaret, ad ipsum Joannem potius, etsi antea testamenti reum & relicti quodammodo indignum. *arg. L.* 5. §. 4. *& lib.* 6. *ff. de his quib. ut indign.* quam ad innocentes filias, fideicommissum voluit reverti ? quod si enim vel ulla occasio fuisset, admittendi fœminas, illa certe erat, quando Joannes & Jacobus per proprium factum fideicommisso se reddidissent indignos. Sed vicit 8. *Martii, anno*

32. Pro hac parte pronuntiatum esse.

1636. familiæ nomen & ratio conservandæ agnationis, quam testator propinquitate naturæ aperte proposuit, & judex omnibus discussis pro hac testatoris voluntate pronuntiavit. Elegit enim testator pro successoribus fideicommissi Joannem & Jacobum transversales nepotes ex fratre non descendentes, ut sæpe supponitur exadverso.

33. Substitutionem factam in casum contraventionis, tacite etiam factam esse in casum mortis & id quare.

Atque etsi substitutio Jacobi ejusque lineæ expresse tantum facta fuerit in casum contraventionis, implicite tamen & tacite facta etiam fuit in casum deficientiæ lineæ masculinæ Joannis, tum propter clausulas importantes absolutam, realem & perpetuam primogenituram, quæ substitutionem reciprocam etiam in casum mortis inducunt : tum quia post vocationem in casum contraventionis fuit defectus dictarum linearum Petri & Jacobi, ex æquo & conjunctim positus in conditione ad vocationem masculorum linearum Petri & Nicolai; quod infert ipsas lineas Joannis & Jacobi fuisse reciproce substitutas, cum concurrant tria requisita, de quibus in *L. Titia Sejo.* §. *Seja libertis ff. de leg.* 2. & aliæ conjecturæ urgentissimæ, ex quibus elucet, mentem testatoris fuisse utriusque lineas masculinas reciproce substituere etiam in casum mortis.

34. Qua de causa filii primogenitæ, & post mortem Patris Joannis, & in eventum mortis Jacobi investituram petenti ea fuerit denegata ?

Hinc Sorori ex filiabus Joannis natu majori, prætendenti investituram post mortem Joannis, & deinceps in eventum mortis Jacobi ea fuit denegata simpliciter, licet ex dispositione testamentaria Petri tanquam de linea primi vocati Joannis eam postularet; quippe quæ neque tunc de præsenti, neque in eventum mortis Balthasaris vocata esse visa est. Proinde nec sine causæ cognitione & maxima discussione præhabita, nec non accedente judicio gravati Jacobi, cui in interpretanda voluntate defuncti non parum tribuitur, cum præsertim notissima judicialiter esset filiarum postulatio, fuit expedita Nicolao investitura, & quidem consequenter prioribus conclusis, quibus petitio filiarum in contradictorio denegata fuerat. Ita ut re-

35. Exceptionem hanc judicati non in possessorio tantum, sed eri m in petitorio opponi posse.

geri non possit; exceptionem horum judicatorum saltem in possessorio opponi posse, non in petitonio, cujus jura nunquam sunt examinata. Præcessit enim discussio meritorum deductorum in diversis libellis ad solum petitorium pertinentium. Et nihilominus argumenta illa rejecta sunt omnia : quæ rejectio utique operatur exceptionem rei judicatæ, super meritis in illis libellis deductis, cum ad hunc effectum etiam attendantur allegationes á partibus præsentatæ, *Socin. Jun. cons.* 181. *n.* 43. 45. *&* 79. *lib.* 1. *Surd. cons.* 312. *n.* 16. non obstante quod judicium fuerit summarium, quia ubi de aliquo articulo vel exceptione fuit plene cognitum in judicio summario seu executivo, tunc sententia in eo lata plene præjudicat, & operatur exceptionem rei judicatæ, *Abb. Cons.* 50. *n.* 3. *vers.* 5. *& ult. Lib.* 1. *Gabriel in suis conclus. lib.* 2. *tit. de except. concl.* 2. *n.* 6. 7. *&* 8. *Vincent de Franch. decis.* 289. *n.* 1. *Asin. in prax.* §. 31. *c.* 34. *n.* 2. *& seqq. Scacc. de sent. & rejud. gloss.* 14. *q.* 2. *n.* 22. *Gratian. discept.* 445. *n.* 1. *cum seqq. & n.* 14. 15.

36. Ex primogenitura masculina, quam testator intendit, omnia reliqua accipere interpretationem.

His ita firmatis & obstante parti adversæ re judicata, placet nihilominus alia quoque substitutorum argumenta adducere. Nimirum ex manifesta pro masculorum primogenitura, voluntatis demonstratio ne, colligi in dubio debet interpretatio aliorum verborum ejusdem testamenti & conditionum, si quæ in illis sit ambiguitas. In conditionibus enim primum locum invenit voluntas testatoris, *l.* 19. *ff. de Condit. & demonstr.* easque regit, *l.* 10. §. 2. *cod.* Et juxta hanc colligi debet sensus verborum illorum : *& deficientibus in totum dictis lineis, totaliter finitâ generatione in tali casu volo, ut succedant filii Petri & Nicolai*; Non autem ex generali significatione, quam sepositis circumstantiis posset quispiam, verbis illis, *linea & generatio*, attribuere. Utut enim sub verbo *linea, generatio, familia*, in materiâ indifferenti regulariter fœminæ comprehendantur ; Tamen autores etiam ex adverso citati, uno ore fatentur omnes, id aliter se habere, quando testator disponens voluit conservare familiam, quando est materia differens, quando di-

37. Verbum linea & generatio in materia differenti fœminas non comprehendere.

versa militat ratio inter masculum & fœminam, quando disponens expressit qualitatem masculinam, quando masculus nomine proprio fuit vocatus, si masculos instituendo fœminis aliquid reliquit, si post masculos vocavit proximiores de domo, quæ omnia sic in terminis à *Menoch. Gabriel. Corn. Ruin. Paris. Cravett. Mantic. Honded. Mazar. Peregrin. Fusar. Knipschild.* traduntur. Quæ circumstantiæ omnes cum in præsenti casu reperiantur, corruit generalis illa regula, quâ dicitur, verbo generationis, lineæ familiæ, semper utrumque sexum denotari ; quæ & porrò per sequentia evertitur.

Primò enim, quia testator in casum, quo Johannes testamento contravenisset, filiabus præposuit Jacobum, easque illo superstite exclusit: sequitur, fœminam favore masculino semel exclusam, semper exclusam manere. Undè non refert, quod

38. Fœminam favore masculi semel ex-

dictæ filiæ sint de linea Joannis, quodque difficilius ad aliam lineam transitus fiat, cum exclusione eorum, qui superfunt

de

clausam semper exclusam manere. de priore lineâ; hoc enim tantum procedit, cessantibus in contrarium conjecturis, neque per generalia quædam trahi debent in controversiam ea, quæ in testamento clarè & specificè sunt determinata, *l. utrum, 20. ff. de petit. hæred.* Transitum verò ex lineâ in lineam sine dubio admisit testator, dum in casum violatæ per Joannem dispositionis, vocavit alterius lineæ masculum Jacobum ac iterum conditiones non adimplente Jacobo, voluit fidei commissum ad Johannem reverti.

39. Testator clare admisit transitum de lineâ in lineam masculinam, non obstantibus fœminis.

Secundò præter hanc testatoris satis expressam voluntatem, concurrit natura ipsius rei fideicommissariæ, quæ est feudum nobile in cujus modi bonis seu dispositionibus, quæ super illis fiunt verbum, *generatio*, fœminas non comprehendit. *Tuscus lit. g. n. 9.* nec descendentes ex iisdem, latè *Menoch. cons. 172. n. 24. & cons. 326. n. 82. & seqq.* ubi plurimos in eam rem congerit, quorum enumerationi supersedemus.

40. In feudis nobilibus verbum generatio fœminas non comprehendit.

Quemadmodum nec eas comprehendit, quando mens testatoris fuit conservare bona, in agnatione & familia, *Menoch. Consil. 427. n. 6.* eamque Doctrinam communem testatur, *Bruinus in tract. quod. stantibus masculis fœminæ non succedant.* Quæ voluntas licet non esset expressa in testamento, pro expressa tamen habetur, quando ex expressis colligitur, tanquam ratio dispositionis colligitur, *Tiraquell. in tract. cessante causâ limit. 2.*

41. Nec ubi agitur de conservanda agnatione.

42. Quæ ratio conservandæ agnationis hic variis demonstratur.

Prout satis colligitur in præsenti controversia, ex devolutione, quam testator fieri voluit à Joanne ad Jacobum, item à Jacobo ad Joannem, & iterùm ex finali clausulâ, quâ deficientibus Joannis & Jacobi lineis, vocavit filios Petri & Nicolai, ita tamen, ut ab ejusdem masculis fideicommissum inciperet.

Quartò, filiæ descendentes ex Joanne non magis ad fidei commissum vocantur, quam descendentes ex Nicolao, hæ autem à fidei commisso excluduntur, seu filii ulteriorum agnatorum, post Nicolai filios vocati, illis præferuntur, hisce verbis: *Incipiendo iterum legatum in filiis masculis Nicolai & deficientibus illis in totum, succedant filii Petri.* Ubi illud *deficientibus in totum* non ad aliud potest referri, quàm ad masculos filios, de quibus solis facta est mentio, & quibus deficientibus transiri ad aliam lineam voluit testator, nullâ filiarum habita Nicolai ratione.

Quintò, præfata voluntas conservandi bona in familia, colligitur ex ultimâ substitutione, quâ Nicolai filiis masculis supradictis, & familia Petri similiter deficiente vocavit agnatum proximiorem.

Sextò, quod, quemadmodum suprà dictum est, si vel minimam intentionem habuisset testator præferendi filias aliquibus masculis, optima certè ratio fuerat, illam exprimendi, seu eas vocandi in casum, quo Joannes & Jacobus testamento contravenissent, de quo tamen nullum extat vestigium: sed eo casu voluit potius ad Joannem fideicomissum reverti, quam ad filias, ut patet ex verbis: *quale redeat ad dictum Joannem.*

Ex quo verborum contextu satis apparet, quod nomine *lineæ* aut *generationis* idem testator intellexerit lineam & generationem masculorum, quos expressè vocavit, & de quibus solis in dispositione fideicommissi egit, quos etiam intellexit nomine hæredum & successorum, in verbis: *Et quando à dicto Joanne, aut ejus hæredibus fuit contraventum, meræ dispositioni.*

Illam, inquam, lineam, generationemque intellexit, quam expresserat antea specialiter hisce verbis: *Et ut post ejus mortem perveniat dictum legatum ad suum primogenitum masculum, legitimo matrimonio natum, cum videlicet, qui tali tempore invenietur aptus ad succedendum in tali gradu & ordine, & sic successivè ordino, & volo, ut dicta mea pars in hoc feudo perveniat de primogenito in primogenitum masculum, de dictis qui succedent primogenito masculi descendentes ex Joanne.*

Septimò, Intentionem filiarum Juniorum perimit proprium ipsarum factum, seu fideicommissi petitio, uti enim ex actis apparet, omnes tres prætendebant fideicommissum, cujus tamen divisionem testator vetuit, ac ne quidem conjunctim masculos admisit, sed solùm successivè de primogenito in primogenitum.

Adversus primogenitam autem filiam ultrà præmissa facit, quod nusquam illa in toto testamento dispositivè sit vocata, sed illa verba, quæ pro parte ipsius adferri ex testamento possunt, videlicet *generatio, linea*, non in dispositione, sed in conditione posita sunt.

Etsi autem conditio aliquando disponat, seu positi in conditione vocati sint, hoc tamen ex illâ provenit conjecturâ, quod testator noluerit extraneos propinquis præferre, *l. cum Avus. ff. de condit. & demonst.* quæ conjectura non modo hic cessat, sed evidenter contraria militat voluntas testatoris in favorem masculorum & familiæ.

43. Filias ex conditione præsumptive aliquando vocatas, hic per evidentem testatoris contrariam voluntatem excludi.

A quâ familiâ etiam primogenita se exclusit nubendo cum aliâ.

Quamvis enim familiæ appellatione ex multorum sententiâ fœminæ contineantur, attamen non obtinere docent, si fideicommisso ordinato in favorem familiæ, ipsæ nuptias cum extraneo contraxerint, *Natta, cons. 676. n. 42. Gravetta, cons. 188. Menoch. cons. 179. n. 46. & 47.* Ubi in terminis, filia nupta non censetur ampliùs de descendentibus patris, & si antequam nuberet, de iis extiterit, idque innumeris Authoritatibus probat, & doctrinam communem esse asserit.

44. Filiam nuptam non amplius esse de familia patris.

Neque verò credendum testatorem, qui ideò agnationis rationem habuit, ut post tot gradus substitutionum iis omnibus deficientibus, agnatum (quisquis foret) vocaverit, exclusis quibuscunque cognatis: Non est, inquam, credendum, vel præsumendum, quod consenserit, ut extraneas & ignotas familias, tot clausulis favore familiæ vinculatum fideicommissum transiret, quamdiu extarent masculi de sanguine:

45. Non est credibile testatorem voluisse transitum feudi in extraneas familias, extantibus adhuc masculis de suo sanguine.

Præ-

46. Cum transitus feudi in extraneos Dominos nec prosit Reipublicæ nec subditis.

Præsertim cùm transitus Nobilium feudorum in externos Dominos aut Principes causet ipsorum feudorum interitum, subditis extranei Principis Dominivè jugum ægrè ferentibus, latè Jacobus *Aloshausen in tract. an fœminæ extantibus masculis à successione jure excludantur part. 2. in acie virili per totam*, ex quo capite reipublicæ interest familias conservari.

47. Excludi fœminas, si testator in masculorum vocatione hæserit, & aliis casibus.

Denique tradunt Doctores, ex pluribus aliis, inferioris licet etiam notæ conditionibus, excludi à fideicommisso fœminas, ut si testator in expressâ masculorum vocatione hæserit, *Rodenascus. cons. 52.* Aut si masculorum mentionem in una parte fecerit, in conjuncta enim dispositione eadem qualitas in dubio censetur repetita; *Ruinus Cons. 168. lib. 3. Hieronymus Gabriel Cons. 132. lib. 1.* & in descendentium mentione solùm de masculis, de quibus disposuerat, cogitâsse, *Rolandus à Valle Cons. 82. num. 33. lib. 1. Decianus Cons. 24. lib. 2.* aut ubi agitur de dignitatibus, jurisdictione, honoribus, *Tuscus in dicta conclus. 30. a g. l. 3. §. 3. ff. de muner.*

Ideò generi data immunitas vel honor ad fœminarum lineam non pertinet, *L. 1. §. 2. ff. de jur. immun.* nec prioris mariti honore gaudent, quæ ad alias nuptias transeunt *L. 8. ff. de Senator.* quin imò tradunt, â fideicommisso, in quo apparet aliquam fuisse habitam rationem masculinitatis, excludi fœminas sine dubio, sed eis aliquod legatum relictum sit. Itaque Nicolai filius fœminarum prætensionem vincat necesse est. Cum is semper præferendus sit, cujus jura apparent potiora *C. 91. in fin. de probat. L. 1. Cod. quor. bonor. Ant. Fab. lib. 1. tit. 2. defin. 12. & seqq.* quis autem dubitet hujus jura esse potissima, ut nulla possit esse controversiæ materia, cum relictum sit ei fideicommissum, qui est de familia, nec non masculo, atque ita ad feudum possidendum jure qualificato, ut pari jure filius Nicolai & generatio ipsius mascula succedat Jacobo, quo prius Jacobus successerat Joanni.

Et quo tandem jure fæminæ prætendunt fideicommissi successionem, Testamentone Petri, an verò ab intestato? Quam controversiam ait *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 2. & 3. per tot.* difficilem & ferè inextricabilem esse, quia nec certa lege, nec ratione videatur terminari, ut utramvis opinionem pro communi & crebriori venditent veteres & recentiores JCti videatur *Klock. tom. 3. cons. 106. n. 11. & num. 59. & seqq. Molin. de primog. C. 6. Cresp. de Valdaura obs. 19.*

48. Fœminas prætense positas in conditione non posse ab intestato succedere.

Aperire tamen fœminæ nobis debent, quo jure ipsis succedere lubeat? si eligunt successionem ab intestato, feudum à Jacobo Nicolai filio in vivis cessum in hæreditate non inveniunt. Nec revocare illud possunt, quia communis Dd. assertio est, hæredem vocatum & scriptum posse bona hæreditaria alienare pro arbitrio, & de iis disponere prout vult, exclusis liberis positis in conditione, quæ nihil aliud operatur, quam ut liberi tales ab intestato succedant hæredi instituto, quia jus legitimæ successionis tantum ipsis per hujusmodi conditionem reservatum intelligitur *Gail. 2. obs. 136. num. 8. & seqq.* ubi hanc opinionem appellat communem, secundum quam in Camera in ardua causa fuerit judicatum, quam etiam teste *Christin. vol. 1. decis. 307. n. 25.* Senatus Mechlin. in materia revisionis *an.* 1606. & secutus, quæ sententia sit crebrior in scholis, celebrior in Tribunalibus, & apud Gallos, Italos, Germanos, Senatum Parisiensem, Gratianopolitanum, Chamberiacensem, Mediolanensem, Taurinensem, Rotam Romanam & Florentinam, & in Camera Imp. Spirensi receptior prout ex *Joan. Grevel. decis. 125. n. 52.* deducit *Christin. d. l.* sed hac ratione succedendi ab intestato non possunt revocare bona à defuncto, cui succedunt vendita vel cessa. Et quamvis omninò existimem hanc sententiam, quod positi in conditione ab intestato tantum succedant, esse veriorem, quam acriter propugnat *Francis. de Tondutii res. civ. c. 98 per tot.* & efficacioribus inniti rationibus ait; quia tamen etiam altera sententia pro communi & recepta venditatur, ne videar probabilem opinionem rejicere velle, quid hoc quoque beneficium fœminis prosit, experiar.

49. Examinatur, an positi in conditione ab intestato, an verò ex testamento succedant?

50. Filias in conditione positas non posse bona à defuncto cessa vel alienata revocare.

Ajunt igitur Dd. positos in conditione liberos tacitè intelligi per fideicommissum substitutos *ex L. Lucius ff. de hæred. instit. L. 30. C. de fideicom. l. 102. de condit. & demonst.* præsertim, postquam ex conjecturis fideicommissum induci posse placuerit, *Leuven. in cens. forens. c. 8. num. 18. Mantica d. l.* ideò hanc sententiam se amplecti ait, quia Judex humaniorem sententiam amplecti debet, qualis sit hæc fundata in pietate erga liberos, & quia in *L. quamvis de fideicom. & L. si sponsus §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxor.* dicitur: *sæpe credimus testatorem aliquid voluisse & rogasse.* Quod si igitur fœminas ad feudum Vergagni admittimus, tanquam tacitè vocatas per fideicommissum ex testamento Petri, cur non simul eas legibus primogenituræ & reliquis fideicommissi conditionibus subjicimus? Vix enim probabile apparet, quod testator magis dilexerit tacitè vocatas, & in conditione positas fœminas, quam agnatos suos masculos, quod non nisi cum onere fideicommissi & primogenituræ masculinæ hoc feudum obtinere voluit. *Molin. lib. 3. C. 5. num. 25. & num. 51.* ubi ait: Quod etiamsi onus aliquod certis tantùm personis impositum vel ratio conservandæ familiæ illis adjecta est, tamen eam dispositionem ad illorum descendentes extendi, nisi per particulam tantùm restricta fuerit.

51. Fœminas tanquam in conditione positas & tacitè vocatas hic non posse succedere.

Si enim successores Joannis & Jacobi hoc fideicommissum obtinere nequeunt nisi cum iisdem conditionibus, quibus ad duos primos possessores pervenit, & hæ fœminæ hæredes Joannis & successores sunt, cur ea, quæ Successoribus injuncta sunt, non præstant, aut qua testamenti parte (quia fideicommissum vendiderunt, sicque ex testamenti verbis eo se reddiderint indignas) à tali onere

onere liberantur? Nec juvat, quod dicitur: Ista onera saltem pertinere ad personas expresse vocatas, ad alias tacitè nominatas non extendi, *L. quæ conditio ff. de condit. & demonstr.* Totum enim hoc conjecturale est, & pugnans cum prima tam disertè & toties declarata testatoris intentione: Et cur melioris conditionis essent tacitè quam expressè vocati; Et taliter quidem, ut illi penitus liberi, his maximè gravatis omnem succedendi spem possint adimeret, præsertim cum prohibitio alienandi sit realis. *Andreol. concl.* 242. & 244.

52. Feudum hoc esse masculinum tam ex investitura, quam ex institutione fideicommissi.

Tandem, ut uno quasi ictu Gordius controversiæ hujus nodus dissecetur. Feudum hoc est masculinum, sive inspiciamus Legatum quondam Petri relictum Joanni, & post ejus obitum primogenito masculo de legitimo matrimonio, & sic deinceps de primogenito in primogenitum masculum, repetita sæpius qualitate masculinitatis non solùm in linea Joannis, sed in linea quoque Jacobi & Nicolai, in quorum lineis voluit semper deferri Legatum filio primogenito masculo, sive inspiciamus *investituram & confirmationem.* Cæsareæ Majestatis obtentam à Joanne 12. *Novemb. an.* 1593. *prose ipso, ac legitimis ac naturalibus liberis, hæredibus & successoribus ejusdem masculis & primogenitis*, aliamque consimilem obtentam à Jacobo 26. *Septemb.* 1631. confirmatam postmodum *an.* 1637. *pro se ac legitimis successoribus & hæredibus masculis primogenitis.* Idque in omnibus juxta formam dicti fideicommissi. Quid clarius? & quæ successio fœminarum contra claram investituræ literam fingi potest? Et cum testator quoque de Solis masculis locutus fuerit, videtur procul dubio fœminas excludere voluisse, tanquam incapaces, & quidem perpetuò non temporaliter in concursu duntaxat masculorum juxta receptissimam distinctionem *Gabr. cons.* 132. *n.* 56. & 57. *lib.* 1. firmans successivam vocationem fœminarum post masculos admitti posse, quando ab initio vocatio facta est verbis communibus, aptis etiam fœminas comprehendere; secus ubi vocatio primordialis restricta est ad masculos, tunc enim fœminæ censentur perpetuò exclusæ, nec reintegrantur deficientibus masculis, quam distinctionem probavit *Rota in recent. decis.* 217. *num.* 4. *p.* 2. & coram *Burat. decis.* 454. *n.* 2.

53. Vocationem ab initio statim restrictam ad masculos, fœminas nunquam comprehendere.

Cum itaque defecerint omnes masculi descendentes ex Joanne, Jacobus verò decesserit sine filiis masculis, feudum sine dubio spectat ad Nicolai filium, vigore investituræ & substitutionis, quæ ad ipsius favorem directa est, exclusis filiabus Joannis, quibus utique testator potuit præjudicare, imò eas debuit omittere, erigendo primogenituram castri feudalis ad favorem solum masculorum *Becc. cons.* 56. *n.* 35. *Menoch. cons.* 158. *num.* 40. *Cyriac. controv. forens. cap.* 312. *per tot.* & signanter *n.* 13. & *seq.*

54. Respondetur ad objectionem dictionum, generatio, totaliter, in totum.

Nec obstat argumentum sæpius decantatum, quod substitutio filiorum Nicolai facta saltem fuerit in casum *deficientibus in totum linea* Joannis & Jacobi, *totaliter finita generatione*, quæ conditio non sit impleta, quousque supersunt filiæ Joannis, quæ dicuntur de illius linea & generatione. Quamvis enim aliquid efficaciæ post se habere videantur illa verba: tamen juxta investituram & naturam feudi, quæ fœminis secundum supra dicta resistit, multa iis possunt opponi. Ut enim taceam, qualitatem masculinitatis semel adjectam, repetitam censeri in reliquis. *Fusar. de substit. q.* 402. *n.* 10. & 403. *n.* 6. & *seqq.* ubi sententiam hanc communem esse tradit, debent considerari verba testamenti: *cum nomine fideicommissi & obligatione magis æterna & inviolabili, item ut nunquam mutetur iste modus succedendi, sed observetur perpetuò, nec possit unquam feudum dividi, alienari, aut vendi, sed maneat semper unitum*, quæ non minori cum efficacia exprimunt, quod ista primogenitura masculina semper durare, & nullo temporis spatio extingui vel suspendi debeat.

55. Masculinitatem non per conjecturas, sed expresse repetitam esse.

Falluntur nempè adversarii, & fallunt, dum erroneè supponunt, ex hac parte qualitatem masculinitatis ex conjecturis tantùm repetitam esse prætendi, cum tamen repetita sit verbis clarissimis, per relationem expressam, *& deficientibus dictis lineis*, ubi verbum *dictis* est relativum præcedentium & ad oculum demonstrativum, cum omnibus qualitatibus. Relatum namque inest referenti propriè, & verè, non per conjecturas, ut contingit in repetitione, & explicat *Pereg. de fideicomm. art.* 16. *num.* 47. *ad fin.* Relationis enim natura est veritatis patentis ex conjunctione duarum clausularum ita ut ex relato, & referente constituatur una structura verborum, *Bald. conf.* 212. *in pr. lib.* 5. *Dec. Conf.* 497. *n.* 3. *Decian. Conf.* 77. *num.* 31. *lib.* 4. & nominatim expressum dicatur in referente, quod est in relato, *Surc. Conf.* 353. *num.* 7. *Rota decis.* 507. *num.* 9. *p.* 2. Ex quo remanet, testatorem per relationem expressisse lineam masculinam de quâ solâ fecerat mentionem, ut soli vocati sint masculi, prout in terminis tradunt, *Corn. Conf.* 101. *num.* 5. *lib.* 4. *Peregrin. lib.* 3. *conf.* 23 *num.* 4. *Rota coram Burat. decis.* 742. *num.* 8. quia ex dictione relativa omnia sunt expressè restricta ad masculos, ut præcisim respondet *Duran. dec.* 300. *num.* 17. & 18. Principaliter cum testator voluntatem suam sic declaraverit, *hunc ordinem succedendi nunquam immutari, sed in perpetuum servari debere*, quæ verba pariter repetunt qualitatem masculinitatis suprà expressam. Cum enim defectus linearum saltem adjectus fuerit in conditione, quæ non continet novam dispositionem suâpte naturâ intelligitur, duntaxat de illorum deficientiâ, qui superius vocati fuerant, & non ultrà, ut benè rationatur & arguit, *Socin. Jun. Conf.* 119. *n.* 26.

56. De natura referentis & relati.

57. Diversas diversarum personarum.

Nec moror, si quis dicat, diversas hic esse in- & constitutiones, & primam tantùm Johanni & Jacobo factam qualitatem masculinitatis, & primogenituræ in se continere, quæ tamen ad alias personas in conditione

Yyyyyyyyy

substitutiones aliam considerationem non operari. ditione positas non porrigatur. *Primò* namque hoc ipsum quæritur, & suprà contrarium evidenter est demonstratum; *Secundò* hæredibus & successoribus Johannis & Jacobi non datur hoc legatum, nisi *cum iisdem conditionibus*, primogenituræ videlicet masculinæ, à quâ filiæ per naturam rei excluduntur; Non enim obtinent istud feudum tanquam à Patre Johanne sibi relictum ab intestato fideicommittentis, cum in fideicommisso semper non gravato, seu ultimo morienti, sed testatori succedatur. *l. cohæredi* 14. §. 3. *ff. de vulg. & pupill. substit.* *Tertiò* non solùm hæ filiæ, sed etiam hæredes masculi Johannis & Jacobi (verbum enim lineæ & generationis utrumque sexum comprehendit) positi sunt in conditione. Itaque si ratione positorum in conditione non essent præstanda requisita huic fideicommisso adscripta, sequeretur hoc absurdum, nec hæredes masculos ad ea teneri. *Quartò*, mutatio voluntatis non præsumitur, sed quia testator ab initio, fatentibus adversariis, habuit intentionem conservandi familiam, & erigendi primogenituram masculinam, in eâdem perdurasse potiùs, & nil contrarii interjecisse censendus est, secundùm *Menoch. de præsumpt.* *Quintò*, quamvis filiæ Johannis dicerentur in conditione comprehensæ, & substitutis prælatæ, tamen ex his natæ proles ampliùs de generatione vel lineâ Johannis dici nequeunt, sicque sine omni dubio sunt exclusæ. Quid igitur contra tot demonstrationes gloriantur adversarii in verbis, *in totam finitis dictis lineis, totaliter finita generatione*? quæ ajunt omninò superflua fore, nisi dispositionem extenderent ad fœminas: Cùm potius tollenda sit superfluitas, quam ut contra intentionem defuncti, & qualitatem subjectæ materiæ, comprehensio fœminarum admittatur, ut advertit *Raudens. de Analog. c.* 16. *num.* 12. *& Rota apud Burat. decis.* 206. *num.* 14. 19. Et ubi adsunt dictiones repetitivæ, amplitudo verborum nil operatur, *Surd. Cons.* 21. *num.* 14. quin etiam illa universalitas verborum *in totum, totaliter*, restricta est ad certam speciem, ad masculos scilicet natos, nascituros, quandocunque, quomodocunque, idcircò extra masculos trahi non potest, Testator saltem ideò tam Emphaticè transitum de lineis Joannis & Jacobi, ad lineas Nicolai & Petri expressit, ut non obstante contraventione duarum illarum linearum, tamen fideicommissum non transeat ad lineam Nicolai, quamdiu masculus, licet contraventor, ex prioribus superest.

58. Superfluitatem verborum potius tollendam esse.

59. Autoritates ex adverso adductæ hoc negotium non tangunt.

Authoritates etiam ex adverso adductæ verborum universalitate non tangunt hujusmodi punctum, quando est adjecta certa qualitas, & restrictio, sed in diversis illis terminis, & signanter *decis.* 270. *n.* 2. *&* 3. *part.* 8. vocatæ erant proles sine ulla restrictione ad infra scriptam vel suprà scriptam lineam; quia restrictio operatur, ut verba, quæ aliàs indubitanter fœminas comprehenderent; eas non comprehendant. *Duran. decis.* 300 *num.* 17. *& in recent. decis.* 217. *n.* 3. *& decis.* 432. *n.* 5. *part.* 2. & quidquid involvat *Altogradus in Cons.* 26. *lib.* 2. indubitata est conclusio, quod appellatione lineæ masculinæ non veniant fœminæ, ut latè respondit *Ronconius* cujus responsum impressum fuit à Venturino in *Cons.* 26. ubi sigillatim omnibus Authoritatibus ab *Altogrado* congestis respondet. Quibus addo, quod si in hoc nostro casu fideicommissi natura aliquo tempore suspendi posset, etiam ipsam feudi naturam masculinam suspendi debuisse, id quod nemo ex omnibus asseverabit.

60. Restrictionem facere, ut verba universalia fœminas non comprehendant.

61. Altogradi rationibus responsum esse à Ronconio.

His fundamentis omnibus positis, filias Johannis favorabilem pro se sententiam obtinere potuisse, quis credat? Et tamen ea fuit pro ipsis *anni* 1653. felicitas, ut ad fideicommissum per sententiam ipsis patefecerit aditum. Verùm mox revisionis beneficium implorante Nicolao filio, quod in hac materia etiam aliis in locis admissum esse asserit *Christin. vol.* 1. *decis.* 307. *num.* 25. justissimam pro se reformatoriam obtinuit anno præterito, quâ multorum annorum controversiæ tandem impositus est finis.

62. In revisorio reformatam esse sententiam.

Adjicienda tamen hic sunt illa, quæ medio tempore litis acciderunt, & quibus justitiam causæ suæ mirum in modum confirmari credit Nicolai filius. Refractaria erat pars adversa, nec mandatis ullis licet severissimis terrebatur, ita ut Nicolai filius, cum possessionem adipisci nequiret, tædio diuturnæ litis affectus, nec non ingentibus, quos in persecutione causæ impenderat, sumptibus fractus rei suæ melius consulere sperans, de venditione cogitaverit omnis sui juris circà successionem fideicommissi acquisiti. Et ecce præstò est Paulus emptor, cum quo super portionibus feudi sibi pridem adjudicatis contractum celebrat, sub expressa tamen reservatione beneplaciti & assensus Cæsarei, nec non conditione contractûs resolutivâ, si intra sex menses proximos, à die instrumenti confecti computandos, consensus filiorum suorum non accederet, utrique parti recedere à contractu licitum foret, imò contractus ipso jure nullus & irritus esset.

63. Enarrantur ea, quæ durante lite acciderunt.

Non potuit præstare Nicolaus conditionem, itaque re adhuc integrâ emptori dissensum filiorum, 4. Aprilis 1653. Paulo intimavit, cui præterea accessit dissensus supremi Domini feudi 19. *Februarii anno* 1655. per sententiam declaratus. Itaque filiæ tandem, earumque respectivè filii, actiones processus metuentes, bonam fidem agnoscere cœperunt, & amicabili compositioni, quâ totum negotium firmetur, dantes locum, per adhibitos arbitros compromissarios mandatis hinc inde sufficienter instructos rem eò deduxerunt, ut non modò partes feudi fideicommisso subjectæ, & Nicolai filio adjudicatæ, sine mora eidem traderentur, sed etiam alia quarta portio, quæ ad dictam sororem jure hæreditario spectavit, legitimâ venditione factâ æquo concederetur pretio. Tenebat tamen interim Pau-

Paulus emptor instrumentum emptionis, venditionis, à Nicolao sibi consignatum in manibus, una cum mandato capiendæ ex eo
64. possessionis. Ergò rerum suarum observantissimus, ubi se à contractu suo exclusum vidit, mox vela vertit, & problematicè præsentem disputans quæstionem, à sororibus jurium suorum venditionem sollicitavit. Crederes Paulum hunc emptorem poëticum illum esse,

Paulum emptorem problematicè hanc quæstionem disputasse.

In varias formas mutantem
Prothea vultum.

Prout enim in primo Contractu cum Nicolao inito, jura Nicolai contrà sorores asserere debebat, quasi à parte Nicolai indubitata existeret justitia causæ: Ita in posteriore contractu, contrarias assumpsit partes, necessariò sustinendo, Nicolai filio nullum, sed solis sororibus in fideicommisso successionem competere;

Dignum me hercle problematicâ patellâ operculum?

Sed nec quicquam frontem mutavit Paulus, ivit & armatâ manu 11. *Maji Anno* 1653. occupavit feudi possessionem, sorores insuper aut persuadens, aut cogens, juxtà prætensiones suas fideicommissum, etiam ad quartæ partis ipsis propriæ venditionem.

Nihil enim simile timebat Nicolaus venditor, spe potius firmâ fretus, secundum laudum compromissariorum, sine ulla porrò difficultate feudi possessionem se acquisiturum, quâ tamen spe armatâ Pauli manu depulsus fuit atque delusus. Itaque ambo Judicem adière, unusquisque Contractûs à se celebrati confirmationem implorans.

65. Primus Paulus Instrumenta sui contractûs produxit, juratò etiam à venditricibus confirmata, quorum vi & virtute realem adeptus sit possessionem, & quidem sine ullâ violentiâ cum castrum occupaverit, 11. *Maji* contractus verò emptionis 3. demùm & 11. *Junii*, in præsentia plurimorum honoratissimorum virorum sit celebratus, quæ circumstantiæ omnem metûs & violentiæ præsumptionem excludant: Idque eò magis, quod venditrices unà cum emptore pro Contractûs confirmatione supplicaverint, emptorque Paulus majus pretium, quam Nicolai filius aut promiserit, aut exsolverit, nullam verò se habuisse scientiam laudi inter Nicolaum & sorores conventi, quod etiam propter defectum instrumenti emptionis, nec non ratihabitionis Domini feudi, adhuc sit imperfectum & nullum, cum in ipso laudo provisum sit: *quod debeat fieri instrumentum in formâ juris validâ cum omnibus clausulis, & cautelis oportunis, & necessariis, & in talibus instrumentis apponi solitis.* Quamvis enim Contractus emptionis ex natura sua per nudum partium consensum suam acquirat perfectionem, ut scriptura, regulariter non ad ejus substantiam, sed ad probationem pertineat; Id tamen aliter se habere, si partes dicant & velint scripturam fieri, nam tunc non aliter vires habere san-

Proponuntur argumenta Pauli, quibus contractum suum stabilire conatur.

cimus, rescribit Imperator, in *l.* 17. *de fide Instrum.* nisi instrumenta in mundum recepta subscriptionibusque partium confirmata sint; quod autem hic Contractus in scriptis celebratus sit, demonstrare verba Laudi: *Et ideò debent*, quæ præcisam inferant necessitatem; quid quod in *L. quoties, C. de rei vendit.* clarè statutum sit, quod si res duobus sit vendita, illum præferendum esse, qui priùs possessionem accepit. Imò Laudum ipsum subsistere nullâ ratione posse, quia non solùm Nicolaus nullam habuerit compromittendi potestatem, sed etiam tam gravis Controversia compromissariis juris ignaris, nec potuerit, nec debuerit committi; Cum insuper non pateat, an Nicolaus Laudum acceptaverit, cum tamen, ut tale Laudum, quale hoc, quod non ab arbitris, sed ab arbitratoribus nec ad instar sententiæ, sed transactionis seu pacti se habet, effectum sortiatur, necesse sit, ut accedat ratificatio, & quidem per consensum simultaneum, nec alio modo, ac ille intervenire solet in transactione formali ineunda.

Verùm non difficile fuit Nicolai filio objectiones istas omnes diluere. Et *primò* quidem Laudo vel Compromisso defectus objici nullus potest. Promisere partes interessatæ omnes, rata se habituras omnes, & executioni sine ullâ exceptione daturas, quæcunque à compromissariis statuta forent, & ordinata. Subsecutum est Laudum, & pronuntiatum 25. *April.* 1653. *debere sorores cum earum filiis Nicolao tradere possessionem portionum feudi, super quibus sit ab Imperatore investitus, in conformitate decretorum, & Mandatorum Cæsareorum declarantes, nullum unquam jus sororibus competiisse nec competere, sed ulterius quartam ipsarum propriam Nicolao esse venditam, ad formam dicti compromissi, & ideò ei debeant facere instrumentum in formâ juris validi &c.* Ex quibus contractum suum anteriorem esse Nicolaus demonstrare conatur; quia frustrà occasionem occupandi feudum arripuerit Paulus ex contractu cum Nicolao anteà inito, quasi virtute illius, tanquam cessionarius Nicolai apprehendisset castri possessionem. Cum tamen hoc prætextu colorare violentiam non possit, eo quod non adimpletæ contractûs conditiones dissensusque filiorum Nicolai jam 4. *Aprilis Anno* 1653. ipsi esset intimatus. Ex quo, quia per conditionem resolutivam non secutæ scilicet ratificationis filiorum Nicolai, contractus viribus evacuatus est, nulla amplius causa superfuit Paulo castri possessionem, & quidem armatâ manu invadendi.

66. Sequuntur fundamenta Nicolai, & primò quod Laudum fuerit perfectum.

67. Paulum nullam habuisse causam castrum occupandi.

Nec obstare potest Nicolao facta objectio, quasi sorores vendentes non ratificâssent Laudum, prout tamen in eodem præcipitur, quod debeant confici publicæ scripturæ, & instrumenta venditionis: ut proindè non possit Nicolaus privatum suum Compromissum, & desuper secutum Laudum, sine ulla fœminarum approbatione, vel ratihabitione, publico Pauli instrumento ven-

68. Objicitur Nicolao, quod con-

trahentes pro curatorio nomine, nullum habuerint mandatum.

venditionis opponere principaliter, cum ille, qui fœminarum nomine compromisit, nullum procuræ mandatum ostenderit, quod tamen absolutè debuisset præmitti ad subsecuti actus validitatem. Deindè posito quod mandatum habuisset, illud nihilominùs tantùm fuisset directum ad promittendum de vendendo, non ad ipsum contractum venditionis perficiendum, quem etiam sorores non ratihabuerint, sed potius ad contestandum suum dissensum, & displicentiam novum & diversum cum Paulo iniverint venditionis contractum. Idque eò magis, quod ex isto contractu arbitrorum in pretio nimis graviter, & enormiter fuissent læsæ. Et quia igitur à Paulo priùs receperint pretium, possessionemque venditarum feudi portionum tradiderint, determinati juris esse, quod Paulus omninò in hoc contractu Nicolao sit præferendus, per *text. in l. quoties. C. de rei Vind.* quem *juxta DD. communiter* fusè firmat *Hartman. Pistor. lib. 2. q. 29. num. 15.* Cum Dominia rerum, non pactis, sed traditionibus transferantur. *l. traditionibus. C. de pact.*

69. In re empta illum præferri, qui prior possessionem acquisivit.

Nec tamen hoc casu in secunda hac venditione notam lævitatis & inconstantiæ ex parte vendentium intervenire, quia honestissimâ & laudabili ex causa recesserint à prima venditione, moti supplicationibus subditorum id expetentium, undè nullâ ab adversâ parte jactata violentia possit inferri, quia insuper instrumentum emptionis sit publicum & solenne, in quo præter Notarium interfuerint circiter duodecim honoratissimæ personæ, in quorum conspectu, & aggratulatione totius populi perfecta sit venditio; quin imò facile dissolvi metum & violentiam, ubi lucrum & utilitas eximia resultat; Neque Nicolaum tanquam tertium, sed ipsas solummodo mulieres conqueri potuisse de violentia, quæ tamen nullas moverint querelas. Testes verò à Nicolao productos non probare ejus intentionem, quia saltem deponant, quod die 11. *Martii* 1653. Paulus circumvallaverit castrum, ita ut Nicolai filio non patuerit aditus. Sicque impedita ei fuerit, juxta Præscriptum Laudi, sumendæ possessionis occasio. Ad probandam verò violentiam circa venditionem ipsam nullum testem quicquam deponere. Id verò maximè considerandum esse, quod duæ sorores, una cum tertiæ filio, contractum juramento confirmaverint, portiones istas nulli prius alteri esse alienatas. Perjurium verò in nobilibus viris præsumere valdè sit indecorum.

70. Exponuntur rationes, quare contractus non possit dici metu initus.

Etsi supponamus omnia requisita in prima venditione intervenisse, quia tamen Paulus numeraverit pretium, & possessionem acceperit, hinc eum sine dubio, secundum superaddita primo emptori præferendum esse, per dictum textum in *L. quoties C. de rei vind.* ubi semper præfertur ille, qui rei venditæ possessionem prius accepit. Nec replicationem hic invenire locum, quasi Paulus violenter possessionem occupasset, quia Nicolaus perpetuò confundat occupationem fideicommissi cum contractu post integrum mensem inito. Neque etiam in mala fide fuisse Paulum tanquam posteriorem emptorem, quia nullam habuerit de contractu priore scientiam, atque si talem etiam habuisset, non tamen ex bona vel mala fide, sed prius acquisitâ possessione & dominio alterum emptorem alteri præferri, ut etiam requisitus in venditione feudorum consensus Domini regulam juris communis non infringat, quia consensus Domini nihilominùs relinquatur indifferens ad præstandum illum vel negandum ex arbitrio plenitudinis potestatis; regulamque juris communis saltem ad contrahentes, & de juribus suis decertantes spectare; quod eò magis procedat in feudis habentibus naturam allodii, in quibus Dominus debeat patrocinari validiori & potiori emptoris juri *secundum jura communia*.

Hæc argumenta Pauli cum ad Lydium probationis & justitiæ lapidem examinaret Nicolaus vix unum ex omnibus invenit, quod legitimæ demonstrationis discussionem sustinere posset. Nam primò Compromissum & Laudum ab omnibus interessatis approbatum & ratihabitum, multis argumentis ostendit: Cum tamen ratihabitiones posteriores superfluæ sint minusque necessariæ, quando partes ab initio, quod Laudo stare velint, invicem convenerunt. Nam Laudum homologatum esse dicitur, ex communi & in praxi recepta sententia, cui à paribus intra decendium non contradicitur, secundum *Gilman. Tom. 4. part. 1. vol. 8. & 9. per tot.* & novissimè *Bechman in ff. tit. de recept. arb.* Nec errore vacat propositio Pauli, quasi compromissarii, qui Laudum pronunciarunt non Arbitri, sed Arbitratores tantùm essent, sicque illorum pronuntiatum potius pro arbitramento, quam pro sententia habendum: Quia verba compromissi contrarium ostendunt, in quo ipsi perpetuò Arbitri & eorum pronuntiatum sententia vocatur, ac utique in voluntate partium est positum, an Arbitros an verò Arbitratores eligere malint. Nec quicquam officit cavillatio Pauli, quasi Arbitri imperiti juris fuerint, minusque apti ad determinandam tam brevi temporis spatio gravissimam controversiam; sicut enim Laudum prudentissimè conceptum hanc imputationem satis diluit, ita juris indubitati est, quod partes debeant stare sententiæ arbitrorum, quos elegerunt juxta *L. 27. §. 2. ff. de recept. Arbitr.* ubi *Ulpian.* ait: *Stari autem debet sententiæ Arbitri, quando redixerit, sive æqua sive iniqua sit, & sibi imputet, qui compromisit, quia vel minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet.*

71. Nicolaum perfectionem laudi multis argumentis ostendisse.

72. Laudum homologatum quid?

73. Non Arbitratores sed arbitros hic fuisse assumptos.

74. Standum arbitri sententiæ, sive æqua sive iniqua.

Quia ergò non solum antecedens ad compromissum consensus, sed etiam subsecuta Laudi à Partibus ratihabitio, per literas & subscriptionem compromissi, à Nicolao demonstrata est, quis dubitare potest, ipsius contractum numeris omnibus perfectum esse; Prout etiam cum Paulus tertiæ sororis

ris filii approbationem Laudi constanter negaret, Nicolaus 15. *Maji* 1659. literas ejus tenoris ab ipso produxit quæ tantam Paulo dederunt satisfactionem, ut mox quasi indicto silentio nec verbum super iis reponeret.

75. Exponitur, in quibus casibus L. 15. C. de R. V. non procedat.

Minus etiam Paulum juvare potest, allegata *L. quoties. C. de R. V.* quia dispositio dictæ legis non obtinet, quando posterior emptor scivit rem alteri venditam esse, tunc enim semper prior præfertur, licet posterior possessionem nactus fuerit, cogiturque possessionem restituere. *Gail. 1. obs. 55. n. 11.* ubi dicit: hanc esse communem, & in consulendo & judicando ab ea non recedendum, quam etiam Camera Imperialis in judicando secuta fuerit. Teste *Meisner. decis. Camer. tom. 4. decis. 20. Klock. tom. 2. cons. 21. n. 53. Brunnem. in C. ad d. L.* Si enim, ait *Innocentius in cap. statuimus. de major. & obed.* hæc injustitia permitteretur, quod per secundos emptores primi jus amitterent, quotidiè fraus fieret legi & naturæ, & vix unquam antiquiori provideretur.

76. Paulum non posse purgare vitium violentiæ.

Nec excusationem præstat Paulo, quasi nullam contractus à sororibus cum Nicolao celebrati habuisset scientiam, cum contrarium non solùm omnes circumstantiæ patefaciant, sed id ipsum insuper ex propria confessione & literis Pauli luce meridiana clarius constet. Ut taceam possessionem liberam non accepisse Paulum, sed occupasse per violentiam, & propterea multatum esse; quod vitiosum initium totum inficit contractum, & ex eo posterior effectus formatur, ut nec per divisionem temporis vitium violentiæ purgetur, cum metus semper durare dicatur, durante eadem causa. Atque eò magis à contractu excludendus est Paulus, quia scienter rem litigiosam comprobavit, qualis emptio ipso jure nulla est per *text. in l. 2. ff. de litig.* Si quidem *ex Auth. litigiosa. C. eodem. Litigiosa res est, de cujus dominio controversia movetur inter possessorem & petitorem, judiciaria conventione vel Precibus Principi oblatis.* Et licet tantum super partibus fideicommisso subjectis mota fuerit controversia, non super quarta parte mulieribus propria: Quia tamen eadem hic militat commissæ violentiæ, & juris Nicolao prius quæsiti ratio, ad quem etiam major pars feudi spectat, hinc merito Paulo in emptione præfertur. Et quasi Nicolao de fideicommissi successione cum mulieribus luctanti compromittere non licuisset? Negat tandem Nicolaus contractum ex compromisso in scriptis celebratum esse; nam sicut *DD. ad d. l. 17. C. de fide Instr.* communiter tradunt, aliud est in scriptis velle contrahere, & aliud est velle, ut contractus in scripturam redigatur, ideò licet ab initio Notarius vocetur, placeatque statim, ut super contractu scriptura fieret, non tamen statim sequitur, quod in scriptis, & sine scriptura se nolint obligare: nam hæc sunt distincta, & in dubio, quocunque tempore hæc placeat, ut super contractu scriptura fieret, hoc probationis tantùm

77. Paulum emisse rem litigiosam, & hunc contractum esse nullum.

78. Quando contractus dicitur in scriptis celebratus.

gratiâ factum, & non eo fine, ut sine scriptura se non obligarent, *Vasq. p. 1. lib. 1. Controvers. c. 28. Brunnemann. ad d. l. C. de fide Instrum. in pr.* ubi plures citat, dicens hanc esse communem, pro quâ ex *Menoch. lib. 2. præsumpt.* 148. duas ponit rationes: 1. Quod verba contrahentium intelligenda sint juxtà naturam contractûs, emptionis verò substantiâ scripturam & instrumentum non requirat. 2.) Quod juxtà communem practicam contractus non dicatur in scriptis celebratus, quando Notarius de eo contractu rogatus fecit instrumentum, nisi partes expressè dicant se velle in scriptis contrahere, tùm hodiè rarissimè hoc conveniri soleat, ut in scriptis velint contrahere, & sine scripturà nolint obligari, sed hoc sæpè placeat, ut super contractu instrumentum fiat, quæ omnia sunt verba *Brunnemann dict. loc.* cui consentit *Mascard. de probat. concl. 435. num. 8. seq. Klock. vol. 2. cons. 16. n. 117.*

Non itaque debet patrocinari Paulo violenta occupatio, cùm potius per eam exciderit ab omni jure, si quod à sororibus prius acquisivisset *l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. unde vi.* adeòque exceptio metûs à quocunque cujus interest proponi potest, cum generatim latiora sint exceptionum, quam actionum jura, *l. 47. ff. de obl. & action.* & per textum in hanc rem expressum *in l. 2. §. 2. ff. de doli mal. & met. except. junct. l. 4. §. 33. ibidem*, ex quibus constat exceptionem doli generalem, quam (ut habet *d. §. 33.*) metus ipse involvit, esse in rem scriptam, nec quæri, adversus quem dolus commissus sit. Ne igitur metus & violentia approbetur, meritò contractus Pauli reprobandus est secundum *l. 12. C. quod met Caus.* præsertim propter circumstantiam Sexûs fœminei, qui naturâ suâ imbecillior est, faciliusque movetur, & alteratur, ut hinc DD. tradant metum, qui respectu viri pro minori habetur, respectu fœminæ pro justo censeri, uti pluribus decisionibus, & Authoritatibus probat *Basilius Pontius lib. 4. de matrimon. cap. 2. num. 10.* ubi ait: Malum quod comparatione viri grave non judicabitur, tale censetur respectu fœminæ, quia naturâ est imbecillior, itaque non requiritur, ut adeo sit grave malum in statu fœminæ, atque id, quod imminet viro, & multis citatis docet *Additionator ad Seraphinum de privilegiis juramenti, privil.* 110. *Franciscus Sarmiento lib. 2. select. cap.* 11.

79. Paulum per violentiam excidisse ab omni jure, si quod prius habuisset.

80. Exceptionem metus, à quocunque cujus interest, proponi posse.

81. Leviorem metum in fœminis sufficere.

Nec denique opinionum quâdam probabilitate pro suâ sententiâ gloriari Paulus potest, cum probabilitas non æstimetur ex cujusvis assertione, sed ex verisimili juris dispositione, vel communi DD. aut maximè probatorum Authoritate, quæ non deprehenditur juri communi contraria, *Augustin. Epist. 19. in Hieronym. D. Thom. quodlib. 8. art. 13.* Cum tamen hic contra violentum occupatorem omnes leges clament.

Ex his omnibus cum eluceat, feudi & fideicommissi masculini naturam, voluntatem testatoris, rei judicatæ authoritatem, legum

legum constitutiones, Dd. communes sententias, Arbitrorum Laudum, ipsam denique justitiam & æquitatem Nicolao feudum adjudicare, omnes æqui rerum æstimatores haud dubiæ sententiæ pro Nicolao latæ applaudent.

Continuatur materia primogenituræ circa successionem in fideicommissum & distinctionem primogenituræ & majoratu.

S U M M A R I A.

1. *Recensetur facti species.*
2. *Mandata C. & S. clausula in causis fractæ pacis, pro circumstantiis facti decerni.*
3. *Nec minorennibus in hoc crimine parci.*
4. *Citationem ordinarii judicis quoad interesse privatum & civile, non impedire persecutionem publicam apud judicem supremum.*
5. *Imperatoris jurisdictionem in crimine fractæ pacis etiam contra mediatos esse fundatam, quod demonstratur.*
6. *Prorogationes terminorum quomodo & quando concedendæ?*
7. *Exemplari sine transumpto quando credatur.*
8. *Originalia debent recognosci in judicio & quomodo?*
9. *Filium obligari ex facto defuncti Patris tam in feudis quam in fideicommissis ut revocare alienata nequeat.*
10. *Idque multò magis, si contractus sit geminatus & repetitus.*
11. *Quænam sit justa defensio contra imminentem vim armorum.*
12. *Defuncto usufructuario proprietarium rem propria autoritate posse apprehendere.*
13. *Pro defensione rerum suarum arma arripi posse sine crimine fractæ pacis.*
14. *An narrata, an verò conclusio in libello attendatur.*
15. *Nullam factionem vel repræsentationem in successione fideicommissi vel Majoratus habere locum, sed naturalem qualitatem requiri.*
16. *Discutiendam esse primò quæstionem præjudicialem.*
17. *Sequuntur actoris fundamenta.*
18. *Conclusionem libelli ex narratis interpretandam esse, & actionem actori favorabiliorem eligendam, cum benigna libelli interpretatione.*
19. *Resolvuntur argumenta supra posita, & stabilitur, quod filii fideicommissa à Patre alienata revocare possint.*
20. *Respondetur ad contraria.*
21. *Requisita ad validam fideicommissi alienationem.*
22. *Referuntur verba testamenti.*
23. *Non Majoratum, sed primogenituram constitutam esse, cum fundamentis hujus assertionis.*
24. *Majoratus & primogenituræ signa & differentiæ.*

1. Recensetur facti species. GRaviter conquestus est actor N. ab Abavo suo *anno* 1584. fideicommissum erectum esse, in quo jus succedendi, post mortem ultimò defuncti, ex testamentariâ dispositione, modò ad ipsum pertineat; Reus verò N. Antecessoris fideicommissi possessionem de facto occupâsse, reumque modernum adhuc injustissimè detinere, qui etiam in tantam temeritatem, & violentiam progressus sit, ut insuper actoris Dominum N. non attentâ Principis Salvâguardiâ, armatâ manu improborum hominum collectâ nec non adductis majoribus, minoribusque tormentis violenter invadere non dubitaverit cum ædificiorum combustione, & ruinâ, deprædatione, & spolio mobilium, atque reliquias igne & flammâ non consumptas solo æquaverit. Undè supplicavit actor pro mandato de restituendo fideicommisso, nec non reparando pro crimen fractæ pacis illato damno S.C. quod decretum *anno* 1670. Cum jam Fiscalis Principis N. citationem super fractâ pace à Principe contra reum impetrâsset; Excepit reus 1.) quod in causis fractæ pacis mandata S C. regulariter non decernantur, *Gail. de p. p. c.* 3. 2.) causam hanc jam pendere coram tribunali Principis N. per citationem super fractâ pace ab ejusdem Fiscali contrà impetratam. 3.) Reum tanquam Landsassium Principis Imperii

2. Mandata c. vel s. clausula

corâm Imperatore immediatè conveniri non posse. Sed rejecta est prima exceptio, cum pro circumstantiis rerum & persona rum ab arbitrio Judicis pendeat, an Mandatum C. vel S. Clausula in causa fractæ pacis decernere velit, quia Constitutiones Imperii in genere de mandatis loquuntur, non addendo, an cum vel sine clausula decerni debeant, & de stylo consil. Imperialis Aulici, in factis atrocioribus, vel ut observatum in causa S. contrà N. & M. contra B. & B. contra B. & S. contrà R. atque B. contrà B. semper mandata S. C. sunt decreta; quamvis enim tradunt DD. regulariter mandata S. C. non decerni, tamen id relinquunt arbitrio judicis, pro qualitate facti & circumstantiarum, quia judex superior potest sine clausulâ præcipere in his quæ ad tuendam jurisdictionem, vel reipublicæ pacem, & utilitatem spectant. Tum ne melioris conditionis sit violator pacis publicæ, quam pignorator, & ne læsus in facto tam atroci ligatis quasi manibus, mit gepfändeten Händen/ ligare cogatur. Atque etiam Author præjudiciorum Cameralium apud *Gilman. lib.* 3. *tit. Mandata S. C.* causas fractæ pacis expressè inter eas refert, in quibus mandata S. C. decernuntur; & porrò *in tit. Mandata super constitutione fractæ pacis.* §. *in causis fractæ pacis*, tradit sequentia: *Si autem*

in causis fractæ pacis pro circumstantiis facti decerni.

autem factum est aliquid expressè contrà pacem publicam, ibi potest mandatum concedi, & quidem S. C. quia nulla excusant privilegia vel exceptiones, Mindan. lib. 2. c. 12. Nec minorenni (prout opposita exceptio) in talibus parcitur, quia minorennibus in delictis atrocioribus non succurritur, *l. Si ex causâ. 9. §. nunc videndum. 2. & §. seq. lib.* 37. *§. 1. ff. de minor.* ubi vide *l. 1. & 2. C. si advers. delict.* Ubi *Tulden. l. 1. ait*: quod minor frustrà imploret auxilium legum adversus quas deliquit, neque infirmitatem considerari posse in Criminum audaciâ, neque imprudentiam in dolo. Ita ut etiam minor in defensione necessaria non restituatur in integrum, secundum *Caldas in l. si curat. n. 3. C. de restit. in integr. Pruckman. Cons. 24. n. 37.* nulla est enim consequentia: Sum minor, ergò debeo restitui. *Pruckmann. 3. n. 79.* sed debet probari læsio.

3. Nec minorennibus in hoc crimine parci.

4. Citationem ordinarii judicis non impedire persecutionem publicam apud judicem supremum.

Neque obstat secunda exceptio litis pendentiæ in Aulâ Principis N. ubi jam fiscalis contrà reum citationem suprà fractâ pace imperravit; quia persecutio publica non præjudicat persecutioni privatæ & Civili; *Blum. in process. Cameral tit. 29. n.* 129. nulla siquidem est continentia causæ; sunt enim duo actores, *Grav. in Gail. concl. 3. addit. 1.* & in actoris voluntate positum est, an ad fractæ pœnam pacis, an verò solùm ad restitutionem agere velit; *Ord. Cam. p. 1. t. 9. §.* Wir wollen. & quidem aut separatim, aut cumulativè, quia diversa hic sunt & separata interesse, dum Fiscalis publicum, actor interesse privatum persequitur. *Blum. d. loc.* atque causâ fractæ pacis non subsistente, nihilominus in causâ mandati in Camerâ proceditur, *Gilman. vot. 1. p. 1. tom. 1. tit. 1. dub. 4. fol.* 52. Tandem etiam ob protractionem justitiæ, & variis circumstantiis, causa quoque citationis ad Imperatorem est avocata, quoniam causæ fractæ pacis celeriter expediendæ sunt, *O. Cam. anno.* 1500. *tit. 20. in fin.* In Sachen den Friedbruch betreffend / solle der klagenden Parthey Anbringen jederzeit gehöret / und darin summariè, förderlich und ohne Verzug verfahren werden. Cœterum quoad exceptionem rei tertiam, quasi ipse tanquam mediatus non conveniri posset immediatè coram Imperatore, generaliter jurisdictio Imperatoris, in causis fractæ pacis immediatè fundata est, quamvis mediati Crimen hoc perpetrârint, per text. Expressum im Land-Frieden / *de anno* 1548. *art. 14. in pr. ibi*: Vor seinem / deß Verdachten / ordentlichen Richter / oder aber uns 2c. *Ord. Cam. p. 2. t. 10. §. 8. ibi*: Und soll einem jedwedern vorbehalten seyn / solches vor dem Käyserl. Cammer-Gericht / oder anderen ordentlichen Gerichtern / wohin solche Sachen gehören / zuthun und fürzunehmen / daselbst ihm auch förderlich verholffen werden soll. *& in prin. ibid.* in verbis: Fug und Macht haben soll / vor sein / des Verdächtigen / ordentlichem Richter / oder aber für der Käyserl. Mayestät / fürzunehmen.

5. Imperatoris jurisdictio in hoc crimine etiam contra mediatos fundata est.

Ex quibus textibus elucet, in Crimine fractæ pacis jurisdictionem Imperatoris, etiam contra mediatos immediatè fundatam esse.

Hoc tradit *Schwvanman. in process. Camer. lib. 1. c.* 14. inquiens: hanc actionem ita privilegiatam esse, ut nullas exceptiones declinatorias admittat, nec enim aliquâ ratione pacifragi à jurisdictione Cæsaris eximi possunt, præterquam subditi Brabantiæ & Clerici mediati. *Mindan. de Process. lib. 1. n. 1. ait*: Constitutio fractæ pacis ita generaliter fundat jurisdictionem Cameræ, ut non modo immediatè Imperio subjecti, nullo obstante privilegio, nullâ fori declinatoriâ, violatæ pacis nomine ad eam evocentur, Lex enim generaliter loquitur. *Myns. 5. obs.* 58. Id confirmat, quod omnes Principes, & cujuscunque status homines, ratione pacis publicæ subjecti sunt jurisdictioni Cameræ, & non obstante ullo privilegio, quo forum declinare alias possent, in Camerâ conveniuntur. *Carpzov. ad l. Reg. c. 9. Sect.* 10. *n. 9. Rumelin. ad A. B. p. 2. dissert. 1. th. 14. in addit. A. docet*: in causâ fractæ pacis quilibet mediatus, sive agat, sive conveniatur, Cæsarem habet judicem competentem, qui cum quolibet ordinario concurrit; idem habet *Scip. decis. Camer.* 176. *& n. 114. lib. 3. & lib. 4. decis. 132. Roding. Cent. 3. obs. 26. Grev. in Gail. 1. Concl. 33. Gilman. Tom. 1. p. 1. t. 2. n. 15. ubi dicit*: Pax enim publica, der Land-Frieden / æquè ad mediatos, ac immediatos pertinet, *& eod. tom. vot. 1. pag.* 29. ait: Non obstantibus ullis privilegiis, personæ cujuscunque ordinis conveniri possunt ob violatam pacem publicam. *Roding. p. 1. t. 7. n. 4.* in notis ait: Violatores pacis publicæ, sive mediati sive immediati sint, possunt conveniri vel coram judice suo ordinario, vel in Camerâ immediatè; *Et n.* 44. tradit violatores pacis publicæ in Judicio Cameræ Imperialis conveniri possunt, licet ei immediatè non sint subjecti. *Jac. Blum. in suo process. Cam. tit. 29. §.* 120. hæc habet formalia: quod porrò attinet judicem, coram quo actio fractæ pacis institui possit, & debeat, sciendum, esse in libero arbitrio Actoris, utrum pacifragum in Aulâ Cæsareâ vel Camerâ, an denique coram illius ordinario judice convenire velit, per textum expressum In dem Land-Frieden *anno* 1548. *art.* Wie wegen. 14. Neque pacifragus exceptiones fori declinatorias opponere potest, quia causa fractæ pacis immediatè per viam simplicis quærelæ ad Cæsarem spectat, adeò ut nulla privilegia vel prærogativæ à jurisdictione Camerali reum eximant. Landt-Frieden *Anno* 1548. *art. 27. in verb.* Wir setzen auch hindan alle und jegliche privilegia, Gnad / Freyheit / Herkommen / 2c. und wollen / daß Niemand gegen solchen Frieden durch selbe sich schützen / schirmen / noch verantworten möge. *Gail. 1. de p. p. c. 11. n. 1.*

Concidunt itaque Exceptiones à reo allatæ, quoad formalia processus.

In meritis causæ opposuit reus exceptionem

nem transactionis, cujus tamen transsumptum solummodò sine Originali, post multas tergiversationes produxit, multas petens terminorum prorogationes; cum tamen prorogationis prorogationum sine legitimâ & edoctâ causâ prohibitæ sint *R.Dep.an.*1600. §.9.& tertia prorogatio non aliter sit concedenda, nisi observentur requisita juris Communis, R.A. *An.*1654.§.50. qualia sunt, ut juret se non malitiosè hanc dilationem petere, *Nov.*90.*c.*4.*cap.penult.de testib. Brunneman.ad l.fin.ff.de feriis, & dilat.* Et profectò non debent judices esse tam faciles in concedendis prorogationibus, quibus Advocati & Procuratores abutuntur, cum maximo dolore litigantium, & protractione justitiæ, non sine offensâ Dei & læsione conscientiæ.

6. Prorogationes terminorum quando & quomodo concedendæ.

7. Exemplari sive transsumpto quando credatur.

Produxit itaque reus exemptum transactionis seu transsumptum, cui regulariter non creditur, nisi producatur originale. *l.*2.*ff.de fid.instrum.c.*1.*eod*, nisi jussu judicis sit Exemplificatum, vel in Archivo repertum, *Brunnemann. ad.d.l. Speidel. in Spec.verb. Original. Mynf.* 6. *obs.*73. *Mascard. Conclus.*712.& 928. vel per partes sæpius fuerit in judicio productum, & sic tacitè approbatum *Mascard.* 1. *concl.* 712.& 88. Barbosa *in axiomat. verb. Exemplum.* Undè ex solâ exhibitione exempli alicujus testamenti nemo potest consequi possessionem rerum hæreditariarum, *Mas. vol.*2.*d.concl.*712.*n.* 7.*ex l.ult.C. de edict. Div.Hadrian.toll.* Et ex multis Autoritatibus allegatis.*Bartol.Paul.Castrens.Dec. Gozadin.Durand.M. de adipisc. remed.*4.*q.* 74. Etiamsi exemplum esset à pluribus notariis exemplificatum, *Mas.d.loc.n.*21. vel proferretur à personâ privilegiatâ, putà Fisco vel Ecclesia, *n.* 13. nisi pars, contrà quam producitur, habeat originale, & nolit illud exhibere vel altera pars contra Exemplum nil opponeret. Alias tradit *Masc.d.l.n.*85. quod etiam in casibus, in quibus Exemplum probat, nihilominus semper opponi possit de nullitate & falsitate exempli, & peti, ut originale exhibeatur, secundùm *Purpurat. in Auth. si quis in aliquo.C. de edend. cum ibid.cit.*

In foro Saxonico omnia documenta recognosci debent à parte, quid enim si de fide probationis, dubius esset judex? securius utique est, superfluam admittere recognitionem, quam necessariam omittere, quia in dubio judex semper id eligere debet quod minus est onerosum & periculosum utrique parti. *L ex his.ff.quæ in fraud.credit. Carpzov.de process.tit.*14.*art.*2.*n.*52. atque recognitio fieri debet non in loco habitationis, sed in judicio, in quo debent produci originalia. *O.C.anno*1500.*tit.*4.R.A. *anno*1566.§. 100. R. A. *anno*1570.§. 101. R.A.*anno*1576.§. 55. ubi disponitur; daß wegen Gefahr/die Originalia über Landt zu schicken/ gnug seye/ wann selbe per Commissionem von einem Reichs-Standt transsumiret werden / & illic recognitio fiat, quia actus recognitionis debet in judicio fieri, *Carpzov.d.loc.Coler.de process. execut. p.*3.*c.*1.*n.*104. quamvis mandatarius recognoscens nomine sui Principalis speciale mandatum habere debeat, *Carpzov.d.l. n.*96. quia actus recognitionis est magni præjudicii.

8. Originalia debent recognosci in judicio & quomodo?

Itaque tandem recognitum est originale, tenoris sequentis: N. habe sich mit Zuziehung nechster Anverwandter *anno* 38. verglichen / und für alle prætension, so Er ohn das fideicommiss haben könte / jährlich 1000.fl. Zeit seines Lebens angenommen/ die ihm auch viel Jahr bezahlet worden; und diesen Contract habe N. bey seinen Adelichen Ehren / Treuen und Glauben/ für ihn und seine Erben zu halten versprochen auch allen beneficiis und exceptionibus renuntiiret/so wahr beyden Theil GOtt helffe. Hinc ejus hæredibus nullam amplius actionem competere, cum non solum in dubio quilibet Contractus præsumatur licitus, & validus, sed etiam filius defuncti patris factum ratum habere teneatur, si ejus hæres existat, tam in allodialibus, quam in feudis à defuncto alienatis, *Vult.de feud. lib.* 1. *c.*11. *n.*93. quia hæres factum defuncti, etiamsi hoc jus ei debeatur aliunde, quam ab ipso defuncto, ejusdemque hæreditate, & sic jure proprio ratum habere teneatur, prout per *l. cum à matre.* 14.*C. de rei vind.* docent *Rosenthal de feud.c.* 9. *Concl.* 69.*n.* 5.*in not.lit. i.& concl.* 70.*n.* 22.*Graff.*§. *hæreditas.q.* 12.*n.* 7. *Molin. ad Consuet. Paris.*§.8.*Gl.* 2. *n.*22. *Hart. Pistor.lib.*2.*q.*9.*n.*8. etiamsi pater alienâsset fideicommissum ad hæredem spectans; *Castrens. Cons.* 370. *n.*2.*lib.*2. *Rosenth.d.c.* 9. *concl.* 70. *n.* 12. *Petra de fideicommiss. quæst.*4.*n.*315.*& seqq & n.*323.*& seqq. Peregrin. de fideicommiss. art.*33.*n.* 1. *& seqq. Fusar. de fideicomm. substit. quæst.* 557. *n.*1. *& seqq. Knipschild.intr.de fideicomm. cap.*11. *n.*390. *Tiraquell.de retract. lignag.*§. 1. *gloss.* 9.*n.*47. *& seqq. Marzar. de fideicommiss. quæst.*40.

9. Filius obligatur ex facto defuncti Patris tam in feudis quam fideicommissis, ut revocare alienata valeat.

Imò nec hæres hæredis bona fideicommissaria alienata revocare queat. *Pereg. d. art.*33.*n.* 15.*Fusar.d. quæst.*557.*n.* 5.*Boër. decis.* 231.*n.*20.*Knipschild.d.n.*390. Etiamsi fideicommissum expressè fuerit prohibitum alienari. *Tiraq. d.* 1. §. 1.*gloss.*9.*n.*94. *Peregrin.d.art.*33.*n.*1.*& seqq.Molin. de primogen. Hispan.lib.*4.*c.*1.*n.*16.*Pinell.in Tr. de bon. matern.* 1.*part.*3.*n.*81.

Idemque in feudis quoque & magis obtinet, ut filius hæres feudum à patre Vasallo alienatum revocare nequeat, sive illud fuerit hæreditarium, sivè ex pacto & providentia, sivè antiquum sivè novum, *Zas. de feud. part.* 8. *n.* 62. *Klock. relat. Cameral.* 126. *n.*32. 33. *Rosenthal. de feud. d. cap.* 9. *conclus.* 69. *n.*1. *lit. A. Vultej d. feud. lib.* 1.*cap.* 11. *n.* 86.*&*88. *Fusar. d. quæst.* 557. *n.* 4. *Knipschild. d. cap.* 11. *n.*391. Et eâdem ratione nec filius hæres alienantis, qui in primogeniturâ succedit, alienata revocare potest. *Molin. d. cap.* 1. *num.* 21. *& seqq. Menoch.*

Cons.

Conf. 1196. *num.* 11. & *Conf.* 1204. *n.* 14.

10. Idque multo magis, si contractus sit geminatus & repetitus.

Omnia hæc jura tanto rectius huc applicantur, quia contractus geminatus, & repetitus est, quo casu notum est, quid geminatio operetur, quod habeat vim juramenti, ut nihil amplius opponi vel tentari possit, ut nulla attendatur læsio, quantumvis enormis, & ex reipsa. Quia ut maximè defuncti juramentum non transeat ad hæredem, nec ipsum reddat perjurum, ipsa tamen obligatio vel juramenti virtus, quoad validitatem Contractus, transit in hæredem, quia juramentum, quoad hoc non est personale, *Cyriacus part.* 4. *controv.* 599. *n.* 144. Etsi fideicommissum pacto expresso est remissum, tunc filii non amplius admittuntur, *Cothman. vol.* 1. *resp.* 80. *n.* 98. *Tuscus tom.* 4. *concl.* 543. *num.* 39.

11. Quænam sit justa defensio contra imminentem vim armorum.

Audivisse reum, & literis certiorem esse redditum de apparatu bellico adversarii; neminem vero primum teneri exspectare ictum, sed ad justam defensionem præsentem armorum timorem sufficere. *l.* 3. §. *qui armati ff. de vi & vi armat. Gail.* 1. *de P.P. obs.* 16. *num.* 21. & qui agit, ut damnum, quod ab alio metuit, quoquo modo, etiam violento, depellat, sibique & rebus suis consulat, juraque sua conservet, non sit in dolo, per text. in *l.* 3. §. *quod ait prætor. ff. de incend. ruin. naufrag. Consil. Marpurg. Consil.* 40. *n.* 57. siquidem rei publicæ interest, per itinera publica sine metu secure posse commeare.

12. Defuncto usufructuario proprietarium rem propria autoritate posse apprehendere.

Tum vero Actoris antecessorem usumfructum tantùm fideicommissi, eoque nomine naturalem habuisse possessionem. *l. naturalem.* 12. *ff. de acquir. possess.* remanente semper apud Dominum N. possessione civili, quam proinde post mortem usufructuarii, cum naturali potuerit licitè conjungere, quia defuncto usufructuario proprietarius potest propriâ autoritate apprehendere possessionem naturalem, & eam civili conjungere. *Post. tr. de manut. decis.* 538. *num.* 2. quia ei competit manutentio adversus quemcunque usufructuarii hæredem, *id decis.* 299. *n.* 5. *Menoch. de retin. poss. rem.* 3. *n.* 23. & *seqq. Tusc. verb. possessio. concl.* 400. *n.* 31. ut non obstent *textus in l. uti. frui.* 5. *in pr. ff. si usufr. pet.* & *l.* 1. §. 6. *ff. usufr. quemadm. cav.* qui disponere videntur quasi usufructuarius non posset expelli propriâ autoritate, sed actione negatoriâ contrà eum agi deberet, cum nec aliàs liceat, rem quamvis suam, propriâ auctoritate alteri eripere, *l. si quis in tantam. C. unde vi. c. placuit.* 25. *q.* 6. quia textus illi de finito usufructu viventeadhuc usufructuario loquuntur, *Tiraq. in tr. le mort saisit le viv. p.* 2. *declar.* 1. *num.* 6. Nam post mortem usufructuarii bona fideicommissaria ad Dominum proprietatis ipso jure devolvuntur. *Post. obs.* 16. *n.* 42. *Carpzov. in jurisp. p.* 3. *const.* 13. *defens.* 16. *n.* 1. licet enim aliàs fideicommissarius rem propriâ auctoritate occupare non possit, sed de manu hæredis capere teneatur: hæc tamen assertio multas patitur limitationes, tradente *Knipschild. c.* 13. *n.* 1. & *seqq.* præsertim si de fideicommisso tantùm particulari verborum bonorum agatur; idem *Knipschild. dicto loco n.* 14. *Fusar. quæst.* 603. *n.* 18. imò hodiernis moribus restitutiones fideicommissorum penitùs cessare, *Boër. decis.* 156. *Roland. à Valle. Cons.* 78. *Franc. Nigr. Cyriac. p.* 1. *controv. forens.* 12. *n.* 62. *post. de manut. decis.* 216. *n.* 7. *dicit, actionem ex l. fin C. de edict. Div. Hadr. toll.* statim posse intentari, sine prævia solemnitate restitutionis verbalis, sed fideicommissarius propriâ autoritate potest capere de manu cujuscunque, *Tusc. conclus.* 268. *n.* 28. *tom.* 3. *lit. F. Nigr. Cyriac. Tom.* 1. *contr.* 12. *num.* 36. & *p.* 2. *contr.* 263. *num.* 33. *Gratian. discept.* 245. *n.* 12. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 47. *n.* 60. Et quando manifestè constat, quod hæres nullum possit sentire commodum ex immissione, ne sint ad ejus favorem faciendæ aliquæ detractiones, utique manutenendus est fideicommissarius, etiam quod possideat autoritate propria. *Gratian. c.* 954. *n.* 22. *post de manut. obs.* 47. *num.* 8. 9. & *decis.* 150. *n.* 10. præsertim si paratus sit in continenti de jure suo docere, *Argel. in tr. de legit. contradict. q.* 10. *art.* 16. quia ubi constat, nullam fieri posse detractionem, uti hic, nemini dici potest per apprehensionem facta esse injuria, cum nullius intersit bona non esse apprehensa, ut impugnans apprehensionem calumniosè videatur impugnare, *Rolland. à Valle. Cons.* 78. *n.* 2. *vol.* 3. Et quando hæres est in morâ restituendi, restitutio pro facta habetur, *Beroj. Cons.* 54. *n.* 42. *lib.* 2. *Tusc. d. conclus.* 268. Knipschild. *c.* 13. *n.* 13. Nec usufructuarius post mortem suam fideicommissum alteri relinquere, aut cedere potuerit, cum morte usufructuarii omnia finiantur, & jura omnia permittant, quod fideicommissarius rem alienatam propriâ autoritate apprehendere queat, *Nov.* 55. *c.* 1. *Gilman. tom.* 1. *p.* 3. *vot.* 21. *n.* 11. *Knipschild. de fideicomm. d. c.* 13. *n.* 33. & *c.* 6. *n.* 377. *Peregrin. art.* 14. *n.* 8. & *art.* 40. *n.* 17. *Intrigiol. de substitut. cent.* 3. *q.* 72. *n.* 10. *Petra de fideicom. q.* 3. *n.* 2. & apprehensio possessionis non vacuæ pro turbatione non habetur, nec in possessorio summariissimo quicquam relevat, *Klock. vol.* 1. *cons.* 40. *num.* 23. & *cons.* 50. *n.* 320. *Gail. de arrest. c.* 1. *n. ult. Cothman. vol.* 1. *resp.* 9. *n.* 180. Insuper cuilibet licitum 13.

13. Pro defensione rerum suarum arma arripi posse sine crimine fractæ pacis.

esse, pro defensione rerum suarum arma arripere, cum defensio sit juris naturalis; nec propterea incurri crimen fractæ pacis, utpotè ad quod vis publica & atrox, cui resisti non possit, cum dolo malo requiratur, coadunatis tot hominibus, quibus Romani Imperii tranquillitas posset perturbari, *Gail. de P. p. c.* 7. *n.* 23. quæ omnes circumstantiæ hic nullatenùs reperiantur.

Quin imò actorem non conclusisse super crimine fractæ pacis, sed solum super restitutione fideicommissi, quamvis enim multa de crimine fractæ pacis fecerit verba, nihil tamen aliud quam fideicommissi restitutionem petiisse, cum in libello non quid 14.

14. An narrata, an vero conclusio in

narretur, sed quid petatur, attendendum sit, *Wurmser. pr. forens. lib.* 1. *tit.* 9. *obs.* 6. quia narrata restringuntur ad ea, quæ in conclusione

 fione

libello attendatur.

sione continentur, *Gail. obs.* 1. 61. *n.* 15. *Carpzo. in jurispr. part.* 1. *cap.* 2. *de finit.* 11. *n.* 2. tùm quoque fundaae actorem suam actionem in jure primogenituræ, de quo tamen in testamento nulla ejus fiat mentio, sed tantùm in eo disponatur, quod in linea Collaterali, inter concurrentes plures Agnatos diversi gradus, ille succedere debeat, qui *ætate & sanguine major & proximior* est, ex quibus verbis nulla possit inferri primogenitura, quia alias verba: Aeltister und Nächster / nihil operarentur, si in collaterali linea nepos patruum excluderet; Cum tamen potiùs vera proximitas, quam ficta repræsentatio in fideicommissariis successionibus attendi debeat. *Thesaur. decis.* 65. sicque si vocatur proximus, excluso nepote succedit patruus, *Text. in l. si libertus prateritо.* 23. §. 1. *ff. de bon. lib. Peregrin. de fideicommiss. art.* 21. *num.* 2. & 28. *Goldast. de major. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 6. *Cacheran. cons.* 72. *num.* 31. Qualitates enim requisitæ, scilicet majoris ætatis, & proximitatis, cum sint qualitates naturales, impediunt omnem repræsentationem, nec sunt in hæredem transmissibiles, nec etiam alteri cedi possunt, sed cum persona extinguuntur. *Molin. de primog. Hispan. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 2. & *c.* 8. *n.* 8. *Goldast. de Majorat. lib.* 2. *c.* 11. & generaliter quoties fit mentio alicujus personæ, cum aliqua qualitate, verba intelliguntur de eo, qui verè habet illam qualitatem, non etiam qui fictè saltem, vel per repræsentationem, & privilegium, *l. ult. c. de his, qui ven. ætat. Imp.* præsertim verò in fideicommissis, & causis majoratus juri repræsentationis nullus sit locus, *Forster. de success. ab Intest. lib.* 4. *c.* 22. *num.* 1. *Goldast. de major. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. *Petra de fideicomm. act.* 12. *num.* 86. *Fusar. de fideicomm. q.* 383. *num.* 8. *Knipschild. c.* 6. *n.* 311. ex eo, quod ubi vocatur *major ætate* vel *gradu proximior*, censeatur successio limitata ad gradum certum, ut sic, qui eo non continetur, nec vocatus dici possit, nec admittatur, ne quidem per fictionem repræsentationis *Mantic. de Conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 9. *Covarruv. pr. quæst. c.* 38. *num.* 4. Atque in mandatis illa semper verborum interpretatio sit sumenda, quæ reum minus lædit: *Cravetta Cons.* 47. *num.* 10. & *Cons.* 188. *num.* 2. *Cephal. lib.* 2. *cons.* 249. *num.* 19. *Samoza de protect. Reg. part.* 4. *cap.* 12. *num.* 47. nec ultrà sonum verborum interpretatio sit extendenda, semperque declaranda adversus eum, qui se in iis fundat, *Samoza d. l. cap.* 8. *num.* 48. & *cap.* 9. *num.* 125. *Niger. Cyriac. part.* 1. *controvers. forens.* 46. *num.* 19. *Besold. p.* 5. *cons.* 243. *n.* 42. & *seqq.*

15. Fictio vel repræsentatio in successione Fideicommissi non habet locum, sed naturalis qualitas requiritur.

16. Discutiendam esse primo quæstionem præjudicialem.

Insuper discutiendam esse primo semper loco quæstionem, quisnam tempore allegati pacifragii fuerit in possessione, quia concurrentibus duabus actionibus, quorum altera est alteri præjudicialibus, illa ex qua altera præjudicium capit, necessariò & antè omnia præponi, disceptari, ac decidi debet, antequam ad cognitionem alterius deveniatur, *Harpp. ad §. præjudiciales.* 13. *Instr. de act. Mev. p.* 1. *decis.* 70. & *part.* 5. *decis.* 34. *Mynſ.* 1. *observ.* 100. aliàs acta cum sententia sunt nulla *Tusc. tom.* 6. *conclus.* 492. *num.* 2. 6. *Gratian. c.* 394. *n.* 38. semper enim in quæstione turbationis, & violentiæ, quando contingit dubitari de ipsâ possessione, utpote quia reus dicat se non posse turbâsse, nec violentiam aliquam intulisse, sed possessionem suam continuâsse, illa causa civilis possessionis, facit supersedere causam turbationis vel spolii, & prius de possessione pronunciari debet: quia spoliatio dici non potest, quando quis possessionem suam continuat, nec intelligi potest; utrùm factio sit turbatio, vel spoliatio, nisi priùs, an spoliatus possessor fuerit, nec ne, cognoscatur, possessio enim non acquiritur sine apprehensione, & actu civili. *Post. de manut. obs.* 15. *num.* 10. *ubi vid. alleg.*

17. Sequuntur actoris fundamenta.

Sed ad omnia superiùs deducta argumenta reposuit actor, sibi cessum esse fideicommissum ab adhuc vivo ultimo possessore tanquam legitimo successori, contrà quem reus crimen fractæ pacis commiserit, super quo petitum mandatum pœnale de restituendo fideicommisso, & reparandis damnis, cum omnibus annexis fructibus perceptis, & percipiendis, fuerit impetratum, quæ petitio non nisi ex præcedentibus narratis interpretationem suam recipere possit, cùm non ex conclusione tantùm, sed etiam ex narratis libellis judicandum sit, *Cothman. vol.* 1. *resp.* 39. *num.* 6. Conclusio ex narratis interpretanda *Thes. Basil. vol.* 8. *disp. de libell. Tom.* 14. præsertim in causis coram summo Principe ventilandis *l.* 19. *C. de Testament. C. ad petit. Extran. de accusat. Zas. Inst. de Act. num.* 24. Ex quibus patet, quod sub nomine annexorum, & reparatione damnorum, omnia intelligantur, cum verba dubia benignâ interpretatione in favorem libellantis sint explicanda, ita ut intentionem ipsius contineant, & actionem competentem inducant, sicuti Actori est favorabilius. *Marant. p.* 6. *de libell. oblat. num.* 16. præsertim si libellus contineat petitionem, ut justitia administretur, *omni meliori modo*, prout hic factum, tum enim omnis actio, omneque remedium competens & resultans ex narrantis in judicium deducitur. *Marant. de l. ubi citat. Ang. Jas. Felin. Gail.* 1. *obs.* 61. *num.* 11. ut proindè reus ad vexandum solummodo actorem, & remorandam causam, frustrà objiciat exceptionem, quasi actor tantùm ad fideicommissum, non verò ad ejus pertinentias suam dixerit actionem, & quod de pacifragio nullam fecerit mentionem, cum tamen de omnibus istis in libellis amplissimam narrationem proposuerit, atque in dubio libellus quoquo modo sustineri debeat, etiam cum impropriatione verborum, intantum, ut etiam ipsius libellantis interpretatio admittatur, non modò ante litem contestatam, sed etiam posteà, ut egregiè ex multis auctoritatibus deducit. *Grev. in Gail. lib.* 5. *obs.* 61. *n.* 7. & *seqq.* ubi tradit, libellum etiam præsumptivè concludentem sufficere, & trita Doctorum Theorica est, libellum in dubio ita inter-

18. Conclusio libelli ex narratis intelligenda, & actio actori favorabilior eligenda, cum benigna libelli interpretatione.

pre-

pretandum, ut remedium sibi utilius intentaverit Actor, præsertim si in persecutione litis se taliter declaret, *Idem Grev. d. loc. consid.* 1.

Exceptio *transactionis*, quam reus in meritis causæ objecit, quod scilicet filii & agnati facta majorum observare teneantur, & filius hæres facto defuncti patris, etiam in alienatis feudis & fideicommissis contravenire non possit, eo quod eadem dicatur esse cum defuncto personâ, ut obligatio in persona defuncti orta ad ipsum transeat, eò magis, quia hæres adeundo hæreditatem videatur quasi contrahere, atque ita se obligare ad implendum omnia, quæ defunctus adimplere tenebatur, prout ex multis actoribus deducit *Besold. Consſ.* 11. *num.* 215. *Consſ.* 106. *num.* 3. & *Consſ.* 161. *num.* 56. *Knipschild. de fideicommiſs. c.* 11. *num.* 386. & *seqq.* illa tamen posteà *num.* 394. & *seqq.* resolvit, his & similibus non obstantibus, contrarium, quod nimirum consensus, vel

19. Resolvuntur argumenta supra posita, & statuitur, quod filii fideicommissa à Patre alienata revocare possint.

alienatio Patris, vel Agnatorum non obstet hæredibus & filiis, quin fideicommissum alienatum revocare possint, veriorem esse sententiam, *per l. peto* 69. §. 3. *ff. de leg.* 2. ubi *Brunnemann.* & *l. quoties.* 11. *C. de fideicomm. Fusar. qu.* 542. *num.* 12. & præcipuè *quæstione* 558. *num.* 8. ubi refert præjudicia etiam in appellatione confirmatâ, *Hillius in Donell. lib.* 8. *c.* 28. *lit. F. Carpzov. part.* 3. *c.* 8. *d.* 35. & per multos alios, quos citat *Knipschild. dict. n.* 294. ex ratione, quia res alienari prohibita, & si filii, vel hæredes non admitterentur, sequeretur inconveniens, quod prohibitus ad libitum alienare, & testatoris voluntatem deludere posset, quod tamen in fideicommisso fieri non debere, constat. *l. si id quod. ff. de liberat. leg. l. cætera ff. de leg.* 1. *C. Civitas de sent. excom. in* 6. *Peregrin. de fideicomm. art.* 22. *num.* 75. Cum enim fideicommissi institutor ipsa bona fideicommissaria perpetuò in familiâ permanere, & ad omnes de familia, in infinitum pervenire voluerit; quibus proinde ex ipsa institutione jus in bonis quæsitum est, hoc ipsis invitis auferri amplius non potest, *Knipschild. d. loc. n.* 395. & *c.* 3. *num.* 22. & *c.* 8. *n.* 390. Hinc non posse patrem in præjudicium filiorum pacisci, ut à jure successionis excludantur, tradit *Gilman. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 8. *vot.* 2. *num.* 153. *Tileman. de Benign. Syntagm.* 3. *de cad.* 3. *vot.* 5. *n.* 153. Cum nemo alieno juri renuntiare, nec pactionibus privatis jus alterius lædere possit, *l.* 3. *ff. de transact. l.* 27. §. 4. *ff. de pactis l.* 1. & *seqq. C. res inter alios acta.* Ex quo in terminis fideicommissi tradit *Bart. in l. in diem. n.* 1. *ff. de aq. pluv. arcend. Peregrin. de fideicomm. art.* 52. *n.* 81. hæredem per actus voluntarios non posse præjudicare fideicommissariis & substitutis; undè primus fideicommissarius non potest repudiare fideicommissum in præjudicium reliquorum. *Fusar. q.* 588. Nec renuntiatio primi substituti nocet secundò vocatis, & reliquis, *Menoch.* 3. *præſ.* 11. *n.* 59. & *præſ.* 147. *n.* 15. *Peregrin. de fideicomm. art.* 52. *num.* 81. & *seqq. Fusar. d. l. Tiraq. de primogen. q.* 21. *num.* 7. *q.* 26. *n.* 5. & *q.* 40. *n.* 187.

Jura verò in contrarium pro reo adducta loquuntur tantùm de hæredibus alienatis, qui ab ipso alienatore beneficium seu hæreditatem consequuntur, quales factum defuncti præstare tenentur, non verò illi, quibus bona ab alio testatore, quam ab alienante obveniunt, velut hoc fideicommissum à primo institutore, cui succeditur, non à fideicommissario defuncto proveniunt, sicque filius vel hæres, qui non hæreditario, sed proprio jure nititur, ex facto defuncti non tenetur. *L.* 73. *ff. de evict. l. si tibi l. fin. C. eod. Knipschild. d. c.* 11. *num.* 404. *Schurff. cent.* 2. *consſ.* 82. *num.* 3. *Tiraq. de retract.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 53. & 134. *Petra de fideicomm. q.* 14. *n.* 230. & 301. *Peregrin. de fideicomm. art.* 52. *n.* 91. *Fusar. de fideicomm. substit. q.* 560. *n.* 11. & 18. & *q.* 597. *n.* 13. quia non vindicat fideicommissum, ut hæres ultimo defuncti, sed tanquam proximior de genere & familia, qui proindè non tenetur approbare factum defuncti, in iis, in quibus ille liberè disponere non potuit, sed omninò tenebatur relinquere ipsi hæredi; *Nicol. Everh. in locis de tanquam seu respectivis*, 116. *num.* 29. *Cravett. consſ.* 200. *n.* 5. & 7. *Castrenſ. consſ.* 448. *in fin. lib.* 2. *Menoch. Consſ.* 104. *n.* 54. *lib.* 1. *quos citat & sequitur Knipschild. sæpius cit. eo n.* 407. & *seqq.* aliàs enim facilè, omnis in fideicommissis cautela & institutio testatorum everti posset atque eludi. 20. Respondetur ad contraria.

Cum tamen hæres, ex communi omnium sententiâ, ratum non teneatur habere factum defuncti, quod vel ipso jure, vel genere exceptionis est invalidum, *per l. fin. C. de his quæ pœn. nom. l. dotale.* §. *fin. ff. de fund. dot. Joſ. Ludov. concl.* 16. *verſ. hac reverà est realis. Afflict. decis.* 240. *verſ. item quia filius. Tusc. lit. F. concl.* 264. *n.* 30. & *seqq.* & *litt. H. concl.* 53. *n.* 31. nulla autem est alienatio fideicommissi, vel per ultimam voluntatem, vel à lege alienari prohibiti. *l. peto* 69 §. 3. *l. cum pater.* 77. §. *libertis.* 27. *l. pen.* §. 15. *ff. de leg.* 2. Ut non solùm hæres alienantis, sed etiam ipse alienans pœnitere & fideicommissum revocare possit; *Tusc. litt. H. concluſ.* 53. *num.* 22. quod aliqui etiam extendunt ad feudi alienationem illicitè factam, ut filii & hæredes, Vasalli retractare semper possint. *Schrader. de feud. p.* 7. *c.* 2. *n.* 48. & 49. *Rosenthal. de feud. c.* 9. *concl.* 69. *n.* 7. & 9. & *ibid. not. lit. K.* & *N.* quia hæres nunquam restitutioni res subjectas ita alienare potest, ut post mortem ejus fideicommissariis non pateat ad renovationem aditus, *L. Marcellus* §. *res. ff. ad S. C. Trebell. Gail.* 2. *observ.* 137. *Besold. Consil.* 243. *n.* 23.

Ut taceam, quod hæres facto defuncti in hoc nunquam contravenire videatur, quia defunctus de jure tantùm suo, non verò alieno in dubio consensisse intelligitur. *C. Pastoralis, & ibi*: *Anton. Butr. X. de donat.* quin imò licet in alienatione hæredum quoque facta est mentio, tamen hæredes seu filii ex hoc facto defuncti in fideicommissis familiarum nobilium non tenentur, quia hæc promissio est accessoria ad principalem contractum, in quo sicuti pater filiis & Agna-

Agnatis præjudicare nil quicquam, nec tacitè nec expressè nec etiam Princeps jus in bonis quæsitum ex plenitudine potestatis auferre potest; *Knipschild. c. 3. n. 22. cum ibid. alleg.* Cum commodum successionis non beneficio defuncti, sed sanguinis, generis & familiæ intuitu habeat, *Tiraq. de primog. q. 35. n. 5.* Ita etiam mentio hæredum superaddita facilè per se corruit, fideicommissa enim ex testamento primi testatoris, non ex voluntate ultimò defuncti petuntur, per textum expressum in *l. unum. 67. §. 2. 3. 5. ff. de leg. 2. Besold. Cons. 133. num. 28.*

Nec pugnat cum honore, reverentiâ, & pietate parentibus defunctis debita hæc filiorum revocatio, & improbatio contractuum à defunctis gestorum, quia cum hæc vindicatio bonorum alienatorum jure permittente fiat, nemini per eam injuriam inferri asseverari potest, *Knipschild. d. loc. n. 415.* nemo enim ex alterius facto obligatur vel excluditur, nec ex facto alieno jus alterius mutatur, *auth. Magis. C. de SS. Eccles. l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de nov. op. num. l. paterfam. ff. de hæredibus instit. t. t. res inter alios acta Besold. Consil. 254. n. 51.* Atque licet alienatio rerum fideicommisso subjectarum valeat, si facta sit in proximum feudi, fideicommissi successorem, veluti filium, sepositâ quoque alienatione aliàs successorum; tamen hic nostræ quæstionis casus non est, cum actor se proximiorem & in testamento vocatum esse contendat, quo casu, quando certus succedendi modus & forma à Testatore præscripta est, illa præcisè est observanda. *Knipschild. c. 9. n. 1. & seqq.*

21. Requisita ad validam fideicommissi alienationem.

Tandem quoque non fulciri potest hæc transactio ex eo, quod etiam de bonis fideicommissariis licitè transfigi possit, si principis superioris autoritas interveniat, prout tradunt *per c. 1. X. de transact. c. examinata. & ibi Dd. comm. X. de confirm. util. & inutil. Peregrin. de fideic. art. 52. n. 89.* si judex transactionem præceperit, propter litem intricatam, & diu duraturam, ex quâ rixæ & scandala timeantur; si transactio fiat decidendi causa, ut transigens fideicommissi possessor rem fideicommissariam sibi retineat, & à lite se datâ pecuniâ liberet, *L. si pro fundo 33. C. de transact. Fusar. q. 708. n. 5.* quo casu etiam de feudo transfigere licet, si Vasallus feudum vel retinet, vel recuperat. Verùm hæc transactio nec interveniente Principis autoritate, nec judicis jussu, nec decidendi causa facta est, ut proinde vana hæc transactionis exceptio omnibus destituta fundamentis penitùs corruat.

Idque eò magis, quod & ipse reus, ab eadem dudùm recessit, dum non solùm alterius transactionis posteà initæ confirmationem sollicitè postulavit, sed & insuper revisionis remedium hac de causa imploravit, quod excelsum consilium partem actricem ad aliam secum transactionem ineundam non compulerit.

Cum itaque exceptio transactionis non obstet, sed sufficienter elisa sit, restat, ut dispiciamus quod pronuntiandum? quem in finem hæc discutienda est quæstio, an testator in ultimo suo elogio *primogenituram* vel *majoratum* ordinaverit? quo fine necessarium est verba testamenti considerare quæ sic habent: Und um daß das Geschlecht/ und Sterb-Hauß in Ehren mag bleiben/ und die Unterthanen der Herrlichkeit destoweniger beschwert/ und meinem gnädigen Herrn/ samt der gantzen Landschafft und Freundschafft füglicher gedienet/ und der Armut desto reichlicher mitgetheilet/ und auch die vorgedachte ad pias causas legata, desto besser ohne Verderb/ ausgericht können werden/ und um andere Ursachen mehr/ mich darzu movirend/ so habe ich Testator geordiniret/ und ordinire/ daß jetzt vorgedachtes Hauß N. und Herrlichkeit/ Plätzen und Landen/ so von Alters her bey des Hauses N. Gebrauch gewesen/ und ich auch darzu gebraucht/ und fortan gebrauchen werde/ zu ewigen Zeiten/ ja biß in den vierdten Hauffen/ und fortan mehr als in die hunderste Grad/ expressè, darinn derogirende Authenticæ de restitutione fideicommissi, unversehrt/ und unvertheilt bey den andern annex sollen bleiben/ und auff einen allein/ als auff den ältisten filium sive hæredem masculum (wie ich in prima institutione filiæ hæredis gedacht) vel deficiente masculo, ad majorem natu filiam verfallen und vererben; Es geschehe ex linea recta, oder zukünfftig ex transversali, sine ulla detractione quartæ Trebellianicæ, Falcidiæ, oder legitimæ. Meine Tochter habe ich hæredem bonorum meorum instituirt/ die Güter als gespecificirt/ hab ich ihr sub conditionibus (wie vor und nach verzeichnet) gegeben/ die ich summa industria & molestia, durch GOttes Seegen beyeinander gebracht.

22. Referuntur verba testamenti.

So soll der vorgeschriebene Erbgewerb/ auff welchen die vorgeschriebene Güter von Hauß/ Herrlichkeit und Land fallen werden/ tam plenum Dominium nicht haben/ daß er dieselbe gantz oder zum Theil verkauffen/ versetzen/ verpfänden/ vergeben/ beschweren/ ein Lehen-Gut davon machen/ aut aliquo onere aut servitute graviren/ oder auff einige Weiß und Manier zu veralieniren solle Macht haben/ daß ein jeder der vorgeschrieben Erbgenommen die Güter von der Annehmung mit Hand-Gelübd der zweyen nächsten Freunden untergemeldt/ an Eydes-Statt sich soll verpflichten/ daß er solches nicht thun will/ und keinen Gewalt darzu zu haben bekennen/ und so hiergegen einige Verkauffung/ Versetzung/ Verpfändung/ Beschwehrung/ Donation, oder einige Alienation geschehe/ soll selbe Krafftloß/ und von Unwürden seyn/ und sollen dazu die Güter stracks von den zweyen nächsten Befreunden des Besitzers/ qui in omnibus præferri debent, si illi nolint, negligentes aut inhabiles sint, von zweyen des Stammes/ Geschlechts/ und Namens/ dieweil die Güter von dem Geschlecht herkommen/ angetastet/ und dem Prodigo übler Haußhaltung/ oder der vorgeschriebene meinen Disposition Uber-

Ubertretter abhändig gemacht werden/ꝛc. die ihme einen jährlichen Pfenning zu seiner Unterhaltung verordnen / und einen Verwalter über das übrige stellen sollen.

Quapropter, ut dixi, in perpetuum iisdem meis posteris ac *descendentibus* deindè *reliquis in meo genere*, quod ad hæc bona aliquando pervenire poterunt, illorum bonorum venditionem ex quâvis causâ prohibeo; Omninò enim volo, ut prædicta bona in familiâ & posteritate meâ apud *majorem natu filium vel filiam* ordine, quo suprà dictum est, integra sine aliqua detractione Trebellianicæ vel legitimæ remaneant.

Im fall GOtt der Allmächtig nach seinem Willen meine liebe Tochter oder ihre Erben zu einiger Zeit heischete/ und keine rechte descendenten/ aus meinem Leib entsprossen/ übrig bleiben/ so soll obengedachte Herrlichkeit / mit den annex-Gütern / an Einen der dieß Nahmens/ und männlichen Geschlechts Manninga ist/ verfallen/ und da gleich näher ein Blut-Frauens Persohnen wären / so soll doch Einer/ welcher der Nächst/ und Aeltiste in gradu masculus des Stammens Manninga wäre/ zu viel gedachten Annex-Gütern vorgezogen werden/ selbe allein geniessen / und dieser meiner Ordnung sich in allen gemäs halten; Wann aber das männliche Geschlecht Nahmens Manninga gantz ausgestorben/ so sollen an einen hæredem allein/ so der ältist/ und nächster im Blut / und Ehrlich ist/ (sonst soll der da nächst ist nach Rath zweyer nächsten Freunden vorgezogen werden) die sämbtliche Annex-Güter verfallen. Und so offt nun das ältiste Kind meiner Nachkömmling/ gantz Gottlos/ Unehrlich/ prodigus, und seinen Eltern gantz ungehorsam/ daß Ursach zu enterben wäre/ so haben die Eltern macht mit Rath zweyer Freunden (wiewohl Er der Nächste zu diesen Gütern ist) ihn zu enterben / und den nächsten Bruder an seiner Statt zu stellen.

Wann der Besitzer des Hauses männliche Erben hat bey seiner Haus-Frauen von dem ersten Bette / so soll er keine Macht haben/ seine andere Frau mit den Gütern zu beleibzüchtigen damit dieselbe keinen Schaden leiden.

Der Besitzer des Hauses / soll seinen Brüdern und Schwestern / so sonsten Mit-Erben gewesen/ 5000. fl. geben. Der Empfanger der Güter soll bey Eydespflicht seinen Mit-Brüdern/ Schwestern/ oder den jenigen/ so seine Mit-Erben seyn wollen / und da keine Mit-Erben vorhanden seind / seinen zweyen nächsten Freunden/ und da die Minderjährig oder Inhabiles wären/ zweyen des Nahmens und Stammens Manninga angeloben / daß Er und seine Erben dieser Disposition in allen ihren Clausulen und puncten will nachfolgen und vollstrecken/ und soll/ ehe dieses vollzogen/ die possession nicht ergreiffen; Ich achte rathsam / daß die Eltern bey ihrem Leben die Versicherung und Verpflichtung/ von dem Aeltesten/ darauf das Guth fallen soll/ nehmen.

Ex istis quidem verbis reus existimat nullum primogenituræ jus inferri posse, quia in testamento nulla planè ejus fiat mentio, sed è contrario talis reperiatur dispositio, quod in lineâ collaterali, inter Concurrentes plures Agnatos diversi gradus, ille semper ad successionem admittendus sit, qui ætate & sanguine major, & proximior est: Ex quibus verbis clarissimè appareat, quod nulla reflexione ad jus primogenituræ habita, testator simpliciter ætatem & gradum respexerit, atque sic den Aeltisten und Nächsten im Geblütt ad successionem vocaverit; cum verba ista *jus Majoratus* inferant, & illud necessariò inducant, ne stent otiosa. Quomodo enim verba illa: der Aeltester und Nächster im Geblüth/ aliquid operari possent, si in lineâ collaterali nepos ex fratre per jus repræsentationis patruum excludere posset; Id quod nullâ ratione potest comprehendi, quia verba illa: *proximior & senior*, sive prior ætate, & gradu, potius majoratum, quam primogenituram denotant, in majoratu verò repræsentatio locum non invenit, quia qualitas in personâ requisita non fictè, sed verè adesse debet. 23. Non majoratum, sed primogenituram constitutam esse, cum fundamentis hujus assertionis.

Verior nihilominùs est sententia, quod primogenitura in testamento supra posito sit constituta, idque ex ipsis verbis testamenti eluceat. Nam majoratus differt à jure primogenituræ, quod in hoc primogenitura est fundamentum, in majoratu verò ætatis prærogativa, & ille solùm ad successionem vocatur, qui post mortem possessoris ætate major, non qui primogenitus reperitur. *Besold. lib. 1. diss. Nomico-polit. diss. 4. n. 13. Springsfeld. de Apanag. c. 5. num. 6.* 24. Majoratus & primogenituræ signa & differentiæ.

Tunc enim est propriè majoratus, quando ita statuitur in eos, qui sunt ejusdem familiæ, ut semper natu maximus, maiorque ætate, etiam ex geniculo remotiori succedat, idque eo præcipuè fine, ut nunquam tutelæ sit locus, sed provincia semper proprios habeat Dominos, *Bets. de pact. Illustr. famil. c. 8. fol. 461. Speidel. in specul. verb. Majoratus.* Verum ex his omnibus majoratus essentialibus nihil in se continet testamentum, quia (1) in eo ad fideicommissum vocatur, non major de domo sive senior de familiâ, sed major natu filius institutæ fiviæ hæredis, sive hæres masculus, & eo deficiente major natu filia, & quidem usque ad quartum, quintum, & consequenter centesimum gradum, quales gradus in majoratu considerari non possunt, præsertim quia dispositio testamentaria non absolutè ad majorem natu, vel seniorem de familiâ directa est, sed in specie ad *majorem natu filium*, cum specifica expressione, quod testator non majorem ex totâ familiâ, sed tantùm ex lineâ inter filios & Nepotes velit esse vocatum; quando enim testator loquitur de majore natu inter plures filios, tunc sine dubio de primoge-

mogenito sermonem facit, & primogenituram instituit; *Besf. de pact. famil. c.* 8. *fol.* 460. *Fusar. de fideicommiss. substit. q.* 384. *n.* 2. 2.) quia testator expressè tantùm linearum mentionem facit, & disponit, quod quolibet tempore major natu filius, vel eo deficiente major natu filia succedere debeat, sive id contingat ex linea recta, sive futuro tempore ex linea transversali: Notum verò satis est, quod saltem hæc primogenituræ, non verò majoratûs natura sit, ut de linea in lineam progrediatur, *per vulgata.* 3.) Id clariùs exindè apparet, quia successoribus in testamento permissum est, ut si filius natu major vel impius, vel perditæ, & inhonestæ vitæ, vel prodigus & inobediens esset, ipsi potestatem habeant illum exhæredandi, & sequentem ejus fratrem ipsi substituendi: undè clarè patet vocatio secundogeniti post primogenitum, quo casu primogenituram institutam esse ex *Menoch. cons.* 775. *tradit Fusar. d. q.* 384. *num.* 6. 4.) Quod testator, si successor in fideicommisso ex primo matrimonio proles habeat, prohibuerit secundæ conjugi dotalitium in fideicommisso constituendi; undè semper colligitur solus testatoris respectus, & consideratio ad filios primogenitos, non verò ad majores natu, ex tota familia. 5.) Quod possessor fideicommissi suis fratribus & sororibus, vel in eorum defectu proximioribus Agnatis, juratò promittere debeat, quod ipse & ipsius hæredes, hanc dispositionem testamentariam in omnibus clausulis & punctis observare & adimplere velint; quorsum enim cavere deberet primogenitus suis fratribus secundogenitis, si in successione major natu ex familia antecederet, cum tamen solùm illi petere possint satisdationem, qui post fideicommissi successorem primum in successione locum obtinet, *per text. in l. peto.* 69. §. 3. *ff. de leg.* 2. qui enim potiores sunt in successione, non immeritò quoque tales in cautionis petitione constituendi sunt, cum calumniosè satisdationem videatur petere is, quem alius antecedit, *per text. in l. Paulus,* 8. *ff. de stip. prætor.* quæ jura 6.) Testator rectè consideravit, atque ideò in suo testamento disposuit, ut tùm demùm proximis Agnatis cautio præstari à fideicommissi possessore debeat, si nulli fratres & sorores tunc temporis reperiantur; Unde iterùm patet, nullum Agnatum: licet natu majorem, & ætate omnes superantem, succedere posse, quamdiu aliquis ex possessoris fratribus superest; quam opinionem testator 7.) etiam adhùc clariùs expressit, dum in eodem §. testamenti ordinavit, quod successores in vita sua cautionem à natu majori filio ad quem fideicommissum devolvi debet, exigere debeant, quæ dispositio iterùm esset frustranea, si, sepositò jure primogenituræ, major natu ex familia successionem præripere posset, ut silentio prætereatur, 8.) quod successio in hoc fideicommisso etiam *minorennibus* deferatur, quod in majoratu, vel inauditum, vel certè rarissimùm est. 9.) Reus nullum aliud pro astruendo majoratu argumentum adfert, quàm quod aliàs sæpiùs dicta verba: der Nächster und Aeltister im Geblüth/ sine ullo effectu & operatione essent; Cum tamen 10.) negari non possit, quod hæc verba multò meliorem in primogenitura, & ejus lineis inveniant operationem, in qua perpetuò major natu & proximior in illa linea, quam semel ingressa, succedit, cum primogenituræ duo sint fundamenta, proximitas gradus, & si plures sint ejusdem gradus, ætatis prærogativa, cujus, quia ex natura tanta vis est, ut impensiùs amentur primò nati, hinc & lex eandem illis prærogativam tribuit. *Thes. Basil. vol.* 4. *disp.* 16. *lit. XXX.* 1. 2. 3. 4. Juxtaq; omnia 11.) specialitar considerandum, quod istæ duæ qualitates, majoris scilicet ætatis & proximitatis in uno subjecto vix reperiantur, sicut etiam reus 12.) ambas qualitates non possidet, dum confiteri cogitur, quod actor ætate ipsum superet, licet aliàs ambo in æquali agnationis gradu reperiantur; Sed vana est ipsius 13.) inventa limitatio, quasi semper successio ad illum pervenire debeat, qui in tota familia ætate major reperitur, etiam exclusis prædefuncti possessoris liberis; Cùm tamen 14.) id directè pugnet contra naturam majoratus, cujus perpetua hæc, & essentialis est à primogenitura differentia, quod hæc de linea in lineam progrediatur, in majoratu verò semper natu major de familia, & nomine succedat, quæ differentia tam facilè tolli non debet, nisi testator specificè exprimat, se majoratum instituere velle, & quando dispositio naturæ majoratus non repugnat, quia nemo facere potest, ut leges in suo testamento non inveniant locum.

Quin imò Majoratus in Germania, sed potissimùm in Hispania est in usu, *Speidel. in spec. obs. verb. Majoratus*, ita ut ubi expresso nomine majoratus non est constitutus semper pro primogenitura sit judicandum, in qua beneficium repræsentationis utique habet locum, *per decis. Imperator. in A. B. tit.* 7. ubi nepos patruo præfertur, ita scilicet, ut filii nepotesque primogeniti, ob spem in patre radicatam, in locum defuncti patris succedant jureque repræsentationis patruo secundogenito, etiam ætate priori in infinitum potiores existant. *Arum. ad A. B. discep.* 4. *th.* 5. *Brunckel. de privil. parent. priv.* 3. *c.* 1. *num.* 13. & *C.* 4. *per tot. Mynf.* 3. *obs.* 23. *Buxtorff. ad A. B. concl.* 85. *lit. E. Forster. de success. lib.* 4. *c.* 23. *n.* 66. Et ita in Hispania, Gallia, Anglia observari, nepotemque patruo præferri testatur, *Tiraq. de jure primog. q.* 40. *num.* 13. Et jam olim ab Imperatore Ottone quæstio hæc judicio gladiatorio inter Barones quosdam propè Treverim decisa fuit, in qua pugna nepos patruum suum bis vicit, referente *Joh. Cicier. in tr. de primog. lib.* 1. *q.* 25. Hinc etiam Electoralis successio non filio secundogenito, sed nepoti ex primogenito filio defertur, non tam ex immutabili prærogativa naturæ ipso nativitatis momento patri acquisita, nec in persona nepotis variata, & sic ex proprio jure

jure & persona nepotis, qui propriam habet vocationem, quam etiam jure repræsentationis ex quo ponitur loco patris, & omnes excludit, quos pater, si viveret, exclusisset, *Menoch. Cons.* 211. *num.* 2. *Myns.* 3. *obs.* 23. *num.* 7. *Rosenth. de feud. c.* 7. *conclus.* 26. *num.* 17.

Hinc ex nonnullorum sententia primogenitura dispescitur in naturalem ad legitimam, illam vocant, quâ quisque major natu respectu minorum dicitur primogenitus. Legitimam verò, quæ non annorum numero, sed legis & consuetudinis beneficio censetur, quando scilicet lex vel consuetudo certæ cuipiam personæ privilegium aut prærogarivam defert, quæ primogenituræ naturali debita videtur, *Goldast. de major. lib.* 2. *C.* 5. *num.* 4. *Springsfeld. de Apanagio c.* 5. *num.* 10. prout hoc casu fit per specialissimam dispositionem *A. B. t.* 7. ibi illo primogenito scilicet non existente ad ejus tandem primogeniti primogenitum sine contradictione cujuspiam devolvatur, & hanc sententiam communiter ferè omnes tenent: teste *Joh. Christoph.* Herold. *in tr. de jure repræsen. c.* 5. *conclus.* 3. *excepto Goldast. in seniore feud. major. lib.* 3. *c.* 6. 7. *&* 13. *& disc. de jur. repræsent. in primogen. th.* 13. *Limn. lib.* 5. *c.* 17. *num.* 3. quamvis enim ætas primogeniti in nepotem transmitti non possit, jus tamen instantaneum, quod ex ea ætate in patrem jam quæsitum est, & ipso momento nativitatis ad omnes descendentes radicatum transmittitur. *Menoch. dict. Cons.* 211. *n.* 7. Herold. *& l. Rumel. in ad A. B. p.* 1. *diss.* 6. *concl.* 15. Ex quibus omnibus argumentis actor triumphavit, & reus condemnatus est, & quidem cum fructibus, qui in petitione hæreditatis non veniunt ex officio judicis, sed jure actionis, *l.* 20. *de petit. hæred. & ibid. Brunneman. num.* 5. *l.* 28. *& l.* 56. *eodem.* sicque fructus ante litem contestatam adjudicantur etiam parte non petente *d. l.* quod secùs est in rei vindicatione, sed locum habet in fideicommissaria hæreditatis petitione, *l.* 2. *ff. de fideicom. hæred. petit. Greve. exercit.* 8. §. 5. *fol.* 193. *Klock. relat.* 126. *num.* 65. quia fructus deduci possunt in condemnationem, licet non sint petiti. *d. l.* 20. §. *fructus de petit. hæred. Fab. in. cod lib.* 7. *tit.* 8. *definit.* 67. quia in petitione hæreditatis, & pro consequendo fideicommisso objectum sunt omnes res fideicommissariæ, etiamsi non exprimantur. *Eckold. in ff. de petit. hæred.* §. 7. & fideicommissarius sola extraordinaria persecutione seu imploratione officii judicis Nobilis uti potest. *L.* 178. § 2. *ff. de V. S.* & mitti in possessionem ex beneficio *L. fin. C. de Edict. D. Had. toll.* & petere fideicommissum via executiva per mandatum S. C. sicut legatum *Mindan. de mand. obs.* 68. *num.* 4. prout judicatum mense Junio *anno* 1666. quia testamenta propter solennem testium adhibitionem plenissimam habent autoritatem, & ultimas defunctorum voluntates communi omnium gentium pietate paratum exitum & executionem habere debent.

De Refutatione Fideicommissi in Substitutum, & Præjudicio Creditorum.

SUMMARIA.

1. *Facti species circà repudiationem fideicommissi, & successionem proximi vocati.*
2. *An, & quatenus creditoribus noceat.*
3. *Hæredem fideicommissi non teneri ad factum defuncti.*
4. *Repudiationem acquirendorum non fieri in fraudem creditorum.*

1. Fecit Titius testamentum, in quo instituit duas sorores suas, earumque liberos, post eorum verò mortem substituit Agnatos proximos de sua familia. Contigit casus, ut sororum mariti venderent & dilapidarent multa bona fideicommisso subjecta, seque præcipitarent in tantum debitorum Labyrinthum, ex quo se extricare amplius non poterant, itaque superstes unius uxoris filius sive nepos, hæreditatem paternam una cum fideicommisso repudiavit: quo facto substitutus proximus Agnatus sibi apertam esse viam ad fideicommissum existimavit, & bona à Creditoribus vindicare instituit. Opposuerunt se *creditores*, & repudiationem in fraudem suam factam esse prætenderunt, asserentes, nondum extare fideicommissi conditionem, cum adhuc in vivis extet unus ex hæredibus institutis, ante cujus mortem naturalem substitutus succedere non possit, sed conditionis eventus sit exspectandus. Quamvis enim fideicommissum in certis casibus possit vindicari, tamen certum esse, alienationes factas in tantum subsistere, quamdiu alienans vivit, tradente *Knipschild. de fideicommiss. cap.* 13. *n.* 32. & quia Fideicommissum tantum loquatur de *sororibus* institutis, *earumque liberis*, superstes verò adhuc vivens non filius, sed *nepos* sit unius sororis, hinc fideicommissum per mortem filiorum jam esse extinctum, nec ad ulteriores generationis gradus extendi, per *L.* 114. §. 13. *ff. de legat.* 1. *& L.* 17. §. 5. *&* 7. *ff. ad Trebell.* Quia in materia odiosa nulla sit admittenda extensio, ne fideicommissarii perpetuò remaneant gravati. Sed his & similibus argumentis opposuit substitutus sibi competere vindicationem fideicommissi, cum repudatio & refutatio fideicommissi in favorem proximi in testamento vocati aperiat viam substituto, ut *proprio jure* succedere possit, quia *mors & repudatio* quoad hoc parificantur, & refutans nullum dominium jus rei refutatæ ad alterum transfert, nec

Margin notes: 1. Facti species circà repudiationem fideicommissi, & successionem proximi vocati. — 2. An, & quatenus creditoribus noceat.

nec Auctor est juris ipsis quæsiti quod per se ad ipsum transit, *Salgado in Labyrinth. cred. R.2. num. 56. Tuscus conclus. 202. num. 5. lit. R. Strick. de success. ab intest. cap. 10. thes. 103. Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 15. num. 160. Boër. decis. 101.* Itaque evanescere Creditorum prætensiones, cum nullus amplius adsit, à quo eas prætendere possint, siquidem repudians hæreditatem ab omni debitorum onere se liberavit, per *L. 3. C. unde liberi. Strick. de success. ab intestat. diss. 1. cap. 2. §. 33.* Nec conqueri possunt Creditores, quasi ipsis à repudiante illata cesset injuria, cum repudiatio simpliciter pendeat à repudiantis libera voluntate, & qui utitur jure suo nemini faciat injuriam, & resoluto jure dantis resolvatur etiam jus accipientis, hoc est Creditorum, quia hæc regula etiam in hærede fiduciario locum habet, juxta *Brunnem. ad L. 31. ff. de pign. & hypoth.*

Quamvis autem reponant Creditores, quod repudians fortassis adhuc possit accipere proles, quæ proprio jure fideicommissum vindicaturæ sint, cum primus Fideicommissarius non possit repudiare fideicommissum in præjudicium reliquorum, *Fusar. de fideicom. quæst. 588.* hanc tamen exceptionem substitutus dixit esse de jure tertii, & de casu futuro, quem repudians ad suum favorem trahere non possit, cum pro se & suis hæredibus repudiaverit, & in fideicommissis conditionalibus, illi, qui reperiuntur nati tempore evenientis admittantur, non nati excludantur, etiamsi tempore fideicommissi purificati proximiores essent, si tamen postea nascantur, & tanquam vocati velint venire ad fideicommissum, *Rot. Rom. divers. audient. decis. 308. num 1. Card. de Luca in Theat. Verit. & just. de fideicom. discurs. 88. n. 10.* Insuper Testatorem in Testamento ordinasse, daß wann seiner Schwester Tochter oder ihre Kinder/sonder Leibs-Erben abgehen werden / alles das jenige/was sie von ihme ererbt haben/ auff seine Vettern und Agnaten vollkommentlich/ ohne Abzug einiger Quarten an- und zufallen solle/ quæ prohibitio deductionis cujuscunque quartæ, tam legitimæ quam Falcidiæ & Trebellianicæ, inducit universale fideicommissum, quod nullam diminutionem vel alienationem patitur, per ea, quæ tradunt *Peregrin. de fideicom. art. 3. num. 90. & 91. Menoch. consi. 117. & 277. num 12. Mantica de conject. ult. vol. lib. 4. tit. 5. art. 14. num. 4. Cephal. consi. 471. num. 32.* Et cum præcedentes Fideicommissarii fideicommissum vendiderint & dilapidaverint, sicque illo se reddiderint indignos, substitutus, post renunciationem ab ultimo fiduciario factam, illud utique vindicare potest, tanquam ad se devolutum, *per Auth. sed cum testator. C. ad L. Falcid. & ibidem Richter num. 44. L. Imperator Adrianus 50. ad S. C. Trebell. Knipschild. de Fideicom. cap. 16. num. 131. & cap. 13. num. 15. 63. & seqq. Fusar. de Fideicom. quæst. 519. Joan. à Sande decis. 13. lib. 4. tit. 5. Card. de Luca in Theat. Verit. & just. de Fideicom. disc. 158. num. 5.* nec nocet substituto objectio, quasi Fideicommissum per mortem Prolium primi gradus fuisset extinctum, quia supra citatæ leges id non disponunt, sed potius ex testamento clarè apparet, testatorem fideicommissum familiæ voluisse instituere, quia Agnatorum expressis verbis meminit, eosque sororum prolibus substituit, quæ mens Testatoris semper est inspicienda, *Stirn. in Pentecost. Jur. Publ. de fideicomm. famil. nobil. pag. 325. Kellenb. de renunciat. success. quæst. 19. num. 28.* Proinde semper Agnati in dubio conservandæ familiæ causa vocati censentur, *Ludvvel. de ult. Volunt. part. 1. cap. 4. n. 94.* & sub vocatione liberorum etiam nepotes & pronepotes intelliguntur, quia testator per prohibitionem detractionis cujuscunque quartæ, manifestè significat, velle onus restitutionis fideicommissi esse repetitum, à primo in secundum, tertium, & ulteriores, ut in terminis, *Menoch. consi. 277. num. 6. Cyriacus lib. 1. controv. forens. 96. num. 39. & lib. 4. controv. 237. Fachin. lib. 13. cap. 25. Merlin. decis. 83. num. 1. & seqq.* quæ ratio non solùm in disputationibus ascendentium sed etiam transversalium locum habet. *Simon de Pratis lib. 3. de interpret. ult. volunt. dub. 4. solut. 1. num. 38. & seqq. Anton. Faber lib. 6. C. tit. 19. defin. 4. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 71. num. 24. & 25. Idem consil. 698. num. 1. & cons. 838. num. 1. & 2.* Neque licet Fideicommissario super Fideicommisso transigere cum alio, quia adversus exceptionem transactionis exceptio doli opponitur, talis enim exceptio si ab eo, penes quem bona fideicommissaria ex causa transactionis forte non adimpletæ, remansere, & ex altera parte promissa quoque non fuere præstita, replicatione doli vel in factum eliditur, per *L. 28. C. de transact.* quia dolo facit, qui petit ex causa, quæ nulla est, *L. 2. §. 1. ff. de doli mali except. & vid. supra. verb.* Güte/ *num. 72. & 73.* Et fideicommissum à filio vel Agnato, non obstante alienatione Patris, semper potest revocari, ut modò notatum *supra tit. præced. num. 19.*

Quamvis etiam objiciatur Substituto fideicommissum vindicanti, quod in repudiatione cessio videatur intervenisse, quæ præsupponit aditionem hæreditatis è cedente vel repudiante factam, cum tamen hæreditas semel adita repudiari amplius non possit, *§. 1. Inst. de hæred. qual. & diff. L. 4. de repud. & abstin. hæred.* Sicque in præjudicium Creditorum, ad subvertendas eorum obligationes, & gratis restituenda bona, talis cessio fieri non possit, sed invalida sit, per text. *in L. 1. § fin. & L. 5. ff. quæ in fraud. cred. Salgado in Labyr. Cred. 2. cap. 14. num. 12. & 13.* item *n. 29. 30. & 70.* ubi tradit, quod repudiatio & renuntiatio, etiam cessante fraude, in præjudicium Creditorum, maximè hypothecariorum, non teneat, per *L. finat. §. 3. vers. Sin autem. Cod. de Comm. de Legat. & fideicom.* Præsertim si fideicommissum sit conditionale, vel sub die incerto institutum, tunc enim tandiu valet,

quam

quamdiu conditio vel casus non evenit & impletur, Rittershus. *ad Novel.* 23. *& Novel.* 108. *num.* 3. *Sichard. ad Authent. res quæ. num.* 3. *Sande lib.* 4. *tit.* 5. *defin.* 16. Nondum verò impletam esse conditionem mortis omnium primò vocatorum, cum adhuc unus ex illis supersit, qui factum Patris præstare tenetur, sicque casus mortis etiam hujus ultimi hæredis fiduciarii sit exspectandus, qui per renunciationem vel repudiationem suppleri non possit: Deductum tamen est jam supra, quod talis *repudians pro mortuo habeatur*, & proinde fideicommissum alienatum possit à Fideicommissario, & omnibus, qui sunt de familia institutoris, qui in fideicommisso succedere possunt, adeoque etiam Agnatis & quidem ultra gradum quartum revocari. Et si proximiores rem alienatam revocare nolint, tum quoque remotiores admittuntur. Et datur hæc actio ad restitutionem rei fideicommissariæ, petitione hæreditatis fideicommissaria, adversus possidentes pro hærede vel possessore, vel etiam contra tertium possessorem. Datur etiam rei vindicatio adversus emptorem, vel tertium possessorem rei extra familiam alienatæ, *L. Peto.* 69. §. *prædium ff. de leg.* 2. Hæres defuncti alienantis non tenetur ad illius factum, quia non hæreditario, sed proprio jure nititur, & hinc non tenetur approbare factum defuncti in iis, de quibus liberè disponere non potuit, & quæ defunctus omninò hæredi tenebatur relinquere. *Knipschild de Fideicom. cap.* 11. *num.* 405. *& seqq. & cap.* 12. *n.* 20. *& seqq.*

3. Heredem Fideicom. non teneri ad factum defuncti.

Hinc sequitur Vasallum seu fideicommissarium posse jus suum liberè renunciare proximo successori vel substituto, nil quicquam obstante titulo *ff. quæ in fraud. Cred.* Idque per claram dispositionem *Leg.* 15. *ibid.* in verbis: *Patrem qui non expectata morte sua fideicommissum hæreditatis maternæ filio soluto potestate restituit, omissa ratione Falcidiæ, plenam fidem ac debitam pietatem secutus exhibitionis, respondi, non creditores fraudasse, & l.* 20. *ibi. Debitorem qui ex S. C. Trebelliano totam hæreditatem restituit, placet non videri in fraudem Creditorum alienasse portionem, quam retinere potuisset, sed magis fideliter facere;* ad has leges *Brunnem. in ff. lib.* 42. *tit.* 8. scribit: Hæres fideicommisso gravatus, si ante tempus restituat hæreditatem fideicommissario, item, si non detrahat Trebellianicam, non videtur alienasse in fraudem creditorum, quia præsumptionem fraudis conjunctio sanguinis & pietatis excludit. Quia repudiatio delati lucri non fit in fraudem Creditorum. *L.* 6. *ff. quæ in fraud. Cred.* ubi *Brunneman.* ait: actum prohibitum censeri permissum, quando venit in consequentiam permissi; nam licet animum fraudaudi habuerit debitor, licuit tamen ipsi hæreditatem repudiare. *Zuchard. in rep. Rubr. C. de pact. n.* 122. *Salgado L.* 2. *c.* 14. *num.* 6. *& seqq. Marcell. cons.* 30. *num.* 326. *& cons.* 106. *num.* 34. *Mandell. cons.* 541. *num.* 2. *& seqq.* Ex repudatione hæreditatis conqueri non possunt Creditores, quasi in ipsorum fraudem facta esset, quia illa actio solùm tendit ad revocandum ea, quæ debitoris propria sunt, & ex quibus patrimonium ipsius diminuitur, quod non fit in illo, qui repudiat hæreditatem, & non vult acquirere, ut probatur ex *L.* 1. *& seqq. ff. & C. quæ in fraud. Credit. L. Videamus.* §. *in Fabiana ff. de usur. L.* 1. *& per tot. ff. quæ in fraud. credit.* §. *item si quis. Inst. de act. Salgado p.* 2. *c.* 14. *n.* 5. *&* 6. ubi late tradit, quod cuilibet debitori libere permissum sit repudiare jus sibi delatum, in præjudicium creditorum, qui de hoc conqueri nequeunt, cum debitor nihil de suo alienet, nec alienare dici possit, qui acquirere non vult; in quem sensum allegat *text. in L. qui autem* 6. *ff. qui in fraud. credit.* ubi JCtus sic loquitur: *Qui autem possit aliquid quærere, non id agit, ut acquirat, ad hoc edictum non pertinet; pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur, proinde & qui repudiavit hereditatem, vel legitimam vel honorariam, vel testamentariam, non est in causa, ut huic Edicto locum faciat, noluit enim acquirere, non suum proprium patrimonium diminuere; & illud probandum est, si legatum repudiavit, cessare hoc edictum*, Textus etiam in *L. non fraudantur Creditores, cum quid non acquiritur à Debitore*, sed cum quid de bonis diminuitur *L.* 177. *ff. de R. J. text. in L.* 1. *ff.* §. *fin. vers. de collat. honor.* ibi: *ut hoc demum conferatur, quod ejus esse desiit dolo malo, cæterum si id egerit, ne acquireret, non venit in collationem*, & in *L.* 1. § *utrum ff. si quid in fraud. Patron.* ubi sic deciditur: *utrum autem ad ea sola revocanda Fabiana pertineas; quæ quis libertus de bonis diminuit; an etiam ad ea, quæ non acquisivit, videndum est, & ait Julianus Lib,* 26. *ff. si hereditatem libertus non adierit, fraudandi patroni causâ, vel legatum repudiaverit, Fabianam cessare, quod mihi videtur verum.* Textus celebris in *L. alienationis* §. *qui occasione acquirendi non utitur, non intelligitur alienare, velunt qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.* Quod & idem quoque respectu Fisci probatur *in L. cum quidam Capitis. ff. de jur. Fisci* & de donatione, in *L. si quis Sponsus* §. *Si Maritus. ff. de donat. inter vir & uxor.* & in *L. fin.* §. *licentia ff. de jur. delib.*

4. Repudiationem acquirendorum non fieri in fraudem creditorum.

Citat in hanc Sententiam *Salgado n.* 8. quamplurimos Dd. ut *Petrum de Peralda, Fernandez, Mieres, Rubeum, Antonium de Patilla, Gutieretz, Cordubam, Cavalcanum, Vincentium de Franchis, Osascum, Magonium, Gomez, Surdum, Fabium de Anna, Gratianum, Peregrinum Sanchez, Cephallos, Cancerium, Fontanellam & alios*, qui omnes unanimiter profitentur, in acquirendis posse debitorem non acceptando Creditoribus præjudicare, quia ipsis adhuc jus quæsitum non sit, & hanc doctrinam procedere, sive Creditores sint Chirographarii sive hypothecarii, *n.* 11. quamvis ibidem distinguant in majoratu, qui ipso jure transfertur sine apprehensione vel acceptatione,

ut debitor illum repudiare non possit, sed tum de proprio alienare dicatur: resolvit tamen hanc quæstionem *n.* 17. debitorem, cui delatus est majoratus, posse eum libere repudiare, quantumvis creditores conquerantur, atque damnum patiantur in exactione suorum creditorum, quoniam debitor nihil de patrimonio suo alienat, qui duntaxat jus debitum repudiat, sed tantum quando alienat jus quæsitum, & radicatum, non jus quærendum, quia Majoratus delati acquisitio ante acceptationem dicitur jus informe variabile & resolubile, cum secuta repudiatione, fingatur retro, nihil acquisitum fuisse debitori, quod confirmat *Salgado n.* 20. in Legato debitori delato, cujus dominium licet recta via & ipso jure transeat in Legatarium, tamen potest repudiari, per text. *in L.* 6. *ff. de iis, quæ in fraud. Credit.* ibi. *Sed & illud probandum est, si Legatum repudiavit, cessare hoc Edictum, & in L.* 1. *ff. quæ in fraud. Patron.* ibi: *Si hereditatem libertus non adierit fraudandi Patroni causa, vel Legatum repudiaverit, Fabianum cessare; quamvis enim Legatum retro sit nostrum, nisi repudietur, attamen cum repudiatur, retro nostrum non fuisse, palam est.* Ad quem textum varii citantur, qui omnes hanc sententiam confirmant.

Addit porrò magnam esse differentiam inter renunciationem hæreditatis & cessionem, atque repudiationem, quia cessio & renunciatio est vera donatio & alienatio proprii patrimonii ipsius debitoris, cum præcise præsupponat aditionem & acceptationem debitoris renunciantis, & sic acquisitionem rei renunciatæ & cessæ antecedentem, ut contractus effectum sortiri possit, atque sic in tali casu renuntiatio non admittitur in præjudicium creditorum. Hanc tamen differentiam inter repudiationem & renuntiationem hereditatis nondum aditæ *n.* 45. temperandam esse ait, quando renunciatio fit alicui tertio & extraneo, cui seclusa & cessante repudiatione hereditas non deferretur, nec ei ex testamento, nec ab intestato, nec lege aut contractus dispositione acquiri posset; secus autem esse, quando renunciatio fit in favorem ejus, qui stante debitoris renunciantis repudiatione, & de medio sublato, sibi acquiret, uti vocatus ex testamento vel contractu, prout expresse hanc limitationem approbant *Parisiensis, Ripa Sanchetz. Flores de Merca, Gamma decis.* 92. ex ratione, quia renunciatio facta aliàs vocato & proximiori Successori, potius dicitur refutatio & repudiatio, secundùm *Surdum & Anton. Amatum var. resol.* 84. *n.* 14. *&* 39. *usque* 52. *lib.* 2. qui pluribus aliis Dd. citatis probat hanc renunciationem factam proximiori successuro, potius habere vim repudiationis & refutationis quam alienationis, & idem tenet *Surdus, Menoch, Pereira, Gratianus, Fontanella, Cancer var. resol.* 3. *part. cap.* 15. *n.* 160. quia repudiatio non acquirit jus extraneo, sed saltem secundo vocato, quia repudians non potest transferre jus in tertium extraneum, cum ipse nullum acquisiverit, nec reservet, quod posset cedere extraneo; quia repudiatio non transfert ullum dominium, sed solum operatur, ut repudians à re excludatur, ut amplius petere non possit, non verò operatur, quod repudians sit autor juris proximo successori quæsiti, nec ille succedit ex jure à repudiante transmisso, sed sibi aliunde ex testamento competente. Ubi porrò addit, etiamsi abdicans hereditatem accipiat pretium, ob eam tamen dicatur repudiasse, quia principaliter intendit à se abdicare hereditatem, *L. fuit quæstionis. ff. de acquir. hered.* & licet talis renunciatio regulariter contineat aliquam cessionem, illa tamen, ut momentanea, non habetur in consideratione, sed tantum inducitur ad validitatem, & *Joan. And. Georg. allegat,* 29. *n.* 18. post Castrensem tradit, cessiones de hereditate deferenda esse repudiationes, exclusiones, & abstensiones, & renunciantes haberi pro mortuis. Et ita pronunciatum.

Privilegium.

SUMMARIA.

1. *Privilegium quid & quotuplex.*
2. *Unde cognosci possit, reale an personale sit privilegium.*
3. *Nullum privilegium valere contra utilitatem publicam.*
4. *An per privilegium possit concedi monopolium, & derogari L. un. C. de Monop.*
5. *De Privilegiis personalibus.*
6. *Referuntur aliæ privilegiorum divisiones.*
7. *Concedi possunt privilegia ab eo, qui potest Legem condere, idque fit, vel ad instantiam vel proprio motu.*
8. *De confirmatione privilegiorum, & an præcise à Successoribus peti debeat.*
9. *De privilegii interpretatione.*
10. *Pertinet ad concedentem, & fundatur jurisdictio Imperatoris, si de privilegii ab ipso concessi substantia vel violatione quæratur.*
11. *Quibus modis privilegia amittantur.*
12. *Utrum Princeps pro lubitu suo revocare privilegia possit?*
13. *Revocationem non habere locum, quando privilegium ex causa onerosa datum in contractum transit, nisi certis casibus.*
14. *Magis convenire Principis dignitati Privilegia concessa servare.*
15. *Si privilegium non-subdito detur, ad ejus observantiam Principem teneri.*
16. *An Successor Principis Antecessoris privilegia data observare debeat? distinctione expeditur, & observantia suadetur.*
17. *An successor teneatur implere expectantiam,*

Anwar-

Anwartung/ *ab Antecessore concessam.*
18. *Refertur forma & conditiones expectantiarum.*
19. *Expresso uno casu expectantiæ, V.G. si sine liberis, Dominum non teneri, si alio modo feudum aperiatur.*
20. *Resolvitur quæstio de obligatione Successoris.*
21. *Mens additur Autoris.*

1. Privilegium quid & quotuplex.

PRivilegium est indultum contra tenorem juris communis, utilitatis vel æquitatis intuitu à Superiore vel alio, qui ejus concedendi potestatem habet, concessum, quod vel reale est, vel personale *L.* 68 *L.* 169. *ff. de R. I. L.* 12. *C. qui pot. in pign.* Licet enim principaliter omne privilegium referatur ad personæ alicujus usum & utilitatem, tamen non semper & immediatè datur personæ, sed non raro ac primariò, rei vel causæ, atque ejus tantùm intuitu personæ. Sunt itaque *privilegia realia*, quando ex ratione singulari causæ vel rei tribuitur, ut ob istam causam vel rem, persona, ad quam pertinet, singulari jure utatur, v. g. quod loco, muneri, conditioni, uti castro, oppido, Ecclesiæ, dignitati, officio, vel quod certo generi conceditur, ut SC. Vellejanum mulieribus, SC. Macedonianum filiis familias. Hæc privilegia cum personâ non extinguuntur, sed ad quemlibet in illâ causâ, vel re succedentem transeunt, *d. l.* 68. *& l.* 196. *d. R. I.* Sic si privilegium detur Petro, & successoribus ejus, sine dubio erit reale, competens Sedi, si Episcopo alicujus loci detur facultas aliqua rationis eminentis scientiæ aut prudentiæ non reale (licet concedens nomine dignitatis usus sit) sed personale privilegium erit, propter adjuncta, ut rectè tradit Abbas *in c. Mandata.* 6. *n.* 1. *extr. de Præsumpt.*

2. Unde possit cognosci reale an personale sit privilegium.

Si dubium fuerit, reale-ne an personale sit privilegium, videndum an sit odiosum, contra jus commune, aut tendens in præjudicium tertii, & censendum personale, quia odia sunt restringenda, ut scilicet non excedant personam; si verò favorabile fuerit, continens beneficium, nullius jus lædens, habendum erit pro reali & permanenti. *Zæsch. t. n.* 18. Nam privilegia in præjudicium tertii, nunquam quicquam operantur, *l. rescripta.* 7. *C. de precib. Imp. offer. l. nec avus*, 4. *C. de emancipat. l. Carpzov. lib.* 4. *t.* 10. *resp.* 75. *n.* 11. ubi tradit, privilegium à contributionibus militaribus, non liberare à collectis, extraordinariis, pro avertendâ ruinâ patriâ contra impetus hostiles, cum privilegium nunquam includat casum publicæ utilitati contrarium, aut extremæ necessitati, nec verosimile sit, quod Princeps favorem alicujus privati publicæ reliquorum omnium saluti præferre voluerit. *c. scias. caus.* 7. *q.* 1. *l. actionem* §. *Labeo, ff. pro soc. l. jubemus. C. d. Ss.*

3. Nullum privilegium valere contra utilitatem publicam.

ubi nec privilegium pio loco concessum contra utilitatem publicam extenditur, quia privilegia omnia semper intelliguntur cum hac clausulâ, dummodo non ex iis lædatur utilitas publica. *Cresp. de Valdaur. tom.* 2. *obs.* 90. *n.* 6. adeoque tempore belli silent omnes immunitates, *l.* 1. *C. de navib. non excusand. l.* 2. *eod. & l.* 2. *C. de quib. mun. licet se excus. Mynsing.* 4. *obs.* 70. ut nec Clericis eo tempore immunitas prosit. *Cæs. Carem. res.* 59. *n.* 48.

4. An per privilegium possit concedi Monopolium & derogari L. un. C. de monop.

An autem Imperator. *tit. Cod. de Monopol.* per privilegium derogare possit, quæstionis est? quam *Bald. ad d. tit.* affirmativè resolvit. Etsi enim de jure communi prohibitum sit, ut aliquis solus mercem emat aut vendat, exclusis cœteris, *l. un. d. t. C. de Monopol.* & verba capitulationis Cæsareæ, Augustissimi Imperatoris nostri Leopoldi §. 20 sic habent: *Ita quoque magnas societates & mercatores, aliosque, qui suis pecuniis pro libitu & cum usuris, & illicitis anteemptionibus, nec non Monopoliis multa incommoda S. Rom. Imperio, ac ejus Incolis & subditis notabilia damna, præjudicia & gravamina intulerunt, & adhuc indies inferunt: cum Consilio Electorum, Principum ac Statuum, prout & ante hac qualiter iis obviam iri debeat consultatum, sed huc usque excutioni datum non fuit, planè abrogabimus, nullique ulla Monopoliorum privilegia concedemus, sed obtenta veluti constitutionibus Imperii contraria casabimus & revocabimus.* Id tamen eò saltem pertinet, si commodum unius aut certorum mercatorum exindè tantùm promoveatur, non verò si in communem reipubl. utilitatem id commercium redundet; tunc enim ex probatorum Politicorum opinione, non solùm civitates, vel ipse Princeps, sed & consensu Magistratûs pauci privati mercatores certarum mercium negotium ad se trahere, & rempubl. laborantem juvare non prohibentur. vid. *Grot. de J. P. & B. l.* 2. *c.* 12. §. 16. *Besold. de ærar. publ. c.* 3. *n.* 6. præprimis si justa subsit causa, & certum constituatur pretium. Hinc aliqui distinguunt inter Monopolia privata ordinaria, & extraordinaria, sive publica, tempore necessitatis permissa, cum etiam in R. I. de *anno* 1512. §. Doch soll hierdurch inter licitas & illicitas mercatorum sodalitates distinguatur. Exempla non desunt, quod Civitates & Regiones certarum mercium negotiationes ad se traxerint. Sic exercet Elector Bavariæ comercium salis; sic Principes officinas ferri & cupri, den Eisenhammer/ certis personis permittunt; sic in Germaniâ usitatum, daß den Saltzkauff die Städte haben/ und nicht die Dörffer; sic in Civitate Lubecensi jus Sachari, & Salis coquendi certis personis privilegio concessum; sic plurimæ civitates Provinciarum, ut & Comitatuum Metropoles privilegium coquendi, & distrahendi cerevisiam habent &c. quæ omnia tamen vel jure communi, vel capitulationibus Cæsareis non damnantur, licet cavendum seriò sit, ut Monopolia intra communis necessitatis, & utilitatis publicæ cancellos contineantur, uti eleganter deducit *Marquard. de jur. Commerc. lib.* 4. *cap.* 7. *per tot.*

5. De privile-

Privilegia *personalia* sunt, quæ immedia-

legiis personalibus. te, dantur personæ ratione personæ. Ubi notandum personam hic non denotare eum, qui privilegio fruitur, aliàs enim omnia privilegia forent personalia, nulla realia, sed subjectum, cui velut immediatè adhæret privilegii immunitas. Hæ personæ autem, vel sunt singulæ vel plures, universitatem aut ordinem constituentes. Et vel conceduntur privilegia toti ordini, & omnibus personis simul sumptis, ut non ad singulos, sed ad universos spectent, tunc ad posteros singulorum, qui sunt ejusdem universitatis, transmittuntur, *l.4. §. ff.3. de censib.* sic privilegia nobilitatis sunt personalia, non obstante *l. 196. d. R. I.* Ubi realia dicuntur, quæ ad hæredes transeunt, quia filius nobilis non jure hæreditario, sed proprio habet, privilegium nobilitatis, adeoque vivo adhuc patre nobilis est; Alias quisvis succedens nobili, nobilis esset, quod est absurdum: vel conceduntur personis singulis ejusdem ordinis, & adeò huic vel illi individuo, quo casu cum personis extinguuntur, & ad successores non transeunt. In omnibus causis, ut Paulus ait, id observandum, ut, ubi personæ conditio locum facit beneficio, eâ deficiente, beneficium quoque deficiat, *lib. in omnibus 68. de R. I.*

6. Referuntur aliæ privilegiorum decisiones. Aliud porro privilegium est *gratiosum* aut *remunerativum*, quod vel gratis vel propter merita propriâ aut aliena conceditur, vel *conventionale* aut *purum*, neque enim est de essentia privilegii, ut semper gratiosè concedatur, sed potest fieri cum aliqua obligatione, & compensatione recipientis; vel est *perpetuum* aut *temporale*, quod ad certum tempus, personam aut conditionem restrictum est, *l. quoties C. de precib. Imp. offer. c. 7. de R. I. in 6. c. si gratiose de rescript. in 6.*

7. Concedi possunt privilegia ab eo, qui potest condere legem, idque fit vel ad instantiam vel proprio motu. Concedere privilegia potest legem condens, illis, qui subditi, vel aliquo modo sunt inferiores. Ad formam verò privilegiorum pertinet, quod concedi solent, vel ad petitionem & instantiam alicujus, vel proprio motu, aus eigener Bewegnuß; ista enim verba proprio motu vel excludunt petitionem omninò, vel saltem ut principalem causam, à qua dependerit concessio, quia nimirùm Princeps concessurus erat, etiam petitione non factâ.

8. De confirmatione privilegiorum, & an præcisè à successoribus peti debeat? Ad formam pariter referri potest, *privilegiorum confirmatio*, quæ vel fit in forma simplici, & nullum jus novum confert, nec datur valor privilegio, si anteà erat invalidum. *c. quia diversitatis, de concess. prabend.* vel fit ex certa scientia, & vim habet novæ concessionis. Citatio partis, nisi graviter lædatur jus tertii, non requiritur, *Christin. vol. 2. decis. 63. num. 7.* Confirmatio autem privilegiorum, ut non facilè omittenda, sub præcisa tamen necessitate à successoribus peti non debet, quasi eâ omissâ privilegium non valeret, quamvis tutius & consultius sit, adeòque devotioni & reverentiæ conveniat, confirmationem à successore petere, quæ non solùm majorem privilegiis tribuit autoritatem, sed & varias exceptiones submovet. *Acaq. Eveneck. de privileg. lib. 3. c. 20. num. 2. 5. 7. Gail. 2. obs. 1. per tot. Marquard. de Mercatur. lib. 1. cap. 6. num. 59. & seqq.*

Interpretatio privilegii strictè facienda est, ut soli illi personæ, vel causæ competat, cui concessum, & ne quidem ex identitate rationis ad alias personas, aut causas possit extendi, cum non identitas rationis, sed Impp. & Principum constitutiones privilegium inducant. Nec obstat, *l. beneficium S. h. t.* quæ dicit: *beneficia principum plenissimè esse interpretanda*, & regula, quæ docet: *favores esse ampliandos*; quia nemo contradicit, sed privilegium spectet ad purum beneficium, si non derogetur juri communi, si nullum involvatur tertii præjudicium; Tunc enim convenit Autoritati, & liberalitati Principum, ut latissimâ interpretatione privilegia eorum illustrentur, ita ut etiam derogetur juri communi, si alias privilegii utilitas nulla esse possit. 9. De privilegii interpretatione.

10. Pertinet ad concedentem, & fundatur jurisdictio Imp. si de privilegii ab ipso concessi substantia vel violatione quæratur. Sed hæc Privilegiorum interpretatio, sicut ipsa concessio ad principem pertinet, ita ut si de eorum substantia, validitate vel invaliditate incidat quæstio, ea coram solo Imperatore ventilari debeat, *Roding. in Pand. Cam. l. 1. t. 15. per tot.* cùm ejus sit interpretari, cujus est condere, *l. omni innovatione. C. de Ss. Eccles.* quamvis aliàs de causis privilegiorum haud secùs uti quivis ordinarius, cum de privilegii substantia non disputatur, & quatenùs privilegium non jus Principis, sed alteriùs concernit, Camera cognoscere poss. *Gail. 1. obs. num. 7. & 13.*

11. Quibus modis privilegia amittantur. Hæc verò ita procedunt, donec integrum est privilegium, & non amissum. Amittitur autem privilegium personale extinctâ personâ ejus, cui concessum; reale, sublatâ re aut causâ; quod si enim locus privilegiatus fuerit destructus ex proposito, per habentem potestatem, sublatâ spe restitutionis, salvum esse nequit privilegium, utpotè sublato ejus fundamento. Si verò hostili manu destruatur fundus, aut casu corruat, spes restitutionis privilegium salvum præstat, *l. æde sacra ff. de contrahend. emp.* Extinguitur privilegium lapsu temporis, ad quod rescriptum, deficiente adjectâ conditione, renuntiatione expressâ, sive tacitâ, quæ intelligitur ex non usu voluntario, aut usu contrario, vid. *Marquard. d. Mercat. lib. 4. c. 2. per tot.* per abusum enim enim privilegium meretur amittere, qui concessa sibi potestate abutitur; *Can. privilegium 11. q. 3.* sicut etiam qui suum alteri derogat. *Cap. dilecti filii. de privileg.*

12. Utrum Princeps pro lubitu suo revocare privilegia possit? Denique amittitur privilegium per revocationem ejus, qui concessit; quia revocare posse Principem privilegiâ ex justâ, & gravi causa, extra dubium est; Si Privilegiatus fiat rebellis, si privilegium ipsum concedentem lædat, quo casu, si non tollendum, saltem ad justam moderationem reducendum est, *Marq. d. l. lib. 1. c. 6. n. 45. Cæs. Carena. resol. 59. num. 25.* ubi exempla refert, de Alphonso V. & Johanne I. Regibus Portugalliæ, adeòque ait, tali casu revocationem & limitationem potiùs declara-

clarationis nomen mereri; quæ revocatio longè facilior eſt, cum privilegium gratis eſt conceſſum, & quidem ſubdito, cum iſta conceſſio à mera concedentis dependeat voluntate: quando autem privilegium tranſiit in contractum, utpotè dato pretio conceſſum, vel in remunerationem meritorum, obligatur Princeps ex ſuo contractu, & non poteſt auferre jus ſubdito, vel alteri quæſitum, eleganter *Carpzov. deciſ.* 87. *per tot.* niſi ex cauſa publicæ utilitatis pro bono pacis, aut vitandi ſcandali cauſâ, *Creſp. de Valdaura. obſ.* 101. *num.* 23. ubi omninò vide, *Cæſ. Caren. d. reſ.* 59. *num.* 22. & 29. per textum *in l.* 2. *C. de Privil. ſcholarium*, ubi dicitur, quod privilegia quæcunque taliter moderatè ſint accipienda, ne ſub prætextu ceſſi privilegii flagitiorum creſcat autoritas, vel publica utilitas vacillet.

13. Revocationem non habere locum, quando privilegium ex cauſa onerosa datum in contractum tranſit, niſi certis caſibus.

Quia etiam verecundius, & Majeſtate Principis dignius eſt, privilegia ex liberalitate conceſſa, ſine cauſa temerè non revocare. Cum enim privilegia, præſertim immunitatis, non niſi benè meritis, & re probè deliberatâ ſolent concedi, durum exiſtimamus, id quod purè & in perpetuum datum eſt, ſine cauſa adimi, quod ſi propriæ indigentiæ, belli vel utilitatis publicæ prætextu ademptio fiat, æquum videtur, ut beneficiarius ex gratitudine tantiſper cedat, ita tamen, ut ceſſante cauſâ privilegium recuperet, ne levitatis, inconſtantiæ, avaritiæ aut ſordium reus arguatur Princeps. *Rumelin. A. B. diſſert.* 8. *th.* 12. ſanè ſi privilegium fuerit datum ſub expreſſâ clauſulâ de revocando eo, quoties concedenti placuerit, minus dubium eſt, quin Princeps pro ſuo lubitu revocare queat.

14. Magis convenire Principis dignitati privilegia conceſſa ſervare.

Si Princeps non ſubdito privilegium conferat, ad ejus obſervantiam præciſè tenetur, ut id revocare non poſſit, propterea quod revocatio privilegiorum dependeat à juriſdictione, quam in non ſubditum Princeps exercere non poteſt, *c.* 2. *extr. d. conſtit. Carpz. d. deciſ.* 87. *num.* 2. *vide Marquard de jure Mercat. l.* 1. *c.* 6. *num.* 45. & *lib.* 4. *c.* 3. *num.* 28. & *ſeqq.* Cum intuitu extraneorum Princeps non ut Princeps, ſed ut alius privatus, honoratior tamen, conſideretur; Atque ſicut alteri extraneo Principi, ita & exteris non ſubditis ad obſervationem contractuum, & privilegiorum teneatur, quâ de cauſâ ſocietas Hanſeatica apud magnæ Britanniæ Regem adverſus edictum *Anno* 1660. in ſuorum privilegiorum præjudicium publicatum conqueſta eſt.

15. Si privilegium non ſubdito detur, ad ejus obſervantiam Principem teneri.

Similiter adſtringitur quoque ſucceſſor, ut privilegia ab Anteceſſore indulta ſervet. Diſtingui tamen ſolet, an ſuccedatur in locum Anteceſſoris *jure hæreditario*, in Provinciis & ditionibus hæreditariis, in feudo hæreditario, in Erb-Lehen/ quo caſu cum ex perſona defuncti veniat ſucceſſor, ejus quoque factum præſtare tenetur. *l.* 14. *C. de R. vid. Gail.* 2. *obſ.* 154. An verò *jure proprio*, e. g. Electionis, ex lege vel etiam particulari titulo dotis emptionis, ex feudo pactionato (quod præſumitur, *Mynſ.* 4. *obſ.* 2.) ſuccedat, quo caſu non tenetur ad conventiones Anteceſſoris, ex quibus jus ſaltem perſonale ad rem naſcitur, aut quæ tendunt in perniciem publicam, & præjudicium dignitatis: niſi obligatio pro Regiminis neceſſitate & incremento ad uſum Principatûs publicum ſit contracta, *Reinking. de R. S. & E.* 1. *cl.* 3. *c.* 10. *num.* 4. *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib.* 27. *t.* 5. Sed ſepoſitâ etiam hac diſtinctione, atque extrà Reipub. damnum, Principis maximoperè intereſſe videtur, acta prædeceſſorum indiſtinctè ſervari. Majorum enim facta non approbans, pernitioſo exemplo docet, ſibi quoque id fieri debere, quod eleganter exprimitur in *c. juſtitiæ* 25. *q.* 1. *Becker. de jure publ. lib.* 2. *c.* 4. §. 3. *fin.* Hinc ſolent Principes leges latas prædeceſſorum bonas & Reipubl. ſalutares confirmare & retinere, collapſasque reſtituere, atque ſic ſuas efficere, *l.* 2. §. *omnia*; *C. de vet. jur. enucl. c. ſi Apoſtolicæ. de præbend. in* 6. *Grot. de jur. pac. & bell. lib.* 2. *c.* 14. *num.* 12. quia aliàs miſerrima eſſet Principum conditio, ſi omnia cum metu futuræ reſciſſionis peragerent.

16. An ſucceſſor Principis Anteceſſoris privilegia data obſervare debeat? diſtinctione expeditur & obſervantia ſuadetur.

Sic frequentiſſimum inveſtituræ genus eſt de caducitate feudi poſt mortem alterius, vulgò Exſpectanten oder Gnaden-Lehen; de quo quæritur, an ſucceſſor beneficiarium præciſè inveſtire teneatur? plerique iterùm diſtinguunt, utrùm negotium ſubſiſtat, in puris terminis promiſſionis, an verò actus aliquis inveſtituræ acceſſerit, ut illo caſu promittens præſtando liberetur; hoc inveſtitus licentiam habeat, vacantem feudi poſſeſſionem propriâ authoritate apprehendi. *Vult. de feud. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 8. *Myler. in Nomolog. Ordin. Imper. c.* 15. *num.* 5. *Mynſ.* 4. *obſ.* 61. *Marta in dig. noviſs. tom.* 41. *verbo Inveſtitura. c.* 1. Alii exſpectativas has in feudis Imperii majoribus, à tempore Caroli V. penitùs ſublatas eſſe aſſerunt, quod talia bona referri debeant, ad publicum Imperii patrimonium, biß ſo lang das Reich wieder zu Weſen und Auffnehmen kommt/ cum nulla Imperii æquior viſa ſit ratio, quam per hæc media adaugendi reditus Imperii, & cenſus Cæſari conſtituendi, *Carpz. ad L. Regiam. c.* 7. *ſect.* 3. *num.* 11. Nihilominùs tamen Imp. Carolum V. & Rudolph. II. expectantias dediſſe, & feuda conceſſiſſe vacantia tradit *Rumelin. ad A. B. diſs.* 7. *art.* 11. Atque *Limnæus in Capitulat. Imperat.* & ſpecialiter in Capitulat. Imp. Ferdinandi II. ait: Articulum de expectativis non dandis in ea eſſe novum, cùm quæ anteà datæ, vel ab Electoribus confirmatæ, ſive ſimplices ſint, ſive pacto confraternitatis reciproco veſtiantur, adhuc firmo ſtent talo; vide etiam *Theſ. Baſil. vol.* 1. *diſp.* 16. *th.* 8. *lit. M.* verba Capitul. Cæſareæ Auguſtiſſimi Imperatoris Noſtri Leopoldi §. 4. hæc ſunt: *ſi etiam feuda Imperio & nobis tempore regiminis, per obitum aut delictum, caduca fuerint, quæ notabilis momenſi ſint, uti Principatus, Comitatus, Civitates ac ſimilia, itidem abſque conſenſu* 7. *Electorum nemini ulterius conferemus, aut ullam expectativam deſuper concedemus, ſed pro ſuſten-*

17. An ſucceſſor teneatur implere expectantiam ab Anteceſſore conceſſam.

sustentatione Imperii, nostra, ac successorum Cæsarum, Regumque Romanorum retinebimus & incorporabimus, nobis tamen ratione nostrarum hæreditariarum Provinciarum, ac cuilibet in earum juribus & privilegiis sine præjudicio.

18. Refertur forma & conditiones expectantiarum.

Confertur autem expectativa per conditionalem investituram seu de successionis caducitate in casum mortis, 2. *feud.* 26. §. 2. & potius est promissio de investiendo, quàm vera investitura. Nam licet fortè aliquâ interveniat investitura, illa tamen casum respicit futurum, & nihil aliud est, quam Conditionalis juris succedendi concessio, unde etiam literis expectativarum inseri solet, ut solennis investitura existente demùm conditione petatur, atque interim literæ manu sigillove Domini corroboratæ sufficiunt, *Rosenthal. de feud. c.* 6. *concl.* 6. *num.* 4. *Hartm. Pistor. p.* 2. *q.* 30. *num.* 6. debet itaque esse promissio conditionalis, si feudum revertatur ad Dominum, quia purè facta non valet. 2. *feud.* 35. 1. *feud.* 9. nisi alia mens promittentis, & accipientis promissionem appareat, quod casum respexerint futurum, quo feudum aperitur. Conditio autem, sub qua expectativa conceditur, vel continet feudum certum, & nominatum Anwartung eines benandten Lehen / vel incertum, quod nimirum inter plura quæ Dominus habet, primùm aperietur. Deinde observandum est, an certus casus exprimatur; e. g. *Si Vasallus possessor sine liberis decesserit*, tunc etenim, si alio modo feudum ad Dominum revertatur v. g. propter feloniam & refutationem, Dominus non tenetur, etiamsi Vasallus sine liberis posteà moriatur, quia conditio specialis adjecta debet in forma specifica adimpleri, & conditio non respicit simpliciter Vasalli mortem, sed ut propter illam mortem, feudum Domino aperiatur, Schrader. *de feud. part.* 3. *c.* 2. *num.* 50. *Hartm. Pistor. p.* 2. *q.* 25. *num.* 37. *Carpzov. p.* 2. *c.* 25. *d.* 3. *Dn. ad Struv. in Syntagm. Jur. feud. aphor.* ubi contraria diluit.

19. Expresso uno casu expectantiæ v. g. si sine liberis, Dominum non teneri, si alio modo feudum aperiatur.

Ex hac itaque promissione conditionali oritur jus ad rem, & actio personalis, quâ Dominus ita obligatur, ut si facultatem rei tradendæ habeat, præcisè ad feudum tradendum teneatur, nec liberetur præstando interesse, H. Pistor. *d. p.* 2. *q.* 25. *num.* 22. præsertim si abusiva investitura intervenerit. 2. *feud.* 26. §. *si facta. Mins.* 4. *obs.* 61. *num.* 5. nec solùm illi cui promisit, sed & hæredibus ejus ad promissionem adimplendam Dominus obstringitur, 1. *feud.* 9. simili ratione etiam hæredes Domini, jure hæreditario succedentes, expectativam servare tenentur, modò non expressâ adjiciatur restrictio, ad solam personam promittentis, ut si dicatur; *si me vivo feudum aperiatur*; wann es bey meinem Leben erlediget wird / *Rosenthal cap.* 6. *concl.* 15. *n.* 2. quod si verò Princeps successor *jure proprio* veniat, per electionem similemvè modum Imperio, Ducatu, dignitate, aut officio succedens, sive ad feudum ex pacto & providentiâ primi acquirentis ratione sanguinis vocetur, talis ad implendam expectativam ab Antecessore concessam non tenetur, nisi sub initium susceptæ administrationis concessionem confirmaverit, vel ea ex justa causa, necessitate veluti, vel utilitate exigente. Item ob benè merita investiti, vel sub nomine dignitatis, ab Antecessore concessa sit, vel etiam si commodum Reipubl. istâ concessione magis adjuvetur, quàm eadem lædatur, *Tib. Decian. Resp.* 25. *num.* 47. 59. & 68. Ubi plures causas adducit, quibus moveri successor debeat ad Antecessorum concessiones implendas, *Klock. de contrib. c.* 8. *num.* 78. & *seqq.* & *tom.* 3 *Cons.* 154. *num.* 27. & 35. *Cacheran. decis.* 139. *num.* 11. *Tabor. tract. de obligat. success. c.* 5. *num.* 18. & 19. ubi etiam in fine responsum cujusdam facultatis annectit. Pari ratione successor Prælati aut Episcopi investituram de caducitate feudi in bonis Ecclesiæ factam adimplere non tenetur, nisi consensu totius Capituli facta fuerit, quia Capituli obligatio perseverat, Episcopo licet mortuo, quo referri etiam potest casus, si necessitate & utilitate Ecclesiæ exigente, vel in remunerationem meritorum Ecclesiæ exhibitorum antecessor feudum promiserit, *Carpzov. part.* 2. *Constit.* 21. *defin.* 21. *Tusc. concl.* 5. & 879. Ego huc repeto quæ modo supra *n.* 16 in fine deduxi, ut nisi salus publica obstet, vel gravissima causa, semper maximoperè Principis intersit, acta Prædecessorum indistinctè servare. Quam etenim concipere spem de suis gestis placitisque potest, ut à Successoribus non evertantur, si ipse prædecessorum gestis nullam observationem præstat supra *cit. C. justitia* 25. *q.* 1. quod cum cauti Principes animadverterent, etiam Tyrannorum acta vim suam retinere voluerunt, ita *Gellius lib.* 18. *Sic bona sententia mansit, turpis autor mutatus est.* Nerva quoque & Trajanus Domitiani indomitæ libidinis Tyranni beneficia haud revocarunt, *Wilh. Becker. d. l.* videatur etiam *Joan. à Felde in not. ad Hug. Grot. de I. P. & B. lib.* 2. *c.* 14. *in fin.* ubi tum demùm rescindi acta tradit, si prædecessor aliquid ex non sana mente aut contra rationem egisset. Quæ sententia gloriæ & magnitudini Principum, qua supra reliquos mortales eminent, nec non quotidianis Laudatissimorum Impp. Regum & aliorum exemplis convenientior est & favorabilior.

20. Resolvitur quæstio de obligatione Successoris.

21. Mens Autoris additur.

Processus.

SUMMARIA.

1. *Remissio ad loca, ubi de processu tractatur.*
2. *Processus celerrimè expediendi & abbreviandi.*
3. Das alte Kampff-Recht.
4. *Ambages & fastidia Processuum.*

De

1. Remissio ad loca ubi de processu tractatur.

DE processu tam judicii Imperialis Aulici quam Cameralis, sicut etiam communi aliarum Provinciarum, & particularium, passim multi reperiuntur Autores, inter quos de Processu Camerali in omnium ferè manibus teritur *Rodingius & Blumius de Processu Camerali*, de communi procedendi modo agit *Scaccia in tr. de jud. & in tr. de sententia & re judicata. Carpzov. in suo tr. absoluto de process.* & omnibus ferè prælucentes *Mynsing. & Gail. in suis observ.* Atque modernus procedendi modus, juxta alias ordinationes, in Constitutionibus Imperialibus, accuratissimè traditur *in Ord. Camer. Wormat. anno* 1495. §. 10. *anno* 1500. *Augustæ tit.* 12. *& seqq. anno* 1507. *Ratisbonæ tit.* 35. *& seqq. anno* 1517. *Wormatiæ tit.* 1. *& seqq. anno* 1521. *Wormatiæ, tit.* 19. *& seqq. anno* 1523. *Norinbergæ, tit.* 1. *& seqq. anno* 1524. *ibidem anno* 1527. *Spiræ nec non anno* 1531. *&* 1533. *ibid.* In Recessu Imperii *anno* 1543. §. 36. *anno* 1544. §. 96. *anno* 1551. §. 31. Secuta est postea *Ordinatio Cameræ plenior & exactior anno* 1555. Porrò tractatum est de processu in *Recess. Imp. anno* 1527. *anno* 1566. *anno* 1570. *anno* 1582. *anno* 1594. in Recessu Deputationis *de anno* 1600. quas omnes Constitutiones subsecutus est Recessus novissimus *de anno* 1654. Et videri possunt de his omnibus, quæ supra notata sunt *verb. Camera Imperialis, fol.* 432. quibus plura adjungere operæ pretium non est, sed remittitur Lector ad *Tom.* 1. *har. Constitut. h. t.* ubi latissimè omnia tractantur.

2. Processus celerrimè expediendi.

Quid circa Processus politicè sit observandum docet, *Anton. Palazzo cap.* 24. & multi asserunt Processus non esse fovendos, nec facilè instituendos. Pro Regis Neapolitani humanitatem imitandam laudat & suadet *Henr. à Pflaumern in Mercur. Ital. fol.* 373. ubi ait: Quando festis diebus rei Divinæ gratia Procerum agmine stipatus procedit ad Sacellum, præsto sunt promiscui Viri fœminæque, quamlibet tenuis fortunæ & supplices libellos pertranseunti aulam porrigunt, ipsemet omnes accipit, ac post exactam rem Divinam perlegit, reddit responsum quam potest celerrimè & æquissimè. Indignor, cum nostros quandoque Causidicos, & in neutiquam pari administratione constitutos Præsides video, aut miserorum preces respuere inexorabiles, aut audire morosos adapertis auribus, caperata fronte, superbo supercilio. Hos tu Neapolitanis Proreges des, assuetis adeò humane tractari.

Regnantibus adhuc Francorum Regibus, qualis olim processus tam in causis civilibus quam criminalibus observatus fuerit, describit *Lehman.* in der Speyerischen Chronick. *lib.* 2. *c.* 30. quem vide, qui idem *fol.* 118. ubi de modo probandi agit, ita scribit: **Es befindet sich noch ein Proceß, damit die alte Teutsche die Warheit bezeuget und bestättiget; nemlich, daß sie ein Büschel Aehren-Frucht in der rechten Hand gehalten, GOtt und die Engel samt dem Umstand über dem, was sie gesagt, zu Zeugen angeruffen, und darauff die Büschel aus den Händen in die Höhe geworffen. Hernach ist der Brauch erwachsen, daß man alle Eyd in der Kirchen geschworen, und im Schwören die Finger auff ein Kistlein mit** Reliquiis **geleget, und diese Wort darzu gebrauchet: So wahr mir GOtt hilff und die Heiligen, deren die** Reliquien **seynd, daß ich die Warheit sagen könne. In der Verhör, und wann die Zeugen ihre Kundschafft gesagt, haben sie ihr Schwert beym Knopff in Händen gehalten, und damit zu verstehen gegeben, daß sie mit dem Schwert die Warheit, die sie ausgesagt, wolten verfechten. Immassen dann geschehen, wann die Zeugen, die der Kläger und Beklagte geführet, nicht zusammen gestimmet, und kein Theil dem andern recht geben wollen, daß alsdann ein jeder Theil einen ausgeschossen, die auff freyen Feld mit Brügeln über die Warheit gekämpfft, und haben die Kämpffer keine andere Rüstung, dann einen Schild gehabt. Welcher unter den beeden überwunden worden, den hat man, wie auch allen seinen Beystand, für meineydig und falsche Zeugen gehalten, und ihme hierum die rechte Hand abgehauen, die übrige seiner Seiten haben die Hand mit Geld müssen lösen, davon zwey Theil dem Gegentheil, und der dritte Theil zum Frevel dem** Fisco **heimgefallen. Dieser Proceß hat auch statt gehabt, wann ein Geistlicher einen Weltlichen vor Gericht beklaget und Zeugen geführet.** (3. Das alte Kampff-Recht.) Videatur ulterius *Lehman. d. l. ubi* alios probandi modos adducit.

Quæ autem mala, damna & incommoditates sustineant, & perpetiantur *Litigatores*, vel qui processibus Judicialibus se implicant, graphicè & exactæ describit *Olorinus in Ethograph. mund. part.* 4. *fol. m.* 175. *& seq.* cujus verba in aliqualem terrorem vel saltem pro informatione eorum, qui lites earumque effectus nondum experti sunt, ut eo cautiores sint, ac omnia, antequam processus instituunt, optime ponderent, apponere placuit: (4. Ambages & fastidia processuum.)

Die Materia **des Rechten, inquit, kan nicht mit schwartzer Dinten, sondern mit rothem Blut genugsam beschrieben werden. Einen Rechts-Handel anfangen, ist meines Erachtens anderst nichts, als daß man dem Hertzen Ursach gibt zum seufftzen, den Augen zum weinen, den Füssen zu gehen, der Zungen zum klagen, den Händen zum Geld-ausgeben, den Freunden zum bitten, den Dienern zu** sollicitiren, **und dem Leibe zu arbeiten. Wer nicht weiß, was Rechten ist, der soll wissen, daß seine Eigenschafft ist, daß es die Reichen arm macht, den Frölichen betrübt, den Freyen eigen, den Gelehrten unwerth, den Friedsamen unruhig, den Unruhigen veracht, den Verachten verzweifelt.**

Etliche sprechen, daß die Rechtsführer Sünder sind; aber ich sage, daß sie Heilige sind. Dann unter den sieben Tod-Sünden begehen sie nur drey, die übrigen können sie nicht begehen, ob sie schon gerne wolten. Wie kan der Rechtsführer sich versündigen mit

der Hoffarth / sintemahl er von einem Hauß in das andere / von dem einen Advocaten zu dem andern laufft / mit dem Hut in der Hand. Wie kan der Rechtsführer sich versündigen am Geitz? sintemahl er dermassen Kostfrey seyn / und dem einen für dem andern noch immerdar schencken / schmieren und die Hand füllen muß / daß er offtmahls kaum einen Kreutzer im Beutel behält Brod zu kauffen / oder einen Befehl aus der Cantzley zu erheben.

Wie kan der Rechtsführer sich versündigen mit der Trägheit / oder Faulheit? sintemahl er die meisten Nächte muß wachen / sorgen / seufftzen und trachten / wo und bey wem er den folgenden Tag hin und wieder lauffen und sollicitiren wolle. Wie kan der Rechtsführer bezeugt werden des Frasses? sintemahlen er das Frühstücken / Collationiren und Panquetiren gerne unterwegs liesse / wofern er nur soviel behielte / daß er des Mittags eine Suppe hätte zu essen. Sondern was die andern 3. Todtsünden anlanget / sehen wir gleichwohl / daß die armen Rechtsführer sich versündigen im Zorn; dann ich habe noch keinen Rechtsführer gesehen / der gedultig wäre; welches aber nicht zu verwundern / dann ob ihm schon zu Ende eines halben Jahrs etwan ein guter Bescheidt erfolgt / so gibt man ihme doch alle Wochen / und schier alle Tag / viel krumme und verschränckte Bescheidt / und böse Wort / daß kein Wunder wäre / daß er verzagte. Ebenmässig versündigen sich die Rechtsführer mit dem Neide; dann es ist kein Rechtsführer / der nicht neidig wäre; denn er muß sehen und gedulden / daß der jenige expediret und abgefertiget wird / welcher erst für zwey Monathen daher komt / er aber muß warten / ob er nunmehr schon zwey Jahr lang sollicitiret habe. Also auch nicht weniger versündigen sich die Rechtsführer mit dem Murmeln / sie thun anderst nichts / als daß sie sich beklagen über die Versaumigkeit des Referenten / über den Unfleiß des Advocaten und Procuratoris, über den Geitz der Schreiber / über die Unhöfflichkeit des Thürhüters; also daß das Murren / und das Rechten gar nahe Blutsfreunde mit einander seyn.

Die Egyptier sind mit 10. Plagen geschlagen worden / aber die arme Rechtsführer werden mit 100000. Plagen angegriffen; dann sie über alle Plagen darzu ihre Seele in die Cantzeley begraben / und doch das Guth / darum sie rechten / nicht erlangen. Der Rechtsführer hat auch grosse Mühe und Arbeit mit den Advocaten; dann bisweilen trifft er einen an / der hat weder scienz noch conscienz; hergegen findet er einen andern / der da zimlich gelehrt / aber gantz Seellos ist / und der den Partheyen einen Muth einschwätzet und eingauckelt / den process zu verführen / GOtt gebe / er gehe hinaus wie er wolle; sie nehmen offtmahl 10. Cronen und verthätigen einen krummen Handel eben so hefftig / als wäre es die gröste Gerechtigkeit selbst. *Cit. Olorinus d. loc.* addit: daß der jenige / welcher seinem Feinde übel wünschen / und sich an ihm rächen will / ihme nicht wünschen soll / daß er mögte arm / verfolgt / und vertrieben werden / oder daß er unter die Feind gerietthe / oder stürbe / sondern er solle blößlich GOtt bitten / daß er ihme einen Rechtshandel an Hals hänge; dann niemand kan sich über einen andern besser rächen / dann wann er siehet / daß derselbe für den Cantzleyen und Rechtshäusern auffwartet.

Processuum fastidia experiuntur illi quotidie, qui Processus in Judicia introducunt, vel tanquam rei ab aliis introductos sustinere coguntur, cum tanti temporis, annorum & ingentium sumptuum jactura. Proinde Processus *inordinatus* non est tolerandus, ubi de meritis causæ constat, & ab executione nunquam est inchoandus. Processus ambages in claris non sunt curandæ, & cum de mero jure quæritur. Processui tamen semel inchoato cursus integer est relinquendus, neque processum ordinarium Judex in extraordinarium vel summarium mutare potest. Si autem processum in causa summarie tractanda judex ordinarie prosequi vellet, justitiam protrahit; In Processibus decernendis nec allegatio partis adversæ, nec judicis à quo relatio attenditur. Processus inter Status Imperii susceptos Imperator haud impedit. *Capitul. Leopold.* §. Und insonderheit so sollen und wollen wir / ob einiger ChurFürst / Fürst oder andere / seiner Regalien / Freyheiten / Privilegien / Rechte und Gerechtigkeiten halben / daß ihme geschwächt / geschmälert / genommen / entzogen / bekümmert oder betrübt worden / mit seinem Gegentheil und Wiederwärtigen zu gebührlichen Rechten kommen / oder fürzufordern unterstehen wolte / oder auch anhängig gemacht hätte / dasselbe und auch alle andere ordentliche schwebende Rechtfertigung nicht verhindern noch verbiethen / sondern den freyen starcken Lauff lassen. Idcirco enim Judicia in Imperio passim constituta sunt, ut diffidationes abrogarentur, & unusquisque non armis, sed potius jure suum persequatur, *vid. supra verb.* Absag *& verb. Camera Imperialis.* Judicia verò ita sanctè & quasi inspectante Deo tractanda sunt, ut omnia supra recensita incommoda evitentur, & pro Reipublicæ quiete & salute Processus quidem breviter, sed juste terminentur & decidantur. *Vid. not. supra verb. Judex & verb. judicium.*

Procu-

Procurator.

SUMMARIA.

1. *Differentia inter Procuratorem & Advocatum.*
2. *An & quatenus culpa Procuratoris noceat Domino.*
3. *Differentia Procuratorum.*
4. *Obligatio Procuratorum.*

JUre Romanorum perantiquo non licebat per Procuratorem agere, *Instit. de his, per quos agere poss.* Sed postea receptum est in plerisque causis per Procuratores etiam experiri. Apud Francos verò id non licuisse citra Principis rescriptum, docet *Marculph. in Formular. lib.* 1. *formul.* 21. qua conceditur, ut si quidam, qui propter simplicitatem rebus suis superesse non potest, per alterum possit agere, *Bignon. in not. ad Marculph. fol.* 467. addens: illud longo post tempore apud nos obtinuit, ut præter Regem nulli Procuratoris habendi absque Principis consensu facultas suppeteret, & in Stylo Parlam. *Innocentii III.* rescriptum ad Scholares Parisienses, qui Procuratoris constituendi licentiam ab eo petierant, hanc habet ex more Francico dubitandi causam, *C. quia in caus. de Procurat.* Differentiam inter Advocatum & Procuratorem, *vid. supra verb. Advocatus n.* 8. *fol.* 249.

1. Differentia inter Procuratorem & Advocatum.

Procurator appellati ad appellationis prosecutionem citari potest, cum litis sit Dominus, testis tamen esse non potest in causa quam agit, limitesque mandati excedendo Dominum non obligat, nisi ex patientia illius hoc fecit; Appellationem autem intermittens nocet Domino, non, si restitutionem in integrum non petit, nisi ipse negligens sit; Non datur principali ob *culpam Procuratoris restitutio in integrum*, ne quidem si non solvendo fuerit Procurator; *vid.* tamen *Gail.* 1. *obs.* 45. Moribus nostris, ubi Procuratores Superiorum judicio constituuntur, consequenter principali nil imputari potest, quod diligentiorem non elegerit, restitutio Domini locum invenit, *Carpzov. d.* 1. 22. & *Resp.* 3. *resp.* 1. *n.* 4. *Lyncker. in analect. jur. ff. lib.* 2. *t.* 2.

2. An & quatenus culpa Procuratoris noceat Domino?

Procurator est vel Generalis vel Specialis, & uterque vel habet mandatum plenum sive *cum libera*, vel sine ea potestate Procurator cum libera constitutus potest alienare, etiam nulla necessitate cogente *L.* 58. & *L.* 9. §. 4. *ff. de procur.* Quanquam etiam oporteat apparere, quod procurator cum libera ex bona fide egerit, *L.* 60. §. *ult. ff. mand. L.* 8. §. 5. *quibus modis pignus solvitur L.* 1. §. 1. *quæ res pign. oblig. poss.* & probe est attendendum ad formam mandati, quia in negotio particulari occurrere potest articulus aliquis, in quo mandatum quodlibet seu indefinitum non sufficit, sed requiritur speciale *L.* 60. *ff. de proc.* Sicque etiam ille procurator, qui cum libera constitutus est, non potest agere ea, quæ mandatum speciale requirunt. Procurator quidem fit litis Dominus, ita tamen, ut hoc etiam à mandato pendeat, unde & Principalis dicitur Dominus litis, *L.* 30. & *seq. ff. de proc. L.* 1. *Cod. de sent. & interlocut.* Litique adesse, eamque prosequi, & totam litem in se suscipere potest, *L.* 17. *L.* 69. *ff. de procur. L.* 9. *C. de appell.* & fertur quidem sententia in procuratorem, sed parit actionem judicati in Dominum, *L. ult. ff. de procur.* danturque quædam sententiæ, quæ in Procuratorem ferri non possunt.

3. Differentia Procuratorum.

De *Procuratore Universitatis*, quando & quomodo rite possit constitui, plura notabuntur infra, *verbo Revisio*, an juxta Sigillum etiam subscriptio Syndici requiratur. Si verò Procurator vel Syndicus jurare nolit, id Domino non nocere notatum est supra verbo Eyd *fol.* 703. *n.* 12. *per text. in l. unica ff. si quis jus dic. non obtemp. & tradita Gailii lib.* 1. *obs.* 89. *n.* 4. & 5. Pro juramento præstando non potest peculiarem mercedem petere, cum litis Dominus fiat. Procurator Generalis non habet alienandi potestatem, & de rato cavens, nec personam suam ante finem Litis legitimans, coërcendus est, hinc ex cautione de rato tenetur ad pœnam retardatæ litis & expensas.

Procurator non suo, sed alieno nomine appellare solet: & qui constitutus est ad omnes causas cum clausula (cum libera) tam appellationem prosequi, quam appellare indubiè potest; ut autem appellet, gnarus esse debet de injuria judicis, ut minimum dubitet. Ad prosequendam autem appellationem non cogitur, nisi ab interlocutoria, aut si ipsius culpa adversa sententia contigerit, aut mandatum etiam habeat ad prosequendum, ubi quoties appellat, toties appellationem exercet. Appellans tamen Procurator, si velit, prosequi potest, Appellatus, ne quidem si velit, nisi persona sit conjuncta: Procurator nec in *arbitrum* nec in arbitratorem compromittere potest, & cum per litis contestationem litis Dominus fiat, per eam quoque instantiæ obligatur, ut ante sententiam litem deserere non possit; quatenus autem in criminalibus intervenire possit, magna est Dd. concertatio, nonnulli ipsum omnino non admittunt; Hinc Procuratoris contumacia generaliter Principali nocet, Dominus tamen adversus eum mandati actionem habet, in casu autem, quo procurator solvendo non est Principali, per beneficium restitutionis in integrum succurritur; secundùm modò suprà dicta.

4. Obligatio Procuratorum.

Nemo invitus Procurator constitui potest, exceptis tamen *Procuratore Fisci*, Procuratoribus Cameræ Imperialis, quoad causas, non quoad officium: Palatii Reipubl.

publ. &c. qui omnes etiam inviti procuratorium suscipere debent; & tales Procuratores non inviti quidam, cum libera administrandi potestate, constituti sunt, cujus vigore bona ista, quorum administrationem habent, permutare, itemque alienare possunt: omniaque facere, quæ ipsi Domino cum rebus suis facere permittitur: Extraneum autem Procuratorem, invitis collegis, ad eligendum nemo constituere potest, & hoc procedit in omnibus actibus universitatis, nam in electionibus non aliter quis constituere Procuratorem potest, nisi justo impedimento impeditus ipse venire non possit, & tali Procuratori mandarum ad certam personam eligendam dari potest.

Procuratorum usus est necessarius: Itaque possunt Domino emere, mutuum accipere, ac in summa Domino acquirere; Procurator tamen cum libera alienare non potest, & licet Procurator non possideat nisi nomine procuratorio: acquirit tamen nobis etiam ignorantibus, si mandatum generale sit, non speciale, nisi in re illa speciali, perque tales Procuratores bonorum quoque possessionem acquirere possumus. In *causa Capitali publica*, ut & in privata, quæ criminalis est, intervenire non potest Procurator, quod non tantum de judiciali, sed etiam extrajudiciali, id est de quolibet rerum administratore intelligendum est.

Procurator ob non exactum creditum ex sua negligentia non tenetur, nisi quatenus est exigibile, ejusque factum, extra mandati fines, Dominum non obligat, nisi ratihabeatur, sic etiam negligentia in lapsu fatalium non nocet Domino ex ordinatione Tribunalis, secus verò de jure communi; similiter culpa ejusdem non excusat Principalem ab expensis, neque Procuratoris falsi allegatio admittitur in secunda Instantia, cum Dominus acta habet rata, quia falsi exceptio dilatoria est, & ab initio litis opponenda. Constitutio Procuratoris non adeò est de substantia Processus, ut omissa semper reddat judicium retrò nullum, hinc non habiti Procuratoris in judicio, finita lite, non est justa allegatio, quoad ea, quæ ab illa adhuc dependent, quod procuratorem reus citatus per contumaciam non constituerit, inde retardari non debet processus. Cum plures Procuratores habere licitum sit, unde alterius constitutio non est semper prioris revocatio, quorum mandatum præprimis certum sit, nec probatur nudo Notarii documento, cum sint facti, quæ non præsumuntur, sed probari debent. Procuratoris officio *mulier* in Judicio fungi non potest jure Civili, secus de jure Canonico, quanquam & hoc de solis Abbatissis & Vestalibus intelligendum sit. Universitas eodem jure Civili non Procuratorem, sed *Syndicum* constituit, de jure autem Canonico Procurator quilibet appellatur, alienæ rei administrator, si habeat potestatem agendi & defendendi. Denique exceptio Procuratoria concernit personas in judicio intervenientes, & datur vel contemplatione Procuratorum constituentis vel Procuratoris constituti, vel mandati, vel denique causæ respectu: quia in causa capitali publica & privata, quæ criminis est, Procurator intervenire nequit, quæ exceptio in quocunque judicio, excepto in foro mercatorum, locum habet. Reliqua de Procuratoribus, de eorum officio, cautione, prævaricatione, pœnâ, mandatis, contumaciâ, longis recessibus, *vide* accuratè notata in *Tom.* 1. *harum Constit. verb. Procurator*.

Protectio.

SUMMARIA.

1. *Quid sit Protectorium? Salvaguardia?*
2. *Protectoriorum antiquitas ex omni jure divino humanoque.*
3. *Protectorium ordinarium & extraordinarium sive conservatorium.*
4. *De Affinibus Protectorii.*

OMnes quidem sunt sub generali protectione Imperatoris Romani, qui etiam ipsius Ecclesiæ protector est & Advocatus, *Capit. Leopold. art.* 1. *Josephin. art.* 1. atque ex officio Cæsareo omnes tueri debet atque defendere. Tribuuntur tamen ab Impp. etiam specialia *protectoria*, sive *literæ protectionis*, Käyserliche Schutz- und Schirm-Brieffe/ *Capit. Leopold.* §. 8. ubi propria hujus materiæ sedes esse videtur ex jure publico. Ex jure Civili *in l. illicitas* 6. §. *ne potentiores. tit. de offic. Præsid.* ex jure Canonico in *cap. ex parte* 18. *X. de privileg.* Protectorium Cæsareum est Privilegium à S. Cæsarea Majestate clementissimè concessum, quo impetrans in peculiarem Suæ Sacræ Cæsareæ Majestatis ac Imperii tutelam, contra omnem vim atque molestiam, sub gravi pœna violantis, recipitur, majoris securitatis gratia; Cui non multum dissimilis *Salvaguardia*, da man einen oder mehr Soldaten in ein gewiß Ort/ selbigen von feindseeliger Thätlichkeit und anderwärtigen Exorbitantien zu bewahren hinschicket oder verleget/ quæ est Salvaguardia viva: vel *inscriptis*, per quas aliquis ab omni hostili offensione securus pronuntiatur & declaratur, & plerumque valvis januæ affigi solet; datque Cæsarea Majestas Protectorium militare, cum vel extra & intra Imperium bellum gerit, & implorantem cum suis bonis ab hostili direptione exemptum vult.

1. Quid sit protectorium? Salvaguardia?

Origo Protectoriorum ut antiquissima, ita plane Divina est. Deus etenim ipse, supremus ille Protector Caini, cum ob fratricidium à vultu DEI se exclusum, & banni pericu-

2. Protectoriorum antiquitas ex

omni jure divino humanoque. periculis expositum quereretur, protectorium dabat, *Genes. c. 4. vers. 15.* signo quodam, ne ab obvio quovis necaretur. Et elegantissimum Protectorium est, quod Abimelech Rex Philistæorum in Gerar, Patriarchæ Isaaco & uxori ejus, Divino procul dubio impulsu, ad universos suos concessit, paucis quidem sed ponderosissimis verbis: *Qui virum illum & uxorem ejus tetigerit, confestim occidatur.* Cumque apud *naturalis juris* scrutatores in propatulo sit, hominem natura ad societatem colendam factum esse, naturam omne id, quo societas illa tranquillè, tutò & securè coli possit, atque adeò etiam Protectoria non modo approbare, sed & jubere, non est, quod dubitandum; Sed & *Gentium Juri* tam quod intra, quam quod inter gentes hactenus viget, Protectoria suo modo innituntur, tum quod observare liceat, non modo in nostro Romano Germanico Imperio, sed & aliarum, præsertim moratiorum Gentium Regnis ea passim impetrari, tum quod inter Gentes invicem, si non ea, quam consideramus modò, Protectorii species, ei tamen quam simillima alia, suo gaudeat securitatis effectu. Quid enim Legatorum *literæ credentiales*, *Fecialium insignia &c.* sunt aliud, nisi protectoria personarum istarum inter Gentes? Et Gentium fermè consensu Domus sua cuique, ut tutissimum refugium, ita tacitum quoque protectorium est.

Jus Civile Romanum iisdem favere, vel ex eo patet, quod Sacratissimus Legislator ex Ulpiano JCto *in cit. L. illicitas.* Præsidis Provinciæ injungat religioni, ne potentiores viri humiliores injuriis afficiant, atque sic generali quasi quodam protectorio, infirmiores quosvis, adversus potentiorum injustas oppressiones defendat. *Jus Canonum in cit. C. ex parte 18.* non modo imminentis proximo periculi aversionem severius præcipit, etiam pro homicida eum habendo, qui, cum potuisset, hominem à morte non liberavit, sed & ipsemet Papa literas Protectionis tum Clericis tum Laicis erogat, earumque personas & res sub Apostolica protectione consistere declarat. *Vid. Speidel. inspec. observ. verbo Conservatores*, ubi dicit, quod Conservatores Protectoribus æquiparentur, subconservatorem verò constituere, & limites potestatis excedere non possit, *per ibid. allegat.*

Utut verò Jura Prædicta Protectoriis basin præstent haud infirmam, propinquiores tamen natales ea moribus & consuetudini debent, quæ novissimè scripto quodam Juris publici articulo *Capitulat. Leopold. §. 8.* non parum fulcita est, ubi, licet Imperator promittat, se non permissurum, ut Imperii tam immediati quàm mediati Protectoria ab exteris Magnatibus impetrent vel accipiant, neque se ejusmodi Protectoria confirmaturum, sed ut cassentur, potius operam daturum, è regione tamen sese obstringit, effecturum, ut omnes in sua unius & Imperii protectione sint & maneant; quo ipso quævis illi in hunc finem à Statibus firmata sunt media, hanc protectionem & securitatem tantò facilius obtinendi & promovendi, atque ubi *Ordinaria* ei non sufficere videbantur, etiam ad *Extraordinaria* & privilegiata manum auxiliatricem porrigendi. Quæ quidem in nostro Imperio eò magis locum inveniunt, quo facilius, in vasto illius ambitu, à Potentibus ejus membris, imbecilliores, quovis sub prætextu, opprimi; atque ordinaria media, quæ alias ad propulsandas Potentiorum injurias salubriter prodita sunt, circumveniri possunt.

3. Protectorium ordinarium & extraordinarium, sive Conservatorium. Impertitur Imperator Protectoria vel *expediendo* vel *exequendo*. Istic duo summa concurrunt Imperatoris & Imperii Tribunalia, Judicium nempe Aulicum, & Camera Spirensis: quorum tamen illud huic, in hoc negotio, & facilitate expediendi & frequentia palmam præripit. *Exequendo* deserviens causa est, vel *ordinaria & communis*, vel *extraordinaria & peculiaris*. Illa sunt quilibet Magistratus subalterni Imperatorem recognoscentes superiorem, quibus, ne impetrantem contra protectorium gravari patiantur, etiam sub pœna præcipitur, quò referri quoque possunt Heroldi, Feciales Imperii, Fiscalis Cæsareus; *Extraordinariè & in specie* S. Cæsarea Majestas quandoque uni vel pluribus Imperii Statibus potentioribus *conservationem* & executionem Protectorii expressim committit. Hinc quandoque Imperator, ut impetrans eò securior sit, Protectorii conservationem, uni vel alteri Statuum peculiari insuper diplomate demandat, quod *conservatorium* dici, sicut & Commissarii illi *Conservatores* dicuntur, & & ubi necessitas fert, sicut ipsum aliquando Protectorium, renovari solet; Ejusmodi Conservatorium, quod & Commissio Protectionis, eine Protections-Commission vocari solet, à *Ferdinando III.* ad Directores Circulorum Westphalici & Inf. Saxonici, Bremensibus, adversus Coronæ Sueciæ Gubernatorem in Ducatu Bremensi *Anno* 1654. concessum esse, sicut & aliud, in causa Sickingen contra Churpfaltz/ad Electores Moguntinum & Trevirensem emissum, cum ejus insinuatione & renovatione, *Diar. Europ. part. 17. in append.* ostendit, hujusq; Protectorii seu conservatorii tanta est authoritas, quanta ipsius, à quo processit, Romani Imperatoris: Hinc *Theod. Höpping. Cons. 9. p.* 358. Salvæguardiæ & Protectionis à Domo Austriaca datæ honorem, augustam sanè rem, & Imperatorio culmine dignam, prædicat.

4. De mandato de nonoffendendo & Salvo Conductu, aliisque Protectorii affinibus. Ad naturam Protectorii proximè accedit *Mandatum de offendendo*, quod ab eadem causa in eundem finem emanat; in hoc tamen ab illo differt, quod ratione subjecti, & causæ impellentis, arctioribus includatur cancellis & aliâ quâdam concipiatur forma, & effectum producat diversum. Arctam quoque cum Protectoriis cognationem literæ *Salvi conductus*, tam Civilis quam Criminalis, in eo tamen discrepantes, quod hæ sint specialiores magis, & respectivæ, illa generalia magis & absoluta. Tertio inter

ter affinia Protectorii Cæsarei collocandæ, *Literæ protectionis Papales*, nec non Regum & Magnatum exterorum, quin & Statuum Imperii Rom. Germanici, quæ omnes à causa ipsa efficiente, proindeque etiam effectus atque autoritatis amplitudine à nostro differunt; de cætero autem in plerisque cum eo conveniunt. *Tabulas clientelares*, *quarto* protectoriis valdè affines esse, quibus per modum pacti, tum Imperator, tum alius potens, debiliorem in clientelam vel protectionem suam recipit, isque vicissim in redhostimentum quandoque aliquid promittit, undè oritur famosum illud *jus Clientelare* sivè *protectionis*, sivè *advocatiæ* armatæ: sinè autoritate & consensu Cæsareo haud suscipiendum, neque protegendi extra casum necessitatis sumptibus & militia protectoris prægravandi, ne tandem protectio sivè conservatio in subjectionem & injuriam protegendi convertatur. Sicuti autem per has tabulas Clientelares, Pactum, ita *quinto* ex ipsa alicui tum jus protectionis, tum singularem præ aliis securitatem asserit, eaque ratione Protectoriis affinis est. Denique huc referri possunt *Tractatus Pacis*, & *Guarantiæ*, *Fœdera*, *Cautiones de non offendendo*, *Moratoria*, *Asyla*, & si quæ sunt alia securitatis præsidia.

Proviant.

Vid. supra verb. Magazin & verbo Feld-Bau *fol.* 720.

Purgation.

Vid. supra notata fol. 334. *& fol.* 439.

Pygmæi.

Vid. supra verbo Homo fol. 961. *num.* 22. *& seqq.*

Lit. Q.

Quartier.

Vid. supra verb. Accisa fol. 178. *& verb.* Einquartierung *fol.* 681.

Quedlenburg.

Abbatia hæc Imperialis, das Käyserl. freye Weltliche Stifft Quedlenburg/ ab Henrico Aucupe Imp. in honorem *S. Servatii* & *Mathildis* fundata est, cujus filia prima Abbatissa hic constituta. Civitas Quedlenburg / ad Bode fluvium, Halberstadium inter & Emerslebam sita, potens olim, & sui juris, atque Hanseatico fœderi addicta, anno 1477. libertatem amisit, postquam eam *Ernestus* Elector Saxoniæ, quod sororis ejus, *Hedvvigis* Abbatissæ, dictis minus audiens esset, armis in ordinem coëgit; & *columnam Rulandicam*, qua tanquam tessera libertatis suæ superbiebat, dejecit, atque ab eo tempore Electores Saxoniæ jus Advocatiæ Quedlinburgi obtinent, quod jus tamen ante paucos annos pro certa pecuniæ summa Electori Brandenburgico cesserunt, ratione cujus Abbatissa cum Electore Brandenburgico magnas in judicio Imperiali Aulico etiamnum habet controversias & lites, Imperioque mero in civitate & territorio Quedlinburgensi pollet Abbatissa, bassa tantum jurisdictione, quam das Erb-Gericht vocant, relicta. Augustanam confessionem, quæ nunc etiam ibi viget, *anno* 1539. *Anna*, Abbatissa è familia Comitum de *Stolberg* orta, introduxit. De cœtero annumeratur hæc Abbatia Circulo Saxonico superiori, nec alias nisi illustri loco natas virgines admittit. Moderna Serenissima Abbatissa est *Anna Dorothea*, Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, ac Montium Ducissa, *anno* 1684. postulata, 29. *Jan.* 1685. investita. Parentes ejus erant Joannes Ernestus, Dux Saxo Vinariensis & *Christina Elisabetha* Ducissa Holsatiæ. Coadjutrix ei est *Anna Dorothea*, Ducissa Holsatiæ, Ducis Gottorpiensis soror, Præpositæ autem munus obit *Magdalena Sophia*, ex eadem Ducum Holsatiæ familia, sed Sunderburgica stirpe prognata, *Philippi Ludovici* filia.

Lit. R.

Raab / Javarinum.

Raab / Turcis *Gevver*, incolis *Tavvarzin* dictum, ad confluentes Rabi & Danubii situm, munimentum est fortissimum, quod *anno* 1594. proditione amissum, *anno* 1598. Adolphus Comes Schwarzenburgicus, usus operâ Vaubecurtii, nobilis Galli, qui novam invenerat machinam, quam *petarden* vocamus, quâ portam urbis confregit, iterum recepit. *Gerhard. Arnold. in tabul. Geographic.* 26. *Lud. Morer. in Dictionar. Historic. lit. R. verbo* Raab/ubi tamen ponit *annum* 1591. quo Javarinum fuerit occupatum à Turcis, recuperatum verò *anno* 1666. *R. P. Boussingault. in Theatro mundi, parte prima, fol.* 461. refert sequentia: Cette Vills est située dans une plaine aperte de Veüe: Elle est environnée de l'un des bras du Danube, & de la Riviere de Raab, qui Luy donne son nom. Sa figure est quadrangulaire, flanquée de quatre grands bastions, & pource que les lingnes de defense etoient trop longues, on à fait des Ravelins entre les bastions; A chaque Angle de la figure est un Cavalier qui commande à la fortification revêtüe de brigue, quoy que le terrain soit un peu sablon neux. Il y a de tres-beaux Moulins & une grande quantité de munitions de Guerre & de Bouche. Le Château qui sert de demeure au Gouverneur est bâty sur un des bastions, Au Milieu de la Ville est la place d'Armes, qui à onze cens pas en quarté. Les Maisons sont fort basses, & assez mal bâties.

Sinan Bassa la prit l'an 1594. mais elle fut reprise l'an 1598. par les chrêtiens, qui doivent le Principal honneur de cette entreprise, au Sieur de Vaubecourt François. Cette Ville est une des places frontieres de l'Empire, puis que sans passer l'eau, ny aucun lieu fermé de murailles on y peut venir - des terres du Turc qui sont à une lieüe de là: Et pource que non obstant la paix, les Turcs ne laissent pas d'y faire des Courses, les dix lieuës de pais qui sont entre Javarin, & Strigonie, ne sont point cultivées. Il y a deux ponts dans Raab.

Ils tiennent encor à sept ou huit lieuës de Javarin, la forte place de Papa.

Referent. Correferent.

Notatum est *supra verb. Judex. fol.* 1040. *in pr.* nullum esse magis calumnis objectum munus quam Judicis, qui tot vel amicos vel inimicos habet, quot sententias pronuntiat. Cum enim ambo litigantes vincere non possint, Judex laudatur à Victore, culpatur à Victo, & vix non plaustris calumniarum obruitur. Ad convitia & maledicta evitanda nullum est dubium introductam esse rationem *Re- & Correlationis*, *sive Referentis & Correferentis*, ut omnia causarum momenta & Circumstantiæ tantò accuratius diligentiusque examinentur; Sufficiebant olim in Camera Imperiali duo Assessores *Re- & Correferentes* ad causam decidendam, juxta *O. C. anno* 1500. *tit.* 16. hodiè plures ad minimùm quatuor ad causas terminandas deputantur, & aliquando res in pleno deliberatur, in Consilio Imperiali Aulico non solùm Re- & Correferentes sæpius constituuntur, sed causa ipsa in pleno ab illis proponitur, acta, præsertim verò documenta, & probationes verbotenus leguntur, colliguntur postmodum vota, & secundum majora, ab Excellentissimo Præside concluditur, qui quoque in casu votorum parium sua accessione ad unam partem majora facere potest; De ordinatione Re- & Correferentium, quæ causæ aliis præferendæ de modo Re & Correlationum, de singularitate votantium præcavenda, de Relatione ad Imperatorem, vidè fusè notata *in Tom.* 1. *harum Constit. verb. Referent. Relatio, & supra verb. Doctor. fol.* 660. *n.* 8. 9

Reditus annui.

Vide supra verb. Gûldt/ *fol.* 334.

Reformatio, Reformati.

Cum Religionum confusio in Republica maximè sit evitanda, in constitutione tamen pacis publicæ & Instrumenti pacis Religio Romano-Catholica, Augustana & Reformata in Imperio permissa est, necessitate inevitabili id extorquente, & ad evitanda majora mala, prout mox pluribus notabitur sub verbo Religio. Itaque & ii, qui Reformatæ Religionis in Instrumento Pacis & Constitutionibus Imperii vocantur, gaudent omnibus juribus sive ex pace religiosa, sive pace publica, aut ex aliis Imperii Constitutionibus, quibus Lutherani frui solent §. 1. *art.* 7. *Instrum. Pacis* verbo: *unanimi Statuum consensu placuit*; ita ut sub Augustanæ Confessionis consortibus, & quæcunque de iis in Pace religiosa statuta

sunt salubriter comprehendantur per *d*. §. 1. *art*. 7. *Instr. Pac.* verb. *Qui inter illos Reformati vocantur*, *& art.* 19. *Cap. Leopold. ferè in fin.* verb. Der Augspurgischen Confession Verwandte / die Reformirte mit eingeschlossen / & illis pariter tutela ac defensio promittatur *art*. 1. *Cap. Leopold.* & similiter cum reliquis tolerari debeant, *art*. 7. *Inst. Pac. Osnab. in fin.* ubi etiam jus reformandi illis competit, intuitu Catholicorum. Quoad exercitium verò Religionis inter Lutheranos & Reformatos ita convenit, ut, si in futurum aliquis Status Imperii territoria vel ditiones in Imperio Romano-Germanico, quocunque titulo sive singulari sive universali, id est, successionis, acquireret subditos in Statu ejus Religionis relinquere debeat, quo accepit nec per directum nec per indirectum exercitio Religionis eorum inferre præjudicium, & si ipse Dominus acquirens diversæ Religionis à subditis sit, possit quidem suo sumptu juxta Religionis suæ ritus exercere Religionem, de proventibus verò Ecclesiasticis alteri Religioni in territoriis aut ditione ista debitis suæ Religionis Ecclesiarum vel Scholarum Ministris nihil sibi sumat conferre, sed cuncta in eo statu, quo tunc, relinquat. Si contingat, ut Imperii Status aliquis post Pacem Osnabrugensem mutet Religionem, & cum Reformatæ Religionis fuerit, assumat Lutheranum, etiam juxta suam assumptam Religionem reformare non potest exercitium Religionis, sed debet subditos & communitates in eo Statu relinquere, quo, tempore mutationis Religionis à Domino territorii factæ fuerunt.

Sed quia, quæ dicta sunt de jure reformandi, de mutationibus futuris intelliguntur, sic Statibus, in ditionibus quas ante obtinuerunt, nullus modus ponitur, sed ad suæ Religionis ritus reformare possunt, cui ipsi addicti sunt, modo pacta cum subditis vel Statuum Protestantium inter se non obstent, quæ illibata servari debent, *Rhet. in Inst. Jur. Publ. lib.* 4. *tit.* 2. §. 41. *& seqq.* & *vid.* fusè hanc materiam tractantem Historiam Pacis Monasteriensis & Osnabrugensis, & *Coccejum de I. P. C.* 18.

Regenspurg.

SUMMARIA.

1. *De situ & nomine Ratisbonæ.*
2. *A quo condita.*
3. *Quot ibi templa & sacella.*
4. *De Ponte Ratisbonensi.*
5. *Religionem Christianam quis primus introduxerit in urbem.*
6. *Civitas est Imperialis & frequentia ibi habita sunt Comitia.*
7. *Ejus onus imperiale.*
8. *Regimen.*
9. *Privilegia urbis circa judicialia.*
10. *Privilegium primæ Instantiæ.*
11. *Habet jus constituendi Hansgravium, & quis ille.*
12. *Privilegium juris stapulæ.*
13. *Privilegium commerciorum.*
14. *Jura Episcopi Ratisbonensis pristina in hac civitate.*

1. De situ & nomine Ratisbonæ.

Ratisbona, Civitas Imperialis, ad Danubium perantiqua & populosa, de cujus situ & nomine *Otto Frisingensis lib.* 2. *de gest. Frider. Barbarossæ* ita scribit: Hæc Civitas, super Danubium, qui unus trium famosissimorum fluminum in Europa à Topopraphis dicitur, ex ea parte, qua prædicto amni duo navigabilia *Regnus* & *Naba* illabuntur flumina, posita, eo quod ratibus opportuna bonaque sit, Ratisbona, vel à ponendo ibi rates, Ratisponæ Bojarorum quondam Regum, nunc Ducum sedes fuit. Hinc *Gunther. Ligurin.* ita ludit:

Inde Ratispona (vetus ex hoc nomen habenti,
Quod bona sit ratibus, vel quod consuevit in illa
Ponere nauta rates: hoc Noricus urbe Ducatus
Præcipua gaudet) solemnis curia certo
Tempore mandatur.

2. A quo condita?

Sunt, qui putent eam sub Augusto fuisse Quartanorum Coloniam, posteà verò à *Tiberio* dictam Augustam Coloniam Tiberiam: Sicuti etiam in *Leonis III.* Pontificis diplomate *Anno* 790. perscripto Tibarnia, quæ à Cæsare *Augusto* ædificata, nominatur. A *Theodonis I.* Boiorum Regis uxore *Regina* creditur Reginoburgi nomen sumpsisse, vel potius ab amne Rego, qui supra urbem Danubio miscetur. Germani vocant eam *Regensburgum*, exindè quoque latinè dicitur *Ratisbona*. *Carolus M.* in privilegiis Monasterio S. Emerani datis, vocat eam *Reginoburgum*. *S. Wilboldus* primus Episcopus Eichstettensis, vocat Reginam. Urbs est amplissima atque ornatissima, aggere, fossa, mœnibus, egregiè munita. Paruit olim Regibus, nunc Ducibus, Bojorum, sub *Friderico* autem I. asserta est in libertatem. Templa & Sacella tot habere dicitur, quot sunt in anno dies. Pars urbis ultra Danubium sita est vetustior, habuitque à *Regno* amne nomen Reginopurgi, quod nomen postea, accrescente parte, Cisdanubiana, ad novam quoque urbem derivatum est. 3. Quot ibi templa & sacella.

4. De ponte Ratisbonensi.

Conspicitur hic Pons supra Danubium lapideus & artificiosus, cui nullus est similis, omnium ad Rhenum & Danubium pontium maximus, ac Dresdensi duntaxat minor, ut qui 800. habeat passus in longitudine, cum hic tantum habeat 470. Pontem hunc *anno* 1135. *Henricus V. Imp.* construxisse scribitur, adjutus opibus civium Ratis-

Ratisbonensium & Episcopi & veterem illum pontem fornicatum admirandi operis, quam Trajanus in novæ Provinciæ tutelam fecerat, non ita multò post Adrianum demolitum fuisse, ne barbaris pateret aditus ad Mœsias depopulandas, refert *Reusner. de urb. Imp. cap. 1. in fin. Dresser. Isagog. histor. part. 5. pag.* 507.

5. Religionem Christianam quis primus introduxerit in urbem?

Religionem Christianam primus in urbem importavit Marcus, B. Pauli Comes. Postea sub Zenone *Anno* 484. Paulinus & Justus: A Paulino usque ad Garibaldum numerantur Episcopi novem: Prolapsam enim Ecclesiam restituère *Carolus M. & Bonifacius*, dato Garibaldo Præsule. Inde longa serie censentur alii usque ad nostra tempore, & inter eos *Albertus M.* qui tamen ut Studiis vacare posset, concessit Coloniam desertis Episcopatus molestiis.

6. Civitas est Imperialis & frequentia ibi habita sunt Comitia.

Civitas hæc absque omni controversia Imperio Romano immediatè subjecta est, id quod inter alia Imperii probat matricula, in qua reperitur: Ist *anno* 1545. & 1551. um 10. zu Roß und 62. zu Fuß geringert worden/ und ist also monatlich angelegt/ auff 10. zu Roß und 50. zu Fuß/ thut am Geld 320. fl.

7. Ejus onus Imperiale.

Limn. tom. 4. lib. 7. c. 39. num. 5. in Comitiis in scamno Suevico primum votum obtinet, teste *eod. Limn. tom. 3. lib. 9. c. 1. num.* 147. & est una ex Civitatibus Deputatis, *Limn. tom. 4. lib. 7. c.* 393. Ibidemque frequentia habita sunt Comitia, veluti *anno* 1527. 1532. 1541. 1546. 1557. 1567. 1594. 1598. 1603. 1613. 1641. & 1654. ubi in Senatu Civitatum Imperialium Directorium gessit: memorabile est, quod in Comitiis hic *anno* 1541. celebratis, jussu Caroli V. in causa Religionis, quo Præsidibus Friderico Principe & Gravellano disputatum sit ab *Eccio & Melanchthone.* Non minus memorabile, quod quinque in hac Civitate Status simul vivunt 1. Episcopus Ratisbonensis, 2. Abbas S. Emerani. 3. Abbatissæ duæ, una in Ober- & 4. altera in Nieder-Münster/ & denique 5. ipsa Civitas, *Waremund ab Ehrenberg lib. 2. med. pro fœd. cap. 1. num.* 62.

8. Regimen.

Senatus hujus Civitatis personis constat sedecim, & inter eos sex esse Consules, seu Camerarios, Cammerer dictos, *Limn. d. l. pag.* 292. *Merian. topographia Bavar. pag.* 52.

9. Privilegia urbis circa judicialia.

Privilegia hujus Civitatis quod attinet, Fridericus II. Imp. *Anno* 1230. Civitati hoc dedit, quod Cives cogi non debeant venire ad aliud judicium extra Civitatem, & quod concivis concivem suum, ejusve res, extra Civitatem detinere non debeat, querimoniam contra ipsum movendo, nisi prius questus fuerit civitati, & justitia sibi denegata fuerit; *Wigul. Hund. in Metrop. Salisb. p.* 1. ubi *pag.* 89. addit: Duces Bavariæ, in hac Civitate possident die Mauth/ item die Blut-Bahn/ quem Sculdesius sive Prætor Civitatis à Prædictis Ducibus recepit in feudum.

10. Privilegium primæ instantiæ.

Præterea teste *Wehnero apud Gylm. Symph. tom. 6. cap. 7. §. 36. pag.* 220. hæc Civitas gaudet privilegio primæ Instantiæ, & in causis Civitatis zu Regenspurg privilegiati judices sunt, Consul & Senatus der Stadt Augspurg/ Nürnberg und Ulm/ vel etiam, pro actoris arbitrio, quinque & sex Senatores Ratisbonenses. Ab his ad judicium Imperiale Aulicum vel Cameram appellatur. Cives verò nullibi in prima instantia, nisi coram Senatu Ratisbonæ conveniendi: nec cuiquam, prætendenti sibi denegatam fuisse justitiam, creditur, nisi prius Magistratui um Bericht scribatur, & desuper audiatur. Injuriarum causæ, communium Civium, eodem ferè modo coram Quinqueviris, vor den Fünffern/ expediendæ sunt, coram quibus summariè & oretenus, mündlich/ non etiam in scriptis, agitur citra appellationis beneficium. Clerici & personæ etiam Ecclesiasticæ Ratisbonensis Civitatis legibus, non secus ac Laici subjecti sunt, ac parere tenentur, in causis scilicet conservationem & protectionem Civitates, & ejus politiæ constitutionem concernentibus. A sententiis Senatus non appellatur infra summam 500. florenorum, ex privilegio de an. 1566. Quamvis *Gylm. tom. 1. part. 1. Symph. fol.* 7. tantum 400. in Müntz ponat. *Wehner d. pag.* 220.

11. Habet jus constituendi Hansgravium & quis ille?

Ex privilegio Friderici II. potestatem habet constituendi Handgravium, qui disponat & ordinet extra civitatem & non intra, ea tantum quæ nundinarum negotia respiciunt, de quo videri possunt *Limn. l. P. tom. 3. lib. 7. C. 1. num. 65. & tom. 3. in addit. Zeiler in contin. itiner. German. c. 2. pag.* 39.

12. Privilegium juris stapulæ.

Ab. Imp. Rudolpho I. Privilegium & declarationem juris stapulæ, einer Niederlag/ impetravit. 1. Daß hinfüro niemand mehr Macht haben solle um oder bey der Stadt Regenspurg ungewöhnliche und zuvor nicht gebräuchliche Niederlagen oder Anfahrten zu suchen und anzustellen etc. 2. Daß nicht allein von Passau biß gen Regenspurg/ mit dem Saltz keine Handthierung und Gewerb getrieben/ und allein gen Regenspurg geführt/ und daselbst niedergemacht werden solle/ sondern daß so bald diß Saltz gen Regenspurg gebracht/ dasselbe den Verordneten des Raths zu Regenspurg verkaufft/ und weder unter einigem Schein und Namen/ ohne derselben Vergünstigung/ weiter hinauff verführet werde/ doch sollen sie auch schuldig seyn/ diß Saltz in billichem Werth männiglich wiederfahren zu lassen. Integrum autem privilegium *vid. apud Limn. tom. 4. lib. 7. cap. 39. pag.* 293.

13. Privilegium commerciorum.

Carolus V. Imp. *Anno* 1556. quoad libertatem commerciorum & annonæ hoc Privilegium concessit: Daß nun hinfüro keine anstossende benachbarte oder andere Herrschafft/ wes Standes oder Wesens die immer seyn/ aus dero Fürstenthum/ Land/ Gebieth und Obrigkeit/ die Stadt Regenspurg jetzo oder künfftiglich in täglicher Nothdurfft damit sie zu ihrer Unterhaltung proviantiret und versehen werden muß/ einige ungewöhnliche neue Beschwerung mit Verbott Kauffens/ Verkauffens Zufuhren in ihre Stadt/ oder sonst in ihrem Burgfrieden/ oder andern dergleichen/ in was Schein oder

Gestalt

Gestalt das immer erdacht werden kan/Fürnehmen / oder in das Werck bringen solle/ sondern die gemeldte von Regenspur/galler selbiger Verbot und Beschwerung gäntzlichen enthebt und gefreyet seyn und bleiben ꝛc. bey Poen 200. Marck löthigen Goldes Quod extat *apud Lymn. d. l. pag.* 204. *& seq.*

14. Jura Episcopi Ratisbonensis pristina in hac Civitate.

Episcopi Ratisbonenses habent ab antiquis temporibus jurisdictionem, ac alia quædam jura in Civitate hac, quæ ab Imperio in feudum tenebant, nempe das Probst-Gericht/alias Vogt- und Thum-Gericht/vocatum, tam in civilibus quam in criminalibus causis. Præpositus sive judex, cum Assessoribus suis, ex Civibus sumebatur, stipendia à civibus mechanicis, Judæis, ac aliis habebant: Pro tribunali sub cœlo sedebant, patibulum proprium ac januam in ponte Lapideo habebant, unde condemnati in Danubium mergendi mittebantur. Huic autem judicio non omnes, sed certæ solum personæ subjectæ erant: Scilicet subditi Ratisbonenses, Salisburg. Aichstetten, Frising. Bambergensis Ecclesiarum; pariter subditi & coloni omnium Monasteriorum Ratisbonensium, atque aliorum vicinorum, *Rox, Paring S. Magni, Privaning, Prüel &c.* Item omnes Parochiani S. Haymerani, item Subditi Nobilium Hofer ac Awer. Item omnes habitantes in superiori ac inferiori Werdt/in Kumpffmül & Præpon: item censuales S. Petri Augustæ auff dem Perlach ꝛc. cum quibusdam aliis Ratisbonæ contrahentibus aut delinquentibus. Habuerant etiam Duces Bavariæ ibidem quædam jura ac jurisdictionem, nam Ratisbona veterum Regum & Ducum Bavariæ, ut supra jam dictum, Regia ac Ducalis fuit Sedes: quæ propter frequentes mutationes hujus Principatus, tandem per *Friedericum I.* ab imperio Ducum exempta, ac Romano Imperio ut & cœteræ Imperiales Urbes, subdita facta est, reservatis tamen aliquibus juribus, judiciis & Superioritatibus, nempe Sculteti; Pacis, ac Cameræ, unà cum moneta ac telonio, vulgò das Schultheissen-Amt / Fried / Gericht / und Cammer-Amt/ die Müntz/ Zoll/ und Maut. Hinc inter Episcopos & Duces Bavariæ, multæ dissensiones tum ortæ, ut testantur diplomata concordiæ &c. confirmata per Philippum Rom. Regem *anno* 1205. & 1213. *&c.* Postea Ludovicus Dux Bavariæ Superioris, Pater Ludovici Imp. Henrico Episcopo prædicta tria officia cum suis pertinentiis pro debito 50. librarum, cum pacto reluitionis oppignoravit; atque per hoc unita sunt judicia illa Anno 1279. Paucis post annis Joannes Episcopus eadem officia, quæ ipsi à Ducibus Bavariæ oppignorata erant, una cum telonio minori, ac libra, qua graviores merces considerantur, civitati pro 2300. Hungaricis ac Bohemicis aureis cum pacto de retrovendendo post 20. annos distraxit, an. 1338. nulla factâ mentione Ducum Bavariæ. Ratisbonenses antea quoque nempe an. 1374. à Nobilibus Aweris de Prenberg telonium, majus ac minus in urbe cum consensu Episcopi emerant, quod Friedericus Episcopus duobus fratribus Friderico & Joanni Aweris de Prenberg ad dies vitæ ipsorum oppignoraverat. Ita hæc jura Ducum Bavariæ primum in manus Episcopi, ab isto verò in potestatem Senatus pervenêre. Postremo Albertus Dux Bavariæ *anno* 1496. per quandam transactionem, & quod illi jus suum in castro & Dominio Stauf Danubiano, quod pariter ab Episcopo oppignoratum habebant, cœderent, sœpe dicta officia, merum & mixtum Imperium, cum suis pertinentiis ac proventibus, civibus pro certa pecuniarum summa libere tradidit, ac omni juri suo renunciavit; excepto banno sanguinis, quem etiam in hodiernum diem quilibet atisbonensis Scultetus â Ducibus Bavariæ in feudum accipit, sine quo in malefactoris pœna Capitali animadvertere non potest. Retinuerant quoque Duces telonium seu Mutum. Cum itaque Ratisbonenses judicia sæpe dicta toto tempore tenerent, ac plerasque causas ad suum tribunal pertraherent, multæ ac variæ lites inter Episcopum & Urbem exortæ &c. Unde Episcopus Ratisbonensis coram Senatu Augustano, illorum privilegiato judice, judicialiter convenit, in qua causa paulatim usque ad annum 1571. processum &c. lis valde dubia & perplexa facta; constituerunt igitur Augustani Litem hanc inter partes amicabiliter componere; ac die dicta partibus comparentibus transactio facta est. Episcopus renuntiavit sœpe dictis judiciis ac juribus. Econtra &c. Hoc modo judicia ac officia illa in Ratisbonenses sunt translata, ac inter partes concordia facta. Vid. *Autorem* des gründlichen historischen Berichts von alten Reichs- und Casten-Vogteyen *part.* 2. *mon. prælim.* 4. *pag.* 46.

Regiment/Reichs-Regiment.

JUdicia olim fuerunt variâ usque dum tempore Maximiliani I. Imp. alia & certior forma est constituta, dum scilicet jura antiqua vel omnino sustulit, vel reformavit, vel nova introduxit; Sic in Ord. Camer. jus manuarium, das Faust-Recht/& diffidationes Privatorum sustulit, sub pœna fractæ pacis publicæ. Judicium Westphalicum varie reformavit, de quo pluribus agit *Vitriar. in Inst. I. P. lib.* 4. *tit.* 4. ubi quoque de abolitione hujus judicii tractat. Regimentum Imperii initium sumpsit, cum in Comitiis Wormatiensibus an. 1495. decretum esset, ut Status omnes quotannis statis temporibus & locis de negotiis Imperii deliberaturi convenirent; id verò absque ingenti eorum sumptu atque molestia, ut & detrimento Imperii propter negotia annuam moram non admittentia, fieri non potuerit, placuit Maximiliano I. Statibus præter Imperatorem ejusve Legatum 20. personas ex Ordinibus eligi, cum plena potestate non tantum de causis privatorum judicandi,

dicandi, sed & de aliis omnibus rebus ad pacem & salutem Reip. spectantibus decernendi: quæ personæ Regimentum sive des H. Reichs Regiment constituerunt, ac vulgò Regiments-Räthe vocabantur. Ordnung des Regiments zu Augspurg *anno* 1500. auffgerichtet/*tit.* Von den zwanzigen/ so zu der Königl. Majest. und des H. Reichs Regiment geordnet. Quod Regimentum jam olim in desuetudinem abiit, tempore scil. *Caroli V.* à quo primitus modificari & labefactari cœpit, donec potentia ejus, auctoritateque decrescente, plane evanuerit. *Paurmeister. lib. 2. de jurisd. cap. 2. n.* 114. *add. Limn. ad Capit. Cæsar. fol.* 140. ubi ait Reformatio Cameræ *d. Anno* 1531. §. *item* dieweil/ nos quidem docet, daß das Regiment gefallen seye/ sed causam non addit; causa institutionis tamen optima fuit, ut Cameræ quoque, scil. Fried und Recht im H. Reich zu erhalten/ R. A. *d. Anno* 1529. §. weiters als hiebevor. Multi tamen negant, quod præter causas publicas, in privatis quoque causis judicare potuerit, contradicentibus semper Ordinibus, *Leipold. de concurr. jurisd. quæst.* 8. *circa fin. Limn. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 19. Sane hoc certum est, in Comitiis Norinbergensibus Regimento impositum esse, ut judiciales causas ad ordinaria judicia transmitteret; *R. I. Norinberg. anno* 1529. §. Fürters soll unser Stadthalter *anno* verò 1531. hoc Regimentum Imperii jam in usu esse desiit, ut modo dictum.

Reichs-Defension, Conservation.

DE securitate & defensione Imperii nec non recuperatione ablatorum, jamdudùm tractatum est, & adhuc circà hanc materiam desudatur in Comitiis durantibus, de milite perpetuo alendo & sumptibus eum in finem conferendis. Sub *Imperatore Maximiliano in R. I. anno* 1510. statutum est, quod communi Imperatoris & Ordinum auxilio hostiles impetus reprimi debeant, & seposita omni quæstione, an? solum de modo & mediis sufficientis defensionis & securitatis prospici, atque negotium secundum *Majora* expediri & in effectum deduci. *Vide plura in Tom.* 1. *harum Constit. hoc tit. ex R. I. anno* 1548. §. 94. 95. *R. I. anno* 1559. §. 1. *& seqq. R. I.* 1564. 1566. 1567. *Capit. Leopold.* §. 11. 12. 15. 16.

Reichs-Hoff-Rath.

SUMMARIA.

1. *Remissio ad dicta superius sub verbo: Camera Imperialis.*
2. *Autoritas & potestas Imperatoris in Camera.*
3. *Etiam in suspendendis & puniendis personis Cameralibus.*
4. *Distinguitur à Comitiis judicium Imperiale Aulicum.*
5. *Antiquitas Consilii Imperialis Aulici.*
6. *Præsidis in Judicio Imp. Aulico autoritas & officium.*
7. *Numerus Consiliariorum Imp. Aulicorum.*
8. *Dignitas eorundem.*
9. *Eorum Salarium.*
10. *Officium Fiscalis.*
11. *Jurisdictio Consilii Imp. Aulici.*
12. *Concurrentia cum Camera.*
13. *Præventio.*
14. *Quæ causæ in Judicio Imp. Aulico ventilentur.*
15. *Litem super Comitatibus Imperii, etiamsi expresse in feudum non recognoscantur, tamen à solo Imperatore decidi & determinari.*
16. *De Summa appellabili & remedio, si ea deficiat.*
17. *De causis Ecclesiasticis.*
18. *Locus Consilii Imp. Aulici.*
19. *Ordinationes Consilii Imp. Aulici.*
20. *De exhibitione & distributione supplicationum.*
21. *De congregatione & Votis Consiliariorum.*
22. *De ordine judiciario.*
23. *De supplicatione in Consilio Imp. Aulico loco revisionis introducta.*
24. *De executione sententiarum.*
25. *Quando cesset jurisdictio Consilii Imp. Aulici per mortem Cæsaris.*

1. Remissio ad dicta superius sub verbo Camera Imperialis.

DE Judicio Imperiali Aulico jam notata sunt aliqua suprà *verb. Camera Imperialis, fol.* 432. ubi *n.* 2. actum de ejus antiquitate & eminentia præ Constitutione Cameræ, porrò *n.* 48. quod Imperator solus constituat *Judicem* Cameræ, quatuor *Præsides*, duos *Assessores*, & *Fiscalem*: ita ut quamvis reliqui Assessores præsententur à Statibus & Circulis Imperii, tamen etiam Circulus Austriacus duos Assessores suppleat, & tota Cameræ jurisdictio exerceatur ex concessione Imperatoris, sub cujus nomine omnia Cameræ mandata, decreta, Sententiæ, atque Commissiones emanant & publicantur, ne Status in se ipsos jurisdictionem exercere videantur, quam tamen ipsimet in suis ditionibus & territoriis ab Imperatore, per investituras acquirunt. Hinc magna est Imperatoris auctoritas in Camera, ut pote qui ad querelas unius vel alterius Status informationem de processu & statu Causæ exposcere solet, atque eandem submissa veneratione ab illa recipit, cum Imperator, si Camera jurisdictione sua abutatur, causam avocare possit, tradente *Lyncker. in Analect. ad Sueder. sect.* 1. *c.* 10. §. 8. *fol.* 39. *Berlich. p.* 1. *decis.* 158. Ulteriores Imperatoris & Judicii Aulici

2. Autoritas & potestas Imperatoris in Camerâ.

Aulici prærogativæ notatæ sunt supra *dict. loc.* refutatæ verò cavillationes Gallicæ *verb.* Landt-Fried *fol.* 1201. *n.* 18. Et tanta est Imperatoris potestas & auctoritas in Camera, ut *Præsides* quoque illius & Assessores ab officio suspendere, & removere possit. Cujus rei ratio vel exinde facilè patet, quod Præsides Imperialis Cameræ à solo Imperatore constituantur, per textum expressum in *Instrum. Pacis art.* 5. §. *præterea* 53. in verbis: *Placuit præter Judicem & quatuor Præsides, & quidem duos horum ex Augustana Confessione à sola Cæsarea Majestate constituendos*: atque ita etiam à solo Imperatore ab officio possunt suspendi, aut plane destitui & deponi, cum contrariorum eadem sit ratio, *Barbosa & Tabor. in suis locis Commun. lib.* 3. *cap.* 87. *axiom.* 19. ubi tradunt, quod is, qui mandare potest jurisdictionem, possit eandem iterum adimere; par enim est potentia contrariorum. *Nicol. Everhard. in suis loc. legal. loc.* 19. à contrariis *n.* 6. *in fin.* scribit, quod ejus sit destituere, cujus est constituere, prout etiam in terminis tradit *Steph. Nathan, condictus Spormacher, in suo tract. de justitia vulnerata tit.* 8. *C.* 7. *n.* 4. idque per *leg. nihil tam naturale, ff. de reg. Jur. & ibi Dd.* Cum omnis res dissolvatur per eas causas, per quas nascitur, & resolutio actus sit ejusdem naturæ, cujus est constructio ejus, *C. omnis res.* 27. *quæst.* 2. *Jason in L. omnium n.* 5. *vers. item tum. C. de testam. Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 167. Hac in re tamen notabilis est differentia inter Assessores præsentandos, non verò absolute constituendos, prout §. *sequens Instrum. Pacis supra citati,* cum hac notabili distinctione loquitur, quia Assessorum constitutio non perficitur præsentando ab Electoribus, vel Circulis Imperii, sed porrò examinando & cooptando à Collegio Camerali, prout tradit *Blum. in process. Cameral. tit.* 7. *n.* 7.

3. Etiam in suspendendis & puniendis personis Cameralibus.

Cur autem Præsides à solo Imperatore ab officio suspendi, imo pro exigentia delicti plane deponi possint, ratio fundata est in textu expresso *Ord. Cam. part.* 3. *tit.* 53. §. Ob sich aber 6. cujus hæc sunt verba: Ob sich aber aus der Partheyen Fürbringen oder sonsten so viel befinden würde / daß der Urtheiler einer oder mehr / in solcher Sachen von Geschenck / und Gab / Bitten / Freundschafft / Feindschafft / oder andern dergleichen Ursachen / eine nichtige oder ungerechte Urtheil geben / oder daß die Procuratores von der Gegenparthey dergleichen Mieth / Schenck und Gab genommen / oder in andere Weg prævaricirt, oder sonsten in offenem Betrug erfunden würden / soll der Parthey nicht allein ihr erlegtes Geld und Straff wiederum zugestellet / sondern auch dieselben darum / wie sichs gebühret / zu beklagen / und gegen die Urtheilere das Syndicat, immassen hernach gemeldt / fürzunehmen vorbehalten seyn / und nichts destoweniger / durch die Käyserl. Majest. oder Ihr Liebd. und Käyserl. Majest. Abwesens / uns / als Römischen König / gegen den Urtheilern / oder durch das Cammergericht / gegen denselben Procuratoren, um solche ihre betrügliche arglistige Handlung / gebührende Straff vorgenommen werden. Idem reperitur in dem Concept der Cammergerichts Ordnung *p.* 3. *tit.* 63. §. Ob sich aber / 14. Ex quibus textibus evidenter apparet jus Cæsareæ Majestati, vel in ejus absentia Augusto Romanorum Regi competens, puniendi, & consequenter suspendendi removendique Præsides & Assessores Cameræ. Cujus rei pulchram adfert rationem *Limn. Tom.* 3. *I. P. lib.* 9. *cap.* 2. *n.* 54. verbis sequentibus: cum igitur Ordines, tanquam pares, in sese mutuò nullam habeant jurisdictionem, à Solo Imperatore datam esse necesse est, & quamvis Imperator Statibus nominationem & præsentationem Assessorum permiserit, cum illos, sicut in Aula sua Consiliarios Imperiales Aulicos solus constituere posset, & sic hactenus rurí suo renuntiaverit; quia tamen renunciationes stricti sunt juris, & ultra casus expressos non extendendæ, itaque de cætero jurisdictionem Cameræ à solo Cæsare dependere manifestum est. Idcirco Camera dicitur Consistorium summi Principis, ipsumque repræsentat, & vice sacra judicat, *Mynsing. cent.* 4. *obs.* 5. *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 7. Rescripta & Decreta omnia Cameralia, sub nomine & sigillo Imperatoris expediuntur, *Gail.* 1. *obs.* 14. *n.* 1. *Ord. Cam. part.* 3. *tit.* 12. §. Und solche. Officiales Cancellariæ Cameralis omnes in Cæsaris, & ejus vice Collegii, non verò in Ordinum verba jurant, *Ordin. part.* 1. *Denaisius Jur. Cameral. tit.* 6. *n.* 4. Prætorem etiam seu judicem Cameræ ac Fisci Procuratorem solus Cæsar constituit, *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 14. *in princ. & tit.* 5. *in princ.* §. 1.

Nec verò textus supra citatus *O. C. p.* 3. *tit.* 53. §. 5. restringendus est ad solum casum visitationis Cameræ, & ubi per eam Assessores de injustitia convicti sunt, quia hæc dispositio, potius confirmat Autoritatem Imperatoris & potestatem in aliis Casibus, præsertim, ubi directò, à personis ab Imperatore purè constitutis, & ab eo dependentibus, contra ipsius Ordinationes & mandata delicta gravissima, per inobedientiam, contemptum & contumaciam committuntur, quibus casibus absurdum plane esset, si Imperator Visitationem Cameræ, quæ his temporibus rarissime contigit, expectare, & injurias sibi illatas tolerare teneretur. Quamvis etiam Præsides Cameræ, in causis judicialibus, nullum habeant votum, tum quod tempore conditæ ordinationis Cameralis nomen Præsidis, ignotum fuerit, tum quod tunc temporis omnes, etiamsi essent illustres personæ, suas relationes & alia Assessorum munera obire cogebantur, tamen etiam quoad præsentationes & receptiones Assessorum ubi Præsides concurrunt, injustitia committi potest, ut ex identitate rationis, jus puniendi Imperatori competens etiam huc extendi debeat, ne autoritati Imperiali impune se opponere possint.

Quam-

Quamvis etiam Præsides & Assessores, sicque totum Collegium Camerale, non tantum Cæsaream Majestatem, sed totum quoque Imperium repræsentent, juxta textum in *O. C. part.* 1. *tit.* 8. *& R. I. de an.* 1654. §. Damit aber 1660. Imperator tamen sibi potestatem puniendi reservavit, vel potius nunquàm deseruit, ne minorem in particulares Cameræ personas, quàm in ipsos Imperii Ordines obtineat Jurisdictionem & potestatem. Itaque exemplo recenti 1687. contra Assessorem de injustitia convictum eam exercuit, non attenta contradictione Statuum A. C. qui præcipuè paritatem Religionis in illo negotio urserunt, agnoscentes interim præsentissimum remedium esse observandum, quod in *supra cit. O. C. part.* 3. *tit.* 53. Imperatori tribuitur.

Et probè distinguenda est in Remedio Syndicatus *actio Civilis*, quæ parti læsæ ad interesse, sumptus & damna competit: & actio criminalis, quæ ad pœnam extraordinariam, officio judicis irrogandam, tendit. Illa deducitur apud Commissarios Visitationis, hæc autem reservata est soli Imperatori per *text.* sæpius *citatum O. C. p.* 3. *tit.* 53. quod omnes juris Publici Scriptores unanimiter confirmant, veluti *cit. Limn. d. l. Paurmeister Lib.* 2. *C.* 6. *n.* 18. *Denaisius tit.* 271. *n.* 9. *Magenhorst. part.* 3. *tit.* 53. *n.* 1. *Blum. tit.* 26. *n.* 12. *Ivan. Decker. in suis Vind. pro verit. & just. rei. jurisque Cameralis. tit.* 22. *n.* 12. Clara itaque ex his omnibus est Imperatoris in puniendis personis Cameralibus autoritas & potestas.

4. Distinguitur à Comitiis Judicium Imp. Aulicum. Distinguendum est *Judicium Imperiale Aulicum* à *Comitiis Imperialibus*, quando Imperator iis interest, & de negotiis Imperii deliberationem suscipit, quæ Comitia quoque videntur esse Senatus Imperialis Aulicus; Sed is judicium proprium non est, quia de Legibus generalibus ferendis plerumque absolvitur, controversiæ autem ibi nullæ agitantur, & quæ eo deducuntur expediuntur de plano, monente *Speidelio in spec. verb.* Reichs-Hoff-Rath. Illi

5. Antiquitas Consilii Imp. Aulici. qui ante Ferdinandum I. aut Carolum V. Judicium Aulicum fuisse negant, inter quos refertur *Hippolitus à Lapide de rat. Stat. part.* 2. *cap.* 5. *sect.* 5. *p.* 387. *& C.* 7. *sect.* 5. *p.* 428. vel malitiosè veros natales ejus dissimulant, vel ab antiquitatis & Historiæ imperitia vix absolvi possunt, quamvis id negari nequeat, non eandem semper fuisse judicii hujus faciem, cujus origo non ineptè deducitur ab ipsis propè initiis Imperii Romani; Et hoc illud est Consilium, cujus fit mentio *in princ. L.* 30. *ff. de excusat. tut.* & alibi Consistorium vocatur, *L. fin. C. de offic. divers. Jud.* imò sacrum, *L.* 8. *C. de LL.* Nec aliter tempore Germanorum rem se habuisse Historia Germanica omnis loquitur. *Anno* 1342. præsidebat ei Heidelbergæ *Imperator Ludovicus* Bavarus, Assessoribus Ruperto Seniore & Juniore Palatinis, aliisque Comitibus B, aronibus, Equitibus, & Nobilibus, qui causas breviter consueverunt tum exponi Imperatori, & quicunque circa illum erant Magnatibus, qui magno semper numero Aulam Cæsaream sequebantur, iisque sententiam suam dicentibus, tandem secundum vota, quæ ipse saniora putabat, causam definire solitum. Quin imò ad *Maximiliani I.* tempora usque nondum nato Camerali judicio, ita in usu fuit, ut ad hoc solum ferè causæ Imperii devolverentur. Porrò manifesti erroris *Hyppolitum à Lapide* aliosque secum sentientes arguit *R. I. Coloniæ de anno* 1512. §. Zum dritten. ibi: Nach dem täglich der Partheyen Handel und Sachen aus dem Reich an unsern Käyserl. Hoff wachsen. Hinc meritò Ferdinand. III. in præfat. der Reichs-Hoff-Raths Ordnung / de hoc judicavit: daß solches zu Beförderung und Vollziehung der werthen Gerechtigkeit und Regiments im Römischen Reich / von unvordencklichen Jahren auffgerichtet.

Ideò Judicium hoc appellatur Reichs-Hoff-Rath / quod causæ, quæ ibi tractantur, Imperium & Principes sæpe concernant, *Ordinat. Aulic tit.* 1. ubi Imp. de hoc Collegio asserit: Dessen obristes Haupt und Richter allein wir / und ein jeder Römischer Käyser selbst ist. Quodque ex juramenti formula, §. Weilen dann allein uns. similiter apparet, Præsidem & Consiliarios soli Imperatori, à quo solo eliguntur, esse vinculo hoc sacro adstrictos, minimè verò Electori Moguntino, tanquam Imperii Archicancellario, cum ordinatio & experientia doceat, quod soli Imperatores huic judicio ordinationes præscripserint, hujus tamen judicii Cancellaria Electori juramentum præstare tenetur. Ex quo apparet hujus Judicii supremum Caput & Judicem esse ipsum Imperatorem, per *mox ante citat. Ord. Aul. tit.* 1. Post hunc Præses, qui è *Principum, Comitum* aut *Baronum Imperii* ordine sit, *d. l.* Ejus est in hoc judicio post Imperatorem proxima dignitas, ejusque muneris est rogare Assessorum de propositis rebus sententias, formare decreta ex illorum votis, dirigere negotia Senatus, cavere, ne quid decedat autoritati & juribus Judicii Aulici & Assessorum. Si tamen Præses Imperii Princeps non sit, ac Imperator in Comitiis Principem Imperii adhibere velit Consilio Aulico, ei superiorem locum, votorum collectionem & ex majori votorum numero decernendi potestatem relinquit, *dict. tit.* 1. §. In solchen. & §. Jedoch. Ipsius etiam est recipere memorialia & supplicationes pro decernendis Processibus, *tit.* 3. R. H. O. *in princ.* Quod in ordinatione prima Judicii Aulici Ferdinandi I. *anno* 1559. lata, etiam Vice-Cancellario Imperii attribuitur non solum, sed jubetur, ibi: Alle und jede verschlossene und offene Schreiben / Supplicationes, Brieffe und dergleichen / so an uns gestellet / und uns nicht zu Unsern Händen überantwortet werden, die soll und mag unser Vice-Cantzler annehmen; quod totidem verbis repetit Ordinatio Judicii Aulici *Mathiæ Imp.* 6. Præsidis in Judicio Imp. Aulico autoritas & officium.

cap. 4. *in princ.* Sed tum quidem monuerunt Status ad hæc verba Supplicationes, in Reichs-Hoff-Rath gehörig sollen ohne Mittel daselbsthin ohne Verzug eingegeben werden / quod monitum sequitur Ordinatio novissima hujus judicii *Ferdinandi III.* C. 3. ubi disponit. Die offene und von obgemeldten Agenten und Procuratorn unterschriebene Memorialia und Supplicationes, darin um Erkennung der processen gebeten / wie auch alle übrige zu den gerichtlich schwebenden Processen gehörige producten probationes und documenta in den Reichs-Hoff-Rath / durch den Thürhüter / einzulieffern / alles andere aber / es seyn verschlossene Schreiben / oder was keine gerichtliche process anlanget / soll unsern Reichs-Hoff-ViceCantzlern eingereichet werden; Si Præses absit, vel Vice-Præses, ipsius loco Præsidis munera expedit vel Senior ex Ordine Assessorum, ita ut initium fiat ab eo, qui in Equestri ordine primum locum obtinet, *d. tit.* 1. R. H. O. §. Daaber solcher.

7. Numerus Consiliariorum. In ordinatione *Ferdinandi I. & Mathiæ* Impp. nullus adhuc certus numerus Assessorum exprimitur, illum autem, ad hæc usque tempora, insigniter auctum esse palam constat, quod ea de re *anno* 1637. conquesti sint Electores, quæ causa fuit, ut tum quidem promiserit Imperator 14. Consiliariis, præter Præsidem & Vice-Præsidem, constare illum deinceps debere. In ordinatione Ferdinandi III. *anno* 1654. numerus ille ad 17. Assessores non computato Præside, extenditur tit. 1. §. Und dieweil wir haben uns gnädigst resolviret / daß hinfüro jetzermeldtes unser Reichs-Hoff-Raths Mittel über 18. Persohnen / mit eingeschlossen des Reichs-Hoff-Raths Præsidenten sich nicht erstrecken soll. Anno 1663. 24. Aprilis, licet jam 18. essent Consiliarii Aulici, tres adhuc Equestris Ordinis, ac JCtum unum illis additum, & solenniter in locum Judicii â Supremo Aulæ Magistro introductas esse. Erant illi olim *omnes Catholicæ Religionis*, Cæsar tamen, ad querimoniam Protestantium, pace Pragensi deinceps promisit, se ea de re, an non assumendi etiam essent Protestantium Religioni addicti? deliberaturum cum Statibus. Et videbatur etiam assumendos esse illos, quod judicium hoc à Camera, nisi in expresse exceptis, non discrepare deberet, cujus *Ordinat. part.* 1. *tit.* 1. §. Und insonderheit / traditur quod tam A. C. quam Catholicæ Religioni addicti ita recipiantur, tum quod id congrueret Transactioni Passaviensi, & conducere evitandæ omni suspicioni videretur. In *Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico* constitutum, aliquot A. C. doctos & rerum Imperii peritos viros, ex iis Imperii Circulis, ubi vel sola A. C. vel simul etiam Catholica viget religio, adsciscendos, eo quidem numero, ut eveniente casu paritas judicantium ex utraque Religione Assessorum observari possit. Atque ut his pactis staret Imperator in *ordinat. Jud. Aul. de Anno* 1654. §. Wir wollen promittit, *sex Assessores A. C. se* reliquis Catholicis adjuncturum: Sunt quidem illi non eodem cum Catholicis in Judicio hoc numero; Si tamen inter Status Imperii diversæ religionis lis sit, aut si Catholicis cum Catholicis, tertio interveniente existente A. C. controversia, aut vice versa intercedat, selecti æquali numero utriusque Religionis Consiliarii causas examinant, & definiunt, *tit.* 5. R. H. O. §. Wir wollen auch. In cœteris Imperii negotiis, si Evangelici omnes in unam sententiam conveniant, diversæ Religionis Assessores oppositum tueantur, etsi Catholicorum plures, pauciores illorum sint, fictione tamen quadam pares habentur, eaque controversia ad Imperatorem defertur, ac ulteriori decisioni deinceps subjicitur. Quod si Catholicorum aliquis Evangelicis, aut horum non nemo illis accedat; ejus partis majora habentur, cujus vota assessione illa augentur.

Hodiernus Consiliariorum Imperialium Aulicorum catalogus in præsens talis est:

Illustrissimus & Excellentissimus Dominus *Wolfgangus S. R. I. Comes ab Oettingen*, S. C. M. Consiliarus â Secretis, Geheimer und Conferenz-Rath / hujus Excelsi Dicasterii Præses.

Comites & Barones.

- D. Joannes Comes ab Horvvahrt.
- D. Maximilianus Adamus Comes â Waldstein.
- D. Carolus Ludovicus Comes â Sinzendorff.
- D. Christophorus Henricus Comes â Gahlen.
- D. Wilhelmus Franciscus Joannes Bertramus Baro de Nesselrod.
- D. Carolus Franciscus Comes de Hogos.
- D. Joannes Baptista Comes â Castelbarco.
- D. Joannes Henricus Baro ab Obernitz.
- D. Gothardus Helfridus Comes â Wels.
- D. Franciscus Wilhelmus Comes â Salm.
- D. Dominicus Comes ab Oettingen.
- D. Franciscus Fridericus Baro ab Andler.
- D. Joannes Georgius Comes â Claris & Altringen.
- D. Petrus Philippus Comes â Berleps.
- D. Joannes Wilhelmus Comes â Wurmbrand.
- D. Christophorus Franciscus Comes â Fridberg.
- D. Joannes Conradus Philippus Ignatius Baro de Tastung.
- D. Hermannus Adrianus Baro de Wachtendonck.
- D. Casimirus Baro â Kesselstadt.
- D. Philippus Comes ab Hohenlohe Battenstein.
- D. Joannes Georgius Comes â Walderode.
- D. Ernestus Jacobus Comes â Zeyll.

D. Ru-

D. Rudolphus Baro de Metsch.
D. Christophorus Joannes Baro à Stein.
D. Maximilianus Ulricus Comes à Kaunitz.
D. Joannes Wenceslaus Comes à Gallas.
D. Josephus Comes à Trautmansdorff.
D. Christophorus Ernestus Baro de Fuchs.
D. Joannes Adamus Comes à Quastenberg.
D. Carolus Christophorus Comes à Nostitz.
D. Ferdinandus Gundacker Comes à Dietrichstein.

Equites & Nobiles.

D. Joannes Hermannus à Meystetter.
D. Joannes Friedericus à Binder.
D. Franciscus Tucci.
D. Rudolphus Casparus Nobilis Dominus à Söhlenthal.
D. Henricus Nobilis Dominus ab Heuel in Dieffenau.
D. Michael Achatius de Kirchner.
D. Joannes Henricus à Weissenborn.
D. Horatius Bartholotti de Parthenfeld.
D. Joannes Georgius à Schellerer.
D. Carolus Paulus Zimmerman de & in Wildtshausen.
D. B. à Pallazollo.

Consiliarii Imperiales Aulici distinguuntur in illos, qui sunt *Equestris Ordinis*, & *Literatos*, unde diverso loco etiam consident, illi ad dextrum latus, auff der Grafen und Herren-Banck/ hi ad sinistram auff der Ritter und Gelehrten Banck/ R. H. O. *tit.* 1. §. die Session der Reichs-Hoff-Räthe belangend; Atque vota illorum interdum (in causis nempe Status & similibus, in Stadt-Landes-und dergleichen Sachen) eo ordine rogantur, ut sententiam suam primus dicat aliquis ex Equestris Ordinis Consiliariis; in causis ad justitiam spectantibus autem, primæ sunt partes ejus, qui primum in ordine Literatorum tenet locum. Id quoque requiritur, ut *Germani* sint omnes, *Cap. Leopold. art.* 41. in Germania educati, linguæ Germanicæ periti, R. H. O. *tit.* 1. *in princ.* bonæ famæ, ac bona in Imperio possidentes, pro ratione Status eorum, *tit.* 1. R. H. O. *in princ. Cap. Leopold. art.* 41. ea rerum Germanicarum & juris peritia, ut referre ex actis idonei sint. Licet enim *Ordinatio Matthiæ Imp. cap.* 3. §. und soll die Austheilung/ Equestris Ordinis Consiliarios ad relationes æqualiter cum reliquis non adstringat, secus tamen est in *Ord. Ferdin. III. tit.* 1. §. Alle diese 18. Persohnen sollen im Reichs-Hoff-Rath/ ohne Unterschied des Standes/ gebührlich referiren/ quin nisi antea industriam suam probarint, gestis apud Electores vel alios Imperii Ordines præcipui nominis muneribus, examen subeunt, ac processus alicujus, in quo, definitiva sententia ferenda sit, acta ipsis exhibentur, è quibus, suo Marte, quod sanctè promittunt, referant *dict.* §. alle diese 18. Persohnen/ in fin. pleraque tamen ex suprà narratis non amplius observantur.

Maxima est Consiliariorum horum dignitas, & locus illis assignatus inter omnes Imperatoris Consiliarios, solis exceptis iis, qui propioris admissionis sunt, primarius, *tit.* 1. R. H. O. §. So ist auch; si tamen decreta pro Consiliariis secretioribus sive intimis non à Cancellariâ Imperiali, sed ab Austriaca expediantur, hi non tam Consiliarii Secreti Imperatoris, quàm Austriaci & titulo & dignitate videbuntur esse, eoque modo æstimandi. Consiliarios verò Imperiales Aulicos Patriciatus dignitate gaudere, ex Vultejo notat *Schütz. I. P. vol.* 2. *dis.* 2. *th.* 5. *lit. H.* qui & quandoque in illos crimen læsæ Majestatis committi existimat, *d. l.* eliguntur ab ipso Imperatore, nec præsentantur ab Ordinibus, ut Assessores Cameræ, *vid. Capit. Leopold. art.* 40. 8. Dignitas Consil. Imperialium Aulicorum.

De *Salario* ipsis constituendo non semel actum est in Comitiis Ratisbonensibus *anni* 1641. in deliberationem venit quidem, num etiam Status quid ad horum stipendia conferre debeant, ac num sportularum nomine illis aliquid præstandum, postremum licet Statibus Imperii placuerit, Imperator tamen non probavit, & salaria illa hodie partim ab Imperio solvi constat *ex art.* 41. *Capitulat. Leopold.* ubi Imperator adstringitur, ut curet Salaria illis rectè & inter primos solvi, so wohl aus der Hoff-Cammer/ als denen bey dem Reich eingehenden Mitteln. 9. Eorum salarium.

Hoc consilium præter Consiliarios habet quoque *Fiscalem*, qui tamen litem nemini movere potest, nisi adhibitis duobus Deputatis à Præside, qui ipsi Cæsare non ignaro Consiliis adsint, ac votis ideò in causis hujusmodi penitus abstinent. Secretarii quoque duo sunt, unus qui lingua Latina, alter qui Germanica expedit negotia; sed & Protonotarium, Registratorem, Pedellum, Thürhüter/ habet hoc judicium, quorum munia rectius aliquis ex ipsa ordinatione 1654. quam aliunde didicerit. Hos Secretarios, Prothonotarium, aliasque personas quæ Cancellariæ huic operam suam locant, ut & ipsum Vice-Cancellarium, Elector Moguntinus constituit, ejusque solius circa hæc libera est dispositio, *art.* 40. *Capitul. Leopold.* 10. Officium Fiscalis.

Omnes Imperio immediatè subjecti, ut sunt Electores, Principes tam Ecclesiastici quam Seculares, Prælati, Comites, Barones, Nobiles & Civitates Imperiales, in hoc judicio ut prima Instantia conveniuntur. In secundo judicio seu Instantia autem, etiam mediate Imperio subjecti, nisi jure singulari, vel præscriptione legitima exemptionem ostendere possint, *Paurmeister de jurisd. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 123. *Knipschild. de jur. & privileg. Civit. Imperialium lib.* 2. 33. *num.* 21. Privilegia autem *primæ Instantiæ* Electoribus, Principibus, & reliquis Ordinibus indulta, Cæsareæ jurisdictioni neutiquam præjudicant; disertè enim promisit *Ferdinand. III. art.* 17. *Capitulat.* quod velit Statibus Imperii beneficium primæ Instantiæ inconcussum relinquere, *Inst. Pac. Cæsar. Suecico postea art.* 5. §. 20. *vers.* 4. *cavetur:* 11. Jurisdictio Consilii Imperialis Aulici.

In Aulico non minus quam in Cameræ Imperialis Judicio Privilegium primæ Instantiæ, Austregarum jura, & privilegia de non appellando, Statibus Imperii illibata sunto, nec per mandata aut Commissiones, aut avocationes, aut quovis alio modo turbentur. Idem Legitur *in Capitul. Ferdinandi IV. art.* 15. & repetitur *in Capitul. Leopoldina art.* 18. ubi nulla pronunciantur Rescripta, Inhibitiones, Mandata, quæ his promissis adversa sunt, *in ordinat. de anno* 1654. *tit.* 2. §. wir befehlen/ monentur Consiliarii ut sollicitè in decernendis processibus hæc privilegia observent.

Notandum hic, *Reges Sueciæ* ratione eorum, quæ possident in Germania tanquam Duces Bremenses, Verdenses, aut Pomeraniæ, vel etiam ut Principes Rugiæ ac Dominos Wismariæ, ex causa dictas ditiones concernente, quemadmodum & *Duces Brunsvicenses* & *Lüneburgenses* ab hoc Judicio non esse exemptos, sed tamen post concessum beneficium Electionis fori, ipsis integrum esse, forum eligere, ubi commodum ipsis visum fuerit, vel in Aula Cæsaris vel Imperiali Camera, intra tres menses à die denuntiatæ litis declarare, coram quo judicio se sistere velint, *Instr. Pac. Cæsar. Suec. art.* 10. *vers. Econtra vero.* Negotia autem sua Principes, qui vel conveniunt alios, vel conveniuntur, expediunt ibi per Ministros Ordinarios, Residentes, qui Regum & Electorum causas curant, & Agentes, qui Principum & reliquorum Statuum. Horum numerus 24. vel 30. excedere non debet, iique ante non recipiuntur, quam per examen duorum Deputatorum Consiliariorum, de eorum nativitate legitima, Patria, bonis moribus ac studiis constet. Præter hos alii Procuratorio nomine fungi prohibentur, nisi fortassis Electorum aut Principum aliquis, Advocatum extraneum negotiorum suorum judicialium curæ præficere velit, id enim ei prohibitum non est. Conveniuntur hic etiam Legati & alii, qui negotiorum suorum causa in Aula commorantur, cujuscunque sunt ordinis & conditionis, quemadmodum & ipsi Consiliarii hujus Judicii.

12. Concurrentia Jud. Imp. Aulici cum Camera.

De cætero, quod Judicium hoc Imperiale Aulicum concurrentem, imò majorem in quamplurimis casibus, cum Camera Imperiali jurisdictionem habeat, nemo est, qui dubitet, cum ea non solum in transactione Pragensi confirmata, nec Monasterii nec Osnabrugæ ea de re disputatum fuerit, & hodie hoc ipsum lege publica confirmatum notat *Conring. in dissert. de Nomothetica. th.* 42. uti notatum suprà *verb. Camera Imperialis, fol.* 432. *num.* 15. 48. 52. In omnibus enim Camera cum Judicio Aulico non concurrit, beneverò in aliquibus. Hoc est: In causis quæ in prima Instantia ad Cameram spectant, quales sunt, *causæ Pacis Religiosæ & Profanæ, causæ Fiscales, Litigiosæ possessionis, Pignorationis, Arresti, Mandati, Relaxationis ad effectum agendi, Constitutionis Legis diffamari, Protractionis seu Denegationis Justitiæ, Compromissi, Violationis Privilegii Cæsarei* (nisi de interpretatione illius agatur) *quæ ex continentia causæ aut ratione Rei immediatè sub Imperio sitæ eo pertinent, ac in causis appellationum, quæ* 400. *Thaleros Imperiales excedant*, nisi majorem summam privilegia definiant, integrum est in Imperio Germanico ab initio, nondum cœpta in alterutro horum judiciorum lite, tam adire Judicium Aulicum quam Cameram, adeòque in his concurrit Judicium Imperii cum Camera Imperiali, & Camera vicissim cum Judicio Aulico. At *causæ feudales, Regalia Feuda concernentes, causæ Italicæ, confirmationes Privilegiorum, veniæ ætatis concessio, restitutio famæ, tum quoque causæ criminales Statuum Imperii*, ita ad judicium Aulicum pertinent, ut Cameræ nulla in illis sit jurisdictio, adeòque nullus in his datur concursus.

In illis causis, in quibus concurrunt invicem judicia hæc, *præventio* locum habet, ita, ut coram eo causa disceptanda sit, coram quo primum lis cœpta. Incipit autem lis per citationem reo legitimè insinuatam, R. H. O. *tit.* 2. §. So wollen wir auch ibi: wann nemlich solche Sachen allbereit daselbst durch ausgewürckete und insinuirte Citation anhängig gemacht/ *Mynſ.* 4. *observ.* 74. *num.* 17. eo casu Cameram statim post decretam citationem *documenta litis pendentiæ* reo communicare consuevit. Quid verò dicendum, si literæ pro informatione Judicis, Bericht-Schreiben/ impetratæ & insinuatæ fuerint? & illas inducere litis pendentiam existimatur, quod iis decretis, Judex cum de causa cognoscere cœperit, & hæ literæ implicitè citationem contineant, cum ibi citetur aliquis ad demonstrandum causæ statum. Quod si lis in Camera cœpta sit, in causis eò pertinentibus, eas avocare vel inhibitiones decernere, aut alio modo etiam justitiam impedire non potest Imperator vel Judicium Aulicum, R. A. *de an.* 1654. §. ebenmässig sollen. *Capitul. Leopold. art.* 42. Si contra factum fuerit, Camera id nullo habet loco. *dict. art.* 42. ibi: was dagegen vorgenommen/ als null und nichtig vom Cammer-Gericht gehalten. Consuevit tamen, antequam aliud quid statuat Camera, plerumque documenta litispendentiæ, si à partibus petantur, concedere, quæ loco declinatoriarum fori in Aulico judicio producuntur, quæ si non attendantur, *Mandatum de non impediendo prosequi, nec trahendo litem ad aliud judicium, quam ubi cœpta*, impetrari solet, cui additur interdum citatio, ad videndum se incidisse in pœnam *L. ult. §. ult. C. de in jus vocand.*

13. Præventio.

Potest tamen in Aulico Judicio Imperiali rescriptum Principis ad Cameram impetrari, pro excitanda justitia, ut maturè imploranti & celeriter administretur, quod experientia & usus judicii hujus docent.

14. Quæ causæ in Judicio Imp.

Causæ autem, quæ in judicio hoc ventilari possunt, ita enumerantur in der R. H. O. *tit.* 2. *in Princ.* In unserem Reichs-Hoff-Rath

sollen

Aulico ventilentur.

sollen alle und jede Sachen / das Heilige Römische Reich / desselben Hoheit und Recht / Herrlichkeit / Gerechtigkeit / Pfandschaffts-Lösung / Regalien / hohe und niedrige Lehen / Privilegien, Indult, Confirmation, und anders / wie solches Namen haben mag / und in Summa, was nach der unfehlbaren Justitien dirigiret / und decidiret werden soll / insonderheit alle und jede Parthey-Sachen / die Rechts / Gewonheit / Connexitæt und Consequenz halber / für unser Käyserliches Gericht gehören / oder von den ersten Instantien, durch Mittel der Appellationen / Supplicationen / dictionis nullitatis, Implorationis officii, oder in andere alle Weg sich dahin wenden / fundiret und gehörig seyn / die sollen allda angenommen / gerechtfertiget / darüber erkennet / und die Nothdurfft ausgefertiget werden.

15. Litem super Comitatibus Imperii, etiamsi ecpresse in feudum non recognoscantur, tamen à solo Imperatore decidi & determinari.

Quod autem de feudis modo supradictum est, quod cognitio feudorum Regalium ad solum Imperatorem spectet, de eo latè tractatum est supra verbo Lehen / *fol.* 1272. ubi de cognitione & jurisdictione Imperatoris latè tractatum est, quibus hoc adhuc addendum, quod illa cognitio Imperatoria non solum obtineat, si feudum immediatè ab Imperatore conferatur, sed etiam si possessor Comitatus ab aliquo Statu investituram accipiat, prout notatum *citato loco num.* 22. Idemque etiam obtinet, etiamsi Comitatus non tanquam feudum ab Imperatore recipiatur, sed instar allodii considerari possit, quia licet *R. I. de* 1522. §. obwohln loquatur de Principatibus, & Comitatibus, so vom Reich zu Lehen rühren / tamen Comitatus alii à sola Jurisdictione Imperatoris non sunt exclusi, sed tantum à potiori facta est illa denominatio, quia universaliter ferè Principatus & Comitatus Feuda sunt Imperii, & in utrisque eadem militat ratio, ut sine consensu Imperatoris dividi non possint, in præjudicium scilicet illius, & ut collectis Imperialibus, aliisque juribus nullum inferatur præjudicium, prout *Klock. in relat. Cameral.* ipsemet annotavit, atque omnes Comitatus Imperii privilegia, prærogativas, & jura sua ab Imperatore tanquam feuda possideant & recognoscant; Quapropter Consilium Imperiale Aulicum 16. *Feb.* nec non 18. *Maji Anno* 1703. Parti reæ, rejecta exceptione declinatoria, quasi lis in Camera penderet & præventa esset, injunxit, ut in causa Principali coram Consilio Imp. Aulico necessaria proponat, sub comminatione Processus in contumaciam.

16. De summa appellabili, & remedio si ea deficiat.

Appellationum causæ huc referuntur si summa excedat 400. Thaleros R. A. *Anni* 1654. §. viertens 105. conjuncto cum *tit.* 2. R. H. O. §. so wollen wir auch. Si enim summa minor sit, appellatio ad summa Judicia locum non habet, sed *revisio* aut *transmissio Actorum* ad JCtos peti potest *d. R.* §. doch mit diesem Zusatz 106. Quod si à Magistratu illa non concedatur, in Judicio Aulico *Mandatum de concedenda revisione & transmissione Actorum, nec impediendo uti jure Constitutionum Imperii*, impetrari potest. Inprimis verò hic Statuum particularia accuratè sunt observanda, vide *suprà verb. Appellatio.* Cæterum si appellatio ita ad Judicium hic interponenda est, ne prætereatur *Judex intermedius*, nisi forsan ille partium uni consanguinitate aut affinitate propinqua junctus, vel aliter legitima ex causa suspectus, aut inhabilis sit, vel justitiam palam denegarit: quo postremo casu tamen; per modum simplicis querelæ potius causa ad Aulam Cæsaream defertur. Excipiuntur & illi casus, si judex in causa judicare nolit, aut consuetudo sit, appellare prætereito proximo judice, & demùm si non excipiat provocatus de appellatione non legitimè & observato ordine facta, *O. C. part.* 2. *tit.* 29. *Mynsing. cent.* 1. *obs.* 67. *Roding. Pandect. Cam. lib.* 1. *tit.* 20. *num.* 6. *& seqq.*

16. De causis Ecclesiasticis.

Quamvis regulariter *causæ Spirituales & Ecclesiasticæ* ad hoc Judicium non pertineant, si nempe agatur de *Religione & doctrina Fidei*, *de Decimis ac jure Patronatus*, *de jure Advocatiæ*, cum requirant Ecclesiasticum judicium, nihilominùs tamen ratione Augustanæ Confessioni addictorum Statuum legitimum judicem esse Imperatorem *Schubhart. de Austreg. cap.* 5. *num.* 64. *usque ad* 107. & si nullitas principaliter deducenda sit, id fieri potest in judicio Aulico, *arg.* eorum, quæ notat *Roding. Pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 33. *num.* 4. & *Blumius Process. Cameral. tit.* 43. *num.* 23. & quidem tam *in causa matrimoniali* quam *spirituali.* Sed & si de competentia jurisdictionis disputetur, causa hic deduci potest. De materia causarum Ecclesiasticarum vide plura notata suprà *verb. Abbas fol.* 121. *num.* 15. *& seqq. & verb. Ecclesiastica jurisdictio fol.* 676. *Causæ Feudales*, illæ in quibus Parium Curæ judicium est, de quibus 2. *feud.* 20. & 2. *Feud.* 39. ex præscripto Sanctionum Feudalium itidem hic excipiuntur.

18. Locus Consil. Imperialis Aulici.

Locus Judicii hujus nec olim certus erat, sed cum Aula circumferebatur *Conring. de jud. Imp. Germ. th.* 95. *Speidel in spec. verb.* Reichs-Hoff-Rath / *p.* 1045. Hodie plerumque Aulam Imperatoris sequi, & eo loco haberi, ubi illa est, ostendit R. H. O. *tit.* 1. §. Alle diese in verbis: und unserm Käyserlichen Hoffe / und allezeit / welcher Orten derselbe gehalten wird / nachfolgen. Unde in Citationibus, quibus eo vocantur partes, ista semper leguntur. An unserm Käyserlichen Hoff / was Enden derselbe alsdann seyn wird.

19. Ordinationes Consil. Imp. Aulici.

Hujus judicii tres ordinationes hactenus viguerunt, quarum *prima* est *Ferdinandi I.* 3. *Aprilis An.* 1559. Augustæ Vindelicorum promulgata, quæ extat apud *Lehmannum in Act. publ. de Pac. Relig. lib.* 1. *C.* 37. *pag.* 146. *& seqq.* hancque Maximiliani & Rudolphi II. tempore in usu fuisse tradit *Limn. tom* 1. *addit. ad lib.* 9. *C.* 4. *num.* 34. Sed & deinceps ejus, & quidem solius, usus posteriorum Imperatorum tempore ad annum usque 1654. durasse videtur. *Secunda est Mathiæ Imperatoris* communicata

nicata Statibus mense *Augusto Anno* 1614. Hæc ipsa anno 1615. mense Februario in Conventu Noribergensi revisa, correcta, eique ad marginem addita nonnulla fuere. *Tertia* est, quæ durantibus Comitiis Ratisponensibus *anno* 1554. jussu Imp. *Ferdinandi III.* conscripta est, cujus communicationem cum Ordines Imperii peterent, declaravit ipsis Imperator, eam non solum secundum Ordinationem Cameræ, Constitutiones Imperii, & Instrumentum Pacis esse compositam, sed & omnia illa, quæ in Comitiis anni 1654. ratione justitiæ promptius administrandæ constituta sunt, in eam relata.] *Autor* der Grundfeste des Römischen Reichs *part.* 3. *C.* 5. §. es hat zwar. Ad hanc non negligendam, sed probè observandam Consiliarii Judicii Aulici juramentum præstare tenentur; vid. juram illorum, ibi: Reichs-Hoff-Raths Ordnung in acht zu nehmen. Residentes quoque & Agentes eam exactissimè observare debent, tit. 7. §. Und hierauff so befehlen wir allen und jeden. Idque non solum illi, qui Viennæ habitant, sed etiam qui eò extra ordinem à Statu Imp. aliquo mittuntur, *tit.* 7. §. Da auch ein Chur-Fürst: Adeòque hac ordinatione tam illi qui conscribunt libellos, quam qui exhibent, ut & Judices se obstrictos sciant.

20. De exhibitione & distributione supplicationum.

Qui in Camera causas suas agunt, ii desideria exhibitis supplicationibus exponunt, Judici ejus, dem Cammer-Richter / at in hac Curia ad ipsum Imperatorem, qui & solus in Senatu isto Judex, concipiunt. Supplicantium autem scopus est interdum, ut pars adversa citetur, aliquando ut mandatum, nonnunquam quoque ut Rescriptum impetrent, si factum impetrando mandato non sufficiat: qualia rescripta interdum etiam, si non expressè petantur, decerni solent. Supplicationes illas solus Præses vel mediatè vel immediatè per pedellum accipit, cui soli etiam competit adscribere illis tempus, quo redditæ sint, easque distribuere, *tit.* 3. R. H. O. §. sonsten soll keiner ꝛc. Ex his refertur deinceps in Consilio, atque in decernendis Citationibus & Mandatis & Rescriptis, præcipua habetur ratio privilegii primæ Instantiæ & aliorum, *tit.* 2. R. H. O. §. wir befehlen. In mandatis etiam attenduntur illa, quæ circa illarum concessionem. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 23. *& seq.* caventur *d. tit.* 2. R. H. O. Ipsi autem

21. De Congregatione & Votis Consiliariorum.

Consiliarii loco ipsis assignato in Aula Cæsarea, tit. §. zu desto mehrern Ehren / quoties conventus indicitur à Præside horis matutinis conveniunt, mox consident, & ne tempus pereat colloquiis eo non pertinentibus, sedulò cavent, ac per horas minimum tres ibi commorantur, idque diebus quatuor per septimanam, *tit.* 1. R. H. O. §. in der Rath-Stuben / & §. Jedoch mag der Præsident. Quando sententiam suam dicunt, id ordine fieri debet, ac ad Præsidis interrogationem, nec cuiquam interpellare alterum licet, *tit.* 4. R. H. O. §. unser Præsident soll auch daran seyn. Si tamen aliquis votum suum non rectè intelligi animadvertat, aut si mutare vel corrigere aut etiam aliquid voto suo, quod momenti magni sit, addere velit, hoc ipsi facere deinceps, postquam omnes sua vota dixerint, non ante, integrum est, *dict. tit.* 4. Jedoch da einer vermercken würde ꝛc. Reliquis vota antecedentium, in quibus nihil desiderant, prolixè repetere, aut quæ semel dicta sunt, denuò dicere, rectissimè, magno expeditionum publicarum commodo prohibitum est. §. welcher aber nichts Neues.

Nullus Consiliariorum alicujus causæ relationem suscipere, nisi demandatam à Præside potest, *tit.* 4. R. H. O. *in princ.* Quod si definitiva sententia ferenda sit, nullo discrimine, magni momenti causa sit, an secus, Referenti aliquando adjungitur Correferens, qui & ipse quid sentiat ex actis colligat, secundum *Matthiæ Imp. tit.* 3. von Austheilung und Relation der Acten &c. unus saltem refert, in causis quæ minoris sunt momenti: in reliquis verò majoribus causis Referentes duo sunt vel plures, wann die Sache wichtig. Modus referendi iste est, ut factum controversum breviter & distinctè exponat, cui id negotii datum est, ita, ut quid in lite sit, [& species actionis rectius discerni possit, & deinceps exceptiones adversarii, tum an per illas elisa sit actio, demum quid respondendum, *vid. tit.* 5. §. 1. R. H. O. In referendis causis in ordo observatur, ut præcedant illæ quas præcedere jusserit Imperator peculiari rescripto, *tit.* 4. §. und soll unser Præsident &c. Secunda classis illarum causarum est, quæ moram non patiuntur, aut peculiariter piæ vocantur, *tit.* 4. zum andern / welche keinen Verzug leiden ꝛc. *Tertia* Pauperum, Viduarum & pupillorum causas continet, *d. l.* §. und weil zum dritten. Ad *quartam* pertinent memorialia des Reichs Fiscalis, §. nach diesem soll zum vierdten. *Quinto* loco privilegiatæ causæ non privilegiatas, & *sexto* antiquiores posteriores præcedunt, §. Hierauff sollen alsdann zum fünfften; atque hunc ordinem semper, nisi aliud expressè jubeatur, servandum disponitur *dict.* §. Hierauff. in fin.

22. De ordine judiciario

Circa formam processuum in hoc judicio observandum est, Imperatorem Ordinem judiciarium de jure Civili introductum observare non teneri, *Jason in L. certum col. pen. C. unde legitimi.* Et in Imperatoris Consistorio, juris apicibus neglectis, ex æquo & bono, inspecta veritate, procedi solere; *C. ad petitionem* 22. Reichs-Hoff-Raths-Ordnung *tit.* 2. §. Hingegen wollen wir. Hinc adhuc in Aula Cæsarea Ordinem judiciarium, etiam in arduis causis, non servari, & sæpe lapsis & purificatis terminorum præjudiciis, novos terminos etiam altera parte reclamante, concedi quotidiana experientia testatur, *Reinking de regim. secul. l.* 1. *class.* 3. *cap.* 12. *n.* 37. ubi ejus hanc reddit rationem, quod Imperator in arduis illis & gravissimis causis, inter Illustres Personas & Imperii Proceres vertentibus, procedat tanquam Pater inter

ter filios non attento juris rigore, sed potius Imperii tranquillitate, pace & concordia, ut motus & turbæ evitentur. Multa enim propter solam Pacis conservationem, tranquillitatem & concordiam, contra juris rationem sunt recepta hoc modo, *L.* 64. *§. fin. ff. de condit. & demonst. Reinking. d. l. num.* 39. Unde *Lindenspür in dissert. de Imp. & familiar. orig. mut. fol.* 105. *num.* 47. *& seqq.* Senatum hunc sic laudat: Moderni autem Senatus Imperii Aulici necessitas vel ex hoc solo elucescere potest, quod in illo causæ gravissimæ etiam celerrimè, cum sufficienti tamen cognitione, expediantur, illique, qui bona causa nituntur, fructum jurisdictionis, Imperatoriæque Majestatis æquissimam vocem sine longo sufflamine plerumque sentiant &c.

At licet Status nonnulli conquesti aliquando fuerint de præpostero, & summario in omnibus ferè causis adornato processu, & celerrimis mandatis executivis, der Reichs-Hoff-Räth/ Imperatoria tamen Majestas respondit: daß ihres Wissens der Reichs-Hoff-Rath erkennet/ was den Rechten und Reichs-Constitutionen gemäß/ und mit den Commissionen fürgenommen/ was Ihrer Majestät gebühret. Hanc autem querelam ab iis profectam fuisse, qui celerem expeditionem, ob ineptitudinem causarum coram Imperiali judicio productorum, sufferre non potuerant, nihilominus tamen cum adhuc non cessarent querelæ, & in Comitiis deinceps desuper ageretur, constitutum tandem fuit *Inst. Pac. Cæs. Suec. art.* 5. §. 20. *vers.* 3. *Quoad Processum Judiciarium Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in judicio Aulico servabitur per omnia.* Quæ causa fuit, quare etiam *Anno* 1654. *tit.* 2. §. So wollen wir auch 2c. R. H. O. cautum fuit: darauff dann unsere Reichs-Hoff-Räthe ein sonderliches Auffmercken haben / auch / so viel möglich desselben unsern Käyserlichen Cammer-Gerichts-Ordnungen / und in allen Sachen gewöhnlichen Proceß, Termin und Solennitæten gebrauchen/ insonderheit aber in allen Processen keine Substantialia auslassen / jedoch auch allen Uberfluß und Verzüglichkeiten abschneiden/ die gegebene Termin / ohne erhebliche Ursachen / nicht erstrecken / und in alle Weg/ so viel die Substanz eines gerichtlichen Proceß anlanget / sonderlich da ein unwiederbringliches Præjudiz zu befahren/ von der Ordnung/ wie sie im Käyserlichen Cammer-Gericht eingeführet / und verbessert werden möchte / in substantialibus requisitis Processus nicht abweichen sollen / hingegen wollen wir sie an andere unnöthige Gerichts-Solennia, dadurch dem Hauptwerck und genugsamer Erkundigung der Warheit nichts zu- oder abgehet / keines Weges verbinden/ sondern vielmehr auff den gemeinen Nutzen und Förderung der heilsamen Justiz gewiesen und verpflichtet haben. Profectò nulli actus Audientiarum in Judicio hoc in usu sunt, sed omnia scripto expediuntur; nihil ore tenus exponitur, nec locum Consilii intrant Residentes & Agentes, nisi quando juramento Judicio huic fidem suam adstringunt, R. H. O. *tit.* 6. §. daßjenige. aut feuda nomine aliorum recipiunt, vel juramenta calumniæ aut revisionis præstant. Neque hac solum ratione differt Processus Judicii Aulici, sed isto etiam, quod in hoc Collegio decernantur Commissiones ad cognoscendam causam, zur Verhörung der Sachen. Sunt autem illæ, quibus facultas datur Commissariis in cognitione causæ procedere usque ad sententiam; imò interdum etiam illam adjungere permittitur; quales Cameram nunquam decernere extra controversiæ aleam est. De his Commissionibus legatur *tit.* 2. R. H. O. §. Weil auch ferner 2c.

Decretis in hoc supremo Judicio Processibus, reliquum est, ut Secretarii illos legitima forma expediant, idque in Latina vel Germanica lingua, *tit.* 6. R. H. O. *in princ.* Illæ enim solæ in hoc Judicio in usu sunt, ita ut quæ alia lingua scripta sunt, non recipiantur, nisi fortassis Acta, Appellationum documenta, depositiones testium, quæ illa quidem lingua, qua scripta sunt, exhiberi possunt, addita tamen versione Latina vel Germanica, *ibid. tit.* 3. §. ferner soll in dergleichen Sachen. Ubi expedita fuerint à Secretariis, Referens relegit, & quæ videntur, corrigit: quod sit etiam gravioris momenti negotium, sententiæ Mandata & Resolutiones sive à Referente sive à Secretario conceptæ sint, in Consilio perleguntur, adscripto die, quæ lectæ & approbatæ sunt, tum in Cancellariam describendæ mittuntur. *ibid. tit.* 6. §. 1. & 3. Inde relecta descriptione à Secretario ad Imperii Vice-Cancellarium, quorum uterque subscribit, demùm ad Imperatorem, ut & ipse adscriptione Nominis sui robur addat, perferuntur: Sigillum tandem apponitur, ac quidem si Citationes, Mandata, Commissiones, Privilegia sint, sigillum minus sufficit. At Majoris usus est, quando conferuntur Principum, Baronum, Nobilium, Comitum Palatinorum tituli, sigillique hujus Majoris Custos perpetuus est der obriste Cämmerer; Et peculare est, quod Bullâ Aureâ sola hæc Cancellaria utitur, *vid. Declarat. Imp. Anno* 1637. §. vors eilffte ibi: Bevorab aber die guldene Bull/ als des Römischen Reichs insigne bey keiner andern als gemeldter Reichs-Cantzley/ brauchen zu lassen/ welches höchstgedachte Käyserl. Majest. vor billig befunden/ und wird solches an gehörigen Orten jederzeit in acht genommen werden.

Et in Comitiis Ratisbonensibus *anni* 1641. idem admonetur *num.* 8. Tandem soluta taxa literæ Imperiales, iis, qui eas desiderant, traduntur. Citationes hæ & mandata deinceps per Notarium, qui eadem re Instrumentum conficit, & testes insinuantur. Nec enim necesse est, ut fiat per Nuntios & Tabelliones juratos, ut in Camera, quales in Judicio Aulico nulli sunt, neque requiritur ut Notarius sit in album

vel matriculam Cameræ relatus, sed sufficit esse Notarium legalem, & sententiæ in Senatu hoc conceptæ, per Secretarium Procuratoribus aut Residentibus innotescunt. Solet enim iste singulis diebus inscriptiones causarum, in quibus latæ sententiæ vel interposita decreta, januæ Musæi sui vel alio commodo loco affigere: Unde Residentes & Agentes sui memores officii, describi, ac ex Cancellaria in forma probanteedi, & adversario legitimè insinuari curant, per Pedellum sive Janitorem Consilii, nisi causa sit nova; tunc enim, non obstante, quod Procurator vel Agens mandatum à Principali suo generale ad omnes causas præsentes & futuras produxerit, tamen insinuatio prima ipsi parti Principali ex praxi & observantia facienda est.

Olim & adhuc hodie causæ graviores, si politicæ considerantes accederent, postquam ad sententiam usque in Judicio Aulico agitatæ fuissent, cum voto, mit einem Gutachten/ solent referri ad Cæsarem, qui causam in consilio secreto, im geheimen Rath/ discutit, in quo non justitiæ solum & juris, sed & Status ratio habetur, an nempe tali, vel alio rerum statu, commodum sit ita pronunciare, ac an sine magno Imperii motu sententia talis executioni mandari possit. Quod si executio difficilis videretur, vel incommoda alia metuerentur pronuntiatio sententiæ conceptæ aliquantisper differebatur, donec commodior exequendi occasio eveniret, prout in pluribus causis factum fuisse constat. Cæteroquin non facilè disceditur à voto Senatus Aulici, & Electores *anno* 1637. monuerant, ne id deinceps fieret; Hinc ea de re primùm aliquid constitutum in *Capital. Ferdinandi III. art.* 44. ibi: Was auch einmal in gemeldtem unserm Reichs-Hoff-Rath in contradictorio judicio cum debita causæ cognitione ordentlicher Weise gehandelt und geschlossen ist/ dabey soll es allerdings verbleiben/ und von niemand anderst von neuen in cognition gezogen/ noch dessen Execution gehindert werden. Quod & in *Capitul. Leopold. art.* 42. & *Josephina* expressè definitum, ne negotiis consilii aulici se immisceat consilium secretum, in verbis: Wir wollen auch nicht gestatten/ verhängen noch zugeben/ daß unser geheimes Raths-Collegium samt- oder sonderlich der Reichs-Sachen/ welche vor den Reichs-Hoff Rath gehören/ sich anmasse/ darinn sich einmische/ oder auff einigerley Weiß dem Reichs-Hoff-Rath eingreiffe/ vielweniger mit Befehlen oder Decreten, wodurch die im Reichs-Hoffrath geschlossene Sachen auffgeschoben/ oder irritiret werden/ beschwere oder irre/ was auch einmahl in erstgemeldtem unserm Reichs-Hoffrath in judicio contradictorio cum debita causæ cognitione ordentlicher Weiß abgehandelt und geschlossen ist/ dabey solle es fürters allerdings verbleiben/ und nirgends anderst/ es seye dann durch den ordentlichen Weg der im Friedens-Schluß beliebter Revision, von neuem in Cognition gezogen/ noch dessen Execution verhindert werden.

Quando quis per Camerales sententias gravatum se esse existimat, superest ei remedium Revisionis & Syndicatus *O.C. part.* 3. *tit. penult.* Quorum neutrum Aulæ Cæsaris admittit, hinc in horum locum supplicationis remedium substitutum est. *Instrum. Pac. Cæsar. Suec.* §. 20. vers. *Quoad Processum: ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur loco, Revisionis in Camera usitatæ licitum esto parti gravatæ, à sententia in Judicio Aulico lata ad Cæsaream Majestatem supplicare, ut acta judicialia denuò adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utraque Religione, æquali numero Consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerunt, aut certè Referentium aut Correferentium partes non sustinuerint revideantur:* Unde illis casibus, quo quis se gravatum sententia Judicii Aulici, ac competere ideò vel nullitatis querelam vel remedium restitutionis in integrum vel Syndicatus, existimat illi hujus vice supplicatione uti licet in R. H. O. *tit.* 5. §. Dafern sich nun. *add. art.* 42. *Capitul. Leopoldin.* ubi hoc remedium revisionis nomine venit supplicationi huic effectum suspensivum tribuit *Joan. Georg. Nicolai in Procesf. judic. part.* 3. *cap. ult.* §. 24. propter textus Instrumenti Pacis & Ordinationis Aulicæ, quibus nullibi expressè derogatum, ac adeò eis adhuc standum esse, *L.* 32. *C. appellat. L.* 27. *C. de testament*, & cum textus ille Instrumenti Pacis approbetur *Capitulat. Leopoldin. art.* 42. ubi de causis in judicio Aulico decisis dicitur, quod earum executio impediri non debeat, nisi per hoc remedium, juxta dispositionem Instrumenti Pacis. Si idoneam cautionem præstet, supplicationem hanc effectum suspensivum non habere, per *Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imperatori offerend. add. Novell.* 119. *cap.* 5. & *Instrum. Pac. art.* 20. §. *quoad processum ordinarium.* 23. De supplicatione in Consilio Imp. Aulico loco revisionis introducta.

Quod si victus supplicationem non interponat, aut interposita iterum causa cadat, per literas Executoriales, judicium hoc Aulicum nomine Imperatoris, ut sententia lata, sub comminatione pœnæ partim Victori partim Fisco solvendæ pareat, victo injungit, idque præscripto tempore, & sine exceptione. Jungitur his citatio ad docendum de paritione vel videndum se declarari in pœnam Executorialium, atque ipsa etiam sententia; *vid. Recess. de Anno* 1654. §. 53. damit auch die ausgesprochene 2c. Assignatur quoque pro ratione loci, ubi vivit condemnatus, terminus. Si huic non obtemperavit, plerumque paritorias præmitti moris est: Illas arctiores executoriales sæpè sequuntur, sub pœna dupli, vel realis Executionis: interdum etiam mox contra eum, qui paritorias contumacia sua eluserit, commissio ad exequendum ad circuli Directorem, vel judicem Domicilii, non ad causæ, quæ in controversiam præcipuè venit, expeditionem solum, sed etiam ad pœnæ commissæ executionem decernitur; In causis appellationum 24. De executione sententiarum.

tionum eadem est ratio, nisi, quod postquam paritoriis non paruerit victus, Mandatum executoriale ad judicium à quo concipitur, eique executio realis facienda injungitur, ac præfigitur certum temporis spatium, & additur, pœnæ, si negligat, comminatio. Si Judex inferior mandato huic morem non gerat; arctius obtineri consuevit. In *causis Italicis* hæc ferè usitata est in Aula Cæsarea Executionis ratio: Lata sententia alicui ex Imperii Vasallis, qui victo proximus, mittitur, annexo mandato, ut victo insinuari faciat, terminumque congruum ad parendum præfigat, intra quem à tempore insinuationis computandum, si non paruerit condemnatus, sententiam, si opus, manu militari exequitur. *Tabor. Disput. de execut. rei jud. thes.* 48. & *supra verb. Circulus.*

25. Quando cesset Jurisdictio Consilii Imp. Aulici per mortem Cæsaris.

Imperatore humanis exempto Cameræ quidem Imperialis Judicium, nihilominus decernit processus, ac audientias, ut vocant, celebrat. Processus tamen illi non obsignantur, nec expediuntur, sed ad Cancellariam Moguntinam transmittuntur, ubi tamdiu asservantur, donec sigillum DD. Vicariorum, quorum nomine deinceps expediuntur, transmittatur. *vid. Roding. Pandect. Cameral. tit.* 3. §. 3. At in hoc nostro Judicio Aulico Imperiali, defuncto Cæsare, mox acta omnia obsignantur, interea Vicariorum quilibet in locis subjectis judicium peculiare erigit, earumque judiciorum acta, electo Imperatore novo, ei postea transmittuntur. Denique huic judicio præ Camera primus debetur locus, *Autor Comitiologiæ Ratisb. part.* 4. *dissert.* 9. *num.* 96. *p.* 283. *Wehner obs. pract. voce* Rothweilisch Hoff-Gericht / ubi scribit: *Hodie post Aulam Cæsaris proximus locus Cameræ, & tertius Dicasterio Rothvveil. debetur*, eò quòd jurisdictio ipsius latior sit, jurisdictione Cameræ, & communiter *Judicium hoc Augustissimum* vocetur.

Reichs-Stand.

Vid. supra verb. Fürsten *fol.* 763. & *seqq.*

Reichs-Tag.

Vid. supra verb. Comitia fol. 533. & *seqq.*

Religion.

SUMMARIA.

1. *Primum & præcipuum Reipublicæ fundamentum est Religio.*
2. *Præcipuè si Princeps & populus unam eandemque profiteantur, quia innovatio religionis seditionem facile parit.*
3. *Effectus concordiæ & quietis publicæ Catholicæ Religioni attribuuntur.*
4. *Quomodo Autor tractationem de Religione instituat.*
5. *Prima in R. I. contra divisionem Religionis cautio.*
6. *Caroli V. Imp. Edictum Wormatiense.*
7. *Optimus Religionis componendæ modus concilium universale.*
8. *Ejus locus Tridenti determinatus & quare?*
9. *Promissus A. C. Statibus salvus Conductus.*
10. *Adferuntur & examinantur causæ quare ibidem comparere, & Concilii definitioni se subjicere recusaverint.*
11. *Longiorem Concilii Tridentini dilationem Imperatori male imputari.*
12. *Refertur porrò Impp. circa Religionem solicitudo, & quid interim, usque ad definitionem Concilii fieri debeat.*
13. *Offertur Imp. Caroli V. Confessio Augustana & alia peculiaris 4. Civitatum.*
14. *Quid porrò pro religione Catholica in Comitiis Augustanis anno* 1530. *sancitum.*
15. *Media alia conciliandæ religionis.*
16. *Pax religiosa & ejus contenta, Pacisque illius repetitæ confirmationes.*
17. *Pax Westphalica ejusque compendium versibus comprehensum.*
18. *Si Status alterum, aut Magistratus subditos in religione aut propter eam turbet, quomodo turbato succurrendum.*
19. *Post dissolutam Deputationem Francofurtensem in causa turbatæ religionis, quis judex, quod judicium.*
20. *An cum Republ. quiete exercitium diversarum religionum consistere possit.*
21. *Referuntur argumenta Theologorum, & JCtorum; qui pacem religiosam licitam vel illicitam dixerunt.*
22. *De Transubstantiatione panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi Domini.*
23. *Corpus Christi ante, in, & post Communionem jam primitiva Ecclesia adoravit.*
24. *De Communione sub una specie.*
25. *De jejunio & abstinentia.*
26. *Jejunium quotuplex, & in quo consistat?*
27. *Qui à jejunio excusantur.*
28. *Adolescentes ad quadragenarium jejunium, si sapiunt, quomodo se comparent.*
29. *Qui Senes Sexagenarii lege jejunii teneantur.*
30. *Adhortatio ad quadragesimæ observantiam.*

1. Primum & præcipuum Reipubl. fundamentum est Religio.

PRimarium Reipublicæ fundamentum est *Religio*, quæ est *metus, reverentia*, & *cultus DEI.* Hoc Principium Ethnicis quoque non fuit incognitum, qui primò sacra, posteà verò reliquam Reipubl. ordinationem constituerunt. Sacraverunt illi Numinibus suis *lucos*, locos scilicet arboribus consitos, ut rara eò lux ob arborum densitatem posset penetrare, cùm non liceret inde propter Religionem arborem cædere,

dere, *Varro. lib. 5. de ling. latin.* Nec Senatus Consilium, vel curiam habere poterat, nisi in loco inaugurato, *Greg. Tholosan. de reipubl. lib. 12. c. 21. num. 3.* Hinc *Aristoteli. 7. Pol. 8.* dicitur, *primum esse, & præcipuum, cura circa divina.*

2. Præcipuè si Princeps, & populus unam eandemque profiteantur, quia innovatio religionis seditionem facile parit.

Nimirùm vinculum Religio in societate humana & maximum, præsertim cum Princeps, & populus similem, eandemque amplectuntur; sed hoc de Religione vera & Catholica intelligendum est, & proindè una: quæ scilicet causa est unionis animorum & concordiæ, *l. 8. in verbo Pax Ecclesiæ, religionis unitas. C. de summ. Trinit.* cujus legis verba aureis digna literis. Non innovatio Religionis semper ad seditionem, & ferè ad laxandam vitiorum licentiam tendit, decretisque sæpè suis reipublicæ simul & jurisprudentiæ fundamenta evertit, *Flor. lib. 3. c. 19. Joseph. de bell. Judaic. lib. 2. c. 12.* luce clarius testimonium redditur *in Recessu Imper. Augustano de anno* 1548. §. 3. *vers.* In Ansehung/daß solcher Zweyspalt der Religion eine gewisse Wurtzel/ und Haupt-Ursach ist/alles Ubels/ Unfalls/ und Unglücks Teutscher Nation, daraus nicht allein viel Unrichtigkeit / sondern auch alles Mißtrauen/ Unfreundschafft / und Unwillen zwischen zweyen Ständen erfolgt ist/zu endlicher Zerrüttung beständigen Friedens / und Rechtens/ auch ehrbarer Policey/ und des gemeinen Nutzens dieser löblichen Nation.

3. Effectus concordiæ & quietis publicæ Catholicæ Religioni attribuuntur.

Id verò Germania nostra ferro, flammisque vastata satis lamentabiliter experta est, & adhuc circumfert vulnerum cicatrices. Tales autem effectus Religioni Catholicæ imputari nequaquam possunt; Hæc enim concordiæ basis est, & ea solum continet, quæ Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo; Christus à Deo accepit. *l. 1. in pr. C. de summ. Trinit. Tertull. lib. 1. de præscript. advers. hæret. Tulden. in Cod. ad tit. Summ. Trin. n. 4.* Quæ quod nomen indicat, constat universalitate, ubique terrarum diffusâ, item consensione doctrinæ patrum, & denique antiquitate, per continuam Pontificum successionem retrò ad Apostolos pertinens, *l. 8. vers. neque eod. Vincent. Lirinensis, lib. contra hæred. cap. 3.* quæ tria nulli Reformatarum Religionum competunt. Etenim ut pulchrè *Tertullianus d. l. de præscript.* principalitas veritatis, & posteritas mendacitatis ex illius quoque parabolæ patrocinio monstratur, quæ bonum semen frumenti à Domino seminatum primo constituit, avenarum autem, & sterilis fœni adulterium ab inimico, Diabolo posteà superducit. Namque ubi Terrarum nunc hæresis lolium pullulavit, primò sata fuit, & floruit Catholica Religio, ejusque non memoria tantùm, sed ubique adhuc monumenta manent, templa nimirùm Catholicorum olim pietate exstructa, hæresis enim nupera & recens. Nam neque ab Apostolis, & sanctis Patribus originem atque auctoritatem repetere potest, cum illorum scriptis per omnia quasi præsago consensu refutetur: Neque etiam per hæreticos, qui quidem omni ferè seculo aliqui extiterunt, deducere ortum, successionemque suam potest, quia non eadem cum illis per omnia sentit. Et hâc tertiâ notâ arguitur, quod scilicet & olim & hodiè inter hæreticos longum divortium dogmatum, infinita varietas, & densio. Nimirum congruere invicem falsa nequeunt. Catholici verò consentiunt; quia veritas una est; quod apud multos unum invenitur, non est erratum, sed traditum, ait Tertullianus. *Hucusque Tulden. in Cod. ad tit. 1. de Summ. Trin. num. 4.*

Non assumam hoc loco partes Theologi, nec controversias fidei tractabo, sed saltem ex jure nostro, & recessibus Imperii eruam, quid in iis de negotio religionis constitutum. 4. Quomodo Autor tractationem de religione instituat.

Nusquam muneri Imperatorio hac in parte defuerunt Augustissimi Imperatores. Et quidem invictissimus Imperator *Maximilianus anno* 1512. pro conservatione sanctæ fidei Catholicæ, Sacræ Romanæ Ecclesiæ, Sedis Apostolicæ, & Romano-Germanicæ nationis Comitia Coloniam indixit, ac velut jam tum ex altissima quasi specula prævideret futura mala piissimus Imperator in Recessu ibidem publicato, §. 1. sancivit, ob jemands/ wer der/ oder die wären/ oder seyn würden/ der oder die unsern Allerheiligsten Vatter/ den Pabst/ und die Heil. Römische Kirchen / wider ihre Freyheit/ Recht und Gerechtigkeit/ beschädigen/ vergewältigen/oder vertrucken wollten/ oder eine Theilung oder Schisma in der Heil. Christlichen Kirchen machen/ daß wir alsdann denenselben / ihren H. lffern / oder Helffers-Helffern/ nicht sollen noch wollen/ Hülff/ Rath/ Fürschub/ oder Beystand thun/ sondern darwider rathen/ und getreulich fördern / wie man das je zu Zeiten nach Gelegenheit der Sachen/ Zeit / und Handlung bey uns selbst im Rath erfinden/ und ermessen/ abwenden und verhindern mögen. 5. Prima in Recessibus Imp. contra divisionem religionis cautio. Verùm Maximiliano Imperatore *anno* 1519. piè defuncto, cum jam insolentiùs novæ doctrinæ semina spargerentur, Augustissimus Imperator *Carolus V.* gravissimum edictum Religionis in *Comitiis Wormatiensibus anno* 1521. contrà omnes Religionis Orthodoxæ, & Catholicæ novatores publicavit, 6. Caroli V. Imp. Edictum. cujus tenorem pro parte exhibet *Surius in Comment. rer. in orbe gest. fol. mihi* 113. ubi perstringit Sleidanum asserentem, quasi decretum illud non communi Ordinum Consilio factum, sed saltem à paucis esset conflatum. Cum verò illi Edicto mos non gereretur, Imperator in *Comitiis Norimbergensibus anno* 1524. §. 28. *&* 29. disponit: Wir hätten uns versehen / die Stände des Heil. Reichs als Schützer / und Schirmer des Glaubens / sollten unsern zu Worms mit Bewilligung Chur-Fürsten/ Prälaten/ Graffen / und aller Stände ausgangenem Mandat gehorsamlich gelebet / und nachkommen seyn / darzu dasselbe gehandhabet haben / und aber solches nicht geschehen/ davon gemeiner Christenheit Teutscher

Nation

Nation nicht kleine Beschwernuß erfolgt; auch derohalben unser Ansinnen und Begehren abermahls gestellt/ daß ein jeder Chur-Fürst/ Fürst/ Prælat/ Graff/ und Stadt/ für sich selbst/ auch bey seinen Unterthanen/ daran/ und ob seyn wolt/ damit solchem unsern zu Worms ausgegangenen Mandat nochmals gehorsamlich gelebet werde. Demnach auff solch unser Gesinnen und Begehren/ haben sich unser/ und des Käyserlichen Reichs Chur-Fürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ und gemeine Stände/ als gehorsame Glieder des H. Reichs/ vereinigt/ und beschlossen/ demselben unserem Mandat gehorsamlich/ wie sie sich deß schuldig erkennen/ gemäß zu halten/ und nachzukommen.

7. Optimus Religionis componendæ modus Concilium universale.

Varia inde tentata Religionis conciliandæ media, inter quæ primum obtinere locum videtur *Concilium generale liberum*, de quo in *Recess. Spirensi anno* 1526. hæc: Daß kein fruchtbarer/ besser/ angenehmer und geschicklicher Mittel zu erfinden / einhelligen/ gleichmässigen Verstand in dem Christlichen Glauben zu machen/ auch Fried/ und Einigkeit Teutscher Nation zwischen allen Ständen zu pflantzen/ und zu erhalten/ dann ein frey General-Concilium, oder auffs wenigste National-Versammlung/ welche in einem Jahr oder anderthalb auffs längste in Teutschen Landen fürgenommen werden soll. Sed modo de loco, modo de directione & aliis incidebant quæstiones & controversiæ, quæ negotium tam salutare remorabantur. *Anno* 1529. *in Cam. Spirens.* denominatæ à Statibus pro rei gerendæ loco

8. Ejus locus Tridenti determinatus & quare?

Civitates, Metz/ Cölln/ Maintz/ Straßburg/ aut alius commodus in Germania locus, sed ex *Rec. Spirensi, anno* 1542. §. 128. patet, daß Ihro Käyserliche Majestät samt den Catholischen Ständen / die Stadt Trient zu Haltung des Concilii Generalis beliebt/ die Stände der A. C. aber ihre Protestation dagegen eingereichet; Ratio porrò electi hujus loci refertur in Comitiis Augustanis de *Anno* 1548. §. 7. daß dieser Ort der Teutschen Nation in mehr Weg nicht unbequem noch ungelegen / promissusque Sta-

9. Promissus A. C. Statibus salvus conductus.

tibus A. C. salvus conductus, *in eod. Recess.* §. 6. daß sie dazu/ darinn / und davon biß wieder an ihr Gewahrsam gesichert/ und vergleitet werden sollen. Quod repetitum in *Comitiis Augustanis, anno* 1551. §. 3. *& seqq.* Cæterùm commovere his omnibus non potuerunt, ut à protestatione discederent, quam in Cancellaria Imperiali asservari testatur *d. R. Imp. anno* 1542 §. 129. Causas protestationis videtur repræsentare *Carpzov. ad leg. Reg. c.* 3. *sect.* 7. *num.* 8. *& seqq.* quod

10. Adferuntur & examinantur causæ, quare ibidem comparere & Concilii definitioni se subjicere recusare-tiat.

etsi antiquissima declarandi articulos fidei, & hæreses damnandi ratio sit, Autoritas Conciliorum; Eandem tamen hoc tempore cessare, quia Papa liberos in Conciliis censores non admittat, imò major Conciliorum Decretis habere velit. Imperatorii muneris esse convocare Concilia, non Pontificii. Concilium Francofurtanum & Moguntinum à Carolo M. uti & alia à Ludovico & Lothario Impp. convocata, teste Historiâ. In Concilio Tridentino cuncta gesta esse ex Pontificis nutu & arbitrio, Præsides illius fuisse ejus Legatos, judicâsse ejus mancipia, & quidem propriâ in causâ, quin & locum non fuisse tutum, situm in Italia, quo Protestantes Germani trahi non debuerint. Ideò nunquam executionem Concilii Tridentini ab Impp. impetrari potuisse, sed potius pacem religiosam in Recessibus Imperii, & Capitulationibus Cæsareis esse confirmatam.

His stantibus, quem aut qualem controversiarum fidei Judicem dimittemus? Poterant iisdem argumentis uti, quotquot olim in Conciliis Generalibus sunt condemnati, & libertatis, & loci non tuti, & Judicis suspecti prætexere exceptionem; Jam *anno* 1524. *in Comit. Norimbergensibus*, ubi prima Concilii convocandi ad conciliandam religionem facta mentio, nullus convocationis alius adfertur modus, quam, ut habent formalia. *d. Recess.* §. 28. daß ein gemein/ frey Universal-Concilium der Christenheit/ durch Päbstliche Heiligkeit/ mit unser Bewilligung/ auffs allerförderlichst / so so ches immer möglich beschehen kan/ an gelegene Wahlstatt in Teutscher Nation/ wie sichs gebührt / verkündet/ und ausgeschrieben werde. *In Recessu Spirensi de anno* 1529. §. 1. hæc habentur: daß Ihro Käyserliche Maj. nicht allein gefällig das Concilium vorzunehmen / sondern auch zu fördern / damit solches durch Päbstliche Heiligkeit / neben Ihrer Käys. Majest. ausg. schrieben werde; quod repetitur in *Recessu Ratisbonensi de anno* 1532. *art.* 1. Nimirùm Concilium non posse congregari sine Autoritate Pontificis, tradit *Gregor. Tholosan. in syntag. jur. lib.* 15. *c.* 3. *num.* 6. qui solus in Ecclesiasticos Antistites habeat Imperium. Et de convocatione primorum Conciliorum Generalium videri potest *Laur. Bayerlinck. in Theatr. vit. human. tom.* 2. *verbo Concilium pag.* 322. ubi multa, quatenùs illa Concilia autoritate Pontificum, petentibus & faventibus Impp. sint convocata. Objectionem de loco diluit *Recess. Spirens. de An.* 1542. §. alsdann auch, ubi habetur, quod quidem Pontifex Concilium in Italia, Mantuæ, Ferraræ, Bononiæ & Placentiæ indicere voluerit, nihilominùs tandem consenserit, das Concilium gen Trient/ oder Camerich zu legen/ welche Städte beyde in Teutscher Nation gelegen. Quod si porrò reflectamus ad salvum conductum Statibus A. C. addictum, tam sancta fuit apud Invictissimum Imp. Carolum V. feliciss. record. promissorum fides, ut excusationem in hoc genere omnem excludat.

11. Longiorem Concilii Tridentini dilationem Imperatori malè imputari.

Anni tamen elapsi sunt, antequam congregaretur Concilium Tridentinum, cujus prima fuerunt initia, *Anno* 1545. finis *Anno* 1563. Moram hanc Imperatoris non fuisse testatur *R. I. de anno* 1544. §. 78. ubi refertur Imperatoris opera & diligentia, cui imputari minimè possit Concilii hucusque dilata convocatio, monitumque jam *Anno* 1530. §. 55. *in Comit. August.* daß sie sich der Nach-

Nachred müssigen sollen/ daß man das Evangelium und GOttes Wort unterdrucken/ und vertilgen wolle/ welches doch unser/ und gemeiner Stände Meynung nie gewesen.

12. Refertur porrò Impp. circa Religionem solicitudo & quid interim, usque ad definitionem Concilii fieri debeat.

Nunquam quievit intereà sollicitudo Impp. & cura pro Religione, Deique gloria, *in R. I. anno* 1524. prohibitæ editiones novorum de religione librorum, libelli famosi, vetitæque imagines, obscœnæ & infames, quod sub pœna capitis repetitum in *Recess. Imp. Augustano*, *anno* 1530. §. 58. Moniti status ut provideant, quo Evangelium, secundum verùm intellectum, & interpretationem receptorum in Ecclesia SS. Patrum sine seditione, & scandalo doceatur, quod unicum votum, mandatum, studiumque Impp. fuisse, *Rec. Imp. anno* 1525. §. 1. & 5. & *Rec. Imp. anno* 1529. §. 8. & 9. evidenter demonstrant. Itaque Conventu *in Rec. Imp. Spirensi de anno* 1526. §. 4. Biß zur Zeit des Concilii oder National-Versammlung/ in Sachen/ so das Edict durch Käyserliche Majestät auff dem Reichs-Tag zu Worms ausgangen/ betreffen/ für sich und mit ihren Unterthanen also zu leben/ zu regieren/ und zu halten/ wie ein jeder solches gegen GOtt/ und der Röm. Käyserlichen Majest. getrauet zu verantworten/ *In Comit. Spirens. anno* 1529. §. 3. eadem repetuntur, & §. 4. Weilen dieser Articul bey vielen in grossen Mißverstandt und zu Entschuldigung allerhandt erschrecklichen neuen Lehren und Secten seithero gezogen worden; statuitur iterùm quid interim, usque ad tempus Concilii observari fierique debeat.

13. Offertur Imp. Carolo V. Confessio Augustana & alia peculiaris 4. Civitatum.

His ita constitutis oblata est Imperatori Carolo V. in *Comit. Augustan. anno* 1530. *Augustana Confessio* à Joanne Electore Saxoniæ, Georgio Brandenburgico, Ernesto, & Francisco Fratribus & Ducibus Brunswicensibus Philippo Hassiæ Landgravio, & Wolffgango, Principe Anhaltino: Nec non sex Civitatibus, Norimbergâ, Reutlingâ, Campidonâ, Heilbrunnâ, Winsheimio, & Weissenburgo in Nortgaviâ, quæ quomodo publicè lecta, posteaque à præstantissimis Theologis confutata, & qualis resolutio Imperatoris subsecuta sit, litera hujus Recessus edocet.

Nec sola fuit hæc Aug. Confessionis exhibitio, mox aliæ quatuor Civitates, Argentina, Constantia, Memminga, & Lindavium peculiarem suæ fidei confessionem præsentarunt, §. 8. quæ denuò confutata est; Tum varia circa Religionis catholicæ capita, & abolitionem novorum dogmatum decreta, quæ per totum hujus Rec. tractum videre licet.

14. Quid porrò pro Religione Catholica in Comitiis Augustan. an. 1530 sancitum.

Imprimis Imperator §. 10. Cum Ordinibus statuit: Bey dem alten/ wahren/ langhergebrachten/ Christlichen Glauben/ und Religion, auch desselben/ ehrlichen/ löblichen Ceremonien/ und Gebräuchen/ in gemeiner Kirchen bis anhero geübt/ festiglich zu bleiben/ auch vor Entscheidung des General-Concilii keine Aenderung thun zu lassen.

15. Media alia conciliandæ Religionis.

Alia conciliandæ Religionis ratio allata in *Comit. Spirens. de Anno* 1544. §. 79. & *seqq.* Daß mittlerweil durch gelehrte/ gute/ ehr- und friedliebende Persohnen/ eine Christliche Reformation verfast werde/ desgleichen können die Stände auch thun/ und alsdann auff Christliche Vergleichung handelen. Tertius rei componendæ modus proponitur in *Comit. Wormat. anno.* 1545. nimirùm *colloquium*, de cujus præside, colloquentibus, & auditoribus pluribus illic agitur.

Sed cùm maxime circà id laboraretur, quid *interim*, usque ad Concilii definitionem observari, custodirique debeat, *R. I. Aug. anno* 1551. §. 3. *usque* 12. Atque interim armorum strepitus non cessaret; Tandem hæc omnia subsecuta est *Pax Religiosa* *anno* 1552. Passavii inita, & *anno* 1555. in Comitiis Augustanis confirmata, quæ ad octodecim articulos sequentes redigi posse videtur.

16. Pax Religiosa & ejus contenta Pacique illius repetitæ confirmationes.

1. Nullus Status Imperii propter Augustanam Confessionem invadatur, lædatur, opprimatur, neque invitus ab illâ, ejusque fide ritibus, ordinationibus, quas vel instituerunt Protestantes, vel instituturi sunt, in suis Principatibus ac Dominiis repellatur, gravetur, aut condemnatur.

2. Vicissim Status Augustanæ Confessionis contrà Catholicos nihil attentent.

3. Controversa Religio aliter quàm Christianis, amicis, ac pacificis viis & mediis non componatur.

4. Qui alterutri harum Religionum addicti non sunt, hac pace non comprehendantur.

5. Si Archi-Episcopus, Episcopus, Prælatus, aliusvè quispiam ordinis Ecclesiastici à Catholica Religione recesserit, Ecclesias & beneficia cum fructibus absque morâ quidem, sed sine detrimento honoris sui relinquat.

6. Bona Ecclesiastica, ante transactionem Passaviensem occupata, quæ ad immediatos Imperii non pertinent, neque intrà neque extrà judicium repetantur.

7. Ecclesiastica jurisdictio adversùs Augustanam confessionem, ejusque Ministros, ritus, ordinationes, quas instituerunt, aut instituent, quiescere atque suspensa esse & manere debet.

8. Catholicis Reditus, Census, Pensiones salvæ maneant, salvis juribus sæcularibus ejus Statûs, in cujus territorio isthæc sita sunt; Ecclesiarum quoque Ministeriis, Parochiis, Scholis, Eleemosynis, Hospitalibus, ex iis bonis provideatur, undè priùs providebatur non attento Religionis Discrimine.

9. Si super his præstationibus lites oriantur, per arbitros componantur.

10. Nullus Status alium, ejusque subditos ad suam Religionem compellat, nec eos arte aliquâ ad se attrahat, aut contra Magistratum suum in tutelam suscipiat, aut ullatenùs defendat.

11. Si aliqui Religionis ergò ex Statuum seu Catholicorum seu Protestantium provinciis aliò migrare velint, emigratio, bonorum-

norumq; distractio consueto emigrantium tributo, & si mancipia fuerint, lytro persoluto, absque impedimento, & honoris obligationumque præjudicio concedatur.

12. Si Compositio Religionis in Concilio Generali, aut Nationali, aut Tractatione Imperiali Comitiorum non sequatur, nihilominùs pax ista secundum omnes suprà dictos Articulos vigorem obtineat, usque ad finalem Religionis compositionem. Atque ita modò jam dicto, & aliàs undequaque constans, absoluta, sivè inconditionata, & perpetua pax constituta, & decreta sit ac maneat.

13. In hâc pace libera quoque Nobilitas Cæsari immediatè subjecta comprehendatur.

14. In Civitatibus Imperii utraque Religio, ubi aliquamdiu viguit, etiam imposterùm ita maneat. Et neutra pars alterius Religionem, & ritus abroget, vel ad eam deserendam alios compellat, sed utraque pacificè & quietè cohabitet.

15. Constitutiones Imperii vel aliæ ordinationes contrariæ nihil huic paci derogent, neque declaratio in contrarium dari, impetrari, acceptari possit, data verò, impetrata, acceptata nullius sit roboris, sivè in judicio, sivè extrà.

16. Hos Articulos Cæsar, Rex, eorumque successores inviolatè observabunt, nec contrà, seu ex potestatis plenitudine, seu alio prætextu agent, neque suo nomine agi permittent; Idem præstabunt Principes, Prælati, Comites, & Civitates Imperii, eorumque successores & hæredes, sub obligatione Cæsareæ, Regiæ, & Principalis dignitatis, fidei, & fidelitatis in verbo veritatis omni dolo secluso.

17. Ex utraque parte nec Cæsar, nec ullus status alterum quocunque modo per se vel per alios gravet, opprimat, lædat. Si quis adversus hanc pacem alteri vim, aut molestiam intulerit, Cæsar, aliique Status, id faciendi non solùm consilium, auxilium, patrocinium nullum præstabunt, sed contrà alteram partem auxilio, & patrocinio juvabunt.

18. Cameræ Imperialis Præses & Assessores secundum hanc pacem, non attentâ Religione, partibus jus dicant. Neque contrà hæc processum, aut mandatum decernant, vel alio modo agant.

Anno 1557. *in Comitiis Ratisbonensibus* confirmatur denuò tractatus Passaviensis, usque dùm negotium Religionis plenè definiatur, & quia quatuor componendæ Religionis modi allati sunt in medium nempè *Generalis*, vel *Nationalis Concilii*, *Colloquii*, vel *Comitiorum*, ex quibus via inter omnes expeditissima, Concilii nimirum Generalis propter bella Regum Christianorum, modò difficulter in effectum traduci possit, hinc colloquium Wormatiæ celebrandum Statibus placuit, §. 12. cujus modi & conditiones §. §. *seqq.* explicantur.

Anno 1559. *in Comitiis Augustanis*, per resignationem Imperatoris Caroli V. Ferdinandus Imperii administrationem assumens, quia per colloquium Wormatiense concordia Religionis obtineri non potuit, denuò Passaviensem Tractatum confirmavit; §. 3. 4. 5. quem & alius *anno* 1635. eodem in loco Rec. Imp. insequutus est, & tandem *Tractatus Pacis Osnabrugo-Monasteriensis* cruentis tot annorum bellis & certaminibus finem imposuit.

Compendium *pacis Germano-Suecicæ*, & *Germano Gallicæ* quidam paucis Carminibus complecti conati sunt, quæ ex *Caramuel. Lobkovviz. in pac. S. Rom. Imp. lic. demonstr. art.* 6. *in fine* huc apponere placuit, suntque sequentia: 17. Pax Westphalica ejusque compendium versibus comprehensum.

Articulis septem & denis pax Suecica constat,
Primus amicitiæ conjungit fœdere partes,
Præteriti immemores vult læsos esse secundus,
Pristina restituit ternus sua jura cuique,
Enumerat quartus speciales restituendos,
In Sacris quintus conflata gravamina solvit.
Helvetiis Sextus dat libertatis honorem;
Septimus in fœdus Calvinum pacis adoptat.
Jura politiæ Statibus bis quartus adumbrat,
Flori restituit veteri commercia nonus.
Bellorum decimus partitur præmia Suecis.
Brandenburgiaco Undecimus Pomerana resarcit.
Mechlenburgiacis bis senus adempta rependit,
Braunsvvigum decimi demulcent munera terni.
Dat Brandenburgo decimus cœnobia quartus,
Hassum ter quino placant, & Clerus & Hassus,
Arma bis octonus sistit pacemq; reducit,
Septimus hanc firmat decimus, redditque perennem.

Propositiones omnes & Articulos pacis Germano-Gallicæ idem ad hos paucos versus reduxit:

Articulis quatuor minor est pax Gallica Suecâ,
Non nihil in rebus varians, ut & ordine rerum,
In quatuor primis (nisi quod removetur Iberus)
Vix est disparitas in re; neque discrepat ordo;
Quintus inest quinto Gallorum & septimus uni,
In Sexto sociis Gallus dat præmia Cattis.
Helvetiis quod Sextus ibi, dat septimus isthic,
Nonus & Octavus similis sunt prorsùs utrisq;.
At decimus Gallum plumis aquilaribus ornat.
Undecimo in partes Galli pax Itala transit,
Ultimus his illisq; ferè, & penultimus idem est.

Hæ proindè pacificationes videntur esse *Palladium Germaniæ*, quod sine totali ejus convulsione tolli non possit.

Quid verò si unus Status alterum propter Religionem, aut Magistratus subditos violenter invadat, aut turbet? prospectum huic 18. Si Status alterum aut Ma-

gistratus subditos in Religione, aut propter eam turbet, quomodo turbato succurrendum.

huic rei est, in *Comit. Spiren. anno* 1529. §. 10. ubi contra cujusque violentiam, & offensionem sequentia statuuntur: Daß keiner von geistlich- oder weltlichem Standt den andern Glaubens halben vergewaltigen/ dringen oder überziehen/ noch auch seiner Rendt / Zins/ Zehend/ und Güther entwehren/auch keiner des andern Unterthanen und Verwandten / des Glaubens/ und andern Ursach halben in Schutz und Schirm wider ihre Obrigkeit nehmen sollen noch wollen / sub pœnâ des Landt-Friedens zu Worms / welcher alles seines Innhalts gehalten und vollzogen werden solle/und dafern wieder alles obgemeldt ein Standt den andern mit Heers-Krafft / oder sonst gewaltiglich überziehen wolte / disponitur §. 11. Alsdann das Käyserlich Cammer-Gericht auf Ansuchung des oder deren/ so sich überzugs besorgen / und sich gebührlich Rechtens erbotten / völligen Befelch / Gewalt und Macht haben / denen so in Gewerben / und Rüstung stunden / bey der Pöen und Straff der Acht / von solchem seinem gewaltigen und thätlichen Fürnehmen und Uberzug abzustehen / und sich gebührlichen Rechtens begnügen zu lassen / zu gebieten / §. 12. ordinatur, quo modo fiscalis Cæsareus contra contumacem & inobedientem ad declarationem pœnæ mandato insertæ procedere, & ipsa demùm declaratio fieri debeat; quodque nihilominus contrà omnes auxiliatores armatos mandata dehortatoria sub pœnâ banni publicari debeat. Desgleichen die andere anstossende gelegene Reichs-Standt / auch alsbald bey berührter pöen der Recht zu handthabung alles / wie obstehet / erfordern / und ermahnen dem Vergewaltigten mit stattlicher Hülf zuzuziehen und Rettung zu thun.

Und solle ex præscripto §. 13. Der Vergewaltiger ihren auffgewandten Kriegs-Kosten abzutragen / und zu erstatten schuldig seyn / und in der Helffer Willen stehen / den Vergewaltiger alsbaldt mit der That zu ablegung des Kostens zu vermögen / oder auff Mässigung des Cammer-Gerichts also fürderlich ungeweigert seyn soll.

Idem repetitur in *Comit. Augustan. anno* 1530. *à* §. 66. *usque* 69. *&* confirmatur in *Instrumento pacis Cæsar. Suec. art.* 17. §. qui verò huic transactioni, vel paci publicæ, consilio vel ope contravenerit, vel executioni, aut restitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo suprà convento, & sine excessu factâ restitutione, sine legitimâ causæ cognitione, & ordinariâ Juris executione restitutum de novo gravare tentaverit, sive Clericus, sive Laicus fuerit, pœnam fractæ pacis ipso jure & facto incurrit, contraque eum juxtà Constitutiones Imperii restitutio, & Præstatio cum pleno effectu decernatur, & demandetur. Item in §. *Veruntamen Vers.* Et nulli omninò Statuum Imperii liceat jus suum armis persequi, sed si quid controversiæ sive jam exortum sit, sive posthac inciderit, unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ pacis. Atque cum in *Comit. Ratisbonens. de anno* 1654. §. Den zweyten Puncten. 191. casus restituendorum ex capite Amnestiæ & gravaminum ad ordinariam deputationem Francofurtensem remitterentur: Tamen §. sequenti 193. si attentata interim fiant, vel aliquis in possessione suâ turbetur, sancitum, Wir setzen und ordnen auch / daß kein Standt gegen den andern / oder dessen Landt / und Leuth / oder auch gegen seine eigene Unterthanen / und Bürger in Religions-Sachen / wieder den Frieden-Schluß mit Gewalt / und eigenmächtiger Beginnung daß geringste nicht attentiren / oder vornehmen / sondern ein Jeder das jenige / was er vermeint / daß es ihme gebühre / mit behörigem Weg Rechtens suchen / und denen / so darwider beschweret würden / auf Begehren mandata inhibitoria gehöriger Orthen ertheilt / und vollzogen werden sollen. Quâ Constitutione novissimâ meritò violentiam passis succurritur; quia enim Deputatio Francofurtensis evanuit, aut contra omnia jura oppressionem patienter ferre deberet ab Altero iniquè læsus, & possessione suâ destitutus; donec aut alia deputatio, vel Comitia Imperii convocarentur: vel prospiciendum ipsi fuit de judicio, & Judice, qui ipsum remedio quodam provisionali contra vim & injuriam tueretur.

19. Post dissolutam Deputationem Francofurtensem in causa turbatæ Religionis quis judex quod ve judicium.

Quod eò magis admittendum, qui turbandi præjudicium irreparabile, si alter in possessorio summariissimo manuteneatur, non infertur, ut potè cum illud in possessorio ordinario vel petitorio statim reparare possit adeoque sententia in summariissimo lata, non definitiva, sed tantùm interlocutoria sit. Hinc si circà decernendos processus in casu turbatæ Religionis, inter Consiliarios utriusque Religionis in summis Imperii Tribunalibus diffidia oriantur, non est coarctanda Imperatoris jurisdictio, quasi causa *ex* §. *Visitati autem. Consilii Aulici, &c. art.* 5. *Instrum. pacis*, ad Comitia remittenda foret, quia hic non, hic sunt verba, *d.* §. *in dijudicandis causis*, sed saltem circa decernendos Processus versamur, ubi constitutio novissima *Recess. de anno* 54. Imperatoriam jurisdictionem intra Cancellos angustos non constringit. Nec ferri posset Barbaries, ut læsus vel turbatus sine omni jure & judice alterius oppressionem pati teneretur. Quid enim absurdius, ait Referens apud *Gilman. Tom. part.* 1. *vot. n.* 6. dici aut cogitari potest, quàm in levioribus causis concurrentibus qualitatibus *O.C. tit.* 23. *part.* 2. sine clausulâ mandari posse; in causa Religionis, si eædem qualitates concurrant, non posse. Quasi verò turbatio contrà pacem Religionis non sit delictum, aut quod minuat, & non aggravet potius delictum; Quin imò in tali casu turbatæ Religionis, etiamsi subditi contrà Magistratum conquerantur, opus non esse molestanti priùs um Bericht zu schreiben / si de narratis sufficienter constet, idem asseris *n.* 11. quia Mandata contrà Magistratum ex *Rec. I. anno* 54. §. Benebens sollen. 99.

subdi-

subditis non denegari, sed tantùm, *non facilè* sine præviis literis informatoriis, decerni jubentur. Et in *Cap. Cæsar.* §. 18. id saltem statuit, ut in causis supremæ Territorialis Jurisdictionis & Regalium, in specie juris collectarum, sequelæ, ac similium, diversimodè, *ad nudam instantiam subditorum*, antequam Electores, Principes, ac Status desuper debitè audiantur, mandata cum & sine Clausulâ non decernantur. Undè consequitur, quod si factum non sit, dubium, sed aliqualiter, etlicher massen. secundum *R. I. anno* 54. §. alle Supplicanten. 79. probatum, processus decerni debeant; quâ de causâ apud *Gilman. d. l.* Assessores tertiò mutati, aliique deputati sunt, donec de Processibus decernendis convenirent.

20. An cum Reipubl. quiete exercitium diversarum relig. consistere possit.

Videbatur multis Theologis politicisque res impossibilis, ut duarum Religionum publicum exercitium cum pace Reipublicæ consisteret, *Thes. Basil. vol.* I. *disput. de confratern. th.* 56. quantas enim turbas, civiliumque tumultuum tempestates excitavit hactenùs de Religione inter Imperatorem & Ordines, inter Principes & Subditos contentio? Galliam Hugonottæ, Belgium Geusii bellis acerrimis dilacerârunt. Nihil namque violentiùs est, quam ubi rebus gerendis divinum numen prætenditur, cum uti corpus non nisi unâ animâ, ita regnum non nisi unâ Religione possit informari. Si Rex uni faveat, inimicum habiturum alterum, Ecclesiasticum Magistratum in alteram partem nil posse disponere, fieri posse, ut multi ad Castra diversæ Religionis transeant. In Imperio quidem Turcico tolerari Græcos, Schismaticos, Judæos, Christianos, ut & Persicæ Religioni, quæ Turcis detestabilis est hæresis, addictos, sine ullâ pacis publicæ perturbatione. Hos tamen omnes miseram servire servitutem, Rempublicam non tractare, à militiâ & honoribus excludi, gravissimis Vectigalibus exhauriri, Turcarum denique libidini, mancipiorum instar, subjacere, non absimili ratione, quâ in plerisque locis Judæi à Christianis Principibus tolerantur, permittunturque non solùm in suâ perfidiâ permanere, sed etiam Synagogas, & ut ipsi loquuntur, scholas ædificare, & in iis exercitii Judaici aliquam umbram celebrare, idque sine periculo perturbandæ quietis publicæ, defectu potentiæ, quâ misera illa orbis ejectamenta, ac vilia capita penitus carent. Et quamvis in aliquibus Religionibus cuilibet conscientiæ relinquatur libertas, eò quod ibi verissimum videatur, quod Theodoricus Imperator olim ad Senatum Romanum scripsit: *Reges Religionem imperare non posse*, quia nemo cogitur ut credat invitus: tamen diversarum Religionum publica exercitia non judicant esse toleranda, quæ & alia argumenta latè persequitur, *R. P. Carol. de Grobendonc. tr. de ortu & progress. Spir. polit. lib* 10. *c.* 17. §. 1. & 2. Et profectò negari non potest, unitatem Religionis quam maximè conducere ad Reipubl. tranquillitatem, ut indè etiam illi, qui Religionis libertatem urgent, ubi tamen Imperio prævalere possunt, suam tantummodò Religionem admittant.

Sed cùm Imperium nostrum, nullis Cæsarum curis aut laboribus intermissis, eò felicitatis assurgere hactenùs non potuerit, id saltem nobis solatio esse potest, quod juris publici Sanctionibus ita prospectum sit Imperii saluti, ut à conditâ pace nullis bellorum procellis hæc Religionis dissidia eam involverint. Nec tamen spes omnis ad Religionis Concordiam decollavit, quod ipsum Instrumentum Pacis ostendit in verbis: *Donec de Religionis controversiis conveniatur.*

Interim peritum licet imitari navarchum, qui cùm videt ob vim tempestatis adversæ, cursum se directum in mari tenere non posse, obliquo aut indirecto utitur, vel planè tempestati cedit, ne navis in extremum periculum deducatur.

Non minoribus animis à Theologis Politicisque utriusque Religionis acriter disputatum, an Pax Religiosa *de anno* 1555. & Monasteriensis *de anno* 1648. sit licita; Testantur id scripta & Judicia Theologica passim typis evulgata; Plerique Theologi Catholici asserebant, pacem hanc cooperari hæresi, injuriam inferre veræ Religioni, esse causam perditionis animarum, usurpationem potestatis non competentis, repugnare officio & juramento Cæsaris Statuumque Catholicorum, maxime Episcoporum, esse frustratoriam, ipsoque bello periculosiorem, Ecclesiæ Dei, Summorum Pontificum, SS. Patrum & Veterum Dd. suffragio destitui ac damnari; quæ omnia fusè persecutus est *Ernest. de Eusebiis in Jud. Theolog.* quod scriptum multos ad hujus materiæ tractationem excitavit. Quid enim non petitum, quid non per has pacificationes concessum est? testantur id tot Episcopatus, tot alia bona Ecclesiastica A. C. Principibus cessa. Et tamen Pacem hanc licitam bonamque esse defendit *Caramuel. Lobkovviz. in Pac. S. R. Imp. licit. demonstr. per tot.* Pacem non continere tot malitias, quibus inuritur, inquæ iniri debuerit pro Ecclesiæ & Imperii Romani conservatione, si enim è duobus malis unum tantum possit evitari, minus permitti debere, cum Deus nec impossibilia præcipiat, nec inhibeat necessaria. Quod si verò ita feliciter res fluxissent, ut certum fuisset, Pacem si differretur, melioribus olim articulis ineundam, bellumque si maneret, Orbi Christiano utilius futurum, hoc quidem casu pacem iniri non potuisse. Sed si res ita sit in arduo posita, ut omnia deteriora timeri debeant, ut inevitabilis permittendi necessitas adsit, ut nulla diligentia ad obtinendam sit sufficiens, Pacem iniri posse, non cooperatione morali, sed mera permissione interveniente. Ita Justin. Cæsarem instante Theodorico Italorum Rege, ne majus malum cogeretur permittere, Arrianos expulsos suis Ecclesiis & muniis restituisse; prout latè deducit *supra cit.*

21. Referuntur argumenta Theologorum & JCtorum qui Pacem Religiosam licitam vel illicitam dixerunt.

cit. Caramuel. art. 8. *per tot.* scilicet nec colloquio Ratisbonensi *Anno* 1541. ubi *Joannes Eckius*, inter Catholicos primas, Antagonistam habuit Martinum Bucerum: nec Colloquio Augustano de *Anno* 1548. aliquid effectum, nisi quod in hoc *libellus interimisticus* publicatus est. Ex similibus argumentis Pacem Saxonicam *anno* 1635. Pacem Hungaricam *anno* 1648. esse conclusam. Justificari omnia ex eo, si minoris mali electio & majoris necessario imminentis sit evasio. Quidquid de suspensione jurisdictionis Ecclesiasticæ resolutum, id ab Episcopis, Antistitibus & Theologis esse resolutum. Plura hic addere supersedeo, Lectoremque ad supra allegatam *demonstrationem Caramuelis Lobkovviz. Pacem S. R. I. licitam esse*, remitto.

His omnibus adhuc adjiciendum quæ de Sanctissimi Sacramenti Altaris transsubstantiatione panis & vini in Sanctissimum corpus & sanguinem Domini Nostri JESU CHRISTI, nec non communione & sumptione sub una specie S. Catholica sentit Ecclesia. Animadverti audivique sæpius ab A. C. personis non solùm plebejis, sed &, cum admiratione mea, literatis, ipsosmet non capere doctrinam Lutheranam circà hoc mysterium. Interrogavi enim, quarè profundam facientes reverentiam & genuflexionem accedant ad altare communicaturi, an hanc ceremoniam exhibeant Pastoribus suis; an verò post verba consecrationis, *hoc est corpus meum*; jam præsenti sub specie panis & vini Salvatori nostro JESU CHRISTO; responsum mihi est, eam humillimam genuflexionem exhiberi præsenti post consecrationem sub specie panis & vini benignissimo nostro Salvatori, ne verba consecrationis sint inania, & sub conditione sumptionis posita, post quam demum præsentia Sanctissimi corporis & sanguinis contingat, neglecta prius veritate verborum de præsenti, *hoc est corpus meum*. Replicavi, hanc non esse Religionem Lutheranam, omnem Sanctissimi Sacramenti substantiam collocari in sumptione, quâ deficiente sine ullo verborum consecrationis, remanere panem & vinum, & solâ sumptione demum *sacramentaliter*, uti loquuntur, fruantur corpore & sanguine Salvatoris, nec fidem habentes Christo, qui antè sumptionem dixit, *hoc est corpus meum*, nec propriis à se pronunciatis verbis consecrationis. Quare enim S. Paulus dicit, *indignè communicantes reos esse Corporis & sanguinis Christi*, si illud verè & realiter non, sed, ut Reformati loqui amant, saltem *significativè* adest? Confusi sunt hæc audientes, qui Servatoris præsentiæ exhibere se submississimas genuflexiones existimabant. Melius longè sentiunt Catholici, qui Christo piè & devotè credunt, dicenti: *hoc est corpus meum*. Credamus Christo, nil hoc verbo veritatis verius! Quod si negetur, fortassis exindè provenit, quia potestas consecrandi legitimè non vocatis Sacerdotibus deficit, ut nec consecrationis verba, & multò minus sumptio Sanctissimum Sacramentum repræsentat, ad animarum salutem tàm necessarium.

22. De transsubstantiatione panis & vini in Corpus & sanguinem Christi Domini.

Videtur etiam scrupulus inhærere animis eorum exindè, quia communicaturos die festo, præcedenti vesperâ, quam præparationem appellant, accuratè numerant, qui omnes Altare circumire tenentur, ne plures consecrentur hostiæ, & vini quoque mensura ita dirigatur, ut nil supermaneat, absque veneratione. Catholici credunt verbis Christi Domini cum tota primitiva Ecclesia: Atque ipse Lutherus hoc credit in *Tomo* 2. *Wittenbergensi fol.* 221. ubi dicit: Es soll mir kein Hader gelten/ es bleibe Wein da oder nicht/ mir ist gnug/ daß Christi Blut da seye/ es gehe dem Wein wie GOtt wolle. *S. Cyprianus de cœna Domini* scribit: Dieses Brodt nicht der Gestalt/ sondern der Natur nach verändert/ ist durch die Krafft des Worts Fleisch worden. Horrendum enim est diffidere de omnipotentia Dei, & aliter interpretari velle verbum *hoc*, dum Christus dixit, *Hoc est Corpus meum*, licet remaneant exteriores species sive figura, cum substantia & exterior species diversæ res sint, quas Christus, verus Deus & homo, per omnipotentiam suam potest separare, & exteriores species, sinè substantia, quæ in illis erat, conservare, seque ipsum in locum prioris substantiæ præsentem ponere, cum apud Deum nihil sit impossibile, *Luc.* 1. Si itaque substantia Panis & Vini mutatur, atque Christus, per potestatem & consecrationem legitimi Sacerdotis, Sanctissimum suum corpus & Sanguinem, sub specie Panis & Vini, absq; ulla externa mutatione eorum, simul cum Sanctissima anima & Deitate, realiter & plenè constituit, tunc non amplius potest dici, Christum esse in, cum & sub pane præsentem, vel adhuc adesse Panem & Vinum, sed Christum Dominum ipsum, per suam omnipotentiam & amorem animarum, nihil remanente de Pane & Vino, præter externas species, gustu scilicet, sapore & colore realiter esse præsentem. Ideoque *S. Paulus* 1. *ad Corinth.* 10. *vers.* 16. ait, consecratum panem & vinum communionem sive communicationem esse Sanctissimi Corporis & sanguinis Domini nostri JESU CHRISTI, quam participant omnes qui de manu Sacerdotis illam accipiunt. Quomodo ergò negari potest mutatio & transsubstantiatio panis in Sacratissimum Corpus Christi, contra ejus clarissima & apertissima verba, & contra Doctrinam SS. Patrum & totius Ecclesiæ. Sic enim *S. Cyrillus*, Episcopus Hierosolymitanus, anno 270 docuit, *Catech.* 4. *Mystagog.* Christus hat einmahl zu Canâ in Galilæa das Wasser in Wein welches dem Blut etwas ähnlich ist/ durch seinen Willen verwandelt/ wie solte er nicht würdig seyn/ daß man ihme glaube/ er habe Wein in sein Blut verwandelt? Item: Unter der Gestalt des Brodts wird der Leib/ und unter der Gestalt des Weins das Blut gegeben/ damit durch die Geniessung derselben

selben du seines Leibs und Bluts theilhaff-tig würdest / und Christum in dir tragest. Et paulo postea: Dieses solst u wissen / und für ungezweiffelt halten / daß dieß Brodt / so wir sehen / nicht Brodt seye / ob es schon der Geschmack also empfindet / sondern der Leib Christi; und daß der Wein / so wir sehen / nicht Wein / sondern das Blut Christi seye / ob es schon dem Sinn anderst fürkommet. Eadem plane doctrina continetur in Confessione Augustana An. 1530. Imp. Carolo V. exhibita in Art. 10. verbis sequentibus: Vom Abendmahl des HErrn wird also gelehret / daß der wahre Leib und Blut Christi warhafftiglich unter der Gestalt Broots und Weins gegenwärtig seye und da ausgetheilet und genommen werde.

Ex erroneâ opinione A. C. addictorum, quod SS. Corpus Christi Domini post consecrationem & antè sumptionem realiter verè non sit præsens, fluit alter gravissimus error, quod venerationem & adorationem Sanctissimi Sacramenti negligunt & contemnunt, non credentes neque Deo neque Ecclesiæ.

23. Corpus Christi ante, in & post communionem jam primitiva Ecclesia adoravit.

O cœcas hominum mentes, o pectora cœca! Aliud longè sensit primitiva Ecclesia, quæ Sanctissimum Christi corpus in Sacramento, ante, in & post communionem semper adoravit & venerata est, quod tantæ historiæ & miracula ubivis locorum sufficienter contestantur, & *S. Chrysostomus Tom. 6. homil.* 61. ad Populum Antiochenum dixit: *Adora & communica, hoc corpus reveriti sunt Magi & adoraverunt.* Imitemur saltem barbaros, qui Cœlorum Cives sumus, excitemur igitur & majorem quam barbari illi, præ nobis feramus pietatem: prout ait *S. Chrysostomus: Ascende igitur ad Cœli portas, & diligenter attende. Etenim quod summo dignum honore, id tibi in terra ostendam; Dei Corpus in terra videndum tibi proponitur, neque Angelos, neque Archangelos, non Cœlos Cœlorum, sed ipsum horum omnium tibi Dominum ostendo.* Nimirum fideles primæ Ecclesiæ Sanctissimum Sacramentum secum in domos suas deportarunt, ut tempore persecutionis illo fruerentur. Itaque *S. Cyprianus*, Carthaginensis Episcopus & Martyr *An.* 261. in Sermone seu libro de Lapsis scribit: cum quædam arcam suam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est. Alius, qui & ipse maculatus, Sacrificio â Sacerdote celebrato, partem cum cœteris ausus est latenter accipere, Sanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem se ferre apertis manibus invenit. Antiquitus enim non ex manu Sacerdotis in os communicantis accipiebatur Eucharistia, sed communicans ex suis propriis manibus illam accipiebat; & tradit *R. P. Salmeron in tom.* 14. *disput.* 29. se putare Christum Dominum non tradidisse propriis manibus in ora Apostolorum Eucharistiam, sed ex Patina quemque suam sumpsisse particulam, prout moris fuit in primitiva Ecclesia usque ad Sextam Synodum; nec obest argumentum â Catholica Religione alienorum, quando dicunt, si Christus Dominus ante & post sumptionem præsens esset in Ss. Sacramento, multis eum incommoditatibus fore subjectum, cum pedibus conteri, â bestiis manducari, & putrefieri posset. Nam hoc modo cum Manichæis idem argumentum procederet, quod moverunt illi contra incarnationem Christi Domini; qui postea multis injuriis posset affici. Nihilominus tamen naturam humanam Salvator noster assumpsit, in eaque passus est, & nos redemit, non attento omni cruciatu & contemptu pro nobis perferendo. Ita pariter in Ss. Sacramento realiter præsens esse credendus est, quamvis exteriores Sacramenti species variis incommoditatibus sint subjectæ, quia hæ non nocent Corpori Christi Domini, quod in Ss. Sacramento glorificatum est, sicut Deitati non nocet, quicquid in natura humana Salvator noster pertulit. Ideoque magna facienda distinctio inter corpus glorificatum, quod nulli amplius passioni subjectum est, & propterea dividi amplius nequit, & inter corpora nostra, quæ ex substantia sua omnibus injuriis sunt subjecta. Corpus autem glorificatum Christi Domini, in Ss. Sacramento sub externis speciebus præsens, & Sacramentaliter, sed tamen realiter existens, multo nobilius est, quam anima in corpore, cum quo licet sit unita, tamen non consumitur, nec comburitur, licet corpus talia patiatur: Itaque Ss. Corpus Christi, quamvis externæ species panis frangantur, conterantur, & alios casus patiantur, tamen glorificatum Ss. Christi Corpus, propter ineffabilem existentiam quam habet, corporis incommoditatibus non potest affligi, nec ullam pati corruptionem vel mutationem, cum tam diu solum præsens maneat; quamdiu exteriores species non corrumpuntur, cum quibus, naturali modo, substantia panis non potuisset subsistere. Nam sicut substantia panis in talibus accidentibus perit, & non amplius existit; Sic Divinæ providentiæ & omnipotentiæ convenit, quod sicut corpus suum glorificatum, sub specie panis, post consecrationem Sacerdotis præsens constituit, ita præsentiam ejus iterum subducat, & talem permittat materiam, ex qua, secundum naturæ cursum id fiat, quod in aliis fieri solet, cum Deus, absque singulari causa, nullum miraculum vel mutationem operari soleat; & tamen multæ reperiuntur in variis locis particulæ Ss. Corporis, in quibus miraculosè apparet Sanctissima Christi Caro & Sanguis, quæ seculorum spatio non sunt corruptæ.

24. De communione sub una specie.

Similis crassus & jam â primo & sequentibus Ecclesiæ seculis confutatus est error de Ss. *communione sub una*, quam in primitiva Ecclesia semper fuisse observatam egregie, ab uno seculo usque ad alterum deducit, *R. P. Edmund Bauman, Franciscanus, in Libell. cui nomen*: Alter Bestand Catholischer Warheiten von dem *Sacrament*

des Altars vor/in/nach der *Communion* und heilgen Abendtmahl/ in einer Gestalt/ durch die erste Christliche sechs-hundert und mehr Jahr ausgeführet/ ubi ex Sacra Scriptura communionem sub una clarissime probat, una cum doctrina Ss. Patrum omnium Seculorum, & ipsum Christi Domini exemplum in Emaus, nec non tot loca Sacræ Scripturæ, ubi de sola fractione panis fit mentio, *Act.* 2. *V.* 42. & *C.* 20. *V.* 7. citans quoque *S. Irenæum,* Episc. Lugdunensem & Martyrem, *Anno Christi* 180. nec non *S. Cyprianum An.* 261. Concilium Nicænum ex 318 Patribus congregatum, *An.* 325. *S. Gregorium Nazianzenum An.* 370. *S. Ambrosium An.* 397. qui sub una specie Ss. Sacramentum ante mortem suam recepit. *S. Hieronymum Anno* 390. *S. Augustinum, Anno* 420. *in Tom.* 10. *serm.* 46. *in Joannem* ubi ait: *quanta sollicitudine observamus, quando corpus Christi nobis ministratur, ut nihil de ipso ex nostris manibus in terram cadat, quia punibilis sit ille, qui corpus Christi in terram sua negligentia cadere permiserit;* & porro testatur; *omnes viri quando communicare desiderant, lavant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi corpus Christi accipiant.* Quæ clarissima sunt communionis sub una testimonia & probationes. Itaque non privant Catholici Laicos media parte Sanctissimi Sacramenti, cum totum Ss. Sacramentum sub una specie integrum contineatur, nec ullum præceptum divinum ostendi possit, de communione Laicorum sub utraque specie, quamvis id fieri posse Catholici

Necessario sumenda. diffiteantur, sed necessitatem negant, quæ nullibi probari potest, & contraria est doctrina S. Ecclesiæ Primitivæ, quam Spiritum S. in omnem veritatem deduxisse ipsi Adversarii confitentur. Neq; prodest illis, quasi per figuram Rhetoricam, Synecdochen scil. partis pro toto, quoties in Sacra Scriptura mentio fit solius Ss. Panis, Sanguis quoque seu calix sit subintelligendus, quia gravissima in Christum Dominum fieret imputatio, quasi in tanto Mysterio nostræ Salutis viam voluisset aperire erroribus per figuras Rhetoricas. Hæc annotare breviter volui in Venerationem, Laudem & gloriam Ss. Sacramenti, nihil aliud magis exoptans, quam ut omnes credant verbis Christi Domini, & primitivæ Ecclesiæ, nec non Ss. Patribus, qui omnes melius ex primis seculis omnia ista tradiderunt.

25. De jejunio & abstinentia. Adjicio finaliter quædam de *jejuniis* Ecclesiæ Catholicæ, cum Christus Dominus ipsemet jejunium & abstinentiam elegerit, & tanquam armis contra Dæmonem sit usus. Hinc *S. Petrus* 1. *vers.* 5. omnes fideles ad sobrietatem hortatur, dum ait: *Sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester fortis est, circumiens & quærens quem devoret.* Itaque Christus Dominus jejunium assumpsit, ut suo facto testaretur, Evangelium ab astinentia & jejunio initium sumere. Ut enim Spiritum suum per jugem deprecationem Deo Patri offerebat, ita & corpus per jejunium sanctificans, holocaustum in odorem suavitatis offerebat, ut hoc Salutari antidoto, quod Adam per Gulæ vitium amisit, Christus nobis suo jejunio restitueret & compensaret, neque dubium est sæpius Christum jejunasse, sicut Judæis quolibet anno in die propitiationis præceptum fuerat, aliorum verò jejuniorum Christi Domini Evangelistæ non meminerunt, quia non pertinent ad novam legem, neque nobis imitanda proponuntur. *Jejunium* verò *quadragesimale*, personale haud fuit, nec ad Legem Moysi pertinens, sed ad Legem novam, quam tanquam Legislator traditurus erat, jejunium suo exemplo commendavit. Jejunavit autem 40. diebus, ut proderet potestatem suam plusquam humanam, quia homo naturaliter ultra 7. dies famem sustinere non potest. Convenit quidem jejunium *Eliæ* & *Moysis* in numero dierum, sed illis fortitudo supra naturam collata est, colloquio & gratia divina: Christus autem non ex vi ac subsidio cibi alicujus præsumpti, sed ex virtute Dei, quam Moyses munere. Divino habuit, Christus verò à seipso, quandoquidem Deus est, jejunium sustinuit. Post jejunium verò ad priorem vitam Christus Dominus rediit. Assumpsit autem Christus *jejunium quadragenarium* partim ad exemplum nostrum, partim verò ad vim potestatemque suam declarandam: Unde quod virtutem Dei indicat, nobis ad imitandum propositum non est, nempè, ut quadraginta diebus continuis à cibo prorsùs abstineamus; quod in Christo admirandum est ac venerandum: quatenùs verò ad documentum nostrum susceptum est, debemus jejunare, eumque pro modulo ac virili nostrâ, sicut & in reliquis ejus virtutibus, imitari.

Quemadmodum enim ad crucem ferendam suo nos facto & Exemplo Christus invitat, neque tamen Nos parem cum illo gestamus nempe Crucem, tam asperam & ignominiosam, verum debiliorem, atque Viribus Nostris imbecillioribus magis accommodam portamus, atque in eo Christi invitationi voluntatique obsequimur, ita similiter de jejunio sentiendum est, ut ex parte imitemur, quæ omninò assequi non possumus. Non itaque audiendi sunt, qui dicunt, non possum jejunare, aut esurire, quia ut esuriant, institutum est jejunium, ut per esuriem detur locus cibo spirituali appetendo.

Jejunium verò consistit in cibi potûsque parsimonia. Et aliud est *naturale*, quando omni prorsùs cibo potuique parcimus. Aliud *morale*, quando parcè & sobriè comedimus ac bibimus, ad temperantiæ leges, & bonarum actionum rationem conservandam. Altera species jejunii Moralis, est *Jejunium Christianum* seu Evangelicum, ut carnem castigemus, non tamen ultrà quam robusti corporis valetudo concedit, & eo solùm fine, ne gratiæ divinæ consecutio- 26. Jejunium quotuplex, & in quo consistat.

nem

nem impediat caro, & ne æternam gloriam propter carnis commoda amittamus; Non autem fuisset jejunium in Paradiso terrestri, nisi Adam peccasset: alioqui peccatum fuisset innocentem carnem & immerentem propter peccata, quæ nulla illi inerant punire; Neque tamen repugnat in Paradiso fuisse jejunium, vel potius ciborum delectum, non quidem ad flagellandam carnem, verùm ad probationem, sicut reverà interdictus fuit certi ligni scientiæ boni & mali esus ad obedientiam Adami explorandam. Verum hoc jejunium observari potest nullo ciborum delectu, neque præfixa temporis ulla mensura, quatenus quisque bono Spiritu ductus vel carnem suam macerare vult, vel DEO propter offensas satisfacere, vel Christum imitari crucifixum, vel dona à DEO impetrare. Astringimur verò ad jejunandum *jure naturæ*, & per consequens divino. Jus quippe naturæ cupiditatibus carnis repugnandum esse docet opportunis remediis, inter quæ est jejunium; licet lege naturæ modus jejunandi non præscriptus, neque etiam ab ipso Christo Domino. Arctamur tamen ad Ecclesiasticum jejunium, cujus modum ac formam in quantitate ciborum mensuraque temporis Ecclesia præscripsit, videlicet tempore quadragesimæ, quatuor anni temporibus, Beatissimæ Virginis, Apostolorumque, ac quorundam aliorum excellentium Sanctorum Vigiliis, quibus abstinendum ab esu carnium, ab ovis & lacticiniis, semel tantum in die comedendo, quæ ad formam modumque jejunii referuntur, quæque ab Ecclesia, quæ talia statuendi potestatem habet, fidelibus sunt commendata. Quamvis in variis Provinciis & locis aliter observetur jejunium, & ipsi Theologi inter se non conveniant, aliis liberalius aliis strictius jejunium interpretantibus, cum etiam nulla ab Apostolis habeamus specialia præcepta. Nihilominùs non speranda sunt Ecclesiæ præcepta, quorum transgressor æterni ignis tormentis se subjicit. Prout deducit *R. P. Salmeron in Tom. IV. part.* 1. *tract. X. & XI.* ubi multa de jejunio differit, quod sit medicamentum animæ, & antiquum non recens inventum, quod multos circumferat fructus, & illo acquiratur temperantia, quam in divinis sequitur fortitudo atque prudentia, cæterarumque virtutum chorus & Comitatus, & mens ad cœlestia inflammetur: Porrò *Tom. V. Tract.* 55.

27. Qui à jejunio excusantur.

tradit: Ecclesiam minimè obligare ad jejunium eos, qui vel omninò, vel secundum partem imbecilles existunt, quales sunt infirmi, pueri & senes, viribus destituti, mulieres gravidæ & lactantes, laborantes propriis manibus, qui non valent uno prandio corporis necessitati satisfacere, pedibus præsertim peregrinantes: Isti ac similes lege jejunii nequaquam tenentur. Sed qui non potest integram quadragesimam, jejunet saltem vel mediam, vel tertiam partem; quod si non valet jejunare, servet saltem delectum ciborum. Si servare ciborum delectum non potest, vescatur ovis, antequam accedat ad esum carnium, & ante has licentias prius medicum, tum corporis tum Spiritus consulat: qui nisi videant apertam & manifestam necessitatem, debent illi suadere: *Facito periculum & proba, an possis jejunio Ecclesiæ satisfacere.* Sæpe enim putamus nos esse invalidos ad multa, quæ si conemur adgredi & perferre, egregie valemus præstare. Caro enim nostra segnis est & otiosa, & sæpe sibi deesse vires fingit: hinc plerumque invenias nobiles quosdam in deliciis nutritos, qui vix è terra vel paleam possunt elevare: qui si ob aliquod crimen triremi addicantur, fortissimi fiunt remiges; quia metuunt sibi à flagellis, & pane illo nautico & nuditate, atque aqua impinguantur.

Ad jejunium verò Ecclesiasticum assuefaciendi sunt adolescentes, & carnis maceratione disponendi, antequam perveniant ad 28. ætatis annum, in quo incipit jejunium Ecclesiæ obligare, tum ne durum videatur, postea & novum jugum jejunii, tum quia illa ætas lubrica est, & ad motus carnis explendos, atque voluptates capessendas propensa, ideò jejunii disciplina meritò est compescenda, atque restringenda. 28. Adolescentes ad quadragenarium jejunium si sapiunt, quomodo se comparent.

Quod verò *Senes, qui* 60. *annum* exegerint lege jejunii Ecclesiastici non teneantur, nullibi se legisse tradit *cit. P. Salmeron tract.* 54. *pag.* 340. nisi infirmitas aut imbecillitas illos reddat excusatos, Nam quidam sunt ita robusto & vegeto corpore, ut multis ætate inferioribus aptiores ad jejunium inveniantur: multi etiam sunt ante illam ætatem adeò imbecilles, & corporis viribus destituti, ut hujus afflictionis disciplinam ferre non valeant, hinc certior regula est, ut magis virium quam ætatis habenda sit ratio. 29. Qui senes sexagenarii lege jejunii teneantur.

Demùm qui non potest jejunare secundum traditionem Apostolicam, cujus meminit *Cyrillus lib.* 10. *in Levit. in fin.* largiatur eleemosynam, quâ pauper, ut jejunare possit, alatur. Amplectamur igitur sanctam quadragesimam tanquam nutricem nostram, ut testatur *Basilius M. homil.* 1. *de jejun.* quemadmodum parvulus nutricem suam, quamdiu non vidit, magno desiderio amplectitur, quia in ipsa porrigit nobis, ut nutrix, lac verbi DEI, confessionem & communionem corporis Christi, precationis & eleemosynæ, bonorumque operum occasionem; in cujus vestibulo orat Deum sic: *Præsta Domine fidelibus tuis, ut jejuniorum veneranda solennia & congrua pietate suscipiant, & secura devotione percurrant.* Est enim pietati debitum, ut Sanctæ Matri nostræ Ecclesiæ, Deoque Patri & ejus præceptis obtemperemus, & quia multi trepidant timore, & ubi non est timor; subdit *& secura devotione percurrant. Psalm.* 13. Id est, ejusmodi jejunium non solum non nocebit, sed etiam juvabit; nam corporibus animabusque sanandis salubriter institutum est: ita ut possis, quod initio ægrè acceptabas, id ex devotione ac pietate, quæ hominem alacrem ac promptum reddit ad di- 30. Adhortatio ad quadragesimæ observantiam.

vina mandata custodienda, etiam percurrere virtute & gratia Domini nostri JESU Christi. Plura de jejunio videri possunt apud *Cit. R. P. Salmeron in Commentar. in Evangel. Histor. & Acta Apost. præsertim tom. 4.*

Restitutio.

Vid. suprà verbo Absag/ *num.* 119. *& verb. Revisio.*

Revisio.

SUMMARIA.

1. *An & quæ differentia inter Revisionem & supplicationem.*
2. *Observari in judicio Aulico requisita revisionis in R. I. de Anno 1654. præscripta.*
3. *Fatalia revisionis seu supplicationis currere à die latæ sententiæ, nec à Procuratoribus posse prolongari.*
4. *Contra sententias tres conformes revisio non admittitur.*
5. *Revisio est odiosum beneficium.*
6. *Cognitionem, an revisio frivola vel calumniosa sit, in meritis causæ pertinere ad Revisores.*
7. *An detur restitutio contra lapsum fatalium.*
8. *An ignorantia styli & requisitorum ad eam conducat.*
9. *Procuratoris negligentiam Principali non prodesse.*
10. *Cumulationem nullitatis & restitutionis non posse, nisi alternativè fieri.*
11. *Nullitatem non proponi contra sententias supremorum Tribunalium, nisi per revisionem.*
12. *Revisio vel supplicatio non habet effectum suspensivum.*
13. *Eliditur porrò prætextus ignorantiæ.*

POstquam per *Instrum. Pac. Monast. art.* 5. §. 54. Loco revisionis in Camera usitatæ permissum parti gravatæ contra sententias in Judicio Imp. Aulico ratas ad Cæsaream Majestatem supplicare: Varia sæpe inter partes litigantes exorta sunt dubia, dum formalia supplicationis, quæ in *Cæsar. Capitul.* §. 42, revisio nominatur ubi: Durch den ordentlichen Weg/ der in offtbemeldtem Friedens-Schluß beliebter Revision, neglexerunt. Cum tamen ipsum Instrumentum Pacis *d. art.* 5. §. 54. clarè disponat, quod quoad Processum judiciarium Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Judicio Aulico observari debeat, & solum circa personas revisorum aliud ibidem reperiatur statutum; verba sunt: *Quoad Processum Judiciarium Ordinatio Cameræ etiam in Judicio Aulico servabitur per omnia, tum, ut ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur, loco revisionis in Camera usitatæ, licitum esto parti gravatæ à sententia in judicio Aulico lata ad Cæsaream Majestatem supplicare &c.*

1. An & quæ differentia sit inter revisionem & supplicationem.

Insuper in R. I. Ratisb. de Anno 1654. omnia Revisionis formalia clarissimè sunt expressa. Hinc in Consilio Imp. Aulico Revisiones intra 4. menses à die latæ sententiæ non introductæ, denegandæ sunt, wann die Urtheil unrechtmässig oder nichtig gesprochen worden. *O. C. part.* 3 *tit.* 53. *& juxta R. I. de An.* 1557. §. wiewohl ferner. 23. die Revisiones und Syndicat den Partheyen nicht abzuschneiden. Tamen formalia horum processuum præcisè sunt observanda, quæ ideò in Constitutionibus Imperii, pro bono publico, cujus interest lites abbreviari; tam sollicitè, præsertim *in R. I. de An.* 1654. sunt determinata. *Anno* 1676. 6. *Feb.* in causa G. contra R. denegata est revisio, quæ demum integro quinquennio post latam sententiam est petita, sub prætextu, quod illam pars victrix parti succumbenti non intimaverit, & fatalia revisionis demùm à tempore intimationis sententiæ currant, eò quod in judicio Imp. Aulico sententiæ in publico Auditorio, velut moris est in Camera Imperiali, solenniter non publicentur, sed intimatio earum, quæ parti victæ fit, demum fit loco publicationis, sed cum sint in usu quotidianæ protocollorum affixiones seu publicationes, in quibus omnes causæ in Judicio determinatæ describuntur, & cum Procuratores sint apud acta legitimati, ad eorum vigilantiam spectat, de statu causarum, quas tractant, inquirere, & sicut Procurator ab inferiori Judice gravatus appellare, ita hi revisionem intra fatalia petere tenentur, quia singulis diebus sententiæ notitiam habere, principalibusque suis transmittere possunt. Itaque Procuratoribus non est concedendum, ut sibimet ipsis terminos remediorum contra sententias prorogent, & per suam negligentiam supremis noceant Tribunalibus, si differendo sententiarum insinuationes, ultra fatale in Constitutionibus Imperii determinatum, pro libitu suæ voluntatis, ad multos annos sententias revisioni subjicere possent. Sed hoc repugnat Imperii sanctionibus, in quibus fatale quatuor mensium sub pœna desertionis est præscriptum: & quidem tali ratione, ut huic terminus nec ab ipso judice prorogari possit, ad exhibenda revisionis gravamina, es werden dann erhebliche Ursachen fürgebracht und bescheinet; *R. I. an.* 1654. §. in Fällen 125. & tamen juramentum revisorium intra terminum regalem 4. m. præstandum, vel saltem mandatum speciale ad illud præstandum offerendum est, ne ulla partis interveniat mora. Quamvis enim procuratoribus, durante processu sæpius injungatur, ut doceant de insinuatione conclusorum, id tamen non pro-

2. Observari in judicio Imp. Aulico requisita revisionis in R. I. de Anno 1654. præscripta.

3. Fatalia revisionis seu supplicationis currere à die latæ sententiæ, nec à Procuratoribus posse prolongari.

procedit in remediis contra sententias introducendis, in quibus terminus à lege, sub pœna desertionis est præstitutus. Hic vigilantibus jura sunt scripta; Neque negligentia purgari, nec jus amissum reparari potest.

4. Contra sententias tres conformes revisio non admittitur.

Anno 1676. 7. *Julii* denegata est revisio contra tres sententias conformes, quarum ultima duarum antecedentium confirmatoria lata est in Consilio Imp. Aulico. Et quid ni ritè rectèque à tali sententia denegaretur revisio? cum *in R. I. de anno* 1654. §. In Fällen 125. clarè reperiatur dispositum, quod ubi appellatio de jure communi locum non invenit, ibi quoque revisio non admittatur. Jam verò *in L. unic. C. ne liceat in un. caus. tert. provoc.* sancitum est evidentibus verbis: *quod post tres conformes appellare non possit, nec post duas sententias judicum, quas definitio Præfectorum roboravit.* Qui casus ipsissimus est, qui hic tractatur, ubi scilicet duas sententias ab inferioribus latas judicibus Dicasterium Imp. Aulicum confirmaverit, itaque ab iis quarta provocatio, sivè revisio non datur; Prout jam antè *Bender. de revis. c.* 10. *num.* 5. tradidit, supplicationem à tribus conformibus sententiis non admitti, quamvis tertia à Præfecto Prætorii dicatur lata, quod confirmat, *num.* 33. Et quamvis in Camera, nec non in Judicio Imp. Aulico, non tantùm tertia, sed etiam quarta appellatio recipiatur, hoc tamen tantùm fit eo fine, ne Status Imperii, plures constituendo instantias, hoc ipso jurisdictionem Imperatoris, quæ postrema & summa esse debet, evertere possint. *Gail.* 1. *obs.* 72. *num.* 3. *Mynf.* 1. *obs.* 15. *Brunneman. ad tit. C. ne lic. in una caus. ter. prov. Clezel. de appell. c.* 3. *n.* 85. Nihil ergò proficit objectio, si regeratur *Rec. Imp. de anno* 1654. dum rejicit revisiones in iis causis, in quibus appellatio non admittitur, saltem intelligendum esse de jure communi adhuc in usu posito, non verò per contrariam praxin abolito: quia jus commune non est abolitum nisi ex singulari favore jurisdictionis Imperatoriæ, à qua omnes reliquæ derivantur, in cæteris manet in viridi observantiâ, quia jura non præsumunt, aliquem toties gravari in una causa à diversis judicibus, ne lites fiant immortales. Hinc non debet in odium jurisdictionis Cæsareæ detorqueri, quo in favorem ejus est introductum, neque quarta concedi ab ipsa Cæsaris sententiâ provocatio. Etiamsi enim aliàs gloria sit Imperatoris, & ejus excelsi Tribunalis, semper audire partes justitiam implorantes, tamen propterea malitiis non est indulgendum, nec partis victricis contrà jura prægravanda conditio, nec contrà utilitatem publicam augendæ lites; *vide latè Scacc. de Appell. qu.* 17. *limit.* 1. *Clezel. d. loc.*

Si petatur terminus ad producenda revisionis gravamina, docendum est de impedimento relevanti, *R. I. anno* 54. In Fällen da die Appellationes. *vers.* Oder im Fall er daran rechtlich verhindert / vermittelst dessen Bescheinung einen anderwärtigen Termin hierzu begehren; & quidem de impedimento doceri debet in termino quatuor mensium, sub præjudicio rei judicatæ, & ejus executionis, *d. l.*

Mense *Martio anno* 1677. denegata revisio, quia in mandato ad jurandum non continebatur *clausula jurandi in animam* revisionem petentis, *Anno* 78. rejecta Revisio, quia non erat observatum fatale quatuor mensium, computando de singulis mensibus 30. dies, quia insuper Advocatus in suo ad jurandum exhibito mandato non apposuerat sigillum, ut nesciri potuerit, cujus esset manus; Enimverò uti *Casp. Klock. tom.* 2. *cons.* 100. tradit, non debent revisiones promiscuè admitti, quia injuriosum foret, litium multitudinem per diversarum instantiarum diverticula fovere, & supremi judicii Majestatem per obliquum supprimere. Sicut etiam non passim scrupulosæ de judicibus inquisitiones instituendæ, Syndicatus indistinctè indulgendus, cum injuriosa, calumniosa & insolenti Syndicatione justitiæ nervum frangi, autoritate judicum vilescere & deprimi, maleferiatos vires & audaciam sumere, judices à Justitiæ administratione absterreri contingat, *Parif. de Put. in tr. de Synd. tit. de offic. Synd. c.* 1. *num.* 6. Sic de jure communi supremi Senatus sententias inappellabiles esse constat, solo duntaxat supplicationis remedio condemnatis ex gratia concesso, *Trentacinq. lib.* 2. *resol. de appel. resol.* 1. *num.* 1. & Imperialis Camera demùm *anno* 1532. Revisionibus cœpit esse obnoxia: Hinc *Dn. Birckman.* rectè sensit, Revisionis remedium planè odiosum, atque ideò, quantùm fieri potest, restringendum esse, cum revidere à supremis judiciis judicata, sit quodammodo imminuere eorum autoritatem. Itaque revisiones apertè calumniosas & frivolas, quæ etiam primâ facie nullam veri speciem præ se ferunt, Camera confestim rejicit, ne litigantium improbitate, & male judicium subvertatur, & vincentes juris & justitiæ expertes relinquantur; quæ enim aliàs pauperum, & miserabilium personarum esset lamentatio, si debitoribus annuorum redditrum, ex quibus solis illi vitam sustentant, ad Revisionem promiscuè convolandi pateret aditus, illis interim paupertate & inediâ enecatis? Hactenus *Klock. d. loc.* Hodiè verò etiam quæstio, an Revisio frivola & calumniosa sit, ad revisores pertinere videtur, *R. I. Anno* 1654 §. Wenigers nicht/ 133. cujus formalia. Wenigers nicht sollen die Revisores zwischen den Partheyen die Güte versuchen / wo aber die Revisio frivolè gesucht wird / sollen die Revisores derselben keines Wegs deferiren. Ut itaque beneficium Revisionis implorantibus non præcidendum, ita non observatis formalibus, quæ sub pœna desertionis præscripta, omninò denegandum est.

5. Revisio est odiosum beneficium.

6. Cognitionem, an revisio frivola vel calumniosa sit, in meritis causæ pertinere ad Revisores.

7. An detur restitutio contra lapsum fatalium.

Sed an non contrà lapsum fatalium revisionis restitutio in integrum obtineri potest? non desunt pro impetranda restitutione argumenta. Quid enim? si tam pars prin-

principalis, quam ejus procurator in justa versentur styli ignorantia? Dum nulla imperii constitutione cautum, quod in remedio supplicationis apud Judicium Imp. Aulicum, omnia requisita, quæ in revisione Camerali obtinent, præcisè sint observanda, cum in supplicatione, tanquam remedio diverso, nec notificatio ad Electorem Moguntinum, nec fatale introducendi, nec revisores Statuum requirantur, ex traditione *Roding. in Pandect. Cam. lib.* 3. *tit. de revis.* 65. *vers. Ergo, Eric. Maurit. in Exerc. jur. publ. de jud. Aulic. th.* 25. *Textor. in tr. de remed. advers. sent. t.* 5. *num.* 7. *Joh. Andr. Gerhard. in tr. de jud. Aulic. & Cam. Disc.* 3. *c.* 4 *th.* 13. *Samuel. Rachel. disp. de revis. th.* 10. Pro istis autem, tanquam in arte peritis præsumptionem esse, & quidem hoc effectu, ut qui duorum Doctorum responsa pro se habet, justam causam fovere dicatur, unde restitutio in integrum concedi possit & debeat. Quin & multos Imperii Status opinati, in remedio supplicationis juramentum revisorium exigi non posse; ignorantiam verò justam esse restitutionis causam, legibus & autoritatibus corroborata est sententia, quia totum restitutionis negotium fundatur in æquitate, ignorans autem non potest dici contravenire vel negligere. *l. ignorans. ff. locati. Gail.* 2. *obs.* 19. Idcircò cùm ipsi imputari non possit negligentia, cessare etiam debet mulcta *Carpzov. de Process. tit.* 18. *art.* 3. *n.* 51. Imò ignorantia præsumitur, donec probetur scientia, *c. præsumitur, de R. I. in* 6. Adeò ut ignorantia vel error in facto proprio excuset, ubi de damno vitando agitur, *l. sed et si me putem. in pr. ff. de condict. indeb. l. si post divisionem. C. de jur. & fact. ignor. Cothman. vol.* 3. *resp.* 50. *num.* 160. *& respect.* 91. *num.* 37. & juramento probari possit, quia de numero eorum est, quæ in animo consistunt, *Gail.* 2. *obs.* 48. *& ibid. Grev. Mascard. de probat. concl.* 881. *Carpzov. decis.* 230. *num.* 22. In ignorantia præsumpta sufficit ad restitutionem adversùs rem judicatam, *Gratian. Discept. forens. c.* 408. *num.* 30. Et stante ignorantia saltem probabili datur restitutio adversùs præscriptionem 40. annorum, Item *Gratian. tom.* 1. *c.* 108. *num.* 6. *Mev. part.* 7. *decis.* 74. Ita ut etiam indiciis, & conjecturis probari possit, *num.* 15. quia dubitans & ignorans æquiparantur, *l. ult. de cond. indeb. Carpzov. de process. tom.* 10. *art.* 3. *num.* 44. Contrarium in Instrumento pacis, nec in ordinatione Consilii Imp. Aulici, nec in Cæsarea capitulatione, nec ullo judiciali Decreto publicè esse definitum. Antiquis temporibus quidem Romanis Imperatoribus liberum planè fuisse eam supplicationem vel denegare, vel concedere, cùm ex gratia tantùm liberæque voluntatis nutu id beneficium provenerit. Ast hodiè sublatum esse liberum illud concedendi vel denegandi arbitrium, postquam per sanctionem Instrumenti pacis Monasteriensis id Statibus, & aliis litigantibus attributum, ut jam concedi etiam ab invito debeat, cùm aliàs tam solicitâ & laboriosâ constitutione non fuisset opus. Cognitionem verò, ac beneficium supplicationis admittendum, non ad judicem gravantem, sed immediatè ad Imperatorem spectare, quia judex gravans vix unquàm beneficium hoc admissurus, vel periculo reformationis suam sit expositurus sententiam. Voluit insuper confirmare tàm principalis, quàm Procurator, nullam se prius habuisse notitiam, quod fatale introducendæ, quadrimestre nimirùm, & juramentum revisorium in supplicatione tam præcisè exigerentur, idque secundum sententiam multorum Imperii Statuum, & JCtorum suprà Citatorum, quorum sententiæ, absque periculo desertionis, se putaverit posse inniti.

8. An ignorantia styli & requisitorum ad eam conducat.

Quamvis enim Instrumentum Pacis Monast. disponat, quod Processus Cameralis etiam in Judicio Aulico observari debeat per omnia; tamen ex sententia multorum Statuum, & JCtorum remedium supplicationis ab hac sanctione exemptum esse, utpotè in quo nec notificatio ad Electorem Moguntinum, nec Revisores Statuum, nec depositio sportularum, &c. sit in usu. Cum etiam supplicatio in Instrumento Pacis, & ordinatione Consilii Imperialis Aulici concedatur cum effectu suspensivo, qui tamen revisione locum nullum inveniat; prout quoque juramentum revisorium Advocatorum, in dicto recessu, determinatum in judicio Aulico non attendatur; Fatalia revisionis, ex præscripto Ord. Cam. primò ad duos, posteà ex *Rec. Imp. de anno* 1557. ad tres Menses fuisse determinata, tandem *Rec. Imp. anno* 1654. ad quatuor menses definita, de Judicio Imp. Aulico nullibi quicquam clarè statui, undè appareret, omnes has sanctiones ad beneficium supplicationis extendendas non esse. Alia reperiri diversa præjudicia neglecti fatalis juramenti revisorii non oblati, sed ex officio injuncti, & nihilominùs admissæ revisionis. Usum se esse omni diligentia possibili, petiisse terminum ad producendum regalius Mandatum. Neminem adhuc ex Statibus Imperii deposuisse juramentum calumniæ, casum petitæ supplicationis esse de rarò Contingentibus, ut proindè eò majorem habuerit causam fundandi se super allegatorum traditis JCtorum, nec possit in hac ardua causa supplicationis beneficio privari, cùm ad hoc, ut stylus sit observandus, requiratur, ut pervenerit in notitiam populi. *Alexand. lib.* 2. *Cons.* 36.

Quin imò Principalem ex culpa & negligentia procuratoris, notoriè non solvendo existentis, læsum in integrum restituendum esse, *Gail.* 1. *obs.* 143. *num.* 6. cùm nemo puniri possit ob factum culpabile Ministrorum solvendo non existentium, cum & Princeps gaudeat juribus minorum, præsertim si in Statu suo læsus sit, secundum *Odd. de restit.* Ad evertendam sententiam varia posse remedia cumulari, scilicet per viam supplicationis pro restitutione in integrum, juncta querela nullitatis, restitutionem

nem cum appellatione cumulari alternativè, *Klock. tom. 2. Conf. 82. num. 64.* imò & cum supplicatione, *Besold. in Thes. lit. L.* cum denegata restitutione revisio nihilominùs inveniat locum. *Roding. lib 3. t. 60. vers. à denegata.* Stylum hactenùs fuisse difformem, ex quo nullum desumi possit denegandæ revisionis fundamentum. Quamvis enim stylus Curiarum ad instar legis aliàs sit observandus; tamen sicut lex antè publicationem & observantiam neminem obligat, ita pariter de stylo, & usu Curiarum statuendum esse.

9. Procuratoris negligentiam Principali non prodesse.

Verùm his non obstantibus, si mandatum, ad juramentum revisorium præstandum, à Principali & ejus advocato intrà quadrimestre, ex præscripto *R. I. de anno 1654. §. 125.* Non sit productum, nec gravamina exhibita, nec de impedimento propter omissam eorum exhibitionem edoctum, quæ omnia tamen novissima Imperii Constitutio de anno 54. citato. §. sub pœna desertionis, rei judicatæ, & ejus executionis requirit, revisio non decernitur: Quamvis enim Status Imperii in causis appellationum à juramenti calumniæ præstatione sint exempti, *cit. R. I. §. 43.* Illa tamen exemptio ad casum revisionis extendi non potest, quia ponitur per modum exceptionis in causis appellationum, ut proindè hæc exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, præsertim cùm allegatus §. 43. tantùm disponat de juramento calumniæ, quod mandatum Judice vel parte petente præstandum est; Non verò de juramento revisionis, quod à publica Imperii lege, sub pœna desertionis, intrà determinatum quadrimestris terminum, propter utilitatem publicam, ad minuendas lites jam supremarum Curiarum sententiis decisas, est introductum. Hinc jurare detrectanti revisionis beneficium subtractum esse memini. Nec moneri partes, aut earum procuratores debent de observandis revisionum contrà sententias supremorum tribunalium requisitis, sed ipsimet scire, & indagare & observare tenentur, quæ publicis Imperii Sanctionibus sunt definita, & ad hæc, non autem ad unum alterumvè malè suppositum præjudicium oculi sunt convertendi. Quia non Exemplis, in quibus minima circumstantia mutat casum, sed legibus judicandum. Hinc quoque Decreto speciali, aut intimatione opus non est circà formalia revisionis in judicio Imperiali Aulico observanda, cum de iis satis in *Instrum. Pacis art. 5. §. 54.* disponatur, quod *quoad Processum judiciarium ordinatio Cameræ etiam in judicio Aulico observari debeat per omnia*, paucis exceptis, quæ in eadem Sanctione exprimuntur; Et quis etiam tàm peregrinus hospes est, ut dubitet vel nesciat, Imperiale Aulicum Dicasterium secundum Recessus Imperii, & sic ex præscripto quoque ultimi Recessus de anno 1654. in quo omnia revisionis formalia accuratè determinantur judicare? Certè id ita observari, plurima monstrant tam revisionum Concessarum, quam denegatarum præjudicia; Et quæ esset supplicationis, sive revisionis inordinatæ confusio, si nullo tempore, nullis formalitatibus, & terminis circumscriberetur? si pars victrix in perpetuò vivere deberet novæ litis metu, & sententia nullo tempore vires acquireret rei judicatæ, id utilitas publica cujus interest lites finiri, non admittit. Liberumque planè nullatenùs vero necessarium est suæ Cæsareæ Majestati, in causis majoribus, & undè tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum, & Principum sententias & vota perquirere, prout sunt formalia *Instrum. pac. art. 5. §. 54.*

10. Cumulationem nullitatis & restitutionē non posse, nisi alternativè fieri.

Cumulatio remediorum restitutionis in integrum, nullitatis & supplicationis subsistere non potest, nisi alternativè, cum verò hic ante omnia fuerit intentata restitutio in integrum, clari juris est, quod post eam non detur recursus ad nullitatem, quia per petitionem restitutionis sententia jam fuit approbata; Nam licet ista duo remedia, nullitatis nimirùm querela, & restitutio in integrum alternativè cumulari possint, hoc modo: Peto sententiam nullam declarari, vel, si aliqua sit, in integrum restitui, hoc tamen fieri amplius nequit, nec propositio convertibilis est, postquam per petitionem restitutionis in integrum sententia jam approbata est, quia tunc ad beneficium nullitatis recurrere non licet. Imò querela nullitatis contrà sententias Supremorum Imperii Dicasteriorum proponi non potest, nisi per remedium revisionis. *Klock. relat. Cam. 30. num. 137. Roding. Pand. Cam. t. 34. Klock. intr. de contribut. tit 19. num. 398.* ubi præjudicia refert, in quibus querela nullitatis rejecta, reservatâ contrà procuratorem pœna, quia coram solis revisoribus nullitas deduci potest, *Ord. Cam. p. 3. §. 53. in pr.* ibi: unrechtmässig und nichtig / & §. Darauff. nec non §. ob solche Nichtigkeiten *Bender. de revis. concl. 18. num. 17.* quod remedium litigantibus contra sententias supremorum Tribunalium sufficere debet, cum in hunc sensum etiam concepta sit, *Ord. Cons. Imp. Aul. tit. 5. §.* dafern sich nun. Daß einem / der sich durch ein am Käyserlichen Hoff gefälltes Urtheil gravirt zu seyn vermeynet / und viam nullitatis an die Hand nehmen wollte / solches per viam supplicationis zu thun erlaubt seyn solle / ut sonant formalia.

11. Nullitatem non proponi contra sententias supremorum Tribunalium nisi per revisionem.

Non possunt etiam conqueri Status, quasi eriperetur illis beneficium secundæ Instantiæ, sicque conditionis essent deterioris, quam eorum subditi; quia non eripitur beneficium supplicationis nisi illis, qui ejus formalia in Sanctionibus Imperii definita negligunt, atque ita ex propria culpa illud amittunt, non attendendo, quod jura vigilantibus scripta sint, & damnum, quod quisque suâ culpâ sentit, sentire non videatur. Idcircò termini fatales propter utilitatem publicam ad minuendas lites introducti accuratè observandi sunt, quia post eorum lapsum nulla datur redintegratio.

 Certè

Certè allegatorum supra quorundam Doctorum tradita terminorum lapsum non restituunt, nec eorum autoritas pragmaticæ sanctioni Imperii est anteferenda, ipse suprà allegatus *Textor. in disp.* 13. *th.* 59. *ad R. I. anno* 54. dubius est, dùm sequentia verba annectit; licet in hisce non malè reflexio & imitatio revisionis sumi possit, argumento à casu simili ad similem ducto; quò facit, quod supplicatio videatur qualificata quædam revisio, maximè *per textum Cæs. Capitulationis art.* 42. Neque juramenti revisionis mentionem facit *Textor*, & ignorantia juris in lucro captando, & jure amisso recuperando non prodest, *l.* 7. *in pr. ff. de jur. & facti ignor. l.* 10. 11. *& seqq. Cod. eod.*

Quod porrò dictum est de revisionis effectu suspensivo, in eum finem ex Instrumento Pacis vanum desumitur argumentum in verbis: *tùm ut ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur*, nec non ex *Ord. Consil. Imp. Aulici. tit.* 5. §. Dafern sich nun. in verbis: Damit denen Parthcyen am Käyserlichen Hoff-Gericht das Remedium suspensivum nicht genommen werde / quia tempore horum sanctionum effectus suspensivus ubique adhùc viguit, & demùm per

12. Revisio vel supplicatio non habet effectum suspensivum.

R. I. anno 1654. 17. *Maji* est abrogatus, quæ lex nova omnes anteriores constitutiones tollit, hujusque solius formalia sunt observanda, ne beneficium supplicationis sine ullo ordine aut forma videatur introductum, contrà Imperatoriæ Majestatis, & Statuum intentionem; quamvis enim *Textor. disp.* 13. *ad R. I. de anno* 54. *th.* 61. hanc foveat opinionem, quod dicti Recessus novissimi correctoria dispositio ad supplicationem non sit extendenda, *arg. vulg. l. præcipimus.* 23. *in fin. C. de appell.* quod videtur stabiliri per *Cæs. Capitulationis art.* 42. ibi: Daß die Sach in keine fernere Cognition gezogen / auch die Execution nicht gehindert werden solle / es seye dann durch den Weg / der in offtermeltem Instrumento Pacis beliebter Revision. Cui accedit Imperatoria resolutio *de* 23. *Aprilis, anno* 54. quæ pariter eò collimat, quod effectus suspensivus in causis revisionum apud Consilium Imp. Aulicum durare debeat; Hæc tamen omnia per subsecutam 17. *Maji eodem anno* 54. Recessus Imperii publicationem mutata sunt, ad cujus recessus observantiam in judicando excelsum Imperiale Dicasterium juramento adstrictum est. Quin imò ex ipso etiam dicto recessu effectus suspensivus admittitur, si pars victrix idoneam cautionem præstet. *d. Recess.* §. nach Berathschlagung. 124.

Ignorantia itaque styli vel partium vel procuratorum non prodest ad restitutionem contrà elapsa revisionis fatalia impetrandam, quia ignorare, quæ communi adhibitâ diligentiâ percipi possunt, culpa est, in his præsertim, quæ pertinent ad Actum, quem quis gerere vult, *Cresp. de Valdaura in observ. Illustr. decis. obs.* 65. *ubi ait.* Non posse dici ignorâsse stylum vel deliberationem, qui tenetur de his se informare, nam ut ait *Covarr. in reg. possessor.* 2. *p.* §. 7. *n.* 9. quilibet tenetur scire omnia ad actum, quem gerere vult, cùm culpa sit nescire ea, quæ vel homines ejus conditionis sciunt, vel communi adhibitâ diligentiâ percipiuntur. Scire enim & scire debere æquiparantur, *l.* 5. *fin. ff. de reb. cred. L. pen. ff. ad Maced.* & iniquissimum esse, ut ignorantia prosit in præjudicium tertii, dixit *Terentius Clemens in l. iniquissimum* 5. *ff. de jur. & fact. ignor. Cresp. d. loc.* quilibet enim quovis in Actu tenetur consulere actûs illius peritos; quod si non facit, habet culpam malitiæ, nisi copia peritorum non adsit. *Paul. in l. regula* 9. *ff. de jur. & fact. ignor.* ibi. Sed juris ignorantiam ait non prodesse, Labeo ita accipiendum existimat, si JCti copiam haberet, vel suâ prudentiâ instructus sit, ut, cui facilè sit scire, ei detrimento sit juris ignorantia, quod rarò accipiendum. *Hinc* 13.
Gilman. decis. Cam. tom. 4. *part.* 1. *vot.* 27. *num.* 49. tradit, ignorantiam, quando quis tenetur investigare, admixtam habere negligentiam non investigando, talemque ignorantiam alleganti jura non subvenire, eò quod ignorantia ejus, quod palàm fit, & indies sciri potest, allegari nequeat, *id. tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 1. *num.* 136. Ignorantia non vincibilis est rerum, quas adhibitâ morali diligentiâ scire poteramus & debebamus, quæ non excusat, licet sit facti, quæ crassa & supina est in eo, quod ratione officii, vel alia de causa inquirere debeat, ut tradit *Hahn. in not. ad Wesenb. parat. tit. de jur. & fact. ignor.* Ex quibus patet, in culpâ fuisse tàm partem quam procuratorem, & proindè restitutionem non mereri.

Eliditur porrò prætextus ignorantiæ.

Nam sola ignorantia probabilis & justa excusat, cui nulla potest negligentia imputari; quia ignorantiam crassam, & officii non fideliter acti notam habentem allegans non auditur, *Cothman. resp.* 1. *num.* 62. Ita ut etiam ignorantia in facto alieno non excuset, ubi quis tenetur illud investigare, & quando facilè potest reddi certior, cum paria sint, scire vel scire debere, *Gratian. vol.* 1. *c.* 194. *per totum.* adeò ut talis ignorans præsumptionem scientiæ contrà se habeat, *id num.* 11. præsertim si agitur de tertio, cui ex sententia & lapsu termini revisorii jus quæsitum est, & finiendarum litium concurrit.

Etiamsi enim arbitrentur, nec in Instrumento Pacis, nec aliâ Imperii constitutione provisum esse, quid, circà revisionis formalia in excelso Consilio sit observandum; Contrarium tamen suprà ostendi; & quia stylus curiæ jus facit in Casibus non decisis à jure, *Tusc. verb. stylus. concl.* 697. obtinetque vim legis, *Gamma decis.* 16. *num.* 7. *Grivell. decis.* 121. *num.* 4. *per l. fin. C. de injur.* debuissent stylum Curiæ diligentius investigare, quod quia neglexerunt, talis ignorantia est lata culpa, quæ restitutionem non meretur, cùm stylus, usus & consuetudo sit optima legum interpres, *Scacc. de judic. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 459. & *c.* 8. *num.* 411.

Nec

Neque adjumentum præbet Domino, quod Procurator non sit solvendo, & proindè ipsi restitutio indulgeri debeat; quia tùnc demùm Procuratoris negligentia non nocet Domino, si Dominus possit docere, se læsum esse in sententia, id est, bonum jus fovere in causa, si non sit in culpa; quare non assumpserit diligentiorem, si cum procuratore in pari culpâ, & negligentia non versetur, ut deducit *Grev. in Gail.* & præjudiciis firmat, *lib.* 1. *conclus.* 45. *per tot.* quæ omnia hic concurrunt & proinde restitutio cessat, veluti in terminis deciderunt *Dn. de Rot. Rom. decis.* 439. *in novissimis diversorum p.* 3. *lib.* 3. referente *Grev. d. loc. num.* 11.

Insuper fatetur impetrans, revisionem sibi non prodesse, nisi simul documenta noviter reperta ad Acta admittantur, quod tamen *O. C. part.* 3. *tit.* 53. §. 3. diametraliter adversatur. Et quia sine istis documentis desperet de victoria in revisione obtinendâ, quâ conscientiâ, quo propitio jure ad Juramentum revisorium posset admitti?

Quamvis etiam porrò dicatur, aliquot JCtos publicis scriptis tradidisse, quod supplicatio sit remedium à revisione diversum, in quo nec notificatio ad Mogunt. nec sportulæ, nec fatale introducendi nec juramentum, nec revisores Statuum requirantur, & hanc opinionem multos etiam ex Statibus fovere. Itaq; non posse dici omissam ab ipsis indagationem necessariam, cùm, quoties jus dubium est, ut etiam consulendo peritiores non possit haberi certa notitia, ignorantia utique excuset, *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 27. *Cresp. de Valdaurâ obs.* 23. *num.* 80. Ut etiam unius Doctoris doctrina præbeat excusationem, *ibid. n.* 79. nedùm variæ variorum sententiæ, quæ invincibilem parant ignorantiam. *Id. num.* 80. *cum alleg.* Et si contrarius judicii stylus obtendatur, ad ejus observantiam requiritur, ut pervenerit in notitiam populi, Alexand. *lib.* 2. *cons.* 36. & ille per frequentatos uniformes actus introductus, & publicatus, esse debeat, præsertim si non solùm ordinationem processus, sed etiam decisionem causarum respiciat. *Tusc. lit. S. verb. stylus. concl.* 692. *& seqq. Grav. in Procemio. ad obs. Gailii num.* 76. *& seqq.* Cùm stylus propriè tantùm circà processus ordinatoria, impropriè verò circà litis decisoria versetur, & hoc censu magis præjudicium, vel consuetudo dicatur, debeatque esse præscriptus, & plenè probari à parte, ita ut non sufficiat, probationem ejus ab aliis Judicii Assessoribus, vel Notariis sumi, prout latè deducit *Grev. d. loc.* pro JCtis publicè scribentibus, tanquam in arte peritis, stat præsumptio, & hoc quidem effectu, ut qui duorum Doctorum responsa penès se habet, justam causam fovere dicatur.

Verùm propriam turpitudinem allegare non licet procuratori, qui ideò partibus litigantibus suam locat operam, quòd juris & styli judicialis sufficienter sit peritus. Jus clarè determinatum est circa revisiones in Instrumento pacis & ultimo Recessu Imperii, aliisque Sanctionibus, exindè stylus introductus, de quo poterat inquiri. Fatalia Revisionis sub pœna desertionis sunt præstituta, ad finiendas citius lites, quæ contrà sententias supremorum tribunalium moveri solent. Hinc *Bender. in tr. de revis. c.* 25. *num.* 14. ait: quia intra fatale revisionis ab homine diligente, cui res suæ curæ sunt, facile omnia peragi possunt, itaque, si non fecerit, sibi imputet, nôritque cùm *Scævola in l.* 24. *ff. qui in fraud. cred.* jura vigilantibus esse scripta; Hæc enim forma ad minuendas in Republicâ lites revisioni præscripta est, quâ non observatâ, revisionem petens beneficio cadit, ut non amplius audiatur, etiamsi altera pars formam pro observatâ haberi consensisset, sicut in Regiâ Aul. Barensi judicatum esse refert *Francisc. Viv. Neapol. decis.* 335. *num.* 4. Et ita quidem, ut nec Princeps super omissâ revisionis formâ dispensare possit, per *l.* 3. *C. de temp. & reparat. appell.* ibi: *Neque per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, sed omnibus modis incumbendum esse vigilanti diligentiâ, quo provocationes eorum intrà statutum tempus introducantur,* quem textum citat. *Grev. in Gail. lib.* 1. *concl.* 155. *num.* 4. *&* 5. Et *in Thes. Basileens. vol.* 8. *dissert. de benef. revis. c.* 4. *num.* 27. traditur: lapso tempore fatali revisionem amplius instituere non licet, quia odiosum est remedium. Quod porrò ad allegatos suprà JCtos attinet, quasi requisita revisionis in remedio supplicationis non observarentur; quamvis aliàs insignis Pragmatici attestatio, super stylo, & ordinationis judicii fidem aliquando cæteris paribus faciat; Requiritur tamen, ut attestetur de stylo judicii sibi cogniti, & in quo diù sit versatus, quia alias nullam probationem, imò nec præsumptionem facit, ut latè deducit *Grev. in d. procœmio ad obs. Gail. num.* 107. Cum itaque prudentis sit eligere viam securiorem, ut facilius ad locum destinatum perveniat, non vagari per avia & devia sylvarum, & salutarem semitam Sanctionum Imperialium Ordinisque judicialis negligere, hinc propter fatalium lapsum, propter requisita revisionis omissa, quæ tamen sub pœna desertionis rei judicatæ, & executionis præstituta sunt, rejecta est revisio.

Rheingraff.

SUMMARIA.

1. *Rheingraviorum origo.*
2. *Quomodo cum Wildgraviis se conjunxerint.*
3. *Quæ porrò incrementa sumpserint.*
4. *In quas dividantur lineas?*
5. *Quæ ex his Principalem dignitatem consecuta.*
6. *Kirburgensis & Merchingensis linea quando quoad mares defecerint.*
7. *Controversia de earum hæreditate.*
8. *Electoris Palatini prætensiones in Rheingraviorum ditiones.*

1. Rheingraviorum origo. SUnt, qui *Rheingraviorum* incunabula inter Romanos quærunt, & ab officio Comitatus Rheni, de quo extat constitutio Imperatoris *Valentiniani Anno* 364. *ad Jovinum*, Magistrum Equitum, illos nomen traxisse arbitrantur, *vid. Lehm. Chron. Spir. L.* 1. *c.* 9. *p.* 25. *Rittershusius*, vestigia ab aliis trita premens, familiæ Genealogiam ab *Adelhelmo*, qui circa *Annum* 670. vixisse perhibetur exorsus est; eique nepotem tribuit, *Cancorem* seu *Cancronem*, Rheingravium in Hagenheim / quem Monasterium Benedictinorum *Laurisheimense Anno* 774. fundasse ferunt. Is ab *Hub. Thom. Leod. Annal. de vita Frider. Pal. L* 1. *pag.* 7. Illustris Rhenensis Pagi Comes vocatur, qui sub Pipino I. Francorum Rege, circa Wormatiam & Heidelbergam longè lateque regnarit, filiumque habuerit *Henricum*, & fratrem nomine *Turnibertum*, Patrem Ruberti, qui omnes dictum Monasterium vehementer locupletaverint: Verum de his in Rheingraviorum Genealogia nulla fit mentio, & sanè mancam esse Rittershusii primam de his Comitibus tabulam, ab Adelhelmo inchoatam, vel obiter eam inspicienti, & adscriptam annorum seriem consideranti patebit.

2. Quomodo cum Wildgraviorum familia sese conjunxerint. *Joannes I.* Rheingravius, qui *Anno* 1338. fatis concessit, primam cum *Wildgraviis* sive *Comitibus Sylvestribus*, quos ab Ottone Wittelspachio Philippi Cæsaris percussore Scriptores deducunt affinitatem contraxit, atque Hedwigen Dauhnensis Lineæ hæredem uxorem duxit, eamque successionem in familiam intulit. Ejus è filio cognomine nepos *Joannes III.* repetita cum *Wildgraviis* affinitate, *Gerhardi* postremi suæ gentis filiam Adelheidin fœdere jugali sibi sociavit, cumque Adelheidis soror unica, *Friderico Vinstingæ* Domino nupta, jus suum cessisset, *Kiburgiam* hæreditatem crevit, titulumque ac insignia *Wildgraviorum* cum avitis conjunxit.

3. Quæ porrò incrementa sumpserint. *Joannes V.* Tertii nepos, qui *Anno* 1491. vivere desiit pari felicitate *Joannam*, *Joannis Comitis Salmæ in Vogaso*, *& Joannæ de Rozlar* gnatam unicam, connubio sibi junxit, & cum ea dimidium Comitatum *Salmensem*, *Merchingen*, *Pittlingen*, *Rozlar* & alia accepit, tituloque & insignibus *Comitis Salmæ* uti cœpit. Ejus filio *Joanni VI.* uxor *Joanna Nicolao C. Sarvverdæ & Barbara Vinstingensi* nata, partem Dominii *Vinstingensis*, *Ogiuille*, *Neufville*, *Dimringen* & alia attulit: reliquam Vinstingæ partem *Magdalena*, *Barbaræ* soror, *ad Ferdinandum Novocastrensem* maritum suum transmisit, à quo in *Dammartinam*, indeque in Croviacensem familiam transiit. Hic *Joannes VI.* omnium, qui è Rheingraviorum stirpe nunc vivunt, communis Parens extitit & per filios Philippum & Joannem VII. duplicem prosevit ramum, qui *Dauhnius & Merchingensis* sive *Kirburgensis dicuntur.* Dauhnium *Philippus* condidit. *Joannes VII.* Kirburgensem. Ex utroque autem ramo plures subinde propullularunt palmites: 4. In quas dividantur lineas. *Merchingensis* in Joannis VII. filiis *Joanne VIII.* & *Thoma Merchingensem* speciatim sic dictum & *Kirburgensem* palmites edidit, è quibus tamen posterior cito exaruit, cum ejus conditor Thomas *Anno* 1553. fato functus, non nisi sequioris sexus sobolem post se reliquisset. Restauratus ille deinceps est ab *Ottone*: Is etenim *Joannes VIII. Anno* 1538. natus & *Anno* 1579. mortuus ex Ottilia Nassovia numerosæ prolis Parens fuit, & inter alios *Joannis IX.* & *Joannis Casimiri*, è quibus hic *Kirburgum* sortitus, progeniem inde cognominatam habuit.

5. Quæ ex his principalem dignitatem consecuta. Ex his Comitibus *Philippus Otto* vir belli pacisque artibus excultissimus, quibus optimam operam Imperatoribus *Rudolpho II. Mathiæ*, & *Ferdinando II.* perhibuit, promeruitque ut ab hoc *Anno* 1623. in altiorem ordinem efferretur, & *Principali* axiomate condecoraretur, in cujus dignitatis partem etiam filius ejus major natu cunctique eorum posteri, qui Comitatum Salmensem possessuri sunt, vocati fuerunt; quemadmodum è diplomate Cæsareo, quod *Limneus I. P. Tom.* 5. *Add. ad L.* 5. *c.* 15. recensuit, patet.

6. Kirburgensis & Mœrchingensis lineæ quando quoad mares defecerint. Cum *Joannes X.* Comes Rheni & Sylvarum in Mœrchingen & Kirburg bello tricennali ditione sua à *Carolo* Duce Lotharingiæ spoliatus fuisset, eo quod patruus agnatique in Suecorum ac Gallorum castris militabant, habita ejus in Instrumento Pacis est ratio, mandatumque, ut in Dynastiam *Mœrchingen* cum pertinentiis & cætera omnia jura à vicinis usurpata restitueretur; cunctante verò & novas semper moras interponente Duce Lotharingiæ, demum *anno* 1656. Deputatis Imperii Statibus Francofurti libellum memorialem exhibuit, & pro exarandis eapropter literis interventionalibus ad Regem Galliæ rogavit; cui petitioni cum illi locum dedissent, tandem

tandem sua recepit; deindeque morte agnati *Georgii Friderici Kirburgensem* quoque ditionem sibi vindicavit, inita cum ejus filiabus transactione. Connubio sibi junxit *Anno* 1699. 27. *Decemb. Elisabetham Joannam Leopoldi Ludovici* Comitis Palatini Rheni in Veldenz gnatam, ex qua prolem non suscepit, sed morte sua *Mærchingensem* lineam finivit. Incidit illa in diem 16. *Nov.* 1688. Circa hæreditatem ejus gravis mox orta est disceptatio, cum vidua pro universali hærede se venditaret vigore testamenti, quod proferebat, & postea jus suum omne in filium Principis Salmensis transferre; sed à filia *Georgii Friderici* Rhingravii Kirburgensis natu maxima *Maria Agatha* ob paternam hæreditatem suam in jus coram Parlamento Metensi vocaretur, neutri autem, nempe nec *Viduæ*, nec *Mariæ Agathæ* vel tantillum juris in defuncti ditiones suppetere, sed omnem ad sese ex pacto & providentia majorum, nec non consuetudine in familia recepta delapsam esse, Rheingravii *Grumbacensis, Greivverlenses & Dauhnius* asseverarent, & contenderent, nec dubitandum, quin in longam res hæc sit excessura litem.

7. Controversia de earum hæreditate.

8. Electoris Palatini prætensiones in Rheingraviorum ditiones.

Serenissimus Elector Palatinus varia prætendit in pagis & ditionibus horum Rheingraviorum, Werstatt / Obersaulheim / Eicheloch / Bornheim / Lonsheim / Flonheim / Uffhoven / Wendelsheim / Steinbackenheim / Hochstätten / Rheingrauheim / Münsterappel / Niederhausen / Oberhausen / Winterborn. Ut jus Wildfangiatus, & propriorum hominum censum corporis. Jus jubendi & vetandi cognitionem & executionem in civilibus, etiam matrimonialibus, aliaque jurisdictionalia. Collectas Imperiales, Circulares, Turcicas, & similes extraordinarias exactiones. Metalli fodinas. Decimam detractionis de omnibus subditis Rheingravialibus, etiam de mercede Opificum, cum exclusione Domini territorialis; Hospitaturam, ut simul pecunia Hospitaturæ Rheingraviis debita interdicatur. Interea militaria, sequelam, lustrationem serviti militaria etiam contra Dominum & concives cum onere alendi his ministeriis occupatos; operas Angarias cum exclusione Domini territorialis, cui debeantur; Inventationem bonorum, Tutorum & Curatorum dationem, divisionem hæreditatum, cum annexis & hisce dependentibus. Venationem omnis generis; piscaturam & aucupium, Potestatem territorialem; Inhibitionem, ne proprii homines Rheingraviorum in Palatinis locis consistentes Rheingraviis debita munera præstent; Manutentionem propriorum Palatinorum adversus Dominum territorialem & ejus officiales; Vectigal de omnibus rebus etiam dominatis, & ad mensam & necessitates Dominorum territorialium destinatis, erectis passim cippis, vectigalium indicibus; Conductum cum turbatione jurisdictionis Criminalis & Civilis; In specie in Wendelsheim & Uffhoven prætendit jus Episcopale. Prout tradit *Gastell. de Stat. publ. Europ. C.* 31. *num.* 64. Econtra hi Comites hoc eximium habent, quod Palatinatus ad Rhenum *Mareschalli hæreditarii* audiunt. Comprehenduntur de cætero sub Circulo Rhenano Superiore.

Rheinstein.

Quid litis circa Rheinsteinensem Comitatum inter Electorem Brandenburgicum & Duces Brunsvicenses intercesserit, *vid. Joan. Wilhelm Imhoff in Notit. Procer. German. lib.* 4. *C.* 4. *num.* 18. hodie, postquam Comes de Tattenbach, qui partem hujus Comitatus possedebat, noxiam cervicem nefando perduellionis scelere *Anno* 1670. Carnifici porrexit, pertinet ad Electorem Brandenburgicum secundum *Gastel. de Stat. publ. Europ. cap.* 31. *num.* 142. ubi verbotenus subjungit die Chur-Brandenburgische Fürstellung Ihro über diese Graffschafft zustehender Lehens-Gerechtigkeit / contradicente nihilominùs Domo Brunsvicensi.

Richter.

Vid. supra verb. Judex fol. 1041. *& seqq.*

Ritter.

SUMMARIA.

1. *Differentia inter Equitem & Nobilem.*
2. *Ordo Equitum aurei Velleris.*
3. *De Ordinibus Equitum in Anglia.*
4. *Ordo Equitum S. Michaelis Archangeli.*
5. *Ordo Equitum Annuntiationis B. V.*
6. *Ordo Equitum B. Mariæ V.*
7. *Ordo della Banda, Elephanticus & Daniæ & Histricorum in Gallia.*
8. *Ordo Lunæ argenteæ, & S. Spiritus in Gallia.*
9. *Ordo S. Marci.*
10. *Ordo Equitum della Croce & S. Joannis.*
11. *Ordo Cruciferorum & Equitum S. sepulchri.*
12. *Ordo Equitum S. Mauritii in Sabaudia.*
13. *De variis Ordinibus Equitum in Hispania.*

1. Differentia inter Equitem & Nobilem.

De Nobilibus *vid. notata supra verbo* Adel / *fol.* 198. *& seqq.* Altior tamen gradus est Equitum, & major ejus nobilitas ex textu Königl. Satzung zu Worms / *anno* 1495. von der Einnahm der Auff-legung / ibi: Herrn / Ritter / Edelmann / Reformation

formation guter Policey *de Anno* 1548. *tit.* von unordentlicher Köstlichkeit der Kleidung & *tit.* vom Adel. §. Jedoch sollen Ritter/ atque passim per Imperii Recessus. Quamvis enim generaliter dicamus omnes Equites Nobiles, & eorum ordinem die Ritterschafft/ tamen Equites in multis â Nobilibus differunt, quia Eques Parens filium non procreat Equitem, ut Nobilis Nobilem, ita ut nec filius Imperatoris, quia Equites creat, nascatur Eques, nec Rex, qua Rex electus, Eques fit, licet summum dignitatis obtineat gradum, sed Equitem se creari ab alio patiatur. Sic *Wilhelmus* Comes Hollandiæ, licet designatus Romanorum Rex, tamen secundum ritum Imperatorum, miles seu Eques fieri voluit, antequam aquisgrani diadema Regni susciperet, *Goldast. Tom.* 3. *Constit. Imp. pag.* 400. Quod vetustas ita observavit. Sic Ludovicum XI. Galliæ Regem Equitem cinxit, Philippus Burgundiæ Dux, cum ille Rhemis induta purpura Francici Regni habenas capesseret *Anno* 1461. Et generaliter Regum filios prius regno dignos judicatos non fuisse, nec regiis adhibitos tabulis, quam Equitum ordini fuissent initiati, *Idem lib.* 1. *de Major. C.* 15. *num.* 9. *pag.* 40. Qui etiam *part.* 10. *tit.* 5. in Politischen Reichs-Händeln tradit, daß keiner soll zum Ritter geschlagen werden/ er seye dann von 4. Ahnen Edel- und Wappen-Genoß/ & idcirco in Torneamento Norinbergæ celebrato *Anno* 1433. multi non fuerunt admissi, *Freher ad Petr. de Andlo. lib. de Rom. Imp. C.* 6. *part.* 6. *pag.* 183. Habent quidem Equites omnia Nobilium privilegia, at Nobiles non æque illa, quæ Equitibus concessa, ut patet ex catenis aureis in Reformatione guter Policey/ de *Anno* 1530. & *Anno* 1548. *tit.* vom Adel/ nec non quoad ornamenta Equorum, & calcaria aurata, *dict. Reform. tit.* von Pferd-Zeug.

2. Ordo Equitum aurei velleris. Ordines Equitum in militiæ honorem varii sunt introducti, inter quos primo loco colloco Ordinem *Aurei Velleris* qui & Imperatorem Austriacæ familiæ insignia circumdat, & Germanis dicitur des güldenen Fluß/ vel rectius des güldenen Vellus *Mesegir* vom dreyfachen Ritterstand *part.* 1. *cap.* 3. *pag.* 3. nominat den Ritter-Orden des güldenen Schöppers / oder güldenen Lämleins von Burgund. Autor hujus ordinis primus fuit *Philippus Bonus* Burgundiæ Dux *Caroli Audacis* Pater, quem die nuptiarum solenni cum Isabella Regina Portugalliæ *Divioni* instituit 10. *Januarii* & *Anno* 1429. Quod putant factum esse ad imitationem Gedeonis, de quo legendus versiculus 36. *cum seqq. Judic. cap.* 6. Et Philippum hoc vellere voluisse innuere fœcunditatem Soli sui aureum revera Vellus existere, alterum Jasonis longis post se relinquens parasangis. Signum Ordini *Philippus* posuit Equitibus portandum catenam auream affabre factam, cujus articuli repræsentant ferrum ad eliciendum ignem paratum, & lapides eundem in usum flammas evomentes; Ad extremum catenæ agnus jungitur auratus, cui additum: *Pretium non vile laborum.* Festiva lux ordini dicta erat primus dies, qui S. Andreæ sacer est, postea ab ipso ordinis fundatore translata in alium diem, initio numerus Equitum aurei Velleris erat 25. postea extensus ad 31. & denique ab Imp. Carolo V. usque ad 50. Carolo Ducum Burgundiæ postremo ad Nanceum ab Helvetiis interfecto, cum ordo supremo defensore & quasi capite careret, aurei velleris comitia *Brugis* fuerunt instituta *Anno* 1478. Sed cum Ludovicus Rex Galliæ Burgundiæ Principatum per mortem Caroli ad se devolutum esse & aurei velleris ordinem à nemine alio, quam à se conferri posse, contenderet, tamen Tornacensis Episcopus ordinis Cancellarius *Maximiliano* Archi-Duci Austriæ, ad quem Burgundia cum reliquis ditionibus per matrimonium cum *Maria* Caroli filia unica, & hærede contractum pervenerat, commendavit, & cum *Maximilianus* omnia se ad DEI honorem, orthodoxæ fidei defensionem, & Equestris dignitatis augmentum præstiturum promisisset, Cancellarius nudatum vagina gladium à feciali acceptum, *Ravensteinio* in manus dedit, qui Principi solenni more equestrem contulit dignitatem. Inde in Sacrarium Templi deductus, solitum ordinis habitum induit, mox in medium templi progressus, loco editiore, ut ab omnibus videretur, postquam in verba jurasset, *Lanoius*, qui Collegas ætate anteibat, catenam cum vellere aureo illius collo circumdedit, in hæc verba ipsum allocutus: Quod felix faustumque faxit DEUS! Serenissime Princeps ob summas virtutes, animique fortitudinem generis tui, ac fortunæ celsitudine dignam, Equestris aurei velleris ordo in suum te Collegium assumit, summumque & ordinis & Collegii Principem ac Defensorem creat. *Gerard. de Roo in Annal. Austr. lib.* 9. *pag.* 328. Atque inde est, quod Reges Hispaniæ, qui à Maximiliano Imp. originem & causam trahunt, hujus ordinis adhuc hodie quoque sint Præsides, tanquam Austriæ Archiduces. Quod posterius assertum displicuit *Norderman in dissert. de jur. Princip. conclus.* 86. *lit. A. recitat. â Nolden de stat. Nobil. Civil. C.* 6. *num.* 136. *pag.* 108.

Secundus ad hanc classem pertinens ordo est Anglicus *anno* 1351. de quo supra dictum est, verbo abgehende Stände *fol.* 28. *num.* 78. Fuit etiam in Anglia olim florentissimus ordo Equitum Mensæ orbicularis institutus ab *Artho* Rege Britanniæ *anno* 470. quod Equites illi in congressibus ad Mensam rotundam assiderent, ut contentioni de præcedentia omnis præcluderetur occasio, qui tamen ordo frequentari desiit, & statuta quoque illius interciderunt. Prout etiam Equites Balnei. 3. De ordinibus Equitum in Anglia.

Tertius ordo est *S. Michaelis* & *Archangeli, anno Christi* 1469. 1. *Aug.* institutus à Ludovico XI. Rege Galliæ, qui S. Michaelem Archangelum pro protectore Galliæ agnovit, 4. Ordo Equitum S. Michaelis Archangeli.

agnovit, eumque summis coluit votis. Ordo constabat ex 36. Equitibus, quibus hoc symbolum datum, *immensi tremor Oceani*. Equitibus hujus ordinis mos est gestandi quotidie conchyliatum torquem ducentorum aureorum, quem donare, vendere, oppignorare fas non est.

5. Ordo Equitum Annuntiationis B. V.

Quartus ordo est *Annuntiationis Mariæ*, Italis *Cavalieri della Nonciata* institutus *anno* 1370. ab *Amadeo* 17. Comite Sabaudiæ in perpetuæ memoriæ signum, qua ipsius avus Comes Amadeus IV. in navali prælio *anno* 1310. potitus fuit, postquam Equitibus Rhodii auxiliator venisset. 15. Equites ordinem absolvunt Equorum collo torques seu colare aureum pendet, nodis Gordiis intermixtis literisque F. E. R. T. *Fortitudo ejus Rhodum tenuit*. In extremitate conspicua est imago Archangeli Gabrielis ad B. Virginem accedens.

Quintus ordo Equitum *B. Virginis Mariæ*.

6. Ordo Equitum B. Mariæ V.

Hunc ordinem Galliæ Rex Joannes instituit *mense Octobris Anno* 1352. Cujus ordinis præcipuam sedem fundavit in Domo Nobili *S. Ovanii* ad Dionysianum, quam Domum donavit omnibus publicatis bonis & sportulis futuris, adjecitque stellam & figuram S. Virginis, quam illi Equites gestarent, Pallio additam cum corona, & nuncuparentur Equites stellæ, additis verbis: *Monstrant Regibus astra viam*, quæ innuunt stellam, quæ tribus Regibus in Oriente apparuit, & usque ad cunabula Christi Salvatoris nostri deduxit.

7. Ordo della Banda, Elephanticus & Daniæ & Histricorum in Gallia.

Sextus ordo est *della Banda vel fasciæ rubræ*, institutus ab Alphonso XI. Rege Hispaniæ. De novo ordine Equestri in Dania erecto *Anno* 1671. vel potius Dano brogico restaurato, & cum ordine Elephantiaco quadantenus conjuncto *vid. not. supra* Abgehende Stände *fol.* 50. *num.* 101.

Septimus ordo est *Equitum Histricorum*, qui Autorem habuit Ludovicum Francum Ducem Aurelianensem *Anno* 1450. & duravit usque ad Carolum VIII. ultimum hujus familiæ. Insigne habuit Histricem.

8. Ordo Lunæ argenteæ, & S. Spiritus in Gallia.

Octavus ordo est Lunæ argenteæ crescentis, quem Regnerus Dux Andegaviensis, Rex utriusque Siciliæ & Hierosolymæ instituit, qui cessavit iterum familia Andegaviensi extincta.

Nonus ordo est Equitum *S. Spiritus*, à Gallis dictus *l' Ordre de St. Esprit* qui originem habet ab Henrico III. Franciæ & Poloniæ Rege. Quia cum in die Pentecostes *Anno* 1573. Rex Poloniæ esset electus, & eodem die post mortem fratris Caroli IX. Regnum Galliæ acquisivisset, in hujus rei memoriam hunc ordinem Equitum auratorũ in laudem Spiritus S. instituit, obsolescente ordine Conchiliato, ob communicatum promiscuè indignis hominibus illius honorem, in hunc autem ordinem haud alios cooptari debere, quam Galliarum Cives, vel natos, vel factos beneficio Principali.

9. Ordo S. Marci.

Decimus ordo est *S. Marci*. Habet enim Venetorum Respublica Patronum S. Marcum, & Dux solet creare Equites S. Marci. Insigne ordinis est Leo, quem S. Marco attribuunt.

Cogitatum aliquando & consultum fuit in Comitiis de novo ordine instituendo contra Turcam *R. I. anno* 1576. §. fernerß haben wir/ *R. I. Anno* 1603. §. Wie wir auch unvergessen bleiben/ sed ad exitum res nunquam fuit perducta, lugente propterea *Nicolao Betsio de pact. famil. illustr. cap. ult. pag.* 727.

Undecimus Equitum ordo est *della Croce*; quo pertinet ordo Equitum S. Joannis, qui olim Equites Rhodii, nunc Malthesii dicuntur, de quibus late discurrit *Adam Pisetki de Stat Secul. pag.* 264. Qui à Carolo V. Imp. atque Rege Hispaniarum Maltham sive Melitam Insulam certis conditionibus dono acceperunt, ut contra Turcam Piratasque pugnare parati semper quatuor naves actuarias haberent instructas. Habent hi Equites sinistrum ad latus in pectore pro insigni crucem albam Octangularem, & Patronum S. Joannem Baptistam: vivunt sub regula S. Augustini, jurant paupertatem castitatemque, obstricti singulis diebus dicere 150. Pater noster. 10. Ordo Equitum della Croce & S. Joannis.

Duodecimus est ordo Teutonicus anno 1190. originem habens, cujus Equites vocantur Hierosolymitani seu Mariani, de quibus dictum est supra *tit.* Abgehende Stände/ verbo *Prussia pag.* 107. & *verb.* Balley/ *pag.* 349.

De Templariorum ordine dictum est supra verbo Abgehende Stände/ *fol.* 21. *n.* 52.

Alius adhuc est ordo *Cruciferorum*, qui tandem Equitibus Teutonicis in Borussia accesserunt. Ordo Equitum *S. Sepulchri*, qui tandem Christianorum turba è Palæstina ejecta Perusiam se contulerunt, posteaque a b *Innocentio VIII.* ordini Joannitarum sunt incorporati. Recentior horum ordo est ab *Anno* 1336. quo Pontifex Romanus connivente Soldano octo Monachos Franciscanos in Palæstinam misit ad custodiam S. Sepulchri. His datus Præpositus seu Guardianus cum potestate Christianos ad illa loca iter suscipientes Equites creandi. Insigne habent 5. Cruces, tenentur quotidie orare 40. Pater noster & totidem Ave Maria. 11. Ordo Cruciferorum & Equitum S. Sepulchri.

Ordinem *S. Mauritii* Amadeus VIII. Sabaudiæ Dux *Anno* 1434. instituit, qui postea ab Emanuele Philiberto Duce Sabaudiæ *Anno* 1573. Consensu Pontificis Gregorii XIII. ordini *S. Lazari* unitus fuit, qui *anno Christi* 360. incepisse memoratur. Magistri ordinis hucusque fuerunt Duces Sabaudiæ. Cosmus Medices VIII. Dux Hetruriæ ordinem instituit *S. Stephani*, cujus Residentia est Pisis, & summus ejus Magister perpetuus Dux Hetruriæ. 12. Ordo Equitum S. Mauritii in Sabaudia.

Inter sex Equitum ordines, qui in Hispania florent, primus est ordo militum S. Jacobi de Spatha. Alter est Equitum, qui à Provincia sive loco dicitur Calatrava Regni Toletani, Magister ordinis est Rex Hispaniæ. Ordo Equitum de Alcantara nomen habet 13. De variis ordinibus Equitum in Hispania.

habet à Civitate hujus nominis, & agnoscit pro Capite Regem Hispaniarum. Ordo JESU CHRISTI in Portugallia cœpit anno 1326. tempore Regis Dionysii post sublatos Templarios, qui Regulam habent Cistercienlis Ordinis. Ordo Equitum S. Mariæ Redemptionis cernitur in Regno Arragoniæ, cujus Institutor fuisse memoratur Rex *Jacobus an.* 1212. In Italia *an.* 1264. enatus est ordo *di S. Maria*, qui communi nomine audiunt *Frati de Madonna*. Ampliorem descriptionem qui desiderat, videat *supra cit. Adam Pisetski*, nec non Gregor Leti in Italia regnante *part.* 1. *lib.* 4. ubi omnes Equitum Ordines accuratè describit, nec non libellum nominatum Die Durchleuchtige Welt *part.* 3. *Cap. singular. circa fin. per tot.*

Rom. Römer-Monat.

Vide suprà verbo Anlag *fol.* 262. *num.* 4. *& seqq.* de Romana Provincia Pontifici subjecta *vid. supra fol.* 6. 7. *&* 1012. *num.* 17.

Rothweil.

ROthwilla Scultetum habet pro capite Civitatis, qui Consuli præponitur. Refertur inter pagos Imperii, postea Civitas facta est, & quater sedem suam mutavit. Primo constructa erat ad Necarum, cum adhuc pagus esset, sed cum pateretur multa damna à Torrente Presmio ejusque crebras inundationes, translata fuit in alteram Necari Ripam; deinde post conflagrationem in editiorem locum est posita, & contra vim hostium fossa & maceria firmata. Cum Imperator Conradus III. cum Lothario Saxone pro Imperio dimicaret, & in urbe hac tutos recessus haberet, præmii loco consistorium Imperiale ibidem instituit, cui præsidet Autoritate Imperatoria Comes Sulzensis illudque officium in feudum recipit: Cum ab Eberhardo I. Würtenbergensium Duce premeretur, cum Helvetiis fœdus contraxit. Est Civitas Imperialis votum & sessionem in Comitiis habens.

Rostock.

Vid. supra verbo Mecklenburg *fol.* 1358. *num.* 24. *&* 25.

Lit. S.

Sabaudia, Saphoyen.

SUMMARIA.

1. *Primus Dux Sabaudiæ.*
2. *Series Ducum.*
3. *Diversæ lineæ Ducum Sabaudiæ.*
4. *Serenissimus Dux Eugenius Franciscus.*
5. *Vicariatus Sabaudiæ & controversia cum Mantuano.*
6. *De titulo Regiæ Celsitudinis.*
7. *De Ducatus situ & pertinentiis.*
8. *Prætensiones Ducis Sabaudiæ.*
9. *Qualem in Comitiis locum obtinet Sabaudus.*

DOmus Sabaudica pari modo descendit cum domo Saxonicâ, proveniente de Siguardo Rege Saxoniæ anno 636. usque ad Fridericum & Beroldum, filios Ugonis, dùm à *Friderico* derivantur, à *Beroldo* propagati sunt Sabaudi, cum gloria 4. Imperatorum & 5. Regum laudat *Gregorius Leti in Ital. Regn. part.* 1. *lib.* 5. *fol.* 267. Domum Sabaudicam inter familias primas, & fortasse unicam in continuatione gloriæ, quia ejus Duces & Heroes omni tempore ostenderint, incomparabilem valorem, fortitudinem, pietatem & religionem, conservando per mille & amplius annos unam descendentiam nunquam interruptam, neque contaminatam vel minima macula, unde merito possit appellari: *Casa pura & immaculata.*

Beroldo successit filius *Humbertus* primus Comes Morianæ, & Comes Sabaudiæ anno 1062. qui acquisivit Marchionatum *Susæ* per matrimonium cum *Adelheide*, hærede Marchionis *Manfredi* de Susa, cui etiam se submiserunt *Asti*, *Vercelli*, *Echini* quæ antea erant Respublicæ, idemque fecit Comitatus *Tenizza*: & reliquas Provincias acquisivit vel per armorum valorem, vel per donationes Imperatorum, sicut etiam partem *Montisferrati*, per matrimonium conclusum in Tractatu Pacis Quirensis.

Humberto successit *Amadeus I.* & huic *Humbertus II.* qui mortuus est in Palæstina *Anno* 1082. in prælio pro fide Christiana, relinquens post se *Amadeum II.*; cui successit *Humbertus III. An.* 1103. & hunc secutus est *Thomas I.* qui successorem nactus *Amadeum III.* & prim⁹ Dux *Ciablæ*, qui mortuus est fine prole *Anno* 1232. unde illi successit ejus frater *Thomas II.* qui post acquisitum Piemontum post se reliquit *Amadeum IV.* cognominatum Magnum, qui bellum gessit cum *Genevrinis*, liberavit Insulam Rhodi & reliquit

liquit filium *Aimo*, cui successit *Amadæus V.* dictus *Viridis* qui fuit magnus Belligerator instituit; Ordinem della Annuntiata, & transtulit Residentiam suam in Civitatem *Turinum* in Piemonto, relinquens ex Uxore *Violanta Palæologa Amadæum* 17. Principem de Nizza.

1. Primus Dux Sabaudiæ. *Amadæus III.* illi successit, *anno* 1403. qui ab Imperatore Sigismundo creatus est Dux Sabaudiæ & Piemonti. Ex *Maria Visconte* sua Conjuge, quæ ipsi in dotem attulit *Vercellum*, procreavit Ludovicum, & post ejus mortem factus est Eremita, & in Concilio Basiliensi creatus Papa, cum Pontificatum tenuisset novem annis, eundem renuntiavit ad pedes *Nicolai V.* contentus titulo Cardinalis, & dignitatis Legati â Latere. Interim filius ejus Ludovicus possessionem Ducatus intravit absolutus â patre *anno* 1449. habuit Uxorem *Annam* filiam *Jani* Regis Cypri, & ex ea 7. filios, ultra multas filias nactus est.

2. Series Ducum. *Amadæus VIII.* successit Patri vivens in opinione Sanctitatis, & duxit in Matrimonium Isabellam Sororem Ludovici XI. Regis Galliæ, ex qua progeneravit filios Philibertum & Carolum, quorum primus successit Patri, sed moriens in juventute reliquit possessionem Ducatus *Carolo* fratri, quo mortuo sine filiis, successit ei *Philippus* frater *Amadæi VIII.* qui ordinem primogenituræ in Ducatum introduxit, sine exclusione fœminarum; filius hujus *Philibertus* duxit in Matrimonium *Margaritam* filiam Imperatoris *Maximiliani* paulo antea repudiatam â *Carolo VIII.* Rege Franciæ. *Ludovica* filia Philippi Maritum accepit Ducem de Angulem. Ex qua natus est *Franciscus I.* Franciæ Rex; qua mortua ex nuptiis cum *Claudia di Pontiers* genuit filium Carolum & Philippum, ex quo descendunt Duces de Nemur. Quamvis autem post mortem Philippi Carolus assumpserit Dominium, tamen motus ex periculo belli Regis Franciæ, qui numerosum mandavit exercitum, privavit Principem provincia & multis aliis locis, Carolo successit.

Emanuel Philibertus, factus Generalissimus Regis Hispaniarum Philippi II. cui acquisivit famosum locum *S. Quintini* cum notabili strage Gallorum, recuperavit omnia â Patre perdita, instituit ordinem S. *Mauritii & Lazari*, acquisivit titulum in Italia *di Serenissima Altezza*, accumulavit ingentem thesaurum, mortuus *anno* 1580. relinquens unicum filium

Carolum Emanuelem, Principem Regium indefessum, affabilem & splendidum cum omni gratia & benignitate. Sponsam sibi assumpsit *Catharinam* filiam *Philippi II.* Regis Hispaniarum, ex qua multos progeneravit filios filiasque, imprimis Philibertum Generalissimum Regis Catholici in Mari, *Victorem Amadæum*, qui ipsi successit in Ducatu; *Mauritium* Cardinalem; *Thomam* Principem Carignani, militem fortissimum: *Margaritham* nuptam Duci Mantuæ; *Isabellam* junctam Duci Modenæ, *Mariam & Catharinam* Religiosas sanctissimæ vitæ; mortuus *anno* 1630. ætatis 69.

Victor Amadæus ejus filius benignus & prudens, magis tamen partibus Gallicis quam Hispanicis deditus, aut per necessitatem, aut per rationem Status, aut per considerationem uxoris *Christinæ*, filiæ *Henrici Magni* Regis Galliarum, declaratus Generalis armorum Gallicorum Regis *Ludovici XIII.* cum vellet pergere in campum cum Duce Parmæ & Mareschallo Crequy non sine accepti veneni suspicione extinctus *Anno* 1637. relinquens post se filium *Franciscum Hyacinthum*, qui mortuus est in infantili ætate 6. annorum vix salutato sceptro: Et *Carolo Emanuele* â quo prognatus est *Victor Amadæus II.* Dux hodie regens, qui conjugio se conjunxit cum *Anna Maria* filia Principis Auriaci, ex qua procreavit *Mariam Adelheidam* nuptam Duci Burgundiæ *Ludovico*, *Mariam Annam* desponsatam Duci Andegavensi *Philippo*, moderno putatitio Regi Hispaniarum, *Mariam Ludovicam Gabrielem*, & adhuc aliam Juniorem.

Observandum est Carolum Emanuelem primum progenerasse cum sua Conjuge Catharina Philippi Hispaniarum Regis filia 5. proles, ex quibus tamen *Victor Amadæus* I. & *Thomas Franciscus* Domum Sabaudicam in 2. Lineas nempe *Sabaudicam* & *Carignianam* diviserunt. Illa consistit modo in *Victore Amadæo II.* hodie regnante Duce: Ista in filiis *Thomæ Francisci*, Emanuele Philiberto Amadæo & Eugenio Mauritio, quæ vicissim divisa est in Lineam *Carignianam & Soisson*. Illa floret in Emanuelis Principibus, hæc vicissim in varias partes dilatata est. Ex Linea *Soisson* prodiit Serenissimus *Eugenius Franciscus Anno* 1663. Princeps Sabaudiæ, qui egregias operas Cæsari in bello contra Turcas apud Zentam prope Tibiscum *anno* 1697. & contra Gallos in Italia nunquam satis laudanda fortitudine & virtute (de qua aliqua notata sunt supra verbo Franckreich *fol.* 745. *n.* 1.) præstitit, & etiamnum præstat, declaratus propterea ab Imperatore Director & Præses Consilii Imperialis Bellici. Plura videri possunt in Libello nominato Die Durchleuchtige Welt *part.* 2. *fol.* 435. ubi quoque mentio fit de Vicariatu Ducis Sabaudiæ in Italia, quod originem duxerit ab Imperatore Henrico & postea Carolo IV. *anno* 1356. vi cujus Duces Sabaudiæ ab omnibus sub Vicariatu sitis homagium vice ac nomine Imperatoris & Imperii suscipere privilegiati sunt, & ad illos appellationes in causis civilibus & criminalibus deferuntur, in iis pronuntiare, eas exequi, restitutionem famæ concedere, & omnia regalia Imperatoris exercere possunt; de quo tamen maxima ipsi controversia â Duce Mantuano ex investitura *Ferdinandi III. Imp.* movetur, generalem in Italia Vicariatum prætendente. Sed post mortem *Ferdinandi* in *Capit. Leopold. art.* 4. Sabaudus Duci Mantuæ prælatus est, cum Ducis tamen Mantuani, ne præjudicio sibi illud foret,

3. Diversæ lineæ Ducum Sabaudiæ.

4. Serenissimus Dux Eugenius Franciscus.

5. Vicariatus Sabaudiæ & controversia cum Mantuano.

protestatione interposita, quam *Diarium Europ. pag.* 917. & *Theat. Europ. tom.* 8. *pag.* 491. exhibent: Et sine dubio Dux Sabaudiæ Status est Imperii ejusque beneficiarius, cum Principis & Vicarii perpetui S. R. I. titulo superbiat, & in Comitiis Imperialibus comparuerit *anno* 1544. prout supra notatum *verbo Comitia fol.* 540. *n.* 28. *Speidel, in speculo, verbo* Savoyen: recenset, quid in Italia Dux Sabaudiæ possideat, allegans *Caspar Klock in tract. de ærar. lib.* 1. *cap.* 16. ubi Genealogia Sabaudica, ejusque ærarium & reditus recensentur. *Lindenspur in dissert. de Imp. & famil. orig. fol.* 42. Præteria gerit titulum Regis Cypri, quem tamen cœteris inusitato more postponit, quia in Cyprum prætendit, ex matrimonio Ducis *Ludovici* Sabaudi & Regis Principissæ *Anno* 1432. quamvis non ille *Ludovicus*, sed demum ejus filius *Ludovicus III.* per suam conjugem *Charlottam* Regis Jani II. in Cypro filiam Rex ibidem fuerit, sed mox exinde repulsus, ut postea vitam in Monasterio consumpserit. *Joan Lohmeyer* **in dem** Europæi**schen Stamm-Taffelen** *tab.* 96. In Capella tamen Papali inter capita coronata refertur, & immediate post Venetos, non sine Magni Hetruriæ Ducis contradictione locum obtinet, ac communiter ab Electoribus Imperii *Altesse Royale* intitulatur. Cujus rei mentionem facit *Samuel Puffendorff. in Hist. Brandenb. lib.* 9. §. 64. ubi ait: Electorem Brandenburgicum in Comitiis Ratisbonensibus cum Sabaudiæ Duce super Ceremoniis conventionem iniisse, qua Dux declarabat, *uti ipse Majoresque sui nunquam præsumpserint Electorale Collegium aut Singulos Electores præcedere, ita & deinceps se facturum ac peculiariter Electori Brandenburgico non tantum in Comitiis & Aula Cæsarea, sed in omnibus aliis locis sive intra sive extra Italiam sine ulla contradictione cessurum; tum ex ratione aut occasione tituli* Regiæ Altitudinis *ne minimam quidem partem illius observantiæ omissurum, qua cum Electoribus agere suevit. Eodem quoque modo, & eodem Civilitatis genere tractaturum Legatos Electoris in Aula sua & intra Italiæ fines, quo Cæsareos, & Regios Legatos tractet, habeat & honoret. Si Ducem Sabaudiæ in Germaniam Comitiorum vel alia ex causa venire contingat, ipsum Electoris Legatos tractaturum & habiturum, sicuti tractantur & habentur à secularibus Principibus proximum post Electores locum obtinentibus. Ducem Electori daturum titulum Serenitatis Electoralis; Electore vicissim reponente titulum Regiæ Celsitudinis; idque apud posteros quoque observandum.* Et in hodiernis Comitiis per Carolum Felicem Malletti, nec non in prioribus per Joannem Baptistam de Bigliatoribus comparuit, prout in subscriptione Recessus de *Anno* 1654. apparet, *Gastell. de Statu publ. Europ. part.* 4. *C.* 19. *n.* 26. ubi *n.* 123. tradit: Illum amplius in Comitiis Imperii non comparere, ne obfuscet Celsitudinem Regiam, videns se poni post tot Principes, vel metu onerum emanere, cum parum protectionis ab Imperio habeat, avulsus per Rhetos, & Helvetos, claudaturque ab altera parte Galliæ & Italiæ terris, ideoque modo huc, modo illuc inclinet. *Hagemeyer de Comitiis cap.* 5. *fol.* 23.

6. De titulo Regiæ Celsitudinis.

Cum tamen modernus Dux Sabaudiæ arma sua Exercitui Gallico conjunxerit & adhuc in ea pertinacia persistat, hinc contra ipsum & Ducem Mantuæ citationes ad videndum bona eorum feudalia & allodialia, respective caduca & Fisco Cæsareo delata esse declarari, unà cum cassatione Capitulationum & Tractatuum cum Gallis initorum, nec non mandatis ab iis protinus abstinendo, partes illas deserendo, dimittendo eorum militiam, atque se in omnibus submittendo ordinationibus & mandatis Cæsareis, sub pæna Banni Imperialis ac illius publicationis & executionis decretæ sunt, prout notatum supra *verb. Crimen læsæ Majestatis fol.* 634. *n.* 16. Inde est, quod in Camera conveniri, & ab eadem pro delicto banno subjici possit, ut factum legimus *anno* 1525. 18. *Decemb. Præjud. Camerar. verbo Bannum pag.* 56. *Thomas Michael de jurisd. conclus.* 20. *lit. E.*

Ut magis constet de situ & pertinentiis Ducatus Sabaudiæ, adjicio breviter sequentia. *Ducatus Sabaudiæ* hodie *Savoje*, olim patria fuit Allobrogum, qui hic atque in Delphinatu satis potentes fuerunt. I. *Terminos* habet: ab *ortu*: Valesiam, & partem Pedemontii: *à septentrione*, Burgundiæ Comitatum, Ditionem Genevensem, & Lacum Lemanum: *à meridie*, Delphinatum, ab occasu Rhodanum, & partem Delphinatus. II. *Dominum* habet *Victorem Amadeum*, Ducem Sabaudiæ, sive Allogrogum, cujus Majores ex Ducibus Saxonicis hunc Tractum *Comitatus* titulo sibi acquisiverunt. *Sigismundus* Imperator posteà in Ducatum convertit. Ipse Dux Sabaudiæ, qui prætereà Pedemontium possidet, Augustæ Taurinorum, *Turin*, in Italia sedem & Domicilium habet. III. Dividitur Sabaudia. I. in *Sabaudiam propriam*, cujus urbes sunt: Camberium, *Chambery*, ubi Duces olim habitabant, & curiam pro decidendis litibus forensibus erexerant: Mommelianum, *Montmelian*: Arx inexpugnabilis semper habita, excelsæ rupi imposita; quam Galli tamen anno 1692. Ipsâ hyeme expugnârunt, sed factâ pace, unà cum omni Sabaudiâ Duci restituerunt. II. In *Tractum & Comitatum Genevensem*, sed illa urbs jam diu in libertatem se vindicavit. Est tamen ibi Annecium *Annecy*: ubi Episcopus Genevensis indè à temporibus reformationis subsistit. III. In *Agrum Cabellicum*, nunc *Chablais*, ad lacum Lemanum, ubi est oppidum Tunonium, *Thonon.* IV. in *Comitatum Tarantasiæ*, nobis *Tarantaise*; cujus urbs præcipua est Tarantasia, *Monstier en Tarantaise*, Dignitate Archi-Episcopali insignis; V. In *Comitatum Maurianensem*, hodiè *Maurienne*, ubi est fanum S. Joannis in Valle Maurianâ, *S. Jean de Maurienne*, VI. In *Tractum Fessi-*

7. De Ducatus situ & pertinentiis.

aniacum, nunc *Fossigny*, ubi est oppidum *Cluse*.

8. Prætensiones Ducis Sabaudiæ. De prætensione hujus Ducis in Ducatum Montisferratensem *vid. Oldenburg. in Limn. Enucleat. lib.* 3. *Cap.* 22. §. 10. de prætensione in Marchionatum Saluciarum, *ibid* §. 11. In Achajam & Regnum Cypri, §. 12. & 13. & denique §. 14. de prætensione in Mediolanensem Ducatum; Prætendit præteria Dux in Urbem Genevam, ejusque Ditiones *Pays de Vaux* dictas; Provinciam Bresse, Comitatum Pinorolensem, ejusque caput Pinarolum, ut & reliqua à Gallis vi adempta loca.

9. Qualem in Comitiis locum obtinet Sabaudus. In Conventibus Imperii proximum post Holsatiæ Duces locum occupat Sabaudus, extra hos vix ulli Germanorum Principum facile ante se locum concessurus, sed statim post Electores eundem prætensurus, sicut & in Aula Papali & omnium Regum Principes inter Italicos primum locum occupat, atque ipsum M. Hetruriæ Ducem antecedit, vigore *Bullæ Papalis Pii V. de Anno* 1570. *d.* 17. *Jan.* promulgatæ, & per Collegium Electorale 12. annis confirmatæ. Et quanquam aliqui sint, qui hunc Ducem neminem superiorem recognoscere tradunt: ratione tamen Ducatus Sabaudiæ, Chablasii, Augustæ, Gebennesii & Montisferrati, ut & Principatus Pedemontii, Oneglíæ, Barcellonettæ, Susæ, Saluciarum, Jureæ & Cevæ, Mauriennæ, Tarantasiæ, Niceæ, Vercellæ, Astæ, Tendæque Comitatuum & aliarum Provinciarum, ut & Marchionatus & Vicariatus, nec non Generalatus Italiæ, Vasallus & Princeps est Imperii, Cæsaremque recognoscit Superiorem. Confer tamen *Conring. de finib. Imp. C.* 25. §. *Burgundici quondam Regni, & seqq.*

Sachsen.

SUMMARIA.

1. *Saxoniæ antiqui Reges, eorumque origo & facta.*
2. *Witikindus ultimus Rex, & primus Dux Saxoniæ.*
3. *Saxones ad fidem Christianam conversi.*
4. *Series Ducum Saxoniæ.*
5. *Immodus Dux Saxoniæ Stirpis Ducum Sabaudiæ conditor.*
6. *Comitatus Mersburgensis Saxoniæ acquiritur.*
7. *Sicut & Marchionatus Misniæ.*
8. *Altenburgum & terra Plissensis Saxoniæ acquiritur.*
9. *Uti & Comitatus Orlamundensis & Salzensis.*
10. *Lineæ Electoratus Saxonici.*
11. *Electores Saxoniæ ex Bilingiorum familia.*
12. *Primus Elector Saxoniæ.*
13. *Ex familia Supplinburgensi Elector Saxoniæ unicus.*
14. *Ex Domo Bavarica Electores Saxoniæ duo.*
15. *Electores Saxoniæ ex familia Anhaltina.*
16. *Quomodo Duces Saxoniæ insignia sua primum acquisiverint.*
17. *Marchionatus Landspergensis Saxoniæ acquiritur.*
18. *Lipsiensis Academia fundatur.*
19. *Electores Saxoniæ ex familia Misnica.*
20. *Academiæ Wittenbergensis fundatio.*
21. *A. C. in Saxoniam introducitur.*
22. *Joannes Friedericus Elector Saxoniæ à Carolo V. Imp. proscribitur.*
23. *Academia Jenensis instituitur.*
24. *Novus ordo in Saxonia instituitur.*
25. *Friedericus Augustus Elect. Sax. eligitur & coronatur Rex Poloniæ.*
26. *De præcedentia & officio Elect. Saxon. ratione Archimareschallatus; vid. supr. verb.* Chur-Fürst *n.* 12. *& verbo* Mayntz *fol.* 1337. *n.* 38.
27. *Ditiones Electorales.*
28. *Quomodo Lusatiam à regno Bohemiæ acquisiverit Saxonia.*
29. *Cur Elect. S. & Duces Saxoniæ se scribant Duces Juliæ, Cliviæ & Montium.*
30. *Electoratus Saxoniæ primariæ urbes Dresda & Lipsia.*
31. *Quali jure utantur Saxones, Electorisque regimen & Dicasteria.*
32. *Electori non tantum, sed & omnibus Ducibus Saxoniæ competit privilegium de non appellando.*
33. *Lineæ Electoralis quatuor sunt rami:* 1. *qua talis.*
34. *Secundus Leucopetrensis* Weissenfels.
35. *Tertius Martisburgensis* Merseburg.
36. *Quartus Naumburgensis sive Ziticensis.*
37. *Christianus Augustus, Dux Saxoniæ, Episcopus Jaurinensis.*
38. *Linea Saxo-Gothana in* 7. *dividitur lineas, quarum* 1. *qua talis.*
39. *Secunda Coburgica.*
40. *Tertia* Sachsen-Meynungen.
41. *Quarta* Römhildt.
42. *Quinta* Eisenberg.
43. *Sexta* Hilperthausen.
44. *Septima Salfeldica.*
45. *Vinariensis linea.*
46. *Linea Isenacensis.*
47. *De Principatu Saxo-Lauenburgico.*
48. Sachsenburg *cum Domo Anhaltina communem habet originem.*
49. *Ditiones Saxo-Lauenburgicæ.*
50. *Controversia Saxo-Lauenburgica.*
51. *Saxoniæ antiqui fines & termini.*

1. Saxoniæ antiqui Reges, eorumque origo & facta. ORigo Ducum Saxoniæ vulgari traditione deducitur à *Witikindo* M. Rege Saxonum, Duce Angariæ, Principe Rugiæ, qui *An. Christi* 186. sub *Trajano Imp.* vigin-

ti millia Gothorum fudisse dicitur, & Saxoniæ finibus ejecisse, adjutus â *Richmere* Francorum & Thuringorum Rege. *Anno* 258. imperante *Valeriano*, fertur Saxonum Rex fuisse *Marobodus*, & post eum *Lotharius*, qui *anno* 266. in Gallium exercitum duxit, & Hispaniam populatus est. *Anno* 300. *Vecto* memoratur Rex Saxonum, qui & urbes condidit, & Legibus latis ad humaniorem cultum efferos incolarum animos revocavit. *Anno* 350. sub *Valentiniano* rexit Saxones *Svvitta*. *Anno* 427. Saxones, Witikindo Duce, in Galliam irruperunt, quod & *anno* 449. *Hengistus* eorum Rex in Britannia fecit, magnamque ejus partem occupavit, quod non minus *An.* 500. Italia sentire debuit. *Anno* 633. Rex Saxonum & Angrivariorum *Sighardus* Henetos superavit. Erant autem eo tempore Vicinorum suorum Francorum facti tributarii, pendebantque ipsis quotannis quingentos boves, quod tributum illis, Dagobertus Francorum Rex remisit. At *Clodoveus*, ejus filius iterum illud exegit. Hinc nova belli materies. *Anno* 722. Rex Saxonum fuit *Dietericus* Sighardi filius, quem Carolus Martellus coegit supra vetus tributum solvere amplius 300. equos. *Anno* 742. *Carolomannus*, cum Saxones prælio vicisset, *Dietericum* obsidem accepit, qui restitutus, cum rebellaret, non ante ad obsequium rediit, quam arcem Hochpurgum incensam vidit. Defuncto Dieterico *an.* 744. Rex factus est ejus filius *Edelhardus*, qui Francici jugi impatiens, primum se opposuit Carolomanno, sed victus Osnabrugum amisit: post â Grifone incitatus, insurrexit in Pipinum, ac tunc Ascaniam perdidit; prælio enim victi Saxones â Pipino conditiones pacis accipiunt, promittuntque in singulos annos 300. equos. *Anno* 779. *Bertholdus*, Edelhardi filius, occubit in prælio adversus Francos. *Anno* 768. obiit Vernekinus Dieterici filius, dictus Pacificus, relictis duobus filiis *Witikindo & Brunone*.

2. Witikindus ultimus Rex & primus Dux Saxoniæ.

Witikindus arte militari clarus, adversus Francos â Saxonibus Rex delectus est, & cum Carolo M. Francorum Rege multa bella acriter gessit, 24. cum illo congressus, spatio annorum 35. Victi enim Saxones ad ingenium semper redierunt. Tandem 400. millibus ipsorum occisis, & nobilitatis parte maxima in Belgium translata, cœteris per Germaniam submotis, coegit ipsos *Carolus* & Leges Francorum ferre, & jugum Christi suscipere, præeuntibus Rege Witikindo & Beringero Ballenstedense, quæ mutatio incidit in annum *Christi* 785.

3. Saxones ad fidem Christianam conversi.

VVitikindus ex Rege *Dux* factus hereditarias regiones omnes servavit: Datus ipsi in Clypeo pro Equo nigro, albus, saliens sine fræno, in fundo rubro. Ditio Ecclesiastica partim Moguntino, partim Coloniensi subjecta est. Episcopales sedes fuere *Osnabrugum*, *Monasterium*, *Saligsted*, quod nunc *Ostervvyck* dicitur, *Halberstadium*, *VVerdena*, *Minda*, *Paderborna*, & ultra Visurgim *Hildesheimium*; nam *Magdeburgensis* Episcopatus postea institutus est ab Ottone. Porro *VVitekindus* iste condidisse fertur *VVittebergam*. Occubuit autem in prælio adversus Suecos, cæsus â Geroldo ipsorum Duce *anno* 807. Sepultus fuit Engræ, in Basilica, quam ipse condiderat, sed ab *Henrico Aucupe* translatus est inde Paderbornam; uxorem habuit Gevam Regis Daniæ gnatam. Frater Witikindi fuit *Bruno* conditor Brunsvicensis Comitatus: ex hoc natus est Ludolphus, ex Ludolpho Otto, â quo longus ordo Imperatorum Saxonum. Witikindus filios habuit *VVigebertum* & *VVitikindum* Juniorem.

4. Series Ducum Saxoniæ.

VVigbertus genuit Liberos *VVolpertum*, *Regempertum Immodum*.

VVolperto filius fuit Witikindus junior, qui etiam Berliungus dictus est, ex quo natus *Almarus*, qui in Italia educatus, Ottonis VI. filiam Adelheidam abduxit, sed reconciliatus Cæsari Ducatum Taurinacium & Eporregiæ nactus est, *primusque* fuit *Marchio Montisferrati*, Witikindus Pater in Galliciam cum uxore profectus ad S. Jacobi Compostellam in itinere periit.

Dietericus, Walperti F. Comes fuit Ringelheimii. Ejus filia Machtildis nupta fuit Henrico Imp.

Regenpertus, Henrico Aucupi in bello Danico operam egregiam navavit.

5. Immodus Dux Saxoniæ stirpis Ducum Sabaudiæ conditor.

Immodus seu *Amadæus* stirpis Ducum Sabaudiæ Pater est.

VVitikindus junior, ex Suatana Bohema natus, ditionis, quæ inter Salam & Albim sita est, Dominus, Comes Weteni, Burggravius Sorbeci, duos filios reliquit ex Julanda Theodorici Comitis Richlicensis filia *VVitikindum* & *Dietgremum*.

VVitikindus, relicta fratri hereditate sua, abiit in Galliam militatum, & sub Carolo Calvo ita se adversus Normannos gessit, ut Judæ Machabæi cognomen reportarit. Ab hoc ortum trahit Hugo Capetus, â quo Reges profecti sunt.

Dietgremus, hic ab Ottone M. patruele suo Saxonum Duce pulsus est Saxoniâ.

Dietmarus, Henrico Aucupi adversus Conradum Imp. fidelem & opportunam operam præstitit, ab eo restitutus bonis, arma in Henetos, qui Rhedarii dicuntur, vertit, adjutus â Bernhardo Saxoniæ & Lunæburgi Duce, horum 20. millia periisse illo bello dicuntur.

Dietericus, Ditmari filius, Marchionum Misniæ & *Electorum Saxoniæ caput* est, uxorem habuit *Guttam* Comitis Mersburgensis filiam.

6. Comitatus Mersburgensis Saxoniæ acquiritur.

Dedo, Diterici filius, Burggravius Sorbeci, Comes Weteni, Dominus Burdetzii, Burggravius Soraborum, ab Ottone III. Comitatum Mersburgensem jure clientelæ consecutus est, occubuit in prælio ad Tungermundam. *Anno* 1060. Uxorem habuit Tetburgam, Theodorici Marchionis Brandenburgici filiam.

Dietricus, Dedonis filius, ab Henrico II. Imp. auctus est Marchionatu Landsbergensi & Comitatibus Cyllenburgensi ac

Senle-

Senlebicensi: obiit confossus in Cubiculo 1034. Uxorem habuisset filiam Echarti Marchionis Misnensis.

Dedo, Dieterici filius, præter paternam hereditatem *Marchionatum* quoque *Misniæ*, matris beneficio, primus Saxonum adeptus, Thuringiam hostilibus copiis invasit, *anno* 1069. captus idcirco â Cæsare & in exilium actus, obiit, filio etiam noctu in arce Beichlingensi â Ministro confosso.

7. Sicut & Marchionatus Misniæ.

Thiemo, post fratris & Nepotis obitum, auctus est bonis, gratusque insuper Imperatori Henrico IV. ob fidem domi militiæque ipsi præstitam, totum Misniæ Marchionatum ad se delatum non potuit consequi, occupantibus ejus partem Bohemis: sed post ejus obitum *anno* 1091. filius ejus

Conradus, Marchionatum ab Avia ad patrem, à patre ad se delatum, confirmantibus successionem Henrico IV. & Lothario Impp. pleno jure adiit *anno* 1126. tandem post obitum conjugis suæ *Lutgardis*, Friderici Ducis Sueviæ filiæ, factus est *Monachus* Landsbergæ.

Otto, Conradi filius, qui à repertis argenti Fodinis *Dives* dictus est, *Fribergam* condidit, *Lipsiam* & *Isenacum* munivit; Veterocellense Monasterium ad *Muldam* amnem fundavit. Non semel adversa passus, Wartbergæ enim eum in vinculis habuit Ludovicus Thuringiæ Landgravius: dimissus inde, *Friderici* Barbarossæ autoritate, in carcerem conjectus est à filio *Alberto*, obiit *anno* 1195. & sepultus Veterocellis cum conjuge *Hedvvige* Brandenburgica. *Dedo*, Ottonis frater, cognomento *pinguis*, Comes Rochlicensis & Groicensis, fundavit *Cœnobium Cilliense ad* Muldam. Tanta fertur fuisse abdominis crassitie, ut cum in Apuliam iter faceret cum Imp. Henrico V. jusserit sibi aruinam eximi, ne mole corporis impediretur. Uxores habuit *Dobrogeram*, Boleslai Ducis Poloniæ filiam, & *Kunegundam* Comitissam à Pleussen. Obiit *anno* 1190.

Albertus, filius Ottonis, *Superbus* cognomine, cum intellexisset fratrem suum juniorem *Dietericum*, instinctu matris Marchionem Misniæ à patre esse institutum, furore percitus, arma in patrem, postea in fratrem sumpsit, quem etiam ditione omni dejecit, thesauro paterno qui 3000. marcarum argenti erat, effosso. Uxor ei fuit *Sophia*, filia Ducis Bohemiæ.

Dietericus, Alberto fratri sine prole extincto successit. Bellum cum Lipsiensibus gessit. Uxor ei fuit *Juditha*, Hermanni Landgravii Thuringiæ & Vassiæ filia, obiit *Anno* 1210. Successit ei filius,

Henricus, Ottonis divitis nepos, cognomento *Illustris*, suorum Majorum beneficio Marchio Misniæ, Lusatiæ, & Osterlandiæ, Palatinatusque Saxoniæ, uxoris verò Majorum Landgravius Thuringiæ. Multum ille *anno* 1247. in Borussis ad fidem Christi convertendis laboravit. Equestres ludos *Misnia* anno 1247. postea *Northusii* exhibuit, ubi ingentem *quercum argenteam foliis aureis* exhibuisse dicitur, & quidem solidam; fuit enim adeò dives, ut argento, ex Friburgensibus venis effosso, totum Regnum Bohemiæ emere potuerit. Addidit suis titulis *Palatinatum Saxoniæ*, qui ante ipsum ab *Ottone II.* institutus; à quibus autem ille ante hujus tempora administratus fuerit, *vid. Bert. de Germ. lib. 2. pag.* 153. Obiit demùm Henricus Dresdæ *anno* 1287. successit illi filius,

Albertus, ob vitia *Degener* dictus. *Friderici II.* Imp. filiam *Margaritam* uxorem habuit, cum ea dotis loco adeptus est *Altenburgum* & terram Plissensem: Sed postea exarsit in Kunegundam pellicem, usque adeò, ut conjugis etiam vitæ insidiaretur, quæ hoc advertens aufugit, & Francofurti in Monasterio Virginum aliquamdiu morata, secundo post anno extincta est. *Albertus* post obitum uxoris, *Kunigundam* duxit, filiumque ex ea suscepit Ludovicum. *Fridericus* verò & *Dicemanus*, *Alberti* ex *Margarita* uxore legitimi filii, interea apud patruum Henricum educati, injuriæ maternæ memoriam recolebant. Quo etiam evenit, ut *Albertus* Parens, exutus excussusque bonis omnibus, coactus fuerit tandem Erfurdiæ privatam in Monasterio vitam agere, ubi etiam senex atque inglorius in summa rerum egestate extinctus est *Anno* 1314.

8. Altenburgum & terra Plissensis Saxoniæ acquiritur.

Fridericus, à virtute animi *fortis* dictus, ab oris vitio *admorsus* quoque vocitatus fuit, victis potentissimis hostibus, patre imprimis, tum Joanne Brandenburgico aliisque, multis præterea malis exteris patriisque exercitus, tandem tranquillè ditiones suas possedit: obiit 1326. *Isenaci sepultus*. Frater ejus *Dicemannus* fidelis ei socius *Lipsiæ*, per Sicarium à *Philippo* Nassovico submissum in ipso templo indignè cæsus est, sed & ipse non multò post à Friderico aperto Marte confossus occubuit.

Fridericus Severus, Friderici Admorsi filius, ea fuit virtutis fama, ut *Carolo IV.* Imp. nam contra ipsum Romanorum designatus fuerat Imperator, Imperium & diadema cesserit, acceptis ab eo decies mille argenti marcis. Comitatum Orlamundensem ditioni suæ adjecit; Emit quoque dimidiam partem Salzensis ditionis. Obiit demùm Pegavii in hastiludio *Anno* 1349.

9. Uti & Comitatus Orlamundensis & Salzensis.

Fridericus Strenuus, *Carolo IV.* Imp. fidelem in bellis operam navavit, Albertum Brunsvicensem revocavit à prædis ad pacis studia, excessit è vita *Anno* 1380.

Fridericus Bellicosus, *Sigismundo* Imp. adfuit adversus Hussitas, in prælio illo memorabili ad Brixiam *Anno* 1421. eaque de causa, post Albertum Anhaltinum à *Sigismundo Elector & Mareschallus Imperii* factus est *Anno* 1425. Porrò Electoratus Saxonicus usque ad hunc *Fridericum* in aliis Witikindeæ familiæ ramis, diversis etiam à Principatu Saxonico fuit, quod, ut constet, placuit eorum seriem ex omnibus lineis hic inserere. Familiæ autem, in quibus Electoratus hic stetit, quinque numerantur

10. Lineæ E-

ectoratus Saxonici. rantur, *Bilingica* scilicet, *Supplinburgica*, *Bavarica*, *Anhaltina*, & *Saxo-Misnica*, de Bilingica primo sermo erit.

11. Electores Saxoniæ ex Bilingiorum familia. *Bilingius*, nobilis fuit in Stipshorn, cujus opera *Otto I.* Imp. usus est in filiorum suorum institutione, inque expeditione Italica contra *Berengarium*, ob quas multasque alias virtutis ejus causas Imp. *Otto* eum creavit Saxoniæ Ducem, donata ipsi jure hæreditario ditione *Lüneburgensi*, cum *Holsatia*, *Stormarsia*, *Wagria* & *Ditmarsia*, & cum *Anno Christi* 981. moreretur, filius ejus

12. Primus Elector Saxoniæ. *Bernardus I.* paternarum ditionum hæres, ob fidelem *Ottoni II. Imp.* in expeditione Danica navatam operam, & quod Slavos devicerit, ab *Ottone III. Imp.* primus Elector Saxoniæ designatus est, obiit *Anno* 1011. Luneburgi sepultus.

Bernardus II. Dux Saxoniæ, Dynasta Luneburgi, Elector Saxoniæ fuit, obiit *anno* 1063.

Ortolphus, Saxoniæ Elector tertius, Saxoniæ, Angriæ, Westphaliæ Dux, arcem Hamburgensem condidit, mortuus *Anno* 1073.

Magnus, Elector IV. Saxoniæ, Slavos primo vicit, postea stetit à partibus *Rudolphi Suevi*, quem contra Henricum IV. Pontifex Imperatorem fecerat, eoque ab Henrico in exilium primùm, posteà in carcerem actus, denique honoribus omnibus privatus est. Obiit tandem 1106. Sublato ita *Magno*, Electoratus *tanquam vacuum* feudum ad

13. Ex familia Supplinburgensi Elector Saxoniæ unicus. *Lotharium* Comitem Supplinburgensem ab Henrico V. Imp. translatus est, postea tamen Henricus conatus fuit Electoratum à Lothario in *Hojerum* Mansfeldiæ Comitem transferre, sed victus à Saxonibus Hosero interempto, in quo prælio 45. millia hominum utrimque cæsi memorantur, *Lotharius* verò ex post Imperator factus creavit Bavariæ Ducem,

14. Ex domo Bavarica Electores Saxoniæ duo. *Henricum*, Electorem Saxoniæ. Is auctis tantis opibus & honoribus animum extulit spesque altas concipiens, dictus ob id & mores *superbus*. Insignia Imperii à Lothario relicta servavit apud se, neque induci potuit, ut ea Electoribus restitueret; Invisus hinc Principibus, præteritusque *Conradum Suevum* prælatum sibi Augustæ obsedit, à quo proscriptus, data Saxonia *Alberto Urso*, Marchioni Brandenburgensi, Bavaria verò Duci Austriæ *Leopoldo*. Ille exutus utroque Ducatu, nomen tantum *Superbi* retinuit, mortuus est *Anno* 1131.

Henricus Leo, Superbi filius, Elector Saxoniæ, ab Albi usque ad Rhenum & ab Hircinis jugis usque ad mare Balticum dominatus est. Ex eo quod Imp. *Fridericum I.* in oppugnatione *Alexandriæ* deseruerit, causatus à Papa proscriptionem. Quam ob causam *Fridericus Imp.* eum Majestatis reum citavit, & lata sententia etiam condemnavit, data Bavaria *Ottoni Wuelsbachio* Palatino, Saxonia verò Bernardo Anhaltino. Ipse post multas molestias frustra Cæsarem deprecatus, obiit *Brunsvvigæ Anno* 1195.

Bernardus itaque in Ordine III. Alberti Ursi Marchionis Brandenburgici filius ex familia Anhaltinorum in conventu Wurceburgico à *Friderico I. Imp.* Dux & Elector Saxoniæ pronunciatus est. Sub hoc ditio Saxonica & Brandenburgica ad gentem Anhaltinam deciderunt, unusque Ascaniæ ad Herciniam Ursus trium amplissimarum familiarum in Germania caput factus est. Hinc etiam trabium auratarum & nigrarum, rutaceique serti insignia accepit, cum ejus Clypeo Imperator forte coroliam rutaceam, qua ornatus æstate erat, capiti suo detractam injecisset. Obiit *Anno* 1212. 15. Electores Saxoniæ ex Familia Anhaltina 16. Quomodo Duces Saxoniæ insignia sua primò acquisiverint.

Albertus I. Bernardi filius, Elector Saxoniæ, sub Friderico II. militavit, cum eoque in Palæstinam profectus, extinctus *Anno* 1260.

Albertus II. Uxorem habuit Agnetem filiam *Rudolphi I. Imp.* Guntherum Archiepiscopum Magdeburg. armis oppugnavit, & in electione *Alberti Imp.* turba circumstantium pressus, obiisse fertur, *anno* 1297. successit ei filius

Rudolphus I. belli paterni reliquias contra Guntherum Magdeburg. aliquantisper persecutus, tandem pacis amore composuit. *Ludovicum* Bavarum in electione Imperatoris graviter offendit, sed reconciliatus ei postea Marchionatum Landspergensem veterem in Marchia ab eo obtinuit. Tribus Impp. *Henrico VII. Friderico Austriaco & Carolo IV.* eligendis adfuit. Humanis exemptus *Anno* 1356. 17. Marchionatus Landspergensis Saxoniæ acquiritur.

Rudolphus II. magna cum laude militavit contra Gallos. *Anno* 1357. *Wittenbergæ* fundavit *templum Cathedrale*, Luneburgensem Ducatum jure clientelari, cum nepote suo ex fratre, & fratre Wenceslao accepit à Carolo. Obiit sine liberis *Anno* 1370.

Wenceslaus I. Frater *Rudolphi II.* Hic in expugnatione arcis Zellensis ad Allerum amnem læsus, protinus extinctus est. Successit ei.

Rudolphus III. Elector, vir gravis & prudens. Hic ab electione *Ruperti* Palatini Imp. domum rediens, à Comite Waldeccio vulneratus est, sed restitutus convaluit. In Legatione Bohemica tandem veneno extinctus creditur, *Anno* 1418.

Albertus III. ultimus Anhaltinorum Dux & Elector Saxoniæ. Hic cum forte in saltibus Lochavicis venatur cum uxore *Offega*, filia *Conradi* Ducis Oelsensis in Silesia, noctu in casam Rusticam divertit, ubi orto incendio nudus aufugit, & ex animi consternatione paucis post diebus exspiravit, *anno* 1421. nullis relictis liberis. Post hunc itaque, *prout supra jam dictum*, dignitas Electoralis ab Imp. *Sigismundo* translata est ad

Fridericum Bellicosum ex stirpe Witikindea. Fundavit Academiam Lipsiensem *anno* 1409. Obiit *anno* 1428. *Aldenburgi* sepultus. Ab hoc deinceps profecti sunt Duces & Electores Saxoniæ. 18. Lipsiensis Academia fundatur.

Fridericus II. Placidus cognomine *Dux* 19. Electores

Saxoniæ

Saxoniæ. ex familia Misnica. *Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ Marchio Misniæ* natus *anno* 1411. Bohemos in Misniam irruentes repulit, reportata ab illis victoria.

Pro fratre *Sigismundo* bellum gessit cum Francis, gessit quoque bellum cum fratre *Guilielmo*, sed cum constaret Sicarium quendam Friderico operam suam obtulisse in fratre tollendo, ipsum id ægerrime tulisse, adeò ipsius amore & pietate accensus est Guilielmus, ut post breve colloquium, armis depositis, pax confirmata sit, ipsique ex eo inter se vixerint conjunctissimi. Obiit Fridericus *Lipsiæ* tumulatus Misniæ *Anno* 1464. Qua ratione autem Electoratus Saxoniæ ad Marchiones Misniæ pervenerit videri potest *Strauchius dissert. Jur. publ. II.* §. 10. ubi dicit eam primum fuisse apud Duces Luneburgenses inde venisse ad *Lotharium* Comitem Supplinburgensem, postea Imperatorem, qui quia sine hæredibus fuerit, Ducem Henricum Bavariæ Ducatu & Electoratu Saxoniæ auxerit. Cum verò ejus filius Henricus Leo proscriberetur, locum ad hanc dignitatem fecit Bernardo Urso Comiti Ascaniæ prout supra jam notavi *num.* 13. Cujus frater primus Princeps Ascaniæ seu Anhaltinus creatus est. Ab hujus obitu transiit in Marchiones Misniæ, cum *Anno* 1422. Albertus III. Elector & Dux Saxoniæ decessisset sine stirpe mascula, & Fridericus & Marchio Brandenburgicus, Ericus Lauenburgicus, & Ludovicus Palatinus hunc honorem affectarent. Verum *Sigismundus* Imp. eum Landgravio Thuringiæ & Marggravio Misniæ Friderico Bellicoso contulit, ob causas in literis investituræ expressas, & quod per mortem Alberti Electoratus & Archi-Marschallatus tanquam feuda vacantia ad Imperium rediissent, & in Imperatoris recidissent manus; cum *Erico* quidem *Lauenburgico* multum fuit negotii, qui suum jus successionis magno conatu propugnavit, quæ causa non solum in auditorio Imperatoris tractata, verum etiam prætextu Justitiæ denegatæ ad Concilium Basileense ab *Erico* delata est, qui præcipue urgebat investituram, quasi ab ipso Sigismundo impetratam, si Rudolphus Saxo sine liberis decederet; sed Edictum *Sigismundi* Ulmæ publicatum *anno* 1434. refert *Strauch. d. loc.* Quod Sigismundus negaverit Instrumentum Investituræ ab Erico allegatum, sed fraude Cancellarii sui aliquid tale suppositum fuisse. Verba Imperatoris *Spalatinus de orig. Saxon. cap.* 2. refert, & plura ex aliis Autoribus refert *Strauchius d. loc.* ubi addit, morte Electoris Alberti Anhaltini Electoralem dignitatem non primùm in Domum Marchionum Misniæ introductam, sed potius postliminio restitutam esse. Successit ei filius

Ernestus, prudentia hic imprimis claruit, qua ille unà cum Joanne Brandenburgico tres Reges dissidentes in concordiam reduxit Uratislaviæ: *Casimirum* Polonum, *Ladislaum* Bohemum, & *Mathiam* Hungarum. De mirabili casu, quem hic Princeps vivo adhuc Patre cum fratre Alberto instinctu & ductu *Conradi Kaufungi, Friderici II.* Aulæ Magistri, expertus est, videri potest *Bertius de Germ. lib.* 2. *pag.* 161. & 162. Ex uxore *Elisabetha* Alberti Bavariæ Ducis filia genuit *Fridericum Sapientem, Joannem, Albertum* Archiepiscopum Moguntinum & *Ernestum* Archiepiscopum Magdenburgensem. Obiit demùm *Anno* 1486. in arce Choldicia à se extructa. Successit ei filius

Fridericus III. Sapiens cognomine. *Anno* 1502. Academiam Wittenbergensem fundavit, Maximiliano Imp. prudentiam suam in constituendo Cameræ judicio probavit. 20. Academiæ Wittenbergensis fundatio.

Lutherum doctrinæ & religionis reformationem meditantem tuetur. Extinctus est nephritide cœlebs 5. *Martii Anno* 1525. sepultus Wittebergæ in templo arcis: successit ei frater

Joannes Anno 1530. in Comitiis Augustanis *Carolo V.* Augustanam Confessionem cum reliquis Principibus & Statibus Imperii exhibuit, nihil Catholicorum indignationem veritus. Obiit Schweinicii & sepultus Wittenbergæ, *Anno* 1532. Patri successit filius 21. Augustana Confessio in Saxoniam introducitur.

Joannes Fridericus, dictus *Magnanimus*, religionem sibi à patre traditam magno animo defendit. Ferdinandi I. Imp. electioni in Regem Romanorum sese opposuit, eo quod non in Germania, sed in Hispania natus esset. Cum variis Imperii Principibus inquieta gessit bella, cum ipso *Carolo V.* Imp. susceptâ cum Principibus & Rebuspublicis confœderatis defensione libertatis & religionis *anno* 1547. Sed victus privatusque dignitate in custodia mansit, ingenti cum capitis discrimine, annos totos quinque, dimissus *anno* 1552. constantiæ & magnanimitatis testimonium retulit à Cæsare, neque indignè tulit, honorem Electoralem in *Mauritium* Sobrinum suum translatum esse. Obiit demum Weimariæ *anno* 1554. filius ejus *Joannes Fridericus II.* Patri quidem successit, honore tamen Electorali destitutus. Is *anno* 1558. Academiam Jenæ aperuit, obtentis etiam privilegiis Cæsareis. Eo quod *Wilhelmum Grumpachium* interfectorem Episcopi Herbipolensis, ideoque ab Imperio proscriptum receperit, & tutatus sit in arce sua *Grimmenstein*, idcirco hostis renunciatus, obsessusque Gothæ ab Electore Saxoniæ *Augusto*, executore decreti Cæsarei, captus æque ac frater, ac ad Imperatorem abductus est, obiit in carcere Styriæ anno 1597. successit itaque 22. Joannes Fridericus Elect. Sax. à Carolo V. Imp. proscribitur. 23. Academia Jenensis instituitur.

Mauritius, Henrici Saxoniæ Ducis filius loco *Joannis Friderici* captivi, à patre religione reformata imbutus, post ejus excessum doctrinam eandem asseruit: ægrè tamen tulit, quod submoto *Julio Pflug*, Episcopo Naumburgensi, *Nicolaus Amsdorfius* à *Luthero* esset ordinatus. *Carolo V.* contra *Franciscum I.* Galliæ Regem militanti adfuit, capto etiam *Landresio.* Anno 1543. insignia Electoratus accepit *Augustæ.* Ex causa interimistica in bellum adiaphoristicum

cum protractus, moderatè se gessit. *Magdeburgum anno* 1550. obsedit. Albertum quoque Marchionem Brandenburgicum oppugnavit, in quo conflictu Sclopeto ictus 11. *Julii* 1553. occubuit *Siversh usæ* prope *Luneburgum*. Vixit *annos* 32. *menses* 3. *dies* 25. Ex ejus filia *Anna*, *Guilielmo* Auriaco desponsata, natus est famosus ille heros *Mauritius Nassovius*, Gubernator unitarum Provinciarum. Mauritio autem successit frater

Mauritius Nassovius.

Augustus, cognomento *Pius*, in aula Imp. *Ferdinandi I.* cum *Maximiliano* ejus filio educatus, inchoatam à teneris unguiculis amicitiam cum adulto Imperatore perpetuò coluit; *Caroli V.* partes contra *Joannem Fridericum* juste secutus. *Annam Christiani III.* Danorum Regis filiam anno 1548. uxorem duxit. *Bellum Gothanum* feliciter confecit, capta per deditionem urbe, & sumpto de præscriptis supplicio, arcem *Grimmenstein* solo æquavit. *An.* 1579. *formulam Concordiæ* Torgaviæ proponi jussit. Ex *Agnete Hedvvige* Anhaltina, secunda conjuge *Christianum* Electoratus successorem; ex prima, *Anna Christiani III.* Danorum Regis filia, genuit *Alexandrum*, *Joachimum*, *Hectorem*, & alios, qui juvenes sunt extincti. Humanis demùm exemptus 2. *Febr. Anno* 1586. Successit

Christianus I. Augusti filius, natus *anno* 1560. datusque à Patre juvenis admodum Senatui Electorali in Saxonia Præses, anno ætatis 21. sequenti anno uxorem duxit *Sophiam*, Electoris Brandeburgici filiam. Post patris obitum bonis & honoribus auctus, meditatus est seriò doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ reformationem, sed immatura morte præventus, res caruit successu, obiit enim 24. *Septemb.* 1591. *ætatis* 31. Fribergæ sepultus liberos reliquit *Christianum II. Joannem Georgium & Augustum*, minores, curæ Guilielmi Friderici Saxoniæ Administratoris commissos.

Christianus II. Anno 1601. bonorum capax factus, regimen ipse suscepit: ac novennio post *Pragæ* 7. *Julii* à Rudolpho Imperatore *investituram Ducatuum Juliacensis, Clivensis & Bergensis* pro se & familia Saxonum Witikindæa suscepit. Ex uxore *Hedvvige*, Friderici Regis Daniæ filia, nullos reliquit liberos. Moritur demùm 1611. 23. *Julii*. successit ei frater secundogenitus

Joannes Georgius I. natus est *Anno* 1585. prima ei uxor fuit *Sibylla* filia Friderici Ducis Würtenbergici, anno 1606. extincta. Post hanc duxit *Magdalenam Sibyllam*, filiam *Alberti Friderici* Marchionis Brandenburgici. Magna huic fuit in rebus gerendis prudentia, gravitas, solertia, ita, ut Majoribus suis sesi non ex-saltem adæquaverit. Obiit 8. *Octob.* 1656.

Joannes Georgius II. Anno 1613. 31. *Maji* natus, uxorem duxit *Magdalenam Sibyllam*, *Christiani* Marchionis Brandenburgici, Lineæ Culmbacensis, filiam 27. *Octob.* 1612. natam. Hujus Electoris prudentia apud Imperii Proceres innotuit in diæta Francofurtensi, electioni Imperatoriæ destinata; ut & in Comitiis Ratisbonensibus, quæ per se obivit; item per administrationem Imperii, quam mortuo Ferdinando III. Imp. peregit, per partes Germaniæ septentrionales. Demùm *anno* 1680. 22. *Aug.* Freibergæ, quo propter pestem *Dresdæ* grassantem secesserat, diutino morbo absumptus vita concessit. Patrem secutus est filius,

Joannes Gregorius III. 20. *Junii An.* 1647. natus; desponsavit sibi *Annam Sophiam Friderici III.* Danorum Regis filiam. Virtute ejus bellica totus repletus est Christianus orbis, & quod maximum est, post eximiam Cæsari & Imperio in bellis contra Gallos Turcasque navatam operam, & decus liberatæ ab acerrima horum obsidione *Viennæ Austriæ*, defensæque adversus illorum latrocinia *Germaniæ* sibi partum, mors eum fato propero occupavit, & tantum non in acie stantem Tubingæ in illustri Collegio 12. *Septemb.* 1691. maligna febri oppressit. Post inclyti Genitoris excessum jam par moli regiminis erat filius primogenitus,

Joannes Georgius IV. Ei capessendo ex castro, quo Parentem ingeneratâ stimulatus virtute secutus erat, domum se recepit, & justis ei persolutis civitates subditosque in nomen & verba sua jurejurando adegit. Natus erat hic Elector 17. *Octob.* 1668. Uxorem duxit *Eleonoram Erthmudim Luisam*, *Joannis Georgii Ducis* Saxo-Isnacensis filiam, *Joannis Friderici* Marchionis Brandenb. Viduam, *anno* 1692. 17. *April.* A *VVilhelmo* Rege Britanniæ in Societatem *aureæ Periscelidis* cooptatus, cum jam antea *Elephantiaci* etiam ordinis tessera â Rege Daniæ Avunculo suo ornatus fuisset. Instituit novum Ordinem *sinceræ* familiarissimorum suorum *amicitiæ*, *concordiæque perenni* dicatum, cujus insignia in dextro gestanda brachio, *manus duas armatas, easque interjunctas*, *substratis decussatim duobus acinacibus*, *cum jugo frondium palmacearum conjunctis* exhibent. Lemmata hujus novi Ordinis sunt: *Sincere amitie & unie pour jamais*. Demum immatura morte præventus, extinguitur improlis 27. *Aprilis* 1694. Hinc frater ei successit

24. Novus Ordo in Saxonia instituitur.

Fridericus Augustus modernus Elector natus 12. *Maji* 1670. ad summa omnia editus Princeps, & in tantum laudandus, in quantum virtutes ejus capi ac intelligi possunt. Connubio sibi junxit *Christinam Eberhardinam*, *Christiani Ernesti* Marchionis Brandenburgici Baruthensis filiam, *Anno* 1693. 10. *Jan.* quæ ipsi 7. *Octob.* 1696. genuit filium & successorem *Fridericum Augustum*, ejusdem quo Serenissimus Genitor nominis. Virtus ejus bellica variis jam expeditionibus innotuit, cujus famam procul dubio erit aucturus simul ac per negotia regiminis recentis, quibus in præsens distinetur, licuerit, imitaturus Exemplum Serenissimi

nissimi Genitoris, cujus præmaturum abitum Saxonia diu luxit.

25. Fridericus Augustus Elect. Saxon. eligitur & coronatur Rex Poloniæ.

Anno 1697. 15. *Maji* relicta Augustana Confessione & assumpta *religione Catholica*, ad recommendationem Augustissimi Imp. *Leopoldi*, cui annis 1694. 1695. & 1696. contra Ottomannos in propria persona, ut Supremus Locumtenens Generalis, in Hungaria militaverat, â Proceribus Regni Poloniæ Rex eligitur, rejecto â Corona Galliæ recommendato Principe Conti, & 5. *Septemb. ejusdem anni* â Vice-Primate Episcopo *Cujaviensi* publice inauguratur. Felix profectò Princeps, nisi & præmature bellum in Livonia contra Suecos incepisset, quod in hunc usque diem durat, Polonis Saxonibusque exitiabile. Cæterùm Auctor huic Inclyto Principi precatur omnem felicitatem.

26. De præcedentia & officio Electoris Saxoniæ ratione ArchiMareschallatus. *vid.* suprà verb. Churfürst n. 12. & *verb.* Mayntz fol. 1337. n. 33.

Electores Saxoniæ in *Comitiis* & aliis actibus publicis *secundum obtinent* locum, controversiam movit Elector Bavariæ ante hac, sed circa eam decisum hucusque non extat. Quantum ad *jus suffragii quintum* eidem votum competit. Porro si causa Moguntinum Electorem concernat, ipse jus dirigendi vota habet, item si causæ in Comitiis Imp. *Spirituales* & Religionem concernentes tractentur, directorium itidem Elector *Saxoniæ* habet. Ratione *Archi-Mareschallatus* gladium, qui ejus insigne est, evaginatum in Comitiis ac Processionibus Imperialibus Imperatori præfert, *per A. B. cap.* 26. § 3. vaginam gladii tenente Vice-Mareschallo *Comite de Pappenheim*, atque hunc ritum â Galliarum Regibus originem traxisse existimat *Lymn. in not. Regn. Franc. lib.* 2. *C.* 6. *lit. f. p.* 1020. & *in comm. ad A. B. C.* 26. § 3. *obs.* 3. Huic enim urbem, in qua Sedes est Parlamentaria, ingredienti, Comes Stabuli gladium præferre solet, qui & eidem gladio in justitiæ throno sedenti adstat, *Limn. d. loc.* Ad officium Archi-Mareschalli quoque pertinet, quod in Coronatione Cæsarea Elector Saxon. posito ante ædes solennes avenæ acervo ad illum publice equitare, & baculum, modiumque argenteum avena repletum famulo primum obviam procedenti tradere solet p. *A. B. C.* 27. §. 1. Licet ab hoc more per duos actus Coronationis *Ferdinandi III.* & *Leopoldi* in tantum recessum, quod *Joan. Georg. II.* Comiti Pappenheimio non tradidit, sed ipse avenam effuderit, test. Limn. *ad A. B. C.* 27. *obs.* 3. Mensura hæc & baculus, una cum equo, quæ omnia propriis sumptibus Elector comparat, Subofficiario Pappenheimio cedunt. *A. B. d. loc.* Avenæ acervus populo in prædam datur. Maxime vero opera Vicarii utitur Elector in Conventibus Imperii, ibi enim de alimentis, hospitiis, aliisque eò spectantibus, prospicere tenetur, uti habet die Policey- und Tax-Ordnung 8. *Julii* 1658. publicata, per Vicarium, uti & alia quædam expedire, atque hanc in rem de suo officio per literas eundem monere solet, vit. *Limn. lib.* 5. *addit. ad C.* 7. Nonnulla ipse Vicarius peragit ante adventum Statuum, qualia sunt assignatio diversoriorum Statuum, & inscriptio nominum cujuslibet Status, ubi assignatio ei facta sit, inquisitio de immunitate ob onere hospitalitatis, sanitate loci rei annonariæ caritate aut vilitate, quæ postrema Electori Saxoniæ transscribit, & insuper securitatis publicæ custos existit, nocturnasque excubias, ut recte peragantur, curat, in actu solenni cum baculo omnes Principes & Status antecedit, confer. *Limn. d. l.* fusius hæc omnia prosequentem.

27. Ditiones Electorales.

Electoratus Saxonicus dividi â duobus inde seculis solet in duas lineas, quarum altera vocatur *Ernestina*, ab Ernesto fratre Majore, altera *Albertina* ab Alberto fratre minore, & duravit Electoratus apud *Ernesti* posteros usque ad *Joannem Fridericum*, qui Caroli V. in seodium attraxerat, & victus prælio ad Muhlbergam Electoratu privatus, & ille in Victorem Ducem *Mauritium* ex linea Albertina translatus est. Sic hodie Domus Saxonica distinguitur in *lineam Electoralem*, sive *Albertinam* & *Ducalem*, sive *Ernestinam*. Joannes Georgius vero I. Elector moriturus per testamentum suum inter IV. filios Electoratum divisit, inter quos primus *Joannes Georgius II.* Electoralem dignitatem obtinuit, cum Burggraviatu Magdeburgico, & eò spectantibus locis & præfecturis, Itemque Circulis Electorali, Misnico, Lipsiaco & Montano Chur-Meißnischen / Leipzigischen und Ertzgebürgischen Creyß / Marggraviatu Superioris Lusatiæ, Sequestrationis jure Comitatus Mansfeldiaci & jure Advocatiæ Quedlinburgi. Ad *Circulum Electoralem* pertinent *Wittenberga*, *Berna*, *Ileburgum*, *Torgau*, *Demitz*, das Kloster Sitzeroda / Diven / Grauenteuchen / Pelzig / Lochen / Lichtenberg / Schlichen / Liebenwerch / Eisterwerth / Werebrock / Secken / Schweinitz / Gesten. Ad *Misnicum* spectant loca sequentia: *Dresda*, munimentum *Konigstein*, *Pirna* cum castro Sonnenstein / *Tharant*, *Grullenburgum*, *Dipolsvvalda*, *Barat*, *Nossena*, *Rosvvein*, *Oschatium*, *Mutschena*, *Dalen*, *Hohenstein*, *Senfrenberga*, *Hain* Buchholtz / Zabeldiz / Kalchreit / Muhlberg / Moritzburg / Rodenberg rc.

Lipsiaco sunt: Lipsia, Rochlizium, Waldheim / Gerinwald / Leißnick / Colditz / Grimma / Mehr / Born / Pegau / Landsperg / Petersberg quo & referenda videntur Præfectura Thuringiæ, Tenstadiensis.

Ad Montanum der Ertzgebürgischen hæc: Freyberg / Altenberg / Augustiburgum, Schellenberg / Oedern / Tschopau / Wolckenstein Annenberg / Marienberg / Schneeberg / Geuer / Zwickau / Ehren-Friedersdorff / Kemnitium, Lichtewalda & Mitweida cum bonis Cameralibus, zu Tschopau und Franckenberg / Schwartzenberg / Krotenberg / Stollberg / Elterlein / Eibenstock / Schleta / das Kloster Cramheim / Scheibenberg / Zwenitz und Lauterstein.

Ad *Misniam* adhuc spectant Wurzena, Civitas

Hhh hhh hhhh

Civitas & Episcop. itemque Ecclesia Cathedralis Budissinensis, das Stifft zu Bautzen & *Stolpe*, Bischoffswerda/ Migeln cum arce Rugethal und Sornwitz.

28. Quomodo Lusatiam à Regno Bohemiæ acquisiverit Saxonia.

Marchionatus Lusatiæ præcipua loca sunt Bautzen/ Gorlitz/ Libau/ Kamenitz/ Lauben und Sittau. Hic Marchionatus variis olim paruit Dominis, *teste Albino* in der Meißnischen Land-Chronick/ *& Goldasto de Regn. Bohem.* donec *ann.* 1620. *Joannes Georgius I.* Elector Saxon. nomine *Ferdinandi II.* Imp. Lusatiam atque Silesiam occupavit, aliaque loca in potestatem suam redegit, ac per hoc Cæsari iterum subjecit: pro impensis in bello hoc Tricennali Suecico pro Cæsare factis, quæ in 72. auri tonnas excreverant, Elector jure hypothecario à Cæsare anno 1622. Lusatiæ utriusque partem accepit, quam tandem plene jure feudi perpetuò *Anno* 1635. per Pacem Pragensem cum Cæsare initam obtinuit, hujus investituræ anno sequenti ab Imp. Ferdinando II. peracta, eamque pro se ac omnibus heredibus & legitimis Successoribus etiam fœminis, si mares defecerint, jure hereditario ac beneficiaria lege à Regno Bohemiæ possidendam Imp. tradidit *anno* 1637. videatur der Laußnitzische Vertrag *Pirnæ anno* 1634. *inita*. Et sic ratione hujus Marchionatus Elector Saxoniæ Regem Bohemiæ pro Feudi Domino agnoscit.

29. Cur Elect. & Duces Saxoniæ se scribant Duces Juliæ, Cliviæ & Montium.

Qua ratione quoque Elector Saxoniæ titulum usurpet Ducis *Juliacensis, Clivensis & Montium*, breviter videndum. In Ducatus hosce *Juliæ, Cliviæ, & Montium*, sicut & Comitatum *Marchiæ & Ravensburgensem*, & Ditionem *Ravenstein Imp. Maximilianus I. Anno* 1486. Domui Electorali Saxonicæ exspectantiam concessit, quæ postea per contractum Matrimonium Electoris *Joannis Friderici* cum *Sibylla Joannis* Ducis Cliviæ filia 8. *April.* 1520. in defectu hujus Lineæ masculinæ stabilita, & ab Imp. *Ferdinando I. Spiræ* 16. *Maji* 1544. confirmata est. Cum autem *An.* 1609. 25. *Martii* ultimus Dux horum Ducatuum *Joannes Wilhelmus* moreretur, Elector Brandenburgicus, *Joannes Sigismundus*, uxorio nomine *Annæ* Matris, *Mariæ Eleonoræ* præfati defuncti Ducis Sororis natu maximæ, per fratrem suum *Ernestum* ordinis Joannitici Magistrum, & præter hunc Comes Palatinus Rheni Neoburgensis, *Wolfgangus Wilhelmus* Matris nomine *Annæ*, prædicti Ducis Secundogenitæ Sororis possessionem harum Ditionum apprehenderunt, & in hunc usque diem, objectionibus quibusque non attentis quiete retinent. De quo plura *supra verb.* Brandenburg *&* Pfaltz/ nec non verb. Gülch *fol.* 829.

30. Electoratus Saxoniæ primariæ urbes Dresda & Lipsia.

Electoris Saxoniæ urbes præcipuæ sunt *Dresda* ad Albim sita, ubi Sedes est Electoralis, inter elegantissima atque munitissima loca Germaniæ referenda, præter Aulam nitidissimam, plurima visu dignissima hic occurrunt, inter quæ saltem aliqua referenda: *Armamentarium* instructissimum, ex quo incirca 100000. hominum armari possunt, quod tamen durante hoc bello Polono-Saxonico contra Suecos magna ex parte imminutum est, *Stabulum ornatissimum*, ubi ephippia aliaque gemmis coruscantia conspicere licet. Rariora omnis generis, quæ exhibet *Technematophilacium* die Kunst-Kammer/ Musicam Suavissimam, Ornatum Ecclesiasticum pretiosissimum, hortos amœnissimos, elegantissima ædificia, & templa, in Summa *Dresda* Saxoniæ Paradisus dici meretur. Dresdam excipit *Lipsia* ad *Plissam* flum. Academia & Nundinis solennibus celebratissima: Bibliotheca insignis hic asservatur in Collegio Paulino: Judicia varia hic conspicua sunt. Præter Curiam enim Supremam Provincialem ibi est Consistorium, item Concilium Academiæ, cujus ampla est jurisdictio, Facultas juridica & Scabinatus clariores sunt, quam ut indicari queant, de Judicio Civitatis aliisque nihil hic addendum, nec de templis, ædificiis publicis privatisque, ut & aliis visu dignissimis. Has sequi possent *Witteberga*, quæ Academia claret, & ubi in arce servantur Archiva & insignia Electoralia, *Torgavium, Budissa, & Gorlizium*, cum *Zittavia*.

31. Quali jure utantur Saxones, Electorisque regimen & Dicasteria.

In Electoris Ditionibus & Saxonia reliqua peculiare jus viget, quod continetur in *speculo Saxonico & jure Weichbildico*, quorum illud Sec. XIII. ab *Epkone Repkovio* conscriptum est, hoc vero post tempora Ottonis IV. prodiit, quibus accedit jus feudale quod à privato quodam conscriptum est. Hodie tamen per *jus Electorale* limitatum atque temperatum est in multis antiquum jus Saxonicum, quod commune alias vocant. Justitia in hoc Electoratu administratur in tribus summis Judiciis, præter Regimen quod *Dresdæ* est, Landes-Regierung/ primum est *Lipsiæ* & vocatur das Ober-Hof-Gericht/ quod tamen in reliqua judicia Provincialia imperium non habet. 2. *Wittenbergæ* & dicitur, das Hof-Gericht zu Wittenberg. 3. *Dresdæ* & vocatur *Judicium Appellationis*, ad quod à duobus memoratis datur appellatio. Processum, ut & jus Saxonicum Electorale exposuit *Bened. Carpzov.*

32. Electori non tantum, sed & omnibus Ducibus Saxoniæ competit privilegium de non appellando.

Competit Electori privilegium de non appellando, ita ut subditi ejusdem ad aliud judicium extra territorium trahi non possint, nec ab ejusdem processibus, sententiis interlocutoriis & definitivis sive præceptis ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare; Et extenditur hoc privilegium non tantum ad Electoratum, sed ad singulos Ducatus & Ditiones Domus Saxonicæ: etiam ad eas, in quibus jus Civile locum obtinet. Licet enim sub Principibus Ducibus ac Electore Saxoniæ, ut plurimum jus Saxonicum observetur: tamen in ditione Coburgensi & Hennebergensi, excepto processu & formalibus, jus civile in materialibus, hoc est, in decidendis causis attenditur ad Sylvam usque Thuringicam. Idque præjudicio quodam Cameræ Imperialis confirmatum esse in causa T. contra S. *Gylman* nihilominus contrarium statuere, videtur *tom.* 3. *Symphor. fol.* 31. *&* 274. Excipiuntur

tamen

tamen casus denegatæ vel protractæ justitiæ verbis: Es wäre dann/ daß Klägern wissentlich Recht versagt oder gefährlich verzogen würde/ so möge Kläger solch Recht vor Uns und Unserm Hof-Gericht wohl suchen: item conceditur appellatio von den Stiffts-Sassen. Pœna in transgressorem privilegii alias statuta est hundert Marck Löthiges Goldes/ cujus dimidia Electori, dimidia altera Cameræ Imper. cedit. Vid. privilegium *Ferdinandi* quod exhibet *Limn. lib.* 3. *C.* 10.

33. Lineæ Electoralis quatuor sunt rami: 1. qua talis. Lineam Electoralem Saxonicam in 4. post excessum *Joannis Georgii I.* ramos esse scissam supra jam meminimus. Sequitur nunc alter ramus per *Augustum* constitutus cujus filio Seniori *Joanni Adolpho* post Patris discessum ditiones paternæ obtigere, excepto Burggraviatu Magdeburgico, & districtu Salano, der Saalstrich/ in qua Hala Salinis & Sede antea Administratoris celebris. Natus est *Joannes Adolphus* Halæ 2. *Novemb.* 1649. Prima ei uxor fuit Joanna Magdalena *Wilhelmi* Saxo Altenburgici filia unica, illa verò *anno* 1676. mortua, sibi adjunxit *Christinam Wilhelminam de Bunau.*

34. Secundus Leucopetrensis, Weissenfels. Portio, quæ ei obtigit, in sequentibus præcipue consistit præfecturis. *Leucopetrensi* (Weissenfels) *Lango-Salissensi, Freiburgensi, Eccardimontana, Lauchensi, Mugulensi, & Vogtia Smolensi, Sangerhusana, Sachsenburgica, Weissenseensi, Heldrungensi, Sitigenbacensi, Wendelsteinensi.* Huc quoque pertinet Principatus *Querfurtensis* ubi Præfecturæ Querfurth/ Borck/ *Dama* & Juterbock. Inter quos *Burgensis* urbs cum pertinentiis Electori Brandenburgico cessa est, qui antea jura Superioritatis & feudi in Principatum prætendebat Querfurtensem. Aula est *Leucopetræ*, Weissenfels/ ubi splendida & amplissima arx more Italico exstructa, sed nondum ad umbilicum perducta: Principis fratribus apanagium in certa pecuniæ summa quotannis solvenda constituta est. Inter quos natu maximus *Christianus* ad Moguntium in priori bello spiritum heroicum efflavit. *Henricus* Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Magdeburg. Comitatum Barbejensem à Patre obtinuit, hic reformatam, sicut alter frater *Albertus* Catholicam amplexus est religionem.

35. Tertius ramus Martisburgensis Merseburg. Lineæ Electoralis tertius ramus est *Martisburgensis*, Merseburg. Cui hodiedum præest Dux *Mauritius Wilhelmus* ex Parentibus *Christiano* Juniore Duce Saxoniæ & *Erdmude Dorothea Mauritii* Ducis Saxoniæ Ziticensis filia Conjugibus 5. *Febr.* 1688. natus. In divisione fraterna huic lineæ præter *Martisburgum* obtigit Marchionatus inferioris Lusatiæ, ubi loca præcipua *Luben, Guben, Lucken & Colan* cum cœnobio & districtu *Dobrilucensi & Furstenwalda.* Subsunt eidem & Præfecturæ *Sceiditz, Lützen, Zwenckau, Laubstad, Pitterfeld, Delitz & Zorbig.* Item Ecclesiæ Cathedrales *Freibergæ* & *Altenburgi.*

36. Quartus Naumburgensis sive Ziticensis linea quartus ramus est Electoralis, quæ in persona Ducis *Mauritii Wilhelmi* adhuc hodie floret. Natus est hic Princeps *Anno* 1664. 12. *Martii* alii 21. *Martii* 1674. ex Parentibus Duce *Mauritio & Dorothea Maria Wilhelmi* Ducis Saxo-Vinariensis filia. Conjugem sibi elegit *Mariam Æmyliam* Electoris Brandenburgici *Friderici Wilhelmi* filiam, *Caroli* Ducis Megapolitani Gustraviensis lineæ Viduam. Commendatur, quod à prima juventute literis atque linguis operam dederit egregiam, quibus accessere Peregrinationes in *Germaniam, Italiam, Galliam & Belgium* susceptæ, quibus insignem & in tanto Principe admirandam rerum Civilium notitiam sibi comparavit. Residet *Zitzæ ad Elistrum fluv.* quam urbem vetustas commendat. Arx Ducalis egregia est & operibus munita in tantum, ut si vicinam undique haberet planitiem, firmissimum exhiberet castrum. Possidet insuper Episcopatum Naumburgensem, in quo claret Urbs Episcopalis & Sedes antea Episcoporum, *Naumburgum* Ecclesia Cathedrali & nundinis solennibus celebris. Item portionem Electoralem *Principatus Hennebergici* ubi *Schleisingen & Sula*, ut & Dynastias *Tautenburg, Frauen Prisnitz & Nieder Tröbra*, & Præfecturas *Voigtsbergensem, Plaviensem, cum Nobilitate, Pausam, Triptitz, Arnshaug, Weidam, Ziegenruck & Wildenfort.* Ubi tamen excipiuntur Nobiles *Schriftsassii* cum Sylvis Wildenfurtensibus & jure Grutiæ. Præter urbes memoratas præcipuæ sunt *Plavia, Pausa, Weida, Neostadium ad Orlam fluv. & Olsnutz.* — *Naumburgensis sive Ziticensis, Zeitz.*

37. Christianus Augustus Dux Saxon. Episcopus Jaurinensis. Inter hujus Ducis Fratres præeminet *Christianus Augustus* 9. *Octobr.* 1666. natus, catholicam assumpsit religionem, fit Canonicus Coloniensis, Monasteriensis & Leodiensis, *Anno* 1695. *in Novembr.* eligitur in Præpositum Coloniensem, & anno sequenti à Cæsarea Majestate designatur Episcopus *Jaurinensis* in Hungaria, à qua etiam nuper in Consiliarium secretioris consilii assumptus est, Fidelis sane Imperatori Minister, utpote, qui durantibus modernis tumultibus egregiam Cæsari hic & ibi navavit operam. Hinc Deus ipsum diu superstitem conservet.

38. Linea Saxo Gothana in 7. dividitur lineas. Quarum 1. qua talis. Gothani verò Rami sator extitit *Ernestus* cognomento *pius*, qui hunc in filiis suis in 7. lineas dividit, *Gothanam* scilicet, quam in præsens moderatur *Fridericus* 28. *Julii* 1676. natus ex Parentibus *Friderico, Ernesti* pii filio & *Magdalena Sibylla Augusti* Ducis Martisburgensis gnata. Conjugem habet *Magdalenam Augustam* Caroli Wilhelmi Principis Anhaltini in Zerbst filiam. Hujus Ducis Parenti per transactionem cum fratre *Wilhelmo* initam, obtigit Principatus *Gothanus* & dimidia pars Principatus *Isenacensis* cum portione *Hennebergica*, quæ in præfecturis sequentibus consistit, *Wasungensi, Sanct-& Frauenbreitungensi*, postea cum ultimus Lineæ Altenburgicæ Dux *Fridericus Wilhelmus* obiisset, pervenere ad Eundem Ducatus *Altenburgicus & Coburgicus*, excepta quota bonorum, quæ in memoratis

præfecturis cum dimidia Voti Isenacensis & aliis Regalibus Vinariensibus cessit, unde hodie duo, Gothani verò tria vota obtinent. Caput rerum est *Gotha* arce splendidissima atque munitissima, *Fridenstein* dicta, ornata, ubi sedes & aula Ducis, quæ nonnunquam & transferri solet *Altenburgum*, ubi arx Ducalis & hortus amœnissimus: Utraque urbs Regimine Ducali & Consistorio atque Camera eminet.

39. Secunda Coburgica. Secunda Gothani Rami linea est *Coburgica*, cujus ultimus Possessor fuit *Albertus*. Ex Parentibus *Ernesto* pio, Duce Vinariensi & *Elisabetha Sophia Joannis Philippi* Ducis Saxo-Altenburgici filia *Anno* 1648. 24. *Maji* progenitus. Claruit hic virtute bellica, quæ titulum Sacræ Cæsareæ Majestatis Supremi Campi Mareschalli locumtenentis & Legionis Pedestris promeruit. Matrimonio sibi junxit primum *Mariam Elisabetham Augusti* Ducis Brunsvicensis filiam, *Adolphi Wilhelmi* Saxo Eisenacensis Viduam, ex qua quidem *anno* 1677. 1. *Sept.* filium suscepit *Ernestum Augustum*, sed altero anno 17. *Aug.* humanis rursus exemptum. Mortua autem Conjuge *Ann.* 1687. 15. *Febr.* tædio victus ad thalami sui & Ducales honores evexit *Susannam Elisabetham* Nobilem Bohemam de *Kimpinsky* gratia Cæsarea Comitivo titulo auctam *anno* 1688. 24. *Maji.* Moritur demùm hic Princeps ex utraque Conjuge sine herede Anno 1700. de cujus successione inter Ducem Saxo-Gothanum & sequentes Duces hujus lineæ controvertitur in Judicio Imperiali Aulico.

40. Tertia Sachsen-Meinungen. Tertia Gothani rami linea est *Meinungica*, cui hodiedum præest Dux *Bernardus*. Natus ex iisdem qua frater Albertus Parentibus *anno* 1640. 10. *Septemb.* Matrimonio sibi sociavit *anno* 1671. 20. *Novemb.* Mariam Hedvvigem Georgii II. Landgravii Hasso-Darmstadiensis filiam ex qua 7. Liberorum utriusque Sexus Parens factus. Mortua autem *Anno* 1680. 19. *Aprilis* hac Conjuge, ad secunda iterum transiit vota, ducendo Elisabetham Eleonoram Antonii Ulrici Ducis Brunsvicensis filiam, Joannis Georgii Ducis Megapolitani viduam 25. *Januarii* 1681. ex qua similiter 5. liberos suscepit. Residet hic Dux *Meinungæ* in Hennebergensi ditione.

41. Quarta Römhild. Quarta Gothani rami linea est *Rombildica*, quam hodie administrat Dux *Henricus*. Auram vitalem hausit 19. *Nov.* 1650. iisdem Parentibus quo duo priores, incolit Romhildium Comitatus Hennebergici oppidum egregia arce Glucksburg dicta ornatum: Thori sociam adscivit *Mariam Elisabetham Ludovici* Landgravii Hasso-Darmstadiensis & *Mariæ Elisabethæ* Holsatæ filiam: prole verò hucusque destituitur.

42. Quinta Eisenberg. Quinta præfati rami linea est *Eisenbergica*, cui in præsens præest *Christianus*. *Anno* 1653. 5. *Jan.* ex iisdem Parentibus mundo datus. Habitat Eisenbergæ, quod oppidum est non procul Jena dissitum, suosque olim habuit Comites. Primis nuptiis duxit 13. *Febr.* 1677. Christinam Christiani Ducis Saxoniæ & Administratoris Merseburgensis Episcopatus filiam, quæ post enixam *anno* 1679. 4. *Martii* sequioris sexus prolem *Christinam* nomine morbo oppressa, vitam amisit 13. *Martii* 1679. Secundis nuptiis sibi vinxit 8. *Febr.* 1681. Sophiam Mariam Ludovici Landgravii Hasso-Darmstadiensis filiam, ex qua nullam hactenus suscepit prolem, & ita sine prole mascula ex utraque conjuge vivit.

43. Sexta Hilpertshausen. Sexta Linea est *Hilperthusana*, quæ in præsens Dominum agnoscit *Ernestum* ex iisdem quoque Parentibus *anno* 1655. 12. *Junii* genitum. *Anno* 1680. die 10. *Febr.* in Castro Waldeccensi *Arolsen* solenni ritu uxorem duxit *Sophiam Henriettam Georgii Friderici* Principis Waldeccensis & Elisabethæ Nassoviæ gnatam ex qua præter 3. alias genuit *Ernestum Fridericum* 21. *Aug.* 1681. *Hilpershusæ* in Coburgensi Ducatu sedem suam habet.

44. Septima Saalfeldica. Septima Gothani rami linea est *Saalfeldica*, quam hodie sustinet *Joannes Ernestus* similiter ex iisdem parentibus 22. *Aug.* 1658. progenitus. Ultimus ex Ernesti Pii filiis. Connubio sibi primum junxit *An.* 1680. 10. *Febr. Sophiam Hedvvigen Christiani* Ducis Saxo-Merseburgici & *Christinæ* Holsatæ filiam, quæ peperit ipsi præter tres fœmellas *Christianum Ernestum* 18. *Aug.* 1683. Conjux hæc anno 1686. 1. *Aug.* animam inter dolores partus efflavit. Exinde quadriennio & quod excurrit in viduitate peracto ad secundas transiit nuptias cum *Charlotta Joanna Josiæ* Comitis de Waldeck relicta gnata, eamque *Trajecti* ad Mosam 1. *Decemb.* 1690. solenni ritu duxit, ex qua jam utriusque sexus proles procreavit. Residet hic Princeps *Salfeldiæ* ad Salam in Altenburgensi Principatu. Præcipuæ urbes harum ditionum sunt *Gotha*, *Coburgum*, *Altenburgum*, *Saalfelda*, *Meinunga*, *Themara*, *Romhilda*, *Eissenberga*, *Hilperhusa*, &c. Munimenta præcipua *Gotha*, & maxime arx Friedenstein / ubi eximium armamentarium & apparatus militaris non exiguus, item arx Coburgensis.

45. Vinariensis linea. Linea Ernestina in Nepotibus *Joannis Friderici* ultimi hujus lineæ Electoralis, divisa in Altenburgicam & Vinariensem, illius propagator *Fridericus Wilhelmus*, hujus *Joannes* extitit, cujus Filius *Joannes Ernestus* Ducatum Vinariensem in divisione paternarum ditionum accepit, cui *anno* 1683. mortuo successit è *Christina Elisabetha* Holsata filius *Wilhelmus Ernestus* hodie regens, 10. *Octob. anno* 1661. natus. In matrimonium duxit patruelem suam *Charlottam Mariam Bernardi* Ducis Saxo-Jenensis filiam, quam *anno* 1690. ob ingenium liberius, ac matronam decet, è thalamo suo iterum dimisit. Quæ ditiones Principi huic pareant, ex divisione fraterna, quæ à filiis *Wilhelmi IV.* facta est, maxime apparebit, habet autem illa se in hunc modum: Seniori fratrum *Joanni Ernesto* moderni Ducis

Ducis parenti obtigit *Vinaria*, *Adolpho Wilhelmo Isenacum*, *Joanni Georgio Marcksula*, & *Bernardo* Jena cum arcibus, urbibus, pagis & præfecturis, cujusque parti additis regimine tamen & Camera communi sub Directorio Senioris existente usque dum secundus fratrum *Adolphus Wilhelmus anno* 1668. 12. *Nov.* terrenis valediceret, & ejus posthumus *Wilhelmus Augustus* 22. *Nov. eod. an.* editus die 23. *Febr.* 1671. Parentem sequeretur, & quarta Altenburgica ipsis cederet, quo *anno* 1672. divisio talis instituta est, vigore cujus *Joanni Ernesto* obtigit *Urbs Vinariensis* antiqua domus & sedes lineæ Ernestinæ, ubi modernus Dux arcem splendidam extruxit, eamque de nomine suo Wilhelmsburg appellavit, *Vinaria Superior, urbs & præfectura Illmenavia, Budstadium, Bercka, Voigtia, Brembach, Kastenberg, Hartisleben, Rosla, Neumarckt, Sultza, Cappendorff, Dornburg, Alstädt, Burgel, Heusdorff* cum 3. 16. Theilen an dem Geleite zu Erfurth. Res, quæ Imperium, Circulum, & commune omnium interesse concernunt, in regimine secretiori sub directorio senioris familiæ expediuntur. Aula & sedes Ducalis est *Vinaria*, ubi est Regimen.

46. Linea Isenacensis. Lineam verò *Isenacensem* in præsens adhuc sustinet *Joannes Georgius*, ex Parentibus *Joanne Georgio & Joanna* Comitis Ernesti in Sayn filia. In Matrimonio habet Sophiam Carolam Eberhardi III. Ducis Würtenbergici filiam, quam duxit *anno* 1688. 20. *Sept.* In divisione fraterna huic Principi obvenere Urbes, arces, & Præfecturæ sequentes: Urbs *Isenacum* cum arce præfecturæ *Lichtenbergensis cum Civitatibus Ostheim, Kreutzberga, Marcksula, & Burckardsroda*, item *Schvvansee, Rinckleben, Gerstungen Bachstadt, Kalten, Nordheim & Krainberg*, cum 9. 19. Theilen am Geleit zu Erfurth. Illata potior pars Comitatus Saynensis à Matre non parum vires redituque Ducis auxit, ad quam, referenda *Fridevvalda, Fraisberga, dimidia Altkirch & Bondorf.* Novissime Principatus ditionibus Patruelis *Joannis Wilhelmi* Jenæ 11. Maji 1696. variolis mortui auctus est. A Civitate Isenacensi non procul distat Arx *Wartenburg*, ubi Lutherus, quem Carolus V. Imp. proscripserat, aliquamdiu latuit, quam ille propterea Pathmon suam appellare solebat. Ex hac linea surrexit Ramus geminus Novus *Isenacensis* & *Jenensis*. Est autem *Jena* oppidum non magnum quidem aut amplum, celeberrimum tamen, tum propter Sedem Principis, tum propter Academiam ibi florentem. Sedes verò & Regimen hujus Ducis sunt Isenaci.

47. De Principatu Saxo-Lauenburgensi. De Principatu *Saxo-Lauenburgico* adhuc pauca inserenda hic. Ultimus hujus Ducatus possessor fuit *Julius Franciscus Pragæ* 16. *Sept.* 1640. *natus* Patre *Julio Henrico* Matre *Anna Magdalena* Poppelin de Lobkewitz. Connubio sibi junxerat 9. April 1668. Hedwigem Augustam Comitis Palatini in Sultzbach filiam. Ex qua Masculum nullum, fœminas verò duas superstites progenuit, quorum prima *Anna Maria Francisca* 13. *Junii* 1672. nata Comiti Palatino Neoburgico Philippo Wilhelmo 29. *Octob.* 1690. desponsata, *Philippo Wilhelmo* ex post mortuo Hertruriæ Principi *Joanni Gastoni* 2. *Julii* 1697. iterum nupsit. Secunda *Francisca Sibylla Augusta* 21. *Januarii* 1675. nata *Ludovico Wilhelmo* Marchioni Badensi Archistratego Cæsareo 28. *Martii* 1690. desponsata est. Amisit verò *Julius Franciscus* Conjugem suam 28. *Nov.* 1681. De cœtero hæc linea Saxo-Lauenburgica communem cum Domo Anhaltina originem habet, utraque à Comite Bernardo Ascaniensi descendit: Comes ille existebat *Ascaniensis*, *Ballenstadii & Wolpe* Marchio Soltquellensis, item filius Alberti Ursi, quem ab excessu Veterum Marchionum Brandenburgicorum *Conradus III.* Imp. de Marchia & annexa dignitate quam solennissime investivit *anno* 1152. *Alberti* illius *Ursi* filii erant duo *Otto* & *Bernardus*; Penes *Ottonis* posteros dignitas illa Electoralis remansit, donec ab excessu *Joannis IV.* ultimi hujus Stirpis Electoris, ad Burggravios Norinbergenses devolveretur, *Bernardum* alterum filium *Fridericus I.* Imp. remoto *Henrico Leone* Elect. Saxoniæ creavit *anno* 1180. & petenti insigne, rutam contulit, quam hucusque cum Saxonibus communem usurpant Anhaltini, quæ dignitas Elector. Saxon. usque ad *Albertum IV.* huic familiæ propria mansit, post cujus obitum cum justo tempore investituram non petiisset *Ericus*, ad *Fridericum* Bellicosum Imp. *Sigismundus* Electoratum transtulit, prout supra dictum. *Erici* frater erat *Bernardus* familiæ Saxo-Lauenburgicæ propagator. Quantum ad titulum, amissa *Angria* & *Westphalia* Saxoniæ adhuc partem possident ad tractum *Albis fluv.* sitam. Caput est *Lauenburgum* Sede & aula Ducali celebre. Principatus Lauenburgensis, in quo Præfecturæ *Lauenburg*, *Neuhaus*, *Schvvarzenbeck* & *Razburg*, Urbs Mölln cum illuc spectantibus pagis, *Altenburg*, *Attersdorff*, & *Ditionem Hadelen*: In Bohemia è patrimonio veterum Comitum *Schlickiorum* insignem possident portionem *Schlackevverdam*, cui *Julius Franciscus Mincovizium* titulo emptionis adjecit. Denique *Julio Francisco* 19. *Sept.* 1689. sine prole mascula humanis exempto, Ducatus varios sortitus est competitores. Ducatus possessionem apprehenderat Elector Saxoniæ per Commissarios, sed Duces Brunsvico Lüneburgenses ægrè hoc ferentes impositis præsidiis Ducatum sibi firmarunt. Ratzburgum munimentis circumdederunt, donec Rex Daniæ per obsidionem & inita pacta eò rem perduceret, ut disjectis operibus circumductis in pristinum urbs restitueretur Statum, possessione interim & usu nihilominus penes Brunsvico Lüneburgenses remanentibus; hinc Elector Saxoniæ Mandatum Inhibitorium & restitutorium in Judicio Imperiali Aulico obtinuit. Ex post tamen Domus Electoralis Saxo-

Marginalia (right column): 48. Saxo-Lauenburg cum Domo Anhaltina communem habet originem. — 49. Ditiones Saxo-Lauenburgicæ. — 50. Controversia Saxo-Lauenburgica.

Saxonica jus ex prætensionem in hunc Ducatum certa sibi numerata pecuniæ summa Lüneburgensibus ultrò cessit, cujus possessione Dux Zellensis etiamnum fruitur; Interessentes tamen, præsertim Anhaltini Principes inchoatam super hac successione in Judicio Aulico causam incessanter tractare, & ad finem perducere allaborant.

51. Saxoniæ antiqui fines & termini. Denique Coronidis loco volui ex *Bertio* de finibus Saxonum antiquis quædam notare, ubi *lib.* 2. *cap.* 11. ita scribit: Saxones in Germania agnoscit *Ptolemæus*, sed illic terminos eorum augustiores facit, postea verò multum crevit eorum ditio, ut quæ ad septentrionem Mari Balthico & Oceano ad Austrum Hyrcinio Saltu conclusa fuerit, ad ortum habuit Albim fluvium ad occasum Rhenum. Constat tamen etiam ultra Albim Saxones multum terræ possedisse, imo verò ab Albi per littora maris Balthici, usque in Prussia exstructis claris urbibus omnia tenuisse. *Theodoricus à Niem* non veretur eas Cimbrorum aliarumque gentium patres vocare. Pulsis ergo Chaucis, Bructeris populisque omnibus inter Albim & Rhenum sitis, Saxones oram omnem littoris Germanici insedere, cum Ostophalia & Westphalia, tentata etiam Gallia, in qua littus Saxonicum agnoscit notitia Imperii, & occupata Insulæ Britannicæ parte, ob quam rem Saxones Occidentales apud posterioris ævi Scriptores pro Anglis, Orientales pro Germaniæ populis sæpe numero ponuntur manetque hodie Sermonis quoque cognatio. Ex quibus differentia inter antiquos & modernos Saxoniæ terminos luculenter apparet.

De Investituris Electoralibus & Ducalibus, qua præcedentia & ordine Legati in Curia Cæsarea, & coram Throno Imperiali comparere soleant, id quod etiam in ultimo investituræ actu observatum est, videri potest Müller in den Chur- und Fürstlichen *Annalibus anno* 1693. & 1694. *fol.* 63. & *seqq.* propter simultaneam inter omnes investituram.

Salm.

CUm Principes Salmenses dicantur & Rheingravii, & de his jam supra verbo Rheingraff *fol.* 1700. & *seq.* aliqua notata sint, hinc illuc Lectorem remitto, hoc solum hic addens, quod in præsens Principalis hujus familiæ caput sit Celsissimus Princeps ac Dominus D. *Carolus Theodorus Otto* Sacræ Cæs. Maj. Consiliarius à Secretis, Geheimder und Conferentz-Rath / Eques aurei Velleris, Augusti Romanorum & Hungarorum Regis *Josephi* Supremus Aulæ Præfectus, Princeps sane tam toga quam sago inclytus. Luci datus 27. *Julii anno* 1645. & priusquam moderator Principis juventutis delectus, domicilium Viennam Austriæ transferret, Castrum *Anholt* ex materna hereditate ad se delatum, atque in confiniis Geldriæ, Cliviæ & Episcopatus Monasteriensis situm frequenter incoluit, de facto autem in Aula Imperatoris viduus suo officio laudabilissime fungitur. Ex primo matrimonio cum *Godefreda Maria Anna Agnete Wolffgangi Comitis in Hayn & Gelehn filia*, genuit prolem fœmineam *Mariam Dorotheam Christinam Godofredam* Principi *Leopoldo Ignatio Dietrichsteimo anno* 1687. 15. *Julii* desponsatam; Ex posteriore vero matrimonio cum *Luisa Maria Eduardi* Comitis Palatini filia progenuit præter alias debilioris sexus proles *anno* 1674. 24. *Octob. Ludovicum Ottonem* intrepidæ mentis Principem, singularibusque ornatum Virtutibus, quem Deus cum Celsissimo Genitore in seros usque annos salvum & incolumem conservet.

Sayn.

COmitatus hic continet Bendorff / Altenkirchen / Graißberg / Friedenwaldt / Hagenburg / Witgenstein / sed in Witgenstein prætenditur à Comitibus Nassovicis Dillenburgensibus; Elector Palatinus prætendit in Bendorff & Altenkirchen / Hassus in Friedenwaldt / Coloniensis in Hagenburg / Trevirensis in Graißberg. Controvertitur etiam an Archiepiscopo Trevirensi Comitatus Seinensis factus fuerit caducus, & putat Trevirensis ob defectum heredum; Etiam Elector Palatinus à se comitatum dependere ex antiquis investituris probare nititur; *vid. Sprenger prætens. illust. p.* 225. 226. & *seqq.* Controversia autem hæc sic se habuit, nam cum *Wilhelmus* Comes Sainensis cum fratribus suis Patre rebus humanis exempto *pactum hereditarium anno* 1607. sancivisset, quo cautum fuerat, ut fœminæ extantibus masculis à successione & hereditate in ditionibus excluderentur, & certa dote se contentas tenerent, quemadmodum in succincta informatione ex actis Sainensibus excerpta & typis exscripta legitur; Sed *Wilhelmo* dum Saynensium ditionum possessionem sibi assertum iret, multum negotii exhibuere Electores Trevirensis & Coloniensis, quorum ille Castrum *Sayn* cum quatuor Parochiis *Fischbach*, *Kirchen*, *Gœbertsheim* & *Daden*, nec non vico *Bendorf*, hic verò arcem & præfecturam *Hachenburg* ex capite Dominii directi, quod sibi in hæc loca competere dictitabant, impugnarunt tanta contentione, ut Palatino Electori, qui hucusque Saynenses ditionibus illis investire solitus erat, dicam in Camera Spirensi scriberent, ubi cum *an.* 1618. Sententia pro Electore Coloniensi lata fuisset, Palatinus verò Revisionem rogasset, atque impetrasset, ille tandem in ista rerum Germanicarum turbatione *an.* 1636. armata manu castrum *Hachenburg* occupavit, idque cum annexis pagis Comitibus de Wartenberg feudi titulo contulit; imperatam tamen postea in *Instrument. Pac. Cæs. Succ. art.* 4. §. 36. *J. P. Cæs. Gall.* §. 34. restitutionem Viduæ *Ernesti* C. Saynensis, qui Wilhelmi filius erat, præstitit. Sed Trevirensis etiam Elector cum *an.* 1626. Sententia à Camera Imperiali pro sua causa emanasset, licet nondum impetra-

Controversia inter Trevirensem & Palatinum Electores ratione Comitatus Saynensis.

impetratis Executorialibus in possessionem locorum controversorum involavit; quæ tamen itidem Viduæ prædictæ postmodum restituit, sub certis quidem conditionibus, in quas illa non citra præjudicium Electoris Palatini & agnatorum consensit. Extat de hac Controversia Scriptum Germanicum Kurtzer Bericht / daß die gantze Graffschafft Sayn von viel 100. Jahren ein Chur-Pfältzis. Mannlehen gewesen und noch seye. Plura de hoc Comitatu, & præcipue de horum Comitum genealogica successione *vid. apud Joan. Wilh. Imhoff de notit. Procer. Germ. lib. 6. c. 14. per tot.*

Salvaguardia.

DE Salvaguardia *vid. supra verbo Armada, Armandia fol. 303. & seqq. & verbo Krieg fol. 1147. & seqq.* Nihilque aliud est, quam defensio & protectio, quam potentior minus potenti periculum vel damnum timenti præstare promittit, *Menoch. arbit. lib. 2. centur. 4. cas. 338. in pr.* Et vel est *Viva*, quando nimirum alicujus loci, Castri &c. defendendi gratia milites mittuntur; vel est *in Scriptis*, per quas quis ab omni hostili offensione securus pronunciatur, inque contravenientes pœna gravis & Capitalis plerumque indicitur, quæ vel sunt *temporales* ut sunt Militum, Belli Ducum Capitaneorum, vel *perpetuæ* ut sunt Imperiales, quibus aliquis cum sua familia in perpetuam Imperii & Imperatoris tutelam atque defensionem suscipitur, harum tanta est vis, ut impetrantem cum suis rebus inviolabilem, violantesque pœnæ obnoxios reddant. *Bertazol. conf. 511. n. 36. lib. 2.* Alii adhuc Salvaguardiam faciunt *Generalem*, quæ fit sine causæ cognitione, & *specialem* quæ fit cum maturitate ejus ex gravi causa, *Nevizan. consil. 83. n. 17.* utraque respicit personam vel res duntaxat, vel utrumque simul *Guido Papæ decis. 418.* Non parvi autem sunt Salvaguardiæ effectus, & præcipue verò, quia in ejus concessione partis non requiritur citatio; deinde infringens Salvaguardiam læsæ Majestatis aliquando fit reus, semper tamen extraordinariæ locus fit pœnæ. *Costa de remed. subsid. 19. n. 7.* Non aufert tamen Salvaguardia priorem jurisdictionem, cognitio autem remanet apud superiorem concedentem, & aliquando pœna in casu contraventionis ei debetur, si persona recepta in protectionem, nullum alium recognoscat Superiorem. *Costa alleg. loc. n. 9.* Hinc Vasallus petens ab Imperatore Salvaguardiam contra Domini injurias & oppressiones non committit feloniam, cum nemini facit injuriam, qui suo jure utitur, imo Dominus prohibens Vasallos, ne Regem pro querelis adeant, crimen læsæ Majestatis committere dicitur. *Rebuff. ad Constitut. Regias tit. de evocat. in præfat. quæst. 7. n. 61. Paris de Puteo de excess. Baron. cap. 2. n. 1.* quia tutelæ publicæ assertio, præcipuis supremi Principis juribus adscribitur, *Renat. Choppin. lib. 2. d. doman. tit. 8. n. 11.* Chartasque tuitivas Schutz und Schirmbrieff dare supremæ jurisdictionis est, & ad solum superiorem spectat *Gail. 2. obs. 54. n. 7.* Is autem qui se Salvaguardiâ læsum putat, ipsum Principem adire, & de jure suo docere, minime autem sua manu sibimetipsi jus dicere debet, *Menoch. lib. 7. arbitr. cas. 338. n. 17.* aut indultum à Principe per literas Salvaguardiæ beneficium auferre vel calumniari. *Rebuff. ad Constit. Reg. de mater. poss. art. 2. gloss. 2. n. 33.*

Vasallus contra Domini injurias Salvaguardiam ab Imperatore petens, non committit feloniam.

Sceptrum.

VId. *supra verb.* Käyserliche Kleinodien *fol. 1135. n. 4.* quibus addendum, quod Galliæ Reges duplici potissimum sceptro utantur, quorum unum *lilia* in summitate profert, ad insignia Regia spectans: alterum duobus cum pollice digitis erectis, fidei signum exhibens, Gallis vocatur *la main de Justice*, manus Justitiæ, teste *Limnæo de J. P. lib. 2. c. 4. n. 24.* Hoc postremum cum inter cætera ornamenta Regia *Carolo IV.* Imp. per Gallias eunti in fano S. Dionysii monstraretur, affirmaretur que eam manum ex unicornu factam, subjecit Imperator: *Non potuisse ex aptiori materia manum justitiæ effingi, quæ pura omnisque veneni expers esse debet. Claud. Fauchet. in Annal. Gall. An. 1337.*

Schweden.

SUMMARIA.

1. *Sueciæ Regnum quomodo ad Domum Palatinam pervenerit.*
2. *Quomodo Reges Sueciæ facti sint Principes Imperii.*
3. *De Suecorum Regis præcedentia.*
4. *Regis Sueciæ territoria.*
5. *Gothia & ejus divisio.*
6. *Suecia & ejus incorporatæ Provinciæ.*
7. *Holmia Sueciæ Metropolis.*
8. *Nordlandia & Finnia.*
9. *Quas Provincias bello aut alio titulo Sueci acquisiverunt.*
10. *Suecorum qualitas.*
11. *Eorum regimen.*
12. *Controversia Bremensis.*

DE Regno Sueciæ & de Regum in eodem successione aliisque rebus gestis dictum jam supra *sub tit.* abgehende und ausgezogene Stände *fol. 55. & seqq.* Quibus adhuc subjungere placuit, quomodo Comites Palatini è linea Bipontina ad hanc Coro- 1. Sueciæ Regnum

quomodo ad Domum Palatinam pervenerit.

Coronam pervenerint: nam cum *Joannes Casimirus* lineæ hujus Bipontinæ Sator per matrimonium Catharinæ *Caroli IX.* Sueciæ Regis filiæ & *Gustaphi Adolphi* Sororis fortunarum sedem in Suecia fixisset, *Suecicus* dictus est. Ejus filius *Carolus Gustavus* in aula *Gustavi Adolphi* & *Christinæ* educatus, magnisque virtutum exemplis eruditus, postquam in pacis cum Imperio à Suecis facta executione, singularis prudentiæ promptitudinis ac diligentiæ egregia edidisset specimina, dignus successione Regni judicatus, atque anno 1649. *Princeps Hæreditarius Regni Sueciæ* in publicis Comitiis ab ordinibus Regni designatus fuit, quæ designatio anno sequenti in Reginæ Christinæ publica inauguratione confirmatior reddita: ipseque tandem, cum quarto post anno *Christina* regendi onus deponeret, & in ejus humeros transferret *Upsaliæ* solennibus adhibitis publicè coronatus est, & sic Corona Suecica ad Domum Palatinam pervenit, quam etiamnum in Nepote Carolo XII. moderno Rege felicissime gestit.

2. *Quomodo Reges Sueciæ facti sint Principes Imperii.*

Cum in funestissimo Germaniæ bello tricennali Suecico Rex *Gustavus Adolphus* multa & post ejus mortem filia ejus *Christina* alia præterea loca occupasset, nec aliter pax cum Imperio iniri potuit, quam ut sibi pro locis quæ restitueret, satisfactio præstaretur, Cæsar de consensu Electorum, Principum, & Statuum Imperii, cumprimis interessatorum dictæ Reginæ & futuris ejus heredibus ac Successoribus Regibus, Regnoque Sueciæ, multas ditiones pleno jure in perpetuum & immediatum Imperii feudum concessit, ut videre est in *Instrumento Pacis factæ inter Imperium & Regnum Sueciæ Osnabrugis Anno* 1648. ubi *art.* 10. sequentia habentur: Ratione supradictarum omnium ditionum feudorumque Imperator cum Imperio, cooptavit Reginam Regnique Sueciæ successores, in immediatum Imperii statum, ita, ut ad Imperii Comitia inter alios Imperii status Regina quoque Regesque Sueciæ sub titulo Ducis Bremensis, Verdensis & Pomeraniæ, ut & Rúgiæ Principis, Dominique Wismariæ citari debeant, assignata eis sessione in conventibus Imperialibus, in Collegio Principum scamno seculari, loco quinto, voto quidem Bremensi, hoc ipso loco & ordine Verdensi verò & Pomerano ordine antiquitus prioribus possessoribus competenti, explicando. In Circulo autem superioris Saxoniæ, proxime ante Duces Pomeraniæ ulterioris, in Circulis Westphaliæ & inferioris Saxoniæ, loco moreque receptis ita, ut inter Magdeburgensem & Bremensem Circuli inferioris Saxoniæ directorium alternetur, salvo tamen Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium condirectorii jure. Ad Conventus autem Deputatorum Imperii, tam Regina Rexve-Sueciæ quam Elector Brandenburgensis suos pro more solito mittant: Cum autem utrique Pomeraniæ unum tantum Votum in iis competat, à Regina vel Rege communicato prius consilio cum dicto Electore id semper feratur, &c. *Vid. Tom.* 1. *har. Constitut. hoc verb.* Schweden.

3. De Suecorum Regis præcedentia.

Porrò Suecos non solum Polonis, verum etiam aliis Regibus esse præferendos adserere conantur *Crusius de præced. lib.* 3. *C.* 6. *n.* 2. *& seqq. Sprenger Connub. Jur. Civil. & Stat. p.* 842. & hoc, sive numerum trophæorum sive gloriam debellatarum gentium, sive antiquitatem Sceptri & fascium sive potentiam tam vasti Regni consideres &c. Interim tamen in *Instrum. Pacis Polono Suec. an.* 1660. 3. *Maji* Polonus præponitur Sueco, sed in Latino textu Suecus præponitur Polono. Item *in Instrum. fœderis Sueco-Gallici de an.* 1661. 12. *Sept.* ad Fontem bellæ aquæ sive *Fontainebleau* conclusi & Holmiæ ratihabiti Suecus præponitur Gallo *Vid. Diar. Europ. Contin.* 5. *in append.* Item in alio fœdere de *anno* 1631. idem disponitur *Theat. Europ. p.* 2. *pag.* 314. In Instrumento verò Dano-Suecico *de anno* 1660. Danus præponitur Sueco, etiam im Stettinischen Vertrag *de anno* 1570. In Pacificatione autem Rothschildica *de anno* 1658. Suecus præfertur Dano. Alternativam harum duarum Coronarum *vid. apud Hern. O. P. p.* 1. *pag.* 95. Variantes *vid. apud Nolden de Stat. Nobil. c.* 9. *p.* 107. *& seqq. Crus. d. loc. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 9. *n.* 10. *&* 11.

4. Regis Sueciæ territoria.

Sueciæ Regnum olim non erat ita magnum, sed felicitate armorum *Gustavi Adolphi, Christinæ,* & *Caroli Gustavi* excrescere cœpit: Complectitur enim Regnum *Sueciæ* seu *Suediæ* cœteras provincias Septentrionales, quas mare *Balthicum,* & tres Sinus *Botnicus, Finnicus & Livonicus* usque ad Curlandiam alluunt. Vicinos habet à meridie Danos, ab occasu Norwegos, ab ortu Moscos & Polonos. Elevationem Poli fere communem habet cum Regno Norwegico. Dividitur omnis hic longissimus amplissimusque terræ tractus in provincias veteres, & bello seu alio titulo acquisitas. Provinciæ Veteres, quæ jam olim Suecis paruerunt sunt:

5. Gothia & ejus divisio.

Gothia, divisa in Gothiam Australem, Orientalem & Occidentalem. *Australis* Süder-Gothland divisa in *Scaniam, Hallandiam, Bleckingiam,* & *Smalandiam.* In *Scania* quæ Scandinaviæ nomen & memoriam retinet, urbes sunt *Helsingburgum,* Danorum Helsingoræ ad fretum Oresundicum oppositum *Coronia,* Lands-Cron/ probe munita: *Lundinum* Scanorum, Lunden/ ubi ab Archiepiscopo Reges Daniæ inaugurari solebant; hodie Academia nova evasit insignis & clara, *Ydstadium* Ydstadt in latere meridionali. In *Hallandia* excellit *Halmostadium* Halmstadt. In Bleckinga sunt Christianstadt / Carlshauen & *Christianopolis.* In *Smalandia* sunt *Calmaria,* Calmar/ portu suo, arce & munimentis clara: *Vexia,* Wexsio, *Vestrovicum,* Westerwick; *Jenecopinga* Jencoping. Est hic quoque *Brömsebroa* ubi *anno* 1645. pacem fecerunt Reges

Reges Daniæ atque Sueciæ der Bremsebroische Friede. *Gothia Orientalis* Ost-Gothland cislacum Weter. Loca ibi sunt: *Strudercopinga*, *Stegeburgum*, *Lincoping*, *Norcoping*. Huc referuntur Vicinæ Insulæ, *Oelandia*, in qua est *Borchholmia*: itemque *Gothlandia*, ubi est *Visbia* Wißby emporium. *Gothia Occidentalis* West-Gothland / quæ sub se habet provincias duas *Daliam & Wermelandiam*. In *Gothia* ipsa trans lacum Weter; sunt Gothenburgum urbs egregia & bene munita apta exercendis commerciis. In *Dalia*, quæ trans lacum Weter jacet, est *Daleburgum* Daleborg. In Wermelandia quæ supra eundem lacum sita est, sunt *Kolen*: *Carolostadium & Philippostadium*.

6. Suecia & ejusdem incorporatæ provinciæ. *Suecia* proprie dicta, cujus Cives vocantur *Suiones* & *Sueones* die Schweden. Provinciæ sunt. *Sudermannia*, ubi *Nycopinga* & *Stregnes*, quæ Episcopatum habet. *Nericia*, cujus oppidum est *Orebroa* Orebro.

7. Holmia Sueciæ Metropolis. *Uplandia* ubi sunt Holmia & Upsalia. *Holmia* Stockholm / nomen habet ab insula Stock / id est lignum, cui magna urbis pars imposita est, nam in sex partes, sive totidem insulas urbs divisa est. Excellit hodie arce Regia, armamentario, palatiis magnificis, templo S. Nicolai, foro & suburbiis. Turris regiæ arcis tres habet coronas, ex cupro, sed auro obductas; unde Treckrona appellatur, quod est insigne trium regnorum Septentrionalium. In armamentario reperiuntur 800. tormenta, quorum in Regno Sueciæ 8000. numerantur. *Upsalia* Upsal urbs est Archiepiscopalis, instructa Academia, de qua supra verbo abgehende Stand *fol.* 59. *n.* 121. In hac Civitate olim Reges suam sedem habebant. *Westmannia*, in qua est *Arosia*, Westeras: itemque *Arboga* & *Torsilia*. *Dalecarlia*, nulla quidem habet oppida, sed vicos duntaxat: est tamen dives propter fodinas cupreas, quæ magnos Regi proventus adferunt.

8. Nordlandia & Finnia. *Nordlandia* complectitur Provincias Septentrionales 7. quæ sunt *Gestricia*, *Helsingia*, *Medelpadia*, *Jemptia*, *Angermannia*, *Bothnia*, *Lapponia Suecica*. Oppidula quæ hic occurrunt obscura sunt, & vix nominari merentur; solam si excipias Tarnam, Torne / quæ ab recessum Sinus Bothnici sita est. *Finnia* seu *Finlandia* Finnland inter sinum Bothnicum & Finnicum jacet, inque certas regiones dividitur: ut est *Caiana*, quæ habet *Caianeburgum*, *Savolaxia* inter multos lacus sparsa, *Tavasthia* ubi est *Tavasthus* sive *Froneburg*, *Finlandia*, quæ propriè ita dicitur, cœterisque cultior est atque melior, habet *Aboam* Abo, *Nylandiam* portu non incommodo gaudet ad oppidum Raseborg.

9. Quas Provincias bello aut alio titulo Sueci acquisivenrunt. Cœteræ Provinciæ, quas bello aut alio juris tituli Sueci sibi acquisiverunt, sunt in Germania Ducatus *Bremensis*, *Verdensis*, cum Præfectura *Wilshusen*, *Pomerania* citerior, & in ulteriori Pomerania varia loca cum Principatu *Rugiæ per Instrum. Pac. Westph. art.* 20. Dominium *Wismariense*, Fortalitium Walfisch cum Præfecturis Poel & Neuenkloster / *Careliam* verò Moscis ademerunt Reges Sueciæ, *Viburgum* Wiborg / locus est contra Moscorum excursiones munitissimus, *Kexholmia* Kexholm ad lacum *Ladogam*, ubi arx est robustissima *Kexholm* iisdem Moscis opposita. *Ingria* Ingermanland: ubi sunt: *Notteburgum* Notteborg: *Koporio*, *Jama* vel Jamagorod: Ivanogorodium Jvanogorod Narvæ opponitur. Livonia Liefland de qua *supra verb.* Pohlen *fol.* 1593. Parum quoque in prioribus bellis abfuisset, quin *Curlandia*, *Samogitia & Borussia* Carolo Gustavo cessissent, si militem in Poloniam effusum in his terris continuisset, estque adeò ipsorum potentia satis magna, ut nullum tantopere timeant. Antiquas Prætensiones harum Regionum exhibet *Pastorius in Flor. Europ. Contin.* 4. *p.* 2. *pag.* 135. *& seqq.* & in specie von der Insul Huen. Sed Bornholmium Danis restituta est vigore *Instrum. Pac. de An.* 1660. *art.* 15. vigore *Instrumenti Pac. de an.* 1658. *art.* 4. Rex Sueciæ ejusque subditi fuerunt exempti à Vectigalibus in Oresundo & Freto Balthico. Acquisiverunt etiam omnia jura in Insulam Rugen, quæ ante Danis competebant *art.* 7. *Pacif. Rothschildicæ*.

De cœtero Sueci non sunt leves, non fastuosi in suis actionibus, non crudeles ut Moschi, non elati animi ut Poloni, sed candidi ut Germani, paucis sunt contenti, fortes sunt ad sua tuenda, & ubi occasio datur ad aliena occupanda. Notabile est hoc, quod in Suecia etiam Rustici jus Comitiorum habeant, etiam hodie Rustici Scanienses cum aliis. Discordiæ cum Danis ortæ sunt ex dissoluta Regnorum unione. Imperium speciali provisione subsequentium Regum factum est successivum, quemadmodum hodie regna omnia in Europa excepto Germano & Polono, etiam *Gustavus Adolphus* Bellicosus in Borussiam iturus in Comitiis *anno* 1627. obtinuit, ut si mascula proles sibi non nasceretur, ut filia succederet, quod factum est in Christina, quæ Imperium resignavit Carolo Gustavo. Hujus resignationis solennitatem *vid. in Theat. Europ. part.* 7. *pag.* 639. accepit tamen quot annis 200000. Imperiales. 10. Suecorum qualitas.

Rex Sueciæ solus non habet jus Pacis & belli, nec potestatem fœderum, nec vectigalium, nec tributorum, nec legum ferendarum; habet tamen non exiguam potestatem, licet Senatores Regni adhibeat, quales sunt Drotzetus Regni der Reichsdrost / qui est Vicarius Regis & Præses Supremi Appellationum Judicii; Campi Mareschallus, Archithalassus, Cancellarius Regni & Archithesaurarius *Vid. Popping. O. J. p.* 332. *& seqq.* ubi plura *de Statu Sueciæ, it. de prætens. & ration. Stat.* quid de feudis Juliacensibus circa Reges Sueciæ dispositum *Vid. Instrum. Pac. Osnab. art.* 4. *vers. Ad hæc si quæ feuda Juliacensia. item Instrum. Pac. Monast.* §. *Ad hæc si quæ &c.* De Controversia vero Bremensi *vid. Gastell. de Stat. Publ. Europ. Cap.* 32. *fol.* 1051. *& seqq.* Et quod 11. Suecorum Regimen. 12. Controversia Bremensis.

quod Rex Sueciæ libertati hujus Civitatis contradicat, videri omnino potest, apud *Limn. J. P. tom. 4. lib. 7. c. 7. Knipschild de privil. Civil. Imp. lib. 2. cap. 6. Sprenger præ-tens. illust. pag. 241. Crus. de præced. lib. 4. c. 17. n. 11. Conring. in Causa Bremensi Oldenburg Limn. Enucleat. addit. p. 217. Klock. vol. 3. Cons. 153. pluresque alios.* Nihilominus tamen ratione hujus Controversiæ Lectorem remitto ad ea, quæ *supra verbo Bremen fol. 404. n. 8. 16. 17. 18. & 19. notavi.*

Scriptura Sacra.

SUMMARIA.

1. *S. Scriptura dicitur Verbum Dei & Canon.*
2. *Libri Canonici Veteris Testamenti.*
3. *Libri Canonici Novi Testamenti.*
4. *S. Scriptura dictata â Deo quoad sensum & Verba.*
5. *Ejus auctoritas.*
6. *Quæ contineat præcepta.*
7. *An hæc omnes obligent.*
8. *Lex nova omnes obligat, & immutabilis est.*
9. *Lex nova eminentior est Lege Veteri.*
10. *De Traditionibus.*
11. *Earum auctoritas & vis obligandi.*

Sacra Scriptura variis appellatur nominibus *Serar. Proleg. Publ. c. 25.* Hic sumitur, quod sit verbum Dei & Canon. Verbum Dei dicitur *Exod. 4, 30. Num. 4, 41. Et 1. ad Thessal. 2.* Et quod revera tale sit, non nisi ex traditione & auctoritate Ecclesiæ id asserentis nobis innotescit; ideo *S. Augustinus Epist. fund. 53.* ait: *Evangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Catholicæ me commoveret Auctoritas.* Est verò Verbum Dei aliud *Scriptum*, aliud *non Scriptum*; Per hoc regebantur homines non solum â Mundo condito annis 2669. Priusquam Moyses libros suos conscripsit, eratque verbum, quo allocutus est Deus Adamum, Abrahamum, reliquosque Prophetas, sed etiam in Principio nascentis Ecclesiæ post ascensionem Christi annis omnino 7. nimirum ab anno 34. usque ad annum 41. quibus nec Evangelium nec Epistola consignata fuit. Scriptum per Antonomasiam dicitur Scriptura vel Scripturæ Sacræ *Psal. 86. Eccles. 44, 5. Joan. 2, 22. ad Rom 4, 3.* Estque ad instar Epistolæ â Deo ad nos missæ per quam nobiscum loquitur: *De Civitate â qua peregrinamur Scriptæ nobis venere literæ*, inquit *S. Augustinus Concil. 2. in Psalm 90.*

1. S. Scriptura dicitur Verbum Dei & Canon.

Dicitur deinde Canon *Iren. l. 4. c. 69. Chrys. Hom. 14. in Genes.* Canon verò duo significat: Normam seu Regulam, & Catalogum seu Numerum aliquarum rerum. Utroque sensu verbum Dei seu Sacra Scriptura est Canon, quia & Regula est omnium rectissima, veraque credendi & vivendi norma, & continet in certo ordine & numero libros, qui â Spiritu S. dictati, & ut tales ab Ecclesia recepti sunt, ideoque Canonici appellantur. *Innoc. Epist. 3. ad Exuperium Conc. Laodic. Can. 59.* Hi sunt alii veteris alii novi Testamenti; Veteris sunt: *Quinque Moysi*, id est: *Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, Duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Hester, Job, Psalterium Davidicum 150. Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim Prophetæ minores* id est: *Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum primus & secundus.*

2. Libri Canonici Veteris Testamenti.

Testamenti novi sunt, *Quatuor Evangelia: Secundum Matthæum, Marcum, Lucam & Joannem: Actus Apostolorum â Luca Evangelista conscripti: Quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli; ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres; Jacobi Apostoli una; Judæ Apostoli una, & Apocalypsis Joannis Evangelistæ.* Hos omnes tanquam Divinos & Canonicos recipit Concilium Tridentinum *Sess. 4.* Accepit autem illos â Florentino in Decret. Eugenii; Hoc â Gelasio Papa *C. Sancta Romana dist. 15.* Ille ab Augustino *L. 1. Doctr. Christ. C. 8.* & Innocentio 1. *Epist. ad Exuper.* Isti ab Antecessoribus, & hi ab Apostolis, Apostoli demum Vetus Testamentum â Synagoga. Vocantur verò hi libri Testamentum, quod pactiones Dei cum humano genere initas contineant. *S. Hieron. in C. 3. ad Galat.* Et hæc omnia, quæ in supradictis libris Canonicis continentur, Deo dictante exarata sunt, & nihil in iis humano spiritu conscriptum est. *Basil. Hom. 10. in Exametron.* Si enim in Sacra hac Scriptura humana divinis miscerentur, plurimum de veritate & auctoritate illius decederet; cum enim certa ab incertis difficulter discerni possint, omnia falsitatis suspicioni obnoxia forent. *C. si ad Scripturas dist. 9.*

3. Libri Canonici Novi Testamenti.

Hujus S. Scripturæ non sensum tantummodo, sed etiam verba dictavit Spiritus S. De sensu definivit Tridentinum *Sess. 4.* & docet *S. Paulus 2. ad Timoth. 3. & ad Hebr. 1.* Item *S. Petrus in Epist. 2. C. 1.* De verbis licet nonnulli dubitaverint, id ipsum sentit *S. Augustinus Serm. 2. in Psalm. 90. Bellarm. de verb. Dei C. 2.* estque receptissima PP. sententia; Id enim conveniens fuit ad majorem dignitatem & excellentiam Scripturarum. Poterat verò Spiritus S. dictare verba vel impri-

4. S. Scriptura dictata â Deo quoad sensum & Verba.

imprimendo species infusas vel excitando præexistentes in mente Scriptoris, ut verborum, quæ scribenda erant, conceptus efformaret. Neque calumnientur Gentiles, & despiciant S. Scripturam, quod nullo verborum flore & ornatu sit insignis; de industria namque voluit Divina Sapientia res admirandas, cœlestes ac divinas sub Sermone inornato ac simplici tanquam ignobili tegumento occultare, nec eas verborum lenociniis & pigmentis exornare, quasi sine his veritas divina fidem & auctoritatem apud homines non esset repertura: *Sermo meus*, inquit Apostolus 1. *ad Corinth.* 2. *v.* 4. *non in persuasibilibus humanæ Sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & veritatis.* Pretiosi uniones despicabili etiam concha operiuntur. Ex quibus patet dignitas & auctoritas S. Scripturæ, quod nimirum sit Regula fidei, morum & rerum à nobis agendarum infallibilis; cum enim sit verbum Dei necesse est, ut optima sit Regula veritatis, quam in credendo sequi oporteat, nulla namque est certior Regula, quam Dei autoritas, quæ in verbo ejus & Sacra Scriptura continetur.

5. Ejus autoritas.

6. Quæ contineat præcepta.

Præterea cum Scriptura sit Canon seu Regula, qua infirmitas nostra gubernatur, ut docet S. Augustinus *L.* 2. *contra Crescen. c.* 32. & *l.* 11. *contra Faustum c.* 5. dictatque quid nos agere, quid cavere oporteat, videndum de præceptis, quæ in sacris literis hominibus præscribuntur, & hæc sunt Veteris vel Novæ Legis, id est, vel sunt Mosaica vel Evangelica. Legis Veteris Præcepta sunt triplicia, *Moralia* quæ docent Deum esse colendum, & non inferendam proximo injuriam, quod cum ratio quoque naturalis dictet, sunt juris etiam Naturalis *S. Thom.* 1. 2. *q.* 100. *art.* 1. *Cæremonialia*, quæ determinant speciatim, quibus ritibus sit Deus colendus. Et *judicialia* quæ præscribunt quibus modis sit servanda justitia inter homines. Sed hodie Lex Vetus quoad præcepta Cæremonialia & judicialia abrogata est: *Lex & Prophetæ usque ad Joannem. Luc.* 16. *v.* 16. quia *translato Sacerdotio necesse est, ut & legis translatio fiat ad Hebr.* 7. *v.* 12. quoad *Cæremonialia* certum est, ut tradit Innocentius III. *in C. unic. de purificat. post part. S. Thomas* 1. 2. *q.* 105. *art.* 3. quia erant figura & umbra *ad Coloss.* 2. quæ cessare debent adveniente Veritate: Nisi forsan de Cæremoniis Religiosis tantum, ut purificatio post partum, sermo sit, nam hujus generis Cæremoniæ suscitari ab Ecclesia potuerunt, secus Religiosæ simul & typicæ. Quoad *judicialia* similiter Lex Vetus abrogata fuit *S. Thom. q.* 104. *art.* 3. Nam Christus *Legem mandatorum evacuans ad Ephes.* 2. Rempublicam illam Judaicam evertit, cum populus ille post Christi adventum desierit esse populus peculiaris Dei, adeoque & leges sustulit, quæ ad politicum ejus statum & regimen pertinebant, ejusmodi erant præcepta judicialia. Præcepta quoque *Moralia* non quidem absolute & secundum se spectata, sed prout à Moyse tradita & promulgata erant, & ex ejus promulgatione vim habebant, abrogata esse *Suarez l.* 9. *c.* 11. *de Leg.*

7. An hæc omnes obligent.

8. Lex nova omnes obligat & immutabilis est.

Lex verò nova seu Evangelica omnes omnino homines obligat, nam Christus Legislator inquit *Matth.* 28. *v.* 19. *Data est mihi omnis potestas in Cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes Gentes baptizantes eos &c. Docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis.* Et hæc Lex nova secundum se, & quoad ejus obligationem spectata immutabilis est in hac vita, & duratura usque ad finem mundi; Nam prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio *Matth.* 24. *v.* 14. Inter omnes verò divinas autoritates, quæ sacris literis continentur, Evangelium merito excellit; Quod enim Lex & Propheta futurum prænuntiraunt, hoc redditum & completum in Evangelio demonstratur: ait *S. Augustinus L.* 1. *de consens. Evang. c.* 1. & *S. Basilius Homil.* 16. omnis, ait, Evangeliorum vox reliquis omnibus Sancti Spiritus præceptis eminentior esse dignoscitur. Idque multis ex causis (1.) quia Legis promulgator fuit Moyses merus homo. Nam Lex ordinata est per Angelos in manu Mediatoris, scilicet Moysis *ad Galat.* 3. *v.* 19. Evangelium verò Dominus noster Jesus Christus filius Dei proprio ore primum promulgavit. *Trident. sess.* 4. (2.) Lex erat umbra, umbram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum, inquit Apostolus *ad Hebr.* 10. 1. At Evangelium est ipsa veritas per legem adumbrata, ideo Apostolus 2. *Cor.* 3, 10. Nos verò omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur tanquam à Domini Spiritu (3.) Lex erat onus grave, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus inquit *S. Petrus Act.* 15. *v.* 10. Evangelium verò leve; Jugum enim meum suave est, & onus meum leve, *Matth.* 11. *v.* 30. (4.) Lex data fuit solis Judæis, eratque temporanea, Evangelium verò prædicabitur per universum mundum omnibus gentibus, & permanebit semper. Et hæc de Verbo Dei scripto.

9. Lex nova eminentior est Lege Veteri.

10. De Traditionibus.

De non scripto autem seu Traditionibus, an illæ jus aliquod constituant, & an homines obligent, pauca adhuc. Traditio sumitur hic pro Doctrina non scripta, non quod nullibi unquam literis consignata sit, sed quod non sit scripta à primo auctore, solaque voce prodita ad nos veluti per manus pervenerit, etsi posteri eam scripto subinde complexi sint *C.* 5. *dist.* 11. Sunt autem non tantum in nova Lege Traditiones, sed etiam Judæi in veteri testamento suas habebant, easque duplices: aliæ enim erant *Pharisæorum*, quas Christus sæpius in Evangelio reprehendit. Aliæ *Mosaicæ* quæ laudabiles erant. Pharisaicæ quædam erant ex suo genere bonæ: ut frequenter jejunare & orare: Quare nos & Pharisæi jejunamus frequenter, Discipuli autem tui non

non jejunant? *Matth.9.v.14.* Quare discipuli Joannis jejunant frequenter & obsecrationes faciunt, tui autem edunt & bibunt? *Luc.* 5, 33. Christus tamen ob illas reprehendit Pharisæos, quia ex earum observatione querebant inanem gloriam. Quædam erant indifferentes & inutiles, ut frequenter inter comedendum lavare manus, & ob has reprehunduntur Pharisæi quia superstitiosè minutiora quædam servabant, & majora negligebant. Aliæ demum erant impiæ & malæ: ut jurare per templum aut altare, non esse malum, Item non honorare Parentes nec illis benefacere *Matth.*15. *v.*4. Hæ autem traditiones hominum *Matth.* 15. & vanæ *S. Pet. Epist.*1. *C.*1. *v.*18. nullum jus Christianis nunc constituunt, cum virtus illarum evacuata est & tanquam umbræ dissipatæ per legem & Traditiones novæ legis, quæ omnino retinendæ sunt secundum Apostolum 2. *Thess.* 2, 14. *Tenete traditiones quas accepistis, sive per sermonem sive per Epistolam.* Et in hunc locum *S. Chrysost. hom.* 4. Perspicuum est non omnia Apostolos tradidisse per Epistolam, sed multa etiam sine scriptis, & ea quoque esse fide digna: Quamobrem Ecclesiæ quoque traditionem censeamus esse fide dignam.

II. Earumque autoritas & vis obligandi.

Traditiones aliæ sunt Divinæ, Apostolicæ & Ecclesiasticæ. *Divinæ* acceptæ sunt à Christo Apostolos docente, suntque ea, quæ ad materiam & formam Sacramentorum pertinent, quia Sacramentorum essentia non nisi à Christo institui & determinari potuit; atque illæ constituunt jus divinum licet per consuetudinem, quæ novam juris obligationem illis non addidit, conservata sint, adeoque jus illud universale est immutabile, & eandem vim habet, quam divina præcepta in Evangeliis tradita. *Apostolicæ* dicuntur illæ, quæ ex Apostolorum præceptis manasse creduntur, nec tamen in eorum scriptis exaratæ sunt, quales sunt: Trina immersio eorum, qui baptizantur, jejunium quadragesimale, & quatuor temporum, aliaque quam plurima, quæ parem vim habent & auctoritatem, quam quæ scripta nobis Apostoli reliquerunt. *C.* 5. *dist.* 11. ideoque Traditiones Apostolorum relinqui non possunt ab iis, qui volunt dici Christiani *C.* 2. *de Const. C. ridiculum est. Dist.* 12. *Ecclesiasticæ* sunt Consuetudines antiquæ à primis Ecclesiæ Pastoribus & fidelibus ad nos deductæ, quæ tacito populorum consensu vim legis obtinuerunt. De quibus Augustinus *Epist.* 118. *Illa autem quæ non scripta*, sed tradita *custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri; sicut quod Domini Passio & Resurrectio & Ascensio in Cœlum anniversaria solennitate celebrantur. Et si quid aliud tale decurreret, quod servatur ab universa quacunque se diffundit Ecclesia.* Hic per verba *ab ipsis Apostolis* intelligit Traditiones Apostolicas; per illa verò: *vel plenariis Conciliis* intelligit Ecclesiasticas; Et hæ Traditiones Ecclesiasticæ eandem habent vim, quam Ecclesiæ consuetudines scriptæ; Quemadmodum in Republica Civili eadem est vis consuetudinum approbatarum, quæ legum scriptarum. *C. consuetudo dist.* 1. *& L. diuturna ff. de Ll.* Ideo Traditiones Sanctorum tenendæ & observandæ sunt. *Concil. Constant.* 4. *c.*1. *Senonense c.* 5. Traditione enim & auctoritate regitur Ecclesia *C. Catholica dist.* 11. & *insolentissimæ insaniæ est disputare an faciendum sit, quod tota per orbem frequentat Ecclesia*, inquit Augustinus *Epist.* 118. Quare Anathema dicitur violanti Traditiones Ecclesiasticas *C. si quis omnem* 1. *q.*7. easque non tenens est hæreticus *Conc. Trevir. C.* 4. *Trident. Sess.* 4. *C.*1.

Secretarius.

De Secretariis, eorumque laude & officiis & requisitis. *Vid. Torquato Tasso in Dialogo cujus tit. Il Padre di Famiglia fol.* 193. *& seqq.* Et de Magistro Epistolarum, item Mag. Libellorum, & qui primum eos instituerint, & qui ejusmodi officiis functi fuerint. *Vid. Jacob. Gutherium lib.*3. *de offic. Domus Augustæ C.*4. *& seqq.* vid. porrò *Tom.* 1. *har. Constit. Verb.* Cantzley *pag.*259. *& seqq.* & *supra verbo Camera Imperialis fol.* 436. *& seqq.*

Secundæ Nuptiæ.

Circa hanc materiam placet recapitulare quæ notavi supra *verb. Mulier fol.* 1408. *n.*7. *& seqq.* huc quoque aliquatenus spectare possunt, quæ scripsi *supra verb.* Außsteuer der armen Jungfrauen *fol.* 319. *& seqq.* ubi de dote mulierum & similia ad longum tractavi.

Seditio.

Hæc materia fuse satis tractata supra verbo Auffruhr / Auffstand *fol.* 314. *& seqq.* Confer quoque titulum *supra verb.* Krieg *fol.* 1147.

Sententia.

SUMMARIA.

1. *Pars succumbens, si non appellat sententia transit in rem judicatam.*
2. *Limitatur, si sententia notoriè sit injusta.*
3. *Distinctio inter suprema judicia & Inferiora quoad rem judicatam.*
4. *Sententiam manifestè iniquam retractandam esse.*
5. *Quæ sententia dicatur notoriè injusta.*
6. *Sententia ex falsâ causâ nulla est.*
7. *Æquius est illi sententiæ adhærere quæ melioribus fulcitur rationibus.*

Vide

1. Pars succumbens si non appellat, sententia transit in rem judicatam.

Vide supra verb. *Judex fol.* 1041. *& seqq. & verbo Judicium fol.* 1052. *& seqq.* quibus subjungo, quod si pars contra quam lata est sententia, non appellet legitimo modo vel appellationem deserat, sententia transit in rem judicatam, ut retractari amplius non possit, si alias de jure subsistat. *C. quod ad consultationem.* 15. *de re jud. Speckhan. cent.*3. *q.*20. *n.*4. quia debitor exceptione rei judicatæ tutus est, si eadem res, inter easdem personas, ex eadem causâ petatur. *Gail.* 1. *obs.*70. *n.* 16. Cain talis intra tempus concessum non appellans, acquiescere sententiæ latæ, per juris interpretationem, censeatur, neque illa pars, contrà quam lata est sententia, ampliùs admittatur, si iterum productis actis, vel aliâ ratione, probare velit, sententiam contra se latam injustam fuisse, prout desumitur ex *Cap. cum interp.* 13. *de re jud.* quia res judicata, præsumptione juris & de jure, pro veritate habetur, ita, ut etsi prætextu privilegii, in judicio quidem exhibiti, si tamen contra illud sententiam impugnare velit, non audiatur, *Cap. suborta* 21. *de re jud.* quia si contra exhibitum privilegium judicatum fuit, præsumitur invalidum illud agnitum fuisse, aut revocatum ab eo, qui jus revocandi habet.

2. Limitatur si sententia notorie sit injusta.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus etiam postquam sententia transiit in rem judicatam, pars victa auditur, & sententia retractari debet, si notorium sit, sententiam esse injustam, per *cap. inter cæteras de re jud.* ubi sententia notoriè injusta non valet; quia duo copulativè ad eam requiruntur, potestas judicantis, & justitia causæ, *Fagnan. in C. enim potest. de re jud. n.*6. vel si à judice admissa fuit exceptio & probatio, contra latam sententiam, debet super eâ exceptione ferri sententia, & si injusta fuerit sententia, hæc retractari, *P. Pirrhing. ad jus Canon. tit. de sentent. & re judic. sect.* 2. §. 1. sententia enim contrà jus litigatoris, quæ in rem transit judicatam, si erronea est, & æquitas suadet, retractanda est, & ita stylus Curiæ Parlamenti observat, *ex decis. Gratianopolitana Guidonis Papæ*, 369. *Marta, ff. Noviss. tom.* 1. *verb. res judicata cap.* 6.

Etsi post rem judicatam jura producta sunt, & multa alia facta, illi renunciatum censetur, quoniam appellare opus erat, & generalis protestatio non sufficit, *ex decis. Rot. Rom. part.* 3. *lib.*3. *decis.* 114. cum enim quis patitur examinari ea, ex quibus de sententiæ injustitiâ apparet, rei judicatæ renuntiasse videtur, quam etiam Princeps per suum rescriptum revocare potuisset, nam etsi protestatus fuerit, de re judicatâ, nihilominùs ab illâ recessum fuisse conclusum est, *ex decis. Rotæ Rom.* 202. *p.*2. *Marta de loc. c.* 8. *&* 9. idem tradit *Christin. ad leg. Meklin.* quod sententiæ non validè ritè ac rectè latæ, si scilicet notaria sit nullitas vel iniquitas, executioni mandari debeant, *tit.* 1. *art.*30. *n.* 11. *Marant. in spec. p.* 6. *n.* 3. *Rebuff. De sent. execut. art.* 17. *gloss.* 1. *n.* 4. *& idem Christin. vol.* 1. *decis.* 297. *n.* 32. Tradit, quod si agatur de executione sententiæ injustæ, vel nullæ, distinguendum sit, an ea lata fuerit à supremo judice, & ab inferiore; Nam si à supremo judice, propter autoritatem judicantis sententia ejus sive justa, sive injusta fuerit, mandabitur executioni, sed inferiorum judicum sententiæ iniquæ executioni non mandantur, tam de jure, quàm de stylo, *ex decis. Rot. Rom.* 84. *&* 85. *in Novissimis Roberti.* Nec vana vel injusta est hæc distinctio, sufficientia enim in constitutionibus Imperii, & jure communi constituta sunt adversùs latas sententias remedia, appellationis, restitutionis in integrum, nullitatis, revisionis, Syndicatus: quæ tamen certis coarctantur fatalibus; quæ si pars gravata non observet, propter quietem publicam, quæ perpetuis litibus turbatur, ab omni posteà recursu contrà sententias supremorum Tribunalium repellitur.

3. Distinctio inter suprema judicia & inferiora quoad rem judicatam.

Aliàs quòd sententiæ in rem judicatam prolapsæ, retractari nihilominùs possint, tradit *Christin. in Cod. lib.*7. *tit.* 50. *n.* 4. *Tulden. ad eund. tit.* Et quod per sententiam iniquam condemnatus quis dici non possit, textus clarus est, *in l.*4. §. 6. *ff. de re judic.* cujus hæc verba: *Condemnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus est, ut sententia valeat, cæterum si aliquâ ratione sententia nullius momenti sit, dicendum est, condemnationis verbum non tenere*; Atque hinc est, quod notoria sententiæ injustia sine appellatione causam ad superius tribunal devolvant, si gravatus eam ex actis statim manifestam facere offert; *Mev. p.*4. *decis.* 115. ubi in hoc casu nullitatem & iniquitatem, vel injustitiam comparat, quod eundem effectum habeat, & judicem æquum movere debeat, ut conquerentem de manifesta injustitia audiat, qui ideo ab inferiori causam avocare, legere & super iis de querelâ statuere debet, cum judicis superioris officium sit, ut injustè gravatis, ubi gravaminis iniquitas est manifesta, succurrat, quæ sunt verba *Mev. per tot. decis. citat. Menoch. de arbitrar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 90. *n.* 9. *Brunneman. in d. l.*4. *ff. de re jud. Lancellot. de attent. c.* 17. *num.* 99. *Et Niger. Cyriacus controvers. forens.* 660. *num.* 12. *tradit*:

4. Sententiã manifeste iniquam retractandam esse.

Sententiam dici notoriè injustam, quando ejus iniquitas deprehenditur ex actis, maximè quando se refert ad ea, quæ detegunt injustitiam. *Surd. Conf.* 324. *n.* 2. & idcircò non potest transire in rem judicatam, sed potius est nulla, ut latè probat *Surd. d. loc. Consil.* 62. *n.* 24. *&* 52. *& Consil.* 223. *n.*6. *& Conf.* 354. *n.* 14. Neque unquam ex sententiâ notoriè injusta datur exceptio rei judicatæ. *Cyriac. d. l. n.* 13. imò contrà rei judicatæ exceptionem in dubio est pronuntiandum, *Cyriac. controv.* 591. *n.* 88. *Gratian. decis.* 18. *num.* 18. notoria injustitia impedit executionem etiam trium conformium sententiarum. *Buratt. decis.* 251. *n.* 9. ubi refert ita judicatum, 13. *Martii* 1581. atque addit idem Actor *decis.* 458. quod res judicata proveniens ex sententiâ, quæ non justi-

5. Quæ sententia dicatur notorie injusta.

justificatur non sit exequenda, & *in aliis multis decisionibus*.

6. Sententia ex falsa causa nulla est.

Quin imò quia judex inferior ex falsis instrumentis sententiam protulisse dicitur, sententia per se ipsa corruit. Nam etiamsi res judicata pro veritate habeatur, & de non ente ens facere dicatur, non aliter tamen hoc obtinet, quam si ex verâ causâ sententiâ fertur, si enim falsa causa sententiæ originem dedit, sive si in quo judex illam fundat, nullum & falsum reperiatur, sententia non valet, nec res judicata effectum habet, si ejus causa cessat; *Mev.p.3. decis.* 104. *per text. in l. ult. C. si. ex fals. Instrument.* quibus accedit, quod transmissio Actorum sententiam anteà latam faciat nullam, *Mev.p.3. decis.* 68. *per l.* 55. *ff. de re jud.* Nec obstat decretum quatuor facultatum juridicarum, quia æquius est illi sententiæ adhærere, quæ melioribus rationibus fulcitur, etiamsi vel Imperator ipse in contraria esset sententia. *L. Æmilianum. ff. de minor.* & ibidem *Angel. Dec.* quia non numerandæ, sed ponderandæ sunt sententiæ, ut deducit *Hartm. Pistor. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 25.

7. Æquius est illi sententiæ adhærere quæ melioribus fulcitur rationibus.

Sessio.

SUMMARIA.

1. *Quo ordine Imperator cum Imperii Proceribus in Comitiis sedeant.*
2. *Quo ordine Electores sedeant, ac vota ferant; & infrà n.* 6.
3. *Senatus Principum quot habet scamna.*
4. *Qui sedeant in scamno Ecclesiastico, qui in seculari, & quo ordine, & quis vota colligit.*
5. *Senatus Civitatum quot habeat scamna, & quis habeat in hoc Conclavi Directorium.*
6. *Alius ordo, quo Electores sedent, & vota ferunt.*
7. *Major in dignitate aliquando minori cedit.*
8. *Si plures Principes unius familiæ diversarum tamen linearum concurrant, ætatis habetur ratio.*
9. *Aliqui & quinam Imperii Principes, quoad sessionem alternant.*
10. *Quid juris si legati Electorum vel Principum præsente aliquo Principe Electore vel Principe quamvis ordine inferiori in Comitiis concurrant.*
11. *Quid aliorum Regnorum mores hac in re observent.*
12. *Subdelegatum in locum & sessionem legati intrare.*
13. *De Controversia Sessionum inter Legatos Caroli V. Roman. & Francisci I. Galliæ, aliorumque Regum.*
14. *Contentiones Principum & Statuum Imp. ratione præcedentiæ Republicæ maximè nocivæ.*
15. *Sessionis ordo in Conciliis Generalibus.*
16. *Sessionis ordo in Conciliis particularibus.*
17. *Votum in Concilio Provinciali qui habeat.*

Occasione hujus materiæ placeat revidere supra titulum de Comitiis *fol.* 533. & titulum Fürsten *fol.* 764. Quando Cæsarea Majestas Comitia induit Statusque Imperii ad ea convocat, tum iis præsentibus ratione sessionis talis servatur ordo.

1. Quo ordine Imperator cum Imperii Proceribus in Comitiis sedeant.

Imperator aut ejus Commissarius solium sive thronum pro ipso confectum conscendit, Electores paulò depressiori loco circumsident â dextro Moguntinus, Bavarus, Brandenburgensis, â sinistro Coloniensis, Saxo-Palatinus, ex opposito autem Trevirensis, at si Rex Romanorum adsit, ipse in eo quo Trevirensis sedet loco, subsellia occupat. Deinde alia subsellia ad longitudinem Curiæ uno gradu Electorum inferiora viridi panno vestita (tres priores scamni Ecclesiastici sessiones autem in præsentibus Comitiis pariter ut Electorum rubro serico fuere ornatæ) conspiciuntur, in quibus Principes, absentiumque legati sessiones suas subintrant, ita ut â dextris sedeant Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Archiepiscopi, Magister ordinis Teutonici Episcopi Abbates, duo Prælatorum Directoria, â sinistris Principes Politici, eorumque Legati, & quatuor Comitum Directoria, scamno transverso A. C. Postulati Episcopi. Civitatum Imperialium verò Legati extra limites horum Collegiorum, ausser den Schrancken/ womit solcher Kayser/ Chur- und Fürstl. Consess umgeben consistunt, referente Authore der Grundfest *p.* 2. *c.* 2.

2. Quo ordine Electores sedeant ac vota ferant; & infra n. 6.

In Collegio Electorum autem primum occupat locum Moguntinus, qui & Director est in hoc Conclavi, â dextro ipsius latere prima vice sedet Trevirensis, secunda Coloniensis, deinde Elector Bavariæ & Brandenburgensis; â sinistro post unum ex dictis Electoribus Ecclesiasticis Elector Saxoniæ & Palatinatus conspiciuntur, quod sic ab Electorum collegio in Comitiis Ratisbonensibus anno 1653. determinatum, uti ex decreto ab Authore der Grundfeste *p.* 2. *C.* 4. relato liquet, Eodem ordine etiam legati absentium sedere debent: Si verò unus vel plures Electores sint præsentes, absentium legati illis cedunt, etsi Principales eorũ, si ipsi adessent, illos præcederent *v. d. Decretum.* In votando hic servatur ordo, ut Elector Moguntinus vota Co-Electorum suorum exquirat, & primo omnium â Trevirensi incipiat, abinde ad Coloniensem, dehinc ad Electorem Bavariæ, Saxoniæ, Brandenburgensem, Palatinum veniat, ultimò verò â Saxone interpellatus suum addat, hicque ordo illæsus servatur, etsi

etsi qui ipsi præsentes, alii autem per legatos tantum adsint. Quodsi contingat, ut simul votis omnium exploratis, neque omnes, nec quatuor minimum consentiant, secunda, tertia, & tot vicibus vota de novo requiruntur, donec vel omnium suffragia conspirent, vel majora rem decidant. *Author* der Grundfeste *part.* 2. *C.* 4. *p.* 97. 98.

3. Senatus Principum quot habeat scamna.

Senatus Principum duo habuit scamna, Ecclesiasticum & seculare, geist- und weltliche Banck / hisce hodie tertium transversum pro Archiepiscopis & Episcopis A. C. addictis adjectum. *Vid. Instrum. Pac. art.* 5. §. 6. *Histor. Pac. Osnab. Monast. L.* 2. *n.* 42.

4. Qui sedeant in scamno Ecclesiastico, qui in seculari, & quo ordine, & quis vota colligat.

In Spirituali consident Archiduces Austriæ & Duces Burgundiæ, quibus in signum præeminentiæ licet sint Principes seculares, locus in eo concessus, Archiepiscopi, qui non sunt Electores, Magister Ordinis Teutonici, Episcopi, Abbates, Prælati, Abbatissæ. Ad seculare pertinent omnes Imperii Principes, Comites & Barones. Vota in hoc conclavi colligit Vice-Marschallus Imperii in medio angulo inter duo scamna, Ecclesiasticum & seculare, à tergo Directorii sedens, eo autem absente Directorium, in hujus verò absentia Mag. Ord. Teuton. Legatus juxta *Fritsch. p.* 2. *Elect. J. P. C.* 14. *Obs.* 4. per alternationem ab uno scamno ad aliud transeundo, donec ex Episcopis vel Abbatibus Principum dignitate præfulgentibus quisquam superest, in Prælatis enim minoribus subsistit, quoad in seculari scamno, ubi major Principalium votorum numerus est, ad Comites pervenit, ante quos illos Prælatos mox Comites ad dicendam sententiam evocat, *Hagemeyer de Comit. cap.* 5. *pag.* 24. 25. Et Principes tam Ecclesiastici quam Politici, Magister Ordinis Teutonici, Abbatesque Principali dignitate pollentes quidem viritim sua suffragia proferunt; Ast Prælati Principibus non adscripti in duo scamna Suevicum & Rhenanum divisim curiatim duo tantum vota habent, *V. Limn. tom.* 2. *addit. ad lib.* 9. *c.* 1. *n.* 143. Herden in der Grundfest *p.* 2. *c.* 5. Sicut Comitibus ac Baronibus hoc in 4. tribus, Wetteravicam, Suevicam, Franconicam & Westphalicam scil. distinctis, quatuor itidem tantum Vota Collegialia competunt, *Vid. Limn. d. l.* Directorium hujus Classis olim solus Archi-Episcopus Salisburgensis tenuit, sed orta tempore Caroli IV. Imp. inter ipsum & Archi-Duces Austriæ lite de præcedentia, alternatio inter ipsos tam in sedendo, quam in dirigendo recepta est, cum tamen Archi-Ducis partes in omnibus primæ sint. Grundfest des Heil. Römischen Reichs *p.* 2. *tit.* 5. *p. m.* 119. *Limn. tom.* 1. *addit. l.* 9. *c.* 1. *n.* 142.

5. Senatus Civitatum quot habeat scamna, & quis habeat in hoc

Civitatum Imperialium Senatus in duo dividitur scamna, Rhenanum nimirum & Suevicum, die Rheinische und Schwäbische Banck / in illo consident legati Civitatum Imp. tractus Rhenani, Wetteraviæ, Alsatiæ, Saxoniæ, Thuringiæ; In hoc Sueviæ & Franconiæ *vid. Lehman. L.* 7. *C.* 113. Directorium regulariter est penes illam Civitatem, in qua Comitia celebrantur, hæc peculiari assidet Mensæ, & alternatim Civitatum legatos à scamno Rhenano incipiendo, de votis dandis interpellat data cum Civitatis Ulmensis & Spirensis Registratoribus, quorum hic Civitatum Rhenensium, ille Suevicarum acta custodit, quibus ante aliquot annos etiam Secretarium Civitatis Norinbergensis ex speciali favore Civitatum accessisse tradit *Hagemeyer de Comit. C.* 4. *p.* 35. & in Protocollum refert, suum ultimo loco subjungens calculum.

conclavi Directorium.

6. Alius ordo, quo Electores sedent & vota ferunt.

Ut autem eo melius constet, quo ordine Electores sedeant ac vota ferant, *Carolus IV. Imp.* inter eos certam sedendi, eundi standique rationem constituit, quæ tamen eorum numero *per Instrum. Pac. Osnabrug. Monaster. art.* 4. §. *Quoad Domum Palatinam &c.* aucto, jam paululum mutata. Ordo autem, quo usque octavus duraverit Electoratus inter ipsos observandus latissime in hujus Electoralis Collegii transactione, dero Session und præcedentz betreffend / *Anno* 1653. in Comitiis facta, quam aus dem Europäischen neuen Teutschen *Floro pag.* 303. & *seqq.* refert *Limn. ad A. B. tit.* 4. *Obs.* 9. hoc modo describitur, ut, si una continuaque sede omnes sedeant, prout in Electionis conclavi fieri solet, primum locum Moguntinus, secundum ac tertium Trevirensis ac Coloniensis vicibus alternis, quartum Bavarus, quintum Saxo, Brandenburgicus sextum, septimumque Palatinus obtineat, quod si Bohemus præsens est, primo post Ecclesiasticos loco collocetur: Si verò latera observentur, uti extra electionis casum se res habet, tum, ubi præsens Imperator aut Commissarius ejus, è regione hujus Trevirensis; è dextro latere Moguntinus, Bavarus, Brandenburgicus, è sinistro Coloniensis, Saxo, Palatinus sedeant quemadmodum sequens adumbrat Schema:

Imperator,
vel
Commissarius ejus.

Moguntinus,	Trevirensis,	Coloniensis
Bavarus		Saxo.
Brandenburgicus		Palatinus.

Absente autem Imperatore, ejusve Commissario, idem utriusque lateris maneat ordo, nisi quod inter Coloniensem & Trevirensem, sessionem in sinistro quoque capientem, ejus ratione, alternetur, quanquam semper Trevirensis priori loco votum exponat, & advenienti Bohemo in dextro latere inter Moguntinum & Bavarum locus detur. Si cum uno vel altero ex Electoribus ipsis præsente cœterorum legati concurrant, Electores præsentes absentium anteriorum legatis præferantur, salvo tamen manente semper Directorio & laterum votorumque ordine. Et quia contingit nonnunquam, ut neque latera proprie dicta habeantur, neque continua serie collocentur Electores, veluti cum Imperatorem

rem in solenni Processione ad Ecclesiam vel Curiam comitantur, peculiaris in hunc quoque casum provisio facta, & qua ratione quisque incedere debeat definitum est: ubi quidem si insignia officii præferuntur, Legatis locus non est, sed Subofficialium opera succedit, qui in ejusmodi processione subintrant locum Archi-Officialium hoc ordine incedentium.

Trevirensis.

Brandenburg Bavarus cum Palatinus
cum Sceptro. Imp. Pomo. cum Corona.

Saxo cum
gladio.

Moguntinus, Imperator, Coloniensis.

Bohemus.

Ubi autem insinia non geruntur, hoc Schema placuit inter Electores observandum:

Brandenburg Palatinus
Bavarus Saxo.

Trevirensis

Moguntinus, Imperator, Coloniensis

Bohemus.

Quod locum quoque habet in Legatis, si singuli Electores suos miserunt, & nullus propria persona comparuit; quando autem aliqui Electores cum Legatis concurrunt, tum hoc quoque casu illi his præferuntur, ita ut salva maneant paria, sicuti ex hoc schemate patet:

Legatus Legatus
Elector præsens Legatus absentis

Trevirensis

Moguntinus, Imperator, Coloniensis

Rex Bohemiæ.

Ubi Saxo solus ensem præfert, cæteri autem insignia sua non gerunt, ordo sequens servatur

Brandenburg, Bavarus, Palatinus,

Trevirensis

Saxo cum ense

Moguntinus Imperator Coloniensis

Rex Bohemiæ.

Quo autem ordine cæteri Imperii Principes & Status in Comitiis sedeant, videri possunt *Gastel. de Stat. publ. Europ. C. 27. pag. 842. Gabriel Svveder in Introd. J. P. part. Spec. Sect. 1. C. 30. pag. 675.* ubi Schemata Sessionum accurate delineata invenies.

7. Major in dignitate aliquando minori cedit.

Notandum hic. Quandoque accidit, ut major in dignitate minori cedat, veluti si actus publicus in territorio Principis inferioris celebratur. Ideo, quamvis Elector Moguntinus Electori Trevirensi præcedat; quod si tamen actus publicus in Diœcesi Trevirensi celebratur, Elector Trevirensis Electori Moguntino antecedit, *arg. text. in l. nihil. ubi Lucas de Penna C. de Palatin. lib. 12. Novel. 15. cap. 1. in fin. Chassan. in Catal. glor. mund. part. 2. consid. 17. Limn. lib. 4. J. P. C. 9. n. 44. Besold. de jur. præced. cap. 2. n. 13.* Quod exemplis Regni Hispaniæ illustrari potest: Nam Senator Pinæ si pervenerit ad Civitatem Burgensem vel Toletanam aut aliam urbem sui territorii in actibus Civitatis, etiamsi ejus subditus & inferioris dignitatis sit Corrector (*el Corregidor*) tamen Senatorem præcedit. Plura exempla refert *Larrea allegat. Fiscal. 51. n. 45. vol. 1.*

8. Si plures Principes unius familiæ, diversarum tamen linearum concurrant, ætatis habetur ratio.

Si plures Principes unius familiæ diversarum tamen linearum concurrant, ac nullus ex Primogenitis præexistat, solum ætatis ratio habetur, & hoc propter dignitatis æqualitatem *per text. in l. si ita fuerit.* ibi: *Qui natu maximus ff. de reb. dubiis. l. semper 5. in princip.* ibi: Majores nostri, pene eundem honorem senibus, quam Magistratibus tribuebant *ff. de jur. immun. Carpz. de L. R. Germ. cap. 10. sect. 7. n. 57.* Quod etiam verum obtinet, quamvis unus vel alter sit Electoris filius, id quod ex observantia decidit *Coler. de jur. Imperii concl. 68. Rumelin. ad A. B. part. 3. dissert. 1. concl. 14.*

9. Aliqui & quinam Imperii Principes quoad sessionem alternant.

Quædam etiam familiæ ne per hujusmodi concertationes Reipublicæ Status sistatur, Alternativam sessionem eligunt, Sie wechselen umb / quod remedium & Græcis & Romanis non fuit ignotum, sicuti constat ex *Crusio de præced. lib. 1. C. 7. n. 8.* Et hoc eo magis in Imperio R. G. receptum est in casu, quo Principes secundogeniti concurrunt, *Arum. d. Comit. C. 7. n. 108.* Exempla *vid. apud Limn. J. P. lib. 4. C. 9. n. 98. ac in addit. lib. 4. C. 9. fol. 659.* Hoc alternativo remedio aliquoties Imperatores in dirimendis præcedentiæ controversiis provisionaliter tantum usi sunt, præsertim verò Imperator *Ferdinandus III.* in Comitiis *Anno* 1655. Ratisbonæ celebratis inter Domum *Würtenbergicam*, *Pomeranam Hassiacam & Badensem*, tale alternationis decretum edidit; unde istæ Die vier alternirende Häuser vocantur *Crus. d. tr. L. 1. C. 13. per tot.* quibus hodie accedere desiderant Domus *Holsatia* & *Lauenburgica*; Nec non Domus *Megapolitana* locum *anno* 1641. in Comitiis obtentum de novo obtinere desiderat.

10. Quid juris, si Legati Electorum vel Principum præsente aliquo Principe Electore vel Principe quamvis ordine inferiori in Comitiis concurrant.

In Imperio Legati Electorum præsente aliquo Principe Electore sedem ac stationem suorum Principalium non obtinent, etsi aliàs Dominus legati præsentem Electorem antecederet, publica sic definiente lege *A. B. tit. 25. §. quandocunque 6.* Ita in Comitiis *de An.* 1655. Ratisbonæ post longam altercationem Electoris Bavari cæterorumque secularium Electorum Legati Comiti Palatino Electori wegen seiner persönlichen Gegenwart / quamvis ordine ultimo, locum cedere jussi sunt. *Auth. Comitiol. p. 3. dissert. 3. n. 50.* Et hæc quoque observantia in aliorum Principum Imperii Legatis locum obtinet, ut etiam suorum Dominorum locum occupare non possint, aliisque Principibus præsentibus locum cedere teneantur, modo ejusdem ordinis & dignitatis Principes & Legati concurrant. Sicuti hoc variis exemplis comprobat *Coler. de jur. Imp. concl. 68. Rumelin. ad A. B. part. 3. dissert. 1. conclus. 13.* Et hoc quidem non sine ratione, ne veritas imagine naturæ adumbretur, per *text. in L. filio 25. ff. de lib. & posthum.* Nam in Principe revera est dignitas, in Legato verò tantum adumbrata, ita in terminis scribit *Josias Nolden de Nobil. C. 19. n. 346.* Quod & aliorum Regnorum

11. Quid aliorum regnorum mores hac in re observent.

rum mores observant: In Regno enim Neapolitano & Siciliæ usu receptum est, ut Comitis vel Baronis Deputatus seu Mandatarius in Parlamento generali locum Baronis sui Domini non occupet, nec ullam præexistentiam in proponendo voto obtineat. *Garsia Mastril. de Magist. lib. 5. C. 15. n. 60. & seqq.* Ita in Principis *Sulmonis* Tutorem Principi Cariati loco cedere debere in publico Regni utriusque Siciliæ Parlamento decretum fuit teste *Diana in resol. Moral. part. 1. tr. 3. resol. 28. per tot.*

12. Subdelegatum in locum & sessionem Legati intrare.

Porrò subdelegatus, qui ob ægritudinem aut alia impedimenta à Legato ad negotia expedienda designatur, locum & sessionem legati occupare potest, ex rationibus & adductis exemplis, & quidem per *L. Vicarium* 13. *ff. de legation.* Substitutus enim jura substituentis acquirit, modo ejusdem sit qualitatis & industriæ; Idque ad exemplum Vicarii. *Jacob. Sbroz. de potest. lib. qu. 1. n. 1.* Quod praxi Imperii corroboratur; multoties enim Ablegati Principum Imperii à Comitiorum negotiis ad tempus avocati, votum alii Ablegato committunt, qui illud in publicis congressibus sine ulla contradictione vel strepitu exponit. *Nicol. Myler. ab* Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. part. 1. cap. 13. n. 25.*

Jus cognoscendi de controversia Statuum in sessione Comitali, aliisque Imperii actibus præcedentia (die Erkantnuß und Außspruch zwischen denen der Præcedentz halber strittigen Fürsten) æqualis honoris & laudis cupiditas illustrioribus innata præcordiis conspicua est per omnes ævi historias, loquuntur enim hæ non modo plures gravissimas inter Potentissimos Europæ Reges de præcedentia sessionis Prærogativa subortas contentiones, sed & luctuosas inde subsecutas cædes. Notior est, quam ut multis referri debeat famosissima illa de jure præcedentiæ exorta controversia inter Reges Hispaniæ & Galliæ. *Hermes in Fasci. J. P. C. 23. n. 29. Gastel. de Stat. publ. Europ. noviss. p. 1. C. 6. n. 53. Limn. 4. J. P. C. 9. n. 25.* quorum hic nec cum Carolo V. Electo Romanorum Rege in certamen de loco digniore descendere non erubuit, quod factum cum *anno* 1521. Caleti eorum Legati convenissent, *Anton. de Prato* JCtus & Cancellarius Regis Galliæ *Mercurino* & Caroli V. Cancellario ideo præcedentiæ quæstionem movere sustinuit, quod licet Carolus in Romanorum Regem electus esset, tamen quia nondum à Pontifice unctionem accepisset, Gallo, ut uncto Regi, eum cedere debere contendebat *Chassan. in Catal. glor. Mund. p. 5. Cons. 29.* quæ Galliæ Cancellarii ratio si firmitatis robur aliquod obtineret, Reges Galliæ Imperatores post Carolum V. omnes antecederent, quia à Pontifice non *Ferdinandi I. II. III.* non *Maximilianus II.* nō *Rudolphus II.* non *Matthias*, non nunc felicissime Imperii clavum tenens *Augustissimus Leopoldus* unctionem accipere voluerunt, in eam voluntatem prudentissimi *Maximiliani I.* Imp. ratione ducti, qui cum ad Imperii Ordines orationem haberet, coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minime necessarium sibi videri dixit, cum Imperii dignitas ab Electoribus conferatur *Bod. 2. de republ. 6.* ut vanum hucusque augurium eorum non fuisse appareat, qui cum in coronatione Pontificia *Caroli V.* Imp. Bononiæ celebrata Pons ingens, super quem ingrediebantur, corrueret, rem in omen vertentes, ex confracto ponte nullum deinceps Imperatorem à Pontifice coronatum iri, vaticinari ausi fuerunt, ut refert *Cornel. Agrippa de Coronat. August. Caroli V.* Rex Hispaniæ consimilem de præcedentia cum Rege Angliæ, ab hoc illi motam controversiam habet, ob quam cum anno 1598. Legati Elisabethæ Reginæ Angliæ, & Philippi Regis Hispaniæ, de Pace tractaturi convenissent, negotio Pacis principium facere non potuere. Nil quoque dicendum de Regum Poloniæ, Portugalliæ, &c. competentia. Has enim lites penitus decidendi arbitrium Imperator sibi non arrogat, licet uni præ altero V. G. *Hispano* præ *Gallo* speciali ratione apud se potiorem hucusque locum indulserit.

13. De controversia sessionum inter Legatos Caroli V. Roman. & Francisci I. Galliæ aliorumque Regum.

Pari autem jure & modo sæpe gravissimæ inter Principes & Status Imperii de jure proëdriæ & præcedentiæ in Comitiis aliisve actibus publicis lites ortæ. Et nō negandum quidem justam esse sæpenumerò honoris debiti vindicationem, si exorbitantia caveatur, in viris præsertim Principibus quibus omnia ad famam esse dirigenda existimavit olim *Tiberius apud Tacit. 4. Annal.* In his enim ut sibi persuadet *Pierre Matthieu lib. 1. narrat. 2. n. 3.* interesse honoris & dignitatis omnium primum existimatur, omneque aliud pervincit, sic ut in eo nihil diminui possit, quin totum amittatur, ut ille, at non sine auxesi, loquitur *add. Strauch. amœn. Jur. Can. Semest. 1. Eclog. 6. cap. 22. & Jacob. Gothofr. de jur. præced. protheor. §. 3.* Fatendum tamen est, non omnes illas Principum contentiones de præcedentia vacare culpa, si præsertim fiant in Comitiis Imperialibus non sine ingenti animorum exacerbatione, & gravissima negotiorum publicorum, quæ de die in diem ideo, cum maximo Reipubl. damno differuntur, injuria, ac plus quam intolerabilium, qui tamen inutiliter profunduntur, sumptuum dispendio. Hinc prudenter *Hieronymus Arconat.* ad Ordines Imperii Ratisbonæ *an.* 1594. congregatos scripsit:

14. Contentiones Principum & Statuum Imp. ratione præcedentiæ Reipublicæ maxime nocivæ.

O Proceres, Proceres, dum qua quis sede sedere
Debeat, inter vos rixa miscentur & ira,
Ne vestras sedes, & ne Charissima quæque
Eripiat vobis Crudelis Turca, cavete;
Illum etenim semper discordia vestra potentem
fecit, & illius victricia reddidit arma.
Ponite jam, quid cessatis? rogo, ponite vanos
Invidiæ morsus, odia & mala jurgia, tempus
Inque aliud magis appositum differte querelas,
Publica ne pereant privatos propter honores,
Commoda, quam Turcæ rabioso milite, tristi
Pannoniæ incumbant; animis perpendite justis

Et tempestivum votis communibus uno
Ac studio auxilium miseræ decernite, pulsas
Ferte mora constanter opem, cum proxima flammis
Est correpta domus, paries vicinior ignes.
Difficile effugiet, citò ni restinxeris illos.

Qui versus profectò non tantum de Turca, sed & potissimum de Gallo altero Imperii infensissimo hoste intelligendi sunt. Quapropter optandum foret, ut pragmatica aliqua adinstar Aureæ Bullæ diffidentium animos in concordiæ formulam constringerentur, & sic inhiantibus Imperii tam potentissimis hostibus majoribus iisque unitis viribus obviandum esset. Plura de Principum & Statuum sessione & Voto in Comitiis videri possunt apud *cit. Myler. ab* Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. part.* 1. *cap.* 15. *per tot.*

15. Sessionis ordo in Conciliis generalibus. Quomodo autem Summus Pontifex & quo ordine alii Episcopi præsentes in Concilio generali sedere soleant, refert *R. P. Hunold. Plettenberg S. J. in Introduct. in Jus Canon. C.* 13. *pag.* 155. ubi sic scribit: Universo Concilio Summus Pontifex, quia Pastor est universalis Ecclesiæ *Joan.* 21. *v.* 18. per se vel per unum aut plures Legatos *C.* 2. *dist.* 17. præsidet: Quod enim quis per alium facit, per se ipsum censetur facere *R. J.* 72. *in* 6. Et licet Legatus solum sit Diaconus vel Clericus, præcedit tamen omnes Congregatos *Eug. IV. Constit.* 15. *Non Mediocri* §. 13. Cæteri Patres secundum ordinationis suæ tempus prærogativam sibi in concessu vindicant *C. ult. dist.* 17. non secundum præeminentiam Ecclesiarum quibus præsunt *S. Cong. Conc. in C.* 2. *sess.* 14. *de refor.* ideoque qui prius dignitatem receperunt, præferendi sunt aliis *Gloss. ibid. V. Episcopus.* Hinc est quod *Pius* Papa IV. in Concilio Tridentino edixerit *anno* 1562. de Primatibus, ut promiscue inter Metropolitanos juxta Consecrationum suarum tempora sederent. In media Concilii corona secundum antiquam consuetudinem collocatur super pulvinari Evangeliorum codex, & nonnunquam ut factum est in Synodo Chalcedonensi Nicæna, & ultima Constantinopolitana, Sacra Sanctorum lipsana.

16. Sessionis ordo in Conciliis particularibus. In Sessionibus autem Concilii particularis, primatum obtinet Metropolitanus *C.* 1. *dist.* 18. *Secundo* Episcopi, qui secundum tempus ordinationis suæ sedere, subscribere, aliasque prærogativas habere debent *C. fin. dist.* 17. Non secundum dignitatem & præeminentiam Ecclesiarum *S. Cong. Conc. in C.* 2. *sess.* 14. *de reform.* *Tertio* Capitulum Cathedrale Collegialiter comparens, tum enim Canonici illi præferendi sunt Abbatibus, cum eo casu repræsentent Ecclesiam post Episcopum. *Quarto* Abbates habentes privilegium mitræ & baculi, hi verò, si exempti sint, uti possunt mitris auriphrisiatis, aut gemmas habentibus si non sint exempti, simplicibus tantummodo aliisque ac planis *C. ut Apostolicæ* 6. *de privat. in* 6. *Quinto* Procuratores Episcoporum absentium. *Sexto* Procuratores Abbatum absentium. *Septimo* Collegiatæ. *Octavo* Plebani seu Archipresbyteri. *Nono Parochi. Jo. Franc. Leo.* Quando verò Dignitates & Canonici Cathedralium non collegialiter comparent, præcedunt illos; *Primò* Abbates habentes usum mitræ & baculi, *Navar. Con.* 2. *de major. & obed.* qui etiam præcedunt Abbates hoc privilegium habentes. *Secundo* Abbates Commendatarii, omnesque Abbates tam Seculares quam Regulares, qui jurisdictionem habent in foro contentioso in subditos, quia hi Prælati Ecclesiæ dicuntur. *Gloss. & Abbas in C. cum Ecclesiarum n.* 10. *de Offic. Ordin. C. Statuum de Elect. in* 6. *Tertio* Protonotarii Apostolici, qui sunt Prælati & Rochetum deferre possunt. *Cassander in Catal. glor. Mund. part.* 4. *Consid.* 29. Si tamen in habitu incedant, aut alias sint personæ notæ. *Quarto* si occasio ferat, præcedunt quoque Generales Ordinum. *Cærem. Episc. l.* 1. *C.* 23.

In hoc Concilio Provinciali votum decisivum habent tantum Metropolitanus & Episcopi secundum communem, & Episcoporum Procuratores, si Concilio placuerit. *S. Cong. Conc.* Abbates verò Commendatarii, Capitulares & Capitulorum Deputati; Laici item, qui admittuntur, vocem habent duntaxat consultativam, ita communiter *Dd. in C.* 29. *de Præb. & S. Cong. Card.* Nec potest Metropolitanus Episcopis invitis dare votum decisivum, Abbati etiam habenti usum Mitræ & Baculi. *S. Cong. Conc.* 15. *Aug. An.* 1597. *apud Nicolium in Flosc. V. Concilium.* Votum verò dant primo loco, qui inferioris sunt ordinis. *Fagn. in C. sicut olim. de accus.* & majora vota concludunt. *Concil. Tolet.* 8. *c.* 12. Si Episcopi convenire non possunt, dijudicet Metropolitanus; Si non acquiescant judicatis, Primas decidat, *C.* 2. *caus.* 6. *q.* 4. Si verò Metropolitanus solus dissentiat ab omnibus Co-Episcopis, standum potius esse sententiæ Episcoporum quàm Metropolitani, censuit S. Congregatio apud *Fagn. C. sicut olim de accus. n.* 34. 17. Votum in Concilio Provinciali qui habent.

Sicherheit der Strassen.

De hac materia vide supra verbo Landfried *pag.* 1167. *& seqq. & Tom.* 1. *hoc verbo.*

Sicilien.

SUMMARIA.

1. *Quomodo Regnum Siciliæ ad Hispanos pervenerit.*
2. *Hujus regni Status novus & antiquus.*
3. *Series Regum Siciliæ.*
4. *Reges Siciliæ cis Farum Andegavenses.*
5. *Reges Siciliæ Arragonenses.*

6. *Reges*

6. *Reges Siciliæ Austriaci.*
7. *Siciliæ situs urbes & loca.*
8. *Mons Æthna.*
9. *Palermo Proregis Siciliæ sedes.*
10. *Quot sunt Archiepiscopatus in Sicilia.*
11. *Quomodo Siculi & Neapolitani ab Hispano regantur.*

1. Quomodo Regnum Siciliæ ad Hispanos pervenerit.

QUomodo ad Reges Hispaniæ Regnum Siciliæ pervenerit, videri potest *Gabriel Sueder J.P. Part. Gener. cap.4.n.41.* ubi ait: Devenere autem illa Regna (putans Regnum Siciliæ & Neapolis) à corpore Imperii Germanici avulsa in Hispanorum primum in Petro Arragoniæ Rege, quem *Conradus*, alii *Conradinus* Henrici VI. pronepos moriturus projectâ Chirothecâ heredem illorum designavit. Aliàs Sicilia olim habuit suos proprios Reges, & quidem 1. habuit Gigantes, 2. Iberi ex Hispania, Duce Sicano, Insulam obsedisse feruntur; Post hos Siculi ex Sicilia Italiæ. Deinde Phœnices à Tyro ac Sidone littora ejus occuparunt; Hos Græci ejecerunt. Imperium ab initio penes Reges stetit, donec maxima pars Insulæ in Carthaginensium potestatem incideret. His devictis Romani sibi vindicarunt; Justiniani Imperatoris tempestate; Vandali ex Africa eam occuparunt, quibus à Belisario Duce Justiniani pulsis, Saraceni illud regnum postea invaserunt; Hos tandem ejecit Tancredus Normannus, Deinde Suevi Germani Siciliæ regno sunt potiti, quibus pulsis, eorumque Ducibus *Conradino* Sueviæ & *Friderico* Austriæ & Stiriæ Duce ultimo publice in foro Neapolitano manu carnificis jussu ac sententia Clementis Papæ à Carolo Andegavensium Duce postea Siciliæ Rege capite truncatis, Galli id occuparunt, sed trucidatis his in decantatis illis Vesperis Siculis, de quibus supra verbo abgehende und ausgezogene Stånd *fol.* 14. ubi ad sonitum Campanæ ad vesperum feria tertia Paschatis ad 9. millia Gallorum sine sexus & personarum distinctione interfecta traduntur; ab incolis ad Arragoniæ, tandem ad Castiliæ Reges devolutum est, *Cluver. Geograph. lib.* 3. *C.* 42. Et licet semel atque iterum in Gallorum manus venerit hoc regnum, sub Carolo VIII. scilicet ac Ludovico XII. *Ferdinandus* tamen Catholicus eodem iterum potitus in Austriæ Archi-Duces suos per filiam Joannam posteros transmisit, prout modò mortuo 1. *Novembr.* 1700. ultimo hujus Regni Rege Carolo II. Archi-Dux Austriæ *Carolus* ad capessenda jure proximo consanguinitatis ad se devoluta Regna Hispanica in actuali comprehensus est itinere, postquam hic ab Augustissimo Genitore suo *Leopoldo Imperatore* prævia facta hinc inde cessione & resignatione, Rex Hispaniarum declaratus & publicatus esset, cui Altissimus in arduissimo hoc negotio divinitus assistere, cumque ut verum ac legitimum Hispaniarum & Indiarum Regem felicissime inthronizari faciat.

2. Hujus Regni Status novus & antiquus.

3. Series Regum Siciliæ.

De cætero *Onufrius Panvinus* Regum utriusque Siciliæ seriem talem exhibet.

Rogerius Rogerii filius Tancredi nepos ab *Anacleto II.* Pontif. *an. Domini* 1130. creatus, regnavit *annos* 22. *M.* 5.

Gulielmus malus Rogerii filius regnavit *an.* 13. *Mens.* 4.

Guilielmus Bonus Gulielmi mali filius regnavit *an.* 20.

Tancredus Rogerii Ducis Calabriæ filius regnavit *an.* 9.

Rogerius II. Tancredi filius vivente Patre Rex creatus regnavit cum eo *annis plus minus* 9.

Guilielmus III. Tancredi filius regnavit menses aliquot.

Henricus Imperator hoc nomine VI. Friderici Ahenobardi filius regnavit *ann.* 4.

Imp. Cæsar. *Fridericus II.* Rogerius Aug. Henrici VI. filius regnavit *an.* 3.

Conradus Rex Romanorum Friderici II. filius regnavit *annos* 3. post hunc Interregnum unius anni & aliquot mensium.

Manfredus Friderici II. Nothus regnavit *an.* 11.

Carolus Ludovici IX. Francorum Regis filius ex Comite Provinciæ & Andegavensi XI. Rex regnavit *an.* 19. *mens.* 6.

Carolus II. Caroli filius regnavit *annis* 24. *mens.* 3.

Robertus Caroli II. filius regnavit *annis* 33. *mens.* 8.

Joanna Regina Caroli filia regnavit *annis* 38. *mens.* 7.

Andreas, Caroli Martelli Hungariæ Regis filius regnavit cum uxore Joanna *ann.* 2. *mens.* 8.

Ludovicus ex Principe Tarentino secundus Joannæ Maritus, regnavit cum illa *ann.* 14. *M.* 9.

Ludovicus II. Rex Hungariæ Caroli Martelli filius regnavit contra Joannam *ann.* 5.

Carolus III. de Dyrrachio Ludovici Ducis Dyrrachii filius regnavit *annis* 4. *M.* 8.

Ladislaus Caroli III. filius regnavit *annis* 28. *mens.* 5.

Joanna II. Soror Ladislai regnavit annis 20.

4. Reges Siciliæ cis Farum Andegavenses.

Ludovicus Valesius. Joannis Francisci Regis filius, Dux Andegavensis, adoptatus à Joanna I. regnavit post mortem illius titulo tenus *an.* 2. *M.* 2.

Ludovicus II. Ludovici filius regnavit an.

Ludovicus III. Ludovici II. filius regnavit an.

Renatus Ludovici II. filius regnavit in schismate contra Alphonsum *annos* 46.

Ludovicus XI. Rex Franciæ, Caroli VII. filius regnavit an.

Carolus VIII. Franciæ Rex Ludovici XI. filius regnavit *ann.* 14.

Ludovicus XII. Franciæ Rex regnavit *ann.* 17.

Franciscus Valesius Franciæ Rex regnavit *an.* 33.

Henricus II. Valesius Francisci filius Franciæ Rex regnavit *ann.* 11.

5. Reges Siciliæ Arragonenses.

Alphonsus Rex Arragoniæ adoptatus â Joanna II. post illius mortem regnavit *ann.* 35.

Ferdinandus Alphonsi filius Nothus regnavit *ann.* 25. *mens.* 6.

Alphonsus II. Ferdinandi Filius regnavit *ann.* 1. *& dies aliquot.*

Ferdinandus II. Alphonsi II. filius, regnavit *mens.* 9. *aliàs an.* 1. *m.* 6.

Fridericus Alphonsi I. filius regnavit an. 7. aliàs annis plus minus 5. regno exactus *an.* 1501. in Gallias fugit ubi & mortuus.

Ferdinandus Rex Catholicus Hispaniæ regnavit ann. 15.

6. Reges Siciliæ Austriaci.

Carolus V. Imperator August. regnavit plus quam an. 40.

Philippus II. Caroli V. filius Rex Hispaniæ regnavit *an.* 40.

Philippus III. Philippi II. filius Rex Hispaniæ regnavit *an.* 23.

Philippus IV. Philippi III. filius Rex Hispaniarum regnavit *an.* 44.

Carolus II. Philippi IV. filius quatuor annorum puer Parenti *anno* 1666. successit, ex bino Matrimonio *anno* 1700. 1. *Novemb.* moritur improlis. vid. supra verb. abgehende und ausgezogene Stände *fol.* 16. *n.* 26. *ad fin.* ratione hujus successionis hodiedum inter Domum Austriacam & Coronam Galliæ funestissimum illud bellum, quod Deus brevi ita feliciter sopire velit, ut hujus Regni Legitimus & Verus successor

Carolus III. Archi-Dux Austriæ Leopoldi Imperatoris filius secundogenitus Sceptra Hispanica, uti & hujus Regni Siciliæ, in omni felicitate tranquille tenere queat.

7. Siciliæ situs, urbes & loca.

Sicilia de cætero olim dicta fuit *Trinacria* â tribus magnis Promontoriis, quæ erant: 1. Pelorum, contra Italiam, hodie *il faro.* 2. Pachinum meridiem versus, hodie *Capo passaro.* 3. Lilybæum, *Capo Boco,* Regni nomine, quod nunc Hispani possident, jam olim inclaruit. Ab Italia separatur freto Siculo seu Mamertino, quod duobus scopulis infame est; Hinc versus:

Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdim.

Dividitur hodie in tres Valles: 1. Est Demona, *Val de Demona,* quæ Pelorum Promontorium spectat. Urbes hic sunt Messana, *Messina* urbs potens, splendida, & commerciis suis dives. In latere Orientali huc pertinent Tauromenium, *Taormina,* in celso colle positum: Catana, *Catania,* incendii periculis propter vicinitatẽ montis Æthnæ, qui ignes sæpe magna copia eructat, exposita & tandem terræ motibus 1693. eversa.

8. Mons Æthna.

Ex opposito latere Septentrionali sunt Mylæ, nunc *Milazzo,* claræ portu & munimento. 2. Vallis Netina, *Val di Noto.* Pachynum Promontorium prospiciens. Hic sunt Syracusæ, *Siracusa,* urbs olim magna, cui triplex murus, totidemque arces, portus marmoreus & fons Arethusæ, ut Florus loquitur; Sed & nostris temporibus erat celebris, antequam â terræ motu 1693. deformaretur: Netum, *Noto,* unde huic Valli nomen datum, in celsa rupe jacet: Camerina *Camarana.* 3. Vallis Mazara, *Val di Mazara,* quæ in Lilybæum usque Promontorium excurrit. Sunt in hac parte Agrigentum *Gergenti,* olim celebrius, quam nunc est: Mazarum, *Mazara,* unde Valli nomen, Portum habet commodum: Trepanum *Trapano*, ubi corallia ê mari extrahuntur

9. Palermo Proregis Siciliæ sedes.

Panormus, *Palermo,* urbs magnifica, ubi Prorex sedem suam habet; Mons Regius, *Monreale,* qui non longe inde distat, Archiepiscopum habet.

10. Quot sint Archiepiscopatus in Sicilia.

Fœcunda porrò est Sicilia, abundans frugibus & hominibus, sed terræ motibus valde est exposita, Archiepiscopatus habet tres 1. *Panormitanum*, cui subsunt Episcopi Mazariensis, Agrigentinus, & Melitensis in Insula Maltha. 2. *Messanensem*, cui parent Liparensis in Insula Lipara, Pactensis *Patti,* & Cefalœdensis, *Cifalu.* 3. Montis Regalis *Monreale,* cui subjiciuntur Catanensis & Syracusanus.

11. Quomodo Siculi & Neapolitani ab Hispano regantur.

Cum Rex Hispaniarum magnam Italiæ partem teneat, & non magna emolumenta ex Regnis illis & Provinciis percipiat, quia expensæ rationes acceptæ aut æquant aut non raro superant, sic etiam ingenia subditorum illius in Italia multum inter se diversa sunt, & rationibus diversis ab ipso reguntur: Neapolitanis quippe impotenter, Siculis gratiosè, Mediolanensibus temperate dominatur: Neapolitani enim natura sua arrogantes, seditiosi, semperque avidi rerum novarum, & jugum Hispanicum impatienter ferunt, & nisi tam duriter haberentur, facile excuterent. Variis autem mediis utitur ad mutabiles hosce populos in officio continendos. Nam pessimum quemque & seditiosissimum per crebros delectus exhaurit, & aliò ad bellum in Germania aut Belgio gerendum traducit; Potentiores verò vanis titulis & honoribus, quorum supra modum ambitiosi sunt, sibi conciliat atque devincit, cum nullis nisi Hispanis, aut sibi serviliter addictis principalia & utilissima Regni munia mandet: Proreges autem vigilantissimos huc mittere consuevit, qui omnium actiones atque inclinationes sedulo inspiciunt; potissimum autem dant operam, ut intra triennium, quo plerumque præsunt, ingentes thesauros sibi conquirant; itaque & plebem misere exhauriunt, & omnes omnino gravant, idque eo liberius & accuratius, quia certo judicio id facere præ se ferunt, ne populus nimia opum affluentia insolescat, & ad seditiones, ad quas per se satis propendet eò proclivius ruat. *Siculorum* autem longe alia est ratio: Nam & sponte Regibus Hispaniarum se subdiderunt, & diu in obsequio perstiterunt, quare multis privilegiis atque immunitatibus â Regibus donati sunt, quæ Rex studiose cavet, ne ulla ex parte imminuantur. Nam cum gens ita â natura comparata sit, ut nec servitutem ferre possit, nec plenam libertatem, sitque ingenio facile irritabili, & semel irritati atque commoti ægerrimè ad quietem reducantur,

cantur, studiose prævidet Hispanus, ne irritentur; itaque pauci admodum Proreges jam à centum & pluribus annis Siciliæ præfuerunt, quos non Siculi, postquam è Provincia abierant, graviter apud Regem accusaverint, quique non aliqua censura aut nota fuerint eo nomine affecti. In Summa Siculi lubenter parent Hispanis Neapolitani inviti, itaque & diverso modo ab Hispanis habentur, evidenti discrimine inter voluntarium obsequium & coactum. Plura de hoc Siciliæ Regno vid. apud *Gregor. Leti de Ital. regn.*

Silber.

Vid. Supra verbo Gold *fol.* 816. *& seqq.*

Silesia, Silesii Principes.

SUMMARIA.

1. *Silesiæ Situs ejusque divisio in 17. Ducatus.*
2. Teschen.
3. Ratibor.
4. Troppau.
5. Jagerndorff.
6. Oppelen.
7. Grotkau *sive* Neuß.
8. *Dynastia Plessensis.*
9. Breßlau.
10. Schweinitz.
11. Jawr.
12. Liegnitz.
13. *Magna Christianorum clades in Silesia à Tartaris.*
14. *Ultimus familiæ Regiæ Piastea.*
15. Brieg.
16. Oelß.
17. Wollau.
18. Glogau.
19. Sagan.
20. Crossen.

De hac Provincia ejusque Principibus jam supra *verbo Bohemia fol.* 379. *n.* 29. *&* 30. *& verbo* Oesterreich *fol.* 1477. *n.* 46. quædam notavi: quibus accuratiorem hujus inclytæ Provinciæ delineationem annecto:

1. Silesiæ situs, ejusque divisio in 17. Ducatus. Silesia Dives & ampla est regio, quam totam Viadrus sive Odera, die Oder/ rigat & percurrit. Tangitur ab *ortu* Polonia, à *Septentrione* Marchia Brandenburgensi: ab *occasu* Lusatia, Bohemia & Moravia. Dividitur dignitatis habita ratione in 17. Principatus & 4. Dynastias, quorum Domini Status Provinciales repræsentant. Ad situm aquæ & locorum si respiciamus, partiri eam solent Geographi in Superiorem & inferiorem. In Superiori Silesia sunt Ducatus 7. nimirum

2. Teschen. *Teschinensis*, das Hertzogthum Teschen in confiniis trium Regnorum, Hungarici, Polonici, & Bohemici, & ubi oritur Vistula, die Weichsel; Teschena Teschen Oppidum modicum ad Elsam fluv. Freistadium Freystadt/ & Fridecca Fridecf/ ejusdem notæ oppida. Jabeluncka ad radices montium Carpathiorum defendit arce sua transitum harum Provinciarum.

3. Ratibor. *Ratiboriensis* das Fürstenthum Ratibor/ cujus urbs præcipua est Ratiboria ad Oderam fluv. ubi est Collegium Canonicorum & Curia insignis.

4. Troppau. *Troppaviensis* das Fürstenthum Troppau/ quod Principes Lichtensteinii feudi titulo possident. Caput Ducatus est Troppavia Troppau/ urbs templis insignis atque Monasteriis ornata.

5. Jagerndorff. *Carnoviensis* das Fürstenthum Jagerndorff/ iisdem Lichtensteiniis paret Carnovia Jagerndorff/ urbs est præcipui nominis in Valle amœnissima, quæ arcem habet magnificam à Marchionibus Brandenburgicis, qui aliquando hunc Ducatum possidebant, extructam.

6. Oppelen. *Oppoliensis* das Fürstenthum Oppeln; cujus caput est Oppolia Oppeln ad Viadrum suo templo Cathedrali & Xenodochio clarum, cui hoc adscriptum legimus distichon:

Da tua, dum tua sunt, post mortem nulla potestas
dandi: si dederis non peritura dabis.

7. Grotkau sive Neuß. *Grotkoviensis* das Fürstenthum Grotkau; vocatur ab aliis Episcopatus Nissensis, quia Episcopus Wratislaviensis hic sedem habere solet. Ac tametsi Grotkovia nomen huic Ducatui dederit, longe tamen splendidior est Nissa Neuß ad fluvium cognominem.

Münsterbergensis das Fürstenthum Münsterberg cujus caput est Münsterberga trans Neissam fluvium.

8. Dynastia Plessensis. Hæc Superior Silesia habet quoque unam Dynastiam *Plessensem*, quæ Ducatui Teschinensi ad ortum adjacet, atque à Comitibus de Promniz, qui Lusatia inferiori sua habent prædia, possidetur.

9. Breßlau. Inferior Silesia habet Ducatus 10. Scilicet ibi est *Wratislaviensis* das Fürstenthum Breßlau Caput Ducatus est Wratislavia Breßlau ad Oderam. Urbs hæc inter pulcherrimas Germaniæ referri meretur, tum propter ædes Civium privatas, tum imprimis ædificia publica; qualia arx Cæsarea, Curia, Templum S. Dorotheæ, itemque S. Elisabethæ & Mariæ Magdalenæ, una cum duobus Gymnasiis; sunt ibi porro tria fora, duo armamentaria, Prochotropheum, Bibliotheca, quæ urbem longe illustriorem reddunt; Ipsa denique Cerevisia, quam Cives Schöps appellant, â bonitate sua mirum in modum laudatur. Episcopus Wratislaviensis sub se habet Neissam urbem, uti jam dictum.

10. Schweinitz. *Schvvidnicensis* das Fürstenthum Schweinitz. Schwidnicium urbs ampla & popu-

populosa, quæ secundas post Wratislaviam partes in Silesia obtinet. In Suburbio templum Aug. Confess. addicti habent, ubi libere possunt suæ indulgere religioni. *Strigonia* Striga celebratur propter terram sigillatam, quam die Strigische Erde appellant.

Jauraviensis das Fürstenthum Jawr.
11. Jawr. Quo referuntur Jauravia Jawer / quæ in amœna jacet planitie, ornata arce insigni, quam Regius Præfectus incolit, qui utrumq; Principatum regit; Iterum hic extra mœnia templum habent A.C. addicti, Præterea hic reperiuntur Oppida, Schmidberga, Lewenberga, Boleslavia, das Schlesische Buntzel.

12. Liegnitz. *Lignicensis* das Fürstenthum Liegnitz Lignitium post Wratislaviam de honore & præeminentia certat cum urbe Schweidnicensi. Hic enim videre licebit Palatia Principum, arcem fossa muroque ab urbe separatam, Curiam & templa pulcherrima. Cætera oppida sunt: Goldberga Goldberg / Parchwicium Parchwitz cujus ager alit vites, & vinum profert: Nicolaipolis
13. Magna Christianorum clades in Silesia à Tartaris. Nicolstadt: Wahlstadt / locus in se obscurus, qui verò in memoriam nobis revocat prælium cum Tartaris *an.* 1241. commissum, tanta Christianorum strage, ut Victores 9. saccos implerent auriculis, quas singulas singulis occisis amputaverant. Senserunt tamen Barbari vim Silesiorum, ut pedem referre, & domum per Poloniam, unde venerant, redire cogerentur. Erant harum terrarum Principes prognati ex familia Piastea Regum Polonicorum, quorum ultimus erat *Georgius Wilhelmus* qui Piastorum domum, quæ Regum Principumque titulis per 9. secula floruerat *an.* 1676. *mense Januario* ingenti suorum luctu clausit.
14. Ultimus familiæ Regiæ Piasteæ.

15. Brieg. *Briegensis* das Fürstenthum Brieg; cujus urbs Briega Brieg splendida est, & quæ paucis cedit, Olavia Olau ad flumen ejusdem nominis.

16. Oels. *Oelsnensis* das Fürstenthum Oelß / qui à Principibus ex Domo Würtenbergica lineæ Julianæ prognatis possidetur; loca celebriora sunt Oelsa Oelß Sedes Ducis Primogeniti, Bernstadium sedes Secundogeniti: & Juliusburg arx & sedes tertiogeniti.

Wolaviensis das Fürstenthum Wollau / qui ab urbe cognomine Wolau sic vocatur. 17. Wollau.

Glogaviensis das Fürstenthum Glogau / urbs Großglogau inibi magna est & splendida, in cujus suburbio A. C. addicti Ecclesiam habent. Est in hoc Ducatu Baronatus Bethaniensis, cujus Dynasta Georgius à Schönaig annuente Matthia Imp. anno 1614. in urbe Benthena illustre Gymnasium fundaverat, illudque bonis legibus & reditibus firmaverat. 18. Glogau.

Saganensis das Fürstenthum Sagan. Caput ejus est Saganum ad Boberam fluv. ac deinde Pribusium Pribuß / olim Ducatus titulo nobile, Principibus de Lobkowitz hodie parens. 19. Sagan.

Crossensis das Fürstenthum Crossen / quem hodie Elector Brandenburgicus una cum districtu Schwibusiensi possidet. 20. Crossen.

Sunt præterea in Inferiori Silesia Dynastiæ tres, quarum 1. est *Wartenbergensis* Die Wartenberg trans Oderam contra Wratislaviam. 2. *Miliciensis* Die Herrschafft Militsch ad ultimos Poloniæ limites, 3. Trachenbergensis die Herrschafft Trachenberg ibidem plura de Ducibus Silesiæ, eorumque diversis familiis videri possunt; *Besold. in thes. Pract. L.* 5. *n.* 39. *Lindenspur in dissertat. de Imperio & familiar. origin. & mutat. fol.* 80. *& seqq. C.* 20.

Solms.

Quomodo hi Comites in omnia bona & jura restituti sunt, videatur *Instrument. Pac. Cæs. Suec. de Anno* 1648. *art.* 4. §. 32. & 33. De Comitibus Solmensibus in specie etiam tractat Jacob *Wilhelm. Imhoff in Not. Procer. Germ. lib.* 6. *cap.* 17. ubi lineas hujus Domus & genealogiam cujuscunque accuratè describit.

Speyer.

SUMMARIA.

1. *Spira unde sic dicta.*
2. *Situs hujus Urbis & celebritas.*
3. *Templum summum à quo constructum & quænam in eo Mausolæa.*
4. *Est ibi asylum reis.*
5. *Spira à Gallis exusta.*
6. *Quid juris Episcopo Spirensi in hanc Civitatem competat.*
7. *Episcopatus Spirensis vetustas.*
8. *Series Episcoporum Spirensium prioris & moderni seculi.*
9. *Episcopi Spirensis sedes & primaria hujus Episcopatus loca.*
10. *Weissenburgensem Præposituram quis fundaverit.*
11. *Spira Civitas est Imperialis, ejusque onus Imperiale.*
12. *De juribus & privilegiis Civitatis remissive.*
13. *Habet jus stapulæ.*

1. Spira unde sic dicta. Unde Spira dicatur urbs *vid. Dresser. de urb. Germ. pag.* 548. quoad originem est vetus Civitas Imperialis, recens quoad appellationem. Olim enim Nemetum urbs appellata est, quin & populi in ea habitantes dicti Nemetes, forte ex verbo Græco *νέμειν* quod est *pascere*, quod vitam pecuariam coluerint. *Anno Christi* 1082. Spiræ nomen demum adepta est à pago & fluviolo propinquo, quorum uterque muro urbis

bis inclusus est à Rudigero Episcopo, qui & totam urbem jam amplam & magnificam turribus, mœnibus ac fossis egregiè munitam, primus Spiram nuncupavit. *Reusner de urb. Imperial. part. 1. C. 6. Limn. J. P. tom. 3. lib. 7. C. 46. n. 3.* Licet *Lehman. Chron. Spirens. lib. 1. cap. 7. per tot.* existimet, Civitatem hanc antiquissimis temporibus, etiam ante Christum natum Spiram dictam fuisse.

2. Situs hujus urbis & celebritas. Sita est hæc Civitas in Circulo Rhenano ad Rhenum fluvium in agro frumenti & vini optimi, aliorumque fructuum, præsertim amygdalorum feracissimo, omnique rerum abundantia copiosissimo, ita ut sine advectione & subministratione ex alienigenis locis, inde incolæ sese non tantum sustentare, sed etiam vicinis & aliis communicare possint, & per navigationem Rhenanam indies transmittere soleant, *Lehman. Chron. Spirens. lib. 4. c. 6. pag.* 292. ubi inter alias ex hac etiam causa Civitatem incrementum accepisse tradit. Celebris ante devastationem & exustionem Gallicam erat hæc Civitas, non solum Reipublicæ administratione, sed etiam Sacerdotum Collegio & Templo summo, maxime verò Camera Imperiali, quæ inde ratione devastationis Gallicæ ad interim securitatis gratia Wetzlariam translata est.

3. Templum summum à quo constructum, & quænam in eo Mausolæa. Præter alia Urbis decora & ornamenta Templum erat à Conrado Salico Augusto constructum in Monte Oliveti, qui *anno* 144. ingentibus sumptibus extructus est, opus sane admirabile, ac sepulchris aliquot Cæsarum Suevicorum, veluti *Conradi II. Henrici II. Henrici IV. Henrici V.* eorumque Conjugum Augustarum celebre atque conspicuum, quorum tumulis distichon hoc ibi inscriptum legitur:

Filius hic, Pater hic, avus hic, Proavus jacet istic,
Hic Proavi conjux, hic Henrici Senioris.

Extant quoque hic Mausolæa *Rudolphi, Adolphi, Alberti* Cæsarum Romanorum, *Constantii Chlori* ejusdemque Matris *Claudiæ*, de quibus *Lehman.* ubi etiam *lib. 1. cap. 7. pag.* 20. refert, quod *anno* 1047. Imp. *Henricus III.* Corpus S. *Widonis* ad urbem Spiram transferendum devexerit, & solennia Pentecostes ibi celebraverit. In hac urbe prope

4. Est ibi asylum reis. Ecclesiam Cathedralem, positus est lapis ingens capacitatis magnæ ein grosser steinerner Napf/ vulgò die Schwabenschüssl/ cujus inscriptio reorum confugium & asylum denotat. *Lehman Chron. Spir. lib. 4. C 23. p.* 378. Ad hunc usque lapidem Senatus introeuntem comitatur Episcopum, ubi dein Capitulum ipsum in templum Cathedrale deducit. Hæc Cathedralis Ecclesia vulgò devotissima dicta est, das andächtige Stifft/ ubi & aula Episcopalis alias fuit & Cancellaria, quæ posterior prope Ecclesiam Cathedralem extitit.

5. Spira à Gallis exusta. Sed eheu urbs hæc Imperii antiquissima sub initium prioris belli Gallici ab auctoribus ejusdem Gallis miserandum in modum exusta & exscissa, ita, ut quæ ignis reliquerit, rabies Gallica tormentis & Machinis bellicis inaudita feritate cum tetro perfidiæ vitio destruxit, nec tumulis & Cadaveribus Imperatorum ibidem sepultorum pepercit, more à Christianis alienissimo & à barbaris vix solito. Porrò Nobilissima hæc Civitas vetustate originis, & Imperatorum ædibus Palatinis sepulchrisque, nec non Supremo Imperii Tribunali inclyta, in numero urbium liberarum atque Imperialium existens, Episcopi jurisdictionem non agnoscebat; fidelitatis tantum sacramentum Cives Præsuli ad exemplum Wormatiensium dicere soliti erant: habet tamen ille facultatem nonnulla in urbe officia constituendi, nempe Camerarii, Sculteti & quæ rem monetariam ac telonia concernunt, uti *Sprengerus Jurisp. publ. L. 3. C. 10. pag.* 410. testatur; qui id etiam refert, Episcopis ante annos non ita multos à Cæsare potestatem fuisse factam, sese non solum Episcopos von Speyer/ sed & zu Speyer nominandi; idque inde manasse, quod Pagum Spirensem ab amne perfluente ita appellatum, & extra urbis pomœria situm, mœnibus cinxerint: quanquam *Limnæus tom. 5. J. P. Add. ad L 4. C. 7. p.* 253. ex Höppingio doceat, jamdum *Anno* 1589. per transactionem Civitati cum Præsule convenisse, ut eum imposterum non amplius Episcopum von/ sed zu Speyer salutaret. 6. Quid juris Episcopo Spirensi in hanc Civitatem competat.

Hic Episcopatus Spirensis quamvis incompertæ sit originis, vetustioribus tamen annumeratur, hoc argumento, quod jam *Anno* 398. Jessius sive Tessis Episcopus Nemetum Synodo Coloniensi, qua Euphrati Ariano dignitas Episcopalis abrogata est, interfuisse legatur. *Lehm. Chron. Spir. L. 1. C.* 28. Post illum tamen nulla Spirensium Episcoporum memoria occurrit, usque ad *Athanasium*, quem Sacellanum suum Dagobertus Rex Francorum *Anno* 610. Ecclesiæ huic præfecit, atque adeo Episcopatum restaurasse putatur, ab isto verò ad nostram usque ætatem justa nec interrupta Præsulum Series texi potest. Hanc autem Seriem Episcoporum *ab Anno Christi* 348. usque ad Episcopum *Eberhardum à Dunheim*, qui *anno* 1581. in locum *Marquardi* ab Hatstein electus erat, exhibet *Bertius de German. lib. 3. pag. 259. & seqq.* *Eberhardum anno* 1610. humanis exemptum excepit *Philippus Christophorus* à Sötern, qui deinde Archiepiscopus quoque Trevirensis factus est; & huic *anno* 1652. vitam cum morte commutanti successit *Lotharius Fridericus* à Metternich in Burscheid/ Archiepiscopus quoque Moguntinus; hunc demum *anno* 1675. humanis valedicentem, cum jam ante ipsius obitum in Coadjutorem ei adjunctus esset, in Episcopatu hoc Spirensi secutus est Eminentissimus Archiepiscopus & Elector Trevirensis *Joannes Hugo*, ex Illustri Orsbeckiorum stirpe progenitus, hodiedum adhuc laudabilissime sedens Spirensis Ecclesiæ Antistes. 7. Episcopatus Spirensis vetustas. 8. Series Episcoporum Spirensium prioris & moderni Seculi.

Hujus

9\. Episcopi Spirensis sedes, & primaria hujus Episcopatus loca. Hujus Episcopi sedes vel Spiræ est, vel Bruchsellæ vel Lauterburgi; ista in Cineres reducta est, illa vastata & igne maximam partem fœdata, hæc adhuc superest, ubi tamen temporibus his commorari tutò non licet, nec Elector Trevirensis hodiernus Episcopus Spiræ fixam sedem unquam habuit, quam præbet castrum munitissimum Ehrenbreitstein/ antea Witlichium in agro Trevirensi à Gallis occupatum. Inter loca Episcopatus non contemnenda sunt *Bruchsella*, *Lauterburgum*, *Taberna Rhenana* Neidburg & *Deidesheim*. Prætendit Episcopus in Castrum Philippiburgum, item in loca *Haidesheim*, *Hockenheim*, & *Wingarten*, qui possidet Elector Palatinus. Ad Episcopatum pertinet Comitatus *Kreichgoviæ*, item præter memoratas urbes *Rotenburgum* Rotenfels. Pertinuit ad hunc Episcopatum munitissimum illud Castrum *Philippiburgum*, antea *Udenheimium* dictum, *de quo supra vid. hoc verbo pag.* 1588. Pertinet quoque ad Episcopatum maxima ex parte tractus Prurrhenicus, item Præpositura Imperii *Weissenburgensis*, quam Gallus vi detinet in Wasgovia, & in Oppido Imperii cognomine simili constitutam.

10\. Weissenburgensem Præposituram quis fundaverit? Fundavit eam Dagobertus Rex Franciæ *anno* 629. & in Abbatiam Ordinis *S. Benedicti* instituit; *Carolus IV.* Imp. Abbates Principali dignitate exornavit. Verum Rudigerus cognomine Piscator Abbas 56. *anno* 1526. Abbatiam in secularem Præposituram mutari passus est ejusque successor Philippus de Flerstein Episcopus Spirensis à Carolo V. Imp. & Paulo III. Papa obtinuit, ut Episcopatui Spirensi insereretur. *Spen. Oper. Herald. Sp. l.* 1. *c.* 64. §. 6.

11\. Spira Civitas est Imperialis ejusque onus Imperiale. De cætero Civitatem Spirensem Imperialem esse, nemo est qui dubitat, cum vocetur ad Comitia, & sessionem in scamno Rhenano obtineat, & matriculæ sive Imperii albo inscripta, certam sibi assignatam Equitum & peditum summam habet, ist anno 1545. und 1551. umb 39. zu Fuß geringert/ gibt solchem nach Monatlich zu Roß 3. zu Fuß 60. thut an Geld/ 276. fl. zu Unterhaltung des Käyserl. Cammer-Gerichts jährlich $131\frac{1}{2}$ vel ut alii $130\frac{1}{2}$ *Limn. de J. P. tom.* 4. *lib.* 7. *C.* 46. *in princ.* De regimine & variis hujus Civitatis privilegiis videri possunt *Knipschild. de jur. & Privileg. Civit. Imp. lib.* 3. *cap.* 50. *à n.* 22. *usque* 39. *Oldenburg in Limn. Enucleat. lib.* 4. *cap.* 53. ubi cujuscunque privilegii tenorem verbotenus recensent.

12\. De juribus & privilegiis Civitatis Spirensis remissive. De hujus urbis autem incrementis, aliisque juribus *vid. Lehman.* Speyerisch. Chron. *lib.* 1. *C.* 1. *& seqq. item lib.* 4. *C.* 6. *& seqq. Limn. J. P. lib.* 7. *C.* 46. *n.* 10. *& seqq.* Controversiam Civitatis cum Decano & Capitulo Ecclesiæ, exhibet *Gastel. de Stat. publ. Europ. cap.* 32. *pag.* 1008. in Copia Instrumenti Publici, Repetitæ nullitatis, reservationis, & Protestationis. Aliam controversiam *vid. apud Meischner. lib.* 1. *Decis. Cam.* 25. Denique Controversiam de *ann.* 1665. *vid. in Diar. Europ. Contin.* 11. *p.* 28. *&* 269. *& seqq.* ubi pro & contra usque ad *p.* 321. *& seqq.* Civitas habet jus Stapulæ, hinc cum ab Electore Palatino, qui tamen est Protector hujus Episcopatus, in hoc jure turbaretur, mandatum sine clausula 6. *Aug. an.* 1575. impetravit, quod extat *in Gylm. Symph. Tom.* 2. *p.* 3. *tit.* 18. 13. Habet jus stapulæ.

Spielen/ Spielleut.

Quid circa Lusores aleatores & Musicos in Recessibus Impp. ordinatum sit, videri possunt *R. J. de an.* 1500. *tit.* 24. Reform. guter Policey zu Augspurg *an.* 1530. *tit.* 37. *Item de an.* 1543. *tit.* 29. P. O. zu Franckfurt *ann.* 1577. *tit.* 30. Fußknechts Bestallung zu Speyer *an.* 1570. *tit.* 70.

Spolium.

Vid. *supra verbo possessio pag.* 1605. *n.* 52. *&* 53. Praxin autem in casu *vid. Francisc. Pfeil. cons.* 27. *Rosacorb. in pract. for. cap.* 35. & qui possessione antiquiore gaudet, in ea est tuendus, *idem Consil.* 172. De possessionis turbatæ recuperatione *Pfeil. consil.* 173. de causa Spolii & interdicti addictæ possessionis *Rosacorb. cap.* 40. *Can. redintegrandæ* habet locum in Ecclesiæ bonis, ibique habetur ratio fructuum perceptorum & percipiendorum damni & interesse. *Meischner. tom.* 4. *decis.* 19. De Spoliis Clericorum *vid. Decret. lib.* 3. *tit.* 3. *Chokier de advocat. feud. fol.* 120. Spolium ratificans conveniri potest, ut Spoliator ipse. *Barbosa lib.* 17. *C.* 47. *ax.* 3. Spolium aut restitutio non potest prætendi, si aliquid fuerit factum autoritate legis. *Marius Antoninus lib.* 1. *res.* 81. *n.* 10. Spolium attentatum est magis odiosum spolio simplici. *lib.* 1. *resol.* 100. *n.* 2. Spolium ultimum est purgandum *ibid. n.* 7. *& res. fin. casu* 72. Spoliat judex si nulliter procedat *ibid.* Spoliatus non est restituendus, si cecidit culpa sua, ut si renunciaverit juri suo. *ibid. n.* 8. *&* 9. Spoliatus non est restituendus, si de notorio non jure suo constat & de notorio jure alterius *ibid. n.* 10. *& lib.* 1. *resol.* 59. *cas.* 24. An & quatenus malæ fidei possessor via facti de possessione expelli possit? *Consil. Argentorat. vol.* 1. *cons.* 28. *quæst.* 8. Remissio ad illa loca ubi de spoliis tractatur.

Sportuln.

De reformatione Taxæ Sportularum in Judicio Camerali tractandum in Comitiis *Inst. Pac. Cæs. Suec. art.* 8. §. 3. Item de abrogatione Sportularum in Camera agit *C. O. anno* 1500. *tit.* 9. de Sportulis revisionis de singulis *vid. Tom.* 1. *hur. Constit.* quoad 1. *verbo* Reichstag/ quoad 2. Cammer-Gerichts-Unterhaltung/ quoad 3. *Verbo Revisio.* Ut autem sciatur, unde Sportulæ sic dictæ sint, sciendum, eas jam ab antiqua observatione Romanæ vetustatis sic dictas esse. Solebant enim Romani potentiores olim Clientibus suis cum ad limina sua eos salutandi gratia, aufzuwarten/ accederent, cœnam vel prandium in panariolis vel sportellis Sportulæ unde sic dictæ.

tellis porrigere, vice cœnæ rectæ, h. e. convivii legitimi. Et tales Sportellæ seu Sportulæ dicuntur à Sporta i. e. vase, quod fit de minutis virgis, in quo ponebantur illa munuscula & distributiones. Deinde latius porrecta est Sportularum Appellatio, ut etiam Salaria congiaria, diaria, honoraria denotaret. Tandem eæ dici cœperunt Sportulæ, quæ Executoribus litium dantur. *Rebban. de expens. litium. thes.* 12. *per tot.*

Stamm-Hauß.

SOlvit sustentationem Cameræ R. J. Ratisbonensis *de An.* 1654. §. 16. Vide etiam Verbo Anlag/ & Cammer-Gerichts-Unterhaltung *in Tom.* 1. *his verb.* von Stam/ Stamm-Gütern/ Stamm-Häusern rc. late discurrit *Speidel. in Spec. obs. pag.* 1174. *& seqq.* huc quoque referri possunt, quæ supra tractavi *verbo Primogenitura pag.* 1624. *& seqq.*

Steur.

V*Id. supra verbo* Anlag *pag.* 263. *& seqq.*

Straff.

DE pœnis Temere appellantium, Revisionem petentium, litigantium Advocatorum, Procuratorum, Gotteslästerer/ Flucher/ *vid. Tom.* 1. *har. Constitut. verb. Appellatio, Revisio, Procefs* Gotteslästerer/ Flucher.

Stralsund.

QUomodo hæc Civitas Pomeraniæ nobilissima ad Suecos pervenerit *vid. Instrum. Pacis Cæs. Suec. art.* 10. §. *ult. & in Tom.* 1. *har. Constit. verbo* Schweden.

Strassen-Rauberey.

V*Id. supra verbo* Auffruhr *fol.* 314. *& seqq. & verbo* Land-Fried *fol.* 1167. *& seqq.*

Succession der Dichter und Enecklen.

COntroversia Jurisconsultorum inextricabilis autoritate Cæsarea hic deciditur in hunc modum: *Fratrum & Sororum liberi soli relicti in capita succedunt, non in stirpes.* Fusè hanc materiam aliàs pertractant *Forster. lib.* 8. *de success. ab intest. C.* 3. *Schneidvvin. in Comm. ad Inst. pag. m.* 738. *n.* 29. *& seqq. Hotoman. Quæst. Illust.* 13. *Myns. lib.* 3. *obs.* 94. *Sonsbeck tr. Feud. part.* 9. *n.* 100. *Vide quoque Tom.* 1. *har. Const. hoc verbo &* supra verbo Lehen.

Summa appellabilis, Revisibilis.

V*Id. supra verbo Appellatio fol.* 285. *n.* 17. *& Verbo Revisio fol.* 1694. *& Tom.* 1. *har. Constit. his verbis.*

T.

Tartaria.

SUMMARIA.

1. *Tartari Europæi quam regionem inhabitent?*
2. *Tartariæ Europææ divisio ejusque primaria loca.*
3. *Tartarorum Europæorum varia genera.*
4. *Tartarorum nomen quando primum innotuerit.*
5. *Tartarorum Chami potentia & reditus in quo consistant.*
6. *Qua ratione dependeant à Turcico Imperio.*

1. Tartari Europæi quam regionem inhabitent.

DE Tartaria jam aliqua dicta supra *fol.* 102. *n.* 224. *& seqq.* quibus addo, quod Tartari Europæi, regionem supra Pontum Euxinum inter Tanaim majorem minoremque usque ad fluvium Borysthenem, imo ad Danubium usque sitam inhabitent, quæ ideo *Tartaria* ad differentiam Tartariæ magnæ sive Asiaticæ *minor* atque *Europæa* dicitur. Olim Græci Coloniis eò ductis Chersonesum, quæ tunc Taurica dicebatur, & post eos Itali egregie excoluerunt. Verum postea *Tartarorum* aliqua pars gens horrida, atque ad interitum humani generis nata, ex illis, qui Seculo XIII. ex Asia egressi Poloniam, Silesiam & Hungariam vastarunt, hic consedit.

Dividitur hodie Tartaria minor in Tartariam Præcopensem & Crimeam, quarum *illa* Tauricam Chersonesum, & terras Isthmo propinquas; *hæc* verò partes Septentrionales, quas Tartari sylvestres inhabitant, complectitur. Urbes in Chersoneso sunt: Baccasarium *Baccasaray*, ubi est sedes Chami Tartarici: Crimea *Crim*, olim *Cymmerium* à Populis Cymeriis, unde & fretum Cymmerium nomen accepit: Theodosia, nunc *Caffa* urbs adhuc magna atque splendida. Namque focos 8000. habere dicitur, quos maximam partem alunt Græci atque Armenii: è quibus illi 12. hi verò 32. templa. Latini verò unum duntaxat, habent, venit in manus Turcarum *an.* 1475. quando *Mahometes II.* urbem Genuensibus extorsit, qui Præsidiarios suos adhuc hodie ibi habent. Taphræ *Przcop* ad Isthmi angustias: Tanais hodie *Asoff*, sive *Azovv*, ad ostium Tanais fluv.

2. Tartariæ Europææ divisio, ejusque primaria loca.

fluv. ubi cum lacu Mœoti miscetur, emporium non ignobile â Moscis ultimo bello Turcico expugnatum. Extra Chersonesum nullæ sunt urbes, & Tartari illi, qui sylvestres die wilde Horden vocantur, in plaustris habitant, atque in illis uxores liberosque circumferunt. Sed Tartari non contenti finibus illis latius per vicina loca se effundere cœperunt. Qui in Ukraina Cosaccis ad Kioviam miscentur, *Lipkovienses;* qui verò Borysthenem sunt transgressi, *Oczakovienses* ab oppido Oczacovv dicuntur, quos sequuntur *Bessarabienses* â Provincia Bessarabia, cujus aliqua portio *Budziack* vocatur: ubi sunt *Bialogrod & Kilia.* Postremi sunt *Dobrucinenses,* quibus in Bulgaria sedem Turcæ concesserunt.

3. Tartarorum Europæorum varia genera.

4. Tartarorum nomen quando primum innotuerit? Porrò Tartarorum nomen tunc primum innotuit cum Duce Batto ante annos 400. & plures vastatis Moscovitarum Provinciis & Kiovia Metropoli penitus destructa, Poloniam & Hungariam cædibus & rapinis compleverunt. Qui etiamsi initio gens despecta fuêre, nunc tamen eorum nomine omnes fere vastissimas utriusque Scythiæ solitudines complectitur, quas uno Monguli nomine comprehendunt, iisque unum Dominum quem *Chamum* seu *Chanum* vocavere superioribus temporibus præfuisse, nunc autem in plures scissas esse dominatus *vid. Lindenspur. in dissert. de Imp. & famil. orig. & mutat. fol.* 87. Horum Tartatorum Magnus Chamus der Crimische Chan â Magno *Chingi* originem ducere existimatur: Ejus potentia consistit in munitione situs, in amplitudine regionum, in magnitudine Civium (qui sunt populi rapacissimi, ut experti sunt Moschi, Lithuani & Poloni, quorum non semel ad 200000. in campum eduxit, prævalet tamen semper equitatus, in arte militari pene sunt rudes) in abundantia commeatus, in Copia redituum. Percipit inter alias res decimas ex lana, serico, cannabe, frugibus, pecudibus, estque absolutus Dominus rerum omnium, sed potentiæ ejus nervi consistunt in militia, quam semper paratam habet. *Thuan. lib.* 67. *histor.* ait: *Principem ipsum nulla prædia, nullum ex agris vectigal, ærariumve habere, præter equos & portoria, quæ ei cum Turcis communia sunt. Metalla item præter aurum, quod ex fœdere Turci est, ejus propria, accedentibus adhac decimis ex prædiis omnibus. Annonam populus domi & in militiam sponte suppeditat, ex ærario etiam Turcico quinquies mille nummos cupreos quotannis accipit, filio obside dato. His tenuibus opibus immane quantum virium & copiarum sustentatur, quæ omnes Christianos exercitus numero vincunt.* Hoc notabile apud ipsos, quod in successione Regni fratres præferantur filiis & secundus â Rege dicitur Galga sive Galgan. Regii filii nobilium numero sunt, & vocantur Sultani.

5. Tartarorum Chami potentia, & reditus in quibus consistant.

Tartari Præcopenses ita dependent ab Imperio Turcico, ut quotiescunque Imperator se bello accingit, illi cogantur armata manu ipsum sequi, & quidem numero CM. si ipse Imperator in Castris sit, XLM. vel paulo pluribus, si Vezirius tantum mittatur; Nec stipendii quicquam accipiunt, nisi quod in prædam agunt, unde & excursibus tam graves extitere vicinis Hungariæ Provinciis, durante ultimo Bello Hungarico Turcico, ut Vienna cum tota Austria & Moravia adhuc lugeat. Chamum suum ipsi quidem eligunt, sed non nisi confirmandum â porta Ottomannica, quæ etiam superstite Parente primogenitum ejus obsidis loco, ut jam dictum, detinere solet, sicut Muhammedem Chirei, dum parens viveret, primum Janboli in Thracia, deinde in Rhodo Insula detinuerunt. De Tartarorum negotiis cum Moscovitis & Polonis videri potest *Becman. in Histor. orb. terrar. cap.* 7. §. 7. *pag.* 670. *& cap.* 8. §. 5. *pag.* 691.

6. Qua ratione dependeant â Turcico Imperio.

Tattenbach.

QUomodo Comes â Tattenbach in possessione Comitatus Rheinstein conservandus sit *vid. Instrum. Pac. Cæs. Suec. art.* 11. §. 3. *& art.* 13. §. 10.

Taxa, Taxator.

SUMMARIA.

1. *Quantum quis pro collatione dignitatis Comitis & Nobilis in Imperio & Gallia solvere debeat?*
2. *Officiales Cancellariæ Apostolicæ ultra taxas nil exigere aut accipere possunt.*
3. *Taxa hæc constituta videtur Avinione.*

DE Taxa & juribus Cancellariæ Imperialis, item de Taxa Expeditionum in Camera *vid. Tom.* 1. *harum Constitut. hoc verb.* Et nulla hodie in Europa Cancellaria est, ubi non literæ vel diplomata actusque vel judiciales vel gratiosi *certa Taxa* æstimati sint. Sic teste *Limn. ad Capitulat. Ferdinandi III. Imp. art.* 46. *fol.* 741. in Imperio Romano pro collatione dignitatis Comitis wann einer vom Käyser zu einem Grafen gemacht wird / loco Taxæ solvi debet bis mille aureos florenos pro Diplomate seu testimonio collatæ hujus dignitatis, pro Juribus Cancellariæ 200. aurei floreni; pro Collatione tituli Hochgebohren taxa solvitur 130. floren. & Cancellariæ 40. flor. aur. & sic de cæteris. In Gallia *une lettre de Noblesse, pour ceux qui veulent estre annoblis, coste* 1300. *escus, de prix fait.* De Taxa Cameræ Imperialis videri quoque potest, præter Cammer-Gerichts-Ordnung *part.* 1. *tit.* 33. *& R. J. Augustæ de an.* 1566. §. Irrungen *Gylman. Symphorem.* 10. 1. *p.* 2. *t.* 16. *Scipion. in decis. Rot. Spirens. lib.* 4. *decis.* 105. 109. 142. Taxam

1. Quantum quis pro Collatione dignitatis Comitis seu Nobilis in Imperio & Gallia solvere debeat.

Taxam Sacræ Pœnitentiariæ Cameræ Romanæ exhibet *Hortleder* von Ursachen des Teutschen Kriegs *lib.6.C.47.f.564.& seqq.*

In Cancellaria Apostolica ne excessus fiat, & abusus comitatur in exigendis pecuniis pro expeditione Literarum Apostolicarum aliarumque gratiarum provisum est

2. Officiales Cancellariæ Apostolicæ ultra taxas nil exigere aut accipere possunt.

à *Julio II.* per Constitutionem: *Etsi Romanus Pontifex*, & per regulas Cancellariæ. *Julius* enim Pontifex ne Officiales Cancellariæ totiusque Curiæ Romanæ quicquam ultra taxas aut postulent aut accipiant, sub gravissimis pœnis inhibuit, nimirum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & pro prima Vice centrum Ducatorum auri de Camera: pro secunda suspensionis exercitii & perceptionis emolumentorum ad sex menses Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum Urbis applicandorum; Pro tertia verò vice quibus contra fecerint privationis officiorum pœnis ipso facto incurrendis. Insuper declaravit contra facientes, ad restituendum quicquid ultra taxam perceperint, fore obligatos *Julius II. Constit. Etsi*

3. Taxa hæc constituta videtur Avinione.

Romanus Anno 1512. *tert. Kal. April.* Taxa hæc statuta creditur à *Joanne XXII. Avinione*, cum Curia ibidem resideret, & continetur in Libro, qui asservatur in Cancellaria Apostolica, quem se vidisse attestatur *Corradus in Prax. Disp. Apost. lib.6.c.4.* una cum alio libro, qui continet valorem beneficiorum Consistorialium, ex quibus Annatæ solvendæ sunt. De Taxatione der Unkosten *vid Besold. in thes. Pract. h.v.n.7. Georg Schultzen Paratit. jur. part.1. conclus.31. pag.156.* De Ordinatione Taxæ, Victualium, Vini & similium *Speidel. in spec. obs. h. v. n.* 14. *pag.* 1209. *Wehner lit. T. h. v.*

Templarii.

De Templariis, Tempelherren / jam dictum supra verbo abgehende und ausgezogene Stände sub verbo *Gallia pag.* 23. & 24. ubi de eorum origine & interitu, initio nominis, habitu, primæva pietate & virtute, subsecutis sceleribus & impietatibus, & demum de eorum extirpatione quædam notavi.

Termin.

Vide *supra verbo Dilatio pag.* 657. *& seqq. & Tom. I. har. Constit. hoc verbo.* Terminus aliàs nihil aliud est, quam spatium ad actus judicii legitime expediendos à lege vel judice præstitutum: Est autem hic terminus vel intuitu discussionis ad totam causam, vel intuitu singulorum actuum. Prioris intuitu hujus tractionis est potissimum. Olim plures termini tales fuerunt, fere duodecim, hodie ad sex reductio facta est, intra quos integer Processus debet absolvi §. 35. *R. J. de Anno* 1654. quæ verò tam Actori quam reo in hisce terminis agenda incumbant, refert *Jacob. Blum. in Process. Cam. tit.* 76. *n.* 34. *& seqq.* Terminus autem procedendi quid & quotuplex videri potest *Guil. Roding. in pand. Cameral. lib.* 3. *C.* 22. & 23. ubi etiam de termino ordinationis agit. Porrò *Terminos Conventionales* esse peremptorios docet *Lanfranc. d. Oriano in tract. d. arb. memb.* 5. *n.* 25. *& seq.*

Testament.

SUMMARIA.

1. *Cardinales in condendis testamentis gaudent privilegio militum.*
2. *Testamenta Impp. Principum & Statuum sine solennitatibus valida.*
3. *Privilegium id personale, & ejus Exempla.*
4. *Etiam ad ultragenitos extensum.*
5. *Uti & ad Augustam Uxorem Principis.*
6. *Testamentum oblatum valet sine testibus.*
7. *Sed si dubitetur de oblatione?*
8. *Episcopi an & quatenus testari possunt.*
9. *An testamentum reciprocum superstes conjux solus mutare possit?*
10. *An valeat mutatio in solidum, an verò solum pro parte bonorum revocantis.*
11. *Expeditur distinctione.*
12. *Testamentum filii ob præteritionem patris esse nullum.*
13. *An querela inofficiosi non præparata transmittatur?*
14. *Quinquennio querelæ præscribitur.*
15. *Quid operetur clausula codicillaris?*
16. *Quis sit hodiè pactorum dotalium effectus, & an testamentum prius conditum evertat?*
17. *Concluditur pactis dotalibus testamentum non everti.*
18. *Adduntur quædam alia de testamentis.*
19. *An Avus substituere possit Nepoti ex filio demortuo pupillariter?*
20. *An valet Testamentum ad interrogationem alterius?*
21. *An verò imperfectum quoad legata, quæ facere volebat testator, & nondum ordinavit.*
22. *Testamentum juxta loci statutum factum valet etiam extra Territorium.*

1. Cardinales in condendis testamentis gaudent privilegio militum.

In Imperio Romano Paganus ultimum elogium conscripturus, septem testes ad id specialiter rogatos adhibere tenetur. *Per text. in L. heredes* 21. §. 1. *D qui testam. fac. L. hac consultissima* 8. *C. eod. tit. Reusner de testam. part.* 3. *C.* 12. *n.* 5. Militi verò ex singulari privilegio scrupulosa hæcce solennitas remissa est, quem duos testes ad hunc actum consc. vocasse sufficit. §. *plane* 1. *Inst. de testam. Tulden. in Inst. lib.* 2. *tit.* 11. *cap.* 7. Quo privilegio etiam Cardinales in condendis suis testamentis gaudent, nec legibus Civilibus, quæ dictam formam præscribunt, obstricti sunt, tradit *P. Hunold Pletenberg*

tenberg in Notit. Congreg. & Tribun. Cur. Rom. pag. 42. allegans *Azor. pag.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3.

2. Testamenta Impp. Principum & Statuum sine solennitatibus valida.

Augustissimus Imperator Romanus in ultima conscribenda voluntate ad nullam juris Civilis solennitatem adstringitur, ita namque Imp. Alexander Severus Aulo Antigono rescripsit, *Lex Imperii Solennibus juris Imperatorem solvit. in L. ex Imperfect.* 3. *C. de test.* Quod de aliis quoque Regibus absolutis aut jura Principum habentibus intelligendum tradit *Dec. Consil.* 516. *n.* 3. & 4. *Cornæus cons.* 200. *Vol.* 1. quia voluntas Principis non indiget aliqua Legum solennitate, *arg. l. Pen. C. de donat. inter V. & U.* Quod & Principes & Status Imperii Testamenta conficientes, solennitates à jure communi præscriptas observare adstricti non sunt, sed illos meri juris Gentium solennitates adhibuisse ac jure militari elogia sua conscripsisse omnino sufficit *arg. L. Si Consul.* 3. *ff. de adopt. L. ex imperfecto* 3. *L. omnium* 19. *C. de testam.* Idem de Ducibus, Marchionibus, aliisve merum & mixtum Imperium, cum suprema jurisdictione habentibus tradit *Dec. Consil.* 516. *n.* 3.

3. Privilegium id personale, & ejus exempla.

Quod Privilegium tanquam personales Principes Imperii obtinent, ratione dignitatis; illustrissimæ nobilitatis, summæ fidei ac Legalitatis *arg. L. Princeps* 31. *ff. de leg. d. l. omnium* 19. *C. de testam.* Ad quem modum Testamentum Caroli Austriaci Marchionis Burgaviensis etiam omnibus testibus destitutum pro valido & legitimo judicatum fuit. Also ist Herrn Carlen von Oesterreich Marggraffen von Burgau letzter Will für kräfftig gehalten worden à facultate Juridica Tübingensi apud *Besold. Consil.* 150. *n.* 24.

4. Etiam ad ultragenitos extensum.

Quod privilegium quoque se extendit ad Principes postgenitos auff die abgefundene Herren; Nec non liberos ac sanguine illustri conjunctos utriusque sexus: Privilegia enim Personalia Principibus ratione dignitatis competentia, jure sanguinis ad heredes transeunt, non aliter ac ipsa nobilitas transmittitur *arg. L. cum legitime* 29. *D. de Stat. hom. L. Senatoris* 5. *D. de Senat. Nolden de nobil. C.* 11. *n.* 55. *& seqq.* Hinc filii & filiæ Principis vivente etiam adhuc Patre, vocantur Fürsten und Fürstinnen; identitas autem nominis, arguit identitatem rei ipsius *L. idem C. de Codic.* Ita in terminis eines Fürstlichen Fräuleins Testaments familiæ Lignicensis Ducum Silesiæ respondit Facultas Juridica Tübingensis *apud Harprecht ad §. sed cum paulatim* 3. *Instit. de Testam. n.* 326. *& seqq.*

5. Uti & ad Augustam Uxorem Principis.

Idem juris est in Augusta seu uxore Principis; Ea namque in modum cujusdam dependentiæ Principis Mariti sui privilegiis fruitur, ejusque dignitatibus coruscat. *arg. L. Princeps* 31. *ff. de LL. L. Fiscus* 6. §. 1. *ff. de jur. fisc. Tiraquel. de nobil. C.* 18. Ne individuitatem illam matrimonialem inæqualitas aliqua perturbet contra *L. si cum dotem* 22. §. *si Maritus* 7. *ff. solut. Matrim. Franc. de Amaya ad L. fin. C. de incol. n.* 4. *& seqq.*

6. Testamentum oblatum valet sine testibus.

Proinde si Aulicus vel Consiliarius aut quivis alius privatus ultimum suum elogium per supplicem libellum Principi Imperii offerat, illudque rite Princeps acceptet, huic dispositioni firmum robur tribuitur, ac si coram septem testibus solenniter ad hunc actum vocatis, ultimam suam voluntatem conscripsisset per textum alibi non existentem *in L. omnium* 19. *C. de testam. arg. L. in donationibus* 31. *C. de donat.* Nam in actibus coram Principe Imperii celebratis omnes cessare censentur solennitates, quæ ad excludendas fraudes clandestinas à legibus repertæ sunt *arg. C.* 1. *X. de Constit. in* 6. Siquidem præsentia Principis juxta *Baldum* est loco testium, omnemque solennitatem supplet & vincit. *Bald. & Salyc. in L.* 2. *C. quand. decret. opus est. Gail. lib.* 2. *obs.* 39. *n.* 25.

7. Quid si dubitetur de oblatione?

Quid, si tamen dubitetur; an testamentum apud Principem fuerit insinuatum nec ne? hoc casu, si illud aliunde probari non possit, duos ad minimum testes ad comprobandum hoc ultimum elogium, ipsi Principi oblatum fuisse requiri, diu potest *d. L. omnium* 19. *ubi Dd. præsertim Gilken n.* 7. *C. de testam. L. jus jurandi* 9. §. 1. *ff. de testib.* Unde *Baldus* tradit Horum testimonium duo complecti debere. Et Actum & Notorietatem. Actum, quod illi interfuerint. Notorietatem quod Principi Preces oblatæ fuerint, idque omnibus constitisse *vid. Brunnem. ad d. L. omnium* 19. *C. d. t.*

8. Episcopi an & quatenus testari possunt.

De testamentis Episcoporum vel an & quatenus iis testari licitum sit, nec ne? docet *Alcedo in tr. de præcell. Episcop. C.* 14. *fol.* 161. *& seqq.* ubi *n.* 2. tradit Episcopo Seculari ratione suæ Personæ non esse testari prohibitum: cum ad paupertatem aliquo voto non obligetur, *Soto de just. & jur. quæst.* 4. *art.* 3. & sic tam in vita quam in morte de bonis propriis & aliunde quæsitis, quam ex reditibus Ecclesiæ testari poterit. *Molina de J. & J. disp.* 147. *conclus.* 1. De reditibus verò Episcopatus nequit in morte disponere. Sed hoc non provenit ratione personæ, sed ratione rei, & ex natura ipsius rei, hoc est Episcopatus, quam si quis obtinuerit, à fructuum dispositione in morte privatur; Et sic constat, Episcopum secularem libere posse disponere, & testari de rebus ante Episcopatum habitis; & à parentibus seu cognatis relictis, & de acquisitis sua industria & labore, & de provenientibus ratione ordinis sacerdotalis, dum non sunt prætextu Episcopatus vel Ecclesiæ, vel comparatis intuitu Ecclesiæ. *Covarruv. tom.* 2. *var. res. C.* 1. *n.* 3. & 11. *Sylvest. in summa verbo Episcopus num.* 9. Episcopus verò Regularis cum à paupertatis voto non liberetur, neque efficiatur dominus redituum Episcopatus, testari vel in morte disponere, etiam de jure hereditario provenientibus vel de relictis ab amico, nequit, uti probat *Idem Alcedo d. C. n.* 5. *& seqq.*

9. An testamentum recipro-

Cum sæpius soleant Conjuges reciproca condere testamenta, de facto disceptatum est, an superstes Conjunx solus tale testamentum

cum superstes Conjux solus mutare possit?

mentum vel in solidum vel pro parte mutare possit: Resolutio affirmativa dubio plane nullo caret, cum duo sint testamenta, testatoresque duo, ut hic militent omnia jura, quæ volunt, ut non possit cuiquam aufferri libertas testandi usque ad extremum vitæ spiritum. *Peck. de testam. conjug. lib.* 1. *cap.* 43. *per tot. Mynſ.* 1. *obſ.* 8. *Oldrad. conſ.* 174. *Gail.* 1. *obſ.* 117. & ita judicatum esse Anno 1575. 19. Februarii in Parlamento Lutetiano refert *Choppin. lib.* 3. *de utili Andegavenſ. rer. Domin. cap.* 1. *tit.* 4. *n.* 13. *Feleus quæſt. Illuſtr.* 22. *Maynard. lib.* 5. *cap.* 97.

10. An valeat mutatio in solidum, an verò solum pro parte bonorum revocantis.

Et quamvis non desint, qui contendunt, mutationem saltem valere pro parte bonorum revocantis, non verò in solidum, quia morte unius testantis testamentam ita sit confirmatum, ut posteà, quoad illius bona sit irrevocabile, Distinguendum tamen est, an Dispositio Conjugum institutionibus vel legatis sit separata, veluti si prius maritus exprimat voluntatem, postea uxor: an verò conjunctim mutua institutio facta sit, veluti his verbis: So haben wir beede Eheleuth / ut sic confusa, non distincta bona à testatoribus relinquantur. Tunc enim revocato per alterum testamento, aliud quoque omninò revocatum videri debet, sicut contingit in omnibus Actibus correspectivis, quorum uno corruente corruit & alter. *L. cum te. ff. de pact. int. empt. & vend.* quod eò firmius statuendum esse, ait *Mev. ad jus. Lubec. part.* 2. *tit.* 1. *art.* 10. *n.* 36. *& seqq.* si Testatorum quisque non distinctè de suis bonis, sed de communibus & commixtis disposuit. *Peck. Dict. c.* 44. *n.* 6. *in fin. Menoch. de præſumpt lib.* 4. *præſ.* 165. *n.* 20. *Berlich. Deciſ.* 92. *p.* 1. *n.* 5. *Ant. Faber. in cod. lib.* 6. *tit.* 5. *Def.* 18. *Marta in digeſt. Noviſſ. tom.* 5. *verbo teſtamentum. c.* 105. & 106. ubi in Parlamento Delphinali ita decisum esse refert; Quin & eò minùs dubii res ista habet, si una pars alteri vel expressè vel tacitè de suis bonis testandi, vel testamentum mutandi concedat licentiam. *Mev. de loc. n.* 56. *Pec. de lib.* 1. *c.* 43. *n.* 3. *& seqq.* Ergò pro mutatione in solidum est pronunciatum.

11. Expeditur distinctione.

Amplius & hæc quæstio judicialiter discussa est, an testamentum filii propter præteritionem patris sit nullum, & an pacta dotalia post testamentum erecta illud evertant? prima quæstio definita est in *Nov.* 115. *c.* 3. quod legitima titulo institutionis in lineâ descendente, & ascendente, inter liberos scilicet parentesque relinqui debeat, aliàs testamentum nullum est, ex communi interpretum sententiâ, *Hahn. in not. ad parat. Weſenb. de inoffic. teſtam. n.* 6. quamvis enim jure veteri opus fuerit querelâ, ut testamentum ipso jure validum rescinderetur, *l.* 5. *ff. & l.* 28. *C. de inoff. teſt.* Id tamen per *d. Nov. c.* 3. & 4. aliter statutum, & præscripta testamentis certa forma, quâ non impletâ testamentum nullum est, nec opus est querelâ, sed saltem, nullitatis declaratione. *Gail.* 2. *obſ.* 134. Pfeil. *conſ.* 101. *n.* 49. *Hahn. ad Weſenb. d. l. n.* 7. *Urceol. conſultat. forenſ.* 6. *n.* 1. *& conſult.* 17. *n.* 6. Et hæc querela jure novo ad descendentes transmittitur etiam non præparata, *l.* 34. *C. de inoff. teſt.* si scilicet agatur de testamento ascendentium; sed si de testamento descendentium sit quæstio, querela non præparata non transmittitur à Parente in cæteros liberos, quia hic casus jure novo non est exceptus. *Brunneman. in l.* 3. *C. de inoff. teſtam.* citans *Roderic. Soarez. in l. quoniam ff. h. t.* quia eadem quidem sit ratio Parentum, & liberorum, in *d. nov.* 115. *c.* 3. quoad potestatem rumpendi testamentum, non tamen quoad potestatem transmittendi; quâ de re tamen videri etiam potest *Pruckman. vol.* 2. *conſ.* 1. *n.* 596.

12. Testamentum filii ob præteritionem Patris esse nullum.

13. An querela inofficiosi non præparata transmittatur.

Exheredare itaque vel instituere liberos & parentes oportet, præterire non licet præteritique etiam dicuntur illi, quibus per fidei commissum relinquitur hereditas, aut saltem non titulo institutionis, licet per donationem aut legatum, aut alio quocunque modo portio legibus debita collata sit, Pfeil. *conſ.* 101. *n.* 50. nihilominùs proponere nullitatem, & implorare officium judicis intra quinquennium oportet, quia lapsu quinquennii querela inofficiosi, & hodiè nullitatis, quæ in locum surrogata est, extinguitur, *l.* 2. §. 2. *C. de inoff. teſt.* Cum tamen in præsenti facto nec pater querelam præparatam ad Actores transmiserit, nec ipsi eam intrà quinquennium proposuerint. Quibus accedit, quod testamentum hoc clausulam habet codicillarem, cujus virtute pro inofficioso haberi nequit, nec ex eo, sed ab intestato succeditur defuncto, adeòque pater videtur rogatus, ut scriptis heredibus, tanquam fidei commissariis, hæreditatem, detractâ sibi portione legitima restituat, ut sentiunt DD. communiter, teste *Struv. Syntagm. jur. tit. de inoff. teſtam. concl.* 36. *Urceol. tom.* 1. *conſult.* 6. *n.* 19. ubi tunc casum tractat in terminis; quod nimirùm filia præterierit patrem, instituto suo marito, & tamen ait, testamentum valere, virtute clausulæ codicillaris, ut per eam pater præteritus habeatur, ac si institutus esset, cum onere tamen restituendi hæreditatem hæredibus scriptis, juxta Doctrinam *Bart. in l.* 1. *ff. de jur. codicill.* quam DD. communiter sequuntur, prout *Urceol. d. loc. allegat Surd. Henriquez. Turret. Mart. Simon. de prat. Fuſar. Burrat. Durand. de Mareſcot.* & alios, quæ omnia eò magis procedunt, si non malâ mente facta sit præteritio, *l.* 18. *ff. de lib. & poſth. l.* 16. §. 2. *ff. de Cur. fur.* Richter *deciſ.* 41. *n.* 48. & 49. *Struv. in Syntagm. jur. de inoff. teſt. concl.* 37. præsertim cum non desint auctores, qui putant institutionem præcisè non requiri, sed sufficere titulum Legati. *Bachov. & Hunn. in Treutl.* allegantes §. 6. *& ult. Inſtit. de inoff. teſtam.* ibi: *Igitur quartam quis habere debet, ut de inofficioſo agere non poſſit, ſive jure hereditario, ſive jure Legati, ſive fideicommiſſi, vel ſi mortis causâ ei quarta donata fuerit, & Nov.* 8. *c.* 11. nec non ipsam *Nov.* 115. *cap.* 5. quod in medio jam relinquimus.

14. Quinquennio querela præscribitur.

15. Quid operetur clausula codicillaris.

16. Quis sit hodie pactorum dotalium effectus, & an testamentum prius conditum evertant? Supereſt altera quæſtio, annon ſaltem hoc teſtamentum per ſubſecuta pacta dotalia ſit everſum? Et quidem vulgò notum eſt, quid hodiè de conſuetudine Germaniæ pacta dotalia operentur, quod nimirum hereditas iis dari, & de futurâ ſucceſſione diſponi poſſit, Richter/p. 1. *deciſ.* 26. *n.* 37. *Klock. relat. Cam.* 28. *n.* 93. ubi ait: Et quod hoc verum ſit, teſtis eſt tota ferè Germania, in quâ receptum per pacta dotalia relinquere hereditatem. *Gilm. p.* 2. *deciſ.* 43. *n.* 73. ut adeò tale pactum quodammodo ſit teſtamentum, *idem n.* 109. *& n.* 113. quia cum de futurâ ſucceſſione diſponat, non poteſt valere ut pactum, nec ut Codicillus, vel donatio mortis cauſa, quibus modis hæreditas non datur. Igitur hujusmodi pacta vocantur ultimæ voluntates innominatæ, *Weſenbec. pag.* 1. *conſ.* 38. *n.* 49. *&* 51. *& Gilman. Symphor. tom.* 1. *part.* 3. *vol.* 6. de tali pacto ait: Concludo igitur pactum noſtrum, quod ſucceſſionem vim habere ultimæ voluntatis, & per modum fideicommiſſi valere; præſertim ſi in iis de viciſſitudinaria utriusque Conjugis agitur ſucceſſione, *Pruckman. vol.* 2. *conſ.* 25. *n.* 41. *Mynſ.* 2. *obſ.* 33. eſſe enim ſententiam à Dd. communiter approbatam notat *Klock. vol.* 3. *Conſ.* 123. *n.* 81. *& multis ſeqq.* præſertim etiam *n.* 153. quod pacta dotalia, quatenùs tractant de futurâ ſucceſſione, habeant ſpeciem teſtamentorum, & ultimarum voluntatum, in tantum, ut novis omnium gentium moribus, tertium genus conventionalium ultimarum voluntatum, veteribus juris conſultis incognitum proveniat, *Heig. p.* 1. *q.* 23. *n.* 16. *Cothman. vol.* 3. *reſp.* 37. *n.* 153. ait: pacta dotalia ſucceſſoria eſſe ultimas voluntates, vel ordinationes, quibus tota Germania ſit referta, propriè tamen non poſſe dici teſtamenta, nec Codicillos, nec donationes propter nuptias nec planè pacta, ſed voluntates in genere. In *vol.* 2. *conſil. Argentorat. conſ.* 10. *n.* 49. dicuntur valere in vim donationis mortis causâ, ſupremumque judicium continere, cum tamen donationes mortis causâ omnes effectus habeant ultimæ voluntatis; *l. fin. C. de mort. cauſ. donat.* & teſtamentum ſubſequens minùs ſolenne tamen tollat prius, ſi in poſteriore (ut hic in pactis) proximiores ab inteſtato venientes ſint inſtituti, *Tuſcus Concl.* 152. *num.* 60. *& Concl.* 154. *num.* 6. *&* 30. *Klock. vol.* 3. *conſ.* 123. *num.* 177. præſertim cum teſtator in teſtamento ſuo appoſuerit clauſulam, reſervatoriam, ſolches zu ändern/ zu mindern/ und zu mehren / oder gar abzuthun/ welcher geſtalt/ wann und wie ihme belieben wird/ quod præſtiterit per ſubſecuta pacta, ex quibus manifeſtè colligatur, teſtatorem pœnituiſſe prioris voluntatis, id quod cum effectu juris facere poſſit, *per text. in l.* 1. *§. pœn. ff. ſi tab. teſtam. null. extr.* eſt enim pactum dotale lex contrahentium, poſſuntque ab initio conjuges legem rebus ſuis dicere, quam velint, *Marb. Giurba. deciſ.* 111. *n.* 14. nec eſt neceſſe in poſteriori voluntate prioris facere mentionem, & eam expreſsè revocare, quia ipſa factio novi teſtamenti rumpit prius & inutile facit, *l.* 27. *C. de teſtam.* inſuperque Actores per binas tranſactiones pacta jam approbaverunt.

17. Concluditur pactis dotalibus teſtamentum non everti. Cæterùm ut ex dictis hactenùs ſufficienter demonſtratum ſit, pacta dotalia circà ſucceſſiones, & trasnsferendas hæreditates, in vim teſtamenti valida eſſe, ut etiam in Camerâ Imperiali, aliisque judiciis ſine ullâ hæſitatione deſuper pronuntietur, prout latè deducit *Klock. d. vol.* 3. *conſ.* 123. *per tot.* Id tamen probatum mihi nondum videtur, quod etiam talia pacta teſtamentum ſolenne prius conditum evertant, & infirment, in quâ quæſtione totâ difficultas hujus litigii reſidet; expreſſi ſunt in jure noſtro modi, quibus teſtamentum prius ſolenne vel rumpitur, vel infirmatur, inter quos pacta dotalia non occurrunt. Nec Codicillis nec donationi mortis cauſâ effectus iſte attribuitur, cum tamen pacta dotalia maximè mortis cauſâ donationibus aſſimilentur, quibus non minùs omnia bona transferri & donari poſſunt; Etſi fortaſſis juxtà mores hodiernos aliquid ſtatui poſſet, præſertim ſi teſtes tot in pactis aſſumerentur, quot ad teſtamentum fuere vocati, res tamen nullibi aut lege, aut præjudicio, quantum ego quidem memini, eſt determinata; Attendendnm porrò eſt, dividi pacta debere in *ſimplicia*, quæ nimirùm dotem, donationem propter nuptias, dotalitium, & quid in iſtis in caſum mortis obtinere debeat, determinant, vel alia quoque bona, etiam univerſa ſuperſtiti aſſignant conjugi per modum Contractûs, & donationis inter vivos, dilato ſemper tempore ſolutionis in diem mortis; *Carpzov. juriſpr. p.* 2. *Conſt.* 43. *def.* 5. *&* 6. *& mixta* quæ non ſolum continent dotis vel donationis propter nuptias promiſſionem, ſed & de futurâ ſucceſſione Conjugum, & liberorum inter ſe agunt, verbis ultimæ voluntatis concepta, *Carpzov. d. loc. Struv. in ſyntagm. jur. tit. de pact. dot. Concl.* 19. quæ propius ad ſubſtantiam teſtamenti accedunt, & quinque teſtes requirunt, *arg. l. ult. C. de Codicill. l. fin. C. de donat. mort. cauſ.* quia invito conjuge altero poteſt revocari, quod per modum ultimæ voluntatis in hujusmodi pactis eſt relictum, non verò id, de quo per modum Conventionis eſt diſpoſitum, *Carpzov. d. loc. d.* 10. 11. *Cothman. vol.* 2. *reſp.* 78. *n.* 169. Et hæc pacta facilius etiam teſtamentum præcedens evertere poſſe videntur, cui in omnibus, præſertim ſi eædem ſolennitates adhibeantur, ſunt ſimillima; Atque pacta hæc dotalia, de quibus movetur quæſtio, poſterioris generis eſſe videntur, utpotè in quibus de totâ ſucceſſione continetur diſpoſitio, in præſentiâ ſeptem teſtium erecta.

18. Adduntur quædam alia de teſtamentis. Nihilominùs, quia clari juris eſt, teſtamentum priùs tunc demùm rumpi per poſterius, ſi hoc omni jure perfectum ſit, aut omnes ab inteſtato venientes in eo ſint inſtituti, *Brunnman. ad l.* 2. *ff. de injuſt. rupt.*

irrit. fact. test. Dd. ad l. 21. §. 3. C. de testam. patet ex literâ pactorum, parentem testatoris etiam in iis præteritum esse, ut eodem vitio (nec enim magis licebit pacto præterire patrem, quam testamento) laborent, quod rei testamento objiciunt, neque in casum existentium liberorum de totâ hæreditate, sed saltem de quibusdam bonis sunt concepta, & proximiores ab intestato nusquam instituti, sed saltem in rebus certis viduæ substituti; ut itaque pacta hæc dotalia de particularibus rebus concepta testamentum priùs ritè factum nullâ ratione evertant. Nam quamvis mutata testatoris voluntas exindè colligi velit, per *text. in l. 1. ff. si tab. null. ext.* debet tamen voluntas solenniter mutari, & revocari coram septem testibus, ut ex tabulis bonorum possessio peti non possit, ut tradit *ad d. l. Brunneman. num. 2. Marpurg. Cons. 34. n. 48. vol. 1. Mantic. de conject. ult. vol. 2. tit. 15. n. 19. Gilcken. ad l. sancimus 27. n. 7. C. de testam.* Finckelthauß. *obs.* 93. Nec sufficit, quævis mutatio per aliud testamentum imperfectum, aut nullum. Quid quod in ipsis pactis dotalibus testamentum denuò per appositam clausulam, daferrn der Bewittumb ihr nicht ein mehrers wird geben/ est confirmatum, quæ verba non nisi ad testamentum referri possunt, nec non testator in Agone, ut ex dictis testium videre est, declaravit, se cum testamento decedere, in quo benè prospexerit uxori, testamentum verò etiam cancellatum reviviscit, si testator illud vult, denuò valere. § *pœn. instit. quibus modis testamen. Infirm. Piso Suazius. de testam. lib. 5. cap. 2. n. 7.*

Quod si ergò subsistit testamentum, clari porrò juris est, quod qui testamentum tanquam inofficiosum impugnavit, perdat id, quod illi in eo est assignatum, & id fisco vindicetur, *l. 8. §. 14. l. 13. § pen. ff. de jur. fisc.* quod hic eò magis locum invenit, quia in testamento clausula est apposita, daß wer solches anfechten/ oder dessen nicht ersättiget oder begnüget seyn würde/ alles dessen/ so ihme darinn verschafft würde/ durchaus entsetzet/ und solches den übrigen gefolgt werden solle. Sed quoad pœnam abstrahendum esse arbitror, quia testamentum saltem propter clausulam Codicillarem non directò, sed in vim fideicommissi, valet, & qui justam, probabilemque causam impugnandi habet, relictum non amittit, juxta Richtern 1. *decis. 42. n. 7. Struv. in Syntagm. tit. de inoffic. testam. concl.* 28. fideicommissario autem imputantur in legitimam ex fideicommisso detrahendam, ea quæ ex bonis testatoris in ipsum profecta sunt, ut legata fideicommissa, dos, donatio propter nuptias, *l. 8. & 35. l. ult. C. de inoff. testam. Struv. in Syntagm. eod. tit. concl.* 35. Atque ita judicatum, testamentum valere virtute clausulæ Codicillaris in vim fideicommissi.

19. An Avus substituere possit Nepoti ex filio demortuo pupillariter.

Illud etiam venit in quæstionem: An Avus substituere possit nepoti ex filio demortuo pupillariter? jure Civili res extra controversiam, si filius mortuus adhuc fuit sub potestate patria. Nam si jam fuisset emancipatus, Nepos non recidit in potestatem Avi, *lib. 41. de adopt.* Sed cum hodiè moribus nostris pro emancipatione habeatur, quando pater filio familias uxorem ducere, proprios lares habere, & seorsim habitare permittit, vel filiam elocat in matrimonium: Tunc enim statum suum filius vel filia quodammodo mutant, & pristinis juribus alimentorum habitationisque in bona paterna non amplius gaudent, sed usque post mortem parentum donatione propter nuptias, vel dote contenti esse debent, quod praxis quotidiana comprobat. *Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. lib. 11. c. 10.* Ideò pari ratione asserendum videtur, Nepotem ex filio, tanquam per matrimonium emancipato, Avi potestati non amplius subesse, & consequenter ei pupillariter ab Avo substitui non posse. Sed profectò pater, vel consentiendo in matrimonium filii, vel elocando filiam jure suo non omninò decedit; Nec per filii matrimonium potestas patria tollitur, nisi bona porrò judicialiter separentur, quæ separatio demùm effectum emancipationis inducit, & â patriâ potestate liberat. *Hahn. in not. ad parat. Wesenb. tit. de adoption. n. 7. Ern. Kothman. vol. 2. cons. 96. n. 20. & fol. 4. cons. 6. n. 14. Mev. ad jus Lubec. tr. 2. art. 33. & 34. Besold. in thes. pr. verbo.* Abgesonderte Kinder. *Johann Philippi in usu instit. Pract. l. 1. tit. 12 Elog. 77.* De cætero licet filia nupta faciliùs solvatur potestate patria, utpotè quæ transit in tutelam, & curam sui mariti quæ ratio in filiis cessat, *Pensold. in addit. ad Coler. p. 2. decis. 222. n. 17.* tamen nec uxor transit in potestatem mariti, nisi quoad obsequium matrimoniale, domicilium, forum, & operas domesticas, item quoad acquisitionem eorum, quæ ex re patris non proveniunt. Quoad reliqua enim manet in potestate patris. *l. fin. C. de lib. exhib.* Unde injuria filiæ conjugatæ illata tangit patrem §. *ult. Instit. de injur.* imo Pater in filii quoque emancipati bonis usumfructum retinet *lib. 1. & fin. C. de bon. quæ lib.* Et consuetudo contraria in specie, atque in judicio contradictorio confirmata esset probanda; Hinc pro substitutione Avi tanquam valida pronuntiatum est.

An autem testamentum ad alterius interrogationem factum valeat? hic quæri potest supponendum pro fundamento, pro testamento in dubio semper esse pronuntiandum. *Disp. Basil. disp. 10. lit. B. 3. volum. 5. disp. 49. lit. EEEE. 4.* in testamentis enim voluntates semper benignius accipiuntur *vol. 6. disp. 10. lit. Q Q Q. 2.* testamentum ad alterius interrogationem factum valere tradit *Anton. Sabell in verbo de testamentis n. 8.* Testamento fatto da un'infermo talmente aggrauato dal male, che non abbi potuto perfettamente esplicare la sua volonta, non si presume fatto con animo deliberato ma per esimersi dalle molestie degl' interroganti, e in tali casi li Notai non se ne deuono rogare, *Gratian. discept. 550. n. 15. &c.* fu però dalla Rota Romana concluso

20. An valeat testamentum ad interrogationem alterius?

cluso per la validita di tal testamento per molti fondamenti che si possono vedere appresso del medesimo *Gratian. loc. cit. e vedi Card. Tosch. lit. T. conclus.* 124. *per tot.* E che sempre si presuma la mente sana in qualsivoglia graue infermo, e costituito in articolo di morte ad effetto che vaglia il suo testamento, non si prouando in contrario *Altograd. cons.* 71. *n.* 44. &c. & *cons.* 50. *num.* 188. & 190. *lib.* 1. &c.

Testamenti fatti ad interrogazione del Notario, o di altra persona astante, e non sospetta, sono validi, mentre che cessi ogni sospetto, vedasi *Crauet. cons.* 117. *per tot. Gratian. discept.* 550. 659. & 843. & *il Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 8. doue adduce molti segni per conoscere non essere stati di volonta del testatore, e cosi essere nulli &c. *Altograd. cons.* 50. *n.* 192. & *cons.* 73. *n.* 1. *lib.* 1. *Soc. jun. cons.* 189. *n.* 100. *lib.* 2. Genua *de verb. enunc. lib.* 2. *q.* 23. *n.* 30. *fol.* 55. doue tiene che non vaglino quando si trattasse di revocare un'altro precedente testamento solenne, e valido &c.

Christinæ. vol. 1. *decis.* 305. dicit validum esse testamentum, si testator ad interrogationem alterius, an talem velit sibi esse heredem, respondeat se velle, ubi quamplurimos citat, & ita judicatum esse refert in *Curia Mechliniensi* 24. *Decemb. Anno* 1592. & licet postea etiam contrariantium adferat argumenta, tamen in fine pro validitate testamenti concludit.

Brunnem. ad lib. 28. *ff. tit.* 1. *leg.* 1. dicit, quod in testatore præsumatur integritas mentis, citans *Carpzov. p.* 3. *constit.* 5. *definit.* 3. maxime si testes de integritate testentur, ita, ut qui contrarium allegat, illud probare debeat. *Schambogen de testam.* latissime casum pro testamenti validitate deducit.

21. An imperfectum quoad legata, quæ facere volebat testator & nondum ordinavit.

An verò testamentum sit imperfectum ex eo, quod testator morte præventus legata, quæ facere volebat, nondum ordinavit. Communis quidem sententia est, quod tale testamentum sit nullum, & nihil ex eo debeatur. *l.* 25. & 29. *ff. qui testam. facere poss. l.* 11. §. *ff. de leg.* 3. *Mev. p.* 2. *decis.* 333. late deducente *Harprech. de testam. ratione volunt. imperf.* ita ut si vel unicum legatum remanserit, testamentum cum omnibus in eo dispositis totaliter corruat, tamen in fine *thes.* 48. dicit, hoc non aliter procedere, quam si certum sit, defunctum suam dispositionem pro nondum perfecta ipsummet habuisse, *d. l.* 25. ibi: *si constaret ff. d. tit.* ita, ut in ipso actu restandi constare debeat, testatorem ultra ea, quæ disposuit; adhuc plura disponere voluisse, non verò solum ex ipsius sermonibus, licet actum testandi proximè præcedentibus *Zephal. cons.* 294. *num.* 39. *Gratian. cap.* 550. *num.* 49. quia in dubio absolutum & perspectum præsumitur testamentum, secundum *Gœtteum, Menoch, Rotam Roman. Hesser.* si modo heredis institutio sit perfecta *Barri lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 9. *Klock* 3. *cons.* 112. *n.* 29. ita, ut onus probandi contrarium asserenti incumbat *Mev.* 4. *decis.* 12.

22. Testamentum juxta loci Statutum factum valet etiam extra territorium.

Porrò testamentum juxta Statuta loci factum, valet etiam extra territorium & quoad bona ubicunque sita, etiamsi ibidem factum valere non possit *L.* 9. & ibi *Sichard. C. de testam. Suarez recept. Sent. lit. I. n.* 72. *Gail.* 2. *obs.* 123. *per tot. Graven.* 2. *pract. concl.* 123. *consid.* 1. *Besold. consil.* 34. *n.* 8. *Koppen. decis.* 45. *n.* 3. *Covarruv. de spons. part.* 2. *Cap.* 7. *n.* 8. *Harprecht ad* §. *sed cum paulatim.* 3. *n.* 33. *seq.* 1. *de testam ord. Myns.* 5. *obs.* 20. *Reinking. lib.* 2. *class.* 2. *C.* 10. *n.* 9. etiamsi ab extraneo sive forensi factum sit. *Alex. cons.* 44. *n.* 10. *vol.* 5. *Gail.* 2. *obs.* 173. *n.* 3. plura de hac materia Testamentaria, cum sit notissima, & ubivis fere tractata inveniatur, hic notare super sed eo.

Testes.

Vid. infra verbo Zeugen.

Teutsch/Teutschland/Teutsch Orden/Teutsch Volck.

SUMMARIA.

1. *Germanorum origo.*
2. *Eorum Encomion.*
3. *Aliud de Germanis nomium ex Ænea Sylvio.*
4. *Germani sunt bellicosi.*
5. *Virtute, non fraude certant.*
6. *Germanorum fortitudo.*
7. *Germania quot Armatorum millia in campum facili negotio ducere possit.*
8. *Germanorum fidelitas.*
9. *Cur custodiis Regum adhibeantur.*
10. *Germanorum ingenia.*
11. *Germaniæ limites & termini.*
12. *Longitudo, & latitudo.*
13. *Divisio Germaniæ in superiorem & inferiorem, seu in* 10. *Circulos.*
14. *Non omnia Imperii loca sub* 10. *his Circulis comprehendi.*
15. *Circulus Austriacus.*
16. *Bavaricus.*
17. *Suevicus.*
18. *Rhenanus superior.*
19. *Franconicus.*
20. *Rhenanus inferior.*
21. *Saxonicus superior.*
22. *Saxonicus inferior.*
23. *Westphalicus.*
24. *Burgundicus.*
25. *Germaniæ bona naturalia.*
26. *Germania sibi sufficiens.*
27. *Nullibi Illustriores prosapiæ quam in Germania.*
28. *Regnum Germanicum ab Imperio Romano distincta mansit respublica.*
29. *Germaniæ Regibus perpetuum jus ad Imperatoriam Dignitatem quæsitum est.*
30. *Germania cur Imperii Romani nomine audiat.*
31. *Ad officia publica Imperialia Germani adhibendi.*

De

De Ordine Teutonico *vid. supra* abgehende und außgezogene Ständ/*sub verbo Prussia fol.* 107. *& Verbo Balivia*, Baley *fol.* 350. *& seq. Item verbo* Johanniter *fol.* 1019. de Magistro Teutonici Ordinis *vid. Chronicon Chronicor. Gualtheri part.* 2. *fol.* 5. *&* 100. *Anton. Faber. de relig. reg. lib.* 1. *fol.* 54. *n.* 77. *& seqq.*

1. Germanorum origo. In Germanorum autem primordiis demonstrandis, non minor est obscuritas. Hebræi quippe originem eis tribuunt ab Aschenazo abnepote Noachi, filio Gomeri nepote Japheti. *Cluv. in Epit. Histor. tot. Mund. lib.* 1. *c.* 4. *pag.* 48. Hic cum una cum filiis suis ac nepotibus, omnem post inundationem obsedisset Celticam, id est Illyricum, Germaniam, Galliam, Hispaniam & Britannicas insulas, Celtarum omnium primus extitit pater & Conditor. *Idem d. loc.* idque non latuit vel ipsos Ju-Judæos, qui magno consensu tradidere

2. Eorum encomion. Ascenas esse Germanos. Horum Germanorum encomium exhibet *Lips. cent.* 1. *Ep.* 28. *& Cent.* 3. *Ep.* 85. *Cent. misc. Epist.* 27. *Bodin. in Methodo hist. Cap.* 5. de iis sic scribit, Daß die Teutschen an Freundlichkeit die Asianer / in der Kriegs-disciplin die Römer / in der Religion die Hebreer / in der Philosophie die Griechen / in der Geometri die Egyptier / in der Rechen-Kunst die Phœnicier / in der Astrologi die Chaldeer / und in allerhand kunstreichen Handwercken alle Völcker übertreffen. Quod ipsum

3. Aliud de Germanis encomium ex Ænea Sylvio. *Æneas Sylvius Epist.* 131. suo de Germanis elogio confirmat, dum ita scribit: Mihi, seu nova consideranti, seu vetera mente repetenti inter omnes nationes, quas bello idoneas judicant, nulla expeditior, nulla fortior, nulla peritior, nulla audentior quàm vestra, O Germani, videtur. Vobis homines, vobis equi, vobis arma, vobis pecuniæ sunt. Nulla ratio tam grandis sub Cœlo est, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest vobis Dominus Deus vester. Et ubi obsecro tot Clarissimi Principes, tot generosi Proceres, tot fortissimi Equites, tot potentes Civitates, tot divitiæ, tot auri, tot argenti, tot ferri Venæ? ubi tanta multitudo populi, tanta juventus, tantum animi, tantum roboris? Germaniæ fines, ut veteres tradunt, ob oriente Viscella fluvius, & Hungaria limes fuere: ab occidente Rhenus à meridie Danubius, à Septentrione Oceanus & Mare Balthicum, quod Prutenicum vocare possumus. Nunc quantum extra hos terminos possideatis ipsi videbitis. Vos Angliam pulsis Britannis occupastis, vos Belgarum Helvetiorumque fines ejectis Gallis, obtinuistis, vos Rhætiam & Noricum invasistis, vos usque in Italiam pedem extendistis: Vos Hulmerigros, qui nunc Putreni vocantur, ex manibus infidelium extraxistis. Vos igitur magni, vos bellicosi, vos potentissimi, vos fortunatissimi, ac Deo accepti Germani estis, quibus adeò fines extendisse licuit, & super omnes mortales Romanæ potentiæ datum fuit obsistere. Nam terrarum ille calcator omnium, & orbis domitor *Julius Cæsar* quamvis subactis Gallis sæpe Rhenum transiverit, resque maximas in Germania gesserit, bellicosam tamen & asperam Suevorum gentem dimisit indomitam. Augustus Octavianus, cui & Parthorum & Indorum Reges munera miserunt; qui unus omnium Romanorum fortunatissimus creditus est; Ille inquam felicissimus Imperator nullibi unquam nisi apud Germanos succubuit. Ego hodie bello contra Turcam suscipiendo etiam Italis, Gallis, Hispanis, Hungaris Bohemis, Rascianis, Bulgaris, Illyricis, Græcis, Asiaticis domi manentibus solam Germaniam sufficere non dubitaverim. Scio enim Godefridum Lotharingiæ Ducem cum solis trans Rhenanis Teutonibus, & aliquibus Gallis, paucis Italis Hungariam percurrisse, Asiam permeasse, Hierosolymam ex potestate infidelium vindicasse victis & prostratis omnibus, quæ occurrerunt in medio gentibus. Et hæc *Æneas Sylvius*. Imo Germaniam esse propugnaculum ad conservandam libertatem omnium Europæ Rerum publicarum scripsit Henricus II. Rex Galliæ ad Imperii Principes, ut refertur *in Historia Ministerii Richelii part.* 2. *pag.* 259.

Quæ omnia Germanorum fervor bellicus, summa tamen virtute temperatus, corroborat. Nam Tacitus inquit: Nemo bellum Germanis intulit impune, Expertæ id quondam tres sub Augusto Legiones superatæ, experti Carbo, Cassius, Scaurus Aurelius, Servilius, Cœpio, Manlius magni Imperatores, quos modo cæsos, modo fugatos vidit Germania *Gerhard. Mercator. in Atlante p.* 214. Veteres sunt rithmi: welcher im Krieg wil Unglück han / der fang es mit den Teutschen an. Legatus Regis Galliæ apud *Sleidan. de Stat. relig. & reip. lib.* 14. *pag.* 227. hanc esse veterem & propriam Germanorum laudem, ait, ut sicut aliena cum injuria suos fines minime soleant amplificare, sic etiam fortiter depellant periculum, & pro libertate pugnent acerrime. Hujus rei duplex occurrit testimonium, unum Pontificis, alterum Imperatoris. *Clemens VII.* Pontifex *in Brevi ad Circuli Suevici membra apud Hordleder lib.* 1. *de caus. belli Germ. C.* 14. *p.* 74. vocat die streitbare Nation, die des Heiligen Reichs Grundfest / der gantzen Christenheit Stärcke und Zierde. *Conradus II. Salicus* dictus apud *Goldast. tom.* 1. *Constit. p.* 230. Solent Germani virtute cum hostibus, non fraude certare, nihilque acrius, quam perfidiam ulcisci, sceleribus, non nomini hostium irasci; oportet armatum esse, quem oderint. Hæc tamen eorum laus bellica modernis temporibus, præsertim hoc anno, serpere videtur. 4. Germani sunt bellicosi. 5. Et virtute, non fraude certant.

Bellicum eorum fervorem comitatur eorundem fortitudo, nam teste Consiliario Regio apud *Cominæum lib.* 5. *p. mihi* 166. Germaniæ maximum & incredibile est robur, Germania tantas habet vires, ut fieri non possit, quin hostis uno bello totus at- 6. Germanorum fortitudo.

teratur, idem verò & sensit & scripsit tum *Calchondylas Atticus* tum *Petrus ab Andlo* Prior *lib.2. Rer. Turcic.* se non nosse gentem honestiorem Germanica, eam si concors invictam esse. Alter *lib. 1. de Rom. Imp. C. ult.* Confidenter loquor, inquit, si Germani Principes Imperatori fideliter assisterent, prout temporibus antiquis consueverunt, omnis profectò potestas contraria videretur parva. Quod cum optime constaret Carolo V. Imp. necessario stratagemate, Germanicum robur, contrario Germanorum robore vincendum arbitratus est. *Thuan.26. hist.* Et hoc ob vastam amplitudinem non mirum; nam secundum tritum veri verbium Drey Italien machen ein Francreich/ drey Francreich machen ein Teutschland/ ubi *Parthen. litigios. lib. 1. C. 17. n. 7.* addit: *Verius hodie duæ Galliæ absolvunt unam Germaniam. Regi Galliæ enim multa per Pacificationem Westphalicam ab Imperio cessa, fimbriaque Regni Gallici in Flandria & alibi mirum quantum dilatata.* Quibus, quot & quænam loca per Pacem Neomagensem & Riswicensem & alias accesserint, satis est in aperto.

7. Germania quot armatorum millia in campum facili negotio ducere possit:

Populosa nihilominus est nostra Germania, utpote à qua postulante necessitate centum peditum, & plusquam triginta equitum millia, imo ducenta millia colligi possunt, ut nulla ejus regio viribus aut viris denudetur, imo satis adhuc habituram virium contra quemlibet hostem: Imperatorem, ubi ditiones unitas habet, posse in iisdem colligere centum equitum & totidem peditum millia. Tempore belli Germanici inter *Carolum V.* & Protestantes gesti exercitus utriusque partis centum & quinquaginta complebat millia. *Maximilianus II.* contra Turcam duxit centum millia peditum & triginta millia equitum. In initio belli Germano-Suecici fere uno tempore simul numerati sunt trecenta millia militum ad conferendas manus instructorum, vid. *Piere d'Avity Tom. 1. de la description de l'Europe soubs le tiltre d'Alemagne pag. 621.* Germania adeò abundat viris & divitiis, ut semper possit magnos paratos exercitus habere. *Histor. Minist. Card. Richelii part. 2. pag. 260.*

8. Germanorum fidelitas.

Laudantur proinde Germani à fidelitate, adeo ut plerique Romanorum Imperatorum ab usque Augusto Cæsare corporum suorum custodiam Germanis præ omnibus populis aliis commiserint, quod hodieque ab omnibus fore Europæ fit Regibus. *Cluver. lib. 1. C. 19. pag. 169.* De Polonis *vid. Conringium in Tract. de orig. jur. Germ. C. 31. pag. 146.* ubi tradit, quantopere Poloni fidem Germanorum æstiment, quod & agnoscit *Tacitus annal. 13.* inquiens: Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse. *Octavius* Cæsar Augustus Germanos usque ad cladem Varianam inter armigeros circa se habuit. *Sueton. de 12. Cæsar. lib. 4. p. 132.* Cæsar *Caligula* Germanos in custodiam corporis habuit. *Idem lib. 4. pag. 173. & 175.* *Galba* Germanorum cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multis experimentis fidelissimam, dissolvit, ac sine ullo commodo remisit in Patriam; *Idem d. l. lib. 7. pag. 207.* Nihil hic dicendum de nobili illo Germano *Ludovici* Ducis Aurelianensis Ministro honorario: hic enim videns Dominnm suum per Sicarias manus in terram prostratum, suo eum texit corpore & excepit vulnera vitam illius conservare studiosus, cum quo & ipse occisus. *Vid. André Faignan. theatre d'honneur. lib. 3. pag. 713.* Sed nec hodie quidem ea virtus in minori est pretio, honore & religione, ita ut etiam exteri in ore habeant; fidem, si toto orbe reliquo pelleretur, in una Germania tutum refugium inventuram, cum & plerique inter Germanos adhuc boni sint. *Bolognetus ad L. ult. C. de pact. n. 66. Pruckman. consil. 9. n. 146. vol. 2.* Facessant hinc maligni illi obtrectatores, qui non ob fidem, sed ob simplicitatem, Germanos olim in Principum custodias fuisse delectos, & nunc deligi affirmant. Simplicitatem nusquam, fidem verò ubique appellant autores gravissimi: Die Teutschen seynd vor Zeiten/ wegen ihrer guten Kriegs disciplin, männlichen Tugend/ Redlichkeit und Ehrbarkeit/ bey allen Nationen gerühmet worden. Ritter-Bestallung zu Speyer *anno 1570. in pr.*

9. Cur custodiis Regum adhibeantur?

Sunt præterea in Germanis aperti mores, & summa laborum patientia, unde ista gentis nostræ in re militari durities, varia in artibus mechanicis inventa, & in re literaria, si non aliud, certe scribendi cacoëthes, dum sciendi minus avidi, quam docendi, plura quam novimus, scribimus & famam ex voluminum numero & magnitudine æstimamus. Cupiditas Potus, vetus & à *Tacito* jam, mitius tamen notatum opprobrium est, *Adversus sitim non eadem temperantia,* inquit *de mor. Germ. C. 23. Et diem noctemque continuare potando nulli probrum,* dixerat *C. praced. 22.* Sed non major nunc, quam apud Britannos aut alias gentes Septentrionales nobis lingua affines, apud Sclavonicas gentes deterior, & tantum non immensa, de quo videantur, quæ scriptores de Rernm Russicarum & Turcicarum Statu Oeconomico adnotant: Speramusque vitium hoc, veluti jam multis in locis exaruit, ita in tota Germania nostra fatalem periodum suam tandem experturum, non minus ac morbi, qui certis annorum periodis inclusi tandem minuuntur ac desinunt, quod à Medicis in veterum lepra ac recentius in decrescente lue venerea notatum. *Beckman. in Hist. Orb. terrar. Cap. 9. Sect. 3. pag. 397.*

10. Germanorum ingenia.

Porrò Germaniam *Ortellius* vocat universum tractum, qui lingua Germanica utitur: Sicque maximam longitudinem ejus definit à Portu Caletensi, usque ad Vistulam Fluvium, Longitudinem maximam à Mari Baltico ad Alpes. Confer. *Thuan. Histor. L. 2. init.* ubi & de locis jurisdictionem Germanicam agnoscentibus tradit. Hodiedum Termini Germaniæ sunt *ab ortu* Hunga-

11. Germaniæ limites & termini.

Hungaria, Polonia & Borussia *à Septentrione* attingit Jutiam, partem Regni Danici, itemque Marc Ballicum: *ab occasu* Mare Germanicum, Belgium tum fœderatum tum Hispanicum, Lotharingiam, & partem Provinciarum Gallicarum, quas illi sua lingua *conquesten* appellant. *à Meridie* Helvetiam atque Alpes Italicas, ita, ut

12. Longitudo & latitudo. *Longitudo* ab extremis Carniolæ finibus ad Kilonium *Kiel* in Holsatia complectatur milliaria 140. circiter. *Latitudo* â Basilea usque ad fines Germaniæ, ubi â Polonia separatur, habeat milliaria Germ. circiter 110. olim tria Regna Septentrionalia, Dania, Norwegia & Suecia Germaniæ adnumerabantur.

13. Divisio Germaniæ in superiorem & inferiorem seu in 10. Circulos. Dividitur Germania in Superiorem & inferiorem, cujus divisionis terminum alii ponunt *Mœnum*, & quicquid inde ad meridiem vergit Germaniæ Superiori, quicquid Septentrionem spectat, inferiori adnumerant: alii nomine Germaniæ inferioris solum intelligunt *Belgium* quod proinde Niederland appellant. Melius in Decem Circulos & Regnum Bohemiæ quod cum Moravia & Silesia Germaniæ suo modo quodam innectitur, hodiedum dividitur. *Grotius Histor. L. 7. p.* 344. hos 10. Circulos vocat 10. Pagos, eo modo, quo Helvetia in Cantonibus suis videtur, & Polonia in Waiwodis consideratur: Nam hosce Circulos proprie Germaniam concernere, nec adeò Imperium, inde colligitur, quia nulla feuda Italiæ iis comprehenduntur: Circulorum autem nomina sunt: *Austriacus*, *Bavaricus*, *Suevicus*, *Rhenanus superior*, *Franconicus*, *Rhenanus inferior*, *Saxonicus superior*, *Saxonicus inferior*, *Westphalicus*, *Burgundicus*. Ad omnes simul notandum, esse Germaniæ loca, quæ nullo Circulo compre-

14. Non omnia Imperii loca sub 10. his circulis comprehendi. henduntur, qualis est Principatus *Mompelgardensis*, qui nullo continetur Circulo, licet votum & sessionem in Comitiis habeat: Ducatus *Mediolanensis*, Marchionatus *Finaliensis*, *Siena*, *Orbitellum*, *Plumbinum vid. supra verb. Circulus fol.* 480. *n.* 11. Idem de Borussia, & Regno Bohemiæ ipsique unitis Provinciis notat *Sprenger. lic. Imp. C. 1. p.* 68. De quoquo Circulo in specie quædam; & primo loco esto

15. Circulus Austriacus. *Austriacus*, qui locupletissimum Archiducatum *Austriæ* complectitur, cui adhæret *Tirolensis* Comitatus, in quo *Oenipontis* Insbruck / Tridentum, & Ducatus *Stiriæ*, in quo *Græcium*, *Carinthia* seu Kärnthen / ubi Fanum S. Viti, & *Carniola*, in qua Labach: quibus adduntur Goritia & Venedorum Marchia Wendisch March. Austria duplex, superior, in qua Lintz & Inferior in qua *Vienna*, Neustadt / Krembs. De hoc Circulo & Archiducatu Austriæ revideri possunt, quæ supra jam *verbo* Austria *fol.* 340. verb. Ertz-Hertzog *fol.* 698. *verb.* Kayser *fol.* 1068. *n.* 12. & 47. & *fol.* 1119. *n.* 167. & *Verb.* Oesterreich. *fol.* 1468. per totum notavi, & plura qui desiderat, legat *Math. Merian. Topographiam Provinc. Austriac. Gerhard. de Roo. Histor. Austriac. Wolffgang. Lazium Descrip. Aust. Hieron. Megiser. Annal. Carinth.* aliosque.

Bavaricus Circulus habet Electoratum & Ducatum Bavariæ trans Danubium; quæ duplex, *superior* in qua *Monachium* & *Ingolstadium*, & Inferior, ubi *Straubinga*, *Landshutum* &c. Ejusdem alia pars Septentrionalis, & cis Danubium quæ Nortgovia vocatur, in qua Palatinatus superior; ubi *Amberga* & Landgraviatus *Leuchtenbergicus* in quo prima urbs Pfreimbt / Comitatus *Chamensis* &c. 2. Habet Archiepiscopatum *Salisburgensem*, cujus Metropolis Saltzburg. 3. Episcopatus *Ratisbonensem*, *Passaviensem* *Frisingensem* &c. De Ducatu Bavariæ hic quoque repeti possunt, quæ supra *verb. Bavaria fol.* 357. & *seqq.* notavi. Confer quoque *M. Velser. rer. Boicar. Topograph. Bavar. Aventin Annal. Boior. Trithemium Chron. Success. Duc. Bavar. & Comit Palatin De Archiepis. Salzburg. Christoph. Sevvold. Metrop. Salisb. Monach.* 1620. 16. Bavaricus.

Circulus Suevicus habet Ducatum *Würtenbergensem*, in quo *Stutgardia*, Marchionatum *Badensem*, in quo Baden / Durlach / Hochberg / Episcopatus *Augustanum*, *Constantiensem & Curiensem*, Prælaturas deinde, Comitatus, Baronias, Civitates Imperiales magno numero. De hoc Circulo *vid. Melch. Goldast. Math. Merian. Topographiam Sueviæ*, *Martini Crusii Annal. Suevic. Fabri Histor. Suev. Pedii comment. de reb. gest. Würtenberg.* 17. Suevicus.

Circulus Rhenanus superior continet *Palatinatum Sponhemensem*, *Bipontinum & Veldentz*, Landgraviatum Hassiæ *Darmstatinum & Casselanum* Episcopatus *Wormatiensem*, *Spirensem Argentinensem*, *Basileensem*, Abbatiam *Fuldensem*, Comitatus Wetteraviæ, *Nassoviensem*, *Salmensem*, *Rheni*. Eodem referuntur, aut relati fuerunt Ducatus *Sabaudiæ* & *Lotharingiæ*, Landgraviatus utriusque *Alsatiæ* & *Suntgoviæ* &c. De Hassia extat *Meriani Topographia Hassiæ* & Vicinarum Regionum, *vid. quoque supra verbo Hassia fol.* 881. & *seqq* Antiquitates Fuldenses scripsit *Christoph. Brover. Genealog. Comit. Nassoviæ cum Tab. Genealog. Nassov. Dillenburg.* & supra *verb.* Nassau *fol.* 1432. & *seqq.* De Tractibus exemptis hujus Circuli *vid. Merian. append. ad Topograph. Palat. Rheni.* 18. Rhenanus superior.

Circulus Franconicus, Orientalem Franciam, quæ Franconia nuncupatur universam continet. Sunt ibi tres Catholici Episcopatus *Bambergensis*, *Herbipolensis*, *Eichstettensis*. Est & Teutonici Ordinis Magistri sedes cum territoriis *Mergentheimii*, *Neohausi*, *Dallavii*, Eodem referuntur Marchionum *Culmbacensium* & *Anspacensium* Ditiones & Comitatus *Hennebergicus*. De Franconia vid. ea quæ supra notavi *fol.* 743. & *seqq. Merian. Topographiam Franconiæ de an.* 1640. 19. Franconicus.

Circulus Rhenanus inferior sive Electoralis der Nieder-Rheinische oder Chur-Rheinische Kreiß / quatuor Imperii Electoratus complectitur, tres Ecclesiasticos & Electoratum Palatinatus inferioris. *Vid. Math. Merian.* 20. Rhenanus inferior.

Topograph. Archiepiscopatuum Moguntinensis, Trevirensis & Coloniensis. Supra *Verb.* Cölln *fol.* 518. *& seqq. Verb.* Mayntz *fol.* 1329. *& seqq. & infra verbo* Trier. *Serarii Rerum Moguntiacarum lib.* 5. De Electoratu Palatino *vid. supra verbo* Pfaltz. *fol.* 1569. *& seqq.*

21. Saxonicus Superior. *Circulus Saxonicus Superior* continet Electoratum *Saxoniæ & Brandenburgicum*, Ducatum *Altenburgicum*, *Vinariensem* & *Gothanum*, Principatum *Caminensem*, *Pomeraniam* utramque, *Anhaltinum* Principatum, Comitatum *Mansfeldicum*. Ad Saxoniam refertur *Misnia*. Marchiæ partes sunt, *Vetus, Media, nova, Ukerana, Prignicensis.* Legenda de his *David Chytræi* Saxonia, item *Kranzii* Saxonia, *Reineccii Histor. Misnica, Fabricii Rer. Misnic. lib.* 7. *Vid. quoque verbo* Sachsen *fol.* 1707. *& seqq. Merian. Topograph. Elector. Brandenburg & Ducatus Pomeraniæ. Angeli Histor. Marchion. Brandenburg.* Supra *Verb.* Brandenburg *fol.* 386. *& seqq. Brotuffi* Annales Anhaltini, *Spangenbergii* Chronicon Mansfeldicum.

22. Saxonicus inferior. *Circulus Saxonicus Inferior* habet Archiepiscopatus secularisatos *Magdeburgensem* & *Bremensem*, Ducatus deinde *Brunsvicensem & Lüneburgensem*, Mecklenburgicos *Suerinensem & Gustroviensem*, *Lauenburgicũ, Holsatiam*, Episcopatus Hildesheimensem, de quo supra verbo Hildesheim *fol.* 973. *& seqq.* Lubecensem de quo similiter supra *Verbo Lubeck fol.* 1297. *& seqq. Halberstadensem, Suerinensem & Ratzeburgicum,* de his ultimis duobus vide supra verbo Mecklenburg *fol.* 1345. *& seqq.*

23. Westphalicus. *Circulus Westphalicus* à Regione nomen habet, quæ Saxonibus occidentalis est, & ea propter *Westphalia* dicitur, Equus enim quem Pfalen/ falen antiqui Saxones dicebant, Saxonum insigne erat; Continet Ducatus *Cliviæ, Juliæ, Montium.* Episcopatus *Monasteriensem* de quo supra *fol.* 1409. *& seqq. Paderbornensem* de quo *fol.* 1539. *& seqq. Osnabrugensem* de quo *fol.* 1495. *& seqq.* Leodiensem, Item Verdensem & Mindensem, Comitatus *Bentheimensem*, *Tackleburgicum Lippanum, Ritbergensem, Oldenburgicum*, *Frisiam Orientalem.* Westphaliam peculiari Topographia exhibuit *Merian, Werner. Rolfinck* scripsit *de Westphalor. situ & morib. vid. Erichii* Gülchische Chronick *L.* 7. Teschenmacher annales Cliviæ. *Hamelman.* Chronicon. Oldenburgense.

24. Burgundicus. Ratione *Circuli Burgundici* hoc speciale est, quod jurisdictionem non, sed Protectionem tantum Imperii hactenus agnoverit, imo ne hanc quidem nunc amplius agnoscat. Videe a, quæ notavi supra verbo abgehende und ausgezogene Stände *pag.* 11. *n.* 19. Item verbo Burgund *fol.* 429. *& seqq.* Specialiorem singulorum locorum cujuscunque Circuli recensionem videre est apud Juris & Status Publici Scriptores *Goldastum, Limnæum, Sprengerum.* Adde *Autorem appendicis ad contin. V. Diar. Europ. pag.* 3. *& seq.* Verzeichnuß des Heil. Römischen Reichs Teutscher Nation/ hochlöblichster / hoch- und wohl-löblicher Stände nach den 10. Reichs-Creysen. *rc.*

25. Germaniæ bona naturalia. Commendat insuper Germaniam nostram frumenti copia; qua vicinis Regionibus prospicit. Estque memorabile, quod narrat *Lansius*, cum *Anno* 1591. Italiam & in ea Romam gravissima fames premeret, & ex Holsatia, Civitatibusque Vandalicis atque Belgio Mercatores eò multis navibus ivissent, Pontificem M. cursorem, qui Nuncium adventantium Germanorum primus attulerat, mille Ducatorum honorario donasse *Or. pro Germ. p.* 45. *ex Janson in Merc. Gall. L.* 4. Vini bonitatem ostendunt vinum *Rhenanum, Mosellanum, Austriacum, Neccarium, Franconicum.* Bavaria tamen & Boreales tractus austeriora ferunt, in quæ ea propter non nemo jocatus fuit, esse genus aceti naturalis: Sed defectum hunc melioris notæ cerevisia supplet; Non minor proventus est animalium, notique sunt equi Oldenburgici Comitatus, Marchiam natura copioso pisce donavit; Salis copiam fundunt Lüneburgum, Hala Saxonum, Hala Suevorum. Qua proventum Metallorum & Mineralium sola fere Germania in Europa Argentifodinis gaudet, certe abundat.

26. Germania sibi sufficiens. Qua de re pluribus videndi *Agricola lib. de natur. Fossil. & de re Metall.* Lazarus Ercker Beschreibung der fürnehmsten Mineralischen Ertz- und Bergwerck. Itaquidem, ut Germaniæ ad molliter luxurioseque agendum multa, ad bene commodeque vivendum, nihil desit. *Cluver. lib.* 2. *de antiq. Germ. C.* 12. *per tot, & pag.* 102. Et certe ita se res habet, ut Germania suo se sustentet proventu, omne necessarium tam abunde domi habens, ut si finitimorum gentium commercio fruatur, hoc ad amicitiam, non ad necessitatem, ad benevolentiam, non egestatem faciat. *Autor ex Italo Pietro Pono T.* 3. *I. P. pag.* 89. ait: Germania plena Principatibus, Civitatibus, populo, auro, & armis potens, abundans ipsa omni re necessaria, non opus habet aliis, per se jam dives & ampla, ut sola quasi integrum aliquem constituat mundum.

27. Nullibi illustriores Prosapiæ quam in Germania. Nullibi præterea illustriores Prosapias, quam in Germania inveniri *Æneas Sylvius in Germ. descript. Jacob Wimphel epitom. rer. Germ. descript.* & hoc adeò verum est, ut & hodie multis retro annis ambitiose quidam nomen Germanorum affectarint; Treviri circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitiosi fuerunt, & tanquam per hanc gloriam sanguinis à similitudine & inertia Gallorum separari voluerunt. *Cornel. Tacit. d. morib. Germ.* ac Itali ex Germanorum eluvionibus promanarunt, secundum *Anton. Sabellicum* 4. *ennead.* 10. *lib.* 3. Hispanorum nobilissimi à Germanis originem repetunt. *Aug. Thuan.* 1. *histor.* 3. *Roderic. Sanctius histor. Hispan. p.* 1. *cap.* 8. *Joan. Vasæ. Chron. Hispan. cap.* 15. Vide quoque *Cluten. in Syllog. rer. quotid. thes.* 26. ubi ait: *Quemadmodum magnorum fluminum ostia sunt notissima, scaturigines autem non raro ignorantur; ita etiam Germanorum Principum*

pum prosapiæ notissimæ quidem sunt, origines tamen nonnunquam tradere nequimus. Nonnulli Germanorum Procerum originem Romanam à nescio quibus Ursinis aut Columnis adhuc affectant: quasi verò Principes non sat illustres videantur, nisi à Midis & Falconibus per fabulosas umbraticorum Stemmatum imagines generis sui primordia auspicarentur.

28. Regnum Germanicum ab Imperio Romano distincta mansit Respublica.

Regni Germanici, quod Orientale Francorum Regnum dictum à Romano Imperio distinctio mansit usque ad Ottonem I. nec usque eo Germania vel vulgò Imperii Romani pars est habita. Seculo verò X. Ottonis I. auspiciis quidem Cæsarea dignitas, & Italici Regni possessio æterno fœdere cum Germania rursus juncta est, ita ut à Germanis electus in Germaniæ Regem, ab Italis sive Longobardis quoque pro Rege & à Pontifice, urbe ac Suburbicariis Provinciis pro Imperatore protinus coli deberet, nulla licet auctoritate Pontificis accedente: Quod etiam pactis inter Ottonem III. Imp. hujusque Consanguineum Gregorium V. Papam initis dein confirmatum. *Vid. C. 23. dist. 63. Conring. de finib. Imp. c. 9. 10.* adeoque Germanicis Regibus perpetuum jus ad Imperatoriam dignitatem quæsitum, nihilo tamen minus mansit in hæc distinctio, & sua Germanis libertas, jusque Rempubl. suam sine Populi Romani consensu administrandi; Neque ex eo, quod jam multis Seculis Germania Imperii Romani nomine audiat, sequius quid, vel eam idem numero illud Romanorum Imperium esse colligi debet aut potest. Pervulgare enim est, pluribus consociatis Rebuspublicis ab una aliqua sociarum omnibus commune nomen indere. Ita quippe olim Achæorum Resp. omnibus fœderatis nomen dedit, & urbs Romana omnibus sociis hodieque Helvetii fœderati ab uno Pago vulgo *Suizeri*, ut Belgico-Germani *Hollandi* nuncupantur. Cum ergo horum ad exemplum Imperii Romani nomen sociis Rebuspubl. inditum, non sequius quid inde colligendum est. Crediderunt majores nostri Imperium Urbis Romæ, quod vere est Germaniæ & Longobardiæ, utut nullius amplius esset potentiæ. Itaque cum illæ Respubl. æterno fœdere coaluissent, ab ea, quæ opinione erat augustior, devolutum est nomen in totum corpus, non tam publico etiam Decreto, quam vulgi consuetudine, quam tamen circa *Annum Christi* 1500. Primores etiam Reipubl. ipsique Cæsares & Reges Germaniæ, dum receptam loquendi rationem sunt secuti, approbarunt. *Conring. de Germ. Imp. Rom. C.* 10. *Limn. ad Capit. Caroli V. Imp. proœm. verb.* **Röm. Reichs.** Nec immerito sibi adhucdum hodie ex perpetuo illo fœdere Germaniæ nostræ Reges titulum *Romanorum Impp.* vindicant, prout ostendit *Bœclerus in Dissert. de Sac. Rom. Imp. Sect. 2. p. 14. & seqq.*

29. Germaniæ Regibus perpetuum jus ad Imperatoriam dignitatem quæsitum est.

30. Germania cur Imperii Romani nomine audiat.

Porrò cum generale Politicorum & JCtorum axioma sit, in qualibet Republica ad officia publica atque Magistratus non peregrinos vel exteros, sed indigenas, qui in eadem nati, vel ejusdem nationis sunt, regulariter evehi debere. Nam non solum natura, moribus, lingua & aliis Reipubl. suæ Civibus pares sunt, quæ magnam illis benevolentiam apud hos conciliare solent; verum etiam præsumuntur res patriæ melius nosse, majorique cura & fidelitate tractare quam peregrini, ideoque in Capitulatione *Caroli V. Imp. art.* 13. expresse disponitur, daß Sie des Reichs Aempter am Hof/ und sonst im Reich mit keiner andern Nation, dann gebohrnen Teutschen besetzen/ und versehen / qui articulus in subsequentium Impp. Capitulationibus repetitur. 31.

31. Ad officia publica Imperialia Germani adhibendi.

Theurung.

SUMMARIA.

1. *Pœna Annonam flagellantium; & n.* 10.
2. *Quid nomine Annonæ veniat.*
3. *Cura annonæ Magistratibus incumbit.*
4. *Frumenta & Aliæ res extra Civitatem ad extraneos non evehantur.*
5. *Cives, subditi & Rustici ad vendendum victualia cogi possunt.*
6. *Certum victualium pretium à Magistratu constituendum.*
7. *Civibus imponi potest, ut emant victualia tam in proprium quam in aliorum usum.*
8. *Granaria sunt constituenda & fertilibus annis de Annona prospiciendum.*
9. *Monopolia sunt abroganda, nec ferendi Dardanarii.*
10. *Annonæ flagellatores & Corruptores quomodo puniendi?*

1. Pœna annonam flagellantium; & n. 10.

Contra eos, qui annonam publicam vexant, est Lex Julia de Annona Constituta *Inst. de publ. jud.* cujus pœna ordinaria est 20. aureorum, aliquando tamen extraordinaria locum habet, puta relegationis aut in metallum damnationis, *vid. Schulzen ad tit. Instit. de publ. jud. fol.* 721. adde Policey-Ordnung *de anno* 1584. *rubr.* von Verkauffung der Früchten. Annonæ autem nomine veniunt frumentum, panis, vinum, oleum, sal, acetum, lardum, carnes, palea, fœnum, ligna, & omnia usualia, quæ ad pondus & mensuram venduntur, & ad victum pertinent, per *l. 1. 2. & L. Provincialium 8. C. de erog. milit. ann.* Hinc in omnibus bene constitutis Rebuspublicis magna semper cura adhibita, ut populus omni genere victus, sed frumento præcipue abundaret. Et imprimis Romani semper curam annonæ habuerunt, ejusque caritatem incendio assimilarunt, & igni, cui nemo resistere possit *Turneb. 22. advers. cap. ult.* Et Ro-

2. Quid nomine annonæ veniat.

3. Cura annonæ magistratibus incumbit.

Romæ annonæ cura inter primaria urbis munera fuit, & annonæ præfectus statim Consules subsecutus est. *Lather. de cens. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 102. Ne enim annonæ caritate Civitas laboraret, ejus inspectio ab initio ad curam Præfecti urbis pertinuit, postea tamen præfectus quoque annonæ electus, & velut extra ordinem constitutus est. *l.* 2. §. *& hæc omnia* 33. *ff. de orig. jur.*

4. Frumenta & aliæ res extra civitatem ad extraneos ne evehantur.

Ad sublevandam autem hanc annonæ caritatem utile erit, prohibere, ne frumenta, & aliæ res extra civitatem & territoria ad extraneos evehantur, cujusmodi statuta licita & de jure permissa esse probat. *l.* 1. §. *cura carnis. ff. d. offic. Præf. urb. tot. tit. quæ res export. non possunt l.* 2. *&* 3. *C. de commerc.* Policey-Ordnung *de anno* 1577. *tit.* 22. Idque eo fine fiat, ut annonæ & fructuum aliarumque rerum caritas avertatur, & ne subditi & cives egeant, provideatur, licitum esse *Cravet. cons.* 973. *n.* 45. *Guid. Papa decis.* 373. *n.* 1.

5. Cives subditi & rustici ad vendendum victualia cogi possunt.

Imo rusticos posse compelli, venire ad Civitatem ad vendendum victualia tenet *additionator ad Capell. Tholosan. decis.* 47. *n.* 2. hocque in casu extremæ necessitatis, in quo & subditi & Cives similiter ad vendendum frumenta, & alias merces aliàs non venales, quibus ipsi non indigent, cogi possunt, modo justum & æquum pretium solvatur, tradunt per *l.* 2. *C. ut nem. lic. in empt. spec. l.* 1. §. 11. *ff. de offic. Præf. urb. Mastril. decis.* 17. *n.* 30. *& per tot. part.* 1. *Tiraquel. de retract. in præfat. n.* 15. *Klock. de contribut. cap.* 1. *n.* 357. *& seq.*

6. Certum victualium pretium à Magistratu constituendum.

Et ne tempore caritatis annona nimium flagelletur, ejusque pretia in immensum excrescant, certum frumenti, aliarumque mercium pretium à Magistratu constitui potest *p. l.* 1. §. *cura carnis* 11. *ff. de offic. præf. urb. Roland. à Valle* 2. *cons.* 1. *n.* 77. Idque etiam aliquando justo vilius *Bart. in d. l.* 1. §. *cura carnis* &c.

7. Civibus imponi potest, ut emant victualia, tam in proprium quam aliorum usum.

Quod si verò Principi vel Magistratui facultates ad annonam levandam non suppetant, Civibus imponi poterit, ut emant frumentum, & alia necessaria tam in usum suum proprium, quam militum, aut aliorum Reipubl. operam navantium *l. quoties & ibi Bart. n.* 1. *C. ut nem. lic. in empt.* Et jubere potest Magistratus, ut quilibet civis quotannis certum numerum modiorum frumenti pro suo suorumque usu sibi comparet, *d. l. quoties C. ut nem. lic. in empt. Klock. de ærar. lib.* 2. *C.* 81. *n.* 19. Et fame urgente Principem ac Magistratum ditioribus indicere debere tributum ad pauperum sustentationem, eamque pecuniam vel ex ea coemptum frumentum postmodum pauperibus distribuere docet *Consilium Apollinaris Calderini discurs. polit.* 8. *Klock. d. num.* 19. & hoc in casu extremæ necessitatis, alias regulariter nemo compelli potest emere vel vendere. *l. nec emere C. de jur. delib. l. invit. C. de contrah. empt.*

8. Granaria sunt constituenda & fertilibus annis de annona prospiciendum.

Constituenda propterea sunt publica granaria & frumentorum copia, tempore uberrimorum illuc reponenda, quæ necessitatis usui reservetur, & difficillimis temporibus succurratur subditis & Civibus. Et Præfecti annonæ fertilibus annis ita providere, & coemere debent, ut superveniens sterilitas vel alia necessitas nihil noceat, & sic quasi in tabula descripta habebunt omnia ipsorum provinciam concernentia, utpote quantum commeatus Civitas vel provincia habeat, quantum supersit vel desit, quantum vel mari vel terra advehatur; unde, quomodo & quo tempore apportetur. *Lather. de cens. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 27.

9. Monopolia sunt abroganda, nec ferendi Dardanarii.

Cum Monopolia quoque inducant caritatem, & hinc abroganda, & de illis jam supra *Verb. Monopolium fol.* 1384. *& seqq.* actum, ideo illuc Lectorem remitto, nec ferendi Dardanarii, qui & *Propolæ, Seplasiarii, Pantometaboli* dicuntur, in *L. annonam* 6. & ibi *Gothofr. ff. de extra ord. crim.* Germanice Vorkäuffer / Stadtwolff / Kornwurm / qui annonam adtemplant, vexantque, ut loquitur *Ulpian. in d. L. annonam* 6. *de extraord. crim.* incendunt & excandefaciunt, ut ait *Varro*, frumentumque comprimunt, ut dicit *Cicero lib.* 5. *epist.* 21. & merces coëmptas tantisper supprimunt, dum ex raritate caritatem affectent.

10. Annonæ flagellatores & corruptores quomodo puniendi?

Ejusmodi Dardanarios, Seplasiarios, Pantapolas, Pantametabolos, eorumque fraudes, calliditates, Stellionatus, non solum variis constitutionibus contineri, sed & justo Dei judicio pœnis præsentibus interdum in hac vita affici, *Turneb. lib.* 9. *animadvers. cap.* 17. *Lather. de cens. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 82. *&* 93. Sed hodie ob Criminis hujus frequentiam ejusmodi annonæ fraudatores & flagellatores severius mulctis pecuniariis castigari posse, cum horum non minus ac monopolium quavis ratione committentium technis damnum publicum ob privatum unius vel paucorum quorundam quæstum inferatur, existimat *Klock. de ærar. lib.* 2. *C.* 82. Eadem quoque pœna dignos esse, qui corruptam annonam vendunt, censet *Menoch. arb. jud. cas.* 384. Quas & homicidii pœna coërcendos esse, asserit *Damhoud. in pract. crim. cap.* 74. *n.* 18.

Tod / Todtfall.

Vocabulum Todtfall non simpliciter, quod post mortem, sed aliquid amplius scil. mortis eventum significat, atque totam promissionem in incertum mortis eventum suspendit, quod proprium est donationis mortis causa. *Hartm. Pistor. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 52.

De mortuis non nisi bene.

Quod verò in mortuos non sit sæviendum, neque illorum famæ detrahendum esse multis docet *Joachim. Camerar. horar. Succisivar. cent.* 1. *cap.* 3. *& cent.* 2. *cap.* 64. Laudandum sane est Chilonis Lacedæmonii memorabibile dictum: *Defunctum non maledictis afficiendum, sed beatum prædicandum esse.* Putabat enim nihil viro indignius, quam eos incessere lingua, qui respondere non possent. Siquidem tam turpe hoc habetur, quam cum larvis & umbris luctari: nam lacerate defunctum cuivis in promptu est. *Agesilaus* cum Lysandri literas

ras orationem de novandis rebus, deque mutando Reipubl. Statu, coram exercitu legere vellet, & Lysandrum defunctum esse audiret, noluit defuncti aperire improbitatem militibus: indecorum esse putans, simultatem exercere cũ sepulto. *Vid. Apophthegmata Corrad. Lycosthenis f.m.* 703. *tit. mort. non lædend.* Hinc etiam est quod vulgò dicitur. *Mors omnia solvit* de quo singularis extat tractatus *Sebastiani Medices.* Mortuus enim regulariter in corpore non punitur. *Med. in tract. p.* 1. *n.* 98. quia crimina morte extinguuntur §. *non autem Inst. d. publ. jud. Ruin consil.* 37. *n.* 5. *vol.* 1. *& cons.* 21. *n.* 7. *vol.* 4. *Abbas cons.* 90. *n.* 2. Cœterum cum de mortuis nil nisi bona sentire debeamus, evenit, ut eorum scripturæ fortius, quam viventium probare dicantur. *Cravet. cons.* 6. *n.* 53. *Dec. consil.* 42. *Capell. Tholosan.* 496. Nemo enim præsumitur mori in peccato, cum mendacio relinquendo falsas scripturas. *Idem Cravet. cons.* 158. *n.* 7.

Traditio.

V*Id. supra verbo Concilium fol.* 602. *n.* 32. *& Scriptura Sacra. n.* 10. *&* 11.

Transactio.

V*Id. supra verb.* Absag *Diffidatio, fol.* 141. *& seqq. & Verb.* Güte *fol.* 840. *& seqq.* ubi hæc materia ad longum tractata.

Trier.

SUMMARIA.

1. *Civitatis Trevirensis Antiquitas, ejusdemque varia prædicata.*
2. *Trevirorum fines & potentia.*
3. *Treviris Imperatorum sedes.*
4. *Treviris eversa & causa ejus.*
5. *Treviris olim Civitas Imperialis.*
6. *Hodiè Electori Trevirensi subjecta.*
7. *Primus Trevirorum Episcopus, & quot illorum usque ad primum Archi-Episcopum.*
8. *Series Archi-Episcoporum Trevirensium, eorumque prærogativa.*
9. *Sequuntur nunc Archi-Episcopi, qui simul fuerunt Electores Imperii.*
10. *Arx* Ehrenbreitstein *exstruitur.*
11. *Pons Confluentius exstruitur.*
12. *Elector Trevirensis primum in Electione Imp. habet suffragium, & qualem in Comitiis occupet locum.*
13. *Quo sensu dicatur Archi-Cancellarius per Galliam & Regnum Arelatense.*
14. *Arelatense Regnum olim quot & quales habuerit provincias.*
15. *Abbatia Prumiensis à quo fundata.*
16. *Primaria Electoratus Trevirensis loca.*
17. *Ob Gallis deditum Castrum* Ehrenbreitstein *Elector captivus ducitur Viennam.*
18. *Quæ Accessiones huic Electoratui hinc inde obvenerint.*
19. *Inter præcipuos Electoris reditus sunt Vectigalia in Mosella & Rheno.*
20. *Archi-Episcopatus Trevirensis officiales Hæreditarii.*

1. Civitatis Trevirensis antiquitas ejusdemque varia prædicata.

TReviris, Gallice *Treves*, Augusta Trevirorum, omnium & Germanicarum & Gallicarum urbium est vetustissima, juxta vulgatum illud:

Ante Romam Treviris stetit annis mille trecentis.

Tametsi fabulis adnumerent eam à *Trebete Nini* Regis filio conditam fuisse; urbs ipsa Augusta olim *Colonia Augusta* dicta est, itaque Ptolomæus Rhemis Treviros subjecit, & in his urbem posuit Augustam Trevirorum, in nummo Vespasiani est *Col. Aug. Trevir.* Mela simpliciter & sine adjectione vocavit Augustam *lib.* 3. *c.* 2. *Belgarum* inquit, *clarissimi sunt Treveri, urbesque opulentissimæ in Treveris, Augusta, in Heduis Augustodunum. Tacitus* Coloniam *lib.* 4. *Histor. Plinius* eam liberam cognominatam dicit, *Salvianus* excellentissimam vocat, *Zosimus* Transalpinarum urbium maximam. *Marcellinus* clarum domicilium Principum, vulgus tempore Constantii, ut autor est *Berengosius* Romam secundam vel alteram Romam vocat. Porrò Trevirorum fines olim quoque ad Rhenum usque pertigisse ex eo apparet, quod Cæsar illos dicit Rheno fuisse proximos. Idem quoque testatur, eorum Civitatem plurimum totius Galliæ equitatu valuisse, magnasque habuisse copias peditum: additque amplius, eos propter Germaniæ vicinitatem quotidianis exercitam bellis, cultu & feritate, non multum Germanis absimilem fuisse, neque imperata unquam nisi exercitu coactam fecisse, *Tacitus* Cives Germanicæ originis adfectatione ambitiosos fuisse scribit, tanquam per hanc gloriam sanguinis à similitudine & inertia Gallorum separarentur. Frequens est apud illum ejus urbis mentio præsertim in Historiarum libris posterioribus, in quibus 150. Civilia bella narrantur.

2. Trevirorum fines & potentia.

Posterioribus temporibus sedes fuit & domicilium Imperatorum adversus Germanos ibi excubantium, itaque Præpositus thesaurorum illic habitabat, & Procurator Cynegii & Præpositus Branbaricariorum. Erat illic præterea fabrica scutaria & balistaria. Et spectantur adhuc ruinæ Palatii, quod *Constantinus* Imp. illic condidit; Vixit in ea *S. Athanasius* exul. *S. Hieronymus* se illic *Hilarii* Commentarios descripsisse testatur. *Priscillianus* hæresiarcha jussu *Maximi* Imperatoris illic interfectus. *Valentinianus* Augustus ibi hibernavit. *Gratianus* ibidem *Valentinianum* fratrem suum Augustum dixit. Omnia fere habuit communia cum Roma, Palatium, Arces, Theatra Campum Martium, Capitolium, Circum. Gothi illam destruxerunt, everteruntque.

3. Treviris Imperatorum sedes.

Causam

4. Treviris eversa & causa ejus. Causam autem hujus eversionis peccatis Civium adscribit *Salvianus lib. de ver. jud. & provid.* ubi ait: *Vidi ego Treviros viros etiam sublimes, calamitatibus suis factos pejores. Lugubre est referre quæ vidimus: Senes honoratos & Christianos imminente jam Civitatis excidio gulæ ac Lasciviæ servientes, jacebant in Conviviis obliti honoris, obliti ætatis professionis & nominis sui. Principes Civitatis cibo confecti vinolentia dissoluti, clamoribus rabidi, bachatione furiosi. Quater expugnata est urbs Gallorum Treviris opulentissima. Incredibile est quod loquor. Assiduitas calamitatum augmentum illuc fuit criminum. Vidi ego illic res lachrymabiles, nihil scilicet differre inter pueros & Senes. Una errat Scurrilitas, una levitas, simul omnia luxus, potationes, perditiones impleverant: Omnes pariter agebant, ludebant, inebriabantur.* Et postea. *Circenses Treviri desideratis? & hoc vastati atque expugnati? post cladem, post sanguinem, post captivitatem, post supplicia, post tot eversæ urbis excidia? Theatra igitur quæritis? Circum à Principibus postulatis? cui quæso statui? Cui populo? cui Civitati? Urbi exustæ ac perditæ plebi captivæ & interemptæ, quæ aut periit aut luget? Tanta enim miseriæ sunt superstitum, ut infelicitatem vicerint mortuorum. Ludicra ergo publica Trevir petis? ubi quæso exercenda? An super bustum & cineres? super ossa & sanguinem interemptorum? jacent reliquiæ infelicissimæ plebis super tumulos mortuorum suorum, & tu Circenses rogas? Nigra incendio est Civitas, & tu vultum festivitatis usurpas? Lugent cuncta, tu lætaes? Insuper etiam illecebris flagitiosis Deum provocas, & pessimis superstitionibus iram Dei irritas. Non miror, plane non miror, evenisse tibi mala, quæ consecuta sunt; nam quia tua te excidia non correxerunt, quarto perire meruisti.* Hæc & alia plura *Salvianus dict. lib.*

5. Treviris olim Civitas Imperialis. Hanc Civitatem Trevirensem olim fuisse Imperialem constat ex traditis *Wilhelmi Kyriand. in Annal. August. Trevir. part.* 17. & *Pont. Heut. in histor. nov. & Vet. Belg. lib.* 5. *C.* 5. quorum verba refert *Limnæ. de J. P. tom.* 3. *lib.* 7. *C.* 48. Verum de hujus Civitatis libertate inter Archiepiscopum Trevirensem, & ipsam Civitatem diu lis & controversia maxima exorta & agitata, per Imp.

6. Hodie Electori Trevirensi subjecta. *Rudolphum II.* 18. *Martii An.* 1580. Sententia pro Archiepiscopo lata terminata fuit, quam sententiam uti & Imperatoris *Caroli IV. anno* 1364. in hac causa latam exhibet *Limn. de J. P. tom.* 4. *lib.* 7. *C.* 48. Et sic Archiepiscopo & Electori Trevirensi subjecta. Quod fatum quoque sustinuit Abbas *S. Maximini*, qui acerrime immedietatem suam propugnavit, attamen jussus est imperata Electoris facere. Et hæc de Civitate & incolis Trevirensibus, nunc pauca adhuc de ejusdem nominis Archiepiscopatu & Electoratu.

7. Primus Trevirorum Episcopus, & quot illorum usque ad primum Archiepiscopum. Ecclesiæ Trevirensis primum Episcopum perhibent *Eucharium* à Petro Apostolo è numero 72. Christi discipulorum ad prædicandum istis in oris Evangelium, cum Valerio Diacono & Materno Subdiacono emissum. Dicitur hic rexisse Ecclesiam hanc *annis* 25. conversus est hujus opera *Albana*, cujus domus abiit in Ecclesiam. In hujus domus Crypta sepultus est *Eucharius*, & qui illum secuti sunt in Episcopatu, usque ad *Valentinum* ultimum Trevirensium Episcopum, quorum 26. fuerunt, nam post Valentinum Archiepiscopi huc usque auditi sunt, dictaque ex eo *Cella Eucharii*. Post illatum verò illuc corpus *S. Mathiæ Apostoli* cœpit vocari Monasterium *S. Mathiæ*; obiit autem *Eucharius anno Christi* 56. ejus natalis refertur in diem 8. *Decemb. Valentinus* verò ultimus Episcopus hujus loci, postquam sedisset *annos* 28. obiit *anno* 316. sub *Constantino M. Imp.* & Papa *Sylvestro*. Post hujus obitum separata est Tungrensis Ecclesia à Trevirensi. Mortuo sic ultimo Trevirensi Episcopo *Valentino* primũ apud Treviros Archiepiscopum fuisse tradunt

8. Series Archiepiscoporum Trevirensium, eorumque prærogativa. *Agritium* Antiochenæ sedis Episcopum, sed Arrianorum artibus exclusum, quem *Helena* Constantini M. Mater Romam destinavit, ac *Sylvester* Pontifex *anno* 330. ad Trevirenses Galliæ Germaniæque primatu ornatum dimisit. Quam dignitatis prærogativam sexcentos post annos *Joannes* Papa novo diplomate *anno* 969. confirmavit, ac statuit, *ut Trevirensis Præsul post quemlibet ordinarium Legatum almæ Sedis primum inter alios Pontifices locum obtineat, & si missus Romanæ Ecclesiæ defuerit, post Imperatorem sive Regem sedendi, sententiam edicendi, & synodale judicium canonice promulgandi, primatum habeat: utpote in illis locis Vicarius Sedis Apostolicæ meritò constitutus*, ut refert Annalium Trevirensium Epitomator, *Massenius L.* 10. *p.* 279. Multas hic primus Archiepiscopus instituit Ecclesias, Palatium Helenæ convertit in templum S. Petri, S. Athanasium exulem recepit, S. Maximini Cœnobium fundavit, quo nullum est in Germania nobilius. Obiit autem *anno Christi* 345. Successit illi

Maximinus Aquitanus. Hic sub Julio I. Papa Romano Coloniam evocavit. Synodum contra Euphraten Episcopum Coloniensem Arianum, qui etiam damnatus est. Profectus est Romam cum S. Martino. Præfuit *annis* 15.

Paulinus à S. Martino consecratus, acerrimus fuit orthodoxæ veritatis adversus Arianos propugnator, cujus etiam causa à Constantino Imperatore in exilium missus est in Phrygiam, atque ibidem passus *anno* 363. Notus fuit S. Ambrosio.

Bonosus præfuit Ecclesiæ suæ *anno Christi* 363. defunctus *anno* 368.

Brictio charus Damaso Papæ. Sub hoc condemnatus est Treviris *Priscillianus* hæreticus: interfuere actioni *S. Martinus & S. Ambrosius. Maximus Imp.* qui Gratiano successit, eum interfici jussit. Obiit *Brictio anno* 380.

Felix. His collegium B. Virginis condidit ad Martyres, ubi olim Capitolium fuerat, ædificavit quoque Basilicam Paulini. Obiit *anno* 392.

Mauri-

Mauritius coævus Ss. Hieronymi & Augustini.

Leguntius obiit *anno* 404. sepultus ad Martyres Auctor ex Episcopo Metensi factus Archiepiscopus Trevirensis. Hujus Memoria est apud Brunsvicenses, ex quo Gertrudis Socrus Luderi Ducis Saxoniæ reliquias ejus intulit coenobio S. Ægidii.

Severus discipulus Lupi Episcopi Trevirensis defunctus *an.* 420. fuit in Britannia cum *S. Germano* Antisiodorensi Episcopo, & *S. Lupo* Trecasino. In hujus tempus incidit Hunnorum in Germaniam Galliamque irruptio.

Cyrillus electus *an.* 430. cellam Eucharii hoc est Basilicam S. Mathiæ eversam restauravit.

Jammerus & *Emerus.*

Marcus Collegium S. Pauli vastatum restituit. Circa hæc tempora Lucius Senator Trevirensis Francorum Regem Hildericum invitavit, ut trajecto Rheno Romanos invaderet. Et successit utrique consilium feliciter. Concepit autem Lucius odium in Romanos ob vitiatam Uxorem suam ab Avito Præside.

Volusianus obiit *an.* 468.

Miletus obiit *an.* 471.

Modestus defunctus *an.* 486.

Maximianus excessit *an.* 496. sedit *an.* 10.

Fibicius ex Abbate S. Maximini Archiepiscopus, *obiit an. Christi* 500.

Aprunculus obiit *an.* 515. sepultus ad S. Paulinum.

Rusticus, qui ob leviter actam in Episcopatu vitam, pœnitentiam egit in Coenobio B. Virginis ad Martyres, ac post 7. pœnitentiæ anno sub Clotario obiit.

Aponoculus.

Nicetius sub Theodorico ejusque filiis, Theodorico & Clotario Francorum Regibus: præfuit *annos* 17. mortuus est *an.* 551. valde laudatus â Gregorio Turonense.

Magnericus. Hic ex Sacello S. Crucis quod Martinus opibus Gerontii Consulis instituerat, fecit coenobium S. Martini.

Gangericus Lutzenburgicus Episcopus etiam Cameracensis fuit, Sedit Trevir *an.* 33. obiit *an.* 594.

Subandus & *Severinus.*

Modoaldus Aquitanicus, cujus Soror *Itta* nupsit Pipino, fuitque mater *S. Gertrudis* & *Grimoaldi*: Habuit & alteram Sororem Severam, quam ad S. *Symphorianum* præfecit Sacris Virginibus. Sub hoc quoque mutatum est horreum Dagoberti Regis in Coenobium Virginum *an. Chr.* 645. cui prima præfuit Irmina Dagoberti filia, secunda Modesti Willebrordi Soror: Willebrordus ipse coenobium Epternacense condidit.

Numerianus obiit *an.* 715.

Bassinus frater Ducis Lotharingiæ sub Gregor II. Papa.

Luidvvinus Bassini ex Sorore nepos, Monasterium Mediolacense ad Sarram Fluvium instituit ord. S. Benedicti, obiit Rhemis in Concilio *an.* 721.

Clodolphus Arnulpho Episcopo Metensi natus, contra Milonem *Luitvvini* filium, qui sedem invasit sub Carolo Martello. Hic Rhemensem quoque Ecclesiam rexit.

Hilulphus ex Monacho factus Vicarius Milonis, post illius excessum Episcopus fuit, sed pertæsus molestiarum rediit ad coenobium, atque illic obiit *an.* 754.

Eberhardus Episcopus Ratisbonensis.

VVeomadus Abbas S. Maximini electus *an.* 713. sedit *an.* 23. defunct. *an.* 805.

Reichboldus electus *an.* 776. obiit *an.* 182.

VVatzo defunctus *an.* 805.

Amalharius Fortunatus Monachus Lexoviensis, vir Græce & Latine doctus, â Carolo M. missus est Constantinopolim ad Imp. Græcorum *Michaelem.* Postea missus quoque â *Ludovico Imp.* ad *Gregorium IV.* Pontificem. Scripsit *lib. IV.* de Eccles. officiis, sedit *an.* 16. mortuus est *an.* 822. & sepultus ad S. Paulinum.

Hetto Abbas cœnobii Epternacensis â Willebrordo fundati. Electus *an.* 822. sedit *an.* 31. obiit *an.* 838. situs est in æde S. Mathiæ.

Thietgardus Monasterii Epternacensis Abbas sedit *an.* 38.

Bertoldus Abbas Mediolacensis electus *an.* 867. In hujus tempora incidit Normannorum incursio in Galliam Belgicam, sedit *annos* 17. mortuus est *an.* 884.

Reilboldus ex Abbate Epternacensi factus Archiepiscopus, familiaris fuit *Formoso* Papæ. Sedit *an.* 21.

Rutgerus Henrico Imperatori adversus Nortmannos pugnanti adfuit *anno* 934. sedit *an.* 12. obiit *an.* 934.

Rupertus Saxo Ecclesiam *S. Maximini* vastatam restauravit, sedit *an.* 28. obiit peste, *an.* 955.

Henricus. Hic *Ottonem I.* in Italiam duxit, interfuitque Synodo contra *Joannem XIII.* Papam celebratæ.

Theodorus ex Præposito Moguntino factus Archiepiscopus obiit *an.* 970.

Eckbertus frater Arnulphi Comitis Hollandiæ & Virginis Herlindæ, obiit *an.* 989. Sequentes fuere simul Electores Imperii.

Ludolphus Saxo præfuit *an.* 10. primusque fuit Elector Imperii. 9. Sequuntur nunc Archiepiscopi qui simul fuerunt Electores Imperii.

Adelbero an. 1003. invasit dignitatem, cum ab *Imp. Henrico IV.* esset designatus *Megingandus* Præpositus Moguntinus, qui obiit Confluentibus *an.* 12. sui muneris.

Poppo electus *an.* 1025. filius fuit *Ludolphi Austriaci*, profectus est in Palæstinam: templum Simeoni exstruxit, sedit *annos* 41. *menses* 5. defunctus *an.* 1037.

Eberhardus filius Comitis Palatini Rheni. Hujus rogatu venit ex Italia Treviros *Leo IX.* sedit *an.* 20. defunctus est *an.* 1067. pridie Paschatis.

Cono vel *Conradus an.* 1066. interemptus est.

Udo Suevus defunctus *an.* 1077. Huic â quibusdam subjungitur Ado, qui controversiam inter *Henricum IV. Imp.* & *Rudolphum* studuit componere autoritate *Gregorii* Papæ.

Figilbertus Bavarus elect. *anno* 1079. sedit *an.* 22. obiit *an.* 1101.

Bruno Francus sub Paschali II. defunctus est *an.* 123.

Godofridus causatus dissolutam vitam resignavit.

Meginherus misere & indigne confossus *an.* 1130.

Adelbertus elect. *an.* 1132. familiaris fuit *S. Bernardo* Eugenium ex Italia cum 18. Cardinalibus secum Treviros eduxit, obiit *an. Christi* 1152. Præsulatus sui 19.

10. Arx Ehrenbreitstein. exstruitur. *Hellinus* Trevirorum electus *anno* 1152. arcem Ehrenbreitstein exstruxit, turrim operibus firmavit, ac ne aqua deficeret, altissima rupe usque ad fluminis profunditatem excisa cavataque, puteos exstruxit; Successores verò ejus tot munitionibus sepserunt, ut inter præcipua Germaniæ fortalitia nunc numeretur. Præfectus in eo non Electori tantum, sed & Imperio fidei juramentum præstare tenetur tradit *Jacob Wilhelm Imhoff. in notit. Proc. Germ. lib. C.* 3. *n.* 6. Sedit Hellinus *an.* 18. obiit *an.* 1170.

Arnoldus electus promotusque à Friderico I. sedit *an.* 18. mortuus est *an.* 1188.

Joannes Imp. Henrici IV. Cancellarius Competitoribus suis à Pontifice prælatus, gubernavit Ecclesiam *an.* 23. obiit *an.* 1213.

Theodoricus Comes de Weda, sedit *annos* 30. defunctus *anno* 1242. Hic ædificavit & munivit Kellenbergium & Castellum in monte *Thabor* exstruxit.

Arnoldus Comes Isenburgius contra Rudolphum electus *an.* 1243. pallium obtinuit ab Innocentio Papa. Hic Trevirensem urbem munivit, muros patenti Oppido Confluentiarum circumduxit, Basilicam Maximini reparavit. Palatiolum castrum firmavit. Obiit *anno Christi* 1269. regiminis sui *an.* 21.

Henricus II. ab Urbano 10. factus Archiepiscopus ornavit ditionem structuris, defunctus est Bonnæ *an.* 1286. cum præfuisset *an.* 26.

Boemundus de Wansberg *an.* 1288. à Nicolao 17. consecratus est. Noviomagum exstruxit, illatus est Monasterio Heimerloit. *an.* 1299.

11. Pons Confluentius exstruitur. *Dietherus* Adolphi Nassovii Roman. reg. frat. obiit *an.* 1306.

Balduinus Comes Lutzenburgicus *Henrici VIII. Imp.* frater magni animi & judicii vir. Diœcesin multis modis ornavit. Pontem Confluentium exstruxit. Sedit *an.* 46. vixit *an.* 68. obiit *an.* 1354.

Boemundus II. Sarrapontanus. Hic cum esset debilior, substituit sibi vivo Cononem, obiit *an.* 1362.

Cono de Falkenstein. Hic Bopardiam & Vesaliam Superiorem Trevirensi ditioni acquisivit, obiit *an.* 1388.

Wernerus à Königstein Cononis Nepos, Sed. *an.* 30. sepultus est apud avunculum *an.* 1418.

Otto Comes à Zegenheim sedit *an.* 2.

Rabanus ab Helmenstad Episcop. Spirensis sedit *an.* 9. obiit *an.* 1432.

Jacobus Baro à Sirck sedit *an.* 8. obiit *an.* 1436.

Joannes Marchio Badensis electus *an.* 1449. vixit usque ad annum *Chr.* 1505. sedit *an.* 53. mortuus est in Castro Ehrenbreitstein.

Jacobus II. Marchio Badensis Discipulus Philippi Beroaldi, sedit *an.* 8. defunctus est Coloniæ *an. Chr.* 1511.

Richardus Greiffenklau/ sub quo Maximilianus Imp. Treviri Comitia Imperii celebravit *an.* 1512. interfuit coronationi Ferdinandi *an.* 1525. sedit *an.* 20.

Joannes à Metzenhausen præfuit Ecclesiæ *an.* 9. in Conventu Imperii Haganoæ cui præfuit Ferdinandus Rex ex immani æstu in morbum incidit, delatusque in arcem Dachstein extinct. est 22. *Julii* 1540. *ætat.* 48

Joannes Ludovicus ab Hagen sedit *an.* 7. vixit *an.* 53. obiit *an.* 1547.

Joannes IV. Isenburgicus elect. *an.* 1547. interfuit Concilio Tridentino *an.* 1552. unde Alberti Marchionis Brandenb. qui in tractu Rhenano ditiones Episcoporum infestabat, injuriis revocatus, haud diu superfuit: obiit in Castro Montaburensi 4. inaugurationis *anno.*

Joannes V. anno 1556. ex Archidiacono in Archiepiscopum electus Pacis & literarum studia impense coluit, interfuit electioni *Maximiliani II.* Scholam Treviris aperuit.

Jacobus III. ab Els Trevir electus *an.* 1567. Hic à Civitate cum dissentiret *anno* 1568. eam obsedit, sed procerum Vicinorum & Cameræ Imperialis intercessione effectum est, ut positis armis studia sectari sint.

Joannes Schauvvenbergius sive Schonenbergius obiit *an.* 1598.

Lotharius de Metternich an. 1559. electus & *an.* 1623. 7. *Septemb.* humanis eximitur, cui 18. abhinc die sufficitur.

Philippus Christophorus à Sötern, qui maximas inter turbas & longam captivitatem, quæ ad *diem* 17. *Febr.* 1652. duravit, tandem successorem meruit

Carolum Casparum von der Leyn/ hic 7. *Jan. an.* 1672. in Coadjutorem assentientibus Metropolitani Cleri suffragiis adscivit *Joannem Hugonem* ex illustri Orsbekiorum familia progenitum. Humanis verò extincto *Carolo Casparo an.* 1676. 1. *Jun.* successit Coadjutor

Joannes Hugo modernus Eminentissimus Elector & Archiepiscopus S. R. I. per Galliam & Regnum Arelatense Archi-Cancellarius, Episcopus Spirensis &c. Archipræsul sane perspicacis ingenii & raræ eruditionis, ideoque præ aliis dignus visus, ut munus ei Judicis Cameræ Imperialis committeretur, cui Deus quietum regimen, perennemque felicitatem!

Competit Electori Trevirensi primum in electione Imperatoris suffragium ex decreto *A. B.* atque ratione Ordinis præcedit Coloniensem: tum quia Gallia ante Italiam, cujus ArchiCancellariatum gerit Coloniensis, Imperio Germanico accessit, ut eo nomine dignior coeperit haberi: Tum etiam 12. Elector Trevirensis primum in electione Imp. habet suffra.

gium, & qualem in Comitiis occupet locum? etiam quia Trevirensis Ecclesia major natu, vel antiquior Coloniensi est, quippe ab ipso D. Petro Apostolorum Principe fundata, per *S. Eucharium* alii *S. Martialem*, unum ex 72. discipulis, unde & *Secunda Roma* appellatur, ipseque Archiepiscopus *hæres Petri Limn. l. P. Lib.* 3. *C.* 5. *n.* 8. *& seqq.* ubi alia plura de Electione Trevirensi tradit. *add. Arumæ. in discurs. de Comitiis Imperii C.* 7. *n.* 58. *& seqq.* Vigore allegatæ *A. B.* huic Electori quoque concessum est, ut sedeat ex opposito, & lineari directione versus Imperatoris faciem, atque in directa diametrali Linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illis solum intermediis, qui Imperialia vel Regalia deportant instrumenta, si ea Imperatori præferuntur, immediate Imperatorem præcedat, ut nemo penitus sit intermedius inter ipsos.

13. Quo sensu dicatur Archi-Cancellarius per Galliam & Regnum Arelatense. Ornatur proinde Elector hic Archi-Cancellarii titulo per Galliam & Regnum Arelatense *Arumn. d. Com. Imp. C.* 5. *n.* 133. hoc est, ut explicat *Marquard Freher. ad Pet. ab Andlo Lib.* 2. *C.* 1. *p.* 164. per eam Galliæ partem, quæ Regno Arelatensi continetur, olim Imperium Romanum recognoscens; per reliquam enim Galliam, quid Cancellario opus magis subnectit *idem*, quam per Hispaniam aut Africam. Verum hæc explicatio *Lim. d. l.* 3. *c.* 5. *n.* 3. dura nimis videtur, nec verbis itidem satis apta, & conveniens comparet. Ad quid enim, & cui usui verba per Galliam generalia? quorsum copula connexiva Et? scil. ut constaret, Trevirensem non solum per reliquam Galliam, verum etiam per Regnum Arelatense, & vice versa constitutum Cancellarium. Pertinuit enim olim Gallia tota ad Imperii corpus, *vid. supra verbo* abgehende und außgezogene Stände/ *ad fin.* à quo tamen postea secessit, unde *Gunther in Ligurino lib.* 1.

At simul à nostro secessit Gallia Regno.
Nos priscum Regni morem servamus, at illa
Jure suo gaudet, nostræ jam nescia Legis.

14. Arelatense Regnum olim quot & quales habuerit provincias? Hujus ergò juris antiqui respectu potius, quam moderni Status ratione, ubi nec Gallia nec Arelatense Regnum (quod 7. complectebatur provincias, ut 1. *Delphinatum*, 2. *Tractum Sequanorum*, 3. *Comitatum Burgundiæ*, 4. *aliquot Helvetiæ ditiones*, 5. *Lotharingiam*, 6. *Sabaudiam*, 7. *Massiliæ Territorium*) quicquam nostro defert Imperio, Cancellarius meritò dicitur, æque ut alii veterum dignitatum retinent emblemata, re licet mutata, ut plurimum *Lim. d. L. n.* 4.

15. Abbatia Prumiensis à quo fundata. Parent Eminentissimo Electori Abbatia Prumiensis in Sylva Ardenna à Pipino Berthæ rogatu fundata à Carolo M. absoluta & à *Lothario*, qui Imperio abdicato vitæ, reliquum spatium inibi transegit, nobilitata inter Imperii Ordines locum semper habuit, & Circulo Rhenano Superiori adscripta fuit, nunc verò Archiepiscopum perpetuum administratorem agnoscit ab eo tempore, quo Christophoro Manderscheidio ultimo Abbatum *anno* 1576. extincto Jacobus Archiepiscopus ejus administrationem suscepit, ac ad successores jure perpetuo transmisit, unde hodieque Trevirenses Antistites in Principum Senatu sessionem & suffragium habent.

Ad Ditiones Electoris ulterius pertinent, præter Augustam Trevirorum, *Saraburgum* ad Saravum, Saarstrom/ *Vitelliacum* Witlich/ ubi nonnunquam Sedem Electores habere solent, quam hactenus alio transferre propter Calamitates bellicas coacti sunt, vel *Confluentiam* vel Castrum *Ehrenberti*. Sita est Confluentia Coblentz ad Rheni Mosellæque confluentes operibus valida, quam durante priori bello frustra obsidione tentavit Gallicus Generalis *Boufflеur*. Bibliotheca ibi asservatur egregia. E regione hujus Urbis situm est Castrum natura & opera validissimum *Ehrenberti*, Ehrenbreitstein/ in dextra Rheni ripa, per quod prænavigantes in officio continere Elector potest, ut & Confluentiam defendere. Famoso illo & calamitoso tricennali bello Archi-Præsul *Philippus Christophorus* Ludovico XIII. Gallorum Regi illud dederat, qui pro studio hoc partium Gallicarum Viennam in Carcerem abducebarur, adeò ut nec ratio ejus in eligendo Cæsare *Ferdinando III. an.* 1636. fuerit habita. 16. Primaria Electoratus Trevirensis loca. 17. Ob Gallis factam deditionem Castri Ehrenbreitstein Elector captivus ducitur Viennam.

Porrò pertinent ad Electorem *Castellum Tabernarum*, Bern Castel: Mons Regius Montroyal/ ubi Rex Galliæ priori bello Castellum muniverat, quod firmissimis accenseri poterat; sed pace reddita ipse rursus evertit: *Cochemium* Cochem/ Monasterium Mayenfeldiæ, Munster im Mayenfeld. Ad Rhenum habet *Boppartum* Boppart/ & *Vesaliam* Superiorem Oberwesel. Cis Rhenum est præfectura Montis Taboris die Montabour. Advocatiam *Creuvensem* ex fundo Imperiali vectigalibus amplam ab Ægidio Daunensi Domino cum agris & Decimis *Ponderchi Vrcellique* titulo emptionis accepit; *Dalheimium Kilpalatium Welschbillichium* à Spilbergiis mille æris libris acquisivit, oppidum vero *S. Wendelini* 2000. libris æris emit à Joanne Saræpontis Domino. Archiepiscopus Cuno à Cunone & Gerlaco fratribus Winnebergiis arcis Bilsteiniæ dimidiam cum semisse totius dominii *anno* 1365. emit. *Boemundus* Clientes Ecclesiæ Trevirensis subfecit familias Illustres *Nassovias, Manderscheidias, Dunanas, Isenburgicas, Blanckenheimias & Sylvestres.* Maximas Archiepiscopatus accessiones habuit donatione Cæsarum, quam *Maximilianus I. Imp.* in Comitiis *an.* 1495. habitis *Joanni* Archiepiscopo publica confirmatione stabilivit, nempe Comitatus *Dietzii, Salmis, Schönenbergii & Schoneci, Eiffliæ*, dominia *Castelburgum, Hammersteinium, Hoensteinium*que, cum advocatione *Kempenichium, Wartensteinium, Schonecum Cynonoti, Russenburgum, Haselbachium, Elzium, Curiam Thunmaam* aliaque. 18. Quæ accessiones huic Electoratui hinc inde obvenerint.

Inter præcipuos reditus Electoris Trevirensis Vectigalia ad Rhenum, maxime ve- 19. Inter præcipuos

Electoris reditus sunt vectigalia in Mosella & Rheno. ro ad Mosellam fluv. numerari merentur. Archiepiscopatui huic Vicinus ab occidente Ducatus est Luxenburgicus, â Septentrione Archiepiscopatum habet Coloniensem, â meridie Lotharingiam & Ducatum Bipontinum, ab Oriente Hassiam & Ringoviam, ex quo liquet Electores præcipuos sic vicinos sibi esse, ut alter alteri ratione mutuæ securitatis plurimum adjumenti conferre possit. Elector Trevirensis dicitur fluminis Mosellæ Dominus, quod ditiones ejus interfluit, Vinum exinde dicitur Mosellanum ob generositatem & sanitatem toto orbe Europæo celebratum, de quo & Rhenano noti sunt rythmi.

Vinum Mosellanum fuit omni tempore sanum
Vinum Rhenense decus est, & gloria mensæ.

Elector Trevirensis hoc privilegium habere dicitur, quod omnia Imperii feuda in ipsius Archiepiscopatu aperta ad ipsum devolvantur, *Besold. in thes. pr. voc.* Reichs-Lehen/ 2c. sed dubitat *Sprenger. in Luc. Mod. Stat. Imp. p.* 103. num illud unquam in usum venerit. De aliis ejusdem privilegiis *vid. Limn. L.* 3. *C.* 5. *n.* 21. Comprehenditur sub Circulo Rhenano Inferiore ac suffraganeos habet, Mettensem, Tullensem ac Verodunensem Episcopos. Officiales 10.
hereditarii hujus Archiepiscopatus sunt Archiepiscopatus Trevirensis officiales hereditarii. Mareschalli *Nobiles Domini ab Eltz*, Dapiferi *Barones* von der Leyen. Camerarii *Domini â Kesselstad*, olim Barones â Sötern, Pincernæ *Schenckii s. Pincernæ de Smidberg*. De hujus Ecclesiæ Trevirensis benefactoribus & variis accessionibus *vid. Massen. Epit. Annal. Trevirens. lib. II. p.* 308. & *Imhoff. de notit. procer. Germ. lib.* 2. *C.* 3. *n.* 6. 7. 8.

Trient.

SUMMARIA.

1. *Episcopus Tridentinus ab Austriacis exemptus.*
2. *Ejus initia.*
3. *Hujus in priori & Moderno seculo Episcopi.*
4. *Modernus Episcopus Tridentinus quis?*
5. *Ob quod celebratur urbs Tridentina.*

1, Episcopus Tridentinus ab Austriacis exemptus. OLim Comites Tyrolenses una cum Duce Mantuano erant Vasalli hujus Episcopi, sed hodie Augusta Domus Austriaca hunc Episcopum extrahit *Limn. Enucleat. Lib.* 2. *C.* 18. *pag.* 279. *Londorp. Actor. publicor. cont. tom.* 5. *lib.* 1. *pag.* 642.
2. Ejus initia. Hujus Ecclesiæ initia in primum Christi Seculum, quintum nempe & quadragesimum ab ejus ascensione annum refert *Comes Brandis in comment. Germ. de Tyrol. part.* 2. *p.* 1. & *seqq.* ac memorat ea tempestate *Hermagoram* S. Marci Evangelistæ discipulum & Episcopum Aquileiensem, primam hisce in oris ædem vero Deo sacram condidisse, eique *Jovinum* præfecisse.

3. Hujus in priori & moderno seculo Episcopi. Primus, qui huic Ecclesiæ in priori Seculo præfuit Episcopus, fuit *Ludovicus I. B. Madrucius* S. R. E. Cardinalis, qui in locum patrui sui Christophori Madrucii Similiter Cardinalis & Episcopi Tridentini electus fuerat, eo autem ipso anno seculari 1600. 20. *April.* Romæ mortuo successit ei fratris sui *Joannis Friderici* filius *Carolus Gaudentius*, qui æque ac patruus propatruusque purpura decoratus fuit. Hunc *anno* 1629. 16. *Aug.* humanis exemptum excepit Nepos ex fratre Renato Emanuele *Carolus Emanuel Madrucius.* Hoc autem *an.* 1659. vita functo, Episcopatus cessit *Sigismundo Francisco* ArchiDuci Austriæ, & post hujus abdicationem *an.* 1665. *Ernesto Adelberto* Comiti ab Harrach. R. Ecclesiæ Cardinali, & Archiepiscopo Pragensi. Huic, elapso vix biennio anno scil. 1667. 16. *Octob.* vitam cum morte commutanti suffectus est *Sigismundus Alphonsus* Comes â Thun, quem *anno* 1677. *Franciscus* S. R. Eques de Albertis excepit. Huic 4.
demum vitam finienti, successit modernus Modernus Episcopus Tridentinus quis? Reverendissimus Præsul *Joannes Victor*, S. R. I. Princeps Episcopus Tridentinus ex illustri quoque familia Dominorum de Albertis *anno* 1689. electus. Quo modo autem successu temporis munificentia Imperatorum & Principum creverit hic Episcopatus, videri potest *Jacob Wilhelm Imhoff. in Notit. Procer. Germ. lib.* 3. *C.* 15. *n.* 4. Celebratur hujus Diœcesis Metropolis 5.
Tridentum, Italis *Trento*, ob *anno* 1545. Ob quod celebretur Urbs Tridentina. ibi inchoatum & *anno* 1563. ibidem finitum *Concilium Tridentinum.* Incolæ in quotidiano sermone & Germanica & Italica utuntur lingua.

Trompeter.

QUid circa Tibicines & similes fistulatores in R. I. constitutum, *vid. Tom. I. har. Constitut.* verbo Pfeiffer/ *fol.* 747. & *Verbo* Trompeter/ *fol.* 950. & quod Tibicinum filii, si alias honestorum natalium vitaque probi sint, â cœterorum opificum consortiis & tribubus excludi non debeant, *vid. supra verb.* Handwerck/ *fol.* 877. *n.* 14.

Truck / Truckerey.

SUMMARIA.

1. *Quid in R. I. Typographis prohibitum.*
2. *De Inventione Typographiæ.*
3. *Hæc ars Typographica multitudine librorum in abusum trahitur.*
4. *Cur apud Turcas non toleretur.*

1. Quid in R. I. Typographis prohibitum. IN *R. I. de Anno* 1524. §. 28. *R. I. anno* 1529. §. 9. *R. I.* 1530. §. 58. *R. I.* 1541. §. 40. *R. I.* 1567. *& 61. & seqq. R. I. anno* 1570. §. 154. *R. I. anno* 1577. *tit.* 35. §. 1. *& seqq.* Typographis omnibus prohibetur, ne carmina famosa, libellos, imagines, seditiosa scripta, vel etiam picturas divulgent, præsertim in dehonestamentum Pontificis & Cleri. Inventa autem est Typographia, uti communiter tradunt circa

2. De inventione typographiæ. *annum Christi* 1440. 2. *Januarii* â *Joanne Guttenbergio* Moguntino Germano, quamvis alii aliis gentibus hunc honorem tribuere conentur, ut Jovius *Chinensibus*, Pomponius Lætus, *Italis*, Hadrianus Junius Civi cuidam Harlemensi, Joannes Rhau *Batavis*. Germanis tamen hanc inventionem egregie vindicat *Caspar Klock, de ærar. Lib.* 1. *C.* 19. *n.* 29. *& seqq.* ubi contrarias diluit sententias.

Ars Typographica â Divina providentia parturienti novam polituram ingeniorum Europæ donata, ut quod Scriptura paucis potuerat, eadem plurimis proderet, quippe omnibus calamis scripturæ celerior ac nitidior. Quam certissimam prærogativam ejus quoque primi Inventores in Libris ab se impressis attigere: Quemadmodum in Officiis Ciceronis aliisve libris Joannis Fausti Moguntini videre est. *Præsens Marci Tullii clarissimum opus Joannes Faust Moguntinus Civis non atramento plumali Canna, neque area, sed arte quadam perpulchra Petri manu pueri mei effeci.* Fatendum tamen est, optimam artem per tot inu-

3. Hæc ars typographica multitudine librorum in abusum trahitur. tiles libros, quibus lucem ministrare cogitur, abusus suos maximos passam: Nec sine causa Pius Senex Comenius ante aliquot annos ominatus fuit: *Nisi vagum istud semperque adhuc incrementa capiens Librorum diluvium aliquando sistatur, futurum brevi, ut homines aut nihil legant, aut nihil credant.* Tr. Un. Necess. *cap.* 6. §. 8. Cur in

4. Cur apud Turcas non toleretur. Imperio Turcico non feratur notum est, id fieri, ne quid Statui publico decedat, qui veluti cœca subditorum obedientia nititur, ita periclitaturus esset, si homines lectione librorum se ab ignorantia liberarent. Et Hebraicum quidem typographeum præterito seculo Constantinopoli permissum fuit, sed ob minus periculum ab istiusmodi libris imminens: E contrario cum *Anno* 1638. Typi ê Belgio eò missi essent, hos simul cum typographo in Pontum Euxinum projici oportuit. Plura de Typographia *vid. apud Bornitium. de rer. suff. fol.* 164. *&c. Serrar. in Mogunt. lib.* 1. *C.* 37. *&c. Majol. tom.* 1. *Colloq. ult. fol.* 423. Herzog *in Chron. Alsatiæ lib.* 2. *C.* 64. *fol.* 127. *Meteran.* in der Niederländischen Historie *lib.* 4. *fol. m.* 218. *Besold. de art. belli fol.* 160. *discurs. singul.*

Trunckenheit.

VIde infra verbo Zutrincken.

Tuch / Wollentuch.

QUid circa pannum & Lanam in *Rec. Imp.* dispositum, videri omnino potest *Tom.* 1. *har. Constit. hoc verbo fol.* 954. *& seqq.*

Tull / Metz / Verdun.

QUod hæ 3. Civitates olim Imperiales fuerint, constat ex variis Imperii Matriculis apud *Limn. de I. P. tom.* 3. *lib.* 4. *C.* 7. *fol.* 163. *& tom.* 4. *lib.* 4. *C.* 7. *fol.* 569. Verum has Civitates Galliarum Rex sub specie & jure protectionis ab Imperio avulsit, & sibi subjecit, vulnere satis recente. *Thuan. histor.* 9. *Victor de caus. exempt. concl.* 2. Sed an juste Henricus II. Galliarum Rex Metim, Tullum, Verodunum occuparit, & an juste easdem Galli huc usque detinuerint *vid. Limn. d. loc. tom.* 4. *lib.* 7. *C.* 32. Quicquid autem sit, lis hæc per Pacificationem Monasteriensem Westphalorum *anno* 1648. inter Imperium Romanum & Regnum Galliæ §. Primo ad Supremum ita composita & decisa est: Supremum Dominium, jura Superioritatis, aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Tullensem & Verodunensem, urbesque cognomines, eorundem Episcopatuum districtus, & nominatim Moyenvicum eo modo, quo hactenus ad Romanum spectabant Imperium, imposterum ad Coronam Galliæ spectare, eique incorporari debent, in perpetuum, irrevocabiliter, reservato tamen jure Metropolitano ad Archi-Episcopum Trevirensem pertinente.

Türck / Türckensteuer.

SUMMARIA.

1. *Turcarum origo, remissivè.*
2. *Turcarum initia & progressus.*
3. *Constantinopolis oxpugnatur.*
4. *Turcarum Regna & Provinciæ.*

5. *Imperii Turcici conditor, & ejus successores.*
6. *Turcarum Princeps, quando Imperator dici cœpit.*
7. *Quare à strangulatione fratrum Imperium auspicentur.*
8. *Quare nullas habeant uxores?*
9. *Imperium Turcicum est absolutissimum.*
10. *Turcarum potentia.*
11. *Eorum Disciplina militaris & Collegia bellica.*
12. *Justum adversus Turcas suscipitur bellum, ad quod omnes & Clerici contribuere tenentur.*
13. *Pœna collectas Turcicas non solventis.*
14. *Bella Christianorum cum Turcis cur infelicia.*
15. *Turcæ varias Religiones, primariò tamen Christianam & Judaicam penes se tolerant, & quare?*
16. *De judicio Turcarum forensi.*
17. *Fœdera cum Turcis & aliis Ethnicis non sunt facienda. Vide suprà verbo* Bündnüß.

DE Turcis jam supra verbo abgehende und ausgezogene Stand/ *fol.* 101. & 102. quædam notavi, ubi de eorum feritate & cœca obedientia, illorum occupationibus in bellis, eorum origine & Coronatione, eorum Sultani, de modo admittendi
1. Turcarum origo remissive. Exterorum Legatos ad audientiam, de eorum doctrina Mahumetana &c. *vid. quoque verbo* Käyser *fol.* 1073. *n.* 16. potissimum verò de Collectis in bellum Turcicum *vid. Tom. I. har. Constit. hoc verbo fol.* 958. *& mult. seqq.* Turcarum, qui etiam *Jyrcæ* & *Jurchi* olim dicebantur, mentio est antiquissima; *Herodotus enim Lib.* 4. *p.* 262. jam tum in Recensione Scythicarum Nationum, *Jyrcas* Thyssagetis contiguam gentem esse scribit.

2. Turcarum initia & progressus. Hujus Gentis initia & progressus Historici talem faciunt: *Ottomannus* seu *Othmanes Gasi* cum agriculturam aliquamdiu in partibus Asiæ Minoris ab Aladino Sultano concessis exercuisset, Vicinos in Phrygia Majori, Bithynia, Mysia vicos & Castella Christianorum aggressus fuit, & nihil minus, quam invasionem hostilem metuentes subjugavit; Successumque hunc *Aladinus* jure & dignitate Principis ipsi collata coronavit. Post Urbem Nicæam & deinde Prusam expugnavit, copiasque auxiliares Nicæam defensum Constantinopoli venientes fudit. *Urchanes* deinde vicinas Nicææ urbes in Troade sitas adjecit. Hujusque filius *Solimannus* primo Hellespontum transfretavit, & Castellum Zemenick, deinde Callipolin occupavit. Porrò *Amurathes* Successor Urchanis Adrianopolim, Philippopolin aliasque Thraciæ urbes sui juris fecit. Post eum *Bajazetes I.* Serviæ & Bosniæ tractus late populatus, *Sigismundo* Hungariæ Regi cladem Nicopolitanam intulit, ipsam Constantinopolin obsedit, in qua jus vici habendi extorsit Imperatori, ab ulteriori progressu tamen prohibitus bello cum Tamerlano suscepto. Cœterum Imperium Constantinopolitanum exiguis conclusit finibus, de quo *Laonicus Chalcocondylas*, animadverti, inquit, Græcos & Regnum eorum primo sub Thracibus extitisse. Postea reliquo regno à Barbaris exutos parvum quoddam Regnum gubernasse, videlicet Byzantium Byzantiique maritimam regionem inferiorem Heracleam usque, præterea Peloponnesum totam extra 3. vel 4. urbes Venetorum: ad hæc Lemnum & Imbrum & Insulas ibidem in Mari Ægæo sitas, unde & Imperatores Græci à Turcis per contemptum *Teggiures* h. e. Præfecti Urbis seu exiguæ ditionis Domini vocati sunt. *Leunclav. Pand. n.* 56.

Ex post sub Mahomete II. evaserunt potentissimi, quippe qui duo Imperia *Constantinopolitanum* & *Trapezuntinum* 12. Regna & 200. urbes magnas expugnavit. 3. Constantinopolis expugnatur.
Constantinopolis capta *an.* 1452. *die* 29. *Maji*, quæ feria 2. Pentecostes erat, Latinis non obscure annotantibus Constantinopolitanos in solenni festo Spiritus S. expugnatos, quod plus quam duodecies à fide in Spiritum S. recessissent, eumque verum Deum â Patre filioque procedentem negassent. *vid. Chron. Turcicum tit. II. pag.* 84. *Christoph. Richer. in Narrat. Reusner. p. I. Trapezuntinum* verò Imperium expugnavit capto & occiso Davide Comneno Augusto, Græciam subjugavit, & Athenas delevit, cum â Crojana obsidione Scanderbegi armis repelleretur. *Lesbum*, quam Catalusiorum gens â Genuensibus non integros 100. annos tenuerat, circa *annum* 1461. occupavit. *Bosnia*, *Rascia* & *Servia* adjecta *an.* 1464. Inde *Peloponesus*, quam potissimum discordia fratrum Palæologorum *Demetrii & Thomæ* pessumdedit. *Negroponte anno* 1470. jugum subiit. *Bajazetes* successor ejus reliquias Venetorum Peloponeso exegit. *Selymus I.* Syriam, Arabiam, Ægyptum &c. *Solimannus an.* 1522. Rhodum, inde Hungariæ partes, *an.* 1566. Chium, *Selimus II.* Cyprum adjecit.

Habent præterea Turcæ in Asia *Tauricam*, titulo tamen Provinciæ tributariæ, habent & *Arabiam*, *Natoliam* seu *Asiam minorem* cum Provinciis & urbibus istic pertinentibus: Deinde *Syriam*, *Mesopotamiam*, *Babyloniam*, *Chersonesum* item cum partibus *Arabiæ*, *Deserta*, *Petræa*, *Felici*. In Africa omnes ejus partes littorales ad Mare Mediterraneum positas, usque ad Regnum Fessæ & Marocci, ut pote *Ægyptum*, *Marmaricam* seu *Barcham*, Regnum *Tripolitanum*, *Tunetanum*, Tractum *Algeriensem* Regnum Tremisenum. In Europa, *Thraciam*, *Macedoniam*, *Græciam*, *Albaniam*, *Bosniam*, *Serviam*, partem *Rasciæ*, *Bulgariam* & *Provinciarum* tributariarum nomine *Wallachiam* & *Moldaviam*. Jurisdictionem maritimam exercet in *Archipelagum* Maris Mediterranei, seu ut â Romanis vocabatur provinciam insularum; in quibus *Tunedum*, *Lemnum*, *Metellino*, *Scio*, *Negroponte*, *Lango* & *Rho*- 4. Turcarum Regna & Provinciæ.

Rhodum munitas tenet, præterea in Insulas Cyprum & Candiam &c. Ingentes autem hos tractus Provinciarum in modum regit Turca, distributi primum inter Beglerbegos, quos & Bassas sœpe vocant, possentque Ducibus aliorum regnorum comparari, deinde Sangiacos quos Comitibus assimilant. Pleniorem Turcici Imperii Provinciarum descriptionem qui desiderat, legat Joan. Gerhard. Arnoldi Tabulas Geographicas tab. 27. & tab. 30.

5. Imperii Turcici conditor, & ejus successores.

Hoc autem Imperium Turcicum condidit Osmanes seu Othmanes Ertuculis filius circa an. 1290. Hunc secutus est Orchanes Tertius fuit Amurathes I. cui cum Parente & Avo cognomen Garsi h. e. fortis militis datum. 4. fuit Bajazethes I. â Turcis Gildrin dictus, h. e. Fulmen, ob celeritatem, v. Leunclav. Pand. II. Bello alias adversus Tamerlanem famosus, â quo tamen captus, & non ita diu in captivitate mortuus est. 5. Post interregnum Emir Solim. Emir h. e. Princeps, quod nomen ne hodie dedignantur Turcæ, quem frater Musa Zelebis imperio ac vita privavit. 6. Imperii hujus Princeps fuit Mahometes prædecessoris frater tertius, & eodem modo habitus. 7. Amurathes II. sive Murat Chan cujus initiis Pseudo-Mustapha seu Mustapha Dume molestiam aliquam facessivit. 8. Mahometes II. Hic Imperii titulum videtur primus meruisse ab occupata Constantinopoli, Græcorum Imperatorum Imperiali Sede, quam statim quoque Sedis loco elegit, cum Antecessores ejus eam Prusiæ Civitate Bithyniæ & post Adrianopoli habuissent. 9. Bajazethes II. 10. Selimus. 11. Solimannus II. Quorum vitam ac res gestas prolixe descripsit Histor. Muselman. â Leunclav. 12. Selimus II. 13. Amurathes III. Qui creditur Judæi filius fuisse. Besold de Turc. Imp. §. 11. 14. Mahometes III. 15. Achmetes I. 16. Othmanes II. â Genizaris an. 1622. strangulatus. 17. Mustapha Othmanis Patruus, Achmedis frater, qui ante hac more Domus Ottomanicæ in unico Universorum herede stirpem suam & imperium integrum conservare volentis ad mortem sœpe destinatus semper illæsus evaserat, sive præstigiis â Matre sua, ut ferebatur, subministratis, sive alia aliqua ope Turcis in religionem venit, ut fato ad Imperii firmamentum venire crediderint, & vita privari piaculum reputaverint: Qua opinione etiam conservarunt, cum sequenti anno eum iterum deponerent, & 18. Amurathem IV. Othmannis fratrem tunc adolescentem 14. annorum Imperatorem eligerent. 19. Ibrahim itidem â Janizaris strangulatus. 20. Mahometes IV. hic anno 1683. Hungariam inundans, cum 200000. armatorum millibus Duce M. Vizirio Cara Mustapha Viennam Austriæ, sed irrito conatu cinxit obsidione, qui ob non captam Viennam, & postea ob amissam fore integram Hungariam incarceratus, in quo mœrore contabuit; hunc secutus est 21. Mustapha, qui Pacem ad 25. annos cum Sacratissimo nostro Imp. Leopoldo anno 1699. 26. Januarii fecit, & in testimonium veræ amicitiæ & bonæ vicinitatis hinc inde sumptuosissimæ legationes missæ sunt. vid. Append. Tomi I. har. Constitut. ad finem. Hic Sultanus tamen, nescio quibus ex causis, dicitur priori anno iterum fuisse depositus, ejusque in locum fratrem ejus. 22. Achmetem II. qui huc usque incarceratus fuerat, suffectum esse, Novellæ perhibent.

6. Turcarum Princeps, quando Imperator dici cœperit?

7. Quare â strangulatione fratrum Imperium auspicentur.

Cur autem hi Barbari Imperatores plerumque â strangulatione fratrum Imperium auspicentur, ratio est, quia nec Imperii æmulos ferunt, nec per Milites Prætorianos omnino ferre possunt, quia si quis forte fratrum sit, præter eum qui regnat, superstes, congiariorum petendorum nullum finem faciunt. Si recusantur, statim audis: Salvus frater sit, fratrem Deus nobis servet: Quo verbo designari illum Imperio non est obscurum, adeò, ut fratrum sanguine manus polluere, & â parricidio Regnum auspicari Turcis Imperatoribus sit necesse. Busbeq. Epist. I. Nec filiorum adultorum Imperatoris quisquam ideò vivo Patre intra Constantinopolis mœnia pedem infert; Hoc enim ad solicitandos Militum Prætorianorum animos & Imperii mutationem pertinere censent, observante eodem Busbeq. Epist. II.

8. Quare nullas habeant uxores?

JuxtaOttomanorum consuetudinem Imperatores Turcici nullas habent conjuges, sed unice Concubinas, cujus rei rationem Busbequius â Bajazete Gilderun derivat. Epist. I. p. 37. Ille enim, cum prælio victus in Tamerlanis potestatem una cum Uxore venisset, multa quidem intoleranda tulit: sed nihil visum est indignius, quam ludibria & contumeliæ, quibus in ejus oculis uxor afficiebatur. Cujus rei memoria Imperatores, qui Bajazeti in Imperio successerunt, ad hunc usque diem omnes â ducendis uxoribus abstinuerunt, ut quicunque casus incidisset, similem fortunam ne paterentur, tantumque liberos ex servilis conditionis mulieribus, in quas minus injuriæ cadere, quam in uxores legitimas videbatur, susceperunt. Autor Descrip. Stat. Turc. lib. 2. C. 21. addit, id fieri, ut sumptibus parcatur, qui non minores futuri essent pro Conjuge Imperatoria, quam esse solent pro Valedia h. e. Matre Imperatoris, summamque 4. vel 500. Coronatorum fere efficiunt. Posset etiam ratio ex veteri Orientalium Principum opinione peti, qui nullam fœminam sanguine sibi parem, adeòque conjugio suo dignam crediderunt, unde & Prisci Persiæ ac Ægypti Reges Sorores suas duxerunt, ne si alii nuberent sanguinem regium in inferiorem sortem conjicerent.

9. Imperium Turcicum est absolutissimum.

Nusquam in toto terrarum orbe æque absoluta ac plena Principum potestas atque in Regno Turcico: in quo ab Imperatoris nutu & voluntate omnium vita, dignitas & bona pendent. Etenim nullos Imperium illud Magnates habet, nullos Nobiles præter Prætorianos Janizaros, qui vulgo Domini

mini filii vocantur, quorum præsidio omnes citra prærogativam aut excusationem arcto indefiniti obsequii vinculo sibi obstringit. Cœteri Satrapæ *Timariotæ*, id est beneficiarii appellantur, quorum tamen, ut & Peregrinorum & Plebeiæ multitudinis prædia & hæreditates universas sibi decimare consuevit, &c.

10. Turcorum potentia. Tanta hinc Turcorum potentia crevit, eorumque Imperator nervis rerum gerendarum, milite atque pecunia, in tantum instructus est, ut è re Imperii esse dicatur, ne irritetur, præsertim cum ejus Viribus Imperium Rom. Germanicum solum vix resistere valeat, *arg.* R. A. *de An.* 1524. §. weiter R. A. zu Regenspurg *de An.* 1527. §. Nachdem auch R. A. *d. An.* 1529. §. weiter haben R. A. *de an.* 1559. §. und wiewohl. Unde flagrante cum Turcis bello, sæpe in Comitiis placuit in auxilium vocare S. Pontificem, Italiam, Galliam, Angliam, Bohemiam, Portugalliam, Poloniam, Daniam, Scotiam, aliosque Christianos Principes R. A. *de An.* 1530. §. darauff haben wir R. A. *de an.* 1542. §. dieweil aber. R. A. *de an.* 1557. §. damit auch / ac Respublicas ac inter illas speciatim Helveticas ac Civitates Hanseaticas R. A. *d. An.* 1567. §. auff daß dann / *Limn. ad Capit. Cæsar. fol.* 182. ubi *n.* 5. ait, non solum Turcam viribus formidabilem, sed etiam disciplina militari nos longe superare. Adolescentes namque selectiores, vegetes, & industriores ad armorum tractationem præparant, nec minus ad corporis agilitatem, quam robur con-

11. Eorum disciplina militaris & Collegia bellica. docefaciunt. Habent Seminaria, habent collegia bellica, quibus instituendis operam elocant Prætoriani, militiæ flos, à quibus conquiruntur juvenes idonei, quos omni gymnasiorum bellicorum genere exercent, quippe cum non tam à natura, quam arte sit miles; unde rei hujus sive supina neglectio, sive præpostera contemptio mirum quantum Christianæ Reipublicæ constiterit, quantumque ponderis ac momenti ad barbarorum Victorias contulerit, &c.

12. Justum adversus Turcas suscipitur bellum, ad quod omnes & Clerici contribuere tenentur. Adversus hos barbaros utpote infensissimos Christiani nominis hostes justum suscipitur bellum, ad quod autem perficiendum contributiones Turcicæ Türckensteur indicuntur, quas omnes quantumvis maxime privilegiati, imo & Clerici solvere tenentur juxta plurima Comitiorum decreta. R. A. *de an.* 1500. §. *item*, ist auch angesehen 29. *& passim* R. A. *de an.* 1542. §. und wiewohl in dem jüngsten 16. §. und nemlich sollen 51. & §. Es sollen auch alle Churfürsten 66. R. A. *de An.* 1544. §. und nemlich sollen 27. §. und dieweil nun 31. & §. und zu diesem Christlichen 34. & §. Es sollen auch alle 38. R. A. *de an.* 1582. §. und demnach sollen 11. R. A. *de an.* 1594. §. demnach sollen die Unterthanen 12. R. A. *d. an.* 1598. §. dieweil dann nun 17. & §. demnach sollen 19. *Klock de ærar. C.* 12. *n.* 218. *& seqq.* Licet alias generaliter verum sit, quod privilegium immunitatis etiam verbis generalibus conceptum non comprehendat collectas ob bellum vel aliam necessitatem publicam, indictas, *L. in honoribus §. qui muneris ff. de Vacat. mun. L.* 1. *C. eod Klock de contrib. cap.* 16. *sect.* 1. *n.* 130. *Bocer. de collect. cap.* 11. *n.* 50. *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 125. *aliique plures.* Hasque collectas utpote maxime favorabiles, & Christiano Orbi utiles & necessarias non solvens ad pœnam dupli tenetur, *R. I. de an.* 1544. §. und damit solche Anlagen *de an.* 1566. §. derowegen haben / *de an.* 1576. §. nachdem *seq. de an.* 1594. §. darüber *& de an.* 1598. §. dargegen aber. *Gylman. Symph. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 2. *fol.* 58. *& seqq.* 13. Pœna collectas Turcicas non solventis.

14. BellaChristianorum cum Turcis cur infelicia. Cur autem plerumque præsertim prioribus temporibus bella cum infelici Christianorum successu adversus Turcas gesta fuerint, rationes hæ reddi solent. 1. Respectu Turcarum, ipsorum numerosi & concordes exercitus, animorum in periculis adeundis præsentia, quam securitas de providentia Divina ipsis imprimit; & deinde opinio Martyrii, quod credunt eum adipisci, qui in pugna moritur. 2. Respectu Christianorum: 1. Dissidium Principum Christianorum, quod tamen de apertis bellis non est intelligendum, nunquam enim Turca Germaniam discordem, sed concordem petiit, quod & *Hornius* notat *Orb. polit. C.* 1. §. 11. *n.* 7. At si de privata æmulatione accipiatur, à vero alienum non est, & exempla variorum de prærogativa certaminum in bellis Turcicis non rara est legere; Ideo enim clades Nicopolitana accepta, quia Galli contendebant priores esse in acie, unde confusio & Cædes Christianorum secuta. Quo & referenda infelix suspicio augendæ unius potestatis, quia dum cœteri torquentur, malunt illum opportunitate prævisa carere, quam præter voluntatem suam ditionibus augeri. 2. Desideria Christianorum privata bona prætextu militiæ Turcicæ augendi. 3. Evocata ab ipsis Christianis Turcarum auxilia, quod factum dissidentibus de Impp. Constantinopolitano *Joanne Cantacuzeno & Joanne Palæologo* seu *Calo Joanne*, quorum hic *Orchani* secundo sororem elocavit, ut ad Cantacuzenum expellendum auxilia mitteret: Item discordantibus de Moreæ Principatu *Demetrio & Thoma* fratribus Palæologis è quibus Demetrius *Mahomedem* sibi affinitate junxit, ut fratrem principatu ejiceret, plures ejusmodi rationum collectas *vid. apud Hottinger. Histor. Eccles. Sec. XV. Sect.* 3. §. 4.

15. Turcæ varias Religiones, primariò tamen Christianam & Judaicam, penes se tolerant, & quare? Licet olim Turca in Imperio suo nullam Religionem præter suam tolerarit, nisi in subactis Christianorum Provinciis, ne ad solitudinem redigantur, adempta tamen disputandi libertate; Christianos tamen & Judæos &c. hodiè in Turcia suis ritibus & ceremoniis vivere, à multis scriptum invenitur. Unde cum Sultanus Solimannus à nonnullis admoneretur, ut Christianos & Judæos aliosque diversos ritus in Religione vel ejiceret vel cogeret, ut Musulmanizarent, forte ex fenestra in hortum prospiciens dicebat: *Quemadmodum ista Va-*

rietas

rietas distincta herbarum & florum non solum nihil obest, sed mirifice oculos & sensus recreat, ita diversa Religio pacate modo viventium & in aliis rebus politicis mandatis meis parentium. Joachim. Camerar. horar. subseciv. p. 1. C. 58. fol. 262. qui nullam aliam ob causam, quam exinde Imperium Turcicum in tantam amplitudinem crevisse ominatur. Certe insidiosa hac libertas, uti scribit Lindenspur in dissert. d. Imp. origin. & mutat. fol. 91. n. 3. quosdam eò adegit, ut in publicis Conventibus deblaterare non erubescant malle se Turcici Imperatoris Dominio cum tributi onere, salva tamen libertate Religionis, subesse quam Imperatori Romano secundum Transactionem Passaviensem Catholicæ Religionis exercitium introducenti parere. Quam vana autem sit hæc persuasio eleganti nobis discursu repræsentat Trajan. Boccalin. cent. 1. ragg. 64. ubi inter cætera ait, Asiam olim Christianis refertissimam, paucos jam Imperatori Turcico sistere Janizaros, eò quod modo ibi detecto, omnes progressu temporis musulmannizaverint; Pedetentim namque Libertas illa in Atheismum vergit, eo quod Christiani in Turcia, Scholis, Episcopis, Ecclesiastica disciplina, reditibus sacris, alisque subsidiis careant, ob sacerdotum inopiam in varios errores ac nugas declinent, & ob summam paupertatem potius victui & amictui, quam literis vacare cogantur, vid. Besold. in Histor. Constantinop. fol. 591. n. 17.

16. De judicio Turcorum forensi. Turcæ in forensi judiciorum administratione brevitatem amant & exigunt, in Jus alium qui vocat, nullo utitur ad vadandum lictore, sed compellatum adversarium, adhibitis arbitris ad *Dei justitiam*, hoc solenne est, citat. Statim una ad judicem *Cadium* dicunt, citra alterius tergiversationem itur; Ille paratus totum diem ante ædes sub tecto sedet, ibi nullo Advocato aut Causidico, quisque rem narrat, adhibitis, si habent, conciis. Judex re pensiculata, secundum hunc vel illum pronuntiat, ita lis finitur, qui injuste litigasse deprehenditur, flagris cæditur. A. *Vagetio in orb. habitabili fol.* 17. Processus eorum forensis maxime in causa homicidii sic describitur: Comprehenso homicida, *Cadhi* Arabice, nobis Judex, exemplo judicii Areopagitici statim curat sisti interempti parentes, aut si illi non sint, necessarios vel alios etiam ad quos vitæ fructus aliquis redundare potuisset, si & illi nulli sunt, Principis nomine & Legum, seu Procurator & Advocatus Regius, Juris, Scripti & Talionis pœnam irrogat, sin adsint, quos dixi, rogat, utrum Talione an mulcta in Reum agi malint? & pro ipsorum voto fertur sententia, si modum tamen non excedat.

17. Fœdera cum Turcis aut aliis Ethnicis non sunt facienda. Vid. supra verbo Bundnüß. Cum Turcæ sint abjurati & infensissimi Christiani nominis hostes, hinc fœdus cum iis ac aliis infidelibus adversus Principem vel populum alium Christianum, ne quidem defensionis causa, contrahere licet, *per Exod.* 23. *v.* 33. *C.* 34. *v.* 15. *Num.* 33. *v.* 55. *Deut.* 7. *v.* 2. *Amos.* 5. *v.* 4. & 5. 2. *Reg.* 16. *v.* 7. 2. *Chron.* 28. *v.* 16. & 19. 1. *Corinth.* 4. *in fin. Albert. Gentil. de jur. bell. lib.* 3. *C.* 19. Cur igitur *Gallorum Reges*, qui Gentilitio titulo *Christianissimi* audire gestiunt, cum hoc publico omnium hoste amicitiam habere non reformidant? *Cardinal Ossat. Epist.* 38. hanc politicam ait esse necessitudinem, maximis exemplis nixam, pacem cum infidelibus coluisse Israelitas quondam, Pontifices, Imperatores, Reges, Principes & Respublicas, non quod absurdas illorum probarint superstitiones & nefandas, sed ne nocerent, utque Christiani sub Tyrannico gementes sceptro multis modis levarentur. Sed *languida est excusatio*: Abraham, David, Solomon, Judas Machabæus &c. fœdera habuere cum Infidelibus; sed contra alios Infideles, in causa defensionis. At si ultionis causa cum Christiani nominis hostibus contra Christianos arma & consilia junguntur, locum obtinet vox præcipientis Dei: *Cave ne unquam cum habitatoribus terræ istius jungas amicitias. Non inibis cum eis fœdus* Exod. 34. v. 12. & alibi: *Quod si volueritis gentium adhærere erroribus, & cum eis copulare amicitias, erunt vobis in foveam & laqueum* Josuæ 23. v. 2. Deut. 7. v. 2. Hinc Franciscus I. Gallorum Rex hæc verba moriturus ingeminasse fertur; *Perii, eheu perii, quia volui fœderatus esse ei, qui hostis est Christiani nominis.* Quare etiam *Anno* 1544. in Comitiis Spirensibus æque ac Turcarum tunc Imperator Solymannus pro Christianorum hoste declaratus est. Vid supra *verbo* Bundnüß/ *fol.* 415. *n.* 11. & *seqq.* Plura de Turcis eorumque Imperio videri possunt apud *Besold. Histor. Constantinop. Turcic. Annal. Turcic. cum supplem. Leunclavii edit. à Joan. Gaudier Ejusd. Leunclavii Histor. Muselman. Turcar. Lib.* 18. &c.

Turnier.

De Ludis Equestribus seu Torneamentis jam supra verbo Lehen / *fol.* 1234. *n.* 173. & *n.* 186. aliqua notavi. Sunt autem Torneamenta nihil aliud, quam Ludi Equestres Ritterspiel/ vulgò Turnier/ ab Henrico Aucupe, postquam inquietos S. R. Imperii accolas, crebris suis excursionibus omnia vastantes, & perturbantes debellasset, in Germaniam introducti, ut Nobilitas Germaniæ condignis jam dudum exercitiis exculta, & his quoque ad bella aptior redderetur, ac in hostilibus præliis victrix & vitiorum triumphatrix existeret, unde etiam des Adels Prob und demonstration à quibusdam vocari solent. *Limn. lib.* 6. *I. P. C.* 5. *n.* 10. & *seqq.* Plura de Torneamentis videri possunt, apud *Oldenburg in Limn. Enucleat. Lib. C.* 31. *per tot.*

Lit. V.

Vasallus.

V*Id. supra* verbo Lehen/ *per tot. & infra* verbo Unterthan/maxime *n.*33.*usque* 43.

Venedig.

SUMMARIA.

1. *Venetiarum nominis origo.*
2. *Prima Reipubl. Venetæ fundamenta & incrementa.*
3. *Fundamenta Libertatis Venetæ.*
4. *Venetorum Dux & Senatus.*
5. *Venetorum mos in Capitulatione Duci præscribenda.*
6. *Ditiones Venetorum terrestres.*
7. *Aquileja.*
8. *Palma regulare fortalitium.*
9. *Descriptio Urbis Venetæ.*
10. *Padua.*
11. *Verona.*
12. *Crema.*
13. *Ritus despondendi Reipubl. Mare Adriaticum, & unde ille ritus.*
14. *Quando hic ritus primum institutus.*
15. *Ditiones Venetorum Marinæ.*
16. *Venetorum potentia & annui reditus.*
17. *Exterorum Legatis difficile est tractare cum hac Republica.*
18. *Venetorum regimen Politicum.*
19. *Prætensiones contra Venetos.*

1. Venetiarum nominis origo. VEnetiæ Urbs modicas complexa insulas circiter 60. jacent in intimo Maris Adriatici recessu, mediis in Stagnis affuso, qua oriens est, Pelago, quod tamen ne sua violentia sit noxium præjectis aliis quibusdam insulis tanquam aggeribus cohibetur; Numero plurali nominantur, quod conditores vel non unius urbis fuerint Cives, vel quod varii Venetiæ Regionis populi, relicta, ob summam Attilæ omnia vastantis sævitiam continente in modicas has stagnorum Insulas, tanquam in arces quasdam migrarint, Patavinis quidem in rivo alto fundamenta circa *Annum* 456. orsis, aliis autem vicinis gentibus opus cœptum paulatim in summum splendorem emolientibus. *Becman. in Histor. orb. Terrar. C.*6. §. 3. *n.* 5.

2. Prima Reip. Venetæ fundamenta & incrementa. Prima Venetiarum fundamenta jacta sunt, cum Attilæ metu Itali Maris Adriatici Accolæ in insulas se reciperent: Quæ ipsa causa & extructæ Norimbergæ fuit, Germanis eam contra Attilam in defensionem sui munientibus. Potentia eorum, quæ tanta est, ut cum multis Regnis de illa certare non reformidet, maxime crevit fœdere cum *Balduino* primum Comite Flandriæ post Imp. Constantinopolitano inito. Quia enim Alexius Comnenus Isayci Imp. quem Alexius Angelus Imperio & oculis privaverat, filius ad Venetos confugerat, & ab iisdem simul Francis & Belgis occupata Constantinopoli in Imperium restitutus, mox verò iterum â Murtzuphlo uno è proceribus obtruncatus fuerat, ideo Franci ac Veneti novis se devincientes fœderibus in hæc pacta coiere, ut quicquid esset Sociis armis acquisitum, æquo jure divideretur. Occupata itaque de novo Constantinopoli *Balduino* Comiti Imperatoria dignitas delata, Venetis verò omnes Maris Ægæi ac Jonii Insulæ & in iis Candia, quam Alexius olim ab Insulanis sponte oblatam tam *Bonifacio* affini suo ex Montisferratis Marchionibus cesserat, submissæ. *V. Boxhorn. H.V.p.*751.

Libertatis verò fundamenta in transactione *Caroli M.* cum Irene Imperatrice Constantinopolitana ponit, *Sigon. Histor. Ital. lib.*4. eaque cautum tradit inter alia Capitula, ut Veneti suis uterentur LL. liberè & neutri censerentur subjecti esse: Alii Venetos Privilegio quodam Cæsareo libertatem & exemptionem obtinuisse dicunt ex *Alberico â Rosate in L. cunctos Populos C. de Ss. Trinitate.* Sed posito de hoc privilegio constare, non tamen credendum, illud de omnimoda exemptione conscriptum esse. Huc pertinet illud *Baldi* relatum â Canonherio (in *Tacitum* & Autore Speculi, *libert. Venet. region.*6. *p.*37.) Libertatem, *inquit ille*, ab Imperio Romano recognoscunt Veneti, & vivunt tanquam filii emancipati, debentque illi reverentiam. Quam si non exhibent, possunt in servitutem revocari, tanquam ingrati: quia non sunt liberi, nisi per patientiam Imperatoris, *Charron en l' Histoire universelle chap.* 130. putat, quasi Veneti ab Imperio liberi pronunciati transactione inter Papam *Alexandrum III. & Fridericum Imp.* Antea illam semper fuisse subjectam Imperio Occidentis. Contigisse hoc sub Cyano Duce. Alii præscriptione hanc libertatem sustineri opinantur, sed inani fundamento. Nam Veneti malæ fidei sunt possessores, tradit, *Limn. Enucl. Lib.* 1. *C.*7. *n.*31. qui nullo præscribunt tempore. Interruptam quoque hanc præscriptionem ostendit præter alia Cameræ Imperialis contra L. V. D. ante aliquot annos Latine & Germanice publi-

3. Fundamenta libertatis Venetæ.

publicata bannitoria sententia *Wehner in obs. pract. Verb.* Stand des Reichs *p.* 621. Imo adhuc *anno* 1311. *Henrico VII.* Cæsari tributum illos ex more veteri solvisse tradit *Conrad Vecerius de reb. gest. huj. Cæsar.* Pertinetque huc vel maxime *Maximiliani I. Imp.* publica velut accusatio, qua tanquam per fecialem *an.* 1509. bellum Venetis indixit, eorumque possessionem Imperii nomine usurpavit; & Oratio *Antonii Justiniani* Venetorum Legati coram eodem Cæsare post infelix ad Abduam prælium prædicto anno habita, quæ jus Imperii in illa satis prodit *vid. Conring. de fin. Imp. C.* 23. ubi utramque exhibet. Demum quidquid sit, Venetos propter libertatis acceptæ beneficium Imperii Germanorum Majestatem etiamnum hodie comiter observare obligatos esse. *Bartad. L. hostes n.* 4. *ff. de captiv. & post limin. reverf.* præsertim cum ipsi negare non possint, se multa loca ad Augustam Domum Austriacam, & ad Rom. Imperium spectantia possidere.

4. Venetorum Dux & Senatus. Hujus Reipublicæ caput est *Dux*: linguâ ipsorum *Doge*, cui titulus datur perinde, ac Reipubl. Serenissimi ac Celsissimi, idque ratione trium Regnorum *Cypri, Dalmatiæ & Candiæ.* Nomine ipsius mandata emittuntur, numi cuduntur, residua nihilominus penes Senatores integra rerum gerendarum potestate, adeò, ut solus nihil efficere valeat. Hinc non dominium, sed tantum aliqualem speciosam præeminentiam habet; Hertzog mit Nahmen/Diener in der That/ *Vid. Limn. I. P. Lib.* 4. *C.* 2. *n.* 17. In Pompa tantum Princeps, in Curia Senator, extra urbem reus, in urbe captivus (peregrinari enim nequit sine Consilii Magni consensu) circa pecuniam publicam solus nullam habet potestatem. *Hermes fasc. jur. publ. C.* 29. *n.* 2. Peculiare ipsius insigne est Galerus Ducalis pyropo fulgentissimo conspicuus & longiuscule acuminatus, ac in tempora modice flexilis, quem tempore inaugurationis in saxo mediocris eminentiæ, quod Gigantum scalas nominant, capiti indunt, *Vid. Thuld. ad inaugurat. Bertucii Valerii an.* 1656. Dignitas electitia est, rarique fortunæ beneficii in loco habitum, cum *Laurentio Priulo* frater Hieronymus succederet, quippe in Republ. in qua summopere cavetur, ne dignitates potius jure hereditario, quam virtute ac meritis concedi videantur. Sed id virtutum *Hieronymi* opinioni tributum est, quæ tantum apud Senatum valuit, ut ab eo exemplum Reipubl. perniciosum incipere non posse creditum sit. *Thuan. L.* 23. *ad an.* 1559. Senatum absolvunt 120. Senatores, è quibus 60. ordinarii 60. *della Gionta* appellantur. Hi Pacis bellique tempora constituunt, Pecuniam â Republica exigunt, nec non tributa imperandi, eligendi Oratores ad exteros Principes jus habent &c. de quibus ac reliquo Venetorum Magistratu, *V. Donat. Jannott. cit. Dial. de Republ. Venet.* In universum autem Ecclesiasticos ab omni participatione Regiminis sui excludunt, cujus rationem reddit *Bodinus de Republ. lib.* 3. *C.* 1. ne Reipublicæ arcana prodantur, cum qui sacris initiati sunt, nihil contra Pontificis Maximi utilitates facturi putentur.

5. Venetorum mos in Capitulatione Duci præscribenda. De Venetorum more in concipienda Capitulatione Duci suo præscribenda *alleg. Donat. Janott. de Rep. Venet.* ita scribit: Apud Venetos quinque creantur *Correctores*, tres Inquisitores,, & horum quidem munus est, perquam diligenter inquirere in vitam defuncti Ducis, actaque universa & observare, an discesserit aliquatenus â præscripto Legum, ut eum, si quid offendisse fortassis comperiantur, illico deferrent; pœna, quâ mulctandus ille foret, in heredes transfertur, sed mulcta pecuniaria tantum irrogatur. Partes verò Correctorum sunt, videre & animadvertere, an nova Lege quapiam, qua is futurus est *Dux* obstringendus, opus sit, & an aliquid vitii sit emendandum, quod extiterit in administratione demortui Ducis: Horum gratia statim ibi se conferunt in ædes ipsis attributas, & quoties opus est, iterant conventum, donec ea, quæ vel immutanda vel prorsus innovanda videntur, habeant constituta.

Rebus omnibus diligenter expensis, atque animadversis, significant id Consiliariis & Præsidibus Quadraginta Virorum, â quibus indicantur Comitia, more & loco usitatis. Congregato Concilio accedunt quinque Correctores, â quibus refertur de iis, quæ visa fuerunt vel emendanda, vel in mores etiam inducenda, & singula vel approbantur vel rejiciuntur, suffragiis adhibitis. Quæ approbantur, inter Leges quas Principes servare debent, statim constituta Principis potestate reponuntur &c.

6. Ditiones Venetorum terrestres. Ditiones Venetorum terrestres sunt 1. *Histria*, Germ. Isterreich/ inter Sinum Flanaticum & Tergestinum. In quo tamen Austriacis Loca quædam mediterranea parent, & Tergestum *Trieste*, ubi portus est satis commodus. Cœteræ Urbes Venetis subsunt, in quibus Elanona *Fianona*, unde Sinui Flanatico nomen datum, *Albona* non procul inde sita: Pietas Julia hodie *Pola*, alto monti imposita, ubi multa antiquitatum Romanarum monumenta licet cernere: Rovinium, *Rovigno*, situm in vicina Insula Portuosa: Parentium *Parenzo*, similiter in Insula, quæ terræ est vicina, situm, *Æmonia* quæ est Civitas nova, *Citta Nuova*, Justinopolis *Capo d' Istria*, in Insula Ægidis sita pontibus cum terra continente jungitur.

7. Aquileja. 2. *Forum Julium* hodie *il Friuli*, Germ. Friaul/ dividitur consimiliter inter Austriacos atque Venetos. Austriaci habent Aquilejam *Aquilegia*, quæ urbs olim tam illustris erat atque potens, ut altera Roma diceretur. Obsedit eam frustra *Maximinus* Imp. occisus â militibus, quibus ignaviam suam exprobraverat. Postea verò *Attila* per triennium obsessam cœpit, & triginta hominum millia ibi obtruncavit, hodie in ruderibus prope deserta jacet. Patriarchatus inde primò *Gradum*, ac tandem *Venetias* trans-

translatus eſt. Ad Auſtriacos adhuc hic pertinent *Gradiſia & Goritia.* Venetis verò
8. Palma regulare fortalitium. parent *Palma* in Foro Julii, Italiæ & Chriſtianæ fidei propugnaculum, ut verba Nummorum ſub fundamento ejus poſitorum habent, idemque fere unicum totius Europæ regulare fortalitium *Anno* 1593. â Venetis conditum, pro defendendo Maris Adriatici Oſtio, quod præteritis ſeculis Italiæ Calamitatibus fatale fuerat, quippe quo omnes Barbaricæ Nationes ipſique Turcæ ad Provinciam hanc ſubjugandam ſibi aditum fecêre. Udenum, *Udine*, urbs magna atque excellens, Sedes Præfecti Veneti: Forum Julii, Ciudad de Friuli Provinciæ nomen dedit, ſed nunc parvi ſolet æſtimari: Portus Naonis *Pordenone*, Germ. Portenau / quem Venetis licet ſubditum in titulis ſuis gerunt Archiduces Auſtriæ. *Concordia* in ruderibus jacet; refertur huc quoq; Ager Cadorinus, *Cadorino* ſub Alpibus, cujus Oppidum eſt Cadubrium *Preve de Cadore.*

3. Marchia Traviſiana, Italis *la Marca Trevigiana*, Germ. die Tarviſer Marck / nomen ſuum ſortitur â Metropoli Tarviſio, *Tervigo*, dividitur in tres partes ſeu agros. 1. eſt Ager Tarviſinus *il Trevigiano*, ubi eſt Traviſium, *Trevigo*, urbs ſplendida & munita. 2. Ager Feltrinus, *il Feltrino*, cujus oppidum eſt Feltrium, *Feltri.* 3. Ager Bellunenſis, *il. Bellunese*, qui ab Oppido *Belluno*, nominatur.

9. Deſcriptio Urbis Venetæ. 4. *Ducatus Venetus*, cujus Metropolis & caput eſt Urbs Venetiarum, Germ. Venedig / in receſſu Sinus Veneti eo tempore extructa, cum ſævitiam Attilæ vicini vellent effugere, prout *n.* 1. jam dixi. Impoſita dicitur Inſulis 60. alii 72. quæ pontibus Lapideis 500. connectuntur, loco rhedarum aut curruum, quorum ibi nullus uſus eſſe poteſt, vehuntur cymbis minoribus, quas ſua Lingua *Gondole* appellant earumque 14. mille ibi numerant. Habet urbs Turres 115. è quibus eminet turris D. Marci, quæ 230. pedes in altum exſurgit. Numerari porrò ajunt templa majora 70. minora 100. fere: Fora 53. Fontes publicos 148. Statuas Marmoreas 164. æreas 23. Imprimis laudatur templum *D. Marci*, cujus oſſa Alexandriâ huc translata & ſepulta creduntur, cum Area Vicina Ducisque Veneti Palatio. Armamentarium quoque ſpectatu non eſt indignum propter incredibilem apparatum nauticum & armorum copiam, raritatem & Elegantiam, ita ut *Jaſon ad L.* 45. *ff. de verb. obligat.* eam *Paradiſum deliciarum* vocet, huc ſpectat Synceri Sannazarii hexaſtichon in laudem hujus urbis compoſitum:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunis in undis
Stare Urbem, & toto ponere jura Mari.
Nunc mihi Tarpejas quantumvis Jupiter arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait.
Si Pelago Tibrim præfers, urbem aſpice utramque
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

Pro unoquoque hoc diſticho autor accepit 100. auros.

Poſſident præterea Veneti partes quasdam Regni Longobardici, quales ſunt 1. *Ager Patavinus*, Italis *il Padovano*, Caput Provinciæ eſt Patavium *Padola* ſive *Padua* Academiæ ſuæ fama longe lateque celebris, 10. Padua. urbs antiquiſſima & Venetiarum mater, quibus tamen *An.* 1404. paruit, tanquam pia Mater præ ſenio virium non ſatis compos piæ filiæ non tam Imperio, quam Miniſterio regenda, ut loquitur *Merula.* Eſt quoque in hoc agro Areſte *Eſte*, unde originem ducunt Duces Mutinenſes, qui exinde *Eſtenſes* dicuntur. 2. *Peninſula Rhodigiana, il Poleſine di Rovigo.* Sunt ibi Rhodigium, Rovigo & Hadria, unde Mari Hadriatico nomen manaſſe creditur. 3. *Ager Vicentinus il Vicentino.* Caput eſt Vicentia *Vicenza*, urbs magna & populoſa. 4. *Ager Veronenſis, il Veroneſe*, Caput eſt Verona Vetus Scaligerorum Sedes, qui Magi- 11. Verona. ſtratum titulo Principum ac Vicariorum hic olim geſſerunt, urbs ædificiorum pulchritudine nobilis, ſuperbit arce ſua & amphitheatro adhuc fere integro. Tribus ſyllabis ſuis *Ve-ro-na* comparatur cum tribus Italiæ Urbibus omnium ſplendidiſſimis, cum *Venetiis* quidem ob aquarum copiam, cum *Roma* propter templorum ſanctitatem: Cum Neapoli ſeu *Napoli*, propter Nobilium ſuorum magnificentiam. Sunt quoque ibi Leonicum ſive Limacum, *Legnano*, in finibus contra Mantuanos, & Piſcaria *Peſchiera*, ad Lacum *di Gardo* arces munitiſſimæ. 5. *Ager Brixianus il. Breſciano*, cujus urbs Brixia *Breſcia* ab Italis *l' armata* vocatur, quod arma ibi cudantur præſtantiſſima. 6. *Ager Cremenſis, il Cremaſco*, ſic ap- 12. Crema. pellatur â *Crema* Urbe, quæ cum Cremona confundi & permutari non debet. *Crema*, urbs eſt rerum hominumque copia inſignis & inter nobiliſſima Italiæ caſtella recenſita: unde proverbium *Barletta in Puglia, Prata in Toſcana, Crema in Lombardia*, apud *Merulam C.* 35. 7. *Ager Bergomenſis, il Bergamaſco*, ibi Bergomum, *Bergamo*, urbs opulenta & Epiſcopalis, Patria *Ambroſii Calvini*, qui primus Dictionarii autor fuit. Poſſidet quoque partem Regni Dalmatiæ; & hæc de ditionibus terreſtribus.

Inter Marina verò 1. eſt Mare Adriati- 13. Ritus deſpondendi Reipubl. Mare Hadriaticum, & unde ille ritus. cum, quod Dux *Doge* feſto aſcenſionis Domini injecto annulo Reipublicæ deſpondet, navi vectus, quam Bucentaurum *Bucintoro* vocant, quam ſimul cum aliis ad hoc negotium pertinentibus ritibus ita deſcribit *Pet. Juſtin. l.* 14. Eſt Navigium maximum atque ornatiſſimum: Nam ſtructura ejus ſublimis columelliſque frequentioribus culta, auroque ad proram â puppique fulgida, hoſpiteſque inſignes aliique eminentioris fortunæ viri, qui ad urbem veniunt, ea navigii machina â Principe & patribus officii gratia excipiuntur: Ducale Solium in frontiſpicio Superiori tabulato collocatum, ubi Princeps inter Legatos, conſiliarioſque medius ſublimis reſidet, & circum per ſubſellia ſummus ille Patrum Ordo Majeſtatis & ſilentii plenus. In Inferiori autem tabu-

tabulato remiges navigium tonsis agunt, & remulco interdum, dum aquæ in contrarium fluunt, tanta moles trahitur, publicumque erigitur vexillum, & juxta illud Principis auratum scutum; summitasque Bucentauri holosericum, purpureumque habet opertorium funibus alligatum, ne ventus rapiat. Ad proram positum est justitiæ simulacrum auro fulgens, cujus dextra nudum ensem, læva autem æquilibrium tenet, rostrumque insigne prominet ut navigii forma conspectior sit. Dicta Bucentaurus â *Bu* quod magnum aliquid significat, & â *Centauro* antiquo navium insigni. Alii Ducentaurum appellatam volunt, quasi ducentorum hominum navigium capax, sive â Duce, quo ille publice vehitur.

14. Quando ritus hic primum institutus.

Institutio hujus Machinæ primum facta fertur *anno reparatæ salutis* 1311. Alii altius originem indagant, nempe *An.* 1177. in adventu Imperatoris *Friderici Ænobardii*, cum ille, pro componenda pace cum Pontifice *Alexandro III.* Senatuque Venetias accessit. Hic Imperator Pontificem odio Vatiniano insectatus, abire Româ, Venetiasque petere, tanquam ad asylum tutum cœpit, indeque in Venetos classem duce Ottone filio immisit, qui â Venetis debellatus, captus, & ad patrem remissus ab eo impetravit, ut Venetias concederet de pace acturus, quod feliciter factum, Pontifexque in integrum restitutus pietate & Virtute Venetorum. Quibus ut Pontifex paria faceret, præter plurima alia privilegia Veneto Senatui concessa gratulabundus Principi annulum porrexit aureum, dicens: *Chiane Dux accipe, & me Autore hoc mare tibi Venetiæque armis obnoxium desponsato, quod tu & futuri Principes quotannis stato die in perpetuum servabitis, ut omnis posteritas memoriâ repetitâ intelligat, maris possessionem patria Virtute ac navali disciplina vestram esse jure belli quandoque factam, atque ut uxorem viro, ita illud desponsationis annuæ munere vestro subjacere Imperio.* Hocque factum ferunt solenni die Ascensionis Domini, ideo quotannis hæc celebritas eodem die magno hominum & Principum concursu concelebratur. Princeps enim cum Principum Legatis Senatuque purpurato, vectus Bucentauro, annulum aureum â Patriarcha consecratum ê puppi in undas projicit (aqua lustrali prius solenni ritu in mare profusa) dicens: *Desponsamus te Mare in signum veri perpetuique Imperii.* Adhæc serta florea Principi Senatuique Veneto bono ominis & lætitiæ gratia impertiuntur. Hæc ille.

15. Ditiones Venetorum Marinæ.

Venetorum Insulæ sunt *Corfu* seu *Coregra*, *Cephalonia*, *Zante* seu Zacynthus â Præfecto Nobili Veneto gubernandæ. In Mari Mediterranro partes *Candiæ* adhuc retinent, *Sudam*, *Spinam Longam & Carabusam* cum districtibus mediocris amplitudinis, *Cyprum* etiam totis 100. annis tenuerunt.

In Archipelago Insulas *Cerigo & Tino* fortalitiis munitas tenent, cœteras, præter eas quas Turca munivit, *Tenedum* nempe, *Lemnum*, *Metellino*, *Scio*, *Negroponte*, *Lango & Rhodum* communi cum Turca Imperio fere dividunt. Recuperarunt præterea Veneti ultimo bello Turcico *Peloponesum*, hodie *Moream*, quæ est Peninsula, & multas habet Provincias, ut *Corinthiam*, *Sicyoniam*, *Achajam propriam*, *Elim* sive *Eleam*, *Messenem*, sive *Messeniam*, *Laconicam*, *Agiram*, sive *Argolim & Arcadiam*.

Ex quibus patet Venetos reliquos Italiæ Principes & potentia & dominii amplitudine longe præcellere, fines autem habent ab una quidem plaga Dominium Ecclesiasticum per Ducatum Ferrariensem, ab altera Ducatum Mediolanensem, â tertia Rhætos & Regiones, quæ hodie Augustæ Domui Austriacæ parent, denique in Dalmatia & cœteris provinciis, quas ad mare Adriaticum occupant, Turcas; Dominium autem illorum contiguum, & optime per se distinctum, in limite autem munitissimis qua urbibus, qua arcibus, undiquaque vallatum, quales sunt *Ursinovi & Palma* in finibus Austriacarum ditionum versus Forum Julii. 16. Venetorum potentia & annui reditus.

Porrò inter ea quæ Veneti in continenti possident, excellunt Lombardiæ partes & oppida supra jam recensita, & opum affluentia, & munimentis præclare adversus hostes quoscunque comparata, sive etiam agrorum fœcunditatem; ê quibus non minus, quam ex commerciis maritimis ingentes fructus percipiunt: Ea enim est Ditionum illarum amplitudo & ubertas, quibus accedunt artes ipsis fere peculiares, quibus ê Subditis suis haudquaquam invitis, ampla tributa emungere norunt; quæ per se gravia, eo æquius & facilius tolerantur, quia ab omnibus æquabili temperamento exiguntur. Magnum autem thesaurum quotannis accumulare creduntur; nam licet immensos sumptus faciant in arcibus restaurandis, præsidiariis militibus alendis, triremibusque fabricandis & instruendis, & similibus, idque adeò splendide, ut nihil addi posse videatur, tamen tanta tamque accurata œconomia singula dispensant, ut plus uno coronato efficiant, quam alii binis. Vires illorum maritimas longe maximas esse vel solum illorum armamentarium fecerit fidem.

De cœtero quam difficile sit tractare Legatis cum hac Republica scribit *Frider. de Marselaer de Legat. lib.* 1. *fol.* 133. dum ait: Cum Venetorum Republica agere, non parum difficile credat Legatus, ubi cum tot hominibus negotium explicandum erit, qui summa invicem diffidentia feruntur, pereundique metu æqualitatisque & conservationis sui amore allaborant, ne quis præ reliquis excellat. Respublica Pacis apprime studiosa, atque ita diuturniore tranquillitate digna, hoc egit semper, non ideo, ut cuiquam imperaret, quam ut ne cui serviret. Et cum relationes totius Orbis regiminum accuratissimas & absolutissimas asservent & perdiscant Veneti, non aliunde Legati instructiores prodeunt, quam ex hac Republica, ceu Equo Trojano, vel rei politicæ Palæstra. Hic quoque attentius, quam 17. Exterorum gratis difficile est tractare cum hac Republica.

uspiam alibi notatur, quicquid agat aut moliatur Legatus, utpote quia Venetorum Legati Secretis exterorum cognoscendis & penetrandis maxime intenti sunt: ita vicissim hic metuitur, ne eadem curiositas & cura occupet atque erudiat exteros inibi residentes. Ideoque incolis non promiscue licet, dum lubet, Legatum adire, ejus ædes frequentare, domesticos convenire aut excipere. Male tamen quis neget hic, ubi etiam homines degunt & regunt homines, Legati industriæ, Largitioni, fidoque silentio invia & occlusa esse omnia.

18. Venetorum regimen politicum. Addit post *cit. Autor*: Porro in hac Republ. primum munus est electi *Ducis*, proximum *Sex Procuratorum S. Marci*. Officia hi gerunt perpetua: reliqui certis temporibus definita. *Deductor* quidem *exercitus* assumitur, nisi ad tempus, isque externus; quominus forsan autoritate vel bellica gloria intumescens Imperium invadat. Et quanquam Venetorum *Dux* ordine primus sit, seorsim tamen consilio Decemvirûm, quod apud eos summum, non delibeRat aut statuit quidquam: Ne Epistolam quidem externi Principis aut Legati reserat, nisi quispiam ex prædictis Decemviris casu vel vocatus adsit. Quinimo suffragium cujusque Senatoris non aliter numeratur, quam ipsius Ducis: Proindeque pro ratione & Reipublicæ bono, libere Senatores eidem refragatur. Denique non nisi Reipubl. nomine, nec aliud quam quod decrevit Concilium Decemvirorum, exterorum Legatis Dux respondet. Hujus Concilii vir magnæ semper existimationis existit, qui â Secretis est, Legato colendus. Similiter hæc Respublica liberam judicandi potestatem in causis inquisitioni non concedit, sed ei simul *duos Nobiles Senatores* adjungit, quibus inconsultis, inquisitores nihil concludere, *Vid. Cævallos in præfat. Comm. contr. com. tom.* 4. *Joseph Sesse in præfat. decis. Aragon. Besold. de jur. Maj. sect.* 2. *C.* 2. & 3.

19. Prætensiones contra Venetos. Prætendit Summus Pontifex contra Venetos *La Pobesine de Rovigo*, quæ fuit Ducis Ferrariensis. Etiam aliæ controversiæ fuerunt Pontifici cum Venetis, quod Veneti omnes Ecclesiasticos â regimine excluderent, secundo, quod nullam pensionem Curiæ Romanæ penderent. *Vid. pluribus Mercurium Vittorii tom.* 2. *lib.* 2. Hispanus quoque ut Dux Mediolanensis Bergamum, Bresciam & alias Urbes. Turca verò in Cyram Insulam prætendit. Nihil dicendum de prætensionibus Austriacorum in hanc Rempublicam. Plura de hac Republ. *Vid. apud Marc. Anton. Sabellic. de Gest. Venet. Lib.* 33. *Donat. Jannotti Dialog. de Rep. Venet. cum Not. Nicol. Crassi Pet. Justinian. Histor. Venet. lib.* 13. *aliosque.* potissimum autem *Gregor. Leti l' Italia regnante p.* 1. *Lib.* 4. *pag.* 186. *lib.* 5. *pag.* 251. & 283. *lib.* 6. *pag.* 321. & 365. & *Part.* 2. *lib.* 1. 2. & 5.

Verdacht.

Suspectus quomodo innocentiam suam purgare possit, *vid. Tom. I. har. Constit. verbo juramentum purgationis supra verb.* Ausführung der Unschuld / *fol.* 334. & *seqq.* Et Judex Inferior si fiat suspectus causa ad Cameram devolvitur, *Paurmeister de jurisdict. Lib.* 2. *C.* 4. *n.* 85. *Rosenth. de feud. C.* 12. *conclus.* 4. *n.* 63. *Besold. consf.* 28. *n.* 79. Hoc tamen observandum est, quod cum allegatio & recusatio suspecti judicis sit liberæ facultatis, non autem præcisæ necessitatis, ideo si suspicionis allegatio intermissa fuerit, sententia â suspecto judice lata nihilominus valet. *Vivius decis.* 390. *n.* 1. Proinde hanc exceptionem suspecti judicis ante litem contestatam opponendam esse, *per Cap. quod suspecti Caus.* 3. *quæst.* 5. *l. apertissimi. ibi: antequam jus inchoetur C. de jud.* latius deducit, *Rebuff. in tr. de recus. art.* 14. *gloss. un. n.* 47. *in oper. tom.* 2. Arbitri autem â partibus electi de causa suspicionis cognoscere posse, constat *ex C. requiris §.* 1. *de appellat. C. cum speciali eod. tit. C. suspicionis x. de offic. deleg. Gail.* 1. *obs.* 33. *n.* 14. Ipsum tamen territorii Dominum, aut quem delegaverit, cognoscere ex usu fori attestatur *Knichen de Sax. Privileg. Ub. Lit. provoc. ne se. C.* 2. *n.* 14. *Rebuff. dict. tr. art. II. gloss. un. n.* 1.

Vergleich.

Vide Supra *Verbo* Güte / *fol.* 838. *per tot.* ubi ad longum hæc materia tractata.

Vicariatus Imperii.

Vid. *supra Verb.* Churfürst / *fol.* 465. *n.* 4. & *Verb.* Pfaltz / *fol.* 1584. *n.* 42. & 43.

Vidua.

SUMMARIA.

1. *Viduarum cura ad Magistratum spectat.*
2. *Gaudent privilegiis Maritorum.*
3. *Possunt primam instantiam præterire, & ipsum Imperatorem vel Camera judicium implorare.*

De Prærogativa Viduarum, & an talis teneatur ad rationes *vid. supra tit.* Aussteur der armen Jungfrauen / *fol.* 331. *n.* 65. & 66. Harum autem curam ad Magistratum spectare, eleganter attestatur Imp. Severus in *L. si minores* 2. *§.* 2. *vers. D. Severus ff. qui pet. tut.* Ubi: Omnem me rationem adhibere subveniendis pupillis & Viduis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo. Et cum *Imp. Augustus Scaurum* ad

ad Daciæ Præfecturam transmitteret, inter alia specialiter jussit, ut Pupillorum sit Curator, Patronus Viduarum, Sauciorum cataplasma, baculus cæcorum & omnium Pater refert *Anton. de Genoa lib.* 3. *C.* 11. & hoc ideo, quia annumerantur personis miserabilibus, quarum maximus est favor, *L. un. C. quand. Imp. inter Pupill. & Vid.* & quarum personarum cura maxime ad generosa pertinet pectora *Limn. de jur. publ. Lib.* 6. *C.* 5. *n.* 94. ac fidei ac protectioni Principum commendantur, *Exod.* 22. *v.* 23. *Esdr.* 1. *v.* 23. *Zachar.* 7. *v.* 10. Et commiseratione digni sunt, sive divites hi, sive pauperes sint, cum & divites hominum injuriis sint expositi *Carpzov. Lib.* 2. *Jurisp. Consist. tit.* 21. *defin.* 329. *n.* 9. Unde distinguitur, quod quædam personæ sint miserabiles habitu, sed non actu, ut Viduæ & pupilli divites, quædam vero habitu & actu, ut Viduæ & pupilli pauperes, *Panormit. in C. Significantibus* 6. *x. de offic. deleg. Carpz. d. loc. n.* 10. & 12. Gaudent penè Viduæ iisdem beneficiis & privilegiis, quibus ipsarum mariti utebantur, tamdiu in suo statu & conditione permanent, pro ut post multos â se allegatos tradit, *Cothman. Lib. sing. consult. Acad. cons.* 15. *n.* 1. & *seqq.* quod si vero Vidua absque Magistratus consensu peregrino nubat, eo ipso jus Civitatis amittit, ceu docet *Knipschild. de Civit. Imp. Lib.* 2. *C.* 29. *n.* 118. allegans *Wehner, verb.* Gewonheit/ *n.* 12. *fol.* 232. ubi hoc multis in locis Statuto cautum tradit. Possunt præterea Viduæ Ordinarium Judicem declinare, & ipsum Imperatoris Judicium Aulicum, vel Cameram Imperialem orare, juxta *L. un. C. quand. Imp. inter pupil. vel. vid.* Quod tamen in Camera non observari, & ipsosmet Principes & Status Imperii in causis viduarum & pupillorum cognoscere, & ideò omisso medio his in Camera processus non decerni, nisi in causis protractæ vel denegatæ justitiæ, testatur *Gail.* 1. *Obs.* 1. *n.* 40. Econtra verò causas Viduarum rejectis exceptionibus der Austräge in Camera fuisse receptas, aliquot præjudiciis docet *Rutg. Ruland de commiss. part.* 4. *lib.* 2. *n.* 62. *Theod. Nicolai dissert. de for. comp. concl.* 4. *in fin.* Vide quoque infra verbo Vormund/ *n.* 22. & *seqq.*

1. Viduarum cura ad Magistratum spectat.

2. Gaudent privilegiis Maritorum.

3. Possunt primam instantiam præterire, & ipsum Imperatoris vel Cameræ judicium implorare.

Vindicta Privata.

Vid. *supra Verbo* Absag/ Diffidatio, *fol.* 149. & *seq. n.* 64. & 67.

Visitation, Visitator.

SUMMARIA.

1. *Visitatio judicii Aulici & Cameræ cui competat.*
2. *Quare visitationes Cameræ ab An.* 1589. *usque huc neglectæ.*
3. *Visitatores Cameræ â Revisoribus differunt.*
4. *Visitationis Apostolicæ Institutores, facultates, officiales, potestas.*
5. *Visitatores Apostolici Cardinales possunt exercere Pontificalia.*
6. *Statuta Visitationis Apostolicæ non faciunt Legem universalem, possunt tamen esse regula reliquis Episcopis.*
7. *Quid in Synodo Constantiensi circa Visitationes Diœcesium sit dispositum.*
8. *Visitatorum officium.*
9. Land*-Visitationes ob utilitatem commendantur, instituendarum modus & forma remissive.*

De Visitatione Judicii Aulici & Cameræ Imperialis, *vid. supra Verbo judicium, jurisdictio fol.* 1055. *n.* 16. 19. & 20. & *Verbo Camera fol.* 437. *n.* 17. ubi notatum, quod Visitatio Cameræ quotannis fieri debeat per Moguntinum, Cæsaris, Statuumque Commissarios, qui juxta classes alternant. *O. C. p.* 1. *tit.* 50. R. A. 1654. §. 128. 129. 169. Aulici vero Judicii per Moguntinum *Pax Westph. art.* 5. §. 56. *Capitul. Josephin. art.* 41. Fit autem Visitatio Cameræ 1. ad corrigendos judicii defectus, 2. ad decidendas revisionum causas. Hæc vel ordinaria est, pro causis futuris, vel extraordinaria pro præteritis, quæ inde ab *an.* 1582. alii 1589. neglecta est R. A. 1654. §. 128. 129. Quare autem hæ Visitationes Cameræ ab illo anno huc usque cessarint? *Nicol. Müller, in addit. ad dissert. A. B. Martin. Rumelin. part.* 2. *dissert.* 2. *thes.* 20. his Verbis indicat. Remedium Revisionis *inquit* hoc salubriter in Imperio per plures annos duravit, summo Reipublicæ & Litigantium bono, ita intra tot annos nunc quasi mortuum & sepultum jacet. Cui occasionem præbuit nunquam intermoritura controversia Statuum Imperii des Geistlichen Vorbehalts. Postquam enim *Anno* 1588. Visitatio Cameræ ordine suo ad Archiepiscopum Magdeburgensem ventum erat, qui tunc temporis erat *Joachimus Ernestus*, Marchio Brandenburgicus Reformatæ Religioni addictus. eidem Catholici Status, prout votum & sessionem in Comitiis, ita quoque Revisoris munus denegarunt; unde provenit ut Revisiones in hodiernum diem in suspenso existant. *Nolden. de Nobil. C.* 9. *n.* 227. &c. In archivo Unito Protestantium, cui circa hanc materiam culpa vel imputanda, vel quis ab ea excusandus sit, inveniendum est.

1. Visitatio Judicii Aulici & Cameræ cui competat?

2. Quare Visitationes Cameræ ab An. 1589. usque huc neglectæ.

In eo autem differunt Visitatores Cameræ â Revisoribus, quod Visitatores omnis generis defectus & vitia Cameræ corrigant; Revisores autem earum tantum sententiarum iniquitatem reforment, quæ â Camera Imperiali perperam lata esse prætenditur, ideò ut visitatorum potestas latior sit, quam Revisorum, *O. C. p.* 1. *tit.* 50. §. und wo etliche/ §. wo auch einige Churfürsten. Dissimili- 3.

3. Visitatores Cameræ â Revisoribus differunt.

similitudo enim duntaxat inter eos vertitur in materia circa quam, in modo tamen procedendi, jurisdictionisque exercendæ omnino comparantur, *Bender tr. de Revis. C.* 4. *n.* 177. *Modest. Pistor. p.* 4. *illust. q.* 175. *in pr. Math. Stephan.* 3. *d. jurisd. p.* 1. *C.* 3. *memb.* 1. *n.* 7. *& seqq.* In genere autem quæ emendanda in Ordinatione Cameræ videbuntur, Revisores seu Visitatores dispiciunt, & in Comitiis Universalibus Imperii proponenda, ad Cæsarem deferunt, *O. C. p.* 2. *tit.* 36. Sed quæ hodierno die circa Visitationem & Visitatores Cameræ sit facta dispositio patet ex ultimo recessu Imperii de *An.* 1654. quo Lector remittendus.

4. Visitationis Apostolicæ Institutores, facultates, Officiales, potestas.

Cum in Ecclesiasticis similiter non cuilibet visitare liceat, sed tantum Ordinario habenti jurisdictionem in inferiores & sibi subjectos, juxta Canones & præscriptum Concilii Tridentini, ita *Clemens VIII. An.* 1592. indixit per Constitutionem 8. *Speculatores* Visitationem omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum Urbis Romæ per se instituendam, delectis ad hoc opus adjutoribus S. R. E. Cardinalibus & Episcopis, quod & fecit *Urbanus VIII. Constit.* 15. militantem similem indixit *an.* 1624. Visitationem. Demandavit etiam *Constit. Cupientes* Archiepiscopo Theatino & nonnullis Episcopis, ut visitent nomine Pontificis in Parochialibus Ecclesiis infirmos existentes, eisque eleemosynam elargiendi, deditque *Constit. quoniam* iisdem Visitatoribus facultatem cognoscendi causas quascunque etiam criminales absque irregularitatis incursu, atque etiam *Constit. Officii nostri* concessit indultum exercendi ubique Pontificalia aliasque per Constitutionem *cum in Pastorali* complures facultates.

Deputavit quoque idem Pontifex *Constit. Rerum* Secretarium hujus Visitationis cum facultate exercendi omnia quæ ad hoc munus quomodolibet spectare possunt, mandavitque Ordinationibus seu Decretis dicti Secretarii manu & sigillo munitis fidem omnino dari tam in judicio quam extra; Præterea *Constit. ut in prosequendo* facultatem concedit Visitatoribus avocandi ad se quascunque causas occasione hujus Visitationis in aliis Tribunalibus, & coram aliis judicibus antea cœptas vel instructas, ac in Statu, in quo tunc reperientur. Sicque ab *Urbano VIII.* congregatio hæc Visitationis Apostolicæ instituta est, pro qua præter Prælatos certus quoque numerus Cardinalium electus fuit teste *de Luca Relat. Rom. Cur. disc.* 24. Fixum in ea Congregatione locum habent Vicarius ejusque Vices gerens, qui ordinarius est Judex & Executor Decretorum Congregationis, proceditque forma extrajudiciali & summaria, ac omnia gratis efficit. Quandoque etiam committitur Vicesgerenti, ut in forma judiciaria, auditis partibus procedat.

Hanc Congregationem postea *An.* 1656. *Alexander VII.* restauravit, constituitque nonnullos Cardinales & Prælatos aliosque, qui Ecclesias & pia loca in urbe & districtu Romano visitent, ut defectus, negligentiæ, & abusus in iis corrigantur, eaque promoveantur, quæ ad cultum spectent divinum, eumque in finem diversas eodem anno facultates Cardinalibus Visitatoribus *Const.* 15. *Cum in Pastorali.* & nominavit Secretarium S. Visitationis per Breve *Rerum* & Cancellarium seu Actuarium Causarum per Constitutionem. *De Singulari* deinde potestatem dedit Cardinalibus Visitatoribus exercendi Pontificalia *Constit. Officii,* vocandi causas occasione Visitationis pendentes, *Const. ut in prosequendo* immiscendi se in Criminalibus *Constit. quoniam.* Demum deputavit Judicem S. Visitationis, *Const. ut ea* & Commissarium seu Fiscalem, *Const. de tua,* ac concessit *Const. Alias* facultatem congregationi & Judici S. Visitationis standi simplici indicationi Scripturarum &c. & Judici procedendi absque voto Congregationis usque ad sententiam, &c. exclusive. Per hanc Congregationem visitat Papa, non ut Papa est, & Pastor universalis Ecclesiæ, sed ut Episcopus est particularis Urbis & Diœcesis Romanæ, proindeque quæ in ea Visitatione statuuntur & ordinantur, non conficiunt Legem generalem pro universo orbe. Possunt hæc tamen, & debent norma esse, & regula reliquis Episcopis & Ordinariis, juxta quam in Visitationibus Decreta sua & ordinationes forment. *Card. de Luca disc.* 61. *n.* 9. *de Regul.* & hæc de Visitatione Apostolica in urbe & Diœcesi Romana.

5. Visitatores Apostolici Cardinales possunt exercere Pontificalia.

6. Statuta Visitationis Apostolicæ non faciunt Legem universalem, possunt tamen esse regula reliquis Episcopis.

7. Quid in Synodo Constantiensi circa Visitationes Diœcesium sit dispositum.

De Visitationibus & Visitatoribus verò cœterarum Diœcesium, *Vid. Constitutiones & Decreta Synodi Constantiensis part.* 4. *tit.* 8. ubi disponitur, quod Singulæ Diœceses semel in anno vel si propter latitudinem Diœcesis fieri non possit, saltem biennio visitari, ad ejusmodi munus visitandi, viri graves, discreti, probi, scientia rerum agendarum periti, ac boni nominis & exempli beneficiati, & in Ecclesiastica dignitate constituti delegari; & Visitatores Episcopo speciali juramento, ad munus commissum fideliter omni rancore, odio, amore & affectu semotis exercendum, obstricti esse, neminemque sumptibus superfluis gravare nihilque pro Visitatione postulare aut extorquere debeant iis exceptis, quæ ad moderatum victum & Visitationis sumptus necessarios pertinent. Horum Visitatorum munus est inquirere tam in personas & personarum vitam, quam in locorum administrationem & curam, ut scandala, si quæ orta, removeantur, Sacramenta legitime administrentur, & disciplina Ecclesiastica debito modo exerceatur, *Azor instit. moral. lib.* 3. *C.* 40. *& seq.* item, ut Parochi inculpatæ sint conversationis, ac ut ii non solum voce & doctrinæ puritate, sed etiam exemplo & vitæ integritate præluceant suis ovibus: Experientia enim docet, inquit *Reinking de regim. Secul. & Eccles. lib.* 3. *class.* 1. *C.* 7. *n.* 2. neglecta hac per Visitationem inspectione Ministrorum, multos præsertim in Pagis & doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ exiguam

8. Visitatorum officium.

guam habere rationem, quando magis *Boves*, quam Christi *Oves*, & *Sues* diligentius quam *Suos* pascunt & curant.

9. Land-Visitationen ob utilitatem commendantur; instituendarum modus & forma; remissive.

Promovent denique justitiæ administrationem Visitationes Provinciales, die Land-Visitationen / seu quibus defectus, vitia & corruptelæ judiciorum cognosci, corrigi & tolli queunt, sicque eorundem vigor incorruptus conservari, Magistratuum ac Officialium avaritiæ ac improbitati frenum injici, in negligentes animadverti potest, ut taceam complures alias, quas securitati publicæ, & ærario Principis illæ adferunt utilitates, à quibus eas Principibus aliisque Imperii Statibus maxime commendat, *Fritsch. tr. de Visitat. Provincial.* Instituendarum modum & formam, exhibitis quoque articulis, super quibus tam officiales, quam Provinciales requirendi & examinandi, latius describens.

Ungeld.

Vid. *supra verb. Accisa fol.* 178. & *seqq.* & *infra verbo* Zoll. Est species Vectigalis Vini, welches in etlichen Orthen / als zu Augspurg / Ulm / ꝛc. auff allen Wein geschlagen wird / dem man austrincket. In etlichen Orthen geben nur die Wirth / und welche Wein ausschencken / ein Ungeld / und ist die Schencknüß desto kleiner / also daß solche Beschwerden nicht den Wirth / oder den Schencken / sondern den Gast / oder den / so Wein vom Zapffen kauffet / treffen thut. In etlichen Orthen ist das Ungeld die Zehend- in etlichen die dreyzehende Maß / *Besold. in thes. Pract. h. v.* Qui jus collectandi & alia regalia habet, deme die Land- und Reichssteuren samt andern Regalien gehören / derselbe zeucht auch billichen die Ungeld ein / und hat die Tafernen abzuschaffen oder zu enturlauben. Datia Vini, das Ungeld / juris rationibus inspectis est regale per text. in *C. un. quæ sint regal. in verb. Telonia.* De consuetudine vero Germaniæ non potest dici Regale: quia sunt Nobiles, qui etiam eodem jure in pagis suis utuntur, quod notatum in causa Erfurth / contra Electorem Moguntinum, *Rutger Roland decis. jur. controv. quæst.* 12.

Universität.

Vid. *supra verb. Academia fol.* 174. & *seqq. per tot.*

Unkosten.

SUMMARIA.

1. *Sumptuum immodicorum coercitio Reipublicæ necessaria.*
2. *Leges Sumptuariæ serio observandæ.*
3. *Modica conviviorum celebratio non est prohibita.*
4. *Victus Victori in expensas condemnandus.*
5. *An Judex ab expensis absolvens, causam hujus exprimere debeat?*
6. *Expensæ secundum qualitatem personæ ministrantur.*

1. Sumptuum immodicorum coërcitio Reipublicæ necessaria.

Quid in Reformatione guter Policey zu Augspurg / *Anno* 1548. circa sumptus Nuptiarum, Baptismatum, Exequiarum aliarumque dispositum, *vid. Tom. I. har. Constitut. hoc verb.* Hinc ad Censorum officium imprimis pertinet præter alia Conviviorum & immodicorum sumptuum coërcitio, utpote quæ permissa Rebus publicis semper obfuerunt, manu verò Censoria inhibita profuerunt. Quanta autem hodie prô dolor conviviorum sit luxuria, quinam in ipsis immodici & intolerabiles sumptus impendantur, ipsa experientia testatur: Nihil enim omittitur, quod ad extremam ingluviem & lasciviam carnis facit; voluptas ab omni parte quæritur, inerti luxu & prodigis epulis certatur. Quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrit, humano sepelitur ventre. Fercula ferculis apponuntur; & alia atque alia esca melior atque amplior succenturiatur, ita, ut hodie sint, qui imitari conantur *Vitellium*, qui uno convivio duo millia piscium, & septem millia avium apposuit, & paucis mensibus nonagies centena millia florenorum insumsit; vel *Heliogabalum*, qui præter cœteros sumptus inutiles canes suos anserum jecoribus, Leones verò Pavonum & lusciniarum linguis, Camelorum calcaneis, linguis phœnicopterorum phasianorum atque psittacorum, & id genus aliis avibus volatilibusque ali curavit, *Alex. ab Alex. lib.* 4. *Cap.* 11.

Quapropter cum hujusmodi heluationes & luxuriæ fomites sint pene omnium malorum: Non enim propter caules & Pythagorica Legumina rixæ oriuntur, sed opipara fercula & lautas dapes, *Franc. Patric. de Reipubl. Instit. Lib.* 5. *C.* 8. Convivia quippe Voluptatis afflixere sæculi mores, miserumque vitiis quasi sentina Rempublicam pessundedere, teste *Floro Lib.* 3. *C.* 12. Et magni cibi cura, magna virtutis est incuria, inquit *Cato*. Et quis non animadvertit, magna ingentium imperiorum fastigia oblivione frugalitatis collapsa esse? Hinc eorum luxum à Magistratu cohibendum, legesque sumptuarias ferendas, easque serio observandas, & transgressores severioribus pœnis coercendos esse, monent politici *Keckerman lib.* 1. *System. polit. cap.* 10. *Klock de ærar. lib.* 2. *C.* 99. *n.* 20. Et primariam curam esse Principis & Magistratus Luxum coërcere in suis Civitatibus monet, *Ann. Scotus lib.* 2. *comment. in annal. Tacit.*

2. Leges sumptuariæ serio observandæ.

Tacit. n. 30. præsertim cum penes incertum sit, gratiamne an invidiam convivia faciant: Nam si invitati ad parem gratiam referendam obnoxii redduntur, complures sunt, qui neglecti indignantur, & contumeliam aut injuriam meditantur. *Franc. Patric. de Resp. Instit. lib.* 5. §. *convivia à bono cive.* Dicta quoque procedunt de remotione immodicorum sumptuum ab Abbatiis sive conviviis baptizatorum, Kindtauffen/ uti & funeribus. *Klock. de arar. lib.* 2. *C.* 98. *n.* 1.

3. Modica conviviorum celebratio non est prohibita. Modica tamen convivii celebratio propter matrimonii dignitatem in *supra alleg. Reformat. de An.* 1548. non est prohibita, & ideo permissa, & ubique locorum recepta, ne conjunctiones novorum conjugum sint occultæ & clandestinæ, nec absque solennitate nupta sive sponsa in thalamum Mariti ingrediatur, *Joan. Gerhard. in loc. de conjug.* §. 464. *Carpzov. jurisp. Consistor. lib.* 2. *tit.* 8. *defin.* 149. *n.* 4. *per tot.* ubi *n.* 9. convivas monet, ne commessationibus & compotationibus nimium indulgeant nec verbis factis, aut moribus inhonestis scandalum præbeant, aliisque sint molesti, sed meminerint ejus, &c. quod de Tobiæ nuptiis dicitur epulatos fuisse hospites in timore Domini, *Tob.* 7. *v.* 17. & *Cap.* 8. *v.* 29. ubi nihil ultra appositum, quam quod natura exposcit, nam si quis ad naturam vivit, nunquam erit pauper, si ad opiniones, nunquam erit dives, exiguum natura desiderat, opinio immensum, inquit *Seneca in Epist.* unde Claud.

Vivitur exiguo melius, natura beatus
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

Et Lucret. 5.

Divitiæ grandes homini sunt vivere parce
Æquo animo, neque enim est unquam penuria parvo.

De Expensis judicialibus supra aliqua notavi, *hoc verbo fol.* 700. Et quod Victus Victori in expensas, die Unkosten/ condemnandus sit non solum ex jure Civili, sed & Canonico notum est, *per text. in C. finem libr.* 5. *x. de dol. & contum.* Idque tam in extrajudicialibus locum habet, ut sunt viatica & Salaria Advocatorum, quam judicialibus, quales sunt judicantium merces Urtheil Gelder/ &c. quæque Notariis & Scribis Judiciorum pro citationibus, examinatione testium aut conscribendis actis debentur: Salaria item Tabellariorum, & quæ præterea sunt ejusmodi sportulæ judiciales, *Moller in Commentar. ad Constit. Saxon. part.* 1. *const.* 31. *n.* 2. 4. Victus Victori in expensas condemnandus. Et licet nonnulli velint per *text. in Novell.* 82. *C. oportet.* 10. judicem, qui ab expensis absolvit justam causam, ob quam id fecerit, exprimere debere; in Judicio tamen Aulico, Camera Imperiali, plerisque aliis in Curiis contrarium observatur, & generalibus verbis fit compensatio expensarum ob justam causam litigandi, puta ex causis animum judicis moventibus, aus bewegenden Ursachen/ *Gail.* 1. *observ.* 151. *n.* 21. 5. An judex ab expensis absolvens, causam hujus exprimere debeat. Expensæ de cætero secundum qualitatem personæ ministrantur, *Surd. de aliment. tit.* 4. *q.* 21. *n.* 9. Unde officiales ac alii qui extra locum vocati, sumptus moderatos pro dignitate personæ facere, eosque repetere possunt; aliud de delicatis expensis statuendo, *Steph. Gratian. disceptat. Forens. C.* 57. *n.* 5. *Surd. d. tit. quæst.* 25. *n.* 3. ubi *q.* 18. *n.* 8. 12. 13. & 14. subdit lautiori mensa & delicatiori cibo illustres nobiles & egregias personas excipiendas & tractandas esse, quam humilioris conditionis homines. 6. Expensæ secundum qualitatem personæ ministrantur.

Unterthan.

SUMMARIA.

1. *Specialia de subditis, & remissive.*
2. *Quis proprie sit subditus, & quatenus domicilium faciat subditum.*
3. *Servos peregrinis posse comparari.*
4. *Bellum non Principi solum, sed omnibus intra ipsius territorium videri indictum.*
5. *Naturam non impedire constitutionem servitutis.*
6. *Quomodo deditus supplexque rapi possit in servitutem.*
7. *Quasdam gentes ad servitutem natas esse.*
8. *Olim conditio Servorum fuit durissima.*
9. *Hodie inter Christianos abolita.*
10. *Ad Turcis tamen contra Christianos, & vicissim servitutis jura observari.*
11. *Huc hodiernas rusticorum & subditorum operas posse referri.*
12. *Quin & operas liberorum mercede conductorum.*
13. *Propter sævitiam Dominos posse jurisdictione & potestate privari.*
14. *Quæ actio competat Fisco ad feudum ex felonia apertum.*
15. *Vasallum Subditos, & rem feudalem male tractantem feudum amittere.*
16. *Operas ex conventione, præscriptione aut concessione deduci.*
17. *Dominus territorialis quoad operas nunquam habet fundatam intentionem.*
18. *Quia jura exactionem operarum perhibent.*
19. *Si Subditi fateantur debitum operarum illas tamen ad arbitrium boni viri reducendas esse.*
20. *Domini in impositione operarum non sunt judices.*
21. *Exactiones operarum licitas dicenti probationem tituli incumbere.*
22. *Refertur Sævitia impetrati rei.*
23. *Dominus sæviens in Suditos tenetur eos dimittere.*
24. *An Vasallus ante privationem prius admoneri debeat.*
25. *An aliquos Subditos male tractans, omnibus privari debeat?*
26. *Quomodo Vasallus res feudales tractare debeat?*

27. *Enar-*

27. *Enarrantur impetrati gesta circa res feudales.*
28. *An partem feudi deteriorans toto feudo privari debeat?*
29. *Gravis requiritur causa ad privationem & an ea filios quoque delinquentis tangat?*
30. *Asseritur privationem hoc casu habere locum.*
31. *Quanta injuria & contumelia in Dominum sit, subditos feudales male tractare.*
32. *Vasallum taliter delinquentem in Curia Domini stare non posse.*
33. *Filius quoque privari propterea posse feudo hereditario.*
34. *An agnatis devastationem Domino non denunciantibus possit etiam auferri feudum.*
35. *Statuitur illos ad processum non citatos prius audiendos esse.*
36. *Famuli nostri mercede conducti Servi non sunt.*
37. *Subditi vel eorum liberi non possunt cogi à Magistratu vel Domino ad operas sibi locandas.*
38. *Nisi propriis operis detineantur, & extraneis locare velint, tunc enim Dominum præferri.*
39. Leibeigene *sunt fere hodie adscripti glebæ, & vindicari à Domino possunt.*
40. *Manumissos se dicentes, per instrumenta hoc probare debent.*
41. *Quomodo quis jure Civili Servus efficiatur.*
42. *Debitor non solvendo existens, adjudicabatur olim Creditoribus.*
43. *Quid de Carceratione debitorum* vom Schuldenthurn *statuendum?*

1. Specialia de Subditis, & remissive.

HUc repeti possunt ea, quæ supra verbo Adel *fol.* 212. *à n.* 70. *usque* 96. notavi. Servitutis ratio politica esse potest, quod rebelles inter alia etiam servitute puniri & plecti debeant, ut quorum libertas perniciosa, salutifera verò Servitus, & qui superbire noverunt in libertate, discunt obedire subjecti, *C. octava* 12. *q.* 2. nec dubium est, plurimas servitutis species ex istis principiis hodiedum extare. Hinc Servi Ecclesiastici, quos Victores Ecclesiis & Monasteriis tanquam vivas hostias donarunt & consecrarunt. Hinc demortui Servi *tertia pars bonorum* pertinet ad Dominum, vel optima vacca, aut vestis defuncti, pro diversa variorum locorum observantia. Hinc operæ rusticæ exsolutio des Hauptrechts / Leibhennen / Rauchhünnen / mortuarum. Hinc varia propriorum hominum nomina, & species, Wildfang / Hagenstelz / Bachstelzen / Badersleuth / &c. quæ vel ex prætensione Serenis. Electoris Palatini contra quosdam Imperii Status in Comitiis Ratisbon. anno 1653. & annis proximè præteritis mota non incognita esse possunt. Non ergo putandum est, inanem planè operam poni ab interpp. Juris, si materiam servitutis personalis accuratius evolvunt, nam passim in Germania servorum species adhuc reperiuntur, & controversiæ circa eos occurrentes, commodè decidi non possunt, quin subinde ad Jus Romanum, de servis disponens, tanquam ad argumentum vicinum sit recurrendum, nec quidquam tam remotum à foro videtur, quin sagax & Judex vel Advocatus alicubi applicare queat. Plura de hac materia videri possunt apud *Don. Speidel. in Specul. observ. verbo:* Leibeigen / *Dav. Mev. tr.* von Abfolg der Baursleuth / *Johan. Philippi Inst. d. libertin. Eclog.* 38. & 39.

2. Quis propriè sit Subditus & quatenus domicilium faciat Subditum.

Controvertitur sæpiùs, quis propriè sit subditus? Subditum profectò non facit feudum, quin imò subditus & Vasallus toto cœlo distinguuntur; & multò plus est, esse subditum quam Vasallum, quia subditus multò strictius obligatur. Subditum facit præcipuè *homagium* personale, non reale, quod fit causâ bonorum. Subditus parere debet mandatis, præstat homagium Erb- und Landshuldigung / quæ est vera agnitio subjectionis, gravatur oneribus & servitutibus, potest multari, comparet citatus ad tribunal, ad bellum, ad excubias arcis, sequelam, delectum secundùm observantiam cujusvè loci; Subditus est, qui Jurisdictioni in loco domicilii subest, atque *domicilium* regulariter facit subditum. *Thes. Basil. vol.* 4. *disp.* 2. *l. m.* 3. & *Vol.* 5. *disp.* 11. *l. ij ij. Gail. de pign. obs.* 15. *n.* 7. quia domicilium cum quolibet foro concurrit. Potest autem quis domicilium habere in pluribus locis, & tunc in electione actoris est, in quo agere velit, *l.* 5. *l.* 6. §. 2. *l.* 27. §. 2. *ad municip.* ubi sunt textus apertissimi, & ibidem *Brunnemann. Gail.* 2. *obs.* 35. *n.* 10. & *de arrest. c.* 6. *n.* 21. *Menoch. Art. qu. lib.* 2. *cas.* 86. *num.* 12. & 20. *Carpzov. lib.* 2. *resp.* 54. & *p.* 2. *decis.* 194. *n.* 2. *Zanger. de exc. p.* 2. *c.* 1. *n.* 89. *Mev. p.* 4. *decis.* 256. *n.* 11. *Coler. de process. exec. p.* 2. *c.* 1. *n.* 37. R. A. *anno* 1548. §. wie wol auch in Ringerungs-Handlung & *in* §. aber der Grafen. R. A. *anno* 1586. §. in Fällen aber. *Instrum. Pac. art.* 5. §. *libera* 28. *vers.* nisi forsan in quibusdam locis ratione bonorum & respectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur subjecti; Itaque talis conveniri potest, vel ubi larem fovet, vel ubi majorem partem bonorum possidet, *l.* 2. *C. ubi Senat. vel clariss. conven.* & si quis per Ministros suos foveat focum & ignem in aliquo loco, videtur ibi domicilium habere. *Coler. d. loc. n.* 43. nisi tantùm officii & commoditatis causâ, non animo habendi domicilii illic moretur, *l.* 17. *ff. ad munic.* & ibi *Brunnemann.* Quamvis enim si quis domicilium habeat in loco originis, licet alibi frequentiùs habitet, domicilium originis sit potentius, cum duo vincula fortiùs ligent, tamen hoc non impedit, quò minùs in altero quoque foro possit conveniri; Nam filius civis, forum quidem sortitur in loco originis, vel ubi pater habitavit, sed id tum demum, si alibi domicilium non constituit, quia per domicilium alibi constitutum, originis jus & forum mutat. *Gail.* 2. *obs.* 36. *n.* 5. & 6. *Mev. p.* 3. *decis.* 71. & ubi quis domicilium

habet, forum sortitur; Etenim sequimur demum forum domicilii, ubi de alio contracto non constat. *Mev. p. 5. decis.* 164. *Struv. syntagm. jur. civil. exercit.* 9. *th.* 19. Atque si pater moriatur, filii minorennes non possunt domicilium mutare, *Franck. lib.* 1. *resol.* 9. 16. plura videri possunt apud *Richter vol.* 2. *consil.* 2. *n.* 12. *Bruning. de homag. concl.* 288. *Gilmann. decis.* 46. *lib.* 1. *n.* 36. quia Reges & Principes, in aliorum provinciis dominia possidentes, eorum respectu pro subditis habentur, *Unrath. de jur. subject. th.* 41. *Leiser. de Landsass. th.* 28. 29. *&* 37. Atque sic decisum contra nobilem, qui possidens bona in Episcopatu N. ad domicilium originis frustra provocavit.

Servi quodammodò peregrinis comparari posse videntur. Sicut enim peregrinus in civitate non fruitur juribus civium, des Burger-Rechts/ ita servus frui nequit jure communi liberorum, des Völcker-Rechts.

3. Servos peregrinis posse comparari.

Si enim capti non occiderentur, sed servarentur, servi fiebant. Nam si bellum indictum est, tunc dissolutâ societate alteri alterum lædendi facultas concessa est, Joh. à Feld. *in not. ad Hug. Grot. lib.* 3. *c.* 4. nec solùm Principi, sed omnibus intra fines hostiles existentibus bellum indictum censetur, *Grot. de J. B. & P. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 6. ubi tamen hoc jus belli non ab omni culpâ liberare, sed facti tantùm ait præstare impunitatem, quia crudelissimum sit, in deditum supplicemque sævire.

4. Bellum non Principi solum, sed omnibus intra ipsius territorium videri indictum.

Nec impedit natura, quæ omnes homines æquales producit, quò minus captus in servitutem trahi possit, quia recta ratio nunquam talem constituit personarum æqualitatem, quæ mutari ex justâ causâ non possit, ideò fundata est servitus in jure victoriæ, seu ultione & vindictâ injuriæ ab hoste illatæ, nec non coërcitione, ut imposterùm ab ulteriori offensione simus securi. Atque etiam infantes rediguntur in servitutem, quia in bonis externis puniri possunt propter delicta aliorum, sicut in crimine hæreseos & læsæ Majestatis. Potest ergo victor punire Rempubl. hostilem, reddendo eam servam, & puniendo etiam in infantibus, spoliando eos opibus, & privando libertate, quia sunt pars Reipubl. hostilis, C. Lugo *de Just. & Jur. disp.* 6. *sect.* 6. *n.* 12. Et multò majori ratione servitus ad natos è servis extenditur, quia si parentes fuissent occisi, illi nasciturì nunquam erant.

5. Naturam non impedire constitutionem servitutis.

Licet enim nulla ratio juris gentium videatur permittere, ut is, qui se dedit, & arma submisit, occidatur: Servitus tamen vel ideò de iis introducta est, quia adhuc resistentes in bello occidi poterant, atque in hac ipsâ ratione, quod arma submittentes occidere fas non sit, consistit jus gentium, quod servitutem introduxit. Nec obstat, quod jus gentium naturalis ratio inter homines constituit, servitus autem contra naturam esse dicatur, §. 2. *Inst. de jur. pers.* quia servitus est tantùm contra primam naturæ permissionem, sed tamen ex aliâ ratione naturali justè introducta, quæ suadet hominem servare potiùs quàm occidere.

6. Quomodo deditus supplexque rapi possit in servitutem.

Sunt insuper quædam gentes naturali feritati & servituti sic assuefacti, ut serviliter tractari & coërceri debeant, ne scilicet effrenes in perduellionis rapiantur procacitatem, ut inquit, *Paul. Æmil. lib.* 3. ideoque semper vigilandum est Dominis, qui ejusmodi gentes regunt, ne contra eos insurgant, & libertatem de facto acquirant. Sicut Tyrii à servis occisi, & qui servi erant, Domini facti sunt, *Justin. lib.* 18. *n.* 3.

7. Quasdam gentes ad servitutem natas esse.

Et quidem durissima olim fuit conditio servorum, in quos Domini habebant jus vitæ & necis, eosque ob levissimas causas occidebant, & patet ex libro Senecæ *de ira lib.* 3. *c.* 40. de Phædio Pollione, *qui muranas in piscinâ aluit carne servorum.* In Africâ catenis vincti, ad instar equorum, agros colere coguntur: apud Lusitanos servorum greges veneunt publicè pecudum in morem, teste *Bodin. de republ. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 35.

8. Olim conditio servorum fuit durissima.

Verùm sicut jam apud Romanos jus servitutis ad humanitatem magis redactum est, §. *sed hoc tempore. Inst. qui sunt sui vel alien. jur.* ita cum primis hodiè inter Christianos, propter commune vinculum Christianæ Religionis, servitus planè sublata est, & captivi saltem ad Lytrum capienti solvendum obligantur, *König. in theatr. Polit. c.* 1. *n.* 136. *& seqq. p.* 1. Sie müssen sich ranzioniren oder abkauffen.

9. Hodie inter Christianos abolita.

Turcæ tamen Christianos in bello captos adhuc faciunt servos, & vicissim, R. A. zu Speyer/ anno 1542. §. und wiewohl nun. verbo: viehische Dienstbarkeiten. Nam Turcæ bello captos Christianos adhuc in durissimam rapiunt servitutem, & rarò dimittunt pro lytro, ut sic Christianis terrorem incutiant, eosque à militiâ contra portam Ottomannicam absterreant. Eadem ratione contra Turcas procedunt Christiani, ut etiam ipsi feritatem & insolentiam contra Christianos dediscant. Memini Turcas captivos in carceribus concatenatos detineri, & quoties Domino libuerit, fortè pro recreatione convivarum, à capite ad calcem egregiè fustigari, werden für Spaß auff Türckisch geprügelt. Plura de servis videri possunt apud Christoph Lehman. in der Speyer. Chronic. *lib.* 2. c. 20. ubi tractat vom Anfang der Leibeigenschafft in Teutschland/ was dieselbe vor Beschwerden habe/ und durch was Mittel von derselben abzukommen / *Frider. Husan. tr. de homin. prop. Herm. Stamm. de servit. person. lib.* 3. *Dn. Speidel. in spec. historico polit. verbo* Leibeigene. *Mev. ad jus Lubec. lib.* 1. *t.* 3. *art.* 3. *& tr.* von Abfolg der Bauersleute.

10. Turcis tamen Contra Christianos & vicissim Servitutis jura observari.

Ad hanc servitutum & servorum materiam meritò quoque referuntur operæ rusticorum, quæ aut perficiuntur jumentis, mit Pferden oder Ochsen/ aut manibus seu corpore, mit Handfrohnen/ Getreidschneiden/ Heumachen/ Bottschafftlauffen/ Wachen/ Jagen: & sunt istiusmodi operæ vel indeterminatæ, ungemessene Frohnen/ vel determinatæ, quæ sunt favorabiliores.

11. Huc hodiernas Rusticorum & subditorum operas posse referri.

Nec

Nec tamen etiam indeterminatæ, quæ quotiescunque opus est debentur, in infinitum sunt extendendæ, sed definiendæ arbitratu boni viri, ac de solitis solùm vel consuetis intelligendæ. Regula enim circa operas in genere hæc tenenda, quod potiùs restringendæ quàm latius extendendæ sint, *Carpzov. Respons. Elect.* 1. *tit.* 6. *&* 7. *Knichen. de vestitur. pact. p.* 2. *cap.* 3. *Köpen. p.* 1. *q.* 13. *Maul. de homag. tit.* 4.

12. Quin & operas Liberorum hominum mercede conductorum. Quin & operæ liberorum hominum quos mercede conducimus, ad hæc jura quodammodò applicari possunt, *Stamm. d. tr. lib.* 2. *per tot. Alexand. vol.* 3. *consil.* 75. ubi dicit: licere Domino moderatè castigare servum vel ancillam. Nec dubium est, hominem liberum ad operas se obligare posse, etiam perpetuas: quod enim quis alteri in sejus subjectionis constituere possit, textus est in *c. grandi. de supplet. negl. prel. in* 6. Ita Vasalli non nisi sub obligatione exhibendorum servitiorum feuda accipiunt; Emphyteutæ sub annuo canone in perpetuum agros colunt. Imo quod quilibet homo liber pro possessionibus & prædiis suis operas perpetuas promittere & præstare possit, post *text. in c. constitutus X. de religios.* latè deducit *Matth. Coler. de process. executiv. p.* 1. *c.* 9. *n.* 16. *& seqq.* Si quidem non hominis liberi corpus, sed operæ ejus instipulatum deducuntur & æstimantur, quod citra libertatis imminutionem fieri posse & receptum esse constat, *ex l. homines* 3. *ff. de usufr. leg. l. fin. ff. de his qui dejec. vel effud. l. in stipulationem* 54. *ff. de V. O.* ubi dicitur, solutionem hujus obligationis esse expeditissimam, si æstimationem operæ malit libertus offerre, ne aliàs promissio sapiat naturam servitutis. Aliud quippe est, servum fieri, aliud operas serviles præstare. Unde non amplius vocatur in quæstionem, an servitiorum præstationes à rusticis factæ valeant, quod communi omnium sententiâ & praxi quotidianâ comprobatur.

13. Propter sævitiam Dominos posse jurisdictione privari. Ita tamen tractare Dominus homines suos proprios & subditos debet, ne propter sævitiam in illos Dominicâ potestate & jurisdictione privari possit, prout anno 64. in causâ feudali inter vasallum & subditos judicatum esse memini. Omissis processus formalibus, causa talis erat.

14. Quæ actio competat Fisco ad feudum ex felonia apertum. Ut ergo salvo processu ad rem ipsam propiùs accedamus; videtur Fiscus ad repetendum propter felonias commissas feudum rei vindicationem intentare, quia secundum *Mart. in ff. noviss. tom.* 4. *verb. omissio. c.* 2. Vasallus propter culpam amittit dominium ipso jure, sed ad auferendam possessionem requiritur sententia privationis declaratoria, quam causæ cognitio, citato Vasallo ad videndum declarari se feloniam commisisse, præcedere debet: Vel certè datur condictio ex moribus, *idem c.* 4. Et *Gudelin. de jure feud. n.* 9. ait, competit Domino ad rem recuperandam condictio causâ datâ, causâ non secutâ, *lib.* 1. *feud. t.* 2. quin & actio in rem directa, quam & prius habuit Dominus, sed inefficacem in præjudicium Vasalli, quem, quamdiu ingratus non fuit, feudo frui pati debuit; sententiam tamen non solùm declaratoriam sed & privatoriam requirit, quia feudum non amittatur ipso jure, nisi in casibus à lege expressis, cum *Zœs. de Jure feud. c.* 16. *n.* 37. cui consentio. Sed ut ad commissum rectè agi possit, necessaria est ex parte agentis feudi probatio, ingratitudinis ex parte Vasalli, *Mart. d. loc. c.* 4.

Ad probandam itaque ingratitudinem Vasalli, adducitur 1. communis Feudistarum conclusio: Vasallum subditos feudales malè tractantem, & re feudali abutentem, feudum amittere, Schrad. *de feud. p.* 9. *c.* 3. *n.* 59. *Rosenthal. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 45. *Gail.* 1. *obs.* 17. *n.* 4. *Mynf.* 5. *obs.* 8. *Vult.* 1. *c.* 11. *n.* 36. *Bocer. de amiss. feud. ex culp. Vasal. in reb. Dom. commiss. n.* 57. Ubi hanc communem receptamque & juri consonam appellat sententiam. His suppositis Fiscus fundamentum suum collocat 1. in operarum excessu enormi, da die Unterthanen/ deren etwa 60. in 2. Monaten 1666. Frohnen verrichten müssen/ in earum assiduitate, diu noctuque, & in unâ septimanâ quinque vel sex diebus præstandâ: non prætermissis quoque diebus pietati Catholicorum sacratis, & quidem cum denegatione panis, & interdum aquæ, ita, ut non solùm aliqui inediâ in ipsis operis perierint, sed plurimi per earum assiduitatem pago expulsi, eâdemque ex causâ exteri nulli domicilium ibidem quærere voluerint. 15. Vasallum subditos, & rem feudalem male tractantem feudum amittere.

Quibus querelis respondit quidem reus excipendo 1. operas sibi indeterminatas deberi. 2. Ita esse ab antiquo præstitas, seye an diesen Orten von Alters Herkommen/ & sibi à Domino Feudi, ad quem etiam taliter redeant, concessas. 3. Ita subditos secum de illis præstandis convenisse, & operas inter se divisisse. 4. Impetrati frater affirmat, quòd ab annis 60. à morte Mauritii N. operæ in his locis indeterminatæ esse cœperint, non solùm intra, sed etiam extra districtum feudalem, fol. protocolli 48. & seq.

Ex quibus exceptionibus perpendendum, quo jure impetratus nitatur. Mihi quidem nec jus, nec titulum ad exigendas operas indeterminatas habere videtur. Præscriptione enim se tueri nequit, cum 60. tantùm annos, & quidem sine ullâ probatione, allegat. Literis investituræ, vel conventioni cum subditis non potest inniti, cùm in illis nec jota de operis reperiatur, hæc nec ullo tempore intervenisse ostendi potest. Itaque licet operæ à nonnullis pro fructu Jurisdictionis habeantur, *Vult. Cons. Marburg.* 30. *n.* 208. *vol.* 2. *Gail.* 2. *de arrest. c.* 10. *n.* 2. præsertim si ratione fundorum, quos in vim beneficii à suis Nobilibus recognoscunt subditi, eas præstare teneantur, *d. loc.* Iis tamen vix assentiendum, eò quod operæ potiùs, vel ex conventione, vel præscriptione, *Thom. Maul. de homag. t.* 4. *n.* 2. *& seqq.* vel ex concessione Principis cum servi- 16. Operas ex conventione, præscriptione aut concessione deduci.

servitiis istis investientis, quàm ex naturâ Jurisdictionis oriantur, *Möller. lib. 2. Semestr. c. 32. n. 1. Knichen. de pact. investitur. p. 2. c. 3. n 30.* cùm aliàs Jurisdictio cum operis nihil habeat commune, sive illæ ex conventione, quando censitus, sive agricola accepto manso se obligavit ad hæc vel illa servitia, *Jacob. de S. Georg. rubr. de Rhoydis & oper. num. 5. Coler. de process. execut. p. 1. c. 9. n. 66. Besold. in thes. pr.* vel à libertis pro beneficio manumissionis debeantur, *Husan. Tr. de homin. propr. c. 6. n. 53.* Ex quibus

17. Dominus territorialis quoad operas nunquam habet fundatam intentionem. patet, quod Dominus territorii, quoad præstationem operarum nunquam habeat fundatam intentionem contra subditos, sed eas sibi deberi asserens præcisè probare teneatur, ut ex multis allegatis tradit *Klock. cons. 10. fol. 1. n. 738.* jus enim neminem ad servitia cogit, cùm potiùs exactio operarum sit contra jus commune, ejusque prohibitionem, *l. un. C. ne operæ à collat. exig.* & ibi

18. Quia jura exactionem operarum perhibent. Brunnemann. ait: Ex hoc textu Dd. communiter asserere 1. operas esse probandas, & 2. debitas etiam operas subditis non multiplicandas, sed iis succurrendum, qui à Dominis ad immoderatas compelluntur, *Carpzov. p. 1. resp. 53. Gail. 1. obs. 17. n. 3. & 2. obs. 61. n. 13.* Servitia enim rusticorum potiùs restringenda, quàm extendenda, & ita exigenda sunt, ut rus colere & se alere possint, *l. 19. ff. de oper. libert. Gail. 2. obs. 62. in fin.* multò minus rustici ad servitia extra domum Nobilis adigendi, *Carpzov. lib. 1. respons. 57. Autor præjud. Cameral. verbo Roydæ l. 1. C. ne rust. ad ull. obseq. devoc. l. 2. eod.* ubi prohibentur officiales, rusticos vel eorum jumenta ad aliquod obsequium compellere, sub pœnâ publicationis bonorum & exilii perpetui. Causa severitatis est in favore publico, ne à culturâ agrorum subducantur. In tantum, ut Magistratus ne quidem à volentibus subditis insolitas operas exigere, nec subditus nisi cum protestatione exhibere debeat, ne in præjudicium posteritatis pedetentim vergat, *Brunneman. ad d. l. 2. C. ne rust. ad ull.* Unde etiam olim Patrono operas à liberto vindicanti onus probandi, se eas in manumissione expressâ stipulatione sibi reservâsse, incubuisse, probat *l. 1. C. de oper. libert.* & ab operis libertorum ad operas rusticorum nostri temporis Dd. communiter argumentari solere, tradit *Brunneman. ad l. 1. C. de oper. libert.* Idcircò licet subditi fare-

19. Si subditi fateantur debitum operarum, illas tamen ad arbitrium boni viri reducendas esse. antur, se quasdam operas debere & Domino præstitisse, tamen si indeterminatas ille petat, reducendæ semper sunt ad arbitrium boni viri, *Wehner. verb.* Dinge notul/ absque probandæ libertatis injunctione, quia ex præsumptione contra Dominum militante absolvendi sunt potiùs secundùm præjudicium Camerale in causâ Stephan Rueden contra Schultheiß und Gemeind zu Bödigheim / allegante *Klock. cons. 10. fol. 1. num. 742.* ubi porrò *n. 744.* ex multis autoritatibus deducit, quod Domini locorum in impositione vel taxatione operarum non sint Judices, nec possint sibi ipsis jus dicere, *Mynf. 5. obs. 8. n. 12.* & quod contrarium asserens *Gail. tr. de arrest. c. 10. n. 1. & 2.* loquatur de eo possessore, qui titulum conventionis, præscriptionis, vel concessionis habet; siquidem aliàs in dubio operarum possessionem vitiosam, & servitia per Dominorum vim extorta esse creditur, ut ideò præscriptio non currat, *idem Klock. d. loc.* & in *relat. Camer. Schrad. de feud. p. 10. sect. 5. n. 109. & 117. Rosenthal. d. feud. c. 5. concl. 83. n. 7. in lit. g.* 20. Domini in impositione operarum non sunt judices.

Ex quo fit, ut exactiones operarum licitas esse dicenti, probatio tituli, concessionis, privilegii, vel consuetudinis non violentæ incumbat, etiam in possessorio recuperandæ; Ita ut ad præscriptionem operarum tempus immemoriale requiratur, quo demùm præsumptio metûs & extorsionis tollitur, quia hic de maximo agitur præjudicio, dimunitione videlicet libertatis, quæ aurea & inæstimabilis dicitur, maximè si de operis indefinitis, nullo nomine, modo, loco, aut tempore determinatis sit controversia, cum iis Domini pellem subditorum excorient, & vix precarium relinquant spiritum, prout ex multis ad longum allegatis deducit, *Klock. d. loc.* 21. Exactiones operarum licitas dicenti probationem tituli incumbere.

Nullo igitur jure operas indeterminatas à subditis desiderat impetratus, & iis hactenus illos iniquissimè oppressit. Sævitia illius vel ex eo patet, quòd subditos ad operas 5. vel 6. diebus in septimanâ, toto ferè anno & præcipuis agriculturæ, messis, vindemiæque temporibus præstandas, nec non pupillos, viduas, mulieres prægnantes, puerperas, lactantes, senes decrepitos, sexagenarios & septuagenarios (qui tamen in jure à muneribus laborem corporis requirentibus excusati, *l. un. C. qui ætat. se excus.*) cum denegatione panis, & interdum aquæ, cùm tamen ipse tertiam saltem pagi partem obtineat, crudeliter compulit, ut colendis propriis agris, quærendo victui, curandis liberis, nullum superfuerit temporis spatium, imò aliqui desuper teste protocollo, miserrimè fame perierint; quid quod nec quieti noctis, vel diebus dominicis aut festis pepercit, horâ septimâ vespertinâ domum redeuntes, horâ noctis duodecimâ ad operas iterum evocavit. Remissionem earum rogantes graviter multavit, & 5. & 6. personas ex iisdem simul ad eas coëgit. 22. Refertur sævitia impetrati rei.

Jure autem communi statutum est, quod si Domini sæviant in servos, teneantur eos dimittere ex dominio, §. *ult. Instit. de his qui sui vel alien. jur. Mynf. 5. obs. 8. per tot.* cur non etiam Vasallus subditos feudales, quos more tyrannico miserè, crudeliterque tractat? cùm plus juris habeat Dominus in servos suos, quàm Vasallus in subditos feudales, eò quod illi pleno jure spectent ad Dominum, rei verò feudalis proprietas non pertineat ad Vasallum. Quapropter si Vasallus in subditos sæviat infeudatos, eosque malè tractet, hac de causâ privari feudo rectè potest, quia deterioratio feudi in personis gravior est læsio, quam si rebus 23. Dominus in subditos sæviens teneatur eos dimittere.

esset

esset illata, per *text. in t.* 52. *& t.* 55. *in pr. lib.* 2. *feud.* Atque ipse Dominus per injurias subditis illatas tangitur, *l.* 1. §. *aut per semetipsum. ff. de injur.* Sicque dignus est Vasallus feudi amissione, dum vires subditorum minuit, Dominique decus & utilitatem non parum attenuat, *t.* 6. *& t.* 7. *vers. etsi aliquid. lib.* 2. *feud. Zoes. de jure feud. c.* 16. *n.* 34. *Rosenth. de feud. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 45. ubi id deducit per infinitas authoritates, affirmans neminem reperiri directò contradicentem, *Schrad. de feud. p.* 9. *c.* 6. *n.* 61. Indeque in *c. ad Apostolicæ.* §. *præter hæc junct.* §. *nos itaque. de sentent. & re jud.* Papa Innocent. IV. attestatur Regem Siciliæ, Sedis Apostolicæ Vasallum, quod feudales subditos illius regni servili quâdam duritiâ, sævitiâque inhumanâ tractâsset, in Consilio Lugdunensi planè exutum fuisse illo suo feudo, *Bocer. tr. de amiss. feud. ex culp. Vasal. in rebus Dom. commiss. n.* 25.

24. An Vasallus ante privationem prius admoneri debeat?

Illud saltem hic objicitur, quod ad pœnam privationis infligendam requiratur prius à Domino monitum esse, per *text. in* §. *quicunque Advocatiam, lib.* 2. *feud. tit.* 23. *de pace tenend.* quo plurimi apud *Rosenthal. d. suprà loc.* citantur, ipse tamen *Rosenthal. ibidem n.* 59. nullâ omninò admonitione tali opus esse arbitratur, quia aliàs hoc absurdum sequeretur, quod sævitia in subditos commissa non esset culpa reiterata, & Vasallus non propter feloniam, sed post præceptum & admonitionem propter inobedientiam privaretur, idcircò §. *Quicunque advoc.* Sic intelligendum esse, ut vitetur absurdum, & admonitio non sit necessitatis, sed cautelæ, eaque requiratur tantum, quando subditorum tractatio non est ita gravis, non verò quando notoriè constat, Vasallum sæpè sæpiùs malè tractâsse, quo casu sine ullâ præviâ admonitione possit privari, *Menoch. fol.* 1. *cons.* 2. *caus. fin. art.* 3. *n.* 17. *&* 3. *n.* 200. *Roland. Cons.* 40. *n.* 30. *fol.* 4. præsertim cùm hic non in omissivis, sed commissivis versemur, & feudo jam notabiliter deteriorato admonitio sit superflua. *Menoch. remed. recup.* 10. *n.* 96. *& cons.* 2. *supra citato*, imò juramentum fidelitatis satis moneat vastatorem feudi, & pro homine interpellet. Ut taceam impetratum statim à commiss. subdelegatis monitum in exordio commissionis, ut à devastatione abstineat, subditosque immoderatis operis non gravet, quo tamen non attento, er die Unterthanen gezwungen / daß sie noch täglich 6. Wägen mit Stein beyführen müssen/ daß sie die Marcktäge nicht besuchen können: der Gemeind über 12. Wägen mit Stein/ welche sie für sich erkaufft und bezahlt / weggenommen / und zu seinem Schloßgebäu führen lassen/ und das Dorff an vier Enden in Brand zustecken gedrohet; & similia, quæ longum esset hic omnia enarrare. Cum verò ista durante processu, & post admonitionem Cæsaream ab impetrato gesta sint, palam est, non nisi celeri remedio subditis posse consuli, nec esse admonendum, quem constat frustrà admonitum iri, *Natt. Cons.* 174. *n.* 12. Et cùm sævitia ista multis annis sit continuata, hoc casu nullâ admonitione opus esse apud omnes in confesso est, cum factum, quod non amplius relevare potest, non sit necessarium, *l. aliquando* §. *si sub ditione ff. ad SC. Vell. Rosenth. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 52. *Menoch. d. supr. loc. cons.* 2. *fol.* 1. *Roland. cons.* 40. *numer.* 30. *fol.* 4.

25. An aliquos subditos male tractans omnibus privari debeat?

Nec disputandum hic reor de quæstione: An aliquos malè tractans subditos, omnibus tamen privetur? Quia omnes eâdem sævitiâ & operarum insolentiâ oneravit. Quantò autem plures sævitiæ species concurrunt, tantò magis Vasallus privari potest & debet, *Rosenth. d. loc. n.* 90. Ideoque meritò avaritia Vasallorum, & subditos deglubendi, servitiis intolerabilibus onerandi, vel pœnis multisque sub conquisitis artibus & coloribus vexandi detestanda libido, hac privationis pœnâ refrenatur, ut ibidem loquitur Rosenth. Qua etiam impetratum ex supradictis plectendum esse nullus dubito, eòque magis, si rapinæ, injustitiæ, falsa, usuræ, carcerationes immeritæ, de qua delictorum lernâ latius infrà, juxta hanc operarum insolentiam considerentur.

26. Quomodo Vasallus res feudales tractare debeat?

A personis interim accedo ad res feudales, circa quas utique sic Vasallus versari debet, ne iis abutatur, *Gudelin. de jure Feud. p.* 4. *c.* 5. *n.* 2. cum dolo, & crimine notabilis deterioratio non careat, eò quod non videatur fieri ad aliud, quàm ad nocendum, *Zoes. de jure feud. c.* 16. *n.* 34. Atque Vasallum feudo privari, si eo malè utatur, idque per abusum reddat deterius, constans & communis omnium feudistarum est sententia. De reo autem protocollum docet, daß er 40. meistentheils noch neue wolgebaute Häuser in der Frohn niederreissen/ 27. Brunnen schleiffen / weit über 1000. fruchtbare Bäume aushauen/ die öde Plätze zu seinem Allodial-Schloß/ Garten und Aeckern verwandeln lassen/ also das Lehen in ipsâ substantiâ & corpore geschwächt/ daß nunmehr 20. Pflüg mitten in dem Dorff gehen. Die Gemeinstuben / Stall und Hoff ausser der Brucken / so noch seiner Güte halben 100. Jahr stehen können abgebrochen und zum Garten gemacht.

Excipit quidem adversus ista reus: 1. Quasdam domos se emisse. 2. Quasdam obtinuisse jure confiscationis. 3. Quasdam ante destructionem fuisse ruinosas, quas ad præcavenda damna necessum fuerit demoliri. 4. Quasdam periisse incendio. 5. Quibusdam pro subditorum salute & perfugio suam arcem & habitationem ampliâsse, in quâ ipsi sæpius & se & fortunas suas conservarint. 6. Fontes quosdam ideò cooperuisse, ne vel liberi, vel animalia in eos deciderent, cum & tales fuerint, qui levi labore & pretio possint reparari. 7. Es habe sich in dem vorgewesenen Krieg eine Käyserl. Parthey in denen vor oder ausserhalb des Hoffs gestandenen Häusern verkrochen / so habe der Capitain N. darauff anbefohlen / die Häuser niederzureissen/

oder

oder gewärtig zu seyn / daß sie in Brand gesteckt würden.

Sed quàm ex vano hæc omnia petita sint, vel inde apparet, quòd impetratus domos à subditis nullas emit, sed teste protocollo, per violentiam, sine ullo pretio, sibi appropriavit, ideoque & multas areas restituit. 2. Quòd non tantùm ruinosas ædes, sed maximam partem bonas & habitabiles, imò novas destruxit, quæ in actis omnes specificantur. 3. Ex quibus apparet, nullam ferè domum propter ruinæ metum necessariò fuisse destruendam, quinimò assertas impetrati hypothecas & onera debitorum falsa omnia & ficta fuisse. 4. Ex 40. domibus, de quibus quæstio, incendio nullam esse consumptam, quæ enim taliter, & circa culpam impetrati periere, de iis nulla est controversia. 5. Se in arce impetrati perfugium & asylum habuisse subditi pernegant, haben vielmehr als der N. im Land / und der Orth zur Gegenwehr nicht bastant gewesen / ihr Vieh / Pferd / Mobilien / und allen Vorrath verlohren / und dardurch zu armen Tagen kommen. 6. Seye kein einig Stück Vieh oder Rind in Brunnen gefallen / sondern habe reus selbe nur zu dem End schleiffen lassen / daß er darauff zu Acker fahren möge / wie auff allen Orthen / wo die 40. Häuser / Scheuern und Ställ gestanden / von ihm beschehe / und die Unterthanen in der Frohnbauen müssen / könne auch nicht so schlechter Dingen ein Brunn gegraben werden / gehöre grosse Mühe und Arbeit darzu. 7. Quod jussu Capitanei incendia minantis ædes destruendæ fuerint, dictum quidem à reo, sed non doctum est. Quinimò ubi speciatim de quavis domo instituta inquisitio, impetratus nullam de Capitaneo faciens mentionem, destructionem titulo ruinæ, emptionis, hypothecæ, confiscationis, plerunque tamen falso & inani colorare & excusare conatur.

27. Enarrantur impetrati gesta circa res feudales.

Ex quibus circumstantiis cum insignis & magna feudi deterioratio eluceat, Vasallus, feudo privari potest, *Bocer. tr. de amiss. feud. ob culp. Vas. in reb. Dom. n.* 20. & 37. *Rosenthal. d. feud. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 2. & *seqq.* ubi expresse ponit hanc speciem; si Vasallus arbores frugiferas incidat, propterea feudo privari posse, præsertim si vigentes & bonæ adhuc sint, atque etiamsi alias substituerit, cùm illæ tardè crescant, & ad frugem similem serò ac raro perveniant: Requiritur tamen non arborum saltem paucarum, sed notabilis & insignis deterioratio, puta si sylva glandifera, vel hortus pyris, pomis & olivis consitus esset, & Vasallus multas ex illis contra consuetudinem horti aut sylvæ illius extirparet; Hoc autem hic accidisse nemo negaverit, cùm impetratus ultra mille arbores fructiferas & bonas extirpaverit. Quod si autem Vasallus arbores succidens feudo cadit, quid fiet, si subditorum domos, horrea, fundos, stabula, fontes diruat, & solo adæquet, *Rosenth. d. loc. lit. a. in gl.* præsertim si perpendatur, quod fundos feudales, areasque destructarum ædium, arci & habitationi suæ tanquam bono allodiali adjunxerit, ex iis eam partim in hortos spatiosissimos convertendo. Qualis enim & quanta hæc est feudi Imperialis, ne dicam dolosa, transformatio? Et quid patrocinari poterit impetrato, si 40. domos dirutas, mille arbores eradicatas, 27. fontes, non tantùm ad vitæ sustentationem, sed & restinguenda incendia, non sine sumptibus factos, destructos, & vastatos esse, quisquam consideraverit? Non enim tectis, non pane, non sale tam frequenter utimur, quàm fontibus, in quo elemento aquæ puræ asservando omnes naturâ impellente debemus esse diligentissimi, *Knipschild. de jur. Imp. Civit. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 51. Et Magistratus ad retinendos subditos, vitandamque deformitatem, potiùs ædificiorum Dominis ex officio reparationem injungere debet, quàm ipse suâ sponte ædes diruere & vastare, *Besold. de increm. Imp. c.* 2. *n.* 4. Nec tamen contentus privatorum bonis impetratus, etiam bona & vias publicas communesque die Allmenden / ad allodialem suam habitationem traxit. Ut taceam quod insuper subditos adegerit ad propriam ædium suarum destructionem, sicque in propria viscera (& quidem sub comminatione pœnæ) sævire compulerit. Insuper lapidibus, & lignis solutarum ædium vel ad amplificationem suæ habitationis usus sit, vel subditos constrinxerit, ut ea N. usque aveherent, suoque nomine ibidem divenderent.

Quibus omnibus ita in veritate facti constitutis ego necesse nihil duco, examinare illam quæstionem, utrum partem feudi deteriorans, toto nihilominus feudo privari debeat, cum multæ hic deteriorationis species in omnibus ferè feudi partibus concurrant, & ita quidem, ut unica hæc separatim considerata in totius tamen feudi grave damnum redundet, quo casu totius feudi privationem locum habere tradit *Rosenthal. d. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 7. & 35. Fiunt enim ista omnia contra præstitum fidelitatis juramentum, quo casu Vasallum feudo privari posse textus est expressus in *t.* 21. *de feud. sine culp. non amitt. lib.* 1. *feud.* & *lib.* 2. *t.* 6. *in fin.* & si Vasallus privari potest si solum sciverit, quempiam grande damnum patrimonio Domini moliri, nec eum certioraverit, *t.* 24. *quæ sit prim. caus. benef. amitt.* §. *præterea Vasallus lib.* 2. *feud.* multò magis exui debet, si ipsemet grandem jacturam rebus Domini inferat, *Bocer. d. supra loc. num.* 20. & *seqq. Vult. lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *num.* 39. — 28. An partem feudi deteriorans toto feudo privari debeat?

29. Gravis requiritur causa ad privationem.

Adversus ista quidem omnia regerit impetratus, ad pœnam gravissimam & odiosam privationis non facilè accedendum esse, nisi gravi & magnâ ex causâ, *Menoch. cons.* 1. *n.* 397. & *cons.* 102. *n.* 7. præsertim si feudum sit improprium, wie dieses Erb-Pfand- und Burg-Lehen / quo Vasallus privari non possit ex iisdem causis, ex quibus alii Vasalli feudo privantur, *Crav. cons.* 6. *n.* 109. eò quod in pœnalibus à feudo proprio ad improprium non fiat extensio, &

feudum

feudum pignoratitium empto non sit simile, *Vultej. de feud. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 46. *Wesenbec. conf.* 57. *n.* 8. Tum verò dolum Vasalli in deterioratione probandum esse. Sed hic impetratum multa per turbas bellicas excusare posse, ut culpa potiùs tantùm, quàm dolus appareat, à quo tamen, & gravi privationis pœnâ quælibet etiam fatua & injusta causa excuset. Quinimò cùm Vasallus jam septuagenarius sit, vicinusque morti, idcircò haud magnum sibi à privatione feudi præjudicium, nec fiscali lucrum accedere, cum post mortem suis filiis ex personâ primi acquirentis feudi successio debeatur, quibus ex delicto Patris feudum nequeat auferri. Præteritis insuper belli temporibus subditorum vitam fortunasque sæpius conservâsse, ita ut etiamsi aliquo altero casu feudum devastârit, tamen propter vicissitudinariam meliorationem eo privari nequeat, *Schrad. de feud. p.* 9. *c. n.* 59. eò minus, quia jam quàm plurimis subditorum querelis reali solutione & rerum ablatarum restitutione satisfecerit, quo casu mitigari pœna aliàs commerita possit & debeat.

30. Asseritur privationem hoc casu habere locum.

Verùm enim verò licet gravis sit pœna privationis, illa tamen certis in casibus à jure feudali expressè statuta est; tum verò *causa hæc* ita comparata, quod propter hunc sævitiæ plenum in operis exigendis excessum, subditos ex feudo damnosissimè ejecit, usuris mordacissimis & anatocismis vexavit, suos sibi debitores in libro domestico rationum falsò inscripsit, justitiam implorantibus denegavit, gratiam petentes gravius punivit, bonis, quæcunque sibi commoda & utilia visa sunt, publicis & privatis tyrannicè absque omni titulo & causâ spoliavit, carcerationibus immeritis ac perduris excruciavit, viduas & pupillos oppressit, uti protocollum in omnibus paginis ostendit. Si autem Vasallus nimis crudelis sit in subditos, feudo privabitur, ait *Menoch. tr. de recup. poss. remed.* 10. *n.* 86. & *de arb. jud. quæst. lib.* 1. *cent.* 1. *cas.* 78. *n.* 4. Quod tum maximè verum, si Vasallus contra æquum & justum subditis vim inferat, justitiam deneget, imò prohibeat, ne alii justitiam ex æquo administrent, *Schrad. p.* 9. *c.* 6. 61. *Rol. à Valle conf.* 18. *n.* 29. *vol.* 3. cum maxima & capitalis sit injuria, miseris subditis, modicum illud, quod habent, eripere, eosque deglutire, *Rol. à Valle d. loc. num.* 23. & 28. *Mynf.* 5. *obs.* 8. *n.* 13. hæcque mala subditorum tractatio, sævitia, & injustitia etiam pertinet ad interitum feudi, contumeliam Domini, & est privatione feudi dignissima, *Alexand. in l. pivoritum* §. *Si feudum. n.* 1. *ff. Sol. matr. Gram. decis.* 104. *n.* 18. 19. *Hartm. in obs.* 1. *de feud.* 54. *obs.* 36.

31. Quanta injuria in Dominum sit subditos feudales male tractare.

Quod si jam porrò juxta rapinas & emunctiones subditorum considerentur sacrilegia, falsa formaliter perpetrata, finium & lapidum, der Marck- und Güterstein exterminatio, prava feudi transformatio, Convasallorum defraudatio, meritò quis dubitaverit, quomodo persona tot delictis commaculata stare in curiâ Domini possit? Insuper ingentes minas effudit contra Imperatorem, quibus non solùm contra juramenti religionem peccavit, sed etiam personam Domini despectui habuit, exindeque privationem feudi meruit, *Rosenth. c.* 10. *concl.* 35. *n.* 2.

32. Vasallum taliter delinquentem in Curia Domini stare non posse.

Cùm igitur neminem inveniam dubitantem vel contradicentem, an tot dilictis aggravatus feudo privari possit & debeat, idcircò plures in hunc finem textus & autoritates colligere supervacuum duxi; Justè siquidem faciunt Domini superiores, si contra sævitiam Nobilium miseris & oppressis succurrant, quia Imperatoris proprium est, è manu sævientium liberare oppressum *Thom. Gram. decis.* 104. *n.* 8. Illud saltem perpendendum, quid de filiis privandis; quid de agnatis statuendum? Ubi considerandum; agi quidem hoc loco de feudo improprio, von einem Erb- und Pfand-Lehen / so nicht auff die Söhne / sondern auff des primi acquirentis Erben gerichtet / quod tamen non minus quàm proprium feudum, ob sævitiam & deteriorationem notabilem amittitur, *Schrad. de feud. p.* 9. *c.* 6. *n.* 74. *vers.* 14. *Rosenthal.* 10. *concl.* 33. *n.* 92. per textum expressum *in c. un. de feud. non hab. propr. natur. lib.* 2. *feud. t.* 48. ubi dicitur, qualitercunque feudum datum fuerit, licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi censebitur, ut ex causis ipsum amittat, quibus & verum feudum. Et amplius Rosenth. *c.* 11. *concl.* 5. *n.* 2. ait: In feudo vero hæreditario vulgatam distinctionem ex *tit.* 24. *lib.* 2. *feud.* 1. denique adhibeo, quod nimirum si delictum commissum sit in personam Domini, exclusis filiis, agnatis & omnibus descendentibus delinquentis, Domino, ut injuriæ suæ vindictam & ultionem consequatur, applicetur, ubi infinitas authoritates allegat, asserens nullum esse qui dissentiat. Domini autem statum esse connexum cum statu subditorum, ita ut mala eorum tractatio ad injuriam & contumeliam Domini pertineat, extra dubitationis aleam positum est. Honestas enim postulat, ut homines infeudati benè tractentur, quia subditi Vasalli sunt subditi superioris, ut Vasallus non tantùm proptereà abstinere debeat, ne Dominum in rebus feudalibus offendat, sed etiam ne eos lædat, quorum protectio & defensio ad superiorem pertinet, *Rosenth. d. l.* etenim ad nos quoque spectat injuria, quæ fit iis, qui potestati vel affectioni nostræ sunt subjecti, §. 2. *Instit. de injur. l.* 1. §. 3. *ff. eod. Christin. fol.* 6. *decis.* 78. *n.* 23. & indignum esse Vasallum feudo, qui personas affectioni vel potestati Domini subjectas injuriâ afficit, habetur in *t.* 7. *de novit. form. fid.* quod eò magis hic locum sibi vindicare videtur, quia Vasallus post admonitiones Imperatorias non destitit, sed in apertum earum contemptum in devastatione feudi & subditorum oppressione præfracto animo perrexit, ut docet idem *Rosenth. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 56. & 57. imò etiamsi delictum in personam

33. Filios quoque privari propterea posse feudo hereditario.

nam Domini non sit commissum, tamen feudum hæreditarium filiis auferri posse, habet idem Rosenth. *d.c.* 11. *c.* 5. *n.* 6. citans Bart. Alciat. Fichard. Socin. Jun. Minsf. *cons.* 44. Gail. 2. *de pp. c.* 13. 21. ubi de feudo ex pacto cum loquatur, & id filiis ex delicto patris auferri posse neget, contrarium in hæreditario videatur statuere. Id quod etiam probatur per text. *in c.* 1. *tit. Si Vasallus feud. priv.* ubi dicitur: *Vasalli delinquentis feudum, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aspirabit, nisi id iterum à Domino licitè acquirat gratiam sibi faciente.* Ex quibus verbis apparet, nec defuncto delinquente eos aspirare ad feudum posse, quia aliàs necessum non esset precibus hoc impetrare, *l. un. C. de thesaur. l. frustra C. de mil. vest.* Et in *c. Si Vasallus culpam. t. Si de feud. defunct. content. fu.* dicitur: *Si Vasallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque descendentes ad id feudum revocabuntur.* Ex quibus capitulis, & verbis eorum generalibus satis patet, filios semper à feudo excludi, sive delictum in Dominum ipsum, sive aliter commissum sit. Si enim in Dominum aliquid esset perpetratum, tum neque agnati admitterentur, ut apparet ex §. *fin. lib.* 2. *feud. t.* 24. *quæ fuerit prim. caus. benef. amitt.* uti cum omnium ferè feudistarum applausu plenissimè deducit, *Hart. Pistor. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 16. *per tot.* Ex quibus fundamentis, propter suprà recensita enormia delicta, etiam filios cum Patre privandos esse concludo. Præsertim cum bona, quæ patri aufferuntur, & quæ non amplius habet, ad filios transmitti non possunt, *Herm. Vultei. de feud. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 20. *Berlich. p.* 3. *concl.* 37. *n.* 1. *&* 12.

34. An Agnatis devastationem Domino non denunciantibus possit etiam auferri feudum.

De agnatis & illud quæri potest, quia proprias portiones in isto fundo actualiter possident, ob sie auch nicht deßwegen zu straffen/ und ihrer eigenen an diesem Lehen besitzenden Antheil zu priviren/ weilen sie der devotion etlich und zwantzig Jahr zugesehen/ und contra fidem juramenti dem Lehen-Herrn hunc notabilem fundi interitum verschweigen/ und noch darzu deß Vasalli felonias defendiren wollen/ quia damnosissimum hoc silentium grandem Domino directo adfert injuriam. Atque in jure feudali expressum est, *tit.* 24. *quæ sit prim. caus. bon. f. amitt. §. præterea Vasallus. lib.* 2. *feud.* quod Vasallus feudo suo privetur, si sciverit, quempiam grande damnum patrimonio sui Domini moliri, nec tamen de eo Dominum certioraverit. Sive dolo, sive ex negligentiâ id facere omiserit. Tenetur enim sub pœnâ privationis tale damnum Domini avertere, si e fit in ipsius viribus & sine periculo salutis fieri queat, qua obstrictus est personam & bona Domini intacta servare, etiam cum prudentiâ sive providentiâ suâ. Nec enim tantùm jurat nullum damnum Domino inferre, sed & alios pro viribus repellere, & quam citò poterit, Domino nunciare, si videlicet sciat, velle quem oppidum aut segetes incendere, vites & arbores incidere, *Rosenth. c.* 10. *concl.* 17. *n.* 40. *& seqq.* ubi text. & Author. plurimas allegat.

Quapropter sicut impetratum & ejus filios, ex causis suprà positis censeo condemnandos esse; Ita in eâdem fere condemnatione sunt Agnati, qui cum in eodem feudo suas obtineant partes, ejus devastationem videre & notare evidenter potuerunt, ut adeò in notoriis possent etiam eadem sententiâ condemnari, præsertim quia impetrati felonias insuper defendere judicialiter conati sint. Quia tamen ad hunc processum nunquam sunt citati nec auditi, & adeò eorum felonia in omittendo saltem consistit, consultus judicarem, si in sententiâ hoc adderetur? Und werden den agnatis hiemit 2. Monat zu ihrer Verantwortung/ warum sie 10. 20. 30. und mehr Jahr der Lehens-devastation / wider ihre Lehens-Pflicht zugesehen/ angesetzt: & moneri potest Fiscalis ferner gegen sie zu verfahren. 35. Statuitur illos ad processum non citatos prius audiendos esse.

Durissimam ergo illam servitutem antiquam, circa annum Christi 1250. desiisse testatur *Bodin. lib.* 1. *de republ. c.* 5. & *Tacitus in historiâ de moribus Germanor.* tradit: Germanos nunquam habuisse veros servos. Homines enim proprii, in quibus maximè adhuc servitutis species elucet, ad antiquam illam servitutem comparati reipsâ sunt liberi. Quamvis in Bohemiâ adhuc durius habeantur, aut liberè donentur. Famuli verò nostri, qui mercede conducti nostris expensis nobis inserviunt; tantò minus sunt servi, quia nec venduntur nec vindicantur actionibus civilibus, sed homines liberi sunt in omnibus, Testes, Judices & Procuratores in Judiciis esse possunt, testamenta condunt, & quoslibet perficiunt contractus. Quare nec subditi, nec eorum liberi à Dominis aut Magistratibus suis ad famulitia vel operas præstandas cogi possunt, quia coactio elocandi operas sapit speciem servitutis: Quin etsi rustici alteri ejusdem conditionis homini operas suas elocaverint, amicitiæ solùm & familiaritatis ratione adducti id plerumque facere solent, adque id temporis eligunt, quod ipsis magis est commodum, nullusque subest timor, quod detineantur inviti, & ultrà quàm commoditas eorum ferat, ipsis injungatur, quod metuere apud Dominum possunt, *Hartm. Pistor. obs.* 101. *n.* 19. *& seqq. Carpzov. p.* 1. *const.* 51. *d.* 9. *n.* 6. *& seqq. & lib.* 1. *resp.* 58. *n.* 8. *& seqq. Richter decis.* 93. *n.* 14. *& seqq.*

36. Famuli nostri mercede conducti servi non sunt.

37. Subditi cogi non possunt à Magistratu vel Dominis ad operas sibi locandas.

Quod si verò propriis operis non detineantur; sed eas extraneo locare omninò velint, tunc Dominus, re adhuc integrâ concurrens, eandemque mercedem promittens, meritò prærogativâ gaudet. Nec enim subditorum interest hoc casu, an extraneo serviant, an verò Domino, cui etiam pietatis ratione & vinculo Sacramenti præ altero magis astringuntur. Et si hoc detrectent, ad refusionem interesse & damni Domino tenentur, *Hartm. Pistor. d. obs.* 101. *Carpzov. d. const.* 51. *def.* 9. *n.* 8. *& seqq. Richter.*

38. Nisi propriis operis non detineantur.

ter d. 98. n. 43. & seqq. Quod etiam eadem pietatis & reverentiæ ratione ad ministros Ecclesiarum extenditur, ut nimirum Parochiani operas suas ad culturam agrorum aliis elocare nequeant, priusquam agri Parochiales ab ipsis consiti fuerint. *Carpzov. in Jurispr. Eccles. lib. 2. def.* 338.

39. Leibeigene sunt fere hodie adscripti glebæ.

Cæterùm homines proprii hodierni, Leibeigene Leuth/ quibus devictis olim terræ relictæ sunt colendæ, ne provincia in solitudinem redacta ipsis victoribus esset infructuosa, invito Domino recedere non possunt, quia sunt ascripti glebæ, ipsique & eorum liberi perpetuò coguntur adhærere fundo, & ideò inter immobilia numerantur, *Mindan. de Mandat. lib. 2. c. 67. n. 8. Husan. de propr. homin. c. 2. q. 5. n.* 10. Hinc vocantur manentes, Hübner/ so von einem Herren oder Closter begütert seynd/ qui fugitivi repetuntur, *l. cum satis 23. §. 1. C. de agric. & censit.* adeoque cum omni sobole & peculio restituendi sunt, actione præjudiciali utili contra denegantem eos comparatâ, *Mev. ad jus Lubecens. lib. 1. tit. 3. art. 3. & tr.* von Absolg der Bauers-Leuth. *Henr. Hahn ad Wesenb. ff. de stat. hom. n.* 5. vel condictione ex *l. si Coloni. C. de Agric. & censit. Menoch. recup. possess. remed.* 10. *n.* 31.

40. Manumissos se dicentes per Instrumenta probare debent.

Quod si manumissos se dicant homines tales proprii, instrumenta manumissionis ostendere debent, ne civitas servilis conditionis hominibus repleatur. De his Lehman. in der Speyerischen Chronic *p. 2. c. 20. fol.* 101. §. ferner ist. hæc scribit: Es ist zu vermuthen / daß offt die Städte und Obrigkeiten durch Leibeigene ansehentliche Leute müssen hintergangen worden seyn/ als wenn sie frey wären / weil man in folgenden Zeiten solchem Betrug mit diesem Mittel begegnet / daß ein jeder / so zu einem Bürger wolte in Städten auffgenommen werden / mit briefflichem Schein / so man Mann-Recht nennet / müssen darthun/ daß er niemands eigen seye.

41. Quomodo quis jure civili servus efficiatur?

Jure civili servus efficitur, qui se ipsum sciens se esse liberum, ignoranti id emptori pretii participandi causâ venundat, *l. 5. §. 1. de stat. hom.* cui negatur facultas proclamandi in libertatem, *l. 1. & 3. ff. de his quib. ad libert. proclam. non licet*, nisi aliquando ex justâ causâ, si offeratur restitutio pretii; *l. 2. in pr. si lib. ingen. esse dic.* Et frustrà hic objicitur à Portio, quod libertas sit res inæstimabilis, & ille læsus sit ultra dimidium. Nam propter odium degeneris animi, & malitiam seipsum turpissimi lucri causâ venundantis, hæc beneficia ipsi non competunt. Si tamen filiusfamilias est, pater jure suo vindicare potest, *l. 1. §. 2. de R. V.* atque etiam patronus, *l. 4. ff. de lib. caus.* neque enim patroni & patris jus hoc modo interverti debet. Condemnati etiam ad mortem olim fiebant servi pœnæ, ut statim omnia jura civium Romanorum amitterent; Quod tamen hodiè abrogatum est, & condemnati ad mortem inter vivos vel per ultimam voluntatem, ante vel post condemnationem, de rebus suis disponere non prohibentur, ex generali omnium ferè locorum consuetudine, *Matth. Coler. p. 1. decis. 34. n.* 6. Similiter olim debitor non existens solvendo adjudicabatur creditoribus, quibus ex LL. XII. Tabb. licitum erat, eum vincire, verberare, in carcerem conjicere, servituti mancipare, quin &, si vinculorum pœna sperneretur, in partes secare, & inter se corpus illius partiri, ut istius Legis durissimæ meminit *Aul. Gell. Noct. Attic. lib. ult. c. 1. Mev. ad jus Lubecens. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 1. & seqq.* Hodiè verò flebile cessionis bonorum beneficium creditoribus est indultum. Sed in Saxoniâ debitor obæratus adhuc per Judicem creditori ad manum pignoris loco addicitur, & si suspectus fieri incipiat, etiam compedibus tantisper detineri potest, donec operis & servitiis suis, vel aliâ ratione debitum dissolverit, Landrecht Weichbild *art. 39. lib. 3. c. 27.* König *de Process. c. 138. n. 11. Herm.* Stamm *de servit. person. tit. 1. c. 4. n. 3. Coler. de Process. execut. p. 1. c. 3. n. 160. & c. 6. n.* 114. Sicque debitor ita adjudicatus fit proprius homo Creditoris, quæ est servitus anomala ad custodiam & operas pertinens, *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 85. & seq. Henr.* Hahn *ad Wesenb. tit. de cession. bon. n.* 3. Alibi in carcerem publicum conjiciuntur decoctores, in den Schuldthurn/ non attentaâ cessione bonorum, Hahn *d. loc.* quam pœnam tum legibus publicis, tum moribus in Italiâ, Hispaniâ, Angliâ, Galliâ & Belgio, atque etiam passim in Germaniâ, præsertim in celebrioribus ejus Emporiis invaluisse, plerunque ad id assignatâ certâ custodiâ, testatur *Mev. d. l. n.* 33. Nec dubium est ejusmodi statuta & mores, contra malitias debitorum, ipsam rationem & utilitatem commendare.

42. Debitor non solvendo existens adjudicabatur olim Creditoribus.

43. Quid de incarceratione debitorum, vom Schuldthurn/ statuendum ?

Varia sunt insuper alia sæpè subditorum onera, dum juvare Dominum inopem tenentur, müssen ihm ein Kuchelgeld reichen/ canes Dominorum venaticos alere, & similia, de quibus videri possunt *Maul. de Jurib. Dominor. & subdit. Francisc. Balthas. de operis subdit. Auth. præjud. Cameral. verbo Rhoida*, & ubique observandum, an observantia, conventio vel præscriptio subditos liget.

Vormund / Vormundschafft.

SUMMARIA.

1. *Constitutionis tutelaris partes duæ, naturalis & Civilis.*
2. *Quid in Recessibus Imperii hâc de re sit constitutum.*

3. Quæ Circa pupillos Magistratus debeat esse cura.
4. Tutor sine decreto Magistratus administrationem capessere non potest.
5. Tutor Inventarium conficere cautionem & juramentum præstare tenetur.
6. Refertur formula juramenti tutorii.
7. Quæ tutorum circa pupillos sit curâ & officium.
8. Quid sacræ literæ de pupillis præcipiant.
9. Quid in Canonibus Apostolicis hac de re statuatur.
10. Reges & Principes non excipi à præstatione tutelæ requisitis.
11. Definitur tutela.
12. Tutoris officium est post pubertatem durat. quod tamen ex justis causis deponere potest.
13. Cur Anno 25. cura finiatur?
14. Cur fœminæ citius fiant puberes quàm masculi?
15. Electorum filii anno ætatis 18. ad Gubernationem admitti, reliqui Principes non nisi impetratâ veniâ ætatis.
16. In Testamento etiam servum dari posse tutorem.
17. Quomodo mater tutorem dat?
18. Hodiè omnes tutores ferè esse dativos.
19. Non posse administrare sine Tutorio & Confirmatione, etiamsi sint Principes.
20. Creditorem vel debitorem pupilli nihilominus ejus esse posse tutorem testamentarium.
21. Tutela legitima defertur proximiori Agnato vel Cognato, magis tamen idoneo.
22. Mater & Avia si velint præferuntur omnibus, & tum S. C. Vellej. tum secundis nuptiis renuntiare debent.
23. Sed secundo nubentes tutelam amittunt, quam viduæ denuò factæ non recuperant.
24. Tutores Dativi à quibus hodiè dentur.
25. Vasalli impuberis tutorem quis constituat?
26. Testamentarius tamen in feudalibus & Allodialibus aliis præfertur.
27. Quid si pupillus diversos agnoscat judices?
28. Inter plures tutores primo eos conveniri debere, qui administrârunt.
29. Otiosam non relinqui debere pecuniam pupilli, sic tamen ut aliquid pro alimentis reservetur.
30. Finitâ Tutelâ an tutori salarium debeatur.
31. In Constituendo salario esse attendendam patriæ Consuetudinem.
32. Constitutio salarii hodie est arbitraria.
33. Quæ veniant in Actionem tutelæ contrariam?
34. Tutori tanquam patri mandata S. C. de exhibendis pupillis decerni.
35. Respectum Religionis potestati Tutoriæ non obstare.
36. Mater tutrix sola administrare, vendere, aut transigere potest.
37. Licet S. C. Vellej. & secundis nuptiis non renuntiaverit.
38. Mater tenetur esse tutrix, aut alium tutorem filio petere debet.
39. Quomodo Curator ad litem detur.
40. An alienatio prædii hypothecati à Matre factâ revocari debeat?
41. In alienationibus necessariis decreto non est opus.
42. Restitutionem vel nullitatem non attendi, nisi merita quoque causæ pro impetrante militant.
43. Læsio Consideranda secundum tempus contractus.
44. Si contra plures diversi fori tutores agatur, fundatam esse immediatè jurisd. Imperatoris.
45. Vitrici bona, qui viduam tutricem nondum redditis rationibus duxit, pupillis tacitè esse obligata.
46. Id quoque procedere, licet Vidua saltem se pro tutrice gesserit.
47. Jurisdictio Cæsarea fundatur, si res in diversis territoriis sitæ sint, idque etiam in nominibus debitorum procedere.
48. Nomina quorsum referenda?
49. Quid operetur protestatio quatenus & in quantum.
50. Si judex se competentem pronuntiat, & pars non appellat, processus valet.
51. Actio ad fundandam causæ continentiam contrà plures institui, & Actor posteà Reliquos dimittere, actionemque contra unum tantum prosequi potest.

1. Constitutionis tutelaris partes duæ, naturalis & civilis.

INter Constitutiones hæc potissimum eminet, quæ pro pupillis minorennibusque introducta est. Duas verò tutelaris Constitutionis causas esse alteram naturalem, alteram civilem. Novissimè tradit *Joh. Leonh. à Pühel de Tutel. Elector. & stat. Imp. in procem. naturalis* proponitur in §. *Impuberes autem. 6. Instit. de Attilian. tut.* quod videlicet juri Naturali conveniens sit, ut is, qui perfectæ non est ætatis, alterius tutelâ regatur. Cum enim ipsa natura Cognationem quandam inter homines constituerit, *l. ut vim. 3. ff. de just. & jur.* interfuit certè hominis, alium ope egentem, auxilio alterius, rerumque administratione juvari. Altera verò causa *Civilis* est salus Reipublicæ. Ista namque ad finem præfixum, eò felicius velociusque consequendum sollicitam omninò curam adhibuit, quo ætati imperfectiori non modo respectu personæ, verùm etiam ratione patrimonii conservandi, utpotè cui à parentibus hoc fieri iniqua fatorum noverca denegavit, dignè prospiceretur. Hinc nec Constitutiones Imperii hanc præterire curam, *sed in Refor. polit. Augustana Anno 1558. tit. 31.* nec non *ordin. Polit. Francofurtanâ Anno 1577. tit. 32.* sequentia de pupillorum & Minorennium tutoribus & Curatoribus constituta leguntur.

2. Quid in Recessibus Imperii hac de re sit constitutum.

Wiewohl in gemeinen beschriebenen Rechten ernstlich disponirt und versehen ist/ daß der Pupillen und minderjährigen Kindern/ von ihren Vormünderen mit Fleiß und Ernst fürgestanden / und derselben Nutz- und Wolfahrt gesucht und gefürdert werden

werden soll. So befindt sich doch viel-mahls/ daß in solchen Sachen/ von den Vormündern betrüglich gehandelt wird/ den pupillen / und minderjährigen Kindern zum mercklichen Nachtheil und Schaden. Wann aber nun den Obrigkeiten zustehet/ in dem gebührlich und billich Einsehens zu haben / damit die Pupillen und minderjährige Kinder unbetrogen und unvernachtheilet bleiben ; So wollen wir allen und jeden Churfürsten / Prælaten/ Grafen / Herren / vom Adel und Communen/ hiemit ernstlich auferlegt und befohlen haben / in ihren Fürstenthümen/Herrschafften/ Obrigkeiten und Gebiethen / dermassen Vorsehung zu thun / und zu verordnen/ daß denen Pupillen und minderjährigen Kindern jederzeit / biß sie zu ihren vogtbahren Jahren kommen / Vormünder und Vorsteher/ da die ihnen von ihren Eltern im Testament oder letzten Willen nicht verordnet/ oder ihre angebohrne Freunde und Verwandten sich der Vormundschafft aus rechtmässigen Ursachen nicht unterziehen wolten/ oder darzu untauglich und ungeschickt wären/gegeben werden.

3. Quæ circa pupillos Magistratus debeat esse cura.

4. Tutor sine decreto Magistratus administrationem capessere non potest.

§. 2. Daß ein jeglicher Vormunder / er sey gleich in Testaments-Weiß verordnet/oder durch das Recht oder Richter gegeben/ sich der Vormundschafft nicht unterziehen soll/ die Verwaltung seye ihme dann zuvor durch Obrigkeit decernirt / und befohlen.

5. Tutor inventarium conficere, cautionem & juramentum præstare tenetur.

§. 3. Item daß er nach befohlener Verwaltung von allen Gütern ligend und fahrend/ Schulden/Brief und Registern/ ein Inventarium auffrichte/ und rechtmässige gnugsame Caution und Versicherung thue/ auch mit Gelübden und Eyden beladen werde / daß er seinen Pfleg-Kindern und ihren Gütern treulich und ehrlich vorseyn/ ihre Persohnen und Güter versehen und verwahren/ die Güter nicht in seinen eigenen Nutzen kehren oder wenden / noch dieselbige ohn Vorwissen/ Erkäntnüß und Decret der Obrigkeit veräussern / verpfänden oder beschweren / und jährlich nicht allein auff Erforderung der Obrigkeit / sondern auch selbst / vermög seines anbefohlnen Amts / auch geleisten Pflichts und Eyds/ gebührliche Rechenschafft anbieten und thun / um sein Verwaltung Red und Antwort geben/ und alles anders handlen/ daß einem getreuen Vormünder eignet und zustehet/ alles bey Vermeidung der Straff gemeiner Rechten ; Indem dann alle und jede Obrigkeiten / vermög Göttlicher und unserer Käyserl. Geboth fleissigs Auffsehen zu thun/ aus tragendem Amt sich schuldig erkennen / uud darum keines Vormünders Fahrlässigkeit / noch weniger Vervortheilung bey seinem Pfleg-Kind / oder dessen Gütern ungestrafft hingehen lassen solten.

6. Refertur formula juramenti tutorii.

Juramentum verò tutorum traditur in *ordin. renovatâ* etlicher Puncten belangend den gerichtlichen Procefs des Cammer-Gerichts Anno 1538. verbis sequentibus: Ihr N. von N. als Anwalt M. sollet auff euren eingebrachten Gewalt / von wegen desselben M. in seine Seel geloben/und zu GOtt und auff das H. Evangelium schwören/ daß sie alles und jedes / so E. von D. verlassen Sohn/ deß Vormunderschafft er Bestättigung begehrt / was gut und nützlich ist/ thun und handeln / was unnütz und schädlich / vermeiden/ unterlassen und verhüten/ desselbigen Jungen Güter und Persohn zu seinem Nutz/ in gutem Glauben und Treuen vertreten/ und im besten versehen / Inventarium von seinem Haab und Gütern machen lassen / ihrer Administration und Handlung zu gebührlicher und rechter Zeit Rechnung thun / mit vollkommener überlieferung alles deß/ so der Vormundschafft halben zu ihren Händen kommen/ und dem Jungen zustehen wird / und daß sie ihm schuldig bleiben / und sonst alles das thun wollen / das getreuen Vormundern zugehört/ alles bey Verpfändung ihrer Haab und Güter ohne alle Gefährde.

7. Quæ tutorum circa pupillos sit cura & officium.

Tutoribus ergò Cura Pupillorum incumbit, quos veluti proprios liberos amare, ab injuriâ defendere, & in Disciplinâ, timoreque Domini educare tenentur. Ad eos spectat pupillorum conditionem pro viribus facere meliorem, nunquam deteriorem. Facultates à parentibus relictas diligenter illis conservare, & augere potiùs quam consumere; si verò nullas habeant, ipsos tamen omni benevolentiæ genere taliter prosequi, veluti suos tractari liberos vellent, si in parem inciderent calamitatem.

8. Quid sacræ literæ de pupillis præcipiant.

Sicut enim sacræ literæ multa in favorem orphanorum decernunt, ita gravissima comminantur illis, qui pupillos lædere, vel contemnere præsumpserint. *Viduæ & pupillo*, ait Dominus *Exod. 22. non nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestræ Viduæ, & filii vestri pupilli.* Job inter virtutes & facta sua memorat: *Auris audiens beatificavit me, eò quod liberâssem pauperem vociferantem & pupillum, cui non esset Adjutor. c.* 29. Et hinc Deus pro demonstrandâ suâ in pupillos propensissimâ affectione, passim in sacris literis eorum se Patrem vindicemque appellat: Quantùm verò pupilli Sanctis Apostolis fuerint curæ, ac solicitudini, manifestant hi à Divo Clemente illorum Discipulo excepti Canones, *l. 4. Constit. Apost. c. 1. & 2. si quis Christianus orphanus fiat, sivè puer, sivè virgo, benè erit, si aliquis ex fratribus puerorum suscipiat, & filii loco habeat, hoc enim qui faciunt, opus magnum præstant, orphanorum patres facti, & à Deo consequentur hujus officii mercedem. Si quis despexerit, cum sit Dives, orphano quidem providebit orphanorum Pater, & viduarum Judex, illi verò occurret aliquis, qui ipsius parsimoniam devorabit, fietque in illum, quod dicitur: Quæ comederunt Sancti, comederunt Assyrii: Viduam vestram coram vobis alieni devorant.* Hinc non est mirum, quod *Tholos. Syntagm. jur. lib. 12. cap. 6. n. 1.* ait: eos qui memoriam Dei habent, difficulter ad

9. Quid in Canonibus Apostolicis hac de re statuatur.

tutelam accedere ex *Nov.* 72. *c.* 6. non solùm ut labores evitent, sed etiam, ne pupillorum gratiâ in animæ periculum incidant. Uttaceam, quod bona tutorum pro gestis & non gestis tacitè sint obligata pupillo, sic ut non implentes conditionem, pupillo utique ad interesse teneantur. Licet aliàs adeò favorabile sit tutelæ officium; ut etiam Reges, Duces & Principes, Tutores vel Curatores existentes. Perindè ut alii antè Administrationem ipsis à judice competente decretam, suprà dictum juramentum, aliaque requisita præstare cogantur, velùti praxis quotidiana docet, atque *ex Schrader. d. feud. part.* 10. *Sect.* 20. *n.* 236. *Albert. Frid. Maulius in Tract. de Tutelis tit.* 12. §. *statuit tamen Schrader*: ubi hanc assertionem multis argumentis confirmat. Consulendum tamen est pupillis, nec eorum causa sub ullo prætextu deserenda. Quæ enim modò suprà de difficultate tutelarum diximus, quasi ea cum animæ periculo conjuncta esset, in eum accipienda sunt sensum, ut nemo facilè lucri gratiâ se tutelis ingerat, aut animo non conservandi, sed deglutiendi patrimonii pupillaris ad tutelam accedat, ex ipso textu *Nov.* 72. Nam alias inviti ad tutelam cogi possunt, nec ab eâ suscipiendâ, nisi causæ in *tit. ff. de excusation. tut.* expressæ excusant. Contrà tutores verò malè administrantes variis remediis pupilli adjuvantur.

10. Reges & Principes non excipiâ præstatione tutelæ requisiti.

11. Definitur tutela.

Definitur tutela, quod sit *vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem seipsum defendere nequit.* Dividitur in *Testamentariam, legitimam & Dativam.* Et quamvis jure communi finiatur tutela pubertate pupilli, quæ æstimatur in Masculo Anno 14. in fœmellâ 12. Hodiè tamen Tutoris officium post pubertatem durat, & tutela in Curam transit; ut qui tutor fuit impuberis Curator puberis maneat, nec superiore invito se excusare possit, quæ Generalis ferè Germaniæ consuetudo est, *Gail.* 2. *obs.* 96. ut sic alterum oculum in jus scriptum, alterum in mores nostri seculi debeamus habere intentum. Idcircò Tutor & Curator unâ voce Vormünder appellantur. Sic tamen, ut sæpè ex legitimâ causâ, finitâ per pubertatem tutelâ, & rationibus distractis administrationem deponere, & petere liceat, ut adulto curator detur, *Gail. d. loc. n.* 6. *in fin. Mev. ad jus Lubec. p.* 1. *t.* 7. *art.* 1. *n.* 12. *& seqq.* quamvis enim magnus sit pupillorum favor, non tamen debet cum alterius damno, vel Reipublicæ nocumento esse conjunctus, ut munus hoc justis ex causis deprecari non liceat, sivè delatum tantùm sivè jam susceptum sit. Manet insuper adhuc differentia, ut finitâ tutelâ anno pupilli 14. Tutores posteà Curatores dicantur, usque ad annum 25.

12. Tutoris officium & post pubertatem durat; quod tamen ex justis causis deponere potest.

13. Cur anno 25. cura finiatur?

Quod si quis curiosè inquirat, cur potissimum placeat ætate 25. Annorum curam finiri? respondet Ulpianus *in l.* 1. §. 2. *quia post hoc tempus completur virilis vigor.* Convenienter sententiæ Physicorum, qui tradunt Anno 25. quo corpus crescere desinit, etiam animam ad summum perfectionis suæ gradum pervenire, eâque demum ætate constantis animi vestigia emergere, conquiescente illâ humorum & corporis perpetuâ agitatione ac perturbatione, cui Adolescentes obnoxii.

Nullum verò discrimen ætatis quoad finiendam Curam est inter Masculos & fœminas, sicut in tutelâ vel pubertate. Quia pubertatis termini nuptiarum gratiâ sunt constituti, ad quas quia citiùs festinant fœminæ, maturiùs biennio liberantur Romani enim Virginem Duodennem jugo maritali assuescendo magis idoneam existimârunt. Ast licet fœminæ corpore citius adolescant, non tamen animo, judicio & prudentiâ viros antevertunt, ideò ipsis bonorum Administratio ante annum 25. non conceditur. Quia tamen aliquando antè annum 25. ad perfectum judicium aliqui perveniunt, ideo Masculus anno 20. fœminæ verò 18. possunt ætatis veniam impetrare. *l.* 2. *C. de his qui ven. ætat. Imp.* 14.

14. Cur fœminæ citius fiant puberes quam masculi?

15. Electorum filii anno ætatis 18. ad gubernationem admittis. Reliqui Principes nonnisi impetrata venia ætatis.

Filii verò Principum Electorum Anno ætatis 18. ad jus Electionis & Principatus gubernationem admittuntur. *A. B. c.* 7. *n.* 9. *&* 10. *Leonh. à Pühl/ intr. de tutel. Elect. c.* 11. *n.* 85. *& seqq.* Modica quidem ætas, sed institutio quæ illis adhibetur, nec non conversatio Doctorum & Seniorum, quæ juventutis perfecta educatio est, *Nov.* 5. *c.* 3. defectum ætatis supplent sæpissimè etiam juniores perspicatioris ingenii sunt, quam Senes, *l.* 37. *ff. de ædil. Edict. l.* 91. *de V. O.* quod licet etiam verum sit, in aliis Principibus, illi tamen, nisi Principatus aliud ferat, ætatem legibus præscriptam debent adimplere, vel non nisi impetratâ ab Imperatore veniâ ad Gubernationem admittuntur, *Springer. in jurispr. publ. fol. mihi* 75. *&* 248. *Brunnemann ad l.* 2. *C. de his qui ven. ætat.* ubi ait: quod tamen Principes præ reliquis privatis hoc habeant, quod etiam ante 20. annum veniam ætatis impetrare possint.

Est autem concessio veniæ ætatis privilegium, quo Princeps minori jus legitimæ ætatis tribuit, ut tanquam major, sine curatore agere, & bona sua administrare possit. Hoc jus in Imperio est, de *reservatis Imperatoris*, cum primis quoad concessionem veniæ, quæ fit Principibus vel Comitibus, ad capiendam administrationem Ducatuum vel Comitatuum, qui etiam pro obtinendo hoc privilegio, attestata Tutorum de suâ virtute & capacitate administrandi adferre solent, ut Imperator tantò magis ad impertiendam gratiam moveatur: Idem tamen jus etiam Statibus & Principibus, in suis territoriis, ratione suorum subditorum competit. Quamvis autem de jure Romano minores veniam ætatis impetrare volentes, masculi viginti, fœminæ verò octodecim annis non majores esse debeant, *l.* 2. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* id tamen hodiè tam præcisè non observatur, cum sit juris positivi, ac sufficiat, si de Minoris providâ rerum agendarum dexteritate

consti-

constiterit, quod si similiter venia ætatis concessa fuerit, non cum specifica expressione ad universa negotia civilia peragenda; tunc minor non potest prædia absque decreto Magistratûs alienare. *l. 3. C. de his qui ven. ætat. impetr.*

Quod ad *tutelam Electoralem* attinet, hæc in aurea Bullâ certam formam *tit. 7.* præscriptam habet, quod scilicet ea ad *proximum Electoralis filii Agnatum* pertinere debeat, excluso, ut multi autumant, testamentario; quem fortè pater defunctus constituit, quippe quod testator huic publico juri speciali, cui Electoralis tutela legitima innititur, derogare nequeat. Notum tamen est, quid in familia *Comitum Palatinorum* superioribus seculis Friderico IV. Electore, Johannem Bipontinum; prætereito proximiore Agnato, Friderico Ludovico Neoburgico, Tutorem filiis Minorennibus constituente, contigerit. Acerrimè hæc controversia est agitata. Causam Bipontini, atque adeò testamentariæ tutelæ vim, superiorum jussu, *JCti Heidelbergenses, Marquard Freher. tr. de tutela Elector. Palatin. Dionys. Gothofred. de tutel. testam. legit. Exclud.* defenderunt. Pro Neoburgico autem & legitimâ tutelâ, *Joh. Zeschling. & Zacharias Fridenreich.* certarunt, quorum sententiam quamplurimi approbaverunt, quos omnes allegat *Gabr. Suederus in introd. ad jus publ. part. Special. sect. 2. c. 3. n. 11. Besold. de Elect. & success. Reg. lib. 3. c. 4. n. 11. Dn. Pühet de tutel. Elector. c. 7.* limitat tamen *Sueder d. loc.* hanc sententiam cum *Coringio in not. ad Lampad. p. 3. c. 4. n. 25.* nisi graves & prægnantes causæ repulsam proximioris Agnati suadeant.

Debet autem Tutor Electoralis esse justæ ætatis 25. annis major, ita ut si proximior Agnatus adhuc minor sit, locus sit remotiori, qui est ætatis perfectæ, nisi familia privilegio veniæ ætatis gaudeat; Atque extenditur hæc tutela non tantùm ad Electoratum, sed etiam reliquas hæreditarias Provincias, ab Electoratu diversas, & durat usque ad pupilli annum 18. completum. Regimini tutelari nonnunquam adjunguntur certi Consiliarii tutelares jurati Regiments / oder Vormunds-Räthe / qui tamen in arduis causis nihil decidunt. De tutela Electorali *vid. quoque supra* verbo Pfaltz / *fol. 1575. n. 21.*

Potissima ratio est tutelæ testamentariæ, propter potestatem Patriam, affectumque & Consilium Paternum, nec non propter bona quæ ad filios derivant in quibus acquirendis totâ vitâ desudarunt, itaque tutela testamentaria Parentibus non in liberos tantùm jam natos, sed & Posthumos Nepotesque permissa est. Ita ut etiam servum in testamento suo tutorem dare liberis parens jure Romano possit. Multi enim iniquitate fortunæ servi, digni sunt, ut etiam liberis imperent. Exinde veteres non dubitàrunt, suis pupillis præficere virtutem in servis deprehensam, & tam Pædagogos, quam Tutores ex servis deligere. Sic legimus Anaxilaum Rhegynorum Tyrannum cuidam Micytho servo suo credidisse tutelam liberorum, cum universii Regni administratione. *Laur.* Bayerling *in theat. vit. human. tom. 7. tit. T. verbo tutela.* Servi enim hoc ipso; quod dentur Tutores, fiunt liberi.

16. In testamento etiam servum dari posse tutorem.

Mater dare tutorem non potest, nisi accedente confirmatione judicis, cum inquisitione, *l. 2. de confirm. tut.* quia liberos non habet in potestate, & quia fragile est mulierum Consilium *l. 22. C. ad SC. Vellej.* 17. Quomodo mater tutorem dat.

Hodie tamen res ita comparata est, ut quoad effectum omnes tutores dativi esse videantur, cum omnes æquâ lance omnia à tutoribus requisita præstare teneantur, *supra cit. reformat. de Anno* 1548. & 1577. Carpzov. *lib. 2. resp.* 82. ex quibus textibus nulli omninò tutori, sive testamentarius ille sit, sive legitimus, sive dativus, Administratio sine Decreto Magistratus est permissa: nisi fortè testator expresse voluerit, tutorem propriâ authoritate bona pupilli apprehendere, Schneidw. *ad pr. instit. de legit. Agnat. tut. n.* 14. Cavalcan. *tr. de tut. & Curator. n.* 23. Carpzov. *de resp.* 82. *n.* 2. 18. Hodie omnes tutores ferè esse dativos.

alias tutor, cujuscunque sit qualitatis, ad defensionem pupilli non admittitur, nisi per tutorii exhibitionem, personam suam legitimet. Quod ipsum etiam in tutelis Principum & Illustrium personarum requiritur, quibus post præstitam juramenti Religionem, aliaque requisita, tutorium expeditur, quo in tutelæ administratione confirmantur. Et profectò tantò magis in Principum Imperii aliarumque personarum Illustrium tutelis requisita probè sunt observanda, quanto majus Reipublicæ præjudicium, cujus administrationi sunt præficiendi, ex illorum educatione & regimine posset provenire. 19. Non posse administrare sine tutorio & confirmatione, etiamsi sint Principes.

Hæc etiam prærogativa tutori testamentario tribuitur, quod licet aliàs minoris creditor vel debitor, nec tutor ei nec curator dari possit, *Nov. 72. & Auth. Minoris Creditor. C. qui dare tut. & Curat. poss.* additâ quoque pœna, Creditori quidem jacturæ actionis, si dissimulato credito pro tutore se gerat; Debitori verò nullitatis solutionis, si dissimulatâ obligatione idem attentet. Ant. Perez. *in Cod. tit. qui tut. vel cur. dare poss.* scilicet ne tutores isti, qui omnia pupilli Instrumenta & bona in sua potestate habent, probationes crediti & debiti proprii subvertere possint; Ab hac tamen constitutione excipitur tutor testamentarius, *Charond. in resol. notab. p. 3. t. 21. c. 1. Ant. Peretz. in cod. d. tit. n. 5 Joh. Philippi in usu pract. Institution. lib. 1. tit. 14. Eclog. 79.* si modò testator creditum scivèrit, quia non potest videri approbâsse fidem eorum, quos creditores esse ignorabat. Nec non & ille tutor pœnâ amissionis plectetur, qui durante tutelâ creditum quodam sive per cessionem, sivè alio quocunque modo acquirit, & non manifestat. Quis enim non præsumeret tutorem id in fraudem pupilli facere? *Nov. 72. c. 1. & 5. Carpzov. resp. 88. num. 18.* 20. Creditorem vel debitorem pupilli nihilominus ejus esse posse tutorem testamentarium.

Inter

21. Tutela legitima defertur proximiori agnato vel cognato, magis tamen idoneo.

Inter Agnatos autem tutela legitima defertur proximiori gradu, Agnato, vel etiam Cognato, ex *Nov.* 118. *c.* 5. ubi quoad tutelam differentia agnationis, & cognationis sublata est; quia sicut Agnatis cognati pariter succedunt, ita quoque ad tutelam legitimam pariter vocantur, *d. Nov.* 118. *c.* 5. *Auth. sicut hæreditas. C. de legit. Tut.* Quod si plures concurrant, magis idoneo administratio committitur, cum reliquorum tamen periculo, tacitaque bonorum hypotheca per textum expressum *in l. si plures. ff. de legit. tutor.* Agnatis tamen præfertur, *Mater*, & *Avia*, solo videlicet pietatis intuitu, quæ juris subtilitates respuit, & his personis intuitu amoris quem ergà liberos fovent, tutelam, si velint præ reliquis Agnatis defert, si modo sint majorennes, *l. l. C. quando mul. tut. off.* insuper *St. Vellejano & secundis nuptiis* judicialiter renuntient. *Auth. Matri. C. quando mul.* Carpzov. *jurispr. p.* 2. *c. n. def.* 14. Quod si enim ad has accesserint, pelluntur à tutelâ, *Auth. Sacramentum. C. quando mul. tut. off.* per rationem expressam in *l. Lex quæ tutores.* 22. §. *Lex enim C. de Administr. tutel.* Ita ut etiam viduæ factæ tutelam non recuperent. *Mynf.* 2. *obs.* 33. *Guttierez. de tutel. p.* 1. *c.* 8. & 9.

22. Mater & Avia si velint præferuntur omnibus, & tum S.C. Vellej. & secundis nuptiis renuntiare debent.

23. Sed secundo nubentes tutelam amittunt, quam viduæ denuò factæ non recuperant.

Quia fœminæ à tutela excluduntur, ita, ut quamvis Pater testamento caveat, ut præter Matrem vel Aviam, alia fœmina, soror vel agnata testatoris admittatur, talis tamen dispositio non subsistit, sine speciali dispensatione Principis, id quod factum *in Duce de Mirandula Francisco Maria*, nato, *die* 30. *Sept. Anno* 1688. qui Amitam suam magnam, Brigittam, tutricem habet; id quod verò factum ex specialibus tunc temporis circumstantiis, quæ Agnatis proximis obstabant, atque cum hac conditione, ut alius ipsi contutor adjungatur. Et simile exemplum refert *Samuel Stryckius in tract. de tutel. Matern. Princip. c.* 2. §. 2. quia in similibus casibus, qui à jure communi exorbitabant, omnes circumstantiæ probè sunt considerandæ, ut per fœminarum fragilitatem, Principibus pupillis, & toti Provinciæ nullum inferatur damnum.

24. Tutores dativi à quibus hodie dentur.

Quod ad tutores dativos attinet, hodiè mutatâ reipub. formâ, quilibet Magistratus municipalis & Civitatum judex, qui habet mixtum Imperium, indistinctè tutores dare potest, *O. Pol. de Anno* 1548. & 1577. quod consuetudine passim observatur. Et excelsum Judicium Imperiale Aulicum, nec non Camera Imperialis immediatè Imperio subjectis tutores dat, *O. C. p.* 3. *t.* 3. *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 42. *Mindan. de Process. c.* 12. *n.* 2. & *c.* 20. *n.* 1. *Reinking. de Regim. sec. & Eccl. p.* 2. *cl.* 2. *c.* 14. *n.* 22. Hodiè enim Judex Ordinarius vel constituit vel confirmat tutorem.

25. Vasalli impuberis tutorem quis constituat.

Sicque Vasalli impuberis tutor datur vel confirmatur à judice Ordinario, ejusque datio in dubio extenditur etiam ad feuda. Nec ideo Dominus feudi constituit tutorem Vasallo, nisi Dominus feudi simul Vasalli illius ordinarius sit judex, & Vasallus ejusdem subditus, ein Landsaß/ existat, prout contra *Schrader. & Rosenthal. de feud. c.* 12. *conclus.* 10. *n.* 49. disserit *Besold. in delib. jur. ex ff. lib.* 26. & 27. *q.* 1. Si verò Vasallus filiis suis in testamento constituat tutorem, is tam in feudalium quàm Allodialium administratione aliis præfertur. *Besold. tr. de tutel. c.* 5. cum nempè feudum, salvâ ejus substantiâ, in libera sit administratione Vasalli; Sicque Mater, vel Avia quoque tutrix est feudalium bonorum. Idque extendunt etiam ad Regna, in quibus non nisi masculus succedit. Cum aliud sit tutela, aliud successio: & utrobique diversa ratio militare comperiatur. *Besold. d. tr. de tutel. c.* 12. *ad fin.* & *de success.* & *Elect. reg.* 3. *diss.* 4. *n.* 9.

26. Testamentarius tamen in feudalibus & allodialibus aliis præfertur.

27. Quid si pupillus diversos agnoscat judices?

Porrò autem si pupillus quoad facultates, aut etiam domicilii & bonorum ratione diversos agnoscat judices, sic ut quæstio incidat, uter in dando tutore sit præferendus? *Besold. dict. loco. in delib. jur.* existimat, utriusque judicis decreto tutorem esse constituendum. *Arg. l.* 30. §. 1. *ff. de Accusat. tut.* Ubi etiam citat Godofredum. *ad l. unic. C. ubi petat tut.* & *Matth. Stephani lib.* 1. *de jurisd. c.* 23. *n.* 38. Alii verò putant tutorem ab eo judice constituendum esse, cujus jurisdictioni pupillus est subjectus, eò quod hic Actus propriè personam minoris concernat, & proindè in eo foro, ubi minor domicilium habet, expediri debeat. *v. fin. vers. delegatus de judiciis in* 6. *Mynsing.* 1. *obs.* 87. *Carpzov.* 2. *Constit.* 15. *defin.* 26. *Philipp.* Richter *decis.* 11. *n.* 12.

28. Inter plures tutores primò eos conveniri debere, qui administrarunt.

Cæterùm quamvis gratuitum munus sit tutela & omnes tutores pupillo maneant obligati: Nihilominùs interdum salarium constituitur tutoribus & si duo sint tutores, quorum alter administravit, alter non, hic non tenetur rationem reddere, nisi pro ab utroque neglectis & non administratis, *l. tutores.* §. *in eum. ff. de Administ. tut. l.* 2. *C. si tutor. vel cur. non gess.* ubi Brunnemann. ait: Si peccatum est aliquid in committendo, tunc ille prius conveniendus est, qui gessit, alter tantùm in subsidium, si verò in omittendo, tunc omnes æqualiter tenentur, quia peccârunt omnes pariter negligendo. Alias qui non gessit, habet beneficium ordinis *l. ult. C. de divid. tutel. Munoz. de Escobar. de ratiocin. administ. cap.* 4. *n.* 12. ubi ait: nisi ex qualitate rei vel aliis circumstantiis constare possit, quod utrique data fuerit potestas in solidum administrandi, tali casu posse ambos simul conveniri, *Boer. decis.* 60. *n.* 1. & 2. *l.* 1. *C. quo quisque ord. conven.* Ex quo textu tradunt cautelam, ut semper qui non gessit, citetur ad assistendum liti, ratione illius, qui gessit, quia hoc casu statim factâ excussione absque novo processu, poterit pro reliquorum solutione conveniri. *Escobar. d. loc. n.* 14. ubi etiam *n.* 15. *ex Petr. de Antioboli. in suo tract. de Muner.* refert, quod illo, qui gessit, mortuo, prius conveniri debeat ille, qui non gessit, quam hæres illius, quia hæ-

res

res socii, socius dici non possit ejus, qui non gessit, ex *text. in l. hæres socii. ff. pro socio* & simili casu ita obtinuisse testatur, habent enim tutores beneficium excussionis, ut ille, qui gessit, priùs conveniatur, & si hic non solvendo sit, finitæ tutelæ tempore demùm reliqui teneantur, si posteà solvendo esse desinat, reliqui nullum damnum sustinebunt, *Leuven in Censur. forens. c.* 18. *n.* 14.

Quod si itaque unus administravit, qui solvendo adhuc existit, alter conveniri nondum potest, Richter. *decis.* 55. *n.* 14. præsertim si post acquisitam cognitionem contutorem accusavit, & sibi soli administrationem concredi postulavit, quo casu ad reddendas rationes super à se gestis, sine dubio solus ille tenetur. *Munoz. de Escobar. de ratiocin. admin. c.*3.*n.*23. Si namque in emittendo etiam tutor peccat, notissimum est juris institutum, quod quilibet administrator fructum per negligentiam non perceptorum, in rationibus onerari debeat. *l. si sine hærede.* Modestinus *ff. de Amin. tut.*

29. Otiosam non relinqui debere pecuniam pupilli, sic tamen ut aliquid pro alimentis reservetur.

Menoch. de arb. jud. lib. 2. *cas.* 209. *n.* 22. & 23. Leuven. *in Censur. forens. c.* 17. *n.* 9. ubi ait: quod tutor non debeat temerè otiosam relinquere pecuniam, deducto tamen eo, quod morbo, vel inopinatæ necessitati, pro modulo facultatum, satis esse videtur, ut videlicet tutor ad alendum pupillum aliquid penès se habeat. *l. tutor. qui* 7. §. *idem solent.* 8. *ff. de administr. tut.* quod etiam Imp. Justinianus sub comminatione missione in bona tutoris seriò inculcat. §. 9. *instit. de suspect. tut.* Richter. *decis.* 12. *n.* 8. Finckelthauß. *obs. pract.* 39. Nam *Nov.* 72. ex communi sententia vel sano sensu accipienda est, vel nunquam ad usum perveniet, Finckelthauß *d. loc.* Et tutorem non quamvis summam modicam teneri ad lucrum dare, sed demùm si summa notabilis sit congesta, tradit *Christin. vol.* 3. *decis.* 167. *n.* 2.

Quinimò licet tutela gratuitum sit munus, ut eâ finitâ, salarium peti in rationibus non possit, certum tamen est tutorem justè petere posse, ut salarium sibi ab initio constituatur, *Munoz. de Escobar. de ratiocin. c.* 27. *n.* 34. ut sic salarium veniat in actionem tutelæ contrariam, *Manz. in tr. de tut. tit. de contrar. tut. & util. Act. per l.* 33. §. *fin. ff. de Admin. & peric. tut.* Si scilicet salarium aliquod à Magistratu constitutum est, *Montan. de tutel. c.* 40. *n.* 11. quod si

30. Finita tutela an tutori salarium debeatur.

verò tutori salarium nullum ab initio est assignatum, non dubito tamen per officium peti & constitui posse, præsertim quando propter administrationem negotia propria relinquere eum oportet, qui aliàs ex officio suo victum quærere solet. *lib.* 11. §. 1. *ff. ad Exhib.* Si officium grave & multi laboris est, si hæreditas opulenta & tutor pauper, quæ causæ ex arbitrio judicis dependent. Finckelthauß. *obs. pract.* 62. *n.* 25. ubi sententia, & præjudicium, nedum tutor in aliis laborat, patrimonii sui jacturam faciat. *Garf. de expens. c.* 20. *n.* 14. *Munoz. de Escobar. c.* 27. *n.* 47. Nam licet tutelæ munus regulariter sit gratuitum, *l.* 33. §. 3. *ff. de Administ. tut.* Cum gratuitam & abstinentem ab omni lucro præstare fidem tutor debeat, *d. l.* tamen id aliter se habet, si judex perpensis laboribus tutoris, & facultatibus defuncti salarium definiat, Finckelthauß *d. l. Munoz. de l. n.* 29. & *seqq.* & 47. ubi ait: quod in præstando salario judex præ oculis habere debeat consuetudinem patriæ, in qua sit administratio, ut voluit, *Senat. Genuens. decis.* 115. *n.* 4. quin & cautos esse debere administratores, ut ab initio administrationis sibi salarium constitui faciant per judicem, quia eum ad acceptandum tale ministerium compelli possint, si simpliciter administrationem suscipiant, præsumuntur potius amore DEI, & charitatis exercendæ, nec non ex naturali benevolentia erga proximum, quàm præmii temporalis lucro id munus exercere, *Arg. l. si paterno affectu. C. de negot. gest.* Quod si tamen Advocatus, creatus tutor minoris, ei patrocinium, in judicio præstiterit, tunc profectò, sicut si tutor agricola fundum sui minoris propriis manibus coluit, vel tutor sartor vestimenta sui minoris propriis manibus sarsit, hujus laboris præmium reportabit, eò quod hic labor sit extra administrationis officium, in quo aliàs necessariò expendendum fuisset, *Munoz. d. loc. n.* 54. Ita pari ratione tutor mercedem seu salarium reportabit, quod cuilibet in re aliena laboranti regulariter est præstandum ex *l. idemque.* §. *idem Labeo. ff. Mand.* quia non sit æquum, laborem esse vacuum à mercede, nec os alligandum bovi trituranti, idem *Escobar.* 28. *n.* 13. Et moribus nostris salarii constitutionem arbitrariam esse testatur, *Carpzov. defin. forens. p.* 2. *c.* 11. *defin.* 40. *in fin.* post *Anton. Fabr. ad cod. lib.* 5. *tit.* 36. *defin.* 1. *n.* 3. Et *Simon van Leuven. in censur. forens. c.* 18. *n. eod.* ait: Extraneis tutoribus, si ejus conditionis sint, ut manibus suis victum quæritent, aut aliàs salarium petierint, certum honorarium arbitrariè constitui usitatum esse. Et illustribus tutoribus illustris pupilli recompensationem tribui ratione administrationis, tradit *Klock. tom.* 1. *Cons.* 6. 90. Planè *Christin. ad leges municipal. Mechlin. t.* 19. *art.* 11. ubi ait: regulam, quod jure civili officium tutelæ sit gratuitum, hodierno tempore communiter fallere, & Mechliniæ ipsis mercedem secundum æstimationem pupillarium Magistrorum constitui, huncque morem commendat, & exemplis variarum gentium illustrat, citans quoque *Damhouder. in patrocin. pupill. tit. de tutor. mercede,* & talia multa, refert *Munoz. de Escobar. de ratiocin. admin. c.* 28. *in pr.* ubi ait: generaliter in tota Hispania tutorem habere decimam fructuum minoris. *n.* 2. de qua decima tutor. scribit *Baeza* integrum tractatum. Et hactenùs multa se in administratione hujus tutelæ præstitisse, & passum esse, tutor hic prætendit. Non sine magna incommoditate, & periculo susti-

31. In constituendo salario est attendendam patriæ consuetudinem.

32. Constitutio salarii hodie est arbitraria.

sustinuisse concurrentiam trium jurisd. præsertim usque dum vina ab officio N. fuerint relaxata, arrestâsse studiosum juris suspecti arguisse viduam matrem, abduxisse à vitio prodigalitatis, & tandem totam residuam substantiam è periculo dilapidationis in suam custodiam, & securitatem transtulisse; Denique multas gemmas, & Margaritas, pretio 1979. florenorum æstimatas, partim ex prodigalitate, & luxu tutricis, in aliis jam manibus existentes, partim ab ipsa occultatas, solâ suâ industriâ recuperâsse, & ad massam hæreditatis intulisse, dessentwegen sich die klagende Erben Anno 60. bey Reichs-Hoff-Rath selbsten erklärt/ daß sie wegen des gehabten Fleiß/ und Mühe/ und dahero verdienter Recompens, bey der Theilung gehörige Consideration haben wolten. Et tanto tempore durantis administrationis cum damno substantiæ propriæ, & neglectione Clientum, quos alias habere potuisset, hic advocando, implorando & discurrendo desudâsse, idcircò petit quovis anno pro salario 100. florenos ab anno 54. usque 59. sicque summam 500. florenorum.

33. Quæ veniant in actionem tutelæ contrariam?

Deinceps etiam certum est, quod actio tutelæ contraria detur ad ea, quæ propter tutelam tutori absunt, *lib.* 3. §. 1. *de contr. tut. act. Wesenb. in part. n.* 4. ut quod de suo impendit, restituatur, quia nimis grave esset si labores & molestias, & insuper sumptus pro pupillo factos, sustinere deberet. Intantum, ut & lucrum petere possit, à quo per negotia pupillaria fuit impeditus. *Wesenb. d. l.* nec non ex pecunia de suo impensa usuras & accessiones. *l.* 3. §. 4. *de Contr. tut. Act. Leuven. in Censur. forens. c.* 18. *n.* 17. *Hahn in obs. ad Wesenb. t. de contr. tut. Action. n.* 4. Quia in actionibus bonæ fidei usuræ debentur à tempore moræ, *l.* 23. §. 2. *de usur.* & tutor aliàs potuisset suas pecunias alibi in usuras collocare. Et istæ usuræ tam diu ipsi debentur, donec pecunia reddatur, *l.* 3. §. 4. *de contr. tut. act.* ubi ratio: nec enim sterilis debet esse pecunia. *Manz. de tutel. p.* 2. *t.* 4. *q.* 4. *n.* 36. *& seqq.* quamvis hoc limitet, *n.* 42. quod tutor hodiè usuras non possit consequi, sed interesse tantum lucri cessantis, vel damni emergentis petere, quod si probare nequeat, præter pecuniam suam nil consequitur. *Wesenb. de usur. n.* 9. sed mores seculi nostri hujusmodi rigorem ferre non videntur, nec Creditores onere probandi suum interesse gravari solent, quòd imò potiùs præsumitur, & 5. pro Cento sine probatione adjudicantur, quia gratis nemo alterius necessitatibus succurrit, & aliàs pupilli indefensi manerent, & negotia eorum neglecta. Itaque ponderatis omnibus circumstantiis pro tutore pronuntiatum est.

34. Tutori tanquam patri mandata S.C. de exhibendis pupillis decerni.

Comparatur etiam potestati patriæ potestas tutoria, ut tutori æquè sicut patri mandata sine clausula de exhibendis pupillis decerni debeant, prout præjudicia Cameralia refert *Mindan. de Mandat. l.* 2. *c.* 50. *n.* 13. quia tutores constituti sunt, ut dignam vitæ bonorumque pupilli curam gerant, nec propterea tutori præcipua tutelæ pars, inspectio nimirum in personam pupilli, contra omnia jura subtrahi possit. Suntque causæ pupillares Imperatoris jurisdictioni immediatè subjectæ. *Gail.* 1. *obs.* 1. *num.* 27. quæ idcircò *in ordin. Cam. p.* 3. *t.* 3. inter causas extraordinarias, & præ reliquis promovendas collocantur.

35. Respectum religionis potestati tutoriæ non obstare.

Nec religionis respectus potestati tutoriæ in pupillum obstare potest, cum jure nostro indubitatum sit, etiam Judæum pupilli Christiani tutorem esse posse, per textum *in l.* 15. §. 6. *ff. de excus. tut.* qua de causa non obstante religionis discrimine inter tutorem & pupillum, mandatum sine clausula de pupillo exhibendo tutori decretum esse memini, licet Leonhard. à Pühel. *in tractatu de tutelis Electorum & Principum c.* 4. *n.* 12. hoc casu alium adhuc tutorem paris cum pupillo religionis adjungendum esse existimet.

36. Mater tutrix sola administrare, vendere aut transigere potest.

De matre tutrice quæstio aliquando mota est, utrum mater sola administrare bona pupilli vendere aut transigere possit? quâ de re dubitare non licet. ex *Auth. Sacramentum, & Auth. ad hæc quando mulier. tut. off. fung. potest.* ubi mater tutrix legitima esse, pro pupillis in judicio experiri, eas defendere, & procuratorem constituere potest. *Carpzov. de processu. tit.* 5. *art.* 5. *n.* 50. Imò mater tutrix esse potest, licet non renuntiet Senatus-Consulto Vellejano, & secundis nuptiis, prout Christinæus. *Volum.* 3. *libro* 5. *decis.* 149. *n.* 3. attestatur, quod moribus Mechliniæ & Galliæ matres non renuntient, nec SC. Vellejano, nec secundis nuptiis, & tamen sint filiorum tutrices;

37. Licet S.C. Vellej. & secundis nuptiis non renuntiaverit.

Et *Carpzov. resp.* 82. *lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 11. tradit: præstanda à tutore non ubivis locorum in Imperio observari, proindè consultum esse hac in re consuetudinem potiùs & observantiam cujusque Regionis attendere, non requam verbis legum, & recessuum Imperii inhærere. Habet igitur mater liberam in bonis filiorum administrationem, ut etiam utiliter transigere possit in rem pupillorum, *Gilman. Symphor. vol.* 1. *p.* 3. *vot.* 16. *n.* 9. *citans Bald. in l. præses. C. de transact. & Dd. in l. pactum Curatoris. C. de pact.* Atque si præstanda non præstet mater, non præsumitur quidem administrâsse tanquam tutrix, sed tamen tanquam mater, Marta. *ff. Novissimorum tom.* 5. *verbo tutor.*

38. Mater tenetur esse tutrix aut alium tutorem filio petere debet.

Imò si mater diceret, se non esse tutricem, non tamen absolvenda esset donec alium tutorem nominâret, *Fab. in Cod. lib.* 5. *tit.* 18. *def.* 2. ubi ait: incumbere matris officio, & pietati filio tutorem petere, cum aliqui filio intereà decedente, ipsius hæreditate mater in pœnam negligentiæ privetur, *l.* 1. §. *si mater. ff. ad SC. Tertull. l. matres. l. omnem C. eod.* Si verò filius adultus, illi ipsi incumbit, sibi ut Curatorem petat, *l.* 6. *qui pet. tutor. vel Cur.* vel hoc negligente, idem faciat, qui litem cum pupillo habet, *l.* 1. *d. tit.* Et quomodo minori Curator ad litem detur, videri potest. *Gail. lib.* 2. *obs.* 108.

108. *& ibi Greveus. Myns. 2. obs.* 31. & hinc *in §. Inviti Instit. de Curator.* dicitur: *Invitis adolescentibus Curatores non dari, praterquam ad litem.* Certi enim juris est, quod minorenni Curator ad certum negotium dari possit, ut illud sub ipsius autoritate subsistat. *t. t. quib. cas. tut. vel Cur. habenti tutor. vel Cur. dari poss. Joh. Philippi in Instit. us. pract. lib.* 1. *tit.* 23. §. 5. Atque etiamsi mater tutrix non sit, si tamen ab omnibus pro tali habeatur, & bona administret, gesta ipsius sustinentur authoritate publicâ. *l. Barberius. ff. de off. Prætor.* quid quod tutor etiam ante præstita solennia potest constituere actorem, *Marta. Digest. Noviss. c.* 33. *verb. tutor.* Et quamvis pupillo nil possit acquirere protutor, nec eum obligare, *l.* 3. §. 4. *ff. jud. solv. l.* 2. *ff. de eo qui pro tutor. neg. gessit.* In arbitrio tamen judicis est, gestionem talem approbare, *l.* 1. §. 5. *ff. quod fals. tut. Autor. gest. esse dic.* ibi: *nisi prætor ratum habuit, quod his autoribus gestum est, tunc enim valebit per prætoris tuitionem, non ipso jure. Manz. intr. de tutor. p.* 2. *tit.* 6. *q.* 1. *n.* 12. Autoritas enim & Confirmatio Magistratus valere facit, quod aliàs invalidum est, & firmat, quod infirmum est, *l.* 38. *ff. de adopt. l.* 2. *ff. de confirm. tut. Gail.* 2. *obs.* 1. Si itaque pupillo utilis contractus à matre celebratus est, de subtilitatibus non est disputandum.

39. Quomodo Curator ad litem detur.

Ponamus ergò, patrem pupilli debitorem fuisse, & matrem tanquam tutricem alienâsse in Creditorem cessisseque hypothecam. Non videtur revocari alienatio posse: si læsione careat. Nam licet res pupillares alienari sine decreto judicis, & causæ cognitione nequeant, *l.* 22. *C. de Administ. tut.* ita ut deficientibus his requisitis, impediatur translatio Dominii, & minor rem suam cum fructibus, â quocunque possessore, possit vindicare, *Tulden. in Cod. de præd. minor. non alienand. n.* 5. *l.* 5. *C. l.* 5. §. *ult. ff. eod.* Si tamen à defuncto jam constitura fuit hypotheca cum clausulis executivis, tunc non tam minor quam defunctus alienare videtur, *Harpp. Inst. ad tit. de locat. conduct.* §. 3. *n.* 504. quia minor personam defuncti repræsentat, nec tam contrahit, quàm contractus à testatore initi fidem absolvit. *Montan. de tutel. c.* 33. Nec enim minor majori succedens alia potest jura prætendere quam defunctus habuit cui beneficium minoris ætatis non competiit. *per l.* 5. *C. de temp. in integr. restit.* ubi hæc verba: *Si majoris fuerit minor jura nactus, quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona majoris consecutus fuerit, non plus temporis pro restitutione in integrum habere debebit, quam quantum defuncto supererat.* Ideoque nullâ solennitate decreto vel causæ cognitione opus est in his alienationibus necessariis, quando debitum est jus hypothecæ, constitutaque desuper per oportunas clausulas executio provenit à parente pupilli, vel aliquo alio, cui pupillus successit, tunc enim, quia licitum est, cuivis legem rei suæ dicere, quam velit, pupillus

40. An alienatio prædii hypothecati à matre facta revocari debeat?

41. In alienationibus necessariis decreto non est opus.

alienando nihil novi contrahit, sed tantùm Contractum defuncti exequitur. *Brunneman. ad l.* 2. *C. quando decreto non est opus.* Nec enim pupillus vel minor ita succedens majori habet beneficia minoribus aliàs indulta, modò *d. l.* 5. §. 2. *C. de tempor. in integr. restit.* Nec videtur hoc prædium in bonis pupilli unquam fuisse, cum bona non intelligantur, nisi deducto ære alieno, quæ omnia clarius elucent per verba textus *in lib.* 1. *C. quando decreto non est opus*, ibi: Neque enim in ea re præsidis auctoritas est necessaria, si minor vel tutores voluntati defuncti pareant. Neque fit alienatio ex libera voluntate, sed ex necessitate, ut, quæ pertineat ad effectum pignoris anteà constituti, ut ait *Christineus vol.* 3. *decis.* 178. *n.* 3. *& seqq. Manz. de tut. part.* 2. *tit.* 9. *q.* 2. *n.* 32. *&* 38. ubi ait: pupillus potest sine decreto vendere vel in solutum dare, si pater fundum stipulanti promisit, vel jure hæreditario successit alii, qui erat obligatus per textus *expressos in l.* 5. §. 6. *&* 7. *ff. de reb. cor. qui sub tut. vel Cur. sunt.* Quibus assertionibus tamen non id agimus, ut tutores decretum â judice nunquam petere debere statuamus, sed quod, si contractus à matre vel tutore sit initus, ille non confestim pro nullo declarari, sed ex circumstantiis de eo judicari debeat; potest enim exceptio retentionis vel doli objici à possessore, nisi aliundè statim illi solutio fiat; Et si namque supponamus, matrem se saltem gessisse pro tutrice, pupillumque legitimè non fuisse defensum, tamen restitutio non est illi indulgenda, si ex causæ meritis constat, defensionem ipsi non competere. *Ludovic. decis.* 43. *n.* 10. *& decis.* 485. *n.* 6. *Cresp. de Valdaura obs.* 108. *n.* 27. si scilicet apparet debitum esse liquidum, non aliundè creditori, nisi ex alienatione hypothecæ potuisset satisfieri. Nam quare propter alligatam nullitatem reddi deberet minori, quod mox iterum actori esset, adjudicandum? Et quis dubitat matrem filii negotia gerere posse? *l.* 24. *C. de usur. l.* 2. *&* 3. *C. de negot. gest.* quam si à molestia creditorum, à sumptibus processûs, & cursu usurarum liberat, negotia non malè administrâsse dici potest, quia non agitur de obligatione, sed liberatione pupilli qui solvere potest absque solennitate, solutioque valet, & rei solutæ Dominium transfertur, *l.* 1. §. 14. *ff. ad SC. Trebell. Salgado in Labyrinth. Creditor. p.* 1. *c.* 27. *n.* 25. Decretum judicis non requiritur, nisi ut constet de veritate & liquiditate debiti, nec non de necessitate alienandi, quæ circumstantiæ, si ex actis appareant, frustrà de solennitate anxiè inquiritur. Nec nullitatis allegatio in supremo Principis Dicasterio sufficit, nisi supplicans insuper aliud, quod ipsum relevare possit, alleget, quia nullitas est defensio oppressorum, qui non tantum in solennitate, sed in re ipsa læsi sunt. *Vant. de nullit. tit.* 1. *in pr. & n.* 18. nullitates enim causæ Principali non præjudicantes, & tantùm figuram judiciorum solemnita-

42. Restitutionem vel nullitatem non attendi, nisi merita quoque causæ pro impetrante militent.

tesque recipientes in Camerâ non attenduntur, *ordin. Cam. p. 3. t. 34. §. 1. Gail. 1. obs. 42. & 57. n. 6. & 7. Myns. 1. obs. 27. & Cent. 4. obs. 62. & 5. obs. 93. Klock. relat. Cam. 4. n.* 80. unde nullitates frivolas appellat *Meisner. decis. Cam. tom. 5. decis. 22. n. 4.* quæ processum magis, quam merita causæ concernunt. Nam Princeps processum vel Contractum nullum ex defectu saltem juris positivi ratum habere potest, si tantùm constat de meritis causæ, & confirmatio fit cum causæ cognitione, & ex certâ scientia, egregiè *Vant. t. 14. n. 24.* quam allegat *Klock. rel. Cam. 3. n. 33.*

43. Læsio consideranda secundum tempus contractus.

Læsio quoque ex antecedente bonorum æstimatione desumi non potest, quia pretium rei punctualiter sciri nequit, sed secundum tempus Contractus considerandum est, & tanti res valet, quanti potest vendi, *Besold. in thesaur. pract. verbo* Anschlag. Quod si ad æstimationem devenitur, illa juxtà Consuetudinem loci, juxta reditus ex re percipiendos, *l. 16. C. de resc. vend. l. pen. in pr. ff. de rebus cor. qui sub. tut. vel Cur. sunt.* fieri debet, omisaque partium citatio eam non vitiat, *Mev. p. 1. decis. 29. & 31.* Itaque pro Contractu à Matre tutrice inito pronuntiatum est.

44. Si contra plures diversi fori tutores agatur, fundatam esse immediate jurisd. Imperatoris.

Quod ad actionem tutelæ, & negotiorum gestorum attinet, illa vel contra unam, vel contrà plures dirigitur tutores, atque ex continentiâ causæ, si contra plures agatur, immediatè fundari potest jurisdictio Imperatoris; & quidem connexitas causæ evidens esse videtur in hac actione, cum de uno Patrimonio redintegrando tractetur, & judicium reddendarum rationum sit individuum. Itaque si plures sint diversi fori tutores, licet dispari fortè actione teneantur, expedit tamen, ut se coram uno judice defendant, ut cognitio unius partis administrationis aptiorem conferat alterius intelligentiam; Sicque tutor vel Curator ad eundem judicem ire debent, *l. 5. C. de arb. tut.* licet ille tutelæ, hic negotiorum gestorum actione teneatur. Si enim quis negotia mea gerit, non multa negotia sunt, sed unus Contractus *l. 16. ff. de neg. gest.* Ex quo Ratiocinii quæstio coram omnium tutorum superiore judice est ventilanda, ne continentia causæ dividatur, & pupilli in plures processus distringantur, *Vultej. l. 1. n. 11. C. ubi de ratione ag. oport.* Et si quis saltem negotia gessit pupillorum, nihilominùs indubitatum est, eum negotiorum gestorum actione teneri, *l. 6. §. 2. ff. de neg. gest.* & actus sui rationem reddere teneri, ut ait *Gajus in l. 2. eod. Escobar. de Ratiocin. c. 3. n. 3.* Idque eodem modo ac si tutor fuisset, ipsumque judicium reddendarum rationum ita est individuum, ut ex continentiâ causæ fundetur jurisdictio: non quod tutores, & hic negotiorum gestor, eadem actione conveniantur, sed quia omnes ad redditionem rationum tenentur, quâcunque demum actione ad id compellantur, sive tutelæ, protutelæ, sive negotiorum gestorum, quia de uno ex toto pupillorum patrimonio redintegrando agitur; Ideoque si principaliter obligatus sub uno principe, alter verò accessoriè obstrictus, sub alio degat, potest actor procul dubio utrumque coram omnium superiore convenire, nec locus est privilegio de non evocando, *Author. præjud. Cam. apud Gilman. verb. Continentia.* vers. item fidejussores. *Mindan. de Contin. Caus. c. 4. n. 25.* Vitricum verò

45. Vitrici bona, qui Viduam tutricem, nondum redditis rationibus duxit, pupillis tacite esse obligata.

pro alienâ obligatione saltem accessoriè teneri deducit *Carpzov. lib. 1. resp. 34. n. 12.* ubi dicit: At hoc ita, nisi vidua prædefuncti patris, vel etiam *Vitricus*, aut quivis alius se pro tutore vel Curatore gesserit, bonaque patris, vel legitimam paternam administraverit, quo ipso ad instar tutoris bona sua videtur tacitè obligâsse: non solùm enim in tutoris, sed etiam in bonis ejus, qui cum tutor reverà non esset, tamen pro tutore vel Curatore negotia gessit, pupillus habet privilegium tacitæ hypothecæ, *textus & Dd. in l. pro officio. C. de Administ. tut.* Imò si non protutor, sed *Actor* tantùm fuisset, à Matre filiorum tutrice constitutus etiam hujus bona, sicut tutorum, vel curatorum tacitè sunt pupillis obligata, *Mantic. de tac. & ambig. Conv. l. 11. tit. 16. n. 17.* Si itaque Mater mortuo marito liberorum tutelam suscepit, & ad secunda vota transiit, priusquam alios liberis tutores petierit, ac rationibus redditis reliqua exsolverit bona secundi mariti, liberis tacitè obligata esse, indubitati juris est, *l. pœn. C. in quib. Caus. pign. tac. cont. ibi: Mariti quoque ejus præteritæ tutelæ ratiociniis bona jure pignoris tenebuntur obnoxia. Nov. 22. C. 40. Gail. 2. obs. 90. n. 2.* manet itaque vitricus cum bonis suis pro administratione uxoris accessoriè saltem obligatus, etiamsi non appareret uxori, administrationem legitimè fuisse decretam; Cum enim se pro tutrice gesserit, & pro tali publice habita fuerit, aliâ confirmatione opus non erat, per tradita, *Rot. Rom. in recentior. decis. 3. n. 4. 5.* & 8. Ma-

46. Id quoque procedere, licet Vidua saltem se pro tutrice gesserit.

ximè quod etiam aliàs tradant, Vitrici bona esse obligata, etiamsi duxerit eam, quæ de facto tantùm liberorum tutelam administravit. Ita enim favorem pupillorum exigere, fierique in pœnam negligentiæ vitrici, quod viduam ad præstanda non monuerit, alioqui futurum, ut melior sit conditio culposi, quam diligentis, & de facto se ingerentis, quam de jure administrantis, *Molin. ad Dec. Consil. 591. Brunneman. l. 2. C. quando mul. offic. tutel. fung. poss. in fin. Carpzov. resp. 34. n. 12.* Contrà *Fab. C. lib. 8. tit. 7. definit. 2. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 16. n. 5.*

47. Jurisdictio Cæsarea fundatur, si res in diversis territoriis sitæ sint, idque etiam in nominibus debitorum procedere.

Tum verò indubiè fundatur jurisdictio Cæsarea, si res pupillares in diversis territoriis sitæ sunt, ita ut privilegium, de non evocando nullatenùs obstare possit, Mindan. *de Continent. Caus. c. 3. n. 4. Um. de processu Disp. 4. n. 20.* quam regulam in specie quoque locum habere in nominibus debitorum ex Communi Dd. sententia tradit *Carleval. de judiciis lib. 1. tit. 1. Disp. 2. q. 3. n. 146.* Ubi addit nomina eo in loco

esse

48. Nomina quorsum referenda.

esse existimanda, ubi exactio de jure & facto fieri potest; & quamvis actiones per se nec sint res mobiles, nec immobiles, sed tertiam constituant speciem, sicque loco propriè non Circumscribantur, communiter tamen annui reditus inter immobilia numerantur, *Gail. 2. obs. 11.*

49. Quid operetur protestatio quatenus & in quantum.

Etsi prætereà ad locum aliquem referenda sint nomina, sanè non ad eum, ubi Corpora Instrumentorum reperiuntur, nec ubi Creditor residet, sed potius ad eum, ubi debitor, & ubi solutio exactioque facienda est, referenda veniunt: per text. in *l. Titium. & Mev. §. tutores ff. de administ. tut. Grivellus decis. 123. n. 12. & seqq.* Nec relevat, si reus Conventus protestetur de non comparando aliter, nisi *quatenùs & in quantum*, quia per hanc protestationem rescriptum, ut subreptitium, non impugnatur, & aliàs est facto contraria, si reus ad ulteriora progrediendo ab eâ recedit. *Gail. 1. obs. 73. n. 6.* Vel si procedente judice processum non impugnet, quia tunc processus erit validus, *Vant. de nullitat. tit. quib. mod. sent. null. defend. poss. n. 58. Scaccia de Appell. q. 17. lim. 6. memb. 6. n. 55.*

50. Si judex se competentem pronuntiat, & pars non appellat, processus valet.

Eo ipso enim est competens judex, qui se talem pronuntiat, si inde pars vel non appellet, vel appellationem deserat. *Klock relat. 7. n. 45. Scaccia d. loc.* Atque etiam si tutor, posteaquam in jus vocatus est, alterius fori esse cœperit, tamen in eâ causâ jus revocandi forum non habet, quasi præventus, *l. 7. ff. de judic.* Cum enim forum secundum primam ejus conditionem censeatur competens, nullam habet fori præscriptionem, *text. in l. fin. §. 1. de in jus voc. Mindan. de contin. caus. c. 5. n. 15.*

51. Actio ad fundandam causæ continentiam contra plures institui, & actor postea reliquos dimittere, actionemque contra unum tantum prosequi potest.

Quinimò si actio contrà plures tutores fuit instituta, tam contrà unum tantùm actor potest prosequi, quod *Berlich. part. 2. decis. 220. n. 229.* consulit, nempe qui subditum alterius ad judicium superius evocare intendit, ut alium in alterius territorio domicilium foventem, saltem dicis gratia ei adjungat, & sic ambos in judicio superiore, conveniat, lite verò contestata alterum denuò dimittat, quod feliciter in duabus causis practicatum esse refert; sed rectiùs contrarium respondet *Carpzov. lib. 2. resp. 17. n. 12.* quod non sit audiendus Actor, qui reo principali captiosè adjungat alium, in hunc solummodò finem, ne sibi beneficium primæ Instantiæ opponi possit. Sed remittendum esse ad judicem rei in primâ instantiâ competentem, ne per indirectum, & fraudulenter beneficium primæ Instantiæ intervertatur reo, quod directò ei invito adimi nequit, *C. pervenit 13. caus. 11. q. 1. Vultej. ad l. 1. c. de jurisd. n. 59.* Id quod tamen in hac materiâ faciliùs procedit, quia tutores ipso quidem jure omnes in solidum tenentur, sed habent beneficium ordinis, ut primo loco exigatur is, qui administravit si solvendo sit, *l. ult. C. de divid. tutel.* nec enim in totum dimittuntur reliqui, sed tantùm conceditur illis beneficium ordinis, manetque continentia causæ, cujus vi, illo qui administravit, excusso, omnes coram eodem judice respondere, & rationes reddere tenentur, quæ sententia præjudicio confirmata est.

Vota, Votiren.

DE Votis tam in publicis quam in privatis causis *vid. supra verbo* Adel/ *fol. 207. n. 43. & verbo* Comitia *fol. 540. n. 31. & seqq. verbo* Majora *fol. 1314. per tot. & verbo* Reichshoffrath/ *fol. 1680. n. 21.* ubi de congregatione, & Votis Consiliariorum aliqua notavi; De votis S. R. I. Electorum absentium *vide supra verbo* Churfürst/ *fol. 469. n. 17. & seqq.*

Urthel.

V*Id. supra Verbo* Judex *fol. 1041. n. 16. 21. & seqq. & Verbo* Sentantia *per tot. & Tom. 1. har. Constit. per tot.*

Utilitas publica.

V*Id. supra verbo* Kayser / *fol. 1082. n. 42.*

Lit. W.

Wahl.

V*Id. supra Verbo* Abbas *fol. 117. n. 13. & multis seqq.* ubi traditur ad quos pertineat Electio Abbatum & quomodo fiat, & quod possit electio restringi, ut fiat ex certo genere personarum, vel certa familia, ubi penes de Forma electionis per scrutinium, per compromissum, per Inspirationem, tempore electionis trimestri, & Electione Coadjutoris, aliaque huc spectantia notavi. *Vid. quoque supra verbo* Capitulares *fol. 451. n. 1. 2. & 3.* ubi de jure Canonicorum Capitularium in electione, & an minor pars Capituli possit eligere, reliquis vocatis venire nolentibus & an Canonicus se ipsum eligere possit. Huc quoque non incon-

inconcinnè referri possunt, quæ similiter *supra verbo* Lübeck / *fol.* 1300. *& seqq. n.* 16. 17. & 18. de controversia ultimæ electionis in Coadjutorem Lubecensem inter Domum Dano-Regiam, & Holsato-Gottorpiensem notavi, ubi utriusque Partis fundamenta quoque adducta reperies. De Electione Romani Pontificis *vide similiter supra verbo* Pabst / *fol.* 1500. *n.* 7. *& seqq.* ubi Electionem Romani Pontificis per Cardinales magis congruam dixi, & qui numerus Cardinalium requiratur ad Canonicam electionem, & qualis ad eam accelerandam modus *n.* 9. & 10. de forma Electionis Apostolicæ, & potest Papa eligi quicunque Cardinalis etiam Laicus *n.* 13. de Pontificis legitime Electi potestate & auctoritate *n.* 21. de antiqua Pontificum Electione *n.* 22. & 23. de Decreto *Gregorii XV.* super Electione Rom. Pont. ubi caute & considerate in hac electione procedendum cum gratia *Spiritus S. n.* 24. 25. 26. 27. & 28. de modo Electionis in conclavi, & à quibus rebus Cardinales abstinere debeant. De pœnis non rite eligentium, de Pontifice non rite electo. Qua ratione Cardinalium dignitas aucta, & jus eligendi Pontificis ipsis attributum. Plura de hac Electione Pontificis Romani vide apud *R. P. Hunoldum* Plettenberg / *S. I. in Notit. Congregat. & Tribun. Cur. Rom. C.* 2. §. 5. & 6. ubi de ingressu in Conclave: de clausura, iisque quæ Electioni præmittuntur, de qualitate eligentium & eligendorum. De tribus modis eligendi Pontificem, & de ejus Electione præclare scribit.

Waldeck.

Comites Waldecenses à *Witekindo*, quem *Carolus M.* Paderbornensi Ecclesiæ à se fundatæ pro more Seculi Advocatum h. e. defensorem & Civilium causarum administratorem *anno* 780. constituit familiam deducunt, *Rittershusius Spenner. in oper. Herald. p. Spec. L.* 3. *C.* 39. Ejus è filio Adelberto nepos *Conradus an.* 900. Burggravius Magdeburgensis creatus fuisse fertur, quæ dignitas ejus pronepoti cognomini iterum collata, atque ab hoc ad posteros, qui in Manfredo *anno* 1115. defecerunt transmissa fuit.

Inter hos Comites potissimum eminuit *Georgius Fridericus*, qui ob summam belli gerendi, tuendi, ac regendi exercitus peritiam, militarisque disciplinæ, tum singularem prope prudentiam longo maximarum rerum usu acquisitam, *anno* 1682. 17. *Junii* à Sacratissimo Imp. *Leopoldo Princeps S. R. Imperii* creatus, & in Comitiis Ratisbonensibus *anno* 1686. 6. *Novemb.* ad Votum & sessionem in Senatu Principum admissus, quo temporis tractu aut non ita multò ante ab Imperii membris, annuente etiam Augustissimo, delectibus pro securitate Patriæ conservanda factis Præfectus, & *Supremi in Imperio Campi Marescalli* Reichs-Feld-Marschallen axiomate condecoratus fuit. Ex Conjuge *Elisabetha Carola* Nassovica pulchræ nec paucæ Sobolis parens quidem factus est, sed hujus maximam partem, mares etenim omnes fatorum iniquitas funere acerbo mersit. Quæ fata & ipse ante annos non ita multos expertus, cum sine relicta prole mascula humanis eximeretur, ejusque Principalis dignitas sicut in ipso cœpta, ita & in ipso finita. Paternarum Ditionum hærede relicto *Christiano Ludovico* Comite Waldecensi & Pyrmontano in Kleinern / cognato suo, cui ex bino matrimonio numerosa satis proles.

Cœterùm de Superioritate in Comitatu Culenburgico, nec non Dynastiis *Wittem & Werth* controversia defuncto Principi intercessit cum Geldrico & Brabantino regimine & Episcopo Monasteriensi: Waldeccio interea in possessione vel quasi immediatis, tam quoad Imperii jurisdictionem, quam quoad sessionem & Votum in Conventibus; circularibus permanente, quemadmodum fusius *Spenner. dict. loc.* retulit. Circa immedietatem quoque superioribus seculis gravis ac diuturna contentio inter *Landgravios Hassiæ & Waldeccios* exorta, est postquam enim *an.* 1431. & 1438. *Henrici Ferrei* filius & Nepotes Comitatum Waldecensem *Ludovico* Landgravio Hassiæ in clientelam sedissent, ejus posteri processu temporum feudalem illam obligationem in omnimodam subjectionem convertere, & Comitibus jus sessionis & suffragii in diætis controversum reddere cœperunt; his verò omni, quod ajunt, pede contranitentibus, tandem per transactionem *an.* 1635. & 1637. initam, & per *Instrumentum Pacis Osnabrugensis* corroboratam, Hassiæ Landgravii de prætensione sua decesserunt, Comitesque jura immedietatis suæ integra sibi asseruerunt, feudali tamen Comitatus obligatione Hassis servata. Hujus autem negotii Historiam ex *Londorp. Act. publ.* integram recenset *Gastel. de stat. publ. Europ. Cap.* 31. *fol.* 878. & 879. Quomodo autem controversia ratione Comitatus *Pyrmontani* cum Episcopo *Paderbornensi* sopita sit, *vid. supra verb.* Paderborn / *fol.* 1548. *n.* 51. Referuntur denique Comites Waldeccii ad Circulum Rhenanum superiorem, quanquam ipse Comitatus, si situm ejus attendas, ad Westphaliam potius pertinere videtur, cui etiam olim fuit annumeratus.

Wechsel.

SUMMARIA.

1. *Cambium quid & ubivis usitatum.*
2. *Reipublicæ maxime necessarium.*
3. *Literas Cambii non solum irrevocabiles, sed & exceptionem non num. pecun. non obtinere.*
4. *Ex his literis datur executio intra 24. horas.*

5. Quo-

5. *Quomodo Cambium dividatur & subdividatur.*
6. *Campsoribus pro munere pretium accipere licet, & ad quæ obligetur Campsor.*
7. *De Collybo*, vom Auffgeld / Wechselgeld.

CAmbire, Cambiare, permutare cum mercibus negotiari, talem qualem emptio habent firmitatem. Hinc Campsores qui ex pecuniæ permutatione lucrum faciunt. Hodie Cambium est commutatio unius generis in aliud genus numismatum *Leonhard Lessius de just.& jur. lib.*2. *C.*3.*dub.* 1.*n.* 1. *& seqq.* ubivis locorum, valde usitatum, ab initio pro faciliori mercaturæ & peregrinationis usu inventum, *Joan. Baptist. Lupus in C. naviganti n.* 12. *de usur.* postea autem in mercaturam & negotiationem Lucratoriam ad faciendum quæstum ordinatum & conversum adeò Reipubl. necessarium & utile, ut si illud cessaret, omnia pene mercaturæ officia dissiparentur ac destruerentur, ut ait *Calderin. cons.* 11. *Navar. lib.*7.*Cons. tit. de usur. consil.* 31. Et sublata negotiatione cambiorum è medio, tolli omnes mercaturas & nundinas, scribit *Joan. Azor. Instit. moral. part.* 3. *lib.* 10. *tit. de camb. c.*3.*q.* 1. *Scaccia tract. de commerc. & camb.* §. *quæst.* 6. *per tot. Klock. de ærar. lib.* 2.*c.* 21. *n.* 18. ubi *in seqq.* in materia Cambii habet casum singularem & *n.* 26. docet, ad substantiam cambii non requiri realem numerationem, sed sufficere, quod cambium in uno loco conclusum, daß der Wechsel niemahl geschlossen worden / & literæ cambii datæ transmissæ, in loco solutionis præsentatæ & acceptatæ sint. At *Card. Tuschus pract. Conclus. lit. L. conclus.* 362.*n.*3. tradit literas cambii, die Wechsel-Brieffe / dispositivas sui natura non solum irrevocabiles esse, sed etiam exceptionem non numeratæ pecuniæ in Campsoribus & Mercatoribus bey den Wechsel-Herrn / vel ob publicam fidem regulariter non obtinere *Jason in L. qui pecuniam n.* 6. *ff. si cert. pet. Bolognet. in L. singularia n.* 87. *& seq. ff. eod. tit.*

1. Cambium quid & ubivis usitatum.

2. Reipubl. maxime necessarium.

3. Literas cambii non solum irrevocabiles, sed & exceptionem non num. pecun. non obtinere.

Unde in mercaturæ commodum cambiis quoque peculiare jus concessum est, & inde in novissimis Imperii constitutionibus provisum, ubi in majoribus Civitatibus hactenus receptum fuerit, intra 24. horas debita ex literis Campsatoriis executioni dare, observetur quoque adhuc, ratione addita, quod secus mercatores non rarò non solum inde oriundo debito cadant, sed etiam fidei apud alios patiantur jacturam §. 107. *Recess. Imp. de Anno* 1654. *Rhet. Instit. jur. Pub. lib.* 3. *tit.* 5. §. 4.

4. Ex his literis datur executio intra 24. horas.

Porrò Cambium aliud est *manuarium* seu *minutum*, quando in eodem loco & tempore fit permutatio pecuniæ minutæ cum magnis pecuniis argenteæ cum aureis vel contra, in quo si nullum intendatur lucrum, & solum communis attendatur æstimatio, tale cambium esse licitum, nullum prorsus est dubium, sed si ex eo intendatur lucrum, & ita acceptum in tres subdividitur species, una dicitur *cambium manuale seu minutum*, uti jam dictum, si ex ea permutatione intendatur lucrum: *Alia* quâ pecuniæ ob loci diversitatem commutantur, & quia hoc fieri solet datis literis, ut pecuniæ in illo solvantur loco, dici consuevit cambium per litteras. *Alia* quâ commutantur pecuniæ ob temporis diversitatem, quæ commutatio etiam dici solet cambium, sed impropriè tantum, quia in se est pure mutuum, ut in eo non aliter, quam de mutuo sit discurrendum. Alii dividunt cambium in *Reale* & *Siccum*. *Reale* appellant, quod verè legitimumque suapte natura est cambium. *Siccum* verò re ipsa cambium non est, justitia & subjecto carens, & nomine tantum appellatur cambium, & committitur duplici modo. *Primo* quando quis pecuni m, puta Florentiæ cum cambio accipit, ut eam solvat Venetiis, & conficiuntur ad id literæ cambiales die Wechsel-Brieffe / quæ mitti debent ad eum locum, ubi moneta solvenda est, quamvis verò & realiter debitor Florentiæ duntaxat, ubi cambium datum fuit, soluturus sit. Conscribuntur tamen literæ solummodo ad simulandum contractum illum, qui inter dantem & accipientem cambium celebratur, quod cambii genus propter id Siccum appellatur. *Nicolaus Janua de privat. Script. lib.* 3. *n.* 8. *Secundo* celebratur quando literæ remittuntur, in nundinas alicujus loci, ubi debitor, nec pecuniam nec Factorem, cum quo exercere mercaturam solebat, habet, nec habere posse sperat, sed duntaxat ipsius nomine Procurator à Campsore constitutus accipit, ibi pecunias, cum cambio & recambio illas solvendas remittit Florentiam; unde sub illa simulatione persolvuntur usuræ, & usurarum usuræ, quæ ab omni jure tamen damnari solent. Per ea, quæ habet *Pet. August. Morla in empor. jur. part.* 1. *tit.* 9. *de contrah. empt. & vend. n.* 11. *& seqq.* & quod tale cambium sit illicitum tradit *Janua d. l. n.* 9. *& seqq.*

5. Quomodo cambium dividatur & subdividatur.

Hinc cum cambium *Siccum* sit illicitum, econtra *minutum* Reipublicæ valde sit utile, quia homines pecuniis minutis frequenter egent, & quia non omnes pecuniæ in omni loco valorem habent, licitum est campsoribus pro munere & obsequio, quod aliis præstant in cambio, pretium accipere, dummodo illud sit justum, & commensuratum justitiæ commutativæ. Est enim campsor obligatus, & debet esse paratus semper habere pecunias diversas cuicunque cambire volenti, item habere locum & homines ad hoc destinatos, ut muneri suo satisfaciant expectando eos, qui cambire volunt, numerando tum pecuniam, quam dat, tum illam, quam accipit, & alia hujusmodi onera, quæ omnia justo sunt digna stipendio non tantum in campsoribus, qui cambium exercent auctoritate publica, sed etiam in privatis, qui in munere isto Reipublicæ

6. Campsoribus pro munere pretium accipere licet, & ad quæ obligetur Campsor.

publicæ non inserviunt ex officio; tradit *Schambogen in lib. 5. decret. lib. 5. tit. 19. n. 84.* quamvis *Cajetan.* contrarium doceat.

7. De Collybis, vom Auffgeld oder Wechselgeld. Hoc ipsum autem quod pro cambiis seu pro permutatione pecuniæ datur *Collybus* dicitur Auffgeld / Wechselgeld. Unde Collybistæ sunt, qui vendunt minuta æra pro alia pecunia scilicet accepto collybo. Quique argentariis non sunt absimiles, quos sive ars sive usus longus tractandarum & permutandarum pecuniarum ita erudivit, ut auri, argenti, ærisve qualitatem hi soli nosse existimentur probe. Qua de causâ ad eos eunt frequenter, quasi peritissimos nummorum æstimatores, qui de quantitate nummorum ambigunt: puta, quantis sit nummus, aut solidus aliquis, cujus auri an probus an subæratus, an ponderis æqui, an lacuna in ea sit aliqua. *Vid. Eberhard. Speckhan quæst. jur. cent. 1. quæst. 68. Aleman de jur. monet. pag. 872. de Campsorib. p. 871.* von Wechsel-Zinsen und *Lagio. Tabor de altero tanto, p. 318. & seqq.* De cambiorum institutis & abusibus. *Anton. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 47. Soto de just. & jur. lib. 6. quæst. 8. art. 1.*

Weib.

Vid. supra verbo Außsteuer der armen Jungfrauen *fol. 319. per tot. & verbo mulier fol. 1406. similiter per tot.*

Wein.

SUMMARIA.

1. *Specialia de vinis remissivè.*
2. *Excellentiora vina.*
3. *Cultura vinearum ubi negligitur, & ubi prohibita.*
4. *Aliquibus in locis vinum certo tempore inferre non licet.*
5. *De vinis medicatis non solvuntur gabellæ, secus de vino adusto.*

1. Specialia de vinis remissive. Hac de re *vid. Tom. 1. har. Constit. hoc tit.* ubi constitutio *Maximiliani I.* de *Anno* 1497. varia de vino disponit de accisia vini, *vid. supra verbo* Ungeld.

De vini natura, artificio & usu, ejusque primo autore & inventore singularem tractatum scripsit *Guilielm. Gradaroli & Pedro Mexia en la Silva de varia Lecionc. 16. lib. 3.* De vini verò laudibus & virtutibus videatur *Guil. Bouchet lib. 1. Serée 1. fol. m. 30. & seqq.* ubi multa scitu digna & jucunda de vino habet.
2. Excellentiora vina. Excellunt autem inter vina ad Rhenum *Hochheimensia*, *Ringauensia*, & *Baccharacensia.* Sunt deinde *Austriaca*, *Franconica.* In Rhetis *Veltlinensia.* In Hispania generosæ naturæ est *vinum Alicantinum* è loco portu celebri, Ilice, quæ hodie Alicante, ita dictum: Ut *vinum Petri Simonis* ab Autore qui vites Rhenanas in Hispaniam transtulit, vocatum. A colore Limpido *Secco* nomen, in quo eminet *Canariense*, ab Insulis Canariis appellatum. Vinum Hungaricum *Tokayense* & *Sermiense* in Austriam, Poloniam, Wallachiam &c. transfertur. Et *Tokayensi* nomine tenus affine est *Tocatense* vinum magni nominis in Armenia, *Taver P. I. L. 1. C. 11.* Candia *vino Malvatico* superbit, cui nomen tamen à *Malvasia* Moreæ Castello. In Italia melioris notæ sunt *vinum de Trebiano* in Territorio Florentino, *vinum de Tabiano* in Territorio Genuensi; *vini Græci* proventus est juxta Neapolin, *Lachrymæ Christi* ad montem Vesuvium crescunt. *Megiser in deliciis Neapolit. pag. 8.* Nec sequioris notæ sunt vinum *de S. Severino* & *vinum de Siracusa* in Sicilia. In Territorio Romano ad Faliscum seu monte Fiascone colitur *vinum Muscatellinum.* In tractu Lombardico non ignobilia vina proveniunt, quanquam dulciora pro insalubribus habeantur. In Gallia ferè tota vini copia est, Britannia, Normannia, & Picardia exceptis, quibus vini loco non ingrata est Sicera. Inter vina Gallica eminet *Frontiniacum* ad Mompeliam. In Persia cultura vini celebris est Provincia *Schiras*, unde proverbium inter Persas: Eum qui commodè vivere velit, debere habere uxorem ex urbe *Jezd*, quæ urbs pulchritudine fœminarum claret, panem ex *Jesdecas*, & vinum ex Schiras. *Tavern. P. 1. lib. 1. c. 9.*
3. Cultura vinearum ubi negligitur, & ubi prohibita. In Anglia econtra vineas cum maximè possint, non colunt, quippe persuasi, nativum vinum nunquam ad bonitatem Siceræ suæ surrecturum, vinum Gallicum insuper eodem pretio à se emi posse, quo vinearum cultura ipsis constituta esset, & sicut Angli in hoc casu sunt negligentes, ita in Americanis Hispanorum Regionibus universa cultura vitium est prohibita, cujus causam esse putant, ne quid commercio vini ex Hispania eo delati decedat; accedit, quod magna pars Americanorum ex usu vini intereat, quippe in ebrietatem per se propendentium, sed immodicum haustum ejus non perinde ac Chicham suam ferre aptorum. Apud Turcas lege publica ejus usus prohibitus est, quod factum à Mahomete opinantur, ut hac specie asseclas suos eo longius à communione cum Christianismo arceret, cujus sacra vinum requirere sciebat: Hanc enim ob causam & Judæi plurimi vino abstinent, quia Christianos eo ad idololatriam abuti calumniantur. *V. Avod. Sar. C. 2.* Item ne plebs amœnitate potus obruta, officia militaria sequius curaret: Sed ejus minorem rationem haberi argumento est, quod Tobacci usu aliisve Turcæ non minus se inebrient, quam aliæ nationes poculis. Ne quid de clandestino vini usu apud eos dicamus, cum uvarum esum non habeant pro illicito.

Quibusdam in locis, præsertim verò illis, ubi vini copia habetur, post festum S. Martini

4. Aliquibus in locis vinum certo tempore inferre non licet.

tini usque ad Vindemias, vinum alienum in Civitates non admittitur, nisi cum consensu Magistratus certoque vectigali soluto. Cives quoque vina sua in Civitate per mensuras, vel etiam per amphoras extra Civitatem vendentes accisias persolvere tenentur, die Bürger in den Städten und auff dem Land / müssen von demjenigen Wein / so sie ausschencken / das gewöhnliche Umgeld / etwan auch die sechste Maß oder das Geld dafür / und was sie auff den Wagen verkauffen / von einem jedwedern Eymer ein gewisses bezahlen; da hingegen die Schenck-Maß desto kleiner. Hoc autem accisæ onus vinis medicatis, Malvatico, welchen die Apothecker mehrentheils für die Krancken brauchen/non incumbere scribit *Besold. in thes. Pract. verb.* Umgeld. Secus quoad vinum adustum, cui licitè gabella imponitur, de quo *Klock. de ærar. lib.* 2. *C.* 15. *n.* 3. quod hoc olim vice medicamenti sumptum, hodie ingurgitatio apud Germanos frequens, & optandum ut abusus iste in Republica cohiberetur, quippe quod multa millia modiorum siliginis & tritici, quæ ad usum panis & cerevisiæ prodessent, insumuntur & prodiguntur, hoc potu, quo multi inebriati repentina morte & somno sepulti interierunt. Sed malitia tanta est, ut nec periculum mortis vel inferni quem deterreat, & compendium publicum, quod Magistratus inde capit, pro licentia vendendi concessa, nec non privatus quæstus omnem politiam confundit. *Bornitan. de rer. sufficient. lib. C.* 17.

5. De vinis medicatis non solvuntur gabellæ secus de vino adusto.

Werben / Werbung.

Vid. *supra verbo* Durchzug *fol.* 671. *per tot.*

Wertheim.

Quomodo Comites de Löwenstein & Wertheim in omnes suos Comitatus & Dynastias, quæ tempore belli Suecici sequestratæ, aliisque cessæ fuerant restituti sint, *vid. Instrum. Pac. Cæs. Suec. art.* 4. §. 41.

Westphälisch Gericht.

Judicium Westphalicum, item das freye und heimliche Gericht olim fuit in Westphalia constitutum, cui magna potestas, latitudo, simulque rigor excessivus, & quidem omninò extra ordinem, & veluti legibus planè solutum, successu autem temporum cum ad illud judicium non solum inidonei, & imperiti judices & Scabini adhiberentur, sed etiam multæ causæ eo non pertinentes ad istud traherentur, multæ etiam querelæ contra illud exortæ fuerint, abolitum est. *Vid. Marquard Freher Tr. de secret. jud. olim in Westphalia aliisque Germaniæ partibus usitatis postea abolitis Gryphiander Tr. de Weichbild. C.* 54. *& seqq. Blum de Process. Cameral. tit.* 30. §. 37. *& seqq. Wehner & Speidel. V.* Westphalisch Gericht.

Wiedertäuffer.

Anabaptistæ sunt ii, qui sacrum baptisma nefariè reiterant, unde etiam illis nomen der Wiedertäuffer/ & jure annumerantur hæreticis, cum Christiani nominis Sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificent, sed incestent lavacri nomine polluentes. *Wesenb. ad tit. Cod. ne sanctum baptisma reiteretur.* Ubi ait, hos homines existimare, cum baptisma sit lavacrum regenerationis & purificationis, sæpius ideo huic naturæ, quotidiè se peccatis inquinanti, opus esse, sicut & Sacræ Cœnæ usu, quem Christus Salvator noster reiterari voluit in verbis: *hoc facite in meam commemorationem. L.* 22. *v.* 19. 1. *Corinth.* 11. *v.* 24. *& seq.* contra hanc autem nefariam opinionem ejusmodi tenenda est regula: nihil habere rationem Sacramenti extra fidem à DEO institutum *Rom.* 2. *v.* 25. unde res æstimantur. *Bald. in L.* 1. *in fin. C. de reb. cred.* quare verissima regula, cessante causa cessat effectus *L. ult. C. de testam.* & sicut arrha nuptiarum non habet vim obligandi extra sponsaliorum causam, propter quam data est, sic Sacramenta non constant, nisi ex ordinatione institutoris & ad eum usum cujus gratia constituit. *Baptismus* enim vice *Circumcisionis* est institutus *Coloss.* 2. *v.* 11. ut sit primum regenerationis lavacrum, quo inserimur Corpori Christi, & initiamur Ecclesiæ ac in filios DEI adoptamur. *Coloss.* 2. *v.* 11.

Quanta autem hæc hæresis incendia, & quantas rebellionum flammas hæc monstra Anabaptistica excitaverint, quantis modis morte piandis, orco furcaque dignis Magistratum incitaverint, Subditosque adversus Magistratus inflammaverint, motus Monasterienses *Anno* 1534. *& seqq.* satis superque testantur. *Vid. supra verbo* Münster *fol.* 1410. *n.* 2. *&* 3. ubi aliqua de hac historia tetigi. Ductores enim illorum *Rotmannus*, *Leidensis*, *Knipperdollingius* & *Crechtingius* non solum omnes Monasterii Incolas, sed accolas sibi associarunt, illis rebellionis venenum instillarunt, contraque Magistratum exstimularunt, tantamque molem rebellionum & Seditionum proseminarunt, ut in succrescentibus Zizaniis eradicandis totum Romanum Imperium occuparetur. *Sleidan. com. lib.* 10. *de Anno* 1535. *&* 1536. *p.* 247. *& seq. Munster in Cosmog. lib.* 3. *C.* 462. *p.* 1105. *Hondorff. in theat. histor. p.* 107. Hinc Impp. Rom. hæc monstra Anabaptistica utpote rebellionibus referta non solum in Comitiis abrogarunt, sed etiam omnino extirpanda esse judicarunt, prout *Ferdinandus I. R. I. Spiræ d. Anno* 1529. §. nachdem kürtzlich. Et *Carolus V.* mandatum contra Anabaptistas promulgarunt. *Anno* 1544. §. nachdem auch etc. *Vid. Tom.* 1. *har. Constit. hoc verbo.* ubi multa & varia circa hanc sectam in Recess. Imperii ordinata reperies.

Wien / Vienna.

SUMMARIA.

1. *Varia Viennæ nomina.*
2. *Quot milliaribus distat ab unaquaque Regum Europæ Metropoli.*
3. *Jam ab antiquo Rom. Impp. Sedes.*
4. *Quis ex Marchionibus Austriæ eam primo ædibus cœperit illustrare?*
5. *Quis & quibus mediis primò Viennam muro clausit.*
6. *Insigne Austriacum.*
7. *Vienna quondam Imperio nunc Archi-Duci Austriæ subest.*
8. *Viennensis urbis Majestas.*
9. *Inter singularia Urbis decora est Basilica ad S. Stephanum.*
10. *Urbis Viennæ Monasteria & templa, ordine, quo processionaliter procedunt.*
11. *Celebris Bibliotheca Windhagiana.*
12. *De 3. Soc. Jesu Collegiis.*
13. *Alia adhuc in Civitate templa.*
14. *Quæ Monialium cœnobia Viennæ.*
15. *Duæ pretiosæ Columnæ.*
16. *Ecclesia Viennensis primo habuit parochos. eorum Series.*
17. *Postea Præpositos; eorum Series.*
18. *Demum Episcopos nulli Metropolitano subjectos; eorum Series.*
19. *Primus Imperii Princeps ex Episcopis Viennensibus.*
20. *De Universitatis Viennensis origine, celebritate, & quis ejusdem proprie fundator.*
21. *Aula Cæsarea, & de raritatibus in ea.*
22. *Bibliotheca Cæsarea & quot in ea libri.*
23. *Quæ Viennæ Dicasteria.*
24. *Ejusdem armamentaria.*
25. *Vienna sexies obsessa, ter restitit, ter cessit.*

1. Varia Viennæ nomina.

HÆc urbs Austriæ inferioris Metropolis ad brachium profluentis Danubii sita est. *Lazius* eam putat esse eandem cum Ptolemæi *Juliobona* & Strabonis *Vendo*, & Antonini *Vindebona*, quam Aurelius Victor *Vendobonam* vocat in Vita M. Antonini Imperatoris, alii eam *Flavianam*, *Fabianam*, *Bianam*, *Tianam* olim nuncuparunt; Hodie Latinis, Italis, Hispanisque *Vienna*, Germanis Wien / Gallis *Vienne*, Polonis *Wieden*, Turcis *Beetz*, dicitur. Urbs est Orbi universo clarissima Romanorum Imperatorum. Austriacorum Sedes magnifica, juxta Australe Danubii brachium subditur Latitudinis gradui 48. cum 23. minutis, Longitudinis verò gradui 40. Et hinc distat *Româ* summi Pontificis Sede, secundum directam & genuinam distantiam, milliaribus Germanicis 105. *Madrito* Regis Hispaniæ 260. *Ulyssipone* Regis Lusitanæ 335. *Parisiis* Regis Galliæ 154. *Londino* Regis Angliæ 175. *Hafnia* Regis Daniæ 116. *Stockholmiâ* Regis Sueciæ 165. *Cracoviâ* Regis Poloniæ 40. *Moscuâ* Czari Moscoviæ 248. & *Constantinopoli* Turcici Sultani 173. Urbs pervetusta, utpote quæ jam ante Christum natum sedes fuit Imperatorum Romanorum. Cum enim Cæsar Augustus Româ in hanc patriam venisset, & Bavariam maximamque Austriæ partem armis occupasset, hic Viennæ per annos duos commoratus ei aulam instituit. Hunc *Augustum* in Regimine *Viennæ* secuti *Tiberius, Claudius, Drusus, Galba, Vespasianus, Pertinax*, aliique Imperatores & Reges. Post hos Romanos verò venerunt *Leopoldus, Henricus, Albertus, Fridericus*, aliique Marchiones, Principes, & Duces Austriæ, donec tandem Augusta Domus Austriaca eam sibi constantem Archi-Ducalem & Cæsaream elegerint residentiam.

2. Quot milliaribus distet ab unaquaque Regum Europæ Metropoli.

3. Jam ab antiquo Rom. Imp. Sedes.

4. Quis ex Marchio-

Inter hos Austriæ Marchiones cum D. Leopoldus promotis ad Orientem finibus Aulam suam *Celii montis*, Kalenberg / vertui imposuisset, cœpit Viennense solum primò Venatoriis mapalibus, dein nobilioribus ædibus illustrari, jacebat enim ante 500. circiter annos deleta à barbaris *Vindobona*, nec ullum sui vestigium posteris reliquerat, sed solæ betulæ aliæque Sylvestres arbores incultam terram obumbrabant, unde non aliud erat loco nomen quam Birckhoff; quæ dein ea fecit incrementa, ut brevi præclaræ Civitatis speciem præse tulerit, atque *Henricum II.* tum Austriæ Ducem ad Aulam suam in eo foro, quod adhuc auff dem Hoff vulgò dicitur, *Anno* 1156. extruendam loci opportunitas invitaverit. Ducalem urbem novis ædificiis auctam paulo post circa annum videlicet 1192. lateritio muro turribus immixto, cujus vestigia apud rubræ turris portam etiamnum supersunt, *Leopoldus VII.* cognomine virtuosus circumdedit, impenso in id lytro *Richardi* Angliæ Regis, quem ob injuriam *Accone* seu *Ptolemaide* in Syria ab eo sibi illatam ad sua revertentem in carcerem conjecerat; in illius si quidem urbis expugnatione, cum *Leopoldus* superato ante omnes muro ad turrim eluctatus, suum in ea vexillum explicuisset, Rex inde deturbari & conteri perquam inique jusserat; 5. alaudas Austriacorum tunc insigne Vexillum ostentabat; at cum in eo ipso assultu candida Ducis Vestis hostili cruore conspersa ubique rubesceret, solo Spatio, quo Balteus medium hominem cingebat, adhuc albente, in rei memoriam Clypeum rubrum alba intersectum linea, quod insigne hactenus in usu est, à Cæsare obtinuit, licet alii Austriam ipsam Danubio per medium sectam ab illo ob oculos poni interpretentur.

nibus Austriæ eam primò ædibus cœperit illustrare.

5. Quis & quibus mediis primò Viennam muro clausit.

6. Insigne Austriacum.

Circa *Annum* 1236. *Imp. Fridericus II.* receptus est Viennæ à Civibus summo honore, estque ibi cum filio suo *Conrado* Romanorum Rege tres menses commoratus.

7. Vienna quondam Imperio, nunc Archi-Duci Austriæ subest.

Hoc

Hoc tempore urbs hæc facta est Imperialis, accepitque insignia, aquilam auream bicipitem & coronatam in campo nigro *Theodor. Hopping. de jur. insign. C. 6. n.* 1173. Mansit autem per quadriennium duntaxat sub Imperio, devoluta postea ad potestatem Austriacorum, quibus in hunc usque diem immediate subest. *Leopoldus VIII.* cognomine *gloriosus* post Friderici fratris natu majoris mortem deserta priori Aula multo multo splendidiorem in eo loco erexit, in quo Augustissimorum Cæsarum Sedes per terna pene secula perseverat, quorum occasione in eam quam modo admiramur Civium opulentiam & palatiorum superbiam & splendorem successu temporis floridissima hæc Civitas evasit, latis insuper mœnibus, amplisque propugnaculis ab *Anno* 1540. & peculiariter *Anno* 1636. ad hostium invidiam probe communita;

8. *Viennensis Urbis Majestas.*

Sed nec præaltis aggeribus coërceri potuit Viennensis Urbis Majestas, quin se foras effunderet, utpote suburbiis magnas Civitates adæquantibus undique septa, quæ olim fossis adjacebant, ab *Anno* verò 1683. statuto spatio ab iisdem remota augustis nitent Palatiis, totque hortorum affluunt deliciis ut Æmonia Tempe huc diceres commigrasse; unde omnium ferè Nationum, ut Germanorum, Hispanorum, Italorum, Gallorum, Anglorum, Hungarorum, Bohemorum, Polonorum, Croatorum, Slavorum, Græcorum, Moscorum, Turcarum, Rasciorum, aliorumque commune hic esse videatur diversorium.

9. *Inter singularia urbis decora est Basilica ad S. Stephanum.*

Inter singularia hujus Urbis decora Cathedrale Templum cum fortissima sua Turri præeminet. Jecit amplæ hujus Basilicæ fundamenta Archidux *Albertus II.* cognomento *sapiens*, eamque S. Proto-Martyri *Stephano Albertus* Episcopus Passaviensis *Anno* 1340. 23. *Aprilis* sacris ritibus de more dicavit; ad supremam verò coronidem perduxit *Anno* 1364. Archidux *Rudolphus IV.* inchoata superiori anno nobilissima turri, quam *Albertus III.* Templi tecto æquavit, ac demum *Albertus IV. Anno* 1400. ad 460. pedum altitudinem promotam absolvit, opus non modo tribus, quibus jam stat, sed infinitis seculis dignissimum, quod cum aliquando inspexissent Bosniensium Legati teste *Ænea Sylvio*, postea Pio II. Papa, in eam ivêre sententiam, ut turrim illam, *pluris constitisse dicerent, quam regnum Bosniæ venundari posset.* Commendant præterea Ecclesiam tum plurium Lipsanorum gazophylacium, tum *Rudolphi IV. Alberti III. IV.* & *VI.* item *Wilhelmi* & *Leopoldi* Superbi Archiducum tumbæ, atque multo marmore dives *Friderici IV.* Imp. Mausolæum, minorem turrim Campana Supra 200. centenarios gravis, & Cœmiterium Lapidea Cathedra, ex qua *S. Joannes Capistranus* latino idiomate etiam à plebe divinitus percepto concionem exhortabatur.

10. *Urbis Viennæ Monasteria & Templa ordine quo processionaliter procedunt.*

Post Cathedralem Ecclesiam Religiosorum Monasteria & templa non minus condecorant hanc Civitatem, ut *Scotensium* Benedictinorum Abbatia, quæ fastos suos orditur ab *Henrico II.* Austriæ Duce ibidem sepulto, qui *Anno* 1158. eam *in honorem Dei & laudem suæ Genetricis gloriosissimæ Virginis, denique in commemorationem B. Gregorius in prædio proprio* fundavit, simulque præter Parœciam hospitalitatem instituit erga Peregrinos in Terram S. commeantes exercendam, inter quos cum frequentiores viderentur Scoti, Scotorum vel Scotensium nomen Cœnobio adhæsit: *Cuspinianus Descript. Aust.* tamen ab ipsis Religiosis ex Scotia accitis illud derivat. (*Abbatia Scotensis.*)

Sequitur hanc Parochiale *S. Michaëlis* Templum diruto alio angusto; quod antea ibidem extabat à *Rudolpho III.* & *Ottone* Archiducibus ædificatum, Clerici Regulares S. Pauli *Anno* 1626. à *Ferdinando II.* obtinuere, secularibus Sacerdotibus Parochiæ munia, prius administrantibus substituti. (*Michaeler.*)

Post hoc *Hospitale Civicum*, quod *Anno* 1230. ante Portam Carinthiacam à *Leopoldo VIII.* Duce Austriæ, ubi adhuc hodie duæ lapideæ columnæ, extructum, postquam autem *Anno* 1529. Solymannus obsidione cingeret Viennam, in locum, ubi adhuc hodie conspicitur, translatum est. (*Bürger-Spital.*)

Templo S. Dorotheæ Sacro, quod ab *Alberto II.* Archiduce inchoatum à *Rudolpho IV.* completum, & Secularium Præsbyterorum curæ traditum fuerat, Regularium Canonicorum S. Augustini Collegium adnexuit *Anno* 1414. *Andreas Blanck. Alberti V.* Archiducis Præceptor & Cancellarius. (*Dorotheer.* *Dominicaner.*)

11. *Celebris Bibliotheca Windhagiana.*

Nobile templum ad *S. Mariam Rotundam* sub *Ferdinando II.* Cæsare primo constructum, veteris insistit ruderibus, quod *Anno* 1190. à *Leopoldo Virtuoso* erectum, alius *Leopoldus* Austriæ Archidux *Anno* 1325. deletis jam ante 18. annos Templariis primis illius possessoribus *Sacro Prædicatorum ordini* tradiderat. Adnexa hinc est ampla & famosa illa, Bibliotheca à fundatore Comite à Windhagen, Windhagiana dicta publico usui quotidie 4. horis exposita.

P.P. Strictioris observantiæ S. Francisci, qui S. Theobaldi Monasterium in Suburbio quondam inhabitabant, eo ob Turcarum metum solo æquato, in urbem admissi, tandem circa *Annum* 1589. ad *D. Hieronymi* templum invitati sunt, quod Conradus Holzerus Civitatis Viennensis Judex, ac Consul pœnitentibus fœminis horas canonicas Germanico idiomate quotidie concinentibus, decimo quinto seculo ineunte fundaverat. (*Franciscaner.*)

F.F. Minoribus S. Francisci Fridericus II. Austriæ Dux, qui ab *An.* 1227. gubernare cœpit, sacellum ædesque assignaverat, quod *Ottocarus* Bohemiæ Rex ampliori templo, quod S. Cruci dicatum voluit, initium dedit; *Blanca Philippi* pulchri Galliæ Regis filia & *Rudolphi III.* Archiducis uxor illud prosecuta est; tandem *Elisabetha* Aragonia *Friderici III.* Imp. Conjux perfecit, à Minoribus Conventualibus modo decore exornatum; memora- (*Minoriten.*)

bilis hic est in claustri muro hiatus, per quem dæmon Sacrilegum quendam septies una die ad Sacram Synaxim accedere ausum, exceptis antea coram æditüo sacris hostiis, secum in tartara asportavit.

Augustiner auff der Land-Strassen. Hos in ordine sequuntur *PP. Eremitæ S. Augustini* de Larga Manica, quibus extra Hungaricam seu Stubensem Portam Orientem versus in via Regia insigne templum cum Divi Augustini Eremo in *S.S. Sebastiani & Rochi* honorem *Anno* 1642. *Ferdinandus III.* Imp. extruxit, sed post atroces *Anni* 1656. flammas, & Turcarum Viennam ultimò obsidentium barbariem his proximis annis longè splendidius renovatum.

Capuciner. Post hos *PP. Capucini* in & extra urbem, huic ordini *Rudolphus II.* Imp. permisit *Anno* 1600. in Austriam se collocandi. *Baro de Molar* hisce Patribus eodem Anno Templum & Cœnobium in Suburbio ad *S. Udalricum* extrui curavit. *Mathias* verò *Imp.* & *Anna* ejus Consors hos patres in Civitatem quoque adsciverunt, & in novo Foro Ecclesiam cum Crypta Austriacis Principibus destinata, cui locuples sacrarum reliquiarum thesaurus magnam famam conciliat, iis erexerunt.

Barmhertzige Brüder. Hos sequuntur *F.F. Misericordiæ*, quos similiter *Matthias Imp.* ex Italia huc vocavit, & in Leopoldina iis Nosocomium cum Templo *S. Joannis Baptistæ* Sacro extruxit, dein post *Anni* 1652. incendium à *Ferdinando III.* in meliorem formam redactum, & ab Augustissimo Leopoldo Sancti eorum Patriarchæ *S. Joannis Dei* brachio ex Hispania submisso ditatum.

Barfüssige Carmeliter. E Regione hujus Cœnobii P.P. Carmelitæ Discalceati insigne habent Monasterium & Templum à Ferdinando II. Cæsare extructum. In processionibus seu conductu nunquam hi Religiosi solent comitari, nisi in casu, quo aliqua persona & Archiducali Domo Austriaca humanis sit exempta.

Paulaner. Jam in ordine veniunt *P.P. Minimorum S. Francisci de Paula*, qui ab austro extra urbem ante portam Carinthiacam in suburbio auff der Wieden Anno 1624. & consensu & munificentia Ferdinandi II. Sedem fixerunt.

Barfüssige Augustiner. Post hos *P.P. Eremitæ S. Augustini Discalceati.* Horum Aulica Ecclesia cum adjuncto Cœnobio ortum suum duxit ab *Ottone* Archiduce *Anno* 1338. vita functo, cessitque Eremitis S. Augustini, nunc verò ab Augustinianis, quos discalceatos vocant incolitur, & illustratur.

Serviten. His succedunt *P.P. Servorum B. M. V.* Serviten. Hic ordo *Anno* 1611. ab Archiducissa *Anna Juliana* in Germaniam introductus est, & jam ab *Anno* 1639. hic in Suburbio Rossau consederunt, quibus *Anno* 1651. *Octavius Piccolomini* Dux Amalphitanus Templum & Cœnobium à fundamentis extruxit.

Carmeliter auff der Laim-gruben. Hos sequuntur *P.P. Carmelitæ Calceati*, qui post absentiam 107. annorum *Anno* 1661. Viennam regressi, & in suburbio Laimgruben Cœnobium antiquiorum Carmelitarum cum Templo S. Josephi inhabitant.

PP. de Redemptione Captivorum. Post hos *P.P. S. Trinitatis de Redemptione Captivorum*, qui huc ex Hispania transmigrarunt, & quidem paucis abhinc annis patrocinante iis Augustissimo Leopoldo, habitant in platea Alsterg gassen / prope hos est

PP. Benedictini de mont. Serrato. Monasterium *Benedictinorum de Reformatione magni Sanctuarii Montis Serrati* à *Ferdinando II. Anno* 1633. fundatum.

PP. Piarum Scholarum. In Suburbio Josephino *P.P. Piarum Scholarum* Collegium & templum erigere incœperunt, ad quod *Imp. Leopoldus* 1698. primum lapidem posuit.

St. Ulrich und Maria Hülff. In Leopoldina quoque est *Parochia D. Leopoldo* sacra à *Leopoldo M. Anno* 1670. pulsis inde Judæis restaurata; sicut in suburbio ante Portam Palatii Cæsarei *Parœcia S. Udalrici*, & à dextero latere supra Carmelitas Calceatos miraculis clara *Beatissimæ Virginis Auxiliatricis Ecclesia* à Clericis Regularibus S. Pauli administrata; Non procul hinc in Platea vulgò Neubau Capella parva quidem, sed elegantissima à me ante annos circiter octo in honorem *S.S. Trinitatis* prope meum Viridiarum propriis sumptibus extructa in qua quot annis bis in festo scilicet *S.S. Trinitatis* & *S. Francisci Seraphici* à S. Sede Apostolica indulgentiæ plenariæ concessæ sunt.

12. De tribus Soc. Jesu Collegiis. Sed quorsum aberro, ubi tria Societatis Jesu splendida Collegia? Domus professa nempe Collegium Academicum, & Domus Novitiorum seu probationis. *Domum Professam* olim Carmelitæ Calceati inhabitabant, sed à Carmelitis deserta Soc. Jesu per *Ferdinandum I Rom. Regem An.* 1554. introducta est, hujus olim Carmeli Viennensis fundationem *Leopoldo Glorioso* Austriæ Duci sub Seculi XIII. initium vetustiorem suam Aulam iis donanti attribuit *Fuggerus Specul. hon. l. 2. c. 3. & Cuspinianus descript. Aust.* eandem verò *Lazius Chron. Vienn. lib.* 3. *C.* 3. differt usque ad *Rudolphum IV.* Austriæ Archiducem, sed litem opportune dirimit *Gerardus de Roo, Annal. Aust. l.* 3. asserens, *Rudolphum* plura elargitum Carmelitis fuisse, sicque promeritum, ut Fundatoris titulo ab iisdem insigniretur: inter munera autem conjicere fas est, numerandam quoque novi templi structuram, quam *Lazius* in Beatissimæ Virginis honorem tunc factam docet, cum ea non tantum ostentet ætatem, ut quinque seculorum intervallum assequatur, est enim illud, quod Professorum Domui contiguum in foro, vulgo auff dem Hoff dicto, specioso innititur vestibulo. *Academicum S. J. Collegium*, ejus, quo modo fruitur, Templi Mœcenatem *Ferdinandum II.* Cæsarem ab *Anno* 1628. veneratur. Quod Templum hoc & priori anno ita renovatum ut, quoad intrinsecam structuram & elegantiam nulli secundum æstimetur. *Domus Novitiorum* & *S. Annæ* Templum *Anno* 1320. pro peregrinis extructum prima fuit Societatis Jesu Sedes *à Ferdinando I. Anno* 1551. Viennam advocatæ, sed paulò post ea ad hodiernam Professorum Domum transmigrante, Equestri S. Stephani Ordini commodatum est, & rursus *an.* 1626. eidem Societati Tyrocinii excitandi gratia restitutum.

Omissis

13. Alia adhuc in Civitate templa.

Omissis reliquis tenuioribus sacellis restant vetustate sua celebria in Civitate Templa *S. Petri* & *S. Ruperti*, nec non *S. Joannis Baptistæ* & *S. Elisabethæ*, quorum hoc ad Teutonicos Equites, illud ad Melitenses pertinet; Inter quæ *S. Petri* in forma Vaticani Romani de fundamentis modo extruitur. Magnam quoque antiquitatem sibi vendicat *Templum Deiparæ sacrum*, quod cum addita Parœcia à quodam Passaviensi Antistite, cujus Diœcesi etiamnum subest, ædificatum olim in littore am Gestadt/modo verò *à gradibus* cognomen suum mutuatur. Superest adhuc *Hospitale Cæsareo-Aulicum Anno* 1543. à *Don Diego Serava* Hispano, & Camerlingo Cæsareo fundatum, cui *Maximilianus I.* & *Ferdinandus I.* suas adjunxère fundationes pro tot egenis orphanisque, unde nomen *Cæsarei Hospitalis* obtinuit.

S. Maria ad gradus

Käyser-Spital.

14. Quæ monialium cœnobia Viennæ.

Recensitis Religiosorum Masculorum Collegiis & Cœnobiis; videndum quoque quot & qualia Sacrarum DEO Virginum sint Templa & Cœnobia. Inter quæ antiquitate primas tenet *Templum* & *Cœnobium S. Jacobi*, quod aliqui à *Leopoldo Largo anno* 1113. *Lazius Chron. Vienn. L. 2. C.* 2. verò cum aliis à *Leopoldo Virtuoso anno* 1190. ædificatum volunt, inhabitant illud Virgines D. Augustini regulam profitentes. 2.) *S. Claræ* Monasterium ad *Cœli portam* vulgò Himmel-Port dictum, cui *Catharina Alberti II.* Archiducis filia aliquando præfuit, *Anno* 1267. à M. Gerardo Parocho Viennensi S. Norberti Monialibus erectum, verum iis tractu temporis imminutis Cardinalis Cleselius S. Augustini Canonissas sufficit. 3.) *S. Laurentii Templum* ac Cœnobium Archidux Austriæ *Otto Anno* 1337. quorundam monialium habitationi addixerat, quarum deficientium vices expleverunt aliæ D. Augustini Legibus obnoxiæ è suburbano saltu Prater vulgò huc translatæ. 4.) Ad *S. Nicolai Ferdinandus II.* Imp. suadente conjuge *Anna Eleonora* Sanctimoniales ex ordine D. Claræ Posonio adductas collocavit, monasterio dein anno 1651. amplius dilatato. 5.) *Regium ad S. Angelos Cœnobium* ab *Elisabetha* Austriaca *Caroli IX.* Galliæ Regis Vidua Caroli Antonii Archiducis Aula in eum usum coëmpta *Anno* 1583. fundatum ingressæ sunt Moniales Ordinis S. Claræ Monachio ab eadem accitæ. 6.) *S. Josephi Monasterium* fundatricem agnoscit Eleonoram *Ferdinandi II.* Cæsaris consortem, quæ illud Sacris Carmeli Virginibus una cum suis exuviis concredidit. 7.) Denique *Ursulinæ* ab Eleonora Ferdinandi III. Imp. Conjuge Viennam invitatæ anno 1675. Templum & Monasterium sibi erexerunt.

Jacober-innen.

Himmels Porten.

Lorentzerin.

Nicolaerin.

Königliches Kloster.

St. Josephi Kloster vulgò bey den sieben Büchern.

Ursulinerin.

15. Duæ pretiosæ columnæ.

His omnibus adjungenda bina Augustissimæ pietatis monumenta, æneam scilicet Immaculatæ Virginis statuam super editam columnam in antiquatæ Aulæ foro ab *Imp. Leopoldo anno* 1667. erectam, & parem Ægyptiacis obeliscum ab eodem Augustissimo Cæsare solenni primi lapidis positione in herbario foro *Anno* 1682. inchoatum & decennio post solemniori adhuc ritu tanquam sopiti pestiferi morbi, qui *Anno* 1679. in urbem sævierat, anathema Ss. Trinitati consecratum.

16. Ecclesia Viennensis primò habuit parochos; eorum series.

Ratione Episcoporum Viennensium adhuc hic notandum, quod primus urbi huic Parochus *Eberhardus anno* 1140. à Remberto Episcopo Passaviensi constitutus sit. Secundus fuit *Burcardus* qui simul quoque Pataviensis fuit Episcopus *anno* 1160. Tertius *Sigehardus* anno 1210. Quartus *Petrus* anno 1266. Quintus *Gerhardus* anno 1270. Sextus *Bernardus* Brambrock anno 1280. Septimus *Godofridus* anno 1330. Octavus *Pollio* anno 1350. Hinc ex Parochis facti Præpositi. Quorum primus fuit *Wernherus* anno 1360. Secundus *Albertus* à Garsio anno 1370. Tertius *Bertholdus* anno 1382. Quartus *Antonius* anno 1400. Quintus *Guilielmus Trures* anno 1412. Sextus *Albertus* Comes à Schwabenberg anno 1440. Septimus *Jodocus Hauser* anno 1460. Demùm *anno* 1480. ante decennium obtenta à *Paulo II.* Summo Pontifice facultate Fridericus IV. Imp. Episcopatum hic Viennæ nulli Archiepiscopo subjectum fundavit, ad quem primus evectus est

17. Postea Præpositos; eorum series

18. Demum Episcopos nulli Metropolitano subjectos eorum series.

1. *Leo à Spaur.* Patria Tyrolensis sub hujus regimine *anno* 1480. 7. Septembris *Thomas de Cilia* primus Præpositus solenniter & publice declaratus est. Hunc excepit.

2. *Bernardus de Roaz* Archiepiscopus quoque Salisburgensis, à Friderico Cæsare Episcopus hîc *An.* 1485. constitutus, huic surrogatus

3. *Urbanus* Agriensis Hungarus *Mathiæ* Regis Hungariæ Confessarius & Concionator, simul atque *Mathias* expugnatâ Viennâ rerum potiri cœpit, Episcopatum Viennensem adeptus, vivo adhuc Bernardo.

4. *Joannes* Vesprunienſis antea in Hungaria Episcopus à *Mathia* Rege Hungariæ substitutus est Urbano, mansitque ejus cathedræ Doctor donec *Maximilianus* Austriam recepit.

5. *Bernardus Baro à* Polheim/ qui cum Viennam Imp. Maximilianus in fidem suam recepisset, Vesprunienſi mortuo suffectus est. Hic quod sacris non esset initiatus Administratoris duntaxat titulum habuit.

6. *Gregorius à Slavonia*: Hic Maximiliano Cæsari à sacris fuit concionibus, vir eruditus & gravis.

7. *Petrus* alii *Urbanus* Bononius Tergestinus Episcopus, qui cum mortuo Maximiliano scriniorum Magistri munus per Austriam obiret, hujus simul Episcopatus administrationem habuit. Moritur *Anno* 1513.

8. *Joannes à Rivelle* Burgundus, à *Ferdinando I.* cujus erat Eleemosynarius & Confessarius, Bononio adhuc viventi substitutus est *An.* 1522. obiit *an.* 1530.

9. *Joannes Faber* ex Leutkirchen Suevus, SS. Theol.

SS. Theol. Doctor Ferdinandi Regis Confessarius *An.* 1531. ad Episcopatum promotus obiit *An.* 1541.

10. *Fridericus Nausea* Franco SS. Theol. & J.U. Doctor. Vir egregia eruditionis laude, Concionator *Ferdinandi* Imperatoris, scientiarum disciplinarumque orbem libris editis vulgavit. Scripsit in Grammatica, Rhetorica, Musica, Poësi, Oratoria, Historia, Astrologia, Physica, Jurisprudentia, Theologia, varia opuscula. Encomium urbis Patavinæ. De tardiore suo ex Italia reditu. Topothesian Coloniæ Agrippinæ & Ratisbonæ. Librum Genethliacum in Nativitatem *D. Maximiliani* & *D. Ferdinandi* Ducum Austriæ. Epigrammatum centurias. Ad *Fridericum* Ducem Saxoniæ Electorem lib. 1. Isagogen in libros IV. Institutionum. Pro ineunda Christiana concordia. De terræ motibus lib. 1. Concionum Pragensium libros plures. Consolationem ad Regem Ferdinandum. De Antichristo libros tres, aliaque permulta. Obiit demùm literatissimus hic Præsul Tridenti durante Concilio Tridentino *An.* 1552. 6. *Feb.* successorem nactus

11. *Christophorum* à Wertwein SS. Theologiæ Doctorem, fuit simul Episcopus Neostadiensis, & præfati *Imp. Ferdinandi* Concionator & Confessarius. Obiit 1553. 19. *April.* ab hujus morte usque ad *An.* 1558. mansit hæc Sedes vacans, quo ab Imp. *Ferdinando*

12. *Antonius* de Muglitz Crucigerorum cum rubea cruce per Bohemiam, Moraviam, & Poloniam magnus Magister, Episcopus quoque Pragensis, obiit dicto *An.* 25. *Julii*, & mansit iterum Sedes vacans, usque ad *An.* 1574. Sub quo tempore Urbanus Episcopus Gurcensis, ut administrator, huic Ecclesiæ præfuit. Donec

13. *Joannes Casparus* Neubeck SS. Theol. Doctor Professor Freiburgi in Brisgovia à *Maximiliano II.* Imp. *An.* 1574. hujus loci Episcopus constitutus fuit, cooptatur à sua Majestate ob singularem ejus doctrinam in Senatorem Secretioris Consilii: Laudabilissimè præfuit suæ Ecclesiæ per annos 20. & obiit *An.* 1594. 18. *Aug.* huic successit

14. *Melchior Cleselius* à *Rudolpho II. Imp.* nominatus, natus Viennæ Patre pistore, ob eximias naturæ dotes primò Theolog. Doctor, postea Præpositus Viennensis, & Rector Magnificus, super hoc Concionator Cæsareus, & ob singularem fervorem in tot centenis Lutheranis convertendis factus Episcopus Neostadiensis simul & Viennensis, ob fideles felicesque expeditiones multiplicesque Legationes in Consiliarium, imò Directorem Secretioris Consilii ab Imperatore constituitur, demùm ob fervorem propagandæ fidei Catholicæ, Cardinalis factus est. Obiit variis fundationibus clarus anno ætatis suæ 77. *An.* 1630. 18. *Septemb.* Neostadii; Unde Viennam transportatus, & in Cathedrali ante altare majus B. V. tumulatus est. Successit

15. *Antonius* Wolffrath Cremisanensis Abbas. Hic Curiam Episcopalem, non tantùm ædificavit, sed multis reditibus potissimum frumentariis ditavit. A *Ferdinando II.* Consiliarius intimus & Cameræ Aulicæ Præses declaratus est. Per sua merita apud Aulam & Romanum Imperium tantum valuit, ut se successoresque *Anno* 1631. Imperii Principes fecerit, unde ille Primus titulo Imperii Principis condecoratus fuit. Obiit pie *An.* 1639. sub hujus Principis regimine primo Calendarium Cathedrale cum adjunctis insignibus Canonicorum publice typis mandatum fuit. Huic à *Ferdinando III. Anno* 1639. suffectus est

19. Primus Imperii Princeps ex Episcopis Viennensis.

16. *Philippus Fridericus* è Comitibus de Breuner Canonicus Olmucensis & Wratislaviensis, Præpositus Brunensis in Moravia. In Cathedrali templo suis sumptibus extruxit summum altare ex puro albo & nigro marmore, cœteraque non sine magno ære ibidem fieri curavit. Episcopatui arcem cum dependentiis *S. Viti* acquisivit, non minus pulchrum illud Viridarium in suburbio Land-Strassen / commendatur à pietate & probitate, nam per tres annos nudipes Processionibus Corporis Christi interfuit, portando venerabile Mysterium. Obiit *An.* 1669. 22. *Maji* ætatis suæ 72. Successorem nactus

17. *Wildericum* Baronem de Waldersdorff Imperii Vice-Cancellarium Canonicum Moguntinum, Herbipolensem & Præpositum Spirensem *An.* 1669. in festo S. Michaelis infulatus, & *An.* 1680. 4. Septemb. humanis exemptus est. Post hunc Augustissimus noster *Leopoldus anno* 1680. 17. *Novemb.* declaravit Episcopum.

18. *Emericum Sinelli* ex ordine PP. Capucinorum, ante per multos annos Concionator apud PP. Benedictinos Scottenses, Patriâ aliàs Romanus, post consecrationem Imperatoris gratia erga eum augebatur, ita ut inter Consiliarios secretioris Consilii numerari mereretur. Obiit demum ex Podagræ doloribus 25. *Febr.* 1685, huic successor *Anno eodem* 24. *Martii* à sacratissimo Imp. *Leopoldo* assignatur.

19. *Ernestus Trautsohn* S. R. I. Comes in Falckenstein Canonicus Salisburgensis & Præpositus in Zwettl im Liechtenthal. Hic cum Cardinale Collonizio in ultima obsidione Viennensi Turcica in colligendis in propria persona eleemosynis pro vulneratis militibus aliisque miserabilibus personis magnam sibi comparavit famam. Obiit ante annos abhinc duos, & successor eodem anno ipsi datus à sua Cæsarea Majestate

20. *Franciscus Antonius* è Comitibus ab Harrach, Sextus S. R. I. Princeps, & modernus feliciter sedens Episcopus, cujus in pascendis suis ovibus pius & singularis fervor toti orbi Austriaco sat superque notus. Altissimus eum in concreditæ sibi Ecclesiæ incrementum diu sospitem conservet.

Magnum quoque splendorem Civitati Viennensi adfert antiqua & celeberrima ejusdem 20. De Universitate

Viennensis origine, celebritate, & quis ejusdem propriè fundator.

dem Universitas. Cum *Anno* 1237. *Fridericus II. Imp.* contra Fridericum Ducem Austriæ cum exercitu Viennam appulisset, hic prope primariam *S. Stephani* Ecclesiam, Scholam secundum *Lazium* instituit, cujus curæ & dispositioni Scholæ aliæ minores apud *S. Michaelem* & in Xenodochio subjacebant, quæ omnes antiquæ respectu nimirum Universitatis vocari solebant. Etenim hujus primam Institutionem luculenter exhibet *Urbani V.* summi Pontificis diploma datum Avenione 19. *Junii anno* 1365. ex Cæsarea Bibliotheca à *Lambecio Bibl. l. 2. C.* 5. erutum, cujus verba ita sonant: *Cum itaque sicut nuper ex parte dilecti filii Nobilis Viri Rudolphi Ducis Austriæ fuit propositum in Consistorio coram nobis, ipse Dux in Villa sua Viennensi Pataviensis Diœcesis plurimum desideret fieri & ordinari per Sedem Apostolicam Studium Generale in qualibet licita facultate. Nos authoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus, ut in dicta villa de cætero sit studium Generale, tam in juris Canonici & Civilis, quam in alia qualibet scientia, præterquam Theologica facultate.* Et fuit is *Rudolphus IV.* qui *anno* 1365. 31. *Julii* Mediolani obierat, & ante huic à se erectæ Academiæ amplum in urbe spatium assignaverat, quod aliqui apud PP. Augustinianos, alii secus alterum Aulæ latus versus Scotorum portam describunt. Hujus *Rudolphi* frater *Albertus III.* cognomine *cum Trica* Theologicam quoque facultatem una cum confirmatione priorum ab *Urbano VI.* impetravit, prout patet ex diplomate dato Neapoli *anno* 1384. 20. *Febr.* quo iti dem anno idem *Albertus* Universitatis Statuta & privilegia pene ad Verbum ex Parisiensibus desumpta condidit, atque advertens publica studia aulico strepitu interpellari, Academiam transtulit ad pacatiorem locum Prædicatorum Monasterio proximum, comparatis ad hoc vastissimis ædibus, quas olim Templarii incoluerant. Ex quibus patet, quod prima genuinæ Universitatis fundatio Archiducibus *Rudolpho VI.* & *Alberto III.* non *Friderico II. Imp.* debeatur, prout contra *Fuggerum, Lazium, Cuspinianus Descript. Austr.* & *Gerardus de Roo Annal. Austri. lib.* 4. acriter defendunt. Fundata sic Academia accurrere magno affluxu Longinquæ etiam nationes per septem bursas, seu studentium domicilia distributæ, quæ ut suorum commoditati consulerent, Viennenses. Austriaci, Styrii, cum Salisburgensibus, Suevi cum Wirtembergensibus, Silesitæ, Carinthi atque Hungari intra urbem compareurerant: ad quatuor tamen solummodo Nationes, in quas tota discriminatur Universitas, nempe Austriacam, Rhenanam, Hungariam, & Saxonicam tum ii tum cæteri omnes referuntur.

21. Aula Cæsarea & de raritatibus in ea.

Cæsaream Aulam quod concernit, hanc à Duce *Leopoldo* glorioso illi, quo modo gaudet, solo primùm impositam magnificentius innovavit, vel ut contra plerosque scribit *Lazius Chron. Vienn. lib.* 3. *C.* 2. primus ibi eandem erexit *Ottocarus* Bohemiæ Rex, eam nimirum partem, quæ ab Augustissimo Cæsare hodie incolitur; reliquum enim est proxime elapsi seculi additamentum ab *an.* 62. inchoatum. Illustrant Cæsaream Aulam ditissimus thesaurus ob singularem gemmarum copiam simul & raritatem Europæorum facile primus; excellentium pictorum labores ab Archiduce *Leopoldo Guilielmo* plurimum collecti, atque in variis appensi conclavibus, quæ uno Galleria seu Kunstkammer nomine vulgò indicantur; & Nobilissima Bibliotheca 10. Manuscriptorum, & 90. typis editorum Voluminum millibus locupletata.

22. Bibliotheca Cæsarea quot in ea libri.

23. Quæ Urbis Viennensis Dicasteria.

Magno similiter decori Urbi sunt instituta administrandæ Reipubl. Dicasteria, quorum præcipua præter Viennensis & Passaviensis Diœcesis atque Universitatis consistoria sunt, *Judicium Imperiale Aulicum*, in quo Romano-Germanici Imperii causæ discutiuntur, *Consilium bellicum*, quod à militibus moderatur, *Camera Aulica*, in qua fisci rationes & cœtera œconomica procurantur, *Excelsum Regimen*, coram quo causæ Austriacæ ventilantur & deciduntur, *Tribunal Aulæ Mareschalli*, quod Aulicis Ministris & Officialibus moderatur *Provinciæ Comitia*, Land-Marschallisches Gericht / quæ è ternis Prælatorum scilicet Dominorum & Equitum Statibus coalescunt; *Cancellaria Aulica Bohemica, & Ungarica; Civicus* denique *Senatus*, cui Cives omnes, & reliqui nullo privilegio exempti subduntur. Memoratu quoque digna sunt *bina Armamentaria*, Cæsareum unum, Civicum alterum omni militari apparatu apprimè instructa.

24. Ejusdem armamentaria.

25. Vienna sexies obsessa, ter restitit, ter cessit.

Inclyta nostra Vienna sexies obsessa, ter restitit, ter cessit. *Primo* restitit *anno* 1477. *Mathiæ Corvino* Hungariæ Regi, ob submissas à Friderico Imp. copias hinc recedenti. *Secundo anno* 1529. *Solimanno* Turcarum Sultano, Urbem moderante *Philippo* Comite Palatino Rheni. *Tertio* demum gloriosissime restitit *anno* 1683. Primo Turcarum Vizirio *Kara Mustapha* cum 200. Turcorum millibus urbem prementi, à *Rudgero Ernesto* S. R. I. Comite à Starenberg strenue defensa, & à *Joanne III.* Polonorum Rege, *Carolo V.* Lotharingiæ Duce Cæsarei Exercitus Archistratego, nec non aliis Imperii Electoribus ac Principibus in auxilium advolantibus post famosissimam de Turcis Victoriam liberata: Cessit èontra 1. *anno* 1241. *Friderico II.* Austriæ Duci, quem quadrienno prius Viennenses expulerant, invitato atque in urbem admisso *Friderico II.* Cæsare, qui nova Viennæ insignia præfigens, Aquilam scilicet Auream in campo nigro eam liberam atque Imperialem declaravit, prout supra jam dixi. 2. *Rudolpho I. Imp.* Hasburgico *anno* 1277. ab iniquo Ottocari Bohemiæ Regis dominio eam vindicanti. 3. Denique *anno* 1485. Hungarorum Regi *Mathiæ*, qui cum Viennæ maximos inter cruciatus *anno* 1490. vivere desiisset, illico Cives adventantem cum equitibus *Maximilianum* Friderici IV, tunc imperantis

perantis filium *XI. Calend. Septemb.* gratulabundi recepere. Et hæc de nostra Vienna sufficiant.

Wirth.

Vid. *supra verb. Aceisa & Durchzug/* potissimum verò Verb. Einquartirung *fol.* 681. *& seq.* ubi de jure hospitandi in Comitiis & Palatiis Statuum propriis, de jure hospitandi in Aula Imperiali, de hospitio Mercenario, de hospitatione militari, de hospitationis modo, de remediis in casibus hospitationis, & qui ab hospitatione sint immunes.

Wißmar.

Vid. *supra Verbo* Mecklenburg *fol.* 1357. *n.* 23. ubi duplicem hujus Civitatis descriptionem invenies, quomodo autem hæc Civitas Suecis cessa, *vid.* similiter *supra d. loc. fol.* 1346. *n.* 11.

Worms.

SUMMARIA.

1. *Wormatia Urbs Germaniæ primæ antiquissima.*
2. *Commendatur à multitudine Conventuum ibi celebratorum.*
3. *Est Civitas Imperialis, & quidem una ex deputatis.*
4. *Varia Wormatiensium privilegia.*
5. *Quatenus ad Episcopum fiat appellatio.*
6. *Episcopatus Wormatiensis modici Vires.*
7. *De præcedentia & alternatione cum Herbipolensi.*
8. *Primus Wormatiensis Episcopus.*
9. *Episcoporum Wormatiensium series in hoc & priori Seculo.*
10. *Urbis & Diœcesis Wormatiensis fœda & versio &c.*

1. Wormatia urbs Germaniæ antiquissima. Wormatia pervetusta Germaniæ primæ Civitas, à Cæsarum Regumque nuptiis aliisque Solemnibus Curiis in eo celebratis nobilitata, *Borbetomagus* initio dicta, & urbs *Vangionum* fuit, dictaque est ipsorum specula, sed eversa primum à Vandalis Duce *Godegesilo*, post ab Attila, non ante Clodovei Francorum Regis tempora restaurata est. Eversionis illius à Vandalis factæ meminit quoque *Hieronymus Epist. II. Moguntiacum capta atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Dagobertus* etiam Palatium hic habuisse dicitur, quod postea Ducum Vangionum Prætorium fuit. Sed cum lapsu temporum abiisset in receptaculum Latronum, præsertim sub *Ottone* Duce visum fuit *Henrico II.* è Republica, suadente Burchardo Episcopo, civitatem illam transferre Bruxellam, eoque oppido jus suum, quod in urbe habebat, permutare. Tunc ergo mutatum est Palatium Ducis in Monasterium, ex quo postea facta est Ecclesia Collegiata, quæ dicitur S. Pauli. Fuit autem hæc initio Sedes Archiepiscopalis, qui postea translata est Moguntiacum.

2. Commendatur à multitudine conventuum ibi celebratorum. Nulla est Germaniæ Civitas, in qua frequentius de Republica & rebus Ecclesiasticis conventus acti sunt: Antiquissima non commemorans *An.* 1621. *Carolus V.* Comitia habuit *Wormatiæ*, ad quæ evocatus est *Lutherus* rationem fidei suæ redditurus, & librorum à se editorum. *An.* 1560. Colloquium Wormatiæ institutum est inter Theologos utriusque partis ad dirimendas controversias in religione obortas. *Anno Christi* 1558 iterum inchoatum est colloquium de controversiis Ecclesiasticis, in quo Præses fuit Julius Pflugius Præsul Naumburgensis.

3. Est Civitas Imperialis, & quidem una ex deputatis. Civitas hæc est Imperialis & Imperio immediate subdita, ad Comitia vocatur, in scamno Rhenano votum & sessionem habet, & in matricula descripta est; Worms ist *an.* 1545. und 1551. um 7. zu Roß und 18. zu Fuß geringert worden / soll solchem nach Monatlich geben 3. zu Roß und 60. zu Fuß/ thut an Geld 276. fl. zu Unterhaltung des Käyserl. Cammer-Gerichts jährlich 131½. fl. *Limn. tom.* 4. *lib.* 7. *C.* 56. Et quidem est una ex duodecim Civitatibus deputatis, quæ specialibus diætis interesse solent.

4. Varia Wormatiensium Privilegia. Ampla & honorifica Cives Wormatienses ab Imperatoribus obtinuerunt privilegia, veluti ab Imp. *Friderico* Barbarossa *an.* 1180. Privilegium, ne illi ad solutionem juris quod vocatur, Budel Vulgo Hauptrecht teneantur, quod extat apud *Lehman. Chron. Spirens. lib.* 4. *C.* 22. *p.* 356. *Maximilianus I. anno* 1514. iis privilegium concessit, eos in prima Instantia coram novem Civitatis Commissariis conveniri debere. Quod verbotenus recenset *Gylman. Symphor. tom.* 6. *C.* 7. §. 46. *p.* 237. *& seqq.* Præter varia à *Carolo IV. Imp.* impetrata privilegia est unum de *anno* 1348. quo Wormatiensibus olim Judæos ibidem habitantes pro propriis donatos mancipioque datos fuisse perhibet *Mager. de advocat. armat. C.* 8. *n.* 295. & inde censet, civibus ejus loci non licuisse Judæos contra Magistratus voluntatem expellere, propterea quoque in eos ab Electore Palatino Rheni die 25. *Martii* 1617. graviter animadversum esse, historia perhibet. Insuper anno sequenti idem *Carolus IV. Imp.* iis Judæorum bona addixit confer in utroque *Limn. tom.* 4. *lib.* 7. *C.* 56. *pag.* 370. *&* 371. *Ferdinandus I. Imp. anno* 1548. Civitati mandavit, ut Judæos intra biennium Civitate excedere juberent *Limn. d. l. fol.* 372. *& seqq.* ubi addit, quo minus Judæi Civitate expellerentur, opposuisse se Episcopum loci & cum eodem Dominos de Thalberg & inde

pro-

processum in Camera natum esse. *Henricus IV.* quoque *anno* 1073. ipsis telonium sive Zoll / quod in omnibus locis regiæ potestati assignatur, ne ulterius solvant, remisit.

5. Quatenus ad Episcopum fiat appellatio. Ab hujus Senatus sententiis appellatur quidem ad Episcopum Wormatiensem, sed Vigore transactionis Episcopus semper remittit ad Cameram Imperialem, cum partes id petunt, nec cognoscit, nec definit, *Wehner apud Gylman. tom.* 6. *C.* 7. §. 46. *& tom.* 3. *pag.* 37. Ex quo tamen Civitas hæc non desinit esse immediata & Imperialis, Civitas enim recognoscens aliquem certo intuitu, in reliquis libera manet, & tantum ad expressa tenetur per ea quæ tradit *Knipschild. de Civit. Imp. lib.* 1. *C.* 3. *n.* 35. *& seq.* Hodie Lubeca & Wormatia in Comitiis Imperii alternis vicibus præeminentia Sessionis utuntur *Limn. l. P. Lib.* 4. *C.* 9. *n.* 98. *Fran. Iren. ad Burgold. p.* 2. *p.* 37. *Cruf. de praced. lib.* 4. *C.* 24.

6. Episcopatus Wormatiensis modici vires. Wormatiensis Ecclesiæ diœcesis est angusta opesque ejus mediocres, imo tenues nunquam non fuerunt, ita ut inter Rhenanos Episcopatus *pauperrimi* cognomen dudum nacta sit: Obtinet nihilominus Episcopus loci *Directorium Circuli Rhenani superioris.* In Civitate nulla is pollet jurisdictione, non obstante, quod Cives Episcopo juramentum fidelitatis præstare consueverint, ex quo tamen nulla involvitur subjectio. Sedes Episcopalis plerumque in dicta urbe, nonnunquam *Durnsteinii*, antehac *Ladenburgi* fuit.

7. De præcedentia & alternatione cum Herbipolensi. Licet hujus loci Episcopus propter habitam Archiepiscopalem dignitatem, sub regno enim Francorum 16. Episcopatus sub se habuit, primum locum post Bambergensem invadere voluerit, tamen nihil effecit, quemadmodum ex subscriptione Recessuum patet R. A. *de An.* 1500. 1521. 1526. 1529. 1530. 1532. 1541. 1542. 1555. 1557. 1559. 1570. &c. Nec obstat subscriptio der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Cöln *de anno* 1512. ubi Wormatiensis Præpositus legitur, nam causa erat, quia Herbipolensis per Legatum comparuit. Aliter *Nolden. de stat. Nobil. C.* 9. *n.* 234. *& seqq.* Hodie alternationem inter Herbipolensem & Wormatiensem adhuc obtinere volunt *Limn. l. P. addit. Lib.* 4. *C.* 9. *n.* 97. *Fr. Iren. ad Burgold. p.* 2. *pag.* 35. Sed primo die Herbipolensis semper primas tenet, etiam easdem sibi in subscriptione Recessuum absque alternatione deberi contendit, *Vid. Londorp. Act. publ. tom.* 5. *lib.* 1. *p.* 725. Sed *annis* 1630. *&* 1641. Wormatiensis Herbipolensi graviter contradixit *Cruf. de praced. Lib.* 2. *C.* 13. *n.* 3. *& seq.* Hujus Loci Episcopus hactenus nihil acquisivit, sed quod tempore *Caroli M.* in plurimis bonis habuit, cujus etiam optima pars redundavit in sublimationem Archiepiscopatus Moguntini.

8. Primus Wormatiensis Episcopus. Primum Wormatiæ seu Vangionum Episcopum *Victorem* perhibent, eumque Concilio Coloniæ *anno* 349. adversus Euphratem Arianum habito interfuisse referunt. Seculo VIII. *Geroldus* & *Gervilius* ille Pater hic filius claruerunt, de quibus tamen ambigitur, utrum Wormatiensi aut Moguntinensi Ecclesiæ, vel utrique simul præfuerint. *Geroldus* Vir manu fortis sub Pipino & Carolo M. militavit, & denique in pugna adversus Saxones, qui Thuringiam invaserant, commissa, cæsus est, succedente ei in Episcopatu filio *Gervilio*: is cum paternam cædem truculenter ultus, atque interfectorem parentis, ad colloquium sub specie amicitiæ evocatum, suapte trucidasset dignitate sacra exutus, atque in *Wernharum* à quo certior Præsulum Vangionum series, translata est. Omissa antiquorum Vangionum Episcoporum Serie, illos duntaxat hic, qui sub prioris Seculi initium Wormatiensem Ecclesiam moderati sunt, recensendi, quorum primus & numero sexagesimus octavus fuit.

Philippus à Rodenstein *anno* 1595. 16. *Septemb.* electus & *Georgio* à Schonberg suffectus, vitaque defunctus 21. *Martii*, 1604. exceperunt eum 9. Episcoporum Wormatiensium series in hoc & priori seculo.

69. *Philippus* è familia Cratziorum de Scharffenstein elect. 4. *Maji.* & mortuus 13. *Julii* ejusdem anni 1604.

70. *Wilhelmus* ab Effren elect. 17. *Aug.* 1604. obiit 7. *Aug.* 1616.

71. *Georgius Fridericus* à Greiffenclau de Volrath. *elect.* 15. *Septemb.* 1616. deinde 1626. Archiepiscopus Moguntinus, obiit 6. *Julii* 1629.

72. *Georgius Antonius* à Rodenstein electus 20. *Aug.* 1629. Mortuus 30. *Octob.* 1652.

73. *Hugo Eberhardus* Comes Cratz de Scharffenstein *elect.* 18. *Junii* 1654. postquam biennii fere spatio hæc sedes Episcopalis vacasset, obiit ann. 1663.

74. *Joannes Philippus* à Schönborn Episcopus Herbipolensis & Archiepiscopus Moguntinus postulatus *anno* 1663. obiit 12. *Febr.* 1673.

75. *Lotharius Fridericus* de Metternich in Burscheid / Episcopus Spirensis & Archiepiscopus Moguntinus postulatus *anno* 1673. obiit 13. *Junii* 1675.

76. *Damianus Hartardus* de Leyen Archiepiscopus Moguntinus postul. *anno* 1675. mortuus 6. *Decemb.* 1678.

77. *Carolus Henricus* L. B. de Metternich, in Winneburg, Archiepiscopus Moguntinus postul. 1679. obiit 25. *Septemb.* ejusdem anni.

78. *Franciscus Emericus* Caspar Waltpod de Bassenheim, elect. 10. *Novemb.* 1679. obiit 9. *Julii* 1683.

79. *Joannes Carolus* L. B. ab & in Franckenstein elect. 17. *Aug.* 1683. qui post inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem Diœcesi suæ, Urbi, oppidisque à perfida gente Gallica fœda crudelitate *anno* 1689. illatam, Sede sua in extrema senectute ejectus, alieno in loco, nempe Francofurti ad Mœnum 29. *Septemb. an.* 1691. supremum vitæ diem explevit, natus annos 83. Successit ei 10. Urbis & Diœcesis Wormatiensis fœda eversio.

80. *Ludovicus Antonius* Comes Palatinus Rheni, ordinis Teutonici Magnus Magister Episcopus Wratislaviensis, *anno* 1691. 12. *Novemb*. postulatus. Modernus laudabilissime regens Episcopus.

Wucher/Wucherliche Contracten.

SUMMARIA.

1. *Usuræ pravitas non toleranda.*
2. *In Recess. Imperii contra eam remedium.*
3. *Differentia inter usuram & interesse.*
4. *Usuræ ex conventione sive sine mora debentur.*
5. *Non omnes usuræ prohibitæ, & Quincunces in Imperio Romano permissæ.*
6. *Mons pietatis Reipublicæ conducit.*
7. *Quænam ejusdem conditiones.*
8. *Ab Usurariis Contractibus abstineant & Judæi, usuras tamen inter Christianos licitas recipere possunt.*
9. *Usuras usurarum exigere non licet.*

QUid circa Usurariam pravitatem & contractus usurarios in Constitutionibus Imperii dispositum sit *vid. Tom. I. har. Constitut.* hoc verbo. Ubi cujuscunque Recessus Imperii §§. de hac materia tractantes invenies. Propter odium usurarum jura & interpretes pro Criminis atrocitate demonstranda, in fœneratores duriores, injurios, & improbos acriter insurgunt. Romani etiam multis plebiscitis fœnus inhibuerunt, ut gravior mulcta fœneratori, quam furi infligeretur, sicut *M. Cato in præfat. Lib. de re rust.* scripsit. Certe Lucius Genutius Trib. Plebis ad populum tulit, ne fœnerari liceat: ac Cato ejusmodi compendia perosus, omnes fœneratores ex Sardinia, abegit, ut *Livius Lib. 7. & 32.* scribit. Dicuntur & *Trucidatores Pauperum August. in Cap. quid dicam caus. 14. quæst. 4.* Quis crudelior est, qui subtrahit alteri aliquid, vel qui pauperem fœnore trucidat. Et hos contractus Usurarios invalidos esse, ita, ut nec juramento valide satis roborari queant, probat *Mascard. de probat. conclus. 447. n. 33. & seqq.* Usurarius namque faciens Contractus Usurarios, contemnit Deum audacius, naturam expressius, Scripturas deterius, & jura diutius, uti scribit *Alex. de Imol. consil. 49. vol. 4.* Unde non impropriè *Bald. cons. 449. vol. 3.* usuram vermiculo ligni assimilavit, eo quod initium quidem ejus suave & exiguum appareat, postea verò gravissimè paulatim mordeat, substantiamque omnem conterat & absumat, *vid. Pacian. consil. 113. n. 25. & seqq.*

1. Usuræ pravitas non toleranda.

Hinc Constitutiones Imperii de usurariis Contractibus in Comitiis Augustanis *An.* 1500. 1530. & 1548. promulgatæ, Contractus Usurarios reprobant, adeoque super ejusmodi Contractibus judicent, aut executionem faciant. *Vid. Tom. 1. fol. 1056. & seqq.* Quin & contractus usurarius sententiâ firmari non potest, nec sententia transiret in rem judicatam, *Besold. part. 2. cons. 57. n. 83. & seqq.*

2. In Recessib. Imperii contra eam remedium.

Inter usuram & inter id, quod interest, vulgò *interesse* dictum, hoc discrimen est, quod illud propriè est accessio rei certæ; hæc verò propriè est accessio quantitatis, adeò, ut quæ incommoditas circa res quasvis alias præter quantitatem, est & dicitur Interesse, ea circa quantitatem fit & dicitur usura, quæ non tantum mutuo convenit, sed & omnibus aliis contractibus, quibus pecunia vel quantitas debetur: Deinde ex causa venditionis & traditionis rei vel dotis, susceptorum onerum matrimonii, vel propter moram in bonæ fidei Judiciis, Legatis & fideicommissis. *Thess. Basil. Vol. 3. disp. L. un. 3.* & circa has usuras considerantur causæ, & quantitas seu modus, causæ, ex quibus usuræ exiguntur sunt conventio & Mora; Unde si quis aliis quam his duabus causis per aliquot tempora indebitas usuras præstiterit, in futurum ad eandem solutionem obstrictus non est, uti nec is, qui pluribus annis pacto promissas solvit, quamvis ex longi temporis præstatione præsumptio contractæ obligationis rectè inducatur, donec à debitore contrarium probetur, *ibid. vol. 3. d. 7.*

3. Differentia inter usuram & interesse.

Usuræ ex conventione sive sine mora debentur, cum inter contrahentes ita convenit, ut præstentur; id quod fit vel stipulatione in omnibus tam bonæ fidei, quam stricti juris Judiciis: vel pacto; si id bonæ fidei Judiciis tam directis quam contrariis in continenti, non ex intervallo, accedat. In stricti autem juris contractibus stipulatio necessaria est, nec in his ex pacto licet in continenti adjecto usuræ debentur: quod non valet, quando promissor ex illo usuras creditæ pecuniæ sponte solverit. Is enim eas ut indebitas condicere, aut in sortem accepto ferre nequit. Sunt & alii quidam casus, quibus usuræ ex pacto etiam deberi possunt, ut in pecunia, quæ debetur civitatibus, in pecunia mensæ argentariæ præpositis debitæ, & in pecunia trajectitia. Prioribus duobus casibus ob utilitatem publicam, posteriori propter causam periculi, quod creditor suscipit. Quin & in stricti juris judiciis creditor per retentionem pignoris usuras de quibus nulla stipulatio interposita est, conservare potest, si modo pignus pro usuris acceptum sit non minoribus, quam postea se debitor præstiturum repromiserit, & in eas pignus quoque obligatum fuerit, *Ibid. Vol. 3. d. 7.*

4. Usuræ ex conventione sive sine mora debentur.

Quamvis ex usuris ærarium locupletari Reipublicæ amplitudine indignum sit, aliquando

quando tamen usurarum medio & remedio aerario provideri potest:

5. Non omnes usurae prohibitae & quincunces in Imperio Rom. permissae.

Hinc licet usurae excessivae & immoderatae, ut antiquorum centesima, quae erat gravissima (in qua videlicet in centum nummis singulis mensibus unus nummus pendebatur & sic 12. per annum) prohibitae sint, annuae tamen ad tolerabilem modum permissae, ita, ut loci, temporis, personarum, charitatis proximo debitae & utilitatis publicae accurata habeatur ratio, per *Novel. Leon.* 83. *Quetta consf.* 54. *n.* 9. *Heig. part.* 2. *quaest.* 1. *n.* 131. *Klock. de aerar. lib.* 2. *C.* 20. *n.* 1. *& seq.* Sicut etiam in Imperio Romano quincunces usurae id est 5. pro Cento ex mutuo permissae sunt. Deputations-Abschied *de an.* 1600. §. So viel nun 144. *Coler. de process. execut. part.* I. *c.* 10. *n.* 75. *Vasq. Lib.* 3. *illust. quaest. C.* 60. *n.* 22. *Ruland. de Commiss. part.* 4. *lib.* 6. *C.* 6. *n.* 13. Instrumenta verò quae majores usuras continent, non admittuntur, & usurarius quartae partis sortis commissione aut caducitate mulctatur. *Thes. Basil. Vol.* 3. *disp.* 7. *L. y y.* 2. *&* 3. In Haereditariis Sac. Caes. Majestatis Provinciis tamen 6. in singula centena licite sumuntur, quod ipsum ibidem ein Landgebräuchliches interesse est.

6. Mons pietatis Reipublicae conducit.

Hinc ut ex causa mutuae pecuniae & usurarum Respublica lucrum aliquod sentiat, ad utilitatem Civium pauperum vel inopia temporaria laborantium *Mons Pietatis* sive Collybus ein gemein Wechsel oder Banck/ instituendum esse Politici statuunt. Nam ut *Molinaeus in tract. de usur.* bene dixit; omnium iterest, usum aliquem aeris alieni cuivis patere promiscuum, & commercium ejus esse pacabile, tam ad negotiandum, quam inopinatis casibus occurrendum: Si enim solis privatis liceret pecuniam, quam habent superfluam foenori dare, non omnibus inde copia promiscue pateret: Nec enim privati hominis opes omnibus possunt sufficere, sed nec voluntas cuilibet commodandi privato semper inest. Plurimum igitur refert, esse aliquos in urbibus, qui id agant ex proposito, ut inexhausto quasi puteo perennis scaturiginis redivivos cuivis nummos suppeditent. Atque ut Mercatores esse oportet, qui merces semper habeant paratas & expositas empturientibus, ita & foeneratores quibus pecuniae semper praestò sint, ex eorum mensa sumere volentibus in promptu positae, quo scopo in multis Christiani Orbis locis, jam à ducentis fere annis fuisse à piis viris ingentes pecuniae summas ad mutuandum pauperibus deputatas, & has Summas *montes pietatis* vocari, & cum hisce conditionibus constitui scribit *Leonhard Lessius de just. & jure lib.* 2. *C.* 20. *dubit.* 23. *n.* 29. *&* 30.

Primò, ut ex illis detur mutuum ad certam summam pauperibus loci non exteris & divitibus. *Secundo* ut ad certum tempus, velutì ad annum, vel paulò amplius id eis permittatur. *Tertio* ut mutuatarii dent pignus idoneum; quia alioquin talis mons facile exhaurietur, multis postea non solventibus. *Quarto*, Singulis mensibus aliquid minutum solvant pro sumptibus necessariis, ad montis conservationem, ut pro stipendio Ministrorum, qui montem custodiunt & administrant, semperq; parati esse debent ad mutuandum ad pignora recipienda & custodienda, pro conductione domus pro libris rationum, coeterisque necessariis instrumentis. *Quinto* si tempore praescripto non solverint, vendatur pignus, & quod ex pretio, detracta sorte & menstruis superfuerit, illis restituatur, atque hisce rationibus *Montes pietatis* ab usura excusari censet *Lessius d. loc.* Confer. *Klock. de aerar. lib.* 2. *C.* 20. *n.* 5. *Nicol. Vernulae. Instit. Polit. Lib.* 3. *tit.* 6. *quaest.* 6. *Lather. de cens. lib.* 3. *Cap.* 23. ubi plura de aliis Pietatis Montibus illicitis referunt.

7. Quaenam ejusdem conditiones.

8. Ab usurariis contractibus abstineant & Judaei, usuras tamen inter Christianos licitas recipere possunt.

Judaei ut ab usurariis contractibus abstineant, prohibet Reform. guter Policey *de An.* 1530. *de an.* 1548. *tit.* von Juden. Policey-Ordnung *de An.* 1577. *tit.* 20. §. Damit aber die Juden. *Reinking de regim. Secul. lib.* 2. *class.* 1. *Cap.* 3. *n.* 16. Possunt tamen usuras legitimas inter Christianos receptas & permissas recipere *d.* Policey-Ord. *de anno* 1577. *tit.* 20. §. Damit aber. ita, ut si amplius quid, quam jure aut consuetudine receptum est, usurarum nomine exigunt, id aut in sortem imputetur vel restituatur *Curt. Jun. in L. ejus qui ff. si cert. pet. Reinking d. C.* 3. *n.* 18. Unde etiam Imperator *Wenceslaus anno* 1391. Judaeis mandavit, ut Nobilibus obligationes suas absque ullo pretio redderent, sicut testatur *Seb. Franck. in Chron. fol.* 197. *Klock de aerar. lib.* 2. *C.* 62. *n.* 48.

9. Usuras usurarum exigere non licet.

Denique usuras usurarum vel fructuum etiamsi per stipulationem in sortem redactae sint, excepta causa pupillari, stipulari aut exigere non licet, quod adeò verum est, ut si judex aliquem condemnaverit in usuras usurarum, ea sententia ipso jure nulla sit; Imo usurarum licitarum limites quis excesserit, ad restitutionem earundem & sortis imputationem tenetur, ac propter quam, quod infamia notatur, poena extraordinaria officio Judicis Laici non Clerici quandoque etiam criminaliter coërceri potest. *Thes. Basil. Vol.* 3. *d.* 7. *L. yy.* 3. Plura de hac materia, utpote quâ omnes libri referti hic notare nolui, & Lectorem praeter alios autores ad *Joan. Christoph. Schambogen ad Lib. V. Decret. Lib.* 5. *tit.* 19. ubi hanc materiam pulchre pertractat, ultroneè remitto &c.

Würtenberg.

SUMMARIA.

1. *Ducum Würtenbergensium origo, incrementa & accessiones.*
2. *Confertur illis vexillum Imperii.*
3. *Mompelgardensis Comitatus acquisitio.*
4. *Tübingensis Academiæ fundatio.*
5. *Primus Dux Würtenbergensis.*
6. *Jus succedendi Austriacis in Provincias Würtenbergicas in casum deficientis masculæ sobolis.*
7. *Quis in has ditiones Aug. Confessionem introduxit.*
8. *De Voto & Sessione Ducum Würtenbergensium.*
9. *Dux Würtenb. est Director Circuli Suevici.*
10. *Duces Würtenberg. privilegiati contra Rothvveil, & quatenus ab illis appelletur.*
11. *Ditiones & loca Würtenbergica.*
12. *Quid circa Principes Appanagiatos & dotem filiarum in hac domo constitutum.*
13. *De controversia Vexilliferatus remissivè.*
14. *De Ducibus Würtenbergicis in Silesia.*
15. *Insignia Ducum Würtenbergensium.*

1. Ducum Würtenbergensium origo, incrementa & accessiones.

WIrtenbergenses initio *Beutelspachenses Dynastas* fuisse, eorumque sedem Beutelspachii habuisse tradit *Martin. Crus. Annal. Suevic. part.* 3. *l.* 2. *c.* 10. E quibus *Conradus* magna ob insignem Corporis animique fortitudinem existimatione & auctoritate valuit, & Imperatori *Henrico IV.* adversus *Rudolphum* Suevum aliosque hostes strenuam navavit operam, propterea primus è familia *Comitis Wirtenbergensis* axiomate ab ipso auctus, hocque feudo donatus fuit. *Crus. d. loc.* Alii ab *Eberhardo I.* qui *Anno* 1253. vivere desiit, & in vivis avitas ditiones insigni accessione Comitatus *Uracensis* auxit, originem hujus familiæ deducunt; Hujus è filio *Ulrico* cum magno pollice nepos *Eberhardus II.* dimidiam *Calvensis* Comitatus partem emptionis titulo acquisivit, reliquam verò Comitatus partem *Eberhardo III.* & *Ulrico* pretio comparantibus. *Grœningensem* Comitatum *Ulricus IV.* à *Conrado* Comite Schlusselburgico *Anno* 1336. 6000. libris obulorum emit, *Ludovico* Cæsare contractum confirmante, ac *Vexillum Imperii* simul *Ulrico* conferente, qui postea cum fratre *Eberhardo contentioso Anno* 1342. à tribus fratribus Comitibus Palatinis Tübingensibus *Civitatem Tübingensem* cum castro & omnibus appertinentiis titulo emptionis quoque acquisivit. Hic *Eberhardus Contentiosus* à *Carolo IV.* Imp. Advocatus XXIV. Civitatum Imperialium in Suevia constitutus. A Friderico Tecciæ Duce dimidiã partem arcis *Tecciæ* & *Kirchheimiæ*, nec non *Ovven* & *Gutenberg* ejusdem ditionis *An.* 1376. & 1385. ære suo acquisivit *Crus. part.* 3. *l.* 3. *c.* 15. cedente etiam deinceps reliquo Ducatu Teccensi Domui Wirtenbergicæ. *Alberto* ultimo Comite *Achalmensi* victo & extincto hujus nominis Comitatum suis quoque adjecit ditionibus; sicut & arcem *Hohenstauffen* à Nobilibus *de Rietheim* quibus ea ab Austriacis *An.* 1370. pignori opposita persoluto emit pretio, quem contractum *Carolus IV.* Imp. *An.* 1378. confirmavit.

2. Confertur illis Vexillum Imperii.

3. Mompelgardensis Comitatus acquisitio.

Mompelgardensem Comitatum matrimonium huic adjecit familiæ, nam *Eberhardus VI.* Würtenbergensis Comes in uxorem duxit *Henriettam* filiam *Henrici* ultimi Comitis Mompelgardensis, qui *Anno* 1395. ad Nicopolin periit, & inde *Mompelgardiam* obtinuit. *Crus. annal. Suevic. lib.* 6. *p.* 2. *cap.* 11. add. *Zeiller. in Contin. Itin. German.* qui tradit ad hunc Comitatum pertinere Dominatum *Blamont, Clermont, Hericourt, Chastelet, Stobon, Franquemont, & Mandeurre*, item *in Burgundia Dominatum Granges, Clereval & Passavant*: item *Comitatus Horburg & Reichevveiher in Alsatia.* Ex hoc matrimonio *Ludovicus II.* & *Ulricus VII.* progeniti, à quibus nova stirpis divisio orta est. *Ludovicus* partem Principatus Superiorem cum Montispelicardo sortitus est, atque à *Conrado* Comite *Helffensteinio An.* 1447. arces *Gerhausen, Rink* & *Blauenstein* cum oppido *Blaubeura* & pagis quibusdam emit, propaginem verò non diuturnam habuit, quippe quæ in ejus filio *Eberhardo VI.* terminata est. Is *Barbatus* cognominatus *Tübingensem Academiam Anno* 1477. fundavit. Princeps nobilissimæ Virtutis, atque inviolabili mentis rectitudine præditus, eaque propter *Maximiliano Imp.* percharus; à quo novo etiam axiomate decoratus, & in Comitiis Wormatiensibus *Anno* 1495. *Dux Würtenbergensis & Teccensis* creatus est.

4. Tübingensis Academiæ fundatio.

5. Primus Dux Würtenbergensis.

Qua autem ratione *Ulricus* Dux Würtenbergensis à fœderis *Suevici Sociis* tota expulsus fuerit provincia, & *Carolo V. Imp.* oblata, qui eandem fratri Ferdinando cessit, de qua & ab Imperatore quoque fuit investitus *vid. supra Verb.* Oesterreich *fol.* 1477. *n.* 45. Hodie Ducatus Würtenbergensis est immediatum Imperii feudum, subinfeudatione per Transactionem Pragensem 24. *Januarii* 1599. inter *Rudolphum II. Imp.* & Archiduces Austriæ atque Duces Würtenbergicos initam, penitus sublata, salvo tamen jure succedendi Austriacis, si deficere contingat stirpem Würtenbergensium masculam, competente, quæ transactio per *Sanct. Pragmat. Pac. Osnabrug. art.* 4. §. *Principes quoque Würtenbergici* confirmata est atque stabilita. Restitutus sic opera *Philippi* Hassiæ Landgravii prævia prospera ad *Lausenam* commissa pugna, in avitas provincias *Ulricus* Evangelicam religionem in ditionibus introduxit: postea fœderi *Smalcaldio* nomen dedit, quo ipso inclinantibus,

6. Jus succedendi Austriacis in Provincias Würtenbergicas in casum deficientis masculæ sobolis.

7. Quis in has ditiones primus Evangelicam religionem introduxit.

nantibus, fœderatorum rebus in propinquum denuò discrimen perductus est; quod tamen Cæsari in tempore supplex factus avertit.

8. De voto & sessione Würtenbergens. Prætendunt Duces Würtenbergenses in Comitiis duo Vota, unum ratione Ducatus Würtenbergici, alterum ratione Comitatus Mompelgardensis. Hac de re in Comitiis sæpius disputatum, & à parte Würtenbergensium pro possessione ac jure Voti Mompelgardensis varia adducta argumenta, quæ videre licet apud *Oldenburg in Limn. enucleat. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 12. In Comitiis demum Ratisbonensibus *de Anno* 1655. placuit, ut Votum Mompelgardense imposterum immediate post Hennebergense exquireretur, & ita hæc controversia jam sopita. Ratione Ducatus Teccensis nullum fertur suffragium. In Comitiis utuntur hi Duces alternis sedibus cum Marchione Badensi, Landgravio Hassiæ, & Duce Megapolitano, qui postremus in *Recess. Imperii de Anno* 1654. se ante Duces Würtenbergicos subsignavit, sed illi actus allegant possessorios.

9. Dux Würtenbergæ est Director Circuli Suevici. Directorium Circuli Suevici cum Episcopo Constantiensi his Ducibus competit, nec immerito; potentia enim, atque dignitate eminent; hinc tam jus dirigendi, quam convocandi fine contradictione exercent. Munus belli Ducis illius Circuli eligendi in iis positum, quæ res efficit, quod maxime ob dissidium Religionis raro inter se ordines conveniant, aut sibi constent, ut hinc non nulli existimaverint, priori bello Gallico quosdam maxime favisse Gallis. Viget præterea in hac domo jus primogenituræ, quod à longis inde temporibus per pactiones introductum, atque à *Maximiliano I.* Imp. *Anno* 1495. confirmatum est.

10. Duces Würtenberg. privilegiati contra judicium Rothvveil. & quatenus ab iis appellentur. Hi Sereniss. Duces eorumque Subditi contra Rothvveil. aliaque judicia extranea privilegium *Anno* 1541. obtinuerunt, nec ab iis appellari facile potest *Gylman. tom.* 1. *Symphorem. fol.* 6. Subditi enim apud Ordinarium Consistorium dem Hof-Gericht manere, nec ad alia judicia provocare debent, laut und vermög ihrer Privilegien/ Lands-Ordnung und Freyheiten/ quæ confirmata *An.* 1555. & postea *Anno* 1566. extensa etiam auff die Graff- und Herrschafft Mümpelgart/ Horburg und Reichewever. Ipse verò Princeps Würtenbergicus coram suo Hoffmeister und Räthen conveniri solet, exceptis casibus justitiæ denegatæ vigore privilegii *Maximiliani I. Imp. de An.* 1495. Quod privilegium de non-appellando à Duce Würtenbergensi extenditur ad Nobiles immediatos, qui in officio Ducis existunt, hac enim conditione officia eis committuntur, und wird ihrem Stand einverleibt / daß sie bey Würtenberg Recht nehmen/ und geben lassen wollen/ *Myler. in addit. ad Rumelin. dissert.* 2. *p.* 2. *ad A. B. cap.* 11. *thes.* 4. *lit. C. pag.* 291. ubi ait *Mynsing. resp.* 8. *n.* 17. *Dec.* 1. Injuria Ducem Würtenbergensem incusare, quasi de facto incolis sui Ducatus jus appellandi deneget. Restringit autem ibidem idem privilegium, dum docet, forensi jus fasque esse à summo Würtenbergensi Dicasterio appellare ad Cameram Imperialem, Fürstl. Würtenbergische Hoff-Gerichts-Ordnung/ *tit.* 2. *pag.* 52. Quod etiam tradit de Civibus & Academicis Professoribus, ac Studiosis Universitatis Tübingensis, qui extranei, & Principi subditi non sunt.

Possident Duces Würtenbergici lautas cis & ultra Nicrum in Svevia terras. Sedem habent *Stutgardiæ* urbe pulchra, cujus montes vitibus tanta copia sunt consiti, ut, si pedamenta, die Weinpfäle uno eodemque tempore denuò reparanda essent, non neminis judicio, uti quidem *Vechnerus* id refert, centies mille florenorum sumptus exigerentur. *Tübinga* ad Nicrum Academiam habet clarissimam, ubi in Illustri Collegio Principum atque Procerum filii in literis simul atque exercitiis Equestribus instituuntur, in majori stipendio verò Studiosi Adolescentes in usum Sacrorum ad regendas olim Ecclesias à Viris doctis educantur. Reliqua agri Würtenbergici Oppida cis Nicrum sunt *Freudenstadium* ad Nigram Sylvam, *Calva* Calb ad amnem Nagold, cujus Cives industria sua per Germaniam inclaruerunt: *Leonberga: Vahinga* ad fluv. Ens. Trans Nicrum occurrunt Hohen-Aurach/ Dynastia Heidenheim ad amnem Brenz. *Canstadium*, ad Nicrum *Göppinga, Schorendorfium, Waiblinga*: & inferius *Weinsperga*, quæ duo loca in Germanica Historia nota sunt. Ad fluvium Kocheram est *Neostadium*, Neuenstadt/ Sedes Principis secundogeniti. Ad Danubii partem superiorem est *Dutlinga* arce sua conspicua. *Extra Ducatum* non adeò longe à *Scaphusia* arcem Duces habent Hohenweil excelsæ rupi impositam, atque ita munitam, ut hostes bello tricennali sæpius averterit. Non omittendus hic Comitatus *Mompelgardensis* Principali gaudens dignitate, in finibus Germaniæ inter Burgundiam & Lotharingiam; & quæ in Alsatia Superiori jacent oppida. *Mons Belicardus*, Gallis, quorum lingua cives utuntur, *Montbeliard* Caput est Comitatus. Sunt ibi porrò Dominia *Blamontii, Hericuriæ, Clermontii, Chastellotii, & Insularum Clervalli ac Passavantii* prout supra jam notavi. In Alsatia adhuc habent Harburg & Reichenweiler Vino suo generoso dives atque celebre. Würtenberg & Teck / unde nomen Ducatui enatum, arces sunt, quæ vetustate desolatæ jacent. Et his omnibus in præsens præest Serenissimus Princeps ac Dominus D. *Eberhardus Ludovicus* 18. *Sept. An.* 1676. natus, Princeps omni virtutum genere ornatissimus. Hujus Ducis Ditiones varias Calamitates & proximo & præsenti bello Gallico sunt expertæ, tam propter invasiones hostium, quam propter hyberna, quæ ibi destinata à fœderatis fuere, ut conquesti non semel sint Sereniss. Duces, plus amicos & socios quam hostes ipsos Regionibus suis nocuisse.

11. Ditiones & loca Würtenbergica.

12. Quid circa Principes Appanagiatos & dotem filiarum in hac domo constitutum.

Princeps hujus lineæ Würtenbergicæ Appannagiatus quot annis 8000. Imperiales, filia verò pro dote 32000. florenos Rhenenses accipit, ut ultragenitorum filiabus autem summa ista ad aliquot millia moderata est, und wird solches Heurath-Gut von der Landschafft Einkommen abgestattet / vigore *Christophori* Ducis Würtenbergici & Georgii Comitis Montisbeligard. Transactionis *de* 4. *Maji An.* 1553. §. und wiewohl es &c. confer Landtags-Abschied de *Anno* 1565. §. daß auch gemeine. *Myler. ad Rumel. P.* 3. *Diss.* 5. *ad A. B. d.* 12. §. 2.

13. Controversia Vexilliferatus, remissive.

Salutatur aliàs ab aliquibus hic Princeps des Reichs Jäger-Meister / cui à Ducibus Pomeraniæ quondam ea propter contradictum: De nota controversia *Vexilliferatus* inter Domum Hanoverano Brunsvicensem & hos Duces in Judicio Imperiali Aulico mota, lectorem ad ea remitto, quæ supra verbo Fahnen *fol.* 709. *& seqq. n.* 9. & 10. notavi, ubi utriusque partis argumenta in Judicio Aulico producta reperies.

14. De Ducibus Würtenbergicis in Silesia.

Sunt & in Silesia Duces Würtenbergici qui ex filiis *Friderici* communis omnium linearum Würtenbergicarum Parentis tertiogenitum *Julium Fridericum* Conditorem suum dicunt, vocatur hæc linea ab ea *Juliana* ut & *Brentiana*, caret Imperialis suffragii dignitate & est appennagiata. Aucta est illa in *Sylvio Nimrode*, Ducatu *Olsna* in Silesia, ratione cujus appennagiata non est, sed separatum à rationibus Ducatus Wurtenbergici peculium habet. Recognoscit ratione hujus Ducatus *Olsnensis* hæc linea Imperatorem, ut Regem Bohemiæ, tanquam supremum Silesiæ Ducem. Obtinet in eo successio fœminarum, atque eo ipso â reliquis Silesiæ Ducatibus peculiare quid habet, qui fœminas à successione excludunt; qualitatem hanc feudi irregularis per transactionem cum Rege Bohemiæ de tali successione initam induit. Huic lineæ in præsens præest Serenis. Dux *Sylvius Fridericus* Sylvii Nimrodis, qui *anno* 1664. 16. *April* è vivis excessit, & *Elisabethæ Mariæ* Munsterbergicæ *An.* 1686. 17. *Martii* mortuæ filius, natus est 21. *Feb. An.* 1651. Sedem habet *Oelsna*, atque *An.* 1672. 7. *Maji* connubio sibi junxit agnatam *Eleonoram Carolam Gregorii* Montpelicardensis Principis filiam.

Insigne horum Ducum Würtenbergensium quadripartitum est, primus laterculus aureus, *tria cornua cervina nigra* continet, & Ducatum Wurtenbergensem denotat: secundus *Rhombis nigris & aureis oblique dextrorsum positis* exaratur Teccensi Ducatu designando; Tertius cæruleus *vexillum aureum oblique dextrorsum positum*, cui aquila nigra expansis alis impressa, continet, quod S. R. Imp. labarum est. Quartus rubeus *duas trutas aureas aversas* defert, quod Montpelicardensis Comitatus Symbolum habetur; Cordi hujus Scuti Duces *Oelnenses* parmulam, aquilam Silesiacam continentem, imponere solent. Cassides tres incumbunt; prior Würtenbergensis seu potius Uracensis, coronata, *cornu Venatorium rubrum* aureo ligamento ornatum, prominentibus ex orificio plurimis albis, cœruleis & rubeis, sustinet: Media Montpelicardensis itidem coronata, *hermam fœminæ coccineo amictu, aurea corona decoratæ, cui loco brachiorum trutæ aureæ duæ utrumque latus mordent*, repræsentat: è tertia Teccensi *Molossus* exsurgit *rhombis aureis & nigris* variegatus Laciniæ, quæ extremas galeas circumfluunt aureæ sunt & nigræ, quæ mediam, aureæ & rubeæ. 15. Insignia Ducum Würtenbergensium.

Würtzburg.

SUMMARIA.

1. *Herbipolis commendatur à Comitiis ibidem celebratis.*
2. *Cives Herbipolenses Episcopo rebelles.*
3. *Grumbachii invasio in hunc Episcopatum.*
4. *Episcopatus Herbipolensis quando & à quo institutus.*
5. *Burcardus primus loci Episcopus.*
6. *Series Episcoporum Herbipolens. à primo usque ad seculum* 15. *inclusive.*
7. *Quis ex Episcopis Herbip. evaginatum gladium sibi primo præferri curavit?*
8. *Quis ex his Episc. se primum Ducem Franciæ Orientalis scripserit?*
9. *Episcopi Herbipolenses moderni & prioris seculi, remissive &c.*

Vid. supra verbo Franconia fol. 743. *& seq. per tot.* ubi de Civitate Herbipolensi & ejus conversione, de origine Ducatus in Episcopatu Herbipolensi, de numero Canonicorum, & observantia vetusta, de universitate, & à Suecis expugnata arce Herbipolensi, & quæ ibi Præda Suecis obvenerit. Quibus adhuc addo: quod hæc urbs amœnissima, populosa, pluribus templis & Monasteriis ornata, commendetur à variis inibi celebratis Comitiis Imperialibus: Nam *An.* 1175. Conventus Imperii hic celebratus est, quo *Fridericus I. Imp.* Fridericum Suevum Conradi Cæsaris filium inspectantibus Legatis Græcis in Equitum auratorum numerum cooptavit; *An.* 1202. *Otto IV.* Comitiis in hac urbe celebratis uxorem duxit. Rursum *An.* 1221. *Fridericus II.* Imp. conventum hic egit Principum Imperii, in quo questus est de Pontificum Romanorum injuriis, jus eligendi Imperatorem sibi adscribentium. *An.* 1389. defecerunt cives ab Episcopo ad Imperatorem *Wenceslaum*, sed post acceptam cladem redierunt in gratiam cum Episcopo. Biennio post cives ob varias extorsiones exactiones-

1. Herbipolis commendatur à Comitiis ibi celebratis.

2. Cives Herbipolenses Episcopo rebelles.

actionesque, quibus gravabantur tumultuantes, Episcopum urbe ejecerunt, qui se suosque vindicaturus, muros diruit, turres disjecit, & civium ingentem numerum supplicio ultimo affecit. *An.* 1563. *Wilhelm Grumbachius* nobilis Francus *Alberti* Marchionis Brandenburgici castra secutus, multa damna intulit ditioni Herbipolensi, eaque de causa ab Episcopo feudis suis exutus est. Quæ ille per vim recuperaturus, parum abfuit, quin totam Germaniam armis miscuerit, collecto equitatu celeritate incredibili urbem matutino tempore invadit, & Canonicorum domos spoliat. Ipsum quoque Episcopum per Sicarium interficit, unde proscriptus, Joannem Fridericum Saxonem adversus Imperium concitat, sed tandem justas dedit pœnas.

3. Grumbachii invasio in hunc Episcopatum.

4. Episcopatus Herbipolensis quando & à quo institutus.

S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus Ecclesiam Episcopalem hic constituit, eidemque *Burcardum* popularem ac sodalem *An.* 746. præfecit, autoritate sedis Apostolicæ & annuente *Carlomanno* ceu Annales Francorum Fuldenses apud *Freher. Rer. Germ. Tom.* 1. memorant. *Pipinus* deinde Carlomanni frater multa liberalitate novam Ecclesiam dotavit; ferunt *Burcardum* ab illo, cum sub ignavo Francorum Rege *Childerico* major domus regiæ cuncta regeret, ad Papam *Zachariam* Romam missum fuisse quæsitum, uter ad Remp. gerendam magis idoneus, & Regis titulo dignior esset, is ne, qui deditus ventri atque otio nullam regni curam haberet, an qui virtute ac industria publica sustineret negotia? cumque gratum responsum, & prorsus tale, quale desiderabatur, & regnum affectanti obtentui esse poterat, retulisset, accepisse à Pipino tanquam præmium rei bene gestæ Civitatem Würtzburg / Castellum *Carlspurg* cum villa *Carlestat*, nec non Ducatum Francorum Orientalium pro se & Successoribus in Episcopatu cum pleno jure & emolumento, qualiter à Duce *Hetano* Gosberti junioris filio *An.* 740. absque prole mascula mortuo, relictus fuerat. Huic Episcopo dedit *Carolus Magnus* docendos 12. obsides à devictis Saxonibus missos, præfuit Ecclesiæ suæ annos 40. Postquam *Kilianum* cum sociis suis Martyres inter sanctos retulisset, obiit autem *An.* 791. successit ei

5. Burcardus primus loci Episcopus.

6. Series Episcoporum Herbipolens. usque ad seculum 15. inclusive.

Mainguudus Comes Rotenburgicus ad Tubarum Monachus Ord. S. Benedicti in Cœnobio Fridislariensi Hassiæ electus *An.* 791. præfuit *An.* 3. resignavit Episcopatum.

Bernwolphus elect. *An.* 794. præfuit *An.* 6. obiit *An.* 800.

Ludericus præfuit *An.* 3. obiit *An.* 804. sub Carolo M.

Aigelwardus præfuit *An.* 3. extinctus *An.* 810.

Wolfgerus electus *An.* 810. præfuit *An.* 21.

Hic interfuit Synodo Aquisgranensi celebratæ sub Ludovico pio, obiit *An.* 831.

Hunibertus elect. *Anno* 832. obiit *Anno* 841.

Godeboldus electus *An.* 841. præfuit annos 11. sub hoc deflagravit templum cathedrale.

Arno, præfuit *An.* 36. sub Carolo Calvo & Carolo Crasso & Arnulpho, interfectus *An.* 891. à Normannis

Radulphus Thuringiæ Landgravius constitutus ab Arnulpho *An.* 892. Homo stolidus, obiit *An.* 908.

Dietho, elect. *An.* 908. præfuit *An.* 24.

Burcardus ex Abbate Hirsfeldensi factus Episcopus ab Henrico Aucupe præfuit *An.* 9. extinctus *An.* 941.

Poppo I. Burggravii Herbipolensis filius Ottonis M. cognatus præfuit *An.* 19. decessit *An.* 961. Ratisbonæ.

Poppo II. Patruus Popponis I. elect. *an.* 961. sedit *an.* 23. interfuit Synodo Romæ coactæ ab Ottone Imp.

Hugo Ottonis II. Imperatoris Cancellarius, electus *an.* 984. præfuit *an.* 5. obiit *an.* 989.

Bernwardus Comes à Rotenburg ad Tubarim defunctus *anno* 995.

Henricus Comes à Rotenburg à brevi corpore dictus Hetzelinus cognato suffectus est: fuit frater *Heriberti* Archiepiscopi Coloniensis. Instituit Episcopatum Bambergensem. Obiit *anno* 1018.

Meginardus præfuit *an.* 15. sub Henrico II. à quo jus impetravit cudendæ monetæ, extinctus est *an.* 1033.

Bruno Conradi II. Imp. Patruelis, filius Conradi Ducis Carinthiæ, præfuit annos 11. Obiit in Pannonia *an.* 1045. ex lapsu cœnaculi, sepultus Herbipoli.

Adelberto, electus *an.* 1045. ejectus ab Henrico IV. Imp. postea restitutus iterum ejicitur.

Meginardus II. constitutus ab Henrico IV. *an.* 1084. ejectus, restituitur: Obiit *an.* 1088.

Arnhardus ab Henrico V. Imp. factus Episcopus præfuit *An.* 15. sub hoc instituta est expeditio in Palæstinam à Godefrido Bullioneo, captaque Hierosolyma.

Rupertus obiit *anno* 1106.

Erlongus sub Henricis IV. & V. Impp. variam sortem expertus, bis à patre ejectus bis restitutus à filio. Sedit *an.* 16. excommunicatus à Pontifice obiit *an.* 1122.

7. Quis ex Episcopis Herbip. evaginatum gladium sibi primò præferri curavit?

Hic primus gladium vagina denudatum sibi præferri juravit, primusque fuit, qui cum Pedo Pastorali una in insignibus corruscantem ensem gereret, quem Successores usque imitati sunt.

Rugkerus obiit *an.* 1130. contra quem datus est ab Henrico V. Imp. Gebhardus.

Hetzelinus defunctus *an.* 1131.

Embricho electus *an.* 1131. fuit apud Imperatores Lotharium Saxonem & Conradum Suevum in flagranti gratia: ab hoc etiam missus Constantinopolin. Conradum in literis ad Emanuelem datis vocasse ipsum cor suum & animam suam. Obiit *an.* 1147.

Sigefridus obiit *an.* 1153.

Geb-

Gebhardus, Comes ab Hennenberg. Obiit 1161.

Henricus II. defunctus *an.* 1165. cum Fridericus Barbarossa Comitia agitaret Herbipoli.

Heroldus præfuit *an.* 8. defunctus est *an.* 1172.

Reinherdus defunctus *an.* 1182.

Godefridus Friderici Barbarossæ Cancellarius elect. *an.* 1182. suscepta in Asiam expeditione obiit Antiochiæ *an.* 1186.

Henricus III. Profectus cum Friderico I. in Asiam, statim in reditu extinctus est Herbipoli *an.* 1193.

Godefridus II. Comes ab Hohenlohe præfuit *an.* 5.

Conradus ex Episcopo Hildesheimensi factus Episcopus Herbipolensis *an.* 1198. cum Henrico VI. Imp. profectus in Asiam: ea reversus à duobus Nobilibus nefarie occisus est *anno* 1203. situs est Herbipoli in summa Basilica.

Henricus IV. commendatus à Rege Philippo eligitur *an.* 1203. Obiit *an.* 1206.

Otto præfuit *an.* 16. Obiit 1223.

Theodoricus præfuit *an.* 15. defunctus *an.* 1234.

Hermannus, Baro à Lodenburg obiit *an.* 1250.

Hiringus sub *Rudolpho* Habspurgico sedit *an.* 16. vir crudelis.

Conradus, Comes à Trymberg electus *an.* 1297.

Bertholdus Dominus in Sternberg electus *an.* 1268. defunctus *an.* 1287. Hic Cives Herbipolenses factiosos prælio vicit.

Mangoldus obiit *an.* 1302. Huic cum Herbipolensibus perpetua fuit contentio, quæ ægre sopita est à Rudolpho Habspurgensi.

Andreas Baro à Gundelfingen defunctus *an.* 1315. Herbipolenses domuit, abrogatis ipsorum tribubus & sodalitatibus.

Godefridus III. præfuit *an.* 7. obiit *an.* 1322.

Wolframus nobilis à Grunbach obiit *an.* 1333.

Hermannus, Baro à Lichtenberg sub Ludovico Bavaro à Canonicis Cæsareis electus contra Ottonem Wolfskelium Pontificium sedit *an.* 2. & resignavit

Otto Wolffskelius electus in schismate confirmatur à Joanne XXII. Papa & Benedicto XI. Hic Præsul Episcopatui suo adjunxit *Gemudam Heidingsfeld, partem urbis Kitzingen & alia*, sedit *an.* 10. defunct. *anno* 1345.

Albertus Comes ab Hohenberg à Clemente 17. designatus renuntiavit.

Albertus, Comes ab Hohenlohe electus à Capitulo *an.* 1345. defunctus 1372.

Gerhardus Comes à Schwartzenburg præfuit *an.* 28. Herbipolenses rebelles domuit. Obiit *an.* 1403.

Joannes ab Egloffstein ex Coadjutore Episcopus, sedit *an.* 9. extinctus *an.* 1412.

Joannes à Brun præfuit *an.* 29. Herbipolenses tumultuantes fregit, interfuit Concilio Basileensi resignavit Episcopatum *an.* 1435.

Sigismundus Saxoniæ Dux præfuit. *an.* 3. 8.

Godefridus Baro & Pincerna de Limburg sedit *an.* 12. Hic primus in publicis literis & Diplomatibus sese Francorum Ducem scripsit, monetæque incudi voluit, cui ansam præbuit *Albertus* Marchio Brandenburgicus, Achilles Germaniæ dictus, quod cum oppida & alia possideret in Francia Orientali, eundem quoque titulum assumere non dubitaret. Papa namque *Pius II. Mantua* advocans Principes Alemanniæ contra Turcam, ipsi concesserat titulum, ut se indigitaret Ducem Franciæ Orientalis, ex quo Marchiones Brandenburgici Episcopos Wurtzeburgicos Duces Franconiæ non salutarunt. Obiit autem Godefridus *anno* 1455.

Quis ex his Episcopis se primum Ducem Franciæ Orientali scripserit?

Joannes à Grumbach, præfuit *an.* 11. Obiit *an.* 1466.

Rudolphus à Scherenberg sedit *an.* 29. hujus magnæ virtutes prædicantur.

Laurentius à Bibra sedit *an.* 24. Obiit *an.* 1519.

Conradus à Thüngen Ostrofrancus sedit *an.* 21. Obiit *an.* 1540.

Conradus à Bibra defunctus *an.* 1544.

Melchior Zobelius Ostrofrancus vir gravis & prudens nefarie interfectus jussu Grumbachii à Zobicio Sicario *prout supra n.* 3. notavi. Reliquos moderni & prioris Seculi hujus loci Episcopos usque ad modernum feliciter sedentem 9.

Joannem Philippum de Greiffen-Klau/ *vid. supra verbo Franconia fol.* 744. *n.* 5.

Episcopi Herbipolenses moderni & prioris seculi remissive.

De cætero hic Episcopatus est unus inter ditissimos totius Germaniæ, est etiam inter Deputatos ordinarios Imperii. *Vid. Textor ad Recess. Ratisb. diss.* 1. §. 16. ubi Deputationum conventus describit. Etiam prætendit peculiare votum ratione bonorum Hennebergicorum. *Oldenb. Limn. enucl. lib.* 2. *C.* 18. *p. m.* 276. Sed in Comitiis Franconiæ circularibus absque ulla contradictione Duces Saxoniæ ratione Schleusingen & Römhild vota exercent, neque illis ullam litem ab Herbipolensi moveri constat. Item Hessen wegen Schmalkalden *vid. Limn. J. P. tit.* 1. *addit. ad lib.* 4. *C.* 7. *fol.* 478. *& seqq.*

Lit. Z.

Zauberey.

SUMMARIA.

1. *Judices iis, quæ à Magis proferuntur, fidem non adhibeant.*
2. *Magus & accusator quomodo puniantur.*
3. *Ad quid tenebitur Judex si aliquem ex Magicis indiciis tortura subjecerit.*
4. *Magiæ divisio in naturalem & Diabolicam.*
5. *Magicis artibus etiam ad bonum finem uti non licet.*
6. *Pœna Magiæ & Veneficii.*

HUc referri possunt, ea, quæ supra verbo Anzeig *fol.* 281. *n.* 35. de Magiæ & incantationis indiciis, & verbo Bekantnuß *fol.* 362. *n.* 8. de confitente Mago &c. *ex Ordin. Crim. Caroli V. art.* 44. *&* 52. notavi; quibus addendum, quod Magi in *d. O. C. art.* 21. intelligantur, qui ad quæsita autores furti vel aliorum maleficiorum, indicant *L. nemo ariolum consulat.* 5. *de malef. & mathem. l. apud Julianum* §. *si qui Astrologus ff. d. injur.* Germanicè Wahrsager vel potius Lügen-
1. Judices iis, quæ à Magis proferuntur, fidem non adhibeant.
sager. Plura enim mendacia quam vera proferunt, & sæpe furti aut alterius sceleris notam iis inurunt qui innocentissimi sunt, quod exemplis declarat *Godelmannus lib.* 1. *de ariolis c.* 5. *n.* 3. *& seq.* Et Satan qui per Magos loquitur, pater est mendacii, & ab initio homicida *Joan.* 5. *v.* 44. Hi itaque si consulti aliquem furem vel alterius maleficii autorem indicant ex tali denunciatione nominati, non facit adversus eundem indicium ad torturam vel carcerem ex Constitutione Carolina *art.* 21. Es soll auff der Anzeigen die aus der Zauberey/ &c. quæ decisio juri communi consona est *d. l. apud Julianum* 15. §. *qui astrologus* 13. *de injur.* Et hi divinatores & incantatores testantur de Secretis peccatis, & talibus objectis, quæ excedunt humanam cognitionem: unde necesse est, ut fallantur, aut à Diabolo Patre mendacii intelligant, unde Imperator Constantinus rescripsit, omnibus perpetuo divinandi curiositatem silere debere, *l. nemo* 5. *C. de malef. & Mathemat. Damhoud. in*
2. Magus & accusator quomodo puniantur.
prax. crim. c. 9. Quin & tantum abest, ut quis ob ejusmodi nominationem capi & torqueri possit, ut potius & accusator & Magus, cujus ille Pseudo-Vaticiniis male credulus inductus quem detulit, uterque graviter puniendus *h. art.* 21. *in med. vers.* sondern dieselben angemaßten Wahrsager. Non quidem pœna ordinaria Veneficii, sed extraordinaria veluti relegatione vel carceratione, vel etiam mulcta pecuniaria pro arbitrio judicis infligenda, quippe, quod contra ejus generis nominatores nulla certa pœna sit expressa: ubi autem pœna certa constituta non est, eo casu ea arbitrio judicis relinquitur *l.* 1. §. *ult. de jur. delib. C. de caus. X. de offic. deleg. Damhoud. in prax. Crim. c.* 11. *n.* 8. Quinimo, si judex ob Magica 3. Ad quid tenebitur judex, si aliquem ex Magicis indiciis torturæ subjecerit?
indicia aliquem incarceraverit, vel torturæ subjici mandaverit, is delato in omnem damni, injuriarum, ignominiæ & corporis dolorum causam tenebitur, per express. text. *in h. art.* 21. *sub fin.* So auch der Richter darüber &c. Ita olim in Camera Imperiali judicatum: Sed quid si Magistratus ex ejusmodi Magi indicatione contra aliquem nominatum processerit, inquisiverit, eumque in carcerem conjecerit, ille autem quædam veneficia confiteatur, nunquid recte ille damnari & tradi poterit? Minime, ratio est; quia ejusmodi inquisitio & Confessio inde secuta ex tali delatione absque aliis indiciis est ipso jure nulla *Clar.* §. *fin. quæst.* 2. *n.* 3. *vers. & hanc conclusionem.* Deinde nominatus hic & delatus non potest condemnari ex nova fama & aliis indiciis post inquisitionem & capturam hanc exortis, quoniam recens fama & alia indicia, quæ post capturam demum exoriri cœperunt, nulla sunt, & reum non diffamant. *Damhuder. in prax. Crim. cap.* 9. *n.* 6. *ibi: similiter fama.* Non potest etiam delatus condemnari ex confessione propria Spontanea: quoniam ejusmodi homines præsertim innocentes ideo saltem Veneficia confessi præsumuntur, ut eo citius carcerem evadant, & torturæ non subjiciantur. *Joan Wier de præstig. Dæm. lib.* 6. *c.* 13. *vers. nec ita procul.* Denique non potest damnari ex confessione coacta, & tormentis extorta, idque propter expressum textum *in Constit. Crim. art.* 20. *post princ. vers.* und ob auch gleichwohl ausser der Marter. *junct. h. art.* 21. *sub fin.* wie im nechstobgesetzten Articul gemeldet. *Mynsing.* 5. *obs.* 23.

Magia de cœtero dividitur in *naturalem* seu *artificialem* & *Diabolicam. Naturalis seu licita* nihil aliud est, quam exactior quædam arcanorum naturæ cognitio, quâ cœlorum & Syderum concursu, influxu, Sympathiis & antipathiis rerum singularum observatio, suo tempore, loco & modo res rebus applicantur, & mira quædam hoc pacto peraguntur, quæ imperitis & causarum ignaris 4. Magiæ divisio in naturalem & Diabolicam.

præstigiosa & miraculosa videntur. Quæ Magiæ species nullo modo nostrate Lingua eine Zauberey / sed potius eine sonderbare Weißheit vocari debet. *Diabolica* seu *prohibita* autem, quæ proprie Zauberey / Zauberkunst vocatur, est ars seu facultas, quâ, vi pacti expressi vel taciti cum Dæmone, mira quædam & communem hominum captum superantia efficiuntur; dictum *vi pacti expressi vel taciti*, quia omnes operationes magicæ pacto veluti basi & fundamento innituntur, ita, ut Dæmon ad omnem operationem magicam ex conducto concurrat. *C. illud* §. *ult. quæst.* 2. Pactum tacitum initur, cum homo ex curiositate libros magicos legit, aut ab alio instruitur in arte Magica, eaque sciens volensque utitur *Delrio de inquisit. Magic. lib.* 5. *q.* 4.

5. Magicis artibus etiam ad bonum finem uti non licet. Hinc magicis istis artibus Zauber- und Schwartzkünstlen etiam ad bonum finem applicandis uti omnino non licet; Quia constat eum, qui pactum init cum Dæmone, & eidem abnegando Deum & Sanctos fidelitatem præstat, atque ab eodem V. G. remedia sanandi infirmos accipit, tribuere Diabolo, quod proprium Dei est, scil. sanare, quod manifestam hæresin sapit, sicque gravius delinquit, quam hæreticus ac reus criminis læsæ Majestatis; cum pejus sit Divinam quam humanam offendere Majestatem, & sic per consequens talis merito in exemplum & terrorem aliorum capitali pœna puniendus est per text *L. etsi excepta C. de malef. & Mathem. L. quisquis C. ad L. Jul. Maj.* ex hoc non immerito, quia Vita nostra est militia super terram, hujus autem duo Duces *Christus* electorum, Sathan perversorum, inter quos eorumque milites bellum est perpetuum & odium vehementissimum; in susceptione baptismatis Deo nomina nostra damus & fidem præstamus. Cum ergo ii, qui in bello seculari ad hostes confugiunt aut fugam moliuntur, jure Civili ultimo afficiantur supplicio per *L. desertorum* §. *is qui ad hostes ff. de re militari L. si quis aliquid* §. *transfugæ ff. de pœn.* Ergo pari ratione abnegantes & renuntiantes Deo, Diaboloque se devoventes ac mancipantes, atque obedientiam spondentes sunt transfugæ ad hostem, & ultimo supplicio puniendi sunt. *Pet. Binsfeld. de confess. Malef. quæst.* 1. *concl.* 2. Quæ omnia in Constitutione Crim. Caroli V. confirmantur, ubi *art.* 109. Magi, Malefici, seu incantatores, hi siquidem hominibus nocuerint, fruges incantarint, aliudve damnum intulerint, sive damnum magnum sit sive parvum, jubentur comburi; sin verò artem magicam quidem exercuerint, sed nemini nocuerint, extra ordinem pro arbitrio judicis secundum facti qualitatem sunt puniendi, *vers.* wo aber jemand Zauberey gebraucht / concordat §. *item L. Cornelia. de Sicar. Just. de publ. jud.* 6. Pœna Magiæ & Veneficii.
Cæterùm quod Carolina Constitutio hoc casu, quo hominis vel bestiæ enecatio non sit secuta, arbitrariam pœnam constituat, id restringendum omnino ad eum casum, quo veneno nocere tentavit, nec tamen id effectum habuit; vel de Magicis artibus vel præstigiis, quæ exercentur citra abnegationem divinæ Majestatis expressam, ut rectè *Pet. Binsfeld. explicat in L.* 6. *C. de malef.* Nam si Veneficæ, Lamiæ, & Sagæ, quæ Magicas artes & susurros exercent, cum Diabolo pactum expressum vel tacitum inierunt, apostasiam fecerunt, Deum abnegando, tunc etiamsi nemini nocuerint, sive homines sive bestias non occiderint, nihilominus è medio tollendæ, ignique tradendæ & concremandæ sunt. *Exod.* 22. *v.* 18. *Levit.* 20. *vers. fin. Deuter.* 18. *v.* 20. *L.* 3. 4. 5. 6. 7. *& seqq. C. de malef. & mathem. Berlich. conclus.* 5. *n.* 38. *part.* 5. *Wesenb. in parat. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n.* 28. *Vult. in* §. *item Lex Cornelia de Sicar.* 5. *Inst. de P. J. Clarus* §. *homicidium n.* 13. *Godelin. lib.* 3. *de Lamiis Cap.* 11. *n.* 32.

Zeit/ Annus.

SUMMARIA.

1. *Tempus quid & ejus divisiones.*
2. *Dies & ejus divisio.*
3. *Septimana.*
4. *Mensis ejusque divisiones.*
5. *Annus & ejus partes.*
6. *Lustrum & Seculum.*
7. *De Characteribus Temporum, Cyclis & periodis.*
8. *Diversarum Gentium Æra & Epochæ.*
9. *De Calendario ejusque renovatione.*
10. *De Annorum varietate & ætate Patrum nostrorum in V. T.*

1. Tempus quid & ejus divisiones. HUc forte spectare possunt, quæ supra verbo *Calendarium fol.* 431. notata sunt; De cætero Tempus est mensura motus, qui cœlesti orbe conficitur. Unde *Augustinus lib.* 11. *confess.* ait; sibi videri tempus mensuram qua metimur corporum motum, ut *Solis, lunæ, Syderum* & aliorum. *Cicero* 2. *de invent.* Tempus quandam partem esse æternitatis dicit, cum alicujus annui menstrui diurni nocturnive spacii certa significatione. Partes vero Temporis vel sunt Majores vel minores, *hæ*, ut quadrans, hora, punctum momentum, uncia & atomus, *Illæ*, ut Septimana, Mensis, Annus, lustrum, Indictio, Seculum, Ævum. Tempora, inquit *Beda de rat. temp.* momentis, horis, diebus, mensibus, annis, Seculis & ætatibus dividuntur. *Arumæ. lib.* 2. *decis. in coron. n.* 6. mavult partes alias *naturales*, alias *Civiles*, dicerent; *harum* in classem referantur illæ, quas unaquæque gens sibi fecit finxitque proprias, ut sunt lustrum, Indictio & similes; in *Illarum*, quæ ex naturæ facto semper perpetuoque fluunt, ut Annus, Mensis, Septimana, dies &c. Habet dies *Civilis* suos terminos, quibus diversi populi diem inchoabant, ut habent versus, 2. Dies & ejus divisio.

Atticus

Atticus *occasum* spectat: Babylonius *ortum*.
Nox *media* Ausoniis: *media* at *lux* perplacet Umbris:
Græci *mane* diem incipiebant Solis ab ortu.
Vespere Judæi: scrutantes Sidera cœli,
Dum Sol in *medio* fulget nitidissimus orbe:
Christicolæ incipiunt *medio* sub tempore *noctis*.

Dividitur dies præterea in *feriatum* & *non feriatum*. Ille est, quo à negotiis publicis & quotidianis vacare homines solent: hic est, ubi quævis negotia peragere licet. Dies feriati seu festi vel *jure divino* sunt tales, V. G. apud Judæos *Sabbatum*, *Neomenia*, *Pascha*, *Pentecoste*, *Scenopegia* &c. vel *humano*. Iterum alii sunt *mobiles*, alii *immobiles*. Et hi rursus vel simpliciter tales, vel ex suppositione & secundum quid. Quo pertinent apud Christianos festum *Paschatis*, *Ascensionis*, *Pentecostes*.

3. Septimana. Ex diebus fit Hebdomas vulgo Septimana, quæ est spatium 7. dierum, Eam *die veneris* sive feria sexta auspicantur Mahometani: *die Sabbati* Judæi; *die Solis* seu feria 1. Christiani. Septimanam sequitur

4. Mensis cujusque divisiones. Mensis qui est vel Astronomius vel Civilis. *Ille* est, cujus quantitas ab Astrorum motu dependet. Estque vel *Lunaris* qui numeratur vel à Lunæ revolutione, quando orbem suum absolvit, atque ad idem punctum unde digressa fuerat, redit, vel à Lunæ conjunctione cum Sole, vel à prima Lunæ apparitione. Ad hunc postremum Lunæ motum respiciunt Saraceni & Judæi, quibus solenne est *Neomenia* celebrare. *Solaris* est Spatium temporis, quo Sol integrum Zodiaci Signum ab occasu in ortum absolvit. *Civilis* quem diversæ gentes pro arbitrio suo observant. Romani menses suos dividebant in *Calendas*, *Nonas* atq; *Idus*, de quibus versus:

Sex Nonas Majus, October, Julius & Mars.
Quatuor at reliqui: tenet *idus* quilibet *octo*,
Inde dies reliquos omnes dic esse *Calendas*,

Græci Menses dividebant in tres decadas: (1. *ineuntis* sive *instantis* à die 1. ad 10. (2. *medii* mensis à die 10. ad 20. (3. *deficientis* ac *desinentis* à die 20. ad 30. vel 31.

5. Annus & ejus partes. Annus est certum temporis spatium, cujus partes communiter menses vocantur, estque vel *Solaris*, qui est spatium temporis, quo Sol totum Zodiacum permeat, & complectitur dies 365. horas 6. minuta 49. fere *Lunaris* habet dies 354. horas 6. min. 49. fere, quali utuntur *Turcæ*, *Arabes*, *Tartari*, *Sinenses*, *Japonenses*. *Mixtus* ex utroque, qui à Julio Cæsare *Julianus* vocatur, estque vel communis dierum 365. vel *bissextilis* sive *intercalaris* dierum 366. Ex annis faciunt

6. Lustrum & Seculum. *Lustrum*, quod est certus annorum numerus, quo ad usum Civilem utimur, estque vel *Romanum* 5. annorum vel *Julianum* 4. annorum uniusque diei intercalaris. *Seculum* autem communiter est 100. annorum spatium. Unde Ludi Seculares Romanorum nomen & appellationem traxerunt.

Characteres atque denominationes temporum quæ sunt principia, quibus Chronologi tempora metiuntur atque demonstrant; suntque vel *characteres Astronomici*, qui ex Astronomia in hunc locum transferuntur. Suntque *æquinoctia duo*, *Solstitia duo*, *Eclipses Solis atque Lunæ*, *conjunctiones planetarum* &c. *Non Astronomici* quibus certi anni in orbem redeuntes determinantur; sive Deo aut hominibus debeant originem. Huc pertinent Cycli seu Circuli, qui intervallum annorum *minus* comprehendunt, & sunt (1. Cyclus *Sabbaticus* Judæorum complectens annos 7. eum in finem à Deo mandatus, ut terra interim quiesceret, & nec agri colerentur, aut vites putarentur. *Exod.* 33. 11. 12. *Levit.* 25. 2. (2. Cyclus *Jobelæus* septem cyclis Sabbaticis constans, is est annorum 49. ad hoc institutus, ut ne infirmiores à potentioribus opprimerentur. *Levit.* 25. 8. (3. Cyclus *Solis* qui annis 28. absolvitur; quo elapso tam anni bissextiles, quam literæ dominicales in orbem pristinum redeunt, der Sonnen-Circul. (4. Cyclus *Lunæ* qui vulgò aureus numerus die gulдene Zahl vocatur, complectitur annos 19. quibus elapsis *novilunia* ad eundem diem redeunt. (5. Cyclus *Indictionis* vulgò Römer-Zins-Zahl/ est Systema annorũ 15. constans tribus lustris Romanis, ideò ordinatus, ut ne pensionum certarum tempora Romani Cives ignorarent, utuntur iis hodie Notarii. *Periodi* seu Circuli, qui intervallum annorum *majus* comprehendunt, inter plures periodos eminet *Juliana*, quæ complectitur annos 7980. cujus annus primus habuit Cyclum Solis I. Lunæ I. Indictionis I. inventa à *Josepho Scaligero*. 7. De characteribus temporum, Cyclis & Periodis.

Pars specialis, quæ tempus in specie considerat dicuntur Æræ, quæ sunt termini solennes, à quibus initium computandi faciunt diversi Populi, inter quas (1. est *Æra Mundi conditi*, quam sequuntur Judæi & ex Christianis Mosci. (2. *Æra Romanorum*, qui annos suos computabant ab urbe condita: cujus initium incidit in annum mundi conditi 3198. (3. *Æra Græcorum* qui annos numerabant ab Olympiadibus suis: quarum prima incidit in A. M. 3174. continebat Olympias annos 4. Julianos solidos. (4. *Æra Nabonassari*; qua utitur Ptolemæus & multi Astronomi, incidit in A. M. 3203. 26. Febr. (5. *Æra Augusti*, quæ & Hispanica dicitur, qui eam frequenter usurpabant, incidit in A. M. 3912. (6. *Æra Christiana* quæ incipit à die 1. Jan. A. M. 3950. cujus auctor creditur *Dionysius Exiguus* Abbas Romanus natione Scytha, qui vixit VI. Seculo temporibus Justiniani Imp. (7. *Æra Diocletiani*, incipiens A. C. 284. 29. Aug. qua utebantur olim Æthiopes, Abyssini & Cophthitæ. (8. *Æra Turcica* sive *Hegira Arabum*, quæ incipit A. C. 622. die 15. Julii, à fuga Mahometis è Mecha urbe expulsi, annos habet lunares. *Epochæ* autem sunt intervalla temporum in historia seu universali seu particulari, re quapiam insigni memorabilia: qualia in Tabulis Chronologico Historicis per plerasque gentes observantur. 8. Diversarum Gentium Æræ & Epochæ.

Cum Romuli tempore annus decem duntaxat menses & initium à Martio habuisset is verò numerus nec Solis cursui nec Lunæ rationibus conveniret, ipse duos addidit menses Januarium & Februarium, ut integer annus constaret 354. diebus. Sed cum Solis cursus perficiat 365. dies & quadrantem sive sex horas, demum *Julius Cæsar* anno Numæ adjecit 10. dies Tandem *anno* 1582. successit *Calendarium Gregorianum*, ut Calendarium in novum & vetus distingueretur, quorum priori Catholici, posteriori major pars A. C. addictorum utebatur. Quomodo autem *anno* 1699. 10. *Octob.* in Comitiis Ratisbonensibus unanimi omnium Statuum tam Catholicorum quam A. C. suffragio & consensu Calendarium hoc novum & vetus reformatum sit, & cum inscriptione *Renovatum Calendarium* audiat, *vid. supra verb. Calendarium fol.* 431. *ad fin.*

9. De Calendario ejusque renovatione

De cætero Anni apud varias gentes fuêre diversi. *Persæ* 365. diebus annum præfinierunt, *Græci* plerique singulis quatuor mensibus annum statuêre, *Arcades* interdum uno, nonnunquam tribus mensibus annum metiti sunt. Alii æstate unum, hyeme alterum commenti fuêre. Tandem verò post omnes Ægyptii variatis temporibus, verum annum reperêre, observata ratione ad Solis cursum & duodecim mensibus anno assignatis. Illud silentio involvendum non est, quosdam ex hac annorum varietate deducere voluisse, id quod de longævitate nostrorum Patrum sacra volumina Veteris Testamenti habent, eos & aliquot centum annos ætatis ascendisse, non de annis 12. mensium constantibus, sed de minori temporis intervallo intelligendum esse, verum error illorum apertè patet: Si enim fingant annos illos fuisse paulò plus quam menstruos, hoc est 36. dierum, efficeretur, Henoch, cum esset 6. annorum cum dimidio genuisse filios, genuisse enim, cum esset 65. annorum, tradit scriptura. Quid respondebimus, quando eadem affirmat, Abrahamum plenum & saturum dierum in bona senectute obiisse, natum annos 145. Minuitur ex sententia illorum Gratia Divina Patribus concessa, quorum tamen recens & integra natura, salubrior cibus, continentia, cognitio perfectior herbarum fructuumq; debebat eos in contrariam permovere sententiam. Plura de hac materia scire qui desiderat, legat inter recentiores *Josephum Scaligerum*, qui edidit libros de *emendatione temporum*, itemque *thesaurum temporum*, & *Dionysium Petavium* S. J. Gallum, qui in *doctrina temporum* multa in Scaligero, qui glaciem fregerat, emendavit. Habetur ab eodem *rationarium temporum*, quod indicis locum sustinere potest. Extant præterea *Calvisius* qui sequitur Scaligerum, *Alstedius*, *Genebrardus*, *Funccius Bucholcerus*, *Ubbo Emmius*, *Ægidius*, *Strauchius*. Huc quoque referri possunt Scriptores Fastorum occasione Calendarii Gregoriani editorum, & qui de Christi natali scripserunt.

10. De annorum varietate & ætate Patrum nostrorum in V. T.

Zeug/ Zeugen-Verhör.

SUMMARIA.

1. *Specialia de testibus, remissivè.*
2. *Quomodo in Tribunali S. officii examen testium instituatur.*
3. *In Inquisitione Romana iteratò testes examinantur.*
4. *Quid faciendum, si timeatur testem revelaturum causam.*
5. *Testes sibi contrarii incarcerandi, & standum est primæ depositioni, nisi secunda facta sit in tortura.*
6. *Quomodo examen testium in Camera Imp. expediatur.*
7. *Testes in Camera examinantur, vel in termino ad causam, vel ad perpetuam rei memoriam.*
8. *Quomodo rotulus testium examinatur.*
9. *Quomodo rotulus producatur & publicetur.*
10. *Quomodo examen testium coram Austregus peragatur.*
11. *Quid alias de jure communi circa examen testium hinc inde observandum.*
12. *Qui testes esse prohibeantur.*
13. *Testes domestici, quatenus in Criminalibus admittantur.*
14. *Testes idonei qui dicantur.*
15. *Testimonium idoneum quod?*
16. *De productione & examinatione testium in causa criminali.*
17. *Examen testium, quomodo aliis committendum, & de audiendis testibus extra territorium.*
18. *Si examen testium aliis committitur, hoc expensis Magistratus faciendum.*
19. *Testes ad dicendum testimonium cogi posse.*

1. Specialia de testibus, emissivè.

DE testibus & in specie de exceptionibus contra testes, *vid. supra verb.* Bekantnuß *fol.* 365. *n.* 21. Item quod Rei probationes testes & documenta sint admittenda, *vid. verbo* Beklagter *fol.* 367. *n.* 2. Quod corrupti puniendi. *vid.* belohnte Zeugen/ *fol.* 368. De pœna falsorum testium *vid.* falsum *fol.* 712. *n.* 1. Item quod Notarii Scripturæ sine testibus non credatur, & an testium examinatio Notario competat, *vid. verb. Notarien fol.* 1453. *ff. n.* 8. & 9. Quibus addendum, quomodo testes examinentur in Tribunali Romano S. officii, ubi denuntiatione facta inquisitor vocare facit per nuncium suum spiritualem testes à denuntiatione nominatos, qui ubi venerint, legitimè de mora examinantur. Hæc actio juxta stylum S. Inquisitionis sic peragitur:

2. Quomodo in Tribunali S. Officii examen testium instituatur.

In Officio S. Inquisitionis N. coram R. P. F. N. Ord. Præd. S. Theol. Lect. vel Mag. in meique Notarii præsentia comparuit N. ex Offic. pro informatione S. Officii assumptus & vocatus quod tactis sacris scripturis præstitit. Vel sic: *Comparuit personaliter vocatus in S. Officio N. coram N. qui delato juramento de veritate dicenda, & per eum tactis scripturis suscepto, fuit per D. Inquisitorem interrogatus, an sciat vel præsumat causam suæ vocationis & præsentis examinis, respondit &c.*

Si respondit affirmative, rursus interrogetur, quomodo id sciverit. Si autem negative, interrogetur, an cognoverit, seu cognoscat de præsenti aliquem seu aliquos Hæreticos vel de hæresi suspectos aut saltem nominare intellexerit. Interrogatus an cognoverit, & de præsenti agnoscat N. ex qua causa, & à quanto tempore citra, & an cum eo solitus sit vel fuerit conversari. An aliquando aliquid audierit à prædicto N. quod concernat Religionem Catholicam. An aliquando fuerit in tali loco cum prædicto N. & ibidem dictus N. dixerit vel fecerit talia, & talia hæreticalia vel hæresin sapientia. In quorum præsentia N. supradicta dixerit vel fecerit. Quoties supradicta audivit dici, vel vidit fieri & qua occasione & quomodo. An prædictus N. supradicta dixerit jocosè, seu animo deliberato, aut per lubricum linguæ aut alicujus vel aliquorum hæreses referendo. Admoneatur ad veritatem simpliciter dicendam, qui si de falso fuerit supra his deprehensus, ultra perjurii etiam fautoriæ pœnas subibit.

An odio vel amore ductus aliquid dixerit quod non erat dicendum, vel tacuerit, quod erat explicandum. Completo examine Notarius concludat sic: *Quibus habitis Dominus dimisit examen, & ipsum testem licentiavit, injuncto ei virtute præstiti juramenti servare secretum, & quod se subscriberet.* Vel sic: *Quibus habitis fuit dimissus; injuncto sibi silentio cum juramento, & quod se subscribat.*

3. In Inquisitione Rom. iterato testes examinantur.

In supremo S. Romanæ Inquisitionis Tribunali, quandoque antequam reus comprehendatur, testis iteratò post biduum vel triduum vocatur, ut firmius testimonium habeatur, quo casu Notarius sic scribit: *Comparuit iterum personaliter vocatus N. qui medio juramento tactis sacris scripturis præstito, interrogatus an sibi occurat aliquid dicendum pro ulteriori veritate, ultra ea, quæ deposuit in alio suo examine respondit &c.*

4. Quid faciendum, si timeatur testem revelaturum causam.

Si timeatur testem revelaturum causam, sic concludi solet: *Quibus habitis fuit dimissum examen acceptatis &c. animo &c. injuncto sibi silentio sub pœna excommunicationis latæ sententiæ una pro trina monitione præmissa, & sub aliis pœnis arbitrariis S. officii.* Solet quandoque etiam mandari testi, ne de Palatio seu domo Inquisitoris recedat sine expressa licentia Domini Inquisitoris, etiam in scriptis habenda.

5. Testes sibi contrarii incarcerandi.

Si verò testes repetitione (quæ in Romano S. Inquisitionis Tribunali facienda est coram Commissario Generali, Assessore & Tabellione extra urbem & in provinciis in præsentia duarum personarum religiosarum ad hoc, ut plenius veritas, aut mendacium ex eorum constantia aut inconstantia exploretur, *Pegna L. 2. C. 36.*) varii sint, contrarii seu vacillantes, incarcerari possunt, imò & torqueri, si contrarietas sit in substantialibus. *Bossius de tort. testium n. 29. & 30.* Et standum est primæ depositioni potius quam secundæ, nisi secunda emanarit in tortura, tunc enim secunda potius attendenda est. Quemadmodum etiam in crimine hæresis favore fidei posteriori dicto statur, *Gloss. in C. accusatus V. postmodum de hæret. in 6.* Si tamen notetur zelo fidei, non ex levitate aut odio dictum correctum, & mutatum esse *Alexander IV. in cit. C. Accusatus.*

& standum est primæ depositioni, nisi secunda facta sit in tortura.

6. Quomodo examen testium in Camera Imperiali expediatur.

Si autem in Camera Imperali testes sint examinandi, tunc solet id fieri per Commissarios qui impetrandi sunt ab iis, qui probare volunt. Notandum quod officiales Cameræ c. 9. Protonotarii, Lectores & Notarii non dentur Commissarii, quando extranei testes, hoc est, qui jurisdictioni Cameræ non subsunt, sunt examinandi, ne tales officiales occasionem negligendi officium suum nanciscantur, in iis verò examinandis qui subsunt Cameræ etiam Commissarii dari possunt, & quando plures Commissarii dantur, solent dari cum clausula samt und sonders/ vel etiam clausula *si non omnes &c.* sic enim tempori consulitur & processus accelerantur.

7. Testes in Camera examinantur vel in termino ad causam, vel ad perpetuam rei memoriam.

Testes hic vel examinantur in termino ad causam vel ad perpetuam rei memoriam. Priori respectu jura communia tenent; posteriori respectu, si actor ad perpetuam rei memoriam examen desideraret, v. g. ob ingravescentem ætatem testis, testis diu obfuturi impedimentum, debet specificè exprimere ætatem, ut sic judex ejus rationem habere possit, sine eo autem Commissarii denegantur. Contra quando reus ad perpetuam rei memoriam examen postulat, ob favorem defensionis talis expressio ibi non requiritur. Sicut alias Commissarii testes extraneos per literas mutui compassus, aut per subsidiales literas citant; ita quoque hic fieri solet, mediatos tamen & immediatos Imperii subditos pro extraneis hic non habent.

8. Quomodo rotulus testium conficiatur.

Quando testes sunt examinati, Commissarii super examine conficere tenentur rotulum, & quidem novissimè *Rec. Imp. 1654. §. 52.* id est debent vel statim post articulum & interrogatoria scribere responsiones testium, vel ab uno latere articulos & interrogatoria ab alterno latere è diametro responsiones testium, ne Referens futurus confundatur, & tempus inutiliter insumatur. Secus si confectus sit rotulus, rejicitur à Cameralibus, salvo tamen examine testium, ac novus rotulus est conficiendus, sumptibus ipsius rotulum conficientis, & is insuper arbitrariè puniri potest *arg. Cap. 11. X. de probat.* Quod de interrogatoriis dictum fuit, hodie locum habet tantùm in specialibus, in generalibus dispositio dicti §. 52. non solet observari, nam horum ratione

tione Referentis & Judicis tanti non interest. Reliquum interrogatoria ab isto exhibenda contra quem testes producuntur, non debent esse criminosa & turpia, alias rejiciuntur, eadem exhibens arbitrariè punitur, & respectu testis sunt irresponsabilia.

9. Quomodo rotulus producatur & publicetur. Postquam autem rotulus legitimè confectus & sigillo clausus est, debet ab eo, cui probatio injuncta, produci in termino, & si altera pars aut ejus procurator generalia ipsi opponere non potest v. g. produci post terminum, examen fuisse illegitimum &c. cognoscere debet sigillum & quando Judex terminum ad publicandum & communicandum dixit, publicationi interesse, quæ accipi solet à Procuratore adversæ partis salvis exceptionibus per §. 54. *Rec. Imp. de An.* 1654. Hodie disputationes contra dicta & personas testium ultra replicas non admittuntur *per d. R. J. de an.* 1654. §. 56.

10. Quomodo examen testium coram Austregis peragatur. Quando causa, quæ coram Austregis ventilatur, testes desiderat, vel Austregarum judices ipsi Commissarium ad examinandum constituere possunt, vel ambæ partes possunt eligere examinatorem, vel quælibet pars à sua parte examinatorem constituere potest, ita tamen, ut uterque utrique parti juramento obligetur, se esse ex fide acturum. Si judices communi nomine sint electi, vel examinatores testium utriusque respectu constituti, sumptibus quoque communibus debent ali; Si verò ex reliquis casibus Princeps reus Consiliarios suos nominaverit, eos suo sumptu sustentare tenetur, sportulæ verò, prout in Camera & ordinatione ejus hoc intuitu indultum, debentur judici Austregarum.

11. Quid alias de jure communi circa testium examen hinc inde observandum. Porrò de jure communi & ordinario si quando testes examinandi sunt, tunc debent à judice ad dicendum testimonium, si sint sub sua jurisdictione, citari, vel si non sint, mutuo ut loquuntur, compassu evocari, vel ibi examinari, rogari, debent etiam reluctantes cogi, item litigantibus terminus denunciari ad videndum testes produci ac jurare. Tum verò Judex illos, id est, testes atque etiam Amanuenses nisi alias personæ publicæ sint, & antea jurarint, juramento obstringat, illi ut veritatem dicant, hi ut omnia fideliter conscribant, utrique ut ea, quæ deponuntur, silentio custodiant, à perjurio eos dehortetur, ad ipsum denique examen partibus remotis progrediatur. Testium examine rite peracto, eorumque depositione accuratè consignata, à judice citatis partibus publicentur, & communicentur Litigantibus, cùm attestationes tum instrumenta qui inde disputando exceptiones suas Duplicas, Triplicas &c. pro & contra ipsorum testium personas examen ac dicta contraque instrumentorum veritatem objicere inceptant *Thes. Basil. vol.* 3. *disp.* 15. *L. S.* 1. Et publicata testium depositione non admittuntur novi alii, nisi in causis appellationis; Jus Canonicum nullos verius admittit *ibid. vol.* 7. *d.* 6. *L. cc.* 2.

12. Qui testes esse prohibeantur. Ad testimonium autem dicendum, qui se non rogatus offert, mox suspectum se reddit, sicut & testimonium infamium prohibitum est, uti damnatorum, excommunicatorum, proscriptorum, perjurorum, Meretricum, Lenonum, Lenarum, Spuriorum. Dictis tamen prohibitionibus & excusationibus in foro interdum necessitas, quæ ex rei controversæ gravitate aliarumque probationum defectu oriri potest, derogat, imo tunc omnes inhabiles & minus idonei testes ad fidem judici faciendam admitti poterunt, si partes in eos consentiant, *ibid. Vol.* 4. *disp.* 33. *l. FF.* 3. 4. Jure Canonico à testimonio repellitur non solum is, qui de crimine publico judicio damnatus est, sed etiam cujus crimen certo ostendi potest licet non sit judicatum: sed jure Civili tum demum non admittitur, si in judicio publico reus criminis condemnatus sit, non autem sufficit crimen admissum esse *ibid. Vol.* 7. *d.* 6. *L. c c.* 2.

Sic quoque testes domestici, si veritas aliter haberi non potest, tum demum admittuntur, quando non tantum actu alii testes in negotio domestico non intervenerunt, sed etiam si habitu & potentia intervenire non potuerunt, *Roland. à Vall. cons.* 17. *n.* 4. *lib.* 3. Late *Mascard. de probat. lib.* 1. *concl.* 533. & ita declarat post multos alios *Prosper. Farinac. quæst.* 55. *n.* 65. *& lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 62. *n.* 62. *de test.* ubi colligitur, veritatem aliter haberi non posse, non dicitur ex eo, quod in facto, de cujus probatione agitur, alii testes actu non intervenerint: nisi & idem factum, vel de sui natura, vel ratione loci & temporis, tale sit, ut vero similiter alii testes habitu intervenire non potuerint, prout est in criminalibus conjuratio, conspiratio, Hæresis & his similia difficilis probationis. Et in civilibus sunt gesta in Capitulo & Congregatione Canonicorum, in qua non nisi Canonici intervenire solent *C.* 3. *X. de probat. l. consensu §. servus C. de repud.* his inquam casibus admittuntur testes inhabiles, secus in aliis, in quibus etsi alii testes actu non intervenerint, habitu tamen intervenire potuerunt, prout est homicidium, violentia, injuria & his similia &c. *Alex. cons.* 64. *n.* 5. *lib.* 1. *Dec. cons.* 139. *n.* 10. *Gometz. variar. resol. tom.* 3. *c.* 12. *n.* 21. *Natta cons.* 394. *n.* 7. *lib.* 2. *Mascard. de probat. lib.* 3. *concl.* 1359. *n.* 9. 13. Testes domestici quatenus in criminalibus admittantur.

Ut autem testes idonei sint, requiritur ut sint omni exceptione majores, seu quibus nulla exceptio potest objici, adeoque nec à jure sine exceptione legibus fundata reprobari possunt, nec à jure repelluntur *l. popularis ff. de popul. act. c.* 1. *X. de test. C. placuit. vers. & ut quoque* 4. *quæst.* 3. *Menoch. lib.* 1. *de arbit. jud. quæst.* 27. Ejusmodi testes magis requiruntur in criminalibus quam civilibus. *C. testimonium de testib. in* 6. cautius enim agendum est, ubi agitur de salute hominis. *l. addictos C. de appellat. Farinac. de oppos.* 6. *q.* 62. *&* 2. *seqq.* Et testimonium quod ejusmodi fide dignis, & omni exceptione majoribus testibus nititur, idoneum est; Si itaque duobus ad minimum 14. Testes idonei qui dicantur. 15. Testimonium idoneum quod sit.

nimum testibus ejusmodi, qui de crimine deponunt, admissus probetur, & sic accusatus convincatur; de eo facto, pro qualitate ejus, sententia ferri, publicari, & executioni mandari debet. *Const. Crim. Caroli V. art.* 67. Tales enim plenam fidem faciunt; quia in ore duorum vel trium consistit omne verbum *Deut. c.* 19. *v.* 15. *Matth.* 18. *v.* 16. *& Joan.* 8. *v.* 17. *l.* 3. §. 1. *de test.* Ad unius verò testimonium nullus condemnabitur *Deut. c.* 17. *Fichard. consf.* 105. *n.* 10. *& seq.* cœterum, ut testimonium sit idoneum, non sunt audiendi testes pro reo, antequam sit vinculis inclusus, & de crimine responderit. *Faber. ad Cod. tit.* 2. *defin.* 11.

16. De productione & examinatione testium in causa criminali.

Quia verò testimonia, ad quæ quis ultimo affici supplicio possit, liquidissima nec non apertissima esse debeant; constituit *Carolus V. Imp. art.* 70. ut quoties certum quidem maleficium, incertus tamen auctor fuerit (quod fit, cum is, qui defertur, id inficiatur, neque ad interrogata respondet) accusator, qui cœptæ accusationis cursum perficere desiderat, & accusatum, se convicturum offert, accusationis suæ capita, quæ probare volet, bono ordine consignari curet, consignata judici insinuet, testiumque quos audiri necessum erit, nomina exprimat, & ubi domicilium habeant: Hoc enim commodius examinandis testibus, & quia fieri poterit industria celeritateque testimoniis audiendis commissarii dati, vel deputati operam suam navabunt. Licet alias jure in criminalibus testium examen committi non possit, *Auth. apud eloquentissimum C. de fid. Instrum. Gail.* 1. *obs.* 96. *n.* 10. Sed quod id in præsentia judicis fieri debeat, *per l.* 3. §. *ibi Divus. ff. de testib.* ibi: *nam ipsos interrogare soleo.* Aliter tamen praxis observat, idque propter multitudinem agendorum. *Farinac. quæst.* 77. *n.* 178. *Trentacinque de test. resol.* 10. *n.* 12. Nam si judex cum suis Assessoribus non satis sit idoneus, examen magis idoneis est committendum. *Const. Crim. art.* 72. Sic quoque si testes longius absint, in quos judex jurisdictionem non habeat, etiam in criminalibus, & cœteris causis arduis examen alteri licet committere. *l. testium* 2. §. *testes ff. de test. l. judices* 17. *in pr. C. de fid. instrum. Novel.* 90. §. *porro quoniam C. constitutus* 3. §. *præterea. X. de fidejuss. Clar.* §. *final. quæst.* 26. *in pr.* ibi: *si tamen testes &c.*

17. Examen testium quomodo aliis committendum, & de audiendis testibus extra territorium.

Quando verò testes sunt in eadem provincia, seu sub ejus judicis jurisdictione, coram quo litigatur, & de facili adduci possunt, tunc per ipsummet judicem examen testium expediri, alterique committi non debet. *Mynsing. in C. cum causam n.* 3. *X. de test. Farinac. quæst.* 77. *n.* 92. Possunt & adhuc aliæ causæ incidere, ob quas examen testium alteri potest committi: veluti, si judex aliis gravioribus negotiis occupatus sit. *Vivius l.* 1. *com. opin. verb. testium examinatio.* Item si non super Principali quæstione, sed super accessoriis seu incidentibus articulis testes sint examinandi, *Idem d. loc.* Quin & si testes senes sint, aut valetudinarii, ut sine periculo coram judice comparere non possint, ad eos examinandos alius mitti potest. *C. si qui testium* 8. *X. de testibus. Clar. d. quæst.* 26. *vers. & adverte.* ibi: *Si tamen.* Idem juris est in fœmina; quæ itidem apud judicem comparere non cogitur. *C. mulieres* 2. *X. de judic. in* 6. *Baldus in d. Auth. apud eloquentissimum n.* 1. existimat, etiam in criminalibus commissionem fieri posse, publicæ utilitatis gratia, ne delicta maneant impunita: prout in Camera Imperiali quoque commissiones in causis fractæ pacis decernuntur. *Gail.* 1. *obs.* 96. *n.* 7. Extra debitam commissionem autem non valet depositio, sed plane nulla est. *Vant. de nullit. tit. de null. ex defect. jurisd. de leg. n.* 2. *& seq. Gail. d. obs.* 96. *n. ult. & obs.* 100. *n.* 20. De cœtero si examen testium aliis committitur, hoc Magistratus expensis peragendum *art.* 72. *Constit. Crim. Caroli V. vers.* doch ohne Nachtheil. Similiter etiam expensæ, quæ fiunt in consultationibus sine partium incommodo à Magistratu ejus loci sunt faciendæ, *eod. art.* item *art.* 220. *V.* und ausserhalb der Partheyen Kosten. Quod tamen distinguitur, si petente accusatore vel reo ejusmodi consultatio fiat: hæc enim expensis petentis, si solvendo est, non Magistratus facienda. *d. art.* 220. *V.* Es begebe sich dann. *usque ad vers.* wo aber desselbigen. *Vigel. c.* 5. *reg.* 11. *except.* 18. Si examen testium aliis committitur hoc expensis Magistratus faciendum.

19. Testes ad dicendum testimonium cogi posse.

Constituit quoque *Imp. Carolus V. in dict. art.* 72. de literis compulsorialibus & juris subsidialibus communicandis ad expediendum testium examen. *Clar.* §. *fin. quæst.* 26. *V. sed quæro.* Et ita testis invitus ad dicendum testimonium cogendus, *d. art. V.* Und ob es mit Nohtdurfft *Concordat. Nov.* 90. §. *præterea c.* 1. *& C. dilectorum* 10. *X. de test. cogend.* non attento, utrum testis privatus sit, an in Magistratu positus *l. ob carmen* 21. §. 1. *ff. de test. & C. ult.* §. *si res exigat* 4. *quæst.* 2. Imo licet testis juraverit, se non revelaturum, quod vidit, vel audivit, nihilominus ad dicendum testimonium cogi potest. *C. intimavit* 18. *X. de test. C. ult. de test. cog.* In quibusdam tamen personis aliter receptum est, quæ scilicet ad testimonium ferendum cogi non possunt, quas recenset *Vigel. c.* 3. *reg.* 4. *except.* 1. *& seq.* Denique testem non posse deponere per scripturam, tradit Felinus, de quo *Vid. Gailium obs.* 100. *in fin. lib.* 1.

Zie-

Ziegeuner.

SUMMARIA.

1. *Cingari qui, & eorum mores.*
2. *Eorum origo & quatenus Europam intraverint.*
3. *In Imper. Rom. & in qualibet alia Republica bene constituta non tolerantur.*

1. Cingari qui, & eorum mores.

CIngari, quos Germani Ziegeuner/Itali *Cingarios*, Galli *Egyptiens ou diseurs de bonne aventure*, Hispani *Gitanos*, Belgæ Heiden/ *Ethnicos* vocant, nihil aliud sunt, quam manipulus furum, & sentina pessimorum hominum ex variis nationibus non ita remotis, sed vicinis collecta, qui extra civitates in triviis tentoria erigentes, proditionibus, latrociniis, deceptionibus, & furtis, atque ex Chiromantica divinatione oblectantes homines, iis fraudibus victum quærunt & mendicant. De quorum origine & primo in Germaniam adventu varii varia scribunt, prout videre est apud Lindenspur *in Comment.* über die Fürstl. Würtenbergis. Landes-Ordnung/*tit.* von Ziegeunern/28. *n.* 5. *fol.* 121. *& seq.* Profitentur enim se ex inferiori Ægypto aut Nubia ortos, atque ad erraticum hoc vitæ genus divinitus damnatos esse, quod majores sui olim B. Virginem cum Infante JESU hospitio excipere recusaverint, referente *Aventino Lib.* 7. *annal.*

2. Eorum origo, & quatenus Europam intraverint.

Cum in Galliam primo venirent, prætexuerunt vagationem suam esse 7. annorum pœnitentiam à Pontifice M. ipsis impositam ob apostasiam à fide Christiana ad Mahomedismum, nec septennium istud finitum, verum perpetuo succedere *ap. Paschal. lib.* 4. *des Recherches de la Fr.* Quorum quicquid sit; potuit fieri, ut errones ejusmodi calamitatibus bellicis primum ex Nubia & conterminis regionibus expulsi, & jam ante erroneo Vitæ generi assueti post longas ambages in Circum-Danubianas Regiones se effuderint, ibique ad tempus erraverint, atque inde per Hungariam in Bohemiam, Germaniam, Galliam descenderint, sed quibus successu temporis varii errones ex Gentibus illis, quarum regiones pervagati, & quibus cum aliquamdiu morati fuerint, manipulis ipsorum se immiscuerint. Plura huc pertinentia *Vid. in Ph. Honor. Thes. Polit. part.* 2. *disc. de Cingarorum seu Stellionum, qui sub Ægyptiorum nomine per totam Europam vagantur origine.*

De tempore quo primum nostris & aliis Occidentalibus Europæ tractibus innotuerunt, plerorumque opinio est, id factum circa *Annum Christi* 1417. vid. inter alios *Spondanum in Actuario Chronolog. ad Epitomen. Annal. Baronii ad An.* 1418. ubi refert, quod mentiantur se descendisse ex urbis *Singara* in Mesopotamia Incolis, quos à Juliano Apostata inde pulsos postmodum vagabunda ejusmodi vita distrahi oportuerit.

3. In Imp. Rom. & in qualibet alia bene constituta Republ. non tolerantur.

Et hi cum sint Romani Imperii exploratores & proditores, furtis, rapinis, latrociniis, deceptionibus, mille fraudibus & mendicationibus dediti, nullibi in Imperio Romano securitatem habent, sed exinde expelli debent R. A. zu Augspurg *de An.* 1500. *tit.* von den Ziegeunern. *V. Reform.* guter Policey zu Augspurg *de an.* 1530. *tit.* 35. R. A. zu Speyer *de an.* 1544. §. aber diejenigen 75. *Reform.* guter Policey zu Augspurg *de an.* 1548. *tit.* 27. R. A. zu Augspurg *de an.* 1551. §. damit nun in dem 82. Policey-Ordnung zu Franckfurt *de an.* 1576. *tit.* 28. *Reincking de regim. sec. lib.* 2. *class.* 1. *C.* 7. *n.* 12. *& seq. Schonborn* 3. *polit. cap.* 16. *Klock. de ærar. lib.* 2. *cap.* 102. *n.* 28. Pari ratione etiam in aliis bene constitutis Rebuspublicis non tolerantur: sicuti jam Edicto Ordinum Galliæ *anno* 1561. Regno Galliæ exclusi fuerunt: In Hispania cum longe lateque grassarentur, Edicto *Ferdinandi Anno* 1592. coërceri cœperunt. *T. Bodino lib.* 5. *de Rep.* & ex eo *Camerar. Cent.* 2. *C.* 75. E Brabantia exclusi Edicto Caroli V. sub pœna Capitis & bonorum *Lat. Introit. Brabant. Addit.* 2. *art.* 6. Ex Hollandia Decreto Curiæ *de* 21. *Julii* 1582. ubi vocantur Heiden. Sic etiam in Ducatu Würtenbergico non feruntur, & quidem ideo, quia olim Ducem *Eberhardum*, uti refert *Cruf. Annal. Suevic. part.* 3. *fol.* 426. Sultano prodiderunt. In Imperio Turcico *Torlaqui* errones & Impostores Cingaris non absimiles *An.* 1494. à Bajazete proscripti sunt. De quibus *vid. Leuncl. Pand. Turc. n.* 171. *& Camer. Cent.* 2. *c.* 75. Alia de ipsis quæsita, qua religione sint, an infantes ipsorum baptizandi, qua lingua utantur &c. *vid. apud Voët. T.* 2. *Diss. de Gentilismo. Polydor. Virgil. de rer. Invent. fol. m. pen. Istuansi. in descript. Hung. in Ind. verbo Cingari. König in Theat. polit. part.* 2. C. 10. *n.* 52. *& seqq.*

Zinß.

CIrca materiam hanc placet revidere supra *tit. Credit-*Wesen *fol.* 623. *& seqq. item tit.* Gült/ *Annuus reditus, fol.* 835. *& seqq.* & demùm *verb.* Wucher/ wucherliche Contracten *fol.* 1802.

Zoll/ Zoll-Freyheit.

SUMMARIA.

1. *Vectigal quid & quotupliciter sumatur.*
2. *Jus vectigalia instituendi reservatum est Imperatoris.*
3. *Electoribus & aliis Imperii Statibus Vectigalia quidem concessa, sed nova propria authoritate erigere non possunt.*
4. *Contra Vectigalium flagellatores mandata S. C. decerni.*
5. *Quomodo translatio Vectigalis de loco in locum prohibita.*
6. *Causæ, quæ supplicans pro impetratione Vectigalis allegare debet.*
7. *Quibus rebus imponenda Vectigalia.*
8. *Qui ab illorum onere immunes.*
9. *Vectigal solvere debentem, deberi etiam profiteri suas merces.*
10. *Secus eas in commissum cadere.*
11. *Non usum via solita & prohibita à pœna commissi non liberari.*
12. *Domini vectigal percipientes, viam securam tenere debent.*
13. *Quæ res à Vectigalibus eximantur.*
14. *Quænam vectigalis nomine solvenda.*
15. *Germaniæ flumina vectigalibus valde onerata.*
16. *De Telonio Oldenburgensi in Visurgi remissive.*

1. Vectigal quid & quotupliciter sumatur.

VEctigal à vehendo dictum, specialiter & propriè vocatur, quod Fisco vel Reipublicæ pro transitu ac Vectura mercium dependitur, affinitatemque quandam Synonymicam cum eo habere videntur Datia, Gabellæ, Licentiæ, Pontivegia, Passagia, Taliæ, Portoria, Pedagia, Guidagia Telonia, Germ. Toll/ Zoll/ Mauth/ Zise/ Accise/ de quo supra hoc *verb. fol.* 178. *& seqq.* Umgeld/ de quo similiter supra *hoc verb.* Weggeld/ Bruckengeld/ rc. quorum pleraque peregrina sunt ac barbara, vid. *Pet. Frid. Mind. de process. l. 2. de mand. cap. 42. n. 2. 3. Limneus ad Cap. Caroli V. art. 18. p.* 238. Hoc loco Vectigal, Zoll/ Gelaidt/ proprie dicitur: *reditus qui Principi vel Reipublicæ pro avectione & invectione mercium in compensationem præstiti Salvi conductus ac reparationem viarum ac pontium in certo loco penditur.* Unde illud aliud est *terrestre* aliud *Navale*, hoc subdividitur in *Marinum* ob maris trajectum in portu dependendum: in *fluviatile* à navigantibus per flumina persolvendum, & in *ripaticum* pro fluminum de ripa ad ripam transitu præstandum, Germ. Fährichgelder. *Terrestre* rursus dispescunt in *Pedagium*, quod pedites & equites numerant, in *Vectorium* quod accipitur vel à Domino pro mercibus currui impositis, vel ab auriga pro rhedis, curribus & jumentis, qualia frequentia sunt in Italia & Belgio, ut adeò hic nemini curru vehere liceat, nisi qui pro hac Licentia Magistratui certum vectigal annuatim exsolvat, vulgò Kutschen-Zoll. Vectorium iterum vel est in *specie sic dictum*, ex rebus solo quæ vehuntur proveniens, Land-Zoll vel *Pontivegium* quæ ab iis exiguntur, qui pontes permeant Brucken-Zoll.

2. Jus Vectigalia instituendi, reservatum est Imperatoris.

Jus autem instituendi telonia & imponendi mercibus Vectigalia die Zoll-Gerechtigkeit ad Regalia & jura Majestatis pertinet 2. *Feud.* 56. In Imperio ad Reservata Imperatoris refertur *R. J. de Ann.* 1576. §. weiter seynd & §. §. *seqq.* ita, ut absque Imperatoris concessione nemo telonia instituere possit. Capitulationibus autem Imperialibus ut *Caroli V. art.* 18. *Ferdin. I. art.* 17. *Ferd. II. art. III. art.* 20. *IV.* 19. cautum est quod Imperator non velit Vectigalia augere nec nova instituere, vel absque collegiali Electorum consensu concedere, quin & Vicinorum ac eorum quorum interest Statuum sententia consideranda est. *Capitul. Leopold. art.* 21. *& seq.* in verbis: Keinen Zoll von neuen geben/ noch einige alte erhöhen oder prorogiren rc. es seyen dann die benachbarte und interessirende Stände rc. und aller und jeder 7. Chur-Fürsten Wissen/ Willen rc. dergestalt vorgangen/ daß keines Chur-Fürstens dissens dargegen rc.

3. Electoribus & aliis Imperii Statibus Vectigalia quidem concessa, sed nova propria autoritate erigere non possunt.

Hoc jus Vectigalium ab Imperatore Electoribus quoque concessum *A. B. tit.* 9. §. 2. Sed hodie etiam aliis Imperii Statibus vi specialis privilegii competit, nova tamen vectigalia imponere ipsis non licet, sed cujusque Circuli Directores in eam rem inquirere jubentur *R. J. de An.* 1576. §. weiters seynd wir. *Add. Pacific. Westphal. art.* 9. ubi ita cavetur: *Quia publice interest, ut facta pace, commercia vicissim reflorescant, ideo conventum est, ut, quæ eorum præjudicio & contra utilitatem publicam hinc inde per Imperium belli occasione noviter propria auctoritate contra jura privilegia & sine consensu Imperatoris atque Electorum Imperii invecta sunt, vectigalia & telonia penitus tollantur.* Cum verò Status nonnulli Vectigalium auctionem prætextu des Weggelds/ Brückengelds/ rc. instituant, Capitulatione *Ferdin. IV. art.* 20. cavetur, daß einem jeden Stand erlaubt seyn soll/ sich und diejenige solcher Beschwerden/ so gut er kan/ zu erledigen und zu befreyen. Addendum hic Edictum Imperatoris Leopoldi superioribus annis publicatum quo nova vectigalia penitus prohibentur.

4. Contra Vectigalium flagellatores Mandata pœnalia S. C. decernuntur.

Proinde Judicium Imperiale Aulicum vel Camera Imperialis, si Princeps vel Status Imperii quicquam in contrarium facit, Mandata sine clausula inhibitoria ac restitutoria præter extraordinariam pœnam decernit *l. Vectigalia* 10. §. *non solutis ff. de publ. l. si provinc.* 4. *C. de vectig. nov. instit. Rosenthal de feud. Cap.* 5. *conclus.* 13. *n.* 12. *Gylman.*

man3. *Symphor. verb. vectigal. n.* 186. Hinc quilibet Circulus juxta *dict. R. I. de Anno* 1576. jubetur in hosce vectigalium flagellatores inquirere ut si vectigal nimis auctum & simile quid reperierit, hac de re deliberare & ad Tribunal Imperii cum voto referre debent, ut cognoscatur de iniquitate aucti vectigalis & executio Circulo committitur, prout extat exemplum in Circularibus Saxoniæ inferioris Comitiis in causa Sachsen-Lauenburg in puncto vectigalis in Albi.

5. Quomodo translatio vectigalis de loco in locum prohibita.

Ubi præterea Telonii translatio de loco ad locum prohibetur, quia vectigalium reformatio sine Imperatorum præcepto fieri non debet, secundum *Hermogen. in d. L. vectigalia* 10. *L. si publicanus* 4. §. *fin. ibi ferè consuetudo ff. de publ. L. si cujus ff. de servit. Bocer. de Regal. C.* 2. *n.* 195. *Rumelin. ad A. B.* 1. *diss.* 8. *concl.* 20. Præjudicium referente *Frider.* 2. *de mand. C.* 42. *n.* 17. in causa C. C. contra A. E. C. adjecta tamen declaratione modo translatio hæc transeuntibus non modicum damnum adferat. *Fritsch. de via publ. Cap.* 8. *n.* 22. ubi tamen jus non loco sed territorio inhæret, unde & illi, qui aliâ viâ eunt vectigal debent, & cippus ea causa ad locum commodiorem transferri. *add. Myler Archont. C.* 64. quin &, si ex eo loco omnium transeuntium cura haberi nequeat, ubi commodum est, fortè in finibus territorii locus exigendi quasi subsidiarius statui potest, qui alibi dici solet Wehr-Zoll / neque id novum vectigal est, neque exigi ibi ab iis, qui jam solverunt, potest. *Coccei. J. P. C.* 23. §. 45.

Cum Imperator cum Electoribus quandoque uni vel alteri Statui Imperii ex justa & rationabili causa Telonii erectionem vel auctionem concedere soleat. *arg. L.* 1. *C. de vectig. nov. Instit. Rosenthal de feud. C.* 5. *conclus.* 44. *Buxtorff. concl.* 91. *Lit. e.* Puta ob publicam utilitatem, vel necessitatem, ob tenuitatem ærarii aut sumptuum magnitudinem in sustinendis pontibus ac reficiendis viis. *Frid. lib.* 2. *C.* 43. *n.* 6. *Sixtin* 2. *de Regal. C.* 6. *n.* 43. *Klock. de contrib. c.* 3. *n.* 119. *van der Graef de Regal. C.* 30. *n.* 5. *Fritsch. de viis publ. C.* 8. & 14. Ideò supplicans pro Impetratione Telonii narrare debet. 1.) Causam pro impetrando telonio. 2.) Principes vicinos. 3.) Ipsum locum, in quo telonium erigere vult; ne vicinia nimis oneretur. 4.) Utile etiam est attestationem habere Vicinorum Principum ac Statuum Imperii, ne postea ad alicujus instantiam, Telonium tanquam sub- & obreptitie impetratum irritum declaretur. *Mynf.* 5. *observ.* 31. *Rosenth. de feud. cap.* 5. *conclus.* 43. *n.* 7. *Klock de vectig. conclus.* 16.

6. Causæ, quas supplicans pro impetratione vectigalis allegare debet.

Maximè autem cavendum in instituendis augendisve. Vectigalibus, ne res pauperibus vitæ sustentandæ necessariæ, quas ipsi ab exteris recipiunt, nimium iisdem onerentur, tum ne misera plebecula aut ad incitas & restim redigatur, aut ferales cieat turbas, tum ne tam indigenæ, quam alienigenæ ad istarum invectionem abstrahantur. Ex hoc res proprii usus gratia à subditis coemptas à gabellæ solutione prorsus immunes esse debere constitutum est *L.* 5. *C. de Vectig. & Commiss.* Quamvis id hodie non servetur. *Klock. concl.* 59. Hinc quoque Veneti in bello ante hac contra Bajazetem gesto portoriorum vini, panis, & carnis augmenta noluisse prædicantur. Cœteris verò peregrinis mercibus invectis, quæ non sunt vitæ, sed delitiarum & luxuriæ fomenta, quorum usus divitum peculiaris existit, vectigalium impositioni justus relinquitur locus. Quemadmodum apud Romanos aromata pelles unguenta, fucos, sericas vestes & id genus alia manium mercium vectigali gravata fuisse testatur *Marcianus L.* 9. §. 7. *ff. de public. & vectig.* Optime *Bodinus* hanc in rem *lib.* 6. *de Rep. C.* 2. ubi ait: *Quod si quis est, qui de me scire velit, quodnam genus vectigalium immortali DEO gratissimum, Civitatibus pulcherrimum, Principibus honestissimum plebi utilissimum videatur, illud est, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos Civium mores, quæ ad delitias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem spectant &c.* Utilissimum porrò censet *Bodinus d. l.* portoria earum rerum, quæ evehuntur, augeri, invectarum verò minui, si scil. subditi iis commode carere nequeunt. Item Fabrilia, lanificia, serica, ac omnis generis opificia, quæ aliunde advehuntur, maximo vectigali oneranda esse, quo subditi ipsi eadem fabricare & conficere addiscant, ac exotici opifices affulgente lucri spe inescati in provinciam nostram pertrahantur, sicque ea eo populosior & ditior evadat.

7. Quibus rebus imponenda vectigalia.

